

I. B. MENCKENII
SCRIPTORES
RERVM

GERMANICARVM.

PRAECIPVE

SAXONICARVM.

TOMVS III.



SCRIPTORES
RERVM
GERMANICARVM,

PRAECIPVE
SAXONICARVM,

IN QVIBVS
SCRIPTA ET MONVMENTA ILLVSTRIA,
PLERAQVE HACTENVS INEDITA,

TVM AD
HISTORIAM GERMANIAE

GENERATIM, TVM SPECIATIM
SAXONIAE SVR. MISNIAE,
THVRINGIAE ET VARISCIAE

SPECTANTIA,
VEL NVNC PRIMVM IN LVCEM PROTRAHVNTVR, VEL CVM
CODICIBVS MSS. COLLATA NOTVLIS
ILLVSTRANTVR.


E TABVLARIO REGIO ET ELECTORALI SAXONICO DRESDENSI
MAXIMAM PARTEM COLLEGIT

IO. BURCHARDVS MENCKENIVS,

I. V. D. POTENTISSIMO REGI POLON. ATQVE ELECTORI SAXONIAE A CONSILIIS
AVL. ET HISTORIA, HIST. IN ACAD. LIPS. PROF. PVBL. ET SOCIET.
REG. BRITANN. ET BORVSS. SOCIVS.

TOMVS III.


ACCESSIT INDEX LOCUPLETISSIMVS IN OMNES TRES TOMOS.
CVM FIGVRIS AENEIS.




LIPSIAE,
IMPENSIS IOANNIS CHRISTIANI MARTINI.
M DCC XXX.

1736.

MONUMENTA
GERMANIAE





Brühl sc. Lipsf.

PRÆFATIO TOMI III.



Prodit hic Scriptorum nostrorum Tomus III, isque ultimus, tardius quidem paulo, quam sperabam, sed ita, ut cunctatio ista rerum, quæ in eo continentur, gravitate, ingenti Reip. Literariæ commo- do, pensetur. Nam cum non ignorarem, nonnulla Chronica vetu- stiora adhuc delitescere in Tabulario Regio & Electorali Dresdensi, quæ in publicam lucem protrahi merebantur, petii & impetravi a **POTENTISSIMO REGE**, *Domino meo longe Clementissimo*, ut ea mihi in usus meos, imo publicos, concederentur; unde huic To- mo eximia profecto parata sunt ornamenta. Non repetam, quæ Bibliotheca Academiæ nostræ, ut prioribus, ita huic inprimis Volumini suppeditavit, luce profecto dignissima, ut vere mirer, hanc publicationis gloriam, si qua est, mihi tamen servari potuisse, quod ne- mo vel a condita Academia, quæ Viris nunquam non eruditissimis floruit, operæ pretium duxerit, ut thesauros hos excuteret. Quæ aliunde accesserint huic Tomo, suo loco indi- cabimus; id in universum hic notamus, nos orthographiam Codicum, a nostra licet diver- sam & minus accuratam, perpetuo sequi, ut vel inde simul de ætate eorum judicari queat, & ne quis nos temere quicquam mutasse criminetur; & præterea nihil hic producere, quod jam antea typis subjectum fuerit, si unum excipias *Petri Albini* libellum de Burggraviis Lissi- censibus, hætenus inventu difficillimum, & nunc Commentario novo pererudito monu- mentisque & diplomatibus variis tam probe exornatum, ut vel hoc nomine inter anecdota connumerari valeat. Exhibetur vero primo loco:

I. MATTHÆI DOERINGII *Doct. Ordin. Minor. Continuatio Chronici Theodorici Engelbusii ab An. 1420 usque ad An. 1498, ex Codice MScto Bibliothecæ Academicæ Lipsiensis descripta.*

De *Engelbusio* quo minus hic dicamus, otium nobis fecit *Celeb. Leibnitius*, qui cum Chroni- con ejus cum variis Codicibus collatum (nostro tamen Codice, cui Dœringianum simul supplementum accessit, insuper habito) tum & duas ejusdem continuationes, alteram ad An. 1428, alteram ad A. 1433 productam, utramque a nostra diversissimam, Tomo II. re- rum Brunsvic. inseruisset, in Præfatione pag. 54, quæ de hoc Autore dici poterant, omnia delibavit. Noster vero Continuator, qui ceteros longe post se reliquit, dictus fuit *Doct. Mattias Döringk, Ordinis Minorum, Minister Saxonie in Kiritz*, (vixit enim tum in eo oppido, quod situm est in Marchia Prignitiana, ut patet p. 15) prout testatur manus antiqua sub initium continuationis hujus in margine; & oportune incidimus in literas *Friderici Landgr. Thuringiæ* ad Dœringium nostrum A. 1431 scriptas & a *Cl. J. G. Reinbardo* in *Meditat. de Jure Princ. Sax. circa Reform.* p. 141. productas, quarum inscriptio ita se habet: *Dem*

Wir

Würdigen, Erbarn, Ern Matthiam Dering, Minister Barfufs Ordens und Lerer der Heil. Schrift, unsern lieben, besondern, andechtigen: e quibus literis simul patet, eum æqui bonique fuisse amantem, nec exiguæ apud Ordinem suum autoritatis, quoniam illi Landgravius reformationem Discalceatorum Iſenaci præ cæteris commendavit. Certe e continuatione hac, in qua, ut Engelhusius in Chronico res Brunsvicensis præsertim & vicinas, (florebat enim inter Monachos Eimbecenses) ita Noster, qui in Marchia & Thuringia commoratus est, res tam Thuringicas & Misnicas, quam Brandenburgicas præcipua cura sectatus est, facile discas, fuisse eum virum probum & cordatum, qui vitia sæculi sui, nullius autoritatem vel iram pertimescens, in omnibus hominum ordinibus aperte ac libere castigare suevit. Quo pertinet locus memoratu dignus p. 10, ubi ad A. 1441 tradit, *Regem electum*, hoc est, Fridericum III. Imp. *multas dietas pro sedatione schismatis indixisse, sed Rege ignavo, avaro, divitiis immerſo, negligente, nullam ad effectum perductam esse, & vulgo dictum Regem Judæorum potius quam Romanorum, propter familiaritatem, quam cum Judæis habere visus sit.* Et statim addit: *Nec Principes Electores sedationem schismatis multum optabant, specialiter spirituales, quia stante neutralitate, potius Papæ quam Episcopi videbantur, sub typo neutralitatis omnia sibi licere putantes.* Cum quibus conferri etiam possunt, quæ p. 14 ad A. 1448 monuit. Passim quoque reprehendit ignorantiam Episcoporum & ad A. 1451 & 1453 Capistrani arrogantiam traducit, inprimis vero p. 17 ridet indulgentias, easque refert ad fastum & avaritiam curiæ Romanæ, mox tamen abrumpens, adjectis verbis vernaculis: *tus stille: lat over gan*; quasi diceret: *Sed heus! manum de tabula!* Sunt alia passim in hoc opere, observatu digna nec ubivis obvia, quo, ut cætera non repetamus, merito referimus, quod ad A. 1436 de Sigismundo Duce Saxonie a fratribus capto refert. Nam cum vulgo Historici nostri tradant, id ob amorem indecorum Sanctimonialis cujusdam factum; Noster eam potius causam allegat, quod tria castra, quæ pro vitalitio, ut loquitur, possidebat, hostibus fratrum tradere conaretur. Ceterum persuadere mihi nequeo, integram hanc continuationem a Dœringio profectam, quin potius ultra A. 1464. filium haud videtur produxisse: nam quæ postea sequuntur, alia manu scripta sunt in Codice, & styli propensionumque ratio (neque enim posterior Autor vitii cleri ira succenset) maxime in iis diversa; ut taceam, hunc continuatorem ad A. 1466 incaute repetere initia belli Pruffici, quæ Dœringius jam antea exposuerat. Nec mihi verisimile videtur, hominem, qui rerum A. 1421 publice gestarum oculatum testem se fuisse profiteretur p. 1, atque adeo jam tum annis maturus fuisse videtur, anno 1498, quo finitur Continuatio, adhuc in vivis fuisse. Num plura scripserit Dœringius, jam non inquiram: certe ipse ad A. 1442, quo fere tempore alii Papæ, alii Concilio primatum vindicabant, se scripta ab utraque parte edita collegisse, & sub tit. *Liber perplexorum Ecclesie* publicasse, luculenter testatur p. 11. Succedit, quod in Codice quoque succedebat,

II. *Chronicon breve de quibusdam novissimis temporibus actis in partibus Misnicæ & Thuringiæ & etiam de aliis memoria dignis,*

quod ab A. 1301 ad 1497 porrigitur, & quamvis in rebus sæculi XV videatur Dœringium ejusque continuatorem potissimum secutus Autor, passim tamen singularia quædam, quæ Misnicam Saxoniamque & inprimis Lipsiam spectant, immiscuit, ut non incongrue *Lipsiense* dici possit. In fronte Codicis scriptum est: *Libellus Magistri Thomæ Weneri de Brunsbergk in Lipszk scriptus anno 1480, & patet ex ipso opere p. 58, Autorem A. 1448 venisse ad studium in Lipszk; quæ ejus verba sunt: neque tamen certo asseruerim, utrum autor, an possessor tantum Chronici hujus fuerit Wenerus ille.* Ex eadem Bibliotheca producimus

III. *Anonymi Saxonis Historiam Imperatorum a Carolo M. ad Fridericum II. Imp. speciatim ad A. 1235.*

Cur Saxonem dicamus Autorem, ipsa res loquitur, quandoquidem plurimum in rebus Saxonie superioris, e. g. Ducum Brunsvicensium, Episcoporum item Hamburgensium & Bremensium, versatur, & cum de Henrico Aucupe refert, quod primum quemque filiorum militiæ destinaverit, addit p. 76: *quod de cetero hereditatem, quam NOS (h. e. Saxones) Hergbewede dicimus, ex hoc obtineret; dignus vel eo etiam nomine, qui nostram intraret collectionem,*

nem, quod subinde res quoque Misnicas & Thuringicas non leviter attingit. Vixisse eum sub Friderico II, tum illud persuadet, quod in Anno 1235 definit & sub eo annos regimnis, uti sub aliis Imperatoribus consuevit, non exprimit, sed vacuum spatium relinquit, tum quod *Schisma inter sedem Apostolicam & Imperium Rom. sub Henrico IV. ortum hodiernum durare & litem de terra Matbildis indeterminatam esse*, scribit, *Francigenas insuper testatus adhuc hodie Antiochiam possidere*. Specimina si quis requirat, paucissima suffecerint. Conradum II discrete tradit p. 85 eo ad Imperium pervenisse, quod *Episcopis proprietates & laicis Principibus alta feoda permiserit*, additque: *Ex tunc autem Principes in tantum avaritiæ sunt dediti, quod de cetero propter pecuniam solum Romani Reges sunt electi*. Observat tamen & paulo post p. 86, eundem postea omnia, quæ Principibus contulerat, ad Imperium revocasse. Nec memoratu indignum, quod eodem folio refert, Conradi hujus fratrem Henricum Ducem Sueviæ, antea rebellem, Noribergam Imperio resignasse, unde saltem patet, eam jam ante Conradi III tempora fuisse liberam Imperii urbem: nec quicquam inde roboris accedit sententiæ Illustris Ludovigii, qui eam olim fuisse municipium Baviaræ ac deinde Sueviæ asserit, cum evidens videatur, Henricum eam antea per turbas Fratrum motas Imperio eripuisse. Pag. 103 causa arcana memoratur, quare Lotharius tantopere adversatus fuerit Henrico V Imp. nimirum quod is sororem Lotharii Gertrudem de Brunswig Marchionissam hæreditate sua privasset. Henrici Leonis pueros proprietates etiam suas perdidisse testatur p. 111, quod *intra annum & diem scil. post patris proscriptionem, ab Imperatoria potestate eas non abstraxerant*: qui locus ulteriore disquisitione dignissimus, ubi quaeritur de juribus Imperii in alodia proscriptorum & quomodo filii ea intra certum tempus vindicare debuerint. De Henrico VI testatur p. 11, Principes petenti privilegium de Regno Germaniæ hæditario concessisse, quod tamen dimittere rursus coactus fuerit, Saxonibus graviter obmurmurantibus. Cæterum ex eo haussisse quædam videtur *Chronographus Germanicus* apud Eccardum, speciatim Script. T. I. p. 1380. Quæ sequuntur

IV. Collationes Chronici Pegaviensis ejusdemque Continuatio ab A. 1125 ad A. 1236,

Tabularium Regium & Electorale Dresdense nobis suppeditavit. Notum est, *Chronici Pegaviensis* nomine vulgo venire *Historiam de Vita & rebus gestis Viperti, Marchionis Lusatiae, Burggravi Magdeburgensis & Comitis Groicensis*, (qui Pegaviæ Monasterium fundavit, ibidemque mortuus & sepultus est A. 1124, quemadmodum infra in hac ipsa collectione docuit *Celeb. Schubarzius*.) a Monacho Pegaviensi scriptam & post editionem Reineccianam ab Illustri Hoffmanno inter Scriptores rerum Lusatiae primo statim loco recusam. Cujus autor etsi parum ab ætate Viperti, quia passim provocat ad testes, qui viderunt & audierunt, rebusque ipsis interfuerunt, quorum ipse aliquot superstites noverat, sitque adeo lectu dignissimus, eum tamen denuo incudi subicere nolui, sed collationem tantum inter Codicem nostrum & Hoffmannianam editionem institui curavi, quæque in hac minus emendata legentur, vel plane omissa erant, ex illo feliciter restitui. Quod ad Continuationem integri ferme Sæculi, quam nunc primum producimus, ea quidem haud dubie debetur & ipsa Monachis Pegaviensibus, quia Monasterii sui cum Episcopo Martisburgensi lites studiose repertunt & Abbates Pegavienses continuo suos vocant. Equidem non sum nescius, jam olim Reinerum Reineccium, qui primus vitam Viperti vulgavit, simili codice usum, sed studio neglexisse continuationem, quoniam, ut loquitur in Præfatione, *citatur de Friderico Barbarossa Francisci Petrarche testimonium, quem Patrum vixisse memoria constat: verum, pergit, ea attendenda nobis haud existimavimus & relinquimus hanc operam aliis*. Nec diffiteri possumus, sub Friderico I Imp. duobus locis, nempe sub finem anni 1138 & anno 1153, ibi quidem in margine, hic vero in ipso textu, legi verba: *Hoc Franciscus Petrarcha*; ac vilem Glossam facile prudens Lector agnoscat & Continuationi huic ceu vere antiquæ & rebus haud vulgo obviis refertæ, suum statuet pretium. Et edidit quidem etiam Maderus cum Chronico Montis Sereni libellum de fundatione Cænobii Bigaugiensis, qui ex Vita Viperti & Supplemento hoc videtur confarcinatus, verum istud ita vitiosum est, ut & emendationem & supplementa ex nostro omnino Codice desideret.

V. *Fragmentum Chronici Chemnicensis: e Codice quondam Petri Albini, nunc Tabularii Regii & Electoralis Dresdensis.*

Quantam jacturam fecerint res nostræ, deperdita maxima parte hujus Chronici, vel Fragmentum hoc quantumvis exiguum docebit. Non dubitat laudatus *Schwarzius* infra in Notis ad Albinum num. 461, esse hanc partem posteriorem Chronici, quod *Johannes Monstbergius*, qui vixit in Cœnobio Chemnicensi, ad annum usque 1515 produxerit, testem allegans *Fabricium* Libro I Annalium urbis Misnæ; idemque nobis valde verisimile videtur: ast cum nullum ejus rei vestigium in Codice nostro occurrat, nomen Viri addere ausi non sumus.

VI. *Emendationes & Supplementa ad Chronicon Martisburgense, inter Reliquias MSS. Ludwiganas Tomo IV. editum.*

Nunquam satis laudanda industria Illustris Viri, Dn. *Jo. Petri de Ludevwig*, qui ut alia multa anecdota, ita Reliquiarum Tomo IV. p. 329 ff. nobis dedit Chronicon Martisburgense lectu non indignum. Verum cum Vir Illustris nec optimos semper Codices, nec scribas satis fidos nactus videatur, hæud ægre feret, collationem ejus cum Codice Regio & Electorali Dresdensi a nobis institutam & quædam emendata, alia suppleta fuisse; nam ut integrum opus iterum describeremus, religioni utique duximus.

VII. *Memorabilia quædam, in Chronico Terræ Misnensis, aliis Thomano Lipsiensi dicto, desiderata, nunc ex Codice MS. Freberiano-Goldbeckiano restituta.*

Jam pridem de inveniendo *Chronico Lipsico Thomano*, quod apud Albinum aliosque laudatum inveneram, nequicquam fueram sollicitus, maxime quod nullum ejus in Bibliotheca nostra Thomana vestigium occurreret, cum, jam editis prioribus meis Voluminibus, Vir Illustris meique amantissimus, *Carolus Fridericus Goldbecius*, Regiæ Maj. Bor. a Consiliis Aulæ & Tribunalis Supremi in Veteri Marchia Assessor, ad me scriberet Stendalia, & Chronici Thomani, quod e Codice, qui Marquardi Freheri olim fuerat, descriptum tenebat, copiam liberaliter polliceretur. Dicit non potest, quantum de nova hac acquisitione fuerim lætatus: enim vero cum illud ad me perlatum esset sub rubrica *Chronici Thomani Lipsici*, ex ipso principio: *Noe habuit tres filios &c.* mox odoratus sum, nihil anecdoti ad me pervenisse: recordabar enim *Chronicon terræ Misnensis*, quod post *Celeb. Struvium*, sed partim emendatius, ex Codice nostro Paulino edideram Scriptorum horum Tomo II p. 323 ff. iisdem verbis inchoari: & concordabat utrumque Chronicon, nisi quod e Struviano Chronico non modicam laciniam ad A. 1193, cum paucis aliis, excidisse deprehendimus, ubi de initiis Monasterii Thomani Lipsiensis & primis quatuor Præpositis diligentius quam usquam alibi exponitur, ut vel ex hoc solo loco vere Thomanum hic exhiberi Chronicon, facile evinci posset. Proinde assentiri nequeo *Celeb. Struvio*, qui in Præfatione (pag. nostra 314) censuit, auctorem hujus Chronici fuisse civem Erfurtensem, qui varia ultimis seculis in hac urbe gesta attingat; nisi forte dicere malis, Monachum quendam Lipsiensem illud inchoasse, Erfurtensem vero continuasse. Nostrum enim, quod Illustri *Goldbecio* acceptum referimus, desinit in A. 1451, cum Struvianum usque ad A. 1486 excurrat. Caterum quomodo alii Chronicon hoc Thomanum dicere potuerint appendicem *Lauterbergii*, ut Albinus in Chronico Misnæ innuit, ubi hoc opus inter libros, quibus cum fructu usus est, refert, nobis haud liquet, cum *Lauterbergianum* seu *Montis Sereni Chronicon*, quod emendatius dedimus Tomo II, desinat in A. 1285, Thomanum vero multo altius historiam repetat, certe inde ab A. 1055 res gestas accuratius tradat. Dedimus ergo Tomo superiori Chronicon *Thomanum* etsi nescientes, vellemusque, illud ibi nunc loco *Chronici Terræ Misnensis* inscribi *Thomanum Lipsicum*: nec male meriti de historiæ patriæ cupidis videbimur, quod loca, quæ in illo desiderabantur, pauca licet, hoc ipso Volumine restitimus.

VIII. *Chronicon Quedlinburgense ab Anno circiter 370 usque ad An. 1025, ex Codice P. Albini, nunc in Tabulario Dresdensi exstante, collatum cum Chronographo Saxone apud Leibnitium Access. Histor. T. I.*

Non injuria hoc Chronicon in Codice Dresdensi inscribi Quedlinburgense seu more veterum Zuedlinburgense, ex eo facile intelligitur, quod res cœnobii hujus ab ipsis initiis, dedicationes altarium, mortes monialium & similia curiosius exponit Autor, imo ad A. 1020 Quedlinburgum vocat *nostram Metropolin*. Parum ergo aberat, quin illud totum inter anecdota numerarem; cum rectius omnia ponderantes, comperimus tandem, illud plurimis in locis cum Chronographo Saxone, quem Leibnitius in Accessionibus Historicis Tomo I publici juris fecit, concordare. Etenim initium nostri Chronici, quod a temporibus Valentiniani Imp. petitur, prorsus a Chronographo diversum existit, & multa continet singularia & in rebus Carolingorum imprimis adhuc incomperta; in anno vero 884 incipit passim cum isto conspirare, ita tamen, ut sæpe etiam ab eodem abeat & multo plura contineat memoria digna. Hinc, ne actum ageremus, haud consultum duximus, ut integrum Chronicon iterum sub incudem mitteremus, sed Emendationes tantum & ampla satis Supplementa, quæ in Chronographo non exstabant, dare maluimus, non contemnendum eo ipso facturi operæ pretium. Et nostri quidem Chronici Autorem sub Ottone III & Henrico S. vixisse, nemini dubium videbitur, qui in Codice nostro ad A. 999 verba: *Vidimus namque* &c. & ad A. 1013 illa: *nunc nostris temporibus* &c. legerit. Cumque adeo noster ultra annum 1025 vix progrediatur; Leibnitianus quidem Chronographus videtur recentior, quippe ad A. 1188 pertingens.

IX. *Chronicon S. Petri, vulgo Sampetrinum Erfurtense ab Anno Christi 31 sive potius ab A. 1036 usque ad A. 1355.*

Eximii momenti pretiique in omni Historia, patria imprimis, Chronicon ex Codice Regio producimus, quod, mirum omnibus videbitur, tam diu latere potuisse, postquam tot Chronica Erfurtensia levioris momenti e tenebris jam pridem emerferunt. Equidem *Additiones* illæ paucarum plagularum, quas tanquam a *Monacho Erfurtensi* scriptas *Pistorius* rer. Germ. Script. T. I p. 425 edit. Struv. Lamberto Schaffnaburgensi subjunxit, e particula Chronici nostri videntur excerpta. Quæ vero Cl. *Schannatus* in *Vindemiis Liter. Collect. I* dedit, *Chronica S. Petri Erford.* a nostro plane sunt diversa, & ad hujus dignitatem minime accedunt. Usus tamen eo est, & quidem nostro hoc ipso Codice, *Petrus Albinus*, qui passim in Commentario de rebus Misniæ vernaculo, nec non in hac ipsa, quam mox dabimus, Genealogia Leisnicensi, mentionem ejus fecit: atque ex hujus Bibliotheca cum aliis hujus generis cimeliis migravit is in Tabularium Dresdense. Præmittitur in eodem Codice aliud quoddam breve Chronicon ab A. 1078 ad A. 1181, idque longe nostro vetustius (unde & huic inscriptum legimus: *Chronica moderna*) neque tamen a nobis impetrare potuimus, ut vetus illud simul cum moderno imprimeremus, cum pleraque ex illo in hoc essent repetita; ne tamen hic quicquam ex veteri illo desideraretur, ad oram paginarum adscriptimus suis annis, quæ in nostro non exstabant, uti patet imprimis e duobus locis notatu non indignis & satis prolixis pag. 225, 226. Non unum, sed plures ejus fuisse auctores, rebus quidem, quas describere, cœvos, facile indicant, quæ passim occurrunt formulæ: *nostris temporibus*, item *sicut coram positi vidimus*, & similes, quales ex gr. legas ad A. 1181 p. 226, ad A. 1239 p. 258 & ad A. 1277 p. 291, quæ loca omnia unum habere autorem non possunt. Ut ex multis pauca referamus, observamus, etiam Seculo XIII & XIV nonnullam plerorumque Principum Germaniæ in electione Regum auctoritatem fuisse, et si Electorum jure non uterentur. De Gunthero quidem disertè scribit Noster p. 340, eum per Moguntinum, Bavarum, Palatinum & *alios quamplures terræ Barones* in Regem electum esse, & p. 309 ad electionem Adolphi Nassovii, itemque p. 319 Henrici VII. *multos Principes tam spirituales quam seculares* convenisse tradit. Nec observatu indignus locus p. 303: *Cæso Adolpho, rumor extollitur, Ducem Austriae Albertum non posse esse Regem Rom. quia Rex Adolphus non fuisset rite depositus, nec potuisse duos Reges simul regnare & quia ipse Dux occidisset R. Adolphum.* Unde ad mutum

Principum ad electionem spectantium, Dux per triduum Regno cessit, & postea ab iisdem solemniter est electus. Si quæras, quis hunc rumorem sparserit, certe non Electores id fecisse videntur, sed Proceres reliqui, quorum tum temporis jus adhuc quoddam erat in electione, saltem contradicendi. Fridericum II Imp. mira largitione Principum, Zeringiæ potissimum & Austriæ, favorem obtinuisse, testatur p. 241, etsi, quod addit, non deessent, qui eum non Henrici VI Imp. sed potius Morbotonis cujusdam, aulæ Apostolicæ Officialis, filium esse affirmarent. De Landgravio Thuringiæ Hermanno memorat p. 234, eum a Philippo Rege, cui contra Ottonem adhærebat, *Regias villas, Noribusen, Muhlhusen, Salvelt, cum finibus Orlan & castrum Ranis* in feudum accepisse. Fridericum Admorsum March. Misniæ Regnum mortuo Alberto I ambivisse, ex eo verisimile putat, quod Archiepiscopum Moguntinum per ea tempora Erfurto Gotham venientem, ibi laute admodum & magnifice exceperit. Denique de Friderico Severo Marchione notat p. 330, quod illi A. 1330 Rochliti natus fuerit primogenitus Fridericus, unde emendandus videtur *Tenzelius* in *Bibl. cur.* p. 333 aliique, qui primogenitum illius Sigismundum vocant.

X. *Chronicon parvum vernaculum rerum in Misnia ab A. 1175 ad 1349 gestarum, quod non immerito Dresdense dici posset, ex membrana Tabularii Dresdensis.*

Etsi exiguum sit hoc Chronicon & præterea membrana, cui inscriptum, per incuriam hominum ita detrita, ut literæ fugientes difficili admodum labore distingui possent, dignum tamen nobis visum, quod e tenebris in lucem protraheretur. Etenim ad marginem membranae notatum invenimus: *Videtur esse Chronicon Oschazense*; attamen rectius *Dresdense* dicendum; cum hujus urbes sæpius, illius vero nunquam in eo mentio fiat. Ut cetera omittamus, corrigendus hic iterum videtur *B. Tenzelius* l. c. p. 335 & 1170 sq. quoniam Noster, qui haud dubie fuit coævus, diserte Fridericum Severum A. 1349 in Vigilia S. Elisebethæ diem obiisse, testatur.

XI. *EPKONIS de REPKAU breve Chronicon Magdeburgense, ab Anonymo Germanice versum; ex Codice Bibliothecæ Academicæ Lipsiensis Paulinæ.*

Nobilissimum inter veteres Germaniæ & præsertim Saxonæ Jureconsultos nomen est Viri generis splendore & Juris nostri scientia clarissimi *Epkonis* seu, ut quidam interpretantur, *Eccardi de Repkau*, quem Seculo XIII sub Friderico II floruisse, illud indicio est, quod coævum habuit Hoyerum Comitem de Falckenstein, cujus jussu vel certe monitu Speculum Saxonicum, quod Latino primum idiomate componere tentaverat, Germanico exaravit, & cum quo subscripsisse simul deprehenditur diplomati A. 1215 dato, & a *Becmanno Hist. Anhalt.* Tomo I. p. 312 producto. Eundem *Repkavium Chronicon* hoc *Magdeburgicum* Latine conscripsisse, sed jussu Comitum illius *Falkensteinii* idem a Monacho quodam eodem ævo Germanice versum fuisse, ipsa Præfatio rhythmica in nostro Codice Chronico immediate præmissa, docet: ita enim pro nomine *Franckensteinii*; ut scriba scripserat imprudens, legendum esse *Falkensteinii*, nullum omnino mihi dubium est: & vidit quoque *Cl. Jac. Frid. Ludovici*, qui in editione sua Halensi *Juris Weichbildici* de A. 1721 Præfationem quidem nostram dedit, quasi eidem Juri præmissam; Chronicon vero, ad quod ea revera spectat, omisit. Etsi autem non sim nescius, idem Chronicon Juri *Weichbildico* alias præmitti sub titulo: *Chronica de tempore creationis mundi*, non aliam ob causam, ut videtur, quam quia Glossa semel vel bis ad illud provocat; operæ tamen pretium visum est, idem hoc loco, quippe magis opportuno, quo & alia quædam, quæ ad res *Magdeburgicas* pertinent, referre constitutum erat, repetere, maxime cum Bibliotheca nostra Academica Codicem nobis suppeditaret, qui præter *Epkonis de Repkau Speculum Saxonicum* continebat etiam hoc ejusdem Chronicon *Magdeburgicum*, quod eidem deberi Editores ignorarunt: quandoquidem ex editione de A. 1537 plane exulat illa præfatio, & quamvis *Zobelius* in sua de A. 1589 illam afferat, non tamen justo loco, sed demum post *Chronica* posuit, quasi Codici

Juris Weichbildici, quod sequitur, fuerit præmissa, ut itaque, qui exinde eidem Rēpkavio, Spe uli axonici auctori, Juris Weichbildici compilationem tribuere etiam velint, oppido fallantur. Progreditur in eo Autor usque ad Wilhelmum Hollandiæ Comitem, ad Germaniæ scepra evocatum, & Rupertum Archiep. Magdeburgensē, quibus adeo temporibus Nostrum ad senium vergentem, (si, ut diximus, jam A. 1215 testis adhibitus fuit idoneus) haud multum superstitem fuisse proclive est. Ceterum cum inter alia Juris Ministerialium meminerit, non putavimus ab hoc loco alienum, si ex alio ejusdem Bibliothecæ nostræ Academicæ Codice, eoque satis vetusto & in membrana scripto, cujus mentionem fecit B. Fellerus Catal. MS. p. 239 n. 26, Chronico nostro adjiceremus *jura Ministerialium Magdeburgensium*, quæ quidem & Cl. Lunigius noster in Corpore Juris Feudalis T. II p. 1022, sed vitiosa nimis ac mutila, dedit, ut facile conferentibus patebit. Quæ sequuntur,

XII. *Collationes Chronici Magdeburgensis, a Meibomio Tomo II scripti editi,*

cum Codice MS. Tabularii Regii & Electoralis Dresdensis institutæ sunt, magno, ut arbitramur, Lectorum fructu, emendato quippe locis prope quingentis & aucto codice Meibomiano, qui tam corruptus fuit, ut in eo ex. gr. pro *aures mansuetæ*, ut aperte Noster, legitur *aves mansuetæ*, ut similia plura hic taceamus, tamque mancus, ut ingens ille hiatus p. 370. si e nostro Codice supplendus fuerit. Meibomius de Autore Chronici nihil habet, patet vero, eum vixisse circa A. 1350, quando quidem sub Ottone XXVIII A. Episcopo refert, eum Pseudo-Waldemarum pro genuino Principe vendidisse, *se audiente*; cumque noster Codex finiatur in vita Alberti XXX A. Episcopi, reliqua, quæ Meibomianus habet, videntur utique ab alio Autore profecta. Ex iisdem Chronicis

XIII. *GEORGII TORQUATI, Magdeburgensis, Pontificum Ecclesiæ Magdeburgensis series & ordo, ab exordio foundationis suæ usque in præsens seu ad A. 1513, ex Chronicis Archiepiscoporum quam brevissime A. 1562 excerptus passimque auctus.*

quem libellum laudatissimus Goldbecius accurate descriptum e Bibliotheca sua instructissima mecum communicavit, magnam partem excerptus est; verum & meliori codice usus est Torquatus, quam vel Regius, vel Meibomianus fuit, ut ex collatione cum utroque a nobis instituta patebit; & in numero ac denominatione Episcoporum, ut Boccardi, Hildebrandi, aliorumque, a Chronicis illis subinde recedit, & sæpenumero alias Episcoporum res gestas, quæ in illis non comparent, percenset, ex. gr. in vita Wichmanni, Ludolfi, Alberti, Henrici XXVII, Friderici de Hoym, item Theodorici XXX, ubi de pugna Hildesiana habet, quæ illic frustra quæsieris, ut jam de stylo, qui longe limatior, nihil addamus. De Autore nihil præterea nobis constat, nisi quod Theologum & Historicum fuisse, testatur Meibomius in Diss. de Irminsula Sax. (in Script. rer. Germ. T. III p. 20) ubi etiam locus producitur ex *Annalibus* ejus *Magdeb. & Halberstad.* MSS. unde simul patet, eum Evangelicæ doctrinæ fuisse addictum. Reliquit enim, ut præterea ex Chronico Bergensi constat, aliisque, Annales etiam Magdeburgenses paulo prolixiores, cum Annalibus Halberstadiensibus, quos fama est, Capituli Magdeburgensis insignibus notatos in Bibliotheca Meibomiorum adhuc extare.

XIV. *JOANNIS LATOMI, Collegii S. Bartholomæi apud Francofordiam Decani, Catalogus Episcoporum & Archiepiscoporum Moguntinensium usque ad A. 1582, nondum hætenus editus.*

Et si Vir Celeb. Georgius Christianus Johannis opus hoc, quod adhuc ineditum in nonnullis Bibliothecis extare non nesciebat, corpori suo Scriptorum Moguntinorum, cujus tria exstant volumina, inferre dubitaverit, quod illud plenius licet præstantiusque aliis scriptis,

quæ omittenda censuit, rerum tamen copia & genere dictionis inferius Serrarii opere, eique jam bonam partem intextum esset; mihi tamen non unam ob causam dignum visum est, quod vel hoc loco in lucem tandem prodiret, maxime cum Vir Prænobilissimus, *Hermannus Ulyricus de Lingem*, Serenissimo Duci Saxo-Ilenacensi hodie a Secretis, Codicem nobis suppeditaverit, Autori, ni fallimur, coævum & pereruditi Dni Possessoris notis hinc inde illustratum. Autorem, qui Catalogum hunc ad 1182 deductum e centum libris compilasse fertur, Catholicum fuisse, sed satis moderatum, vel hoc ipsum opus loquitur; plura vero historica, *Antiquitates* nempe *Francofordie*, *Historiam Aufrasiæ* aliaque eum reliquisse & A. 1609 e vivis excessisse, post *Boissardum* in Icon. Vir. illustr. Part II p. 191 ff. plures testati sunt. Ceterum errores populares in historia Moguntina passim acri judicio corrigi; Canones & Decreta Conciliorum Germaniæ diligenter allegat; Auctores, quibus usus est, in margine commemorat, & quamvis ipse fateatur p. 418, se MSptis fere destitutum fuisse, memorabile tamen & vix alibi obvium diploma inserit p. 497, de miserando carcere Adalberti Archiep. Mog. crudelitateque Henrici V erga obsides Moguntinos, ut alia non memoremus. Equidem optandum fuisset, Nobiliss. *Lingenio* otium suppetiisse, ut elegantissimas notas suas toti libro affundere potuisset, verum cum inter concatenata negotia spem omnem abjecisset, vel his tamen, quas dedit, quibusque historiam Urbis Moguntinæ universam, & Episcoporum usque ad S. Bonifacium, mire illustravit, fraudare Lectores noluimus.

XV. BRODERI BOISSEN *Chronicon Slesvicense ab initio Christianæ religionis in provinciam inveltæ usque ad A. 1530.*

Cum Chronicon hoc sub uno *Broderi* nomine, quod in Saxonia inferiori prænomen esse haud insuetum noveram, in Bibliothecam meam transiisset, dignumque mihi visum esset, quod hoc corpus ingrederetur, de vero Autoris nomine diu fui sollicitus; frustra quidem, cum alios Codices, quales in Bibliotheca publica Hamburgensi aliisque exstabant, idem nomen præferre, nec de autore quicquam vulgo constare, intelligerem. Sed forte evolvens Syllabum Autorum, quem *Anton. Helmreichius* Chronico suo Frisiæ Bor. (*Erneuerte Nord. Fressche Chronicke*) addidit, eundem Autorem, quem sæpe secutus fuit, *Broderum Boissen* nominari videbam, quem adeo sequi minime dubitavi. Viderat hunc locum, ut postea cognovi, etiam diligentissimus *Jo. Mollerus* in Introd. in Ducatum Cimbr. Slesvic. & Holsat. Historiam, qui & testatur p. 132, fuisse hunc *Boissenium* nativitate Strandfrisius, *Jo. Adolphi*, Ducis Holsatiæ, Consiliarium. Usus eo subinde videtur *Jo. Ad. Cypræus* in Annalibus Episcoporum Slesvicensium, Col. Agr. 1634. editis & raro obviis, quod tamen hujus libri pretio neutiquam derogabit. Primus enim certe diplomata aliaque monumenta fide digna excussit, passimque non minus res Germanicas quam Danicas mire illustravit.

XVI. ENOCHI WIDEMANNI, *Scholæ Curienf. Rect. Chronicon Curicæ, seu rerum, quæ Curicæ Regnitianæ ad Salam & in universa Variscia a primis initiis ad A. 1597 acciderunt, nunquam antea editum.*

Diutius, quam par erat, Chronicon hoc in paucorum scriniis delituit, quod ab Autore quidem vernacula conscriptum prorsusque, ut ex Præfatione ejus patet, prelo paratum, tandem, cum ad manus nostras pervenisset, accurate & luculenter a Cl. *Haltaussio* nostro Latine in gratiam exterorum versum, in lucem, quam illi prope inviderant hætenus cives, prodire iussimus. Vir diligentissimus, *Jo. Christoph. Layritzus*, Gymn. Curienfis itidem Rector, in *Prodromo Historiæ Curienfis*, quem per modum Programmatum Scholasticorum produxit, Widemannum sive secuturus, sive continuaturus, Chronicon hoc ait *immensis fere laboribus ex antiquis monumentis collectum*, nec desunt laudatores alii; quamquam & sint nonnulli, qui, quoniam intellexere, in eo suis commodis non ubique satis prospectum,

spectum, mallent Autorem partium studii accusare. Et si vero Autor, qui per Cantoris, Tertii & Con-Rectoris munia ad Rectoratum in patria ascendit, anno demum 1615 d. 17 Dec. ætatis suæ Anno LXV, e vivis excessisse memoretur, nec me lateat, extare libri hujus codicem unum in Curia, usque ad A. 1602, alterum in Templo Curiensi, ad A. 1608, ac tertium in Bibliotheca *Jo. Ge. Schmidii*, Consilarii Brandenburgico-Baruthini, quæ Curia extat, ad A. 1612, iterumque ab A. 1633 ad 1643 una cum Schediasmate de doctis Curiensibus continuatum, non tamen de his Supplementis comparandis multum solliciti fuimus, secuti tres Codices, qui omnes in Anno 1597 desinebant, etsi in ceteris alterum altero multum præstaret. Omnino enim verisimile nobis videtur, cetera aliis Autoribus deberi, maxime cum *Jo. Andr. Planerus* in *Historia Variscæ, sigillatim urbis Curia p. 3* testetur; se beneficio Consulis Curiensis vidisse & pervolvisse ipsum *ἀυτόγραφον* Widemannianum, An. 1592 confectum, hoc est, ut ego quidem capio, ad finem productum. Videbatur vero vel eo nomine dignus hoc loco, quod glaciem quodammodo frangens, primus omnium Variscæ Historicorum diplomata & chartas publicas diligentissime investigavit, quas etiam, quoties ex re visum est, passim Chronico inseruit, ut taceamus, eum in rebus, quæ ad Reformationem Ecclesiæ spectant, solum fere sapere. Legi inter alia merentur, quas data occasione p. 698 inseruit, Leges Burggravii Norib. de *Jure Mallicidii* (*Zeidler-Recht*) inter quas illa, quod qui apiarium effregerit, æque ut sacrilegus seu qui templa effregerit, puniendus sit; de quo pœnæ rigore consuli possunt *Wagenseilius* de *Judiciis Reip. Norib.* & *Hertius* in *Diff. de Consultat. Legibus & Judiciis in special. Rom. Imp. Rebus* §. 31. Nec minoris pretii esse debent vetusta Curia statuta, quæ p. 708, sq. leguntur, ex moribus priscis descripta & a Principibus confirmata, unde discimus p. 710, homicidium non capite sed multa puniendum; quod & Augustæ Vindel. in more olim fuisse, testatur *Gassarus* in *Scriptor. nostr.* T. I. p. 1458.

XVII. JO. OTTHONIS *Catalogus omnium Episcoporum & Archiepiscoporum Bremensium.*

Et si non admodum recondita contineat hic libellus, tam eleganter tamen & prudenter concinnatus mihi visus est, ut eum, e Bibliotheca doctissimi Viri, *Jo. Henrici Eggelingii*, Syndici Reip. Bremensis, redemptum, & satis nitide descriptum, publica luce dignum arbitrarer. De Autore libri, nunquam antea editi, nihil mihi constat, præterquam quod Lunenburgum habuit patriam, vixitque, ut videtur, Bremæ Anno 1580, quo desinit cum pio voto pro Archiepiscopo illius temporis Henrico III, Duce Saxoniae, Angariae & Westphaliae. Videtur quidem Noster ante oculos habuisse *Henrici Wolteri*, Canonici S. Ansharii Bremensis, Chronicon Archiepiscopatus Bremensis, quod Henr. Meibomius rerum Germ. Tomo II primo loco exhibet, neque tamen cum illo convenit, sive res, sive sermonem spectes, qui in Nostro multo terfior deprehenditur. Non inopportune huic jungimus

XVIII. *Breve Chronicon Ecclesiæ Hamelensis, Autore JOHANNES DE POELDE, ejusdem Canonico Seniore, anno 1374 conscriptum; accedunt GERHARDI REICHEN JC. & SEBAST. SPILCKERI de urbe Hamelensi quædam annotata.*

Cum opusculum hoc typographo traderem imprimendum, fateor me non satis meminisse, illud jam a laudato Meibomio illatum fuisse Collectioni ipsius Tomo II, nec tamen pœnitet illi hic quoque locum fecisse, tum quod accederent Codici meo, qui & melior Meibomiano, Clariss. Virorum *Reichenii* & *Spilckeri* additamenta quædam, vernaculo quidem sermone, nec ante multos forte annos consignata, de pristinis urbis Hamelensis Dominis, quæ non plane perire conveniebat; tum quod hæc omnia cum ipso Chronico vix duas plagulas complerent, & tamen continerent lectu non indigna. Fuit vero Autor, de quo nihil Meibomius, Canonicus Hamelensis Senior, ut ipse de se testatur p. 825, unde & ipse Ecclesiæ

clesiæ suæ commoda apud Ernestum Ducem Brunsv. procuravit. Refert quidem p. 821, se Legendam Bonifacii abbreviasse, ac partem priorem Chronici sui ex Vita S. Bonifacii, posteriorem vero ex decem diplomatibus collegisse. Et pridem e Nostro observavit *Sagittarius* Antiqu. Gentil. & Christ. Thur. p. 138, *Letznerum* perperam vocare Comitissam, quæ Ecclesiam hanc fundavit, *de Osten*, cum e Nostro pateat, locum, in quo ipsa cum marito dominabatur, dictum fuisse *Ostende*. Memorabilia sunt imprimis, quæ Autor de Advocatia Ebersteiniis collata, & venditione Mindenensi Episcopo facta, indeque orto prælio annotavit.

XIX. *Genealogia Comitum Leisnicensium, deducta a majoribus Viperti Comitis Groizensis &c. Autore PETRO ALBINO. Nunc Notis illustravit, variisque Accessionibus auxit CHRIST. GOTTLIEB SCHWARTZIUS, Comes Palat. Cæsar. & in Academ. Altorfina Professor Publicus.*

Petrum Albinum, gentis nostræ Historicum diligentissimum, Genealogiam Comitum Leisnicensium edidisse paucis constat; certe tam raro obvius fuit liber, ut a plerisque duntaxat inter Codices manuscriptos haberetur. Etenim cum litteratorum omnium suo tempore Mæcenatem certissimum, *Henricum Ranzovium*, Serenissimi Danorum Regis per Holstatiam & Ditmarsiam Legatum, aliquo facinore sibi devincire constitisset Albinus, ejus Genealogiam inde a Viperto illo Bellicoso, Comite Groizensi &c. ejusque majoribus, exigua licet probabilitate, repetiit & longa serie per Comites Leisnicenses circumductam, incertum quo loco, A. 1587, in forma octava, sub titulo: *Vipertus, sive Origines Ranzoviana*, edidit ac *Ranzovio* conceptis verbis inscripsit. Alia tamen quædam exemplaria, eo, quem nunc protulimus, titulo ornata, bonus Albinus dedicarat *Wolffgango*, item *Georgio & Hugoni*, ac *Vito*, Baronibus a *Schænburg*, Dominis in *Glauch*, *Waldenburg*, *Penig*, *Rosburg* & *Hartenstein*. Alia quoque sub ipso titulo *Genealogiæ Comitum Leisnicensium*, quem merito & nos retinimus, inscripserat Consulibus & Senatoribus urbis *Warcenæ*, & forte adhuc alia aliis. Quod ideo monendum duximus, ne quis existimet, hunc libellum sæpius jam fuisse excusum. Neque enim in tot exemplaribus aliud, quam in primo folio titulum libelli & formulam dedicationis deprehendes mutatum. Hunc ergo librum oppido rarum cum me Collectioni nostræ destinasse nuntiassem Viro elegantissimæ doctrinæ, C. G. *Schwartzio*, Fautori atque Compatri meo colendissimo, eidemque auctor essem, ut pro eximio, quo in patriæ res fertur, amore (multum enim sibi Leisnicum, atque adeo Misnia nostra de tanto Viro gratulatur) Albinum non nihil notis suis illustraret; annuit is non modo facillime, sed & spes nostras longissime superavit, addito quippe non modo justo Commentario, quo loca plurima, ubi aqua hærebat Albinus, doctissime elucidavit, alia firmioribus argumentis corroboravit, librumque ita exornavit universum, ut dubium relinquatur, majoresne gratiæ debeantur Autori, an Commentatori; sed & subjuncta Appendice utilissima, qua & Commentationem novam de dignitatibus possessionibusque Viperti, & diplomata varia tabulasque Genealogicas aliaque dedit, de quibus omnibus qui rectius edoceri cupiunt, ipsius Viri celeberrimi Præfationem Appendici præmissam p. 953 legant. Illud hoc loco tacere non possumus, Serenissimum quoque PRINCIPEM SAXO-GOTHANUM favisse his laboribus, ac clementissime annuisse, ut Chartarium Altenburgense ad manus Cl. *Schwarzii* perveniret, qua in re multum se debere fatetur p. 1067 S. R. D. ERN. SAM. CYPRIANO & JO. BASILIO L. B. de GLEICHENSTEIN; nec minus Illustrem GRIBNERUM nostrum de hoc opere egregie meritum, qui cum Nostro argumenta quædam, ex vetustis diplomatibus Tabularii Saxonici excerpta, perbenevole communicavit, quemadmodum patebit paginam 1105 inspicientibus.

XX. *Annales Erfurtenses vernaculi, ab A. 1440 ad 1467, jussu HARTUNGI KAMMERMEISTERI, Consulis Erfurt. collecti. Ex Tabulario Dresdensi.*

Qui

Qui supra Chronicon Erfurtenſe Sampetrinum, Latino idiomate exaratum & ex Tabulario Regio productum, commendavimus, jam ex eodem non minori laude dignos Annales exhibemus vernaculos, quorum fides & autoritas nobis admodum veneranda, etſi in rebus paulo recentioribus verſentur. Qui eos e propriis ſchedis conſcribi juſſit, multa que ipſe, ut ex fine operis patet, addidit, Vir maximæ dignitatis & Conſularis, anno demum 1467, quo uſque Annales producuntur, mortuus, de rebus inprimis, quæ ipſius tempore geſta ſunt, & quarum pars magna fuit, ſollicitus fuit, & quamvis ipſe Annales hos in ſacello templi D. Georgio ſacri cuſtodiri optaret, effecit tamen, eo mortuo, Senatus, ut in curia deponerentur. Utrum vero noſter Codex, quem ex Tabulario Regio obtinuimus, avtographus ſit, an apographus, nunc non diſpiciemus; vetuſtus certe eſt & incorruptus, nobis que hoc minus negligendus, quod *Chronicon Thuringiæ Rohtianum*, quod Tomo II dedimus, continuare videtur Autor, quippe ab eodem anno eademque re, ubi finitur Rohtius, Annales incipiens. Multa hic inprimis de licibus fratrum, Friderici & Wilhelmi, Saxonix Ducum, & tentata ſæpius inter utrumque concordia, inprimis de conventu Mulhuſano, in quo quæ ab Oratoribus Principum acta ſunt, omnia ordine recenſentur, ut inde ordo verus in judiciis diſceptandi proſus intelligatur. Taceo, quæ de Conrado Kauffungenſi, de Vicethumicis, de Capiftrano item aliisque, tum & paſſim de monetæ mutatione ſtudioſe obſervat.

XXI. ADAMI URSINI, *Molybergensis*, *Chronicon Thuringiæ vernaculum a priſis initis ad A. 1400.*

Cum Chronicon Thuringicum *Rohtianum* Scriptorum horum Tomo II ſub N. 24 publicarem, in Præfatione mentionem ſimul Urſiniani hujus Chronici ſpemque ejus impromendi, ſaltem ab anno, quo *Rohtianum*, quod ſæpe ſecutus ſuit noſter Autor, deſinit, fecimus. Verum poſtquam Vir Cl. *Johannes Tobias Hoffmannus*, Freyburgo Thuringus, Juris æque ac Hiſtoriæ, patriæ præſertim, ſtudioſiſſimus, *Urſini* codicem, quem in e Biſſiotheca *Adami Rechenbergii* noſtri quondam ſibi comparaverat, in uſus noſtros tranſcriptum & notulis nonnullis conſperſum mihi tradidiſſet, obſervavi, eum in antiquitatibus longe aliter verſari ac *Rohtium*, multa que paſſim continere, quæ apud hunc fruſtra quærentur; unde non ingratum Lectoribus fore arbitrabor, ſi librum integrum, demtis ſaltem, ne eadem bis in opere noſtro legerentur, locis, quæ iisdem pæne verbis apud *Rohtium* exſtant, ad quem adeo identidem Lectorem amandamus, in lucem ederem, maxime, cum, illis omiſſis, opus ad paucas plagulas rediret. Mathematicum fuiſſe *Urſinum*, teſtantur *Jo. Sauerus* in *Theatro Urb.* p. 223 & *Mart. Zeillerus* in *Topogr. Super. Sax.* p. 139, eum inter doctos Mühlburgenſes Thuringos laudantes, quos ſecuti ſunt *Mart. Chriſtoph. Laurentius* in *Monum. Sævor. in Doringia* p. 153 ac perſonatus ille *Meliſſantes* ſeu *Jo. Gottfr. Gregorius* in libro *von Bergſchlößern* p. 69. Abſolutum eſſe opus anno 1547, titulus loquitur Codicis, quamvis hiſtoria in eo non niſi ad A. 1500 perducatur, ut falli fere exiſtimem *Georgium Mich. Iſſeckerkornium*, qui in libro *Merckwürdige Geſchichte von der Landgraſſchaft Thüringen* p. 11 *Urſinum* hunc, vulgo *Bering*, Chronicon ſuum ad A. 1517 deduxiſſe, ſibi perſuaſerat. Enimvero diu nimis preſſiſſe opus videtur Autor, cum ipſius tempore *Cyriacus Spängenbergius*, qui de opere hoc prodituro ſpem fecerat publice in *Chron. Manſf. P. I c. 278 p. 328*, in *Epistolis ad Marcum Wagnerum*, hujus Regno Thuringiæ, libro vernaculo, præmiſſis, & quidem Ep. 16 A. 1585 data ita ſcribat: *Urſinum urgeas, ut in ſuo pergat Chronico Thuringico, nec nos in ſæculum ſpe noſtra defraudet, ut & in altera, ſeu 20, A. 1589 exarata: Ego, ſiquidem Urſinum ſuis promiſſis non ſteſiſſe video, laborem in me recepi &c.* Interim patet tamen, librum manuſcriptum fuiſſe in quorundam manibus, *Casp. Sagittarii* nempe, qui in *Antiquit. Regni Thur.* Lib. II c. 9 §. 5 integrum locum inde exſcripſit, & *Tenzelii*, qui tamen *Urſini* hoc Chronicon cum *Rohtiano* confundere quandoque videtur. Continuationem quoque exſtare hujus Chronici in Biſſiotheca publica Francofurti ad Mœnum, jam tum innuimus in Præfat. cit. verum cum ea contineat, quæ propius a noſtris temporibus remota ſunt, nec de Autore aut libri dignitate ſatis conſtaret, de comparando hoc ſupplemento minus me fateor fuiſſe ſollicitum.

XXII. *Historia belli Smalcaldici, imprimis Ludovico ab Avila opposita a Duce quodam bellico, qui bello illi a parte Protestantium interfuit, cum SEBASTIANI SCHERTELII a BURTEMBACH Commentario de rebus a se bello gestis.*

Opus vernaculum elegans ac cedro dignum e Bibliotheca Illustris, nunc Beati, Viri, *Kraffz de Delmensingen*, Reip. Augustanæ Consulis, cuius benevolentiam jam alibi laudavimus, & nunc mortem graviter dolemus, in publicam lucem producimus, Historiam nempe belli Smalcaldici, non quidem universi, sed eorum tantum, quæ A. 1546 gesta sunt, (ipse vocat *den Oberlandischen Kriegshandel*) ab initio nempe belli usque ad deditionem urbis Augustanæ, magna prudentia, fide ac dexteritate conscriptam, atque iis, quæ Pontificii quidam Scriptores, speciatim *Ludovicus ab Avila*, cuius loca suspecta textui in gratiam Lectorum subjunximus, impudenter commenti sunt, oppositam. Docet inprimis Autor, de quo mox dispicemus, quibus de causis exercitus Protestantium, validus certè & pugnandi cupidus, nihil præclari gesserit contra Cæsarem, & quid successus rerum gerendarum optimaque consilia turbaverit; quæque Hispani atque Itali avarè passim & crudeliter per Germaniam gesserint, non sine dolore expromit, & Avilæ inprimis fraudes detegit ac mendacia graviter confutat, nonnunquam & falsè satis ac jocose perstringit. In universum vero patet ex hoc opere, Autorem fuisse hominem Germana fide, religioni Evangelicæ sincero studio addictum, qui patriæ religionisque libertatem non argumentis minus & scriptis quam armis, etiam cum bonorum, existimationis ac vitæ discrimine tueri didicisset. Ut vero de Autore porro dicam, quod sentiam, plane verisimile mihi videtur, ipsum *Sebastianum Schertelium* (quem noster quidem Codex *Scherthium* vocat) a *Burtenbach* cuius Vitæ compendium ab ipso scriptum sub finem Codicis additum fuit, Historiæ pariter de bello Smalcaldico autorem existisse, in quem bene congruit elogium in titulo commemoratum: *durch einen vollen farnen, und dises Kriegs selbst beywohnenden Kriegsmann*, nec non quæ in fine p. 1483 habentur: *die weil in etlichen und vilen Sachen, doch nit in allen, Ich nit gehetscher, meirr Leib, Vermunft, Vermögen und Dienst daran gebenget und gespannen*. Accedit, quod consilia dicta & facta *Schertelii* tam accurate tamque copiose in toto scripto exponuntur, ut fere potiorem ejus partem constituere videantur, quæ nec alii cuiquam tam bene perspecta esse potuerunt, & optime præterea respondent iis, quæ sub finem addita sunt, ipsius manu, teste Filio, consignata. Nec negligendum, librum desinere, postquam *Schertelius* jussu Cæsaris Augusta discessit in exilium, & bello Smalcaldico non amplius interfuit. Immo illud etiam non minimo indicio est, quod singularem prodit indignationem, quando ex gr. refert, Avilam asseruisse, *Schertelium* stipatorem quondam fuisse Cæsaris, eundemque in direptione urbis Romæ commilitonibus mensam habuisse venalem; ut taceam convitia, quibus Senatores quosdam Augustanos, qui ejus ex urbe discessum urgebant, onerat; quæ quidem nostra minime facimus. Et quamvis se nescire fingat *Schertelius* p. 1476, qua re potissimum motus ipse Augusta exceßerit, & num a Senatu, quæ discedenti promissa, præstita fuerint (ubi tamen in margine Codicis legebatur: *ist beschehen*) simulasse tamen hoc videtur, ne se Autorem libri publice fateretur. Neque illud nos movet, quod major pars sim linguæ Latinæ, Juris publici & Historiæ antiquæ cognitio appareat, quam ab homine qui per omnem fere vitam militiam secutus est, expectaveris. Nam & Epitaphium ejus p. 1502 docet, *Adolescentem Musas coluisse*, & *Nic. Mauveranus* in Catal. Expeditionis rebellium Princip. ac civit. sub Jo. Frid. & Phil. Hasso vocat eam *Latine doctum*; quid? quod *Mart. Crusus* in Annal. Suev. testatur, eum A. 1515. Tubingæ inter Philosophiæ Magistros renuntiatum fuisse, quo facto Autor demum signa secutus, ad summam usque belli præfecturam pervenit, de quo qui plura desiderant, *Sleidanum* evolvant, *Tbuanum*, *Velferum* in Chron. Augustano, & inprimis *Seckendorffium*, qui *Schertelii* nostri abnepos fuit ex stirpe materna, ejusque diarium, sed nostro, ut videtur, locupletius, in manibus habuisse testatur in Comm. de Luther. L. II p. 68, vitam ejus inde uberius exponens p. 69 seq. & passim ab ipso gesta notatu digniora cum cura evolvens.

XXIII. HERMANNI a KERSSENBROCH *Narratio de Obsidione Monasteriensi, seu de bello Anabaptistico.*

Non obscurum prorsus nomen producimus, *Kerssenbrochium*, cuius quippe *Catalogus Episcoporum Padibornensium eorumque acta*, Lemgovix 1578 in forma octava editus publice prostat. At hoc tamen opus, quo luculenter admodum res ab Anabaptistis Monasterii gestæ describuntur, hæctenus inter Bibliothecarum cimelia delituit. Autorem fide dignum & Historiam ejus rerum, quæ sub oculis ejus gestæ sunt, probatam fuisse ipsi Capitulo Monasteriensi, exinde facile liquet, quoniam *Chytræus* in Sax. L. VIII p. 471 observat, quod, cum Franciscus Monasteriensis Episcopus apud Pontificem in suspicionem hæreseos fuisset adductus, Capitulum, ejus purgandi causa, Romam miserit Johannis Bolandi & *Hermani a Kerssenbroch* scripta, bellum contra Anabaptistas a Francisco susceptum & confectum complexa. Plura de autore comperta non habeo; nisi quod ipse in Epistola dedicatoria Catalogi paulo ante memorati ad Henricum Ducem Sax. & Archiep. Bremens. ac Episc. Padibornensem, Padibornæ scripta d. 15 Jul. 1578. nomini suo adscripsit: *Scholæ Padibornensis & Collegii Salsentiniæ Moderator*. Rogat vero in iisdem literis, ut se clientem suum adversus omnes sibi illatas contumelias ac injurias, tanquam iustissimus vindex, clementer tueatur & defendat; videturque ejus conditio parum lauta fuisse; cum ibidem, neque aurum neque argentum sibi esse, fateatur.

XXIV. Anonymi *Chronicon Bobemiæ ab origine Ducum usque ad An. 1329 deductum, & cum aliis Scriptoribus rerum Bohem. collatum.*

De Autore hujus libri nihil habeo, quod dicam, cum nullum ipse de se indicium fecerit; & quamvis in fine legatur

L. D. P. de K.

Explicit Chronica Bobemialis Feria IV. ante S. Elisabeth, Anno Dom.

M. CCCC. LXVII.

neutiquam tamen, Autoris an Librarii nomen & ætas hic indicetur, decernere ausim. Equidem in antiquis Cosmam fere in compendium mittit, & præterea stylo minus puro, imo barbaro, utitur subinde, omnino tamen vel ideo luce dignum putavimus, quod varia passim diplomata inseruit, præcipue sub Johanne Rege tabulas Ducum Silesiæ, quibus terras suas a Regno Bohemiæ in feudum recipiunt. Præterea cum eum cum aliis scriptoribus Bohemicis comparavimus, (id enim a nobis fieri, ex re putavimus Lectorum) varia a Nostro annotari observavimus, apud alios minime obvia, v. g. quæ Cap. XXXI de pactis reconciliationis inter Ottonem III Imp. & Precislæum Bohemum, item Cap. XLII de solennibus in coronatione Regum Bohemiæ adhibendis habet; & quando Cap. LXIII diplomate probat, sub Friderico I Barbarossa, propter excellentiam Imperialis coronæ, coronas Regum circulos ab Imperatoribus vocatas fuisse. Tacemus hic multa alia, quæ suo loco notatu digna inveniet attentus Lector.

XXV. COSMÆ *Pragensis Chronicæ Bohemorum Libri III, Scriptorum horum Tomo II p. 195 ff. recusi; nunc cum membrana Tabularii Regii & Electoral. Dresdensis collati, plurimis locis emendati & aucti.*

Ecquis post recusam a nobis alteram illam hujus operis & rarissimam editionem Freherianam, & additas ei a Celeb. *Schwarzio*, quem supra laudavimus, notas doctissimas, adhuc eadem lucis aliquid addi posse credidisset? Et tamen Codex, qui in Regio Tabulario asservatur, tam luculentus, tam ab edito diversus est, ut nequaquam nobis insuper habendus videre.

deretur. Contulimus ergo illum accurate, & quanquam vetustos satis literarum ductus agnovimus, sæpe tamen & abbreviaturas offendimus, quæ Lectorem poscerent probe oculatum. Neque nihil præstitisse iis videbimur, qui, quæ ex nostro codice enotavimus, cum Freheriano denuo componere, & quantum distent æra lupinis, diligentèr explorare, haud gravabuntur.

XXVI. BENJ. LEUBERI *J.C. Catalogus Regum, Electorum, Ducum, Comitum, Marchionum ac Palatinorum veterum potentiorum Saxoniae, Misniae ac Thur. ut & Marchionum, Comitum, Baronum & Toparcharum paullo recentiorum, quorum memoria in Saxoniae Superior. Circulo exstat.*

Incredibilis ac prorsus stupendi laboris opus molitus est Conf. Leuberus, Dresdensis, J. U. D. Caesarum Patronus & Cameræ Lusatiæ Procurator, Historiarum indagator exercitatissimus, qui si nihil aliud typis mandasset, quam incomparabile *de Stapula Saxonica* opus, immortalis memoria dignus esset. Sed meditatus est sub *Quarta Monarchia* nomine opus ingens, cujus etiam Librum I typis subjicere cœpit sub titulo: *Quarta Monarchia Lib. I. Catalogus Imp. Regum Principumque Romanorum; Autore Benjamin Leubero J. U. D. Advocato. Cum Privilegio Ser. Dn. Elector. Saxon. Dresdæ 1643 in folio*, qui ad me, nescio unde, pervenit, nec uspiam præterea vel a me vel alio quoquam (plures enim ea de re consului) visus est, adeo ut omnino publici juris factum esse dubitem, maxime cum nec exemplum meum integrum sit, & tum *Catalogus ille Principum Roman.* quo nomine universos Orbis Romani imperantes complectitur, tum, qui sequitur in eodem volumine, *Principum Synchronismus*, quem ab anno ante Christum 50 orditur & tantum ad A. 1538 deduxit, in fine, teste utriusque custode, quem vocant typographi, mancus sit: ut taceam, nullum alium præmitti titulum, quam eum, qui multo ante, ut videtur, quam imprimi opus cœpit, æri incisus fuit: in quo cum & nullum fiat Librarii indicium, valde fallor, nisi ipse Autor sumtus suppeditaverit, cujus oneris ferendi forte pertæsus, vel alia quavis de causa, opus affectum reliquit. Interim jam pridem quoque, permutatione cum Viro Amplissimo *Jo. Frid. Weidlero, J. V. D. & Mathem.* in Academia Vitembergensi Prof. Amico ætumatissimo, facta, ad manus meas pervenerat Codex Leuberi autographus, prelo prorsus paratus, & familias illustres Germaniæ Comitum, Baronum ac Dynastiarum prope mille & sexcentas, quæ secundum ordinem X Circulorum digeruntur, complexus, quem *Monarchiae Quarta Librum III* inscripserat Autor, quemque integrum Collectioni nostræ destinaveram. Verum cum libri moles obstaret, præsertim delatis subinde ad me scriptis aliis, quæ omittenda omnino non erant, & præterea ex Viro Illustri, *Mich. Henr. Gribnero*, Patrono colendissimo, cum forte de Leubero sermo incidisset, penes ipsum etiam esse *Librum II Monarchiae Leuberianæ*, præter externa plurima, Saxoniae nostræ Comites, Marchiones, Burggravios vetustiores continentem, & ipsius Autoris manu exaratum, didicissem, neque is ejus copiam mihi negaret, ut est ad publica commoda promovenda promptissimus; operæ pretium me facturum putavi, si, quæ ad vetustos Saxoniae ac Thuringiæ Reges, ad Duces item, Comites ac Dynastas Saxoniae Superioris spectant, e tribus hisce Libris decerperem, & hoc loco publici juris facerem, sub peculiaribus titulis indicans, quæ ex quovis Libro decerpta sint. Quod si forte eadem familia bis, ut Beichlingiana in Libro II & III, occurrebat, id institutum Autoris, qui in illo vetustissimas, in hoc paulo recentiores familias excussit, postulasse videbatur, atque adeo utrinque longe diversa inveniet, nec eadem a nobis repeti, facile agnosceret Lector. Quod ad methodum, præmittit generatim de quaque familia notatu digna, inde eorum, penes quos rerum summa sive in Ducatu, sive in Comitatu, sive denique in Dynastia fuit, nomina inde a primis initiis per Decurias refert, addito anno, quo vel ad regimen provinciae pervenerunt, vel certe floruerunt, eosque, qui rerum habenas, & quousque, simul tenuere, indicat, lacunas vero, quas subinde, sed paucas, reperit, aliis supplendas relinquit; & quamvis in animo non habuerit, genealogias exponere, sed eos tantum memorare, qui ex quaque familia in Toparchiatu sibi successere; quoties tamen occurrit, qui proximi

proxime antecedentem patrem non habet, ostendit breviter, cujus ille filius fuerit, ut adeo, quo jure successerit, pateat. Atque hoc modo memoriæ succurrere brevitate voluit; etsi optabunt forte nonnulli, eum aliquanto plura nobis dedisse de successione singulorum. Interim apparet, Autori longe plurima diplomata, in historia imprimis Dynastarum, consulenda fuisse, ut suam cuique ætatem recte assignare posset, quæ si nobis indicare simul voluisset, fecisset haud dubie rem omnibus gratissimam & vix pretio æstimandam. Ceterum fiet forte, ut solertissimus (Bibliopola noster, si hæc Lectori non prorsus displicere cognoverit, integrum saltim Librum III, quem hætenus in manibus habemus, tot scilicet Germaniæ nostræ Familias Nobilissimas mire illustrantem, ea, qua cetera hætenus sivevit, industria in lucem publicam edat.

XXVII. *Diplomatarium CAROLI IV. Imp & Bobem. Regis, ex Codice chartaceo Bibliothecæ Paulinæ Lipsiensis, descriptum.*

Cum seculo hoc vere diplomatico nihil insuper haberi debeat, quod ex veterum tabulis collectum est, hujus quoque apographi rationem habendam esse duximus, etsi dolendum, compilatorem annum & diem adscribere neglexisse. Animadvertet veropassim Lector, quæ Juri publico Germaniæ & Historiæ lucem affundunt, e quibus pauca admodum afferam. Carolus IV Theodorico Abbati Corbej. potestatem concedit constituendi liberos Comites, vulgo *Frey-Grafen*, Judicii Westphalici, ubi de silentio & secretis scabinorum; unde illustrari poterant, quæ diximus in Dissertatione nostra de Feimeris veteris Westphal. Judicii Scabinis, quam An. 1707 e cathedra defendimus. Idem Imperator alibi notabile privilegium Præposito Sufanensi largitur, nomine Cæsaris preces primarias faciendi in Ecclesiis Transrhenanis. Disputatur inter juris publici Doctores, utrum Augustæ competat jus primariarum precum, an minus? Nam etsi apud *Mulzium* in Repræs. Jur. Maj. Imperii P. II c. 33 n. 247 diploma existet Eleonoræ Friderici III Imp. Conjugis, quo jus precum primar. exercet ad Abbatissam Buchov. illud tamen cum ipso jure Augustarum in dubium vocari, ostendit Ill. *Gribnerus* noster Opusc. T. IV Sect. I §. 14 not. Qui vero hoc jus illis tribuunt, illud non nisi ex communicatione & concessione Imperatorum iisdem competere volunt, & tantum quidem in Collegiis religiosis sceminarum. At hæc gratis proferri, ex nostro Tabulario probari poterit, ubi inter alia occurrit diploma Annæ, Caroli IV uxoris, quo preces primarias dirigit ad Præceptorem Ord. S. Joh. Hospit. Hieruf. per Alemanniam & jus hoc Imperatricibus & Reginis Rom. competere ait *tam ex jure quam ex approbata consuetudine.* Quæ deinde accedunt diplomata, Sigismundi de causis civilibus tam Clericorum quam Laicorum in foro civili componendis, & Friderici III, quo Æneam Sylvium, postea Pontificem, Poetam creat; cum multis aliis legi hic utique merentur.

XXVIII. *ERASMI STELLÆ, vulgo Stüler, de origine, vetustate, appellatione & regionibus Tubantinorum, Cygneorum, Libanotbanorum, Misnensium, nec non Molbii fluminis Descriptio.*

Rubrum carminis hujus exhibemus, quale in veteri Codice manuscripto invenimus. Neque existimandum est convenire hoc cum altero ejus opusculo, quod suo adhuc tempore ineditum memorat *Albinus Chron. Prov. Misnens.* p. 302 & 340 sub titulo: *de populis & rebus prisca oræ inter Salam & Albim*, quod prosa oratione compositum esse, ex locis ab ipso passim excerptis patet. Nec poema hoc typis excusum prodidisse antehac, Albini certe hujus ætate, prorsus verisimile, si quidem is, ex professo locis citatis de Stella agens & cetera ejus scripta, Antiquitates imprimis Borussicæ, Basileæ 1518 editas,

tas, commendans, si prodiisset, mentionem ejus minime prætermisisset. Libonothanum se ipsum vocat; utrum vero Cygneus fuerit, ut plerique sentiunt, an vero, ut alii, Lipsiensis, Albinus in medio relinquit. Interim Cygneæ commoratum fuisse, ubi Proconsulis & Physici simul muneribus functus est, præterea Philosophiæ & Medicinæ Doctorem fuisse, atque adeo in rebus naturalibus quoque probe versatum, de Gemmis librum reliquisse, Gesnero laudatum, dubio caret. Enimvero Albinus, quæ Stella in Historia nostra tentavit, non omnia probat, sed id tempori tribuendum esse, ingenue fatetur: ut adeo huic quoque opellæ locum in Collectionis nostræ sine dedisse minime pigeat.

Quæ accesserunt postremo, Observatiunculæ doctissimæ in operis nostri Tomos III, debentur Nobil. *Haltauffio*, jam antea nobis laudato, qui & pleraque, ut est oculatissimus, ex codicibus accurate descripsit, & Indicem demum additurus luculentissimum, ei interferere notulas quasdam sub manu natas meditabatur, quas tamen ut seorsim hoc loco adderet, autor fui; & quamvis nonnulli forte magis recondita desiderabunt, & quæ nemini antehac in mentem venerunt, nolui tamen bene merendi studium in Juvene optimo comprimere, & intelligent saltem hinc Lectores, quantum sibi olim Orbis eruditus de illo, si ad maturitatem pervenerit, nec Mæcenates interim ei defuerint, polliceri queat. Atque ita per ineffabilem divini Numinis gratiam absolvi tandem opus jam pridem desideratum, quo si prudenter uti in rem suam didicerint, qui deinceps res Germaniæ & præsertim Saxonæ nostræ exponere cupiunt, non pauca ex hac penu supplenda vel emendanda reperient. Ceterum tantum abest, ut hoc ipso præclarum, quippiam & eximium me præstitisse jactitem, ut potius doleam, ob fractam nimis his annis valetudinem, nec uberiores notas, quas forte desideraverint aliqui, aspergere, nedum correcturæ (cui optarem majori studio invigilatum) vacare mihi integrum fuisse. Unum præstiti, quod, quæ passim latitare sciebam hujus generis cimelia, sollicite nec mediocri impensâ, quam sæpe gratis facere coactus fui, comparavi, ex quo factum est, ut multo plura ad me pervenerint, quæ hæcenus publica luce digna nequaquam putavi, neque tamen cuiquam invidenda, qui ea usui sibi esse posse existimabit. Interim, quisquis hæc amat, nobis & instituto nostro fave ac vale. Dab. Lipsiæ Cal. Martii MDCCXXX.



CONTENTA TOMI III.

I.

MATTHIÆ DOERINGII, *Doctor. Ordin. Minor. Continuatio Chronici Theodorici Engelhusii, ab anno M CCCC XX usque ad Annum M CCCC XCVIII; ex Codice Msc. Bibliothecæ Academicæ Lipsiensis descripta. fol. 1.*

II.

Chronica brevis, (Lipsiensem dixeris) de quibusdam novissimis temporibus actis in partibus Missiæ & Thuringiæ, & etiam de aliis memoria dignis; ex eodem Codice Bibliothecæ Acad. Lips. f. 55.

III.

ANONYMI Saxonis *Historia Imperatorum a Carolo M. usque ad Fridericum II, & quidem ad An. MCC XXXV; ex Codice Chartaceo Bibl. Paulinæ Lips. f. 63.*

IV.

Chronici Pegaviensis (quod sub tit. Historia de vita & rebus gestis Virepti; primum publicavit Rein. Reineccius Erf. M. D. LXXX fol.) Collationes & Continuatio usque ad An. M CC XXXVI. f. 127.

V.

Fragmentum Chronici Chemnicensis e Cod. M. Petri Albini, in Archivo Electorali Dresdensi extante. f. 157.

VI.

Emendationes & supplementa ad Chronicon Martisburg. a Dno Petro de Ludwig in Reliqu. Mss. Tom. IV pag. CCC XXIX editum; ex Codice recentiori sed satis accurato Archivi Electoralis Dresdensis. f. 159.

VII.

Memorabilia quædam in Chronico Terræ Misnensis, aliis Thomano Lipsiensi dicto, a nobis inter Scriptores Rerum Germ. Tom II. pag. 323. seqq. edito desiderata; nunc ex Codice Manuscripto Freberiano - Goldbeckiano restituta. f. 165.

VIII.

Chronicon Quedlinburgense ab Anno circiter CCC LXX usque ad Annum M XXV; ex Codice Petri Albini, nunc in Archivo Electorali Dresdensi

denſi extante, collatum cum Chronographo Saxone, quem Leibnitiuſ T. I. Acceſſ. Hiſt. primuſ edidit. f. 169.

IX.

Chronicon S. Petri, vulgo Sampetrinum Erfurtenſe ab Anno Chriſti XXXI, ſive potiuſ ab Anno M X XXVI uſque ad Annum M C C C L V. f. 201.

X.

Chronicon parvum Vernaculum rerum in Miſnia ab Anno M C L X X V ad Ann. M C C C X L I X, quod non immerito Dreſdenſe dici poſſet; ex Membrana veteri Archivi Electorali Dreſdenſiſ. f. 345.

XI.

EPKONIS de REPKAU breve Chronicon Magdeburgenſe ab Anonymo Germanice verſum. Ex Codice Biblioth. Paulinæ, in quo Speculum Saxon. ejuſque Richtſteig. f. 349.

XII.

Collationeſ Chronici Magdeburgenſiſ a Meiborn. T. II Script. editi cum Codice Mſc. in Archivo. Electorali Saxonico Dreſdæ exſtante, quibuſ craſſi erroreſ & hiatus editioniſ Meibomianæ feliciter emendantur ac ſupplentur. f. 359.

XIII.

GEORGII TORQUATI, Magdeburgenſiſ, Pontificum Eccleſiæ Magdeburgenſiſ ſerieſ & ordo ab exordio fundatiōniſ ſuæ uſque in præſent, videlicet ad Annum Domini M D X I I I; ex Chronica Archiepiſcoporum quam breviffime A. M D L X I I excerptuſ paſſimque auctuſ, nunc cum Chronico Magdeburg. Meibomiano collatuſ. f. 373.

XIV.

JOANNIS LATOMI Collegii S. Bartholomæi apud Francofordiam Decani, Cataloguſ Episcoporum & Archiepiſcoporum Moguntinenſium uſque ad Ann. M D L X X X I I, hætenuſ nondum edituſ, cum Notiſ & Animadverſionibuſ quibuſdam Primæ Parti adjectiſ, Autore Hermanno Ulrico de Lingen, Sereniſſimo Duci Saxo-Iſenaceniſ a ſecretiſ. f. 407.

XV.

BRODERI BOIſſEN Chronicon Slevicenſe ab initio Chriſtianæ Religioniſ in Provinciam invectæ uſque ad Annum M D X X X; ex MſCo Bibliothecæ Meuckenianæ. f. 563.

XVI.

XVI.

Chronicon Curiae, seu Rerum, quæ Curiae Regnitianæ ad Salam, & in universa Variscia a primis initiis ad A. M. D. XCVII. acciderunt, e Diplomatum & Monumentis fide dignissimis collectum a M. Enocho Widemann, Curiensi, Scholæ patriæ Collega, opus hætenus ineditum, e vernacula in latinam transtulit C.H.G. f. 629.

XVII.

Catalogus omnium Episcoporum & Archiepiscoporum Bremensium, contextus & conscriptus a Joanne Othone Lunenburgensi, Anno a nativitate Salvatoris M. D. LXXX. f. 773.

XVIII.

Brevè Chronicon adhuc ineditum Ecclesiæ Hamelensis, Auctore Johanne de Poelde, ejusdem Canonico Seniore A. M. CCC. LXXIV. conscriptum. Accedit ejusdem Civitatis Discursus Historicus conscriptus a Gerharo Reichen &c. cum additamento Sebastiani Spilckeri, ex Bibliotheca Menckiana. f. 819.

XIX.

Genealogia Comitum Leisnicensium deducta a Majoribus Viperti illius bellicosi Comitis Groizensis &c. Auctore PETRO ALBINO Nivemontio. Specimen, quomodo illustrare conaturus erat Nobilitatem Misnicam, Saxoniam, Thuringicam, &c. modo necessariis adnuculis non destitueretur. Anno M. D. LXXXVII. Nunc Notis illustravit variisque Accessionibus auxit Christianus Gottlieb Schwanzius, Comes Palat. Cæsar. & in Acad. Altorfua Profess. Publ. f. 833.

XX.

Annales Erfurtenses Germanici ab Anno M. CCCC. XL. usque ad Annum M. CCCC. LXVII. jussu Hartungi Kammermeisteri Consulis Erfurt. collecti; sive Continuatio Chronici Thuringici Johannis Rothii; ex Archivo Regio & Electorali Dresdensi. f. 1185.

XXI.

ADAMI URSINI, Molybergensis, Chronicon Thuringiæ Vernaculum usque ad Annum M. CCCC. cum Appendicibus de Erfurto et Nordhusa, absolutum Anno M. CCCC. XLVII. f. 1239.

XXII.

Historia Belli Smalcaldici imprimis Ludovici ab Avila Commentarius de Bello Germanico opposita a Duce quodam bellico, forte ipso Sebastiano Scherttlinio a Burtembach, qui a parte Protestantiam bello illi interfuit, Locis ex Avila in Notis adductis illustrata. Accessit ejusdem Scherttlini Commentarius de rebus a se bello gestis; e Bibliotheca V. ill. Raym. Krafft de Dellnensingen, Liberi S. R. I. Reip. Ulmensis Consulis. f. 1361.

XXIII.

HERMANNI a KERSSENBRUCH *Narratio de Obsidione Monasteriensi, seu de bello Anabaptistico. f. 1503.*

XXIV.

ANONYMI *Chronicon Bobemicum, ab Origine Ducum Bobem. usque ad Ann. M CCC XXIX deductum & cum aliis Scriptoribus Bobem. collatum; e Bibliotheca Menckeniana. f. 1617.*

XXV.

COSMÆ Pragensis *Chronicæ Bobemorum Libri III, supra Scriptorum horum Tomo I pag. 1955 editi, nunc cum Membrana Autori fere cœva integerrimaque Archivi Regii & Electoralis Dresdensis collata, plurimis locis emendati & insigniter aucti. f. 1771.*

XXVI.

BENJAMIN LEUBERI, *Œti Catalogus Regum, Electorum, Palatinorum, Ducum, Marchionum item & Comitum potentiorum Veterum Saxonicæ, Thuringicæ & Misnicæ, ut & Marchionum Comitumque paulo recentiorum & Toparcharum, quorum memoria in Saxonicæ Superioris Circulo exstat; ex Autoris quarta Monarchia, nunquam publici juris facta, & partem in Gribnerianæ, partem in Menckenianæ Bibliothecæ Codicibus exstante depromtus. f. 1809.*

XXVII.

Diplomatarium Caroli IV, ex Codice chart. Bibl. Paul. Lips. descriptum. f. 2009.

XXVIII.

De Origine, vetustate, appellatione & Regionibus Tubantiorum, Cygno- rum, Libanothanorum, Misuensium, nec non Molbii fluminis descriptione, quondam per egregium, eximium & doctum Virum, Dominum Erasmum Stellæ (alias Stuler) artium liberalium & Medicinæ Doctorem, tunc temporis Proconsulem & Physicum Civitatis Cygneæ descripta. f. 2039.

XXIX.

Observationes extemporaneæ, singularia quædam loca Trium Tomorum breviter illustrantes, a studioso harum rerum adjectæ. f. 2053.



MATTHIAE DOERINGII
DOCT. ORDIN. MINOR.
CONTINUATIO
CHRONICI
THEODORICI ENGELHVSII,
AB ANNO MCCCXX. VSQVE AD AN. MCCCXCVIII.

EX
CODICE MSC. BIBLIOTHECAE ACADEMICAE LIPSIENSIS
DESCRIPTA.



Continuaturus hoc bre-
ve opus, dum DEUS om-
nipotens michi vitam
concesserit, nichil nisi
memoria dignum anno-
rabo.

1420.
Sigismundus obsides
Pragam.

Eodem enim anno quo* supra scil. 1420.
per regem *Ungariae Sigismundum* convocan-
tem principes & indicibilem exercitum, val-
lavit civitatem *Pragensem* pro heresis ibidem
extirpatione, sed quicquam diffinitive dici
non potest, cum magnorum sint in hac ma-
teria opiniones contrariae; acceptis multis
dampnis in exercitu fidelium in monte *Tha-
bor*, ubi perierunt quamplures strenui de
exercitu marchionis *Missenensis*. Recesse-
runt ab obsidione nullo facto insultu.

1421.
Papa indi-
cis expedi-
tionem
cruciatam
in *Hussitas*.

Anno 1421. destinata fuit legacio a sede
apostolica, exhortans omnes Christi fideles
cruce signari & procedere contra *Bobemos
Hussitas*, imperciens omnibus cruce signatis
& procedentibus remissionem omnium pec-
catorum. Ob cuius gratie consecucionem
indicibilis multitudo fidelium ex omnibus
fere *Almania* partibus *Bobemiam* expugnare
volentes convenerunt, & credo quod Deo
assistente fervor fidei, quem ego oculata
fide consexi, in vulgo ecclesia profecisset,
nisi ambicio & avaricia Principum obstitisset.
Obsidione enim posita circa *Zoff*, Principes
& potissime spirituales contendere ceperant
pro spoliis *Bobemorum*, que nondum in po-
testate ipsorum erant; diviserunt enim spo-
lia, nondum adepta victoria, ymmo nondum
commissa pugna. Et quia rex Romanorum

Causa ma-
le gesta
rei.

Sigismundus ibi non comparuit, & intencio
nostrorum Principum cauteriata fuit. Id-
circo Dei justo iudicio retrocesserunt sine ho-
nore, accepto multo dampno & sic transit
illa gracia sine fructu.

1421.

Anno 1422. convenerunt Christiani pre-
ter *Misnenses*, qui auxilio *Thuringorum* &
Saxonum soli hereticis restiterunt, quia mar-
chio *Misnensis* quandam civitatem regni
Bobemie Brugß nomine ex commisso regis
tenuit, quam contra *Bobemos* defendere tem-
ptavit, occasione cujus sibi multa dampna
mutuo intulerunt. Nam multocius heretici
in obsidione dicte civitatis audientes adven-
tum *Teutunicorum*, expectare non audebant.

1422.

Tandem anno 1423. in die *Nivis B. Virginis*
animati bellum expectabant, & ceciderunt
eo die de *Bobemis* 3000. & amplius, non *Teu-
tunicorum* fortitudine sed Dei gratia & devo-
cione. Occisis autem spoliatis, reperte sunt
quam plures mulieres in armis prostrate.
Qua caede *Bobemi* aliquid humiliter a pu-
blicis obsidionibus ad tempus abstinerunt
usque ad annum 1426. Medio tamen tem-
pore multas civitates destruxerunt, eas tra-
ditione interveniente capientes & omnes vi-
ventes in eis occidentes. Resumptis autem
viribus & animo, anno 1426. iterum bellum
Misnensibus indixerunt, qui assumptis *Thu-
ringis* & reliquis de ducatu *Saxonie*, quia
marchio *Misnens.* dux *Saxonum* noviter crea-
tus fuerat, contra *Bobemos* circa festum san-
cti *Johannis Baptiste* processerunt, & occur-
rentes eis prope oppidum *Ausß*, cum *Chri-
stiani* haberent verisimili estimacione quin-
que contra unum *Bohemum*, omnes tamen
Christiani turpiter egerunt. Nam nulla no-

1423.

Clades *Bo-
hemorum*.

* Nam Chronicon Engelhusii in nostro Cod. usque ad Anno MCCCC XXIII. erat deductum.

1423.

Foedus clades Nobilitatis Christianae.

minis divini invocacione previa, omni post-polita disposicione debita, nullo cogente fugerunt, Comitibus, Baronibus, & militibus in pugna relictis, qui etiam communiter bello perierunt, inter quos fuit Comes de *Querworde*, Comes de *Bichelung*, Comes de *Glichen*, Burgravius de *Misna*, cum reliquis, quos longum esset enarrare. Illi Nobiles credentes se multitudine vallatos, ignorantes fugam generalem, fortiter usque ad mortem ibi dimicaverunt. Ceteri autem fugientes, nemine persequente, pre pulveribus & caloribus sunt extincti. Alii autem rejectis armis, nudi evaserunt, sicque in loco pugne pauci remanserant, praeter dictos Dominos & eorum propinquos familiares. Sed in fuga, sicut ferebatur, ceciderunt sine gladio & vulnere circiter 6000. virorum, & ut verius dicam, effeminatorum. Tunc quidam eorum fatuum congressum & effeminatos animos colorare volentes, infamaverunt campiductorem scil. Dominum *Biffonem Vicerbum*, imponentes sibi tradicionem; quid in hac materia verum sit, Deus novit. *Bobemz* igitur ex armis Christianorum rejectis, & spoliis & curribus innumerabilibus & cibariis & equis confortati animosius egerunt. Et fertur, eos Duci *Saxonum* scripsisse: *Si excommunicatio Papae tui ligat, qui excommunicat omnes adducentes nobis victualia & impercipientes auxilia nobis, tunc tu es excommunicatus, qui misisti nobis cibos in copia, equos, currus & arma. Vale.*

Bellum Ducum Meipol. & Pomer. contra March. Brand.

1425.

Illis temporibus erat sis magna inter Duces *Stesinensem*, *Magnopolensem*, *Pomoranum*, *Swerinensem* & Duces de *Wenden* parte ex una, & Marchionem *Brandenburgensem* parte ex altera. Dicti enim Duces anno 1425. tradicionem ceperunt civitatem *Prenslaviensem*, Marchione agente in remotis, sed filio Marchione *Johanne* ad Marchiam revertente, terram *Pregnitz* dicti Duces invaserunt conducentes secum amplius quam 300. currus cum victualibus, credentes se velle diu in terra Marchie dominari. Sed Dominus *Johannes* eis occurrit prope *Postwalch*, eos quantumcunque juvenis animose aggressus est. Cujus impetum ferre non valentes, fugere ceperunt, curribus relictis, ubi & Dominus de *Wenden* interemptus est. Et sic Marchio *Johannes* eos persecutus est usque ad crepusculum, quando amplius procedere non valebat. Qui reversus 300. currus cum victualibus &c. suis dividendos tradidit, sibi que solos captivos reservavit, & sic per primam suam victoriam illis Ducibus timorem incussit. Post hoc *Prempslaviensem* (civitatem) quam Duces per tradicionem proconsulum occupaverant, ipse viriliter recuperavit.

Victoria Marchionis.

1423.

Anno Domini 1423. Dux *Saxonum Alberthus* moritur sine herede, cui Marchio *Misnensis Fredericus* successit, factus per Imperatorem Dux *Saxonum* & Elector Imperii. Anno eodem in die Scti Clementis communitas *Halberstadensis* quatuor de consilio decapitavit, quod postea anno 1425. in die Scti Jacobi per civitates maritimas dictas de

Seditio Halberstad.

Hense posita obsidione, de civitate vindicatum est. Nam pari voto quatuor Nobiles sceleris principales auctores postulati & accepti ante civitatem decollati sunt.

1423.

Anno 1424. mortuo *Benedicto* Papa *Arragonico* successit alius antipapa scil. *Eugenius Carrusienis*. *Magnus* Episcopus *Caminensis* fit Episcopus *Hildesemenis*, *Johanne* cedente. Nota quod *Sarraceni* occupaverunt terram sanctam 133. annis & hoc anno 1427.

1424.

Anno 1426. incepit contencio inter civitates maritimas & Regem trium regnorum scil. *Dacie* &c.

1426.

Anno 1427. consules illarum civitatum habentes pactum cum rege *Dacie*, tradiciose egerunt. Vnde in civitatibus magna sedicio surrexit.

1427.

Eodem anno *Husite* intraverunt *Slesiam*, destruentes *Lubonensem* & *Aarmontanensem* civitates, fratribus minoribus in utraque habitantibus, interfectis, nemine contradicente, quamvis numerosus exercitus Christianorum adesset, que tradicio Duci *Lodewico de Briga* publice ascribebatur in ejus vindictam.

Husite Slesiam vastant.

Eodem anno Principes Electores exercitum grandem habentes, contra *Bobemos* transfulerunt ad *Bobemiam*, sed justo Dei iudicio propter causas dictas de obsidione *Zocensi*, nemine persequente, turpissime fugerunt, que fuga secundum vulgarem opinionem *Bavaris* ascribebatur. Credo tamen quod post diram crudelitatem, potissima causa, quare nichil profecerunt Christiani, fuit, quia episcopus *Maguntinensis* cum sibi adherentibus parte ex una, & *Lantgravius Hassensis* parte ex altera, illo tempore explicitè contendere ceperunt.

Expedicio nova in Bobemiam, sed sine fructu.

Post dictam turpissimam fugam Principum Electorum facta est convocacio Principum in *Franckenfordiam* per Cardinalem missum a Papa, *Dominica* post *Martini*; qui misit edictum & fecit colligi pecunias pro expugnandis hereticis, sic quod tam religiosi quam seculares, ymmo Fratres minores ad contribuendum cogebantur in prejudicium professionis eorum. Vnde sicut pecunia illa fuit collecta sine Zelo religionis & justicie, ita deserviebat non proteccioni fidei sed avaricie, & finaliter fuit occasio multiplicis ruine. Nam Principes volentes ibi collectam in suis terris usurpare, tacti avaricia propter diversas condiciones divisi sunt discordia. Vnde secuta sunt subscripra mala. *Husite* enim sic Principes discordare sencientes, anno 1428. in quadragesima invaserunt *Slesiam* & destruxerunt in ea 24. civitates muratas, villarum &c. vix fuit numerus, nemine contradicente, cum tamen Christianorum verisimiliter fuerunt mille ad unum *Husitam*. Qui videntes se prosperari in extremo Orientali, tandem extremum Occidentale eodem anno in estate invaserunt, *Bavariam* usque ad fines *Burgavii* *Nornbergenis* pertingentes, qui cum esset marchio *Brandenburgensis* & Elector Imperii, & ut dicebatur, vicarius Imperatoris, tum sibi dampna multa intulerunt, volentes ostendere, nec consilia Electorum nec collectam

Communis Denarius.

1428.

Silesia de novo vastatur.

item Bavaria, &c.

eorum

1428. eorum Christiane fidei quicquam posse prodesse. Ecce *Almania* quondam animosa milicia, nunc autem vel per consensum heresis sacrilega vel turpiter effeminata. Timeo quod in turpitudinis nostrorum Principum vindictam, Deus eodem anno generalem quasi per omnes partes *Almanie* grandem immiserit pestilenciam & variam plagam.

1429. In anno 1429. Imperator & (ut presumitur) precursor antichristi volens omnia rectificare secundum dici, simulabat generalem contra *Bobemos* expeditionem, scribens omnibus principibus *Almanie*, quatenus super festo Nativitatis Johannis Baptiste in terra *Bobemie* omnes & singuli potentissima manu convenirent, ubi & Imperator ipse potenter asservit pro *Hussitarum* exterminacione finali vel le adventum eorum prestulari. Sed ecce dicti Principes, conserte fraudis regis immemores, pro dicto termino a rege statuto, se preparant, & in dicta causa fidei in auxilium regis festinant. Quo percepto, rex remandat, pacemque generalem cum *Hussitis* contractam ad biennium Principibus denunciavit, ut sic ecclesie tanto speciosius illudat. Unde factum est, quod sub spe dicte pacis Principes stantes secum, passi sunt ab *Hussitis* grandem impetum & multiplex dampnum illatum.

Sigismundus Hussitis favere videtur.

Hussitarum incursio in Misniam, Lusaciam &c.

Puella Aurelianensis.

Virgo.

Post festum enim Michaelis victorioso pertransierunt *Lusaciam* & castra metati sunt circa *Dressen, Misnam & Hayn*, & ceperunt civitates & castra & precipue *Gebin*. In omnibus hijs terris tam Misnensi quam Thuringensi &c. effeminatos videntes processerunt usque ad fines *Marchie Brandenburgensis*, ibique recesserunt cum spoliis ad *Bobemiam*: circa festum Clementis sunt reversi.

In hoc anno quedam fama exiit per universum orbem de quadam puella, que si spiritu phitonico vel divino nescio, futura & occulta predixit. Que veniens in auxilium regis *Francie Anglicas* obsidentes *Aurelianis*, debellavit, & regem *Francie*, repulsis *Anglis*, coronatum intronifavit. De qua quidam doctus Parisius sic scripsit:

Virgo puellaris artus induta virili veste; Dei monitu properat relevare jacentem

Liliferum regem suasque delere nephandos Hostes precipue qui nunc sunt Aurelianis. Urbe sub hac illum deterreat obsidione. Et si tanta viris mens est se jungere bello Arma sequique sua que nunc parat oliva puella.

Credite fallaces Anglos succumbere morti Morte puellari Gallis steruentibus illas Et tunc finis erit pugne, tunc federa prisca, Tunc amor & pietas & cetera multa redibunt.

Certabunt de pace viri cunctique favebunt Regi sponte suo, qui rex librabit in ipsis Cunctis justiciam, quos pulcra pace fovet. A nunc nullus erit Anglorum per diger hostis Qui se Francorum presumat dicere regem.

Et ibidem subdit sequentia metra forte venerabilis *Bede*, prophetice de illa puella scribentis:

Bis con bis: bis septem C sociabunt Gallorum pulli thauo nova bella parabunt. Ecce beant bella, portat, vexilla puella.

Sicque secundum computationem ejus primus versus describat annum Domini 1429: In qua relatione addebat, de quodam puero in *Cicilia*, qui publice predicans subtilissime, finito sermone ludum resumpsit more puerili. Eodem anno Heretici dicti redeuntes ad *Bobemiam*, cum victoria iterum exeuntes ex altera parte *Albee* incipientes a montibus episcopatum *Misnensem*, destruxerunt totam *terram Misnensem*, pertransierunt & *terram advocatorum & Franckoniam*, usque prope *Bambergam* pervenerunt. In quo transitu *Offsbaz, Aldenborg, Plamen & Curiam Regnicz, Beyreuth & Collenbach* civitates munitas cum innumerabilibus opidis & villis miserabiliter combusserunt. Tributum sub pacto recessus eorum a Marchione *Brandenburgensi* & civitate *Nornbergensi* & *Bamberg* receperunt. Marchio quoque *Brandenb.* cum eis scilicet *Hussitis* diem amicabilium tractatum constituit, sed hoc tractatus Papa prohibuit, & clericos eis non consensit. Unde factum est quod heretici offensi in *Almanie* malum exarserunt, querulantes verbo & scriptis, quod eis audientia fuisset denegata, cum tamen Christus non denegasset dyabolo audientiam.

1429. Metra Bede de illa puella.

Hussitarum incursio in Misniam, Franconiam &c.

Marchio Brandenburg tractare cum eis prohibetur.

1430.

Anno Domini 1430. *Bononia* rebellat sedi apostolice. Item *Veneti* perdiderunt *Salverig & Albaniam*. Item Papa fecit per legatum celebrari generale Capitulum fratrum minorum in *Assisio*, & regulam ordinis pro ejus reformacione declarari, & ipsum ordinem quasi tripartitum reuniri.

Hoc anno in mense May capta fuit dicta puella *Francie* a Duce *Burgundie*, sed mirabiliter, ut dicebatur, a captivitate liberata. De ejus captivitate factus est versus:

Alla loquax Mayo capista ducis in grege Ieso. Sed post veriozem rumorem dicebatur combusta tanquam maga.

Anno millesimo quadringentesimo 31. Papa *Martinus* misit Dominum *Julianum* legatum contra *Bobemos*, qui collecto exercitu de jussu Imperatoris profectus est in *Bobemiam*, quem non hostium imperus sed proprii exercitus infidelitas in fugam convertit. Nam antequam aliquem hostem vidissent, omnes Principes fugerunt, eundem in campo relinquentes. *Bobemi* exercitum dictum timentes audientesque fugam sine persecucionem, subito accurrentes ceperunt currus fugitivorum, in quibus inexplicabilem auri, argenti, vestium & alimentorum copiam invenerunt. Ut hec fuga vilissima Imperatori imponi non posset, ipse in *Nornberg* remansit, que tamen mansio eum a tradicionem non excusat, ut putatur, quod neminem fuge auctorem punivit. *Martinus* papa videns, se & ecclesiam sic gladio materiali destitui, ejusque auxilio fraudari, recurrit ad spiritualem, faciens per dictum Legatum, juxta decreta Conciliorum *Constant.* & *Senensis*, concilium generale in *Basilea* congregari, in cuius congregationis principio ipse Papa mortuus est. Cui

Puella Au- relianen- sis.

1431.

Julianus Legatus ducit Christianarum copias in Bobemiam.

Concilium Basileense indicitur.

1431.

successit *Eugenius* 4tus natione Venetus, qui id ipsum Concilium continuandum dicto legato mandavit. Aliquali igitur congregatione facta, quamvis non magna, *Bobemi* vocati sunt, audienciaque, quam ab olim postulaverunt, eis est permessa & data, & in disputatione convicti sunt, errasse in 4. suis articulis, scilicet: *punitione peccatorum, possessione clericorum, libera predicacione & sub utraque specie communione.* 3. abnegantes, sed 4tum non de necessitate sed de gracia uti volentibus in regno *Bobemie* ad tempus postulantes obrinuerunt. Concilio igitur sacro in materia pacis ecclesie, extirpacionis pravitate hereticæ & reformationis generalis presertim curie Romane feliciter agente, omnis probitatis hostis dyabolus dictum *Eugenium* Papam ad dissolvendum Concilium incitaverat. Unde pertinax pugna secuta est, quando veritas sacri concilii se tenuit & voluntas erroris Pape sese tuebatur. Unde sevisimis dissensionibus intervenientibus, multitudo Christianorum posita est sub ambiguitate opinionis, an Papa esset supra Concilium, vel e converso. Tandem devotum est ad hoc, ut sacrum concilium consecreret literas adhesionis Pape, & similiter revocatorias quarundam bullarum, & mitteret ad Papam, quas Papa sigillari fecit, nullo verbo mutato, & sic Papa requisitioni sacri Concilii satisfecit, & ex tunc sacrum Concilium fretum pace concupita prosperatum est. Hec dissensio fuit anno Domini 1431. similiter 1432. & 1433. fuit terminata secundum modum dictum.

1433.

Et anno 1433. *Poloni* auxilio *Hussitarum* vastaverunt *Prutenos*.

Eo anno coronatus est *Rome Sigismundus* in Imperatore, & reversus est in *Basileam*.

Dissensio inter Bobemos.

Eodem anno misit sacrum concilium legationem ad *Bobemiam*, & inter *Bobemos* seminaretur lis bona & rumperetur pax mala. Unde factum est 1434. quod *Bobemi* inter se dissidentes & sibi ipsis bella moventes exercitum campestem hereticorum penitus delerent, & pro pace regni illius decertarent. Hec cum gloria *Boborum* & ignominia Principum *Almanorum*. Quia quod potentia quondam invictissima *Almanorum* non potuit, auxilio Dei & suavis sacri Concilii valuit parva multitudo *Bobenorum*. Durante dicta dissensione inter Concilium & Papam, surrexerunt in *Italia* multi *Sacomanni*, invadentes terras ecclesie, & usque ad muros *Rome* easdem occupantes. Ita ut Papa pressuris pulsus fugam latenter a *Roma* reciperet, & clam versus *Florentiam*, ejus gracia usurus declinaret. Quod absque dubio justo Dei judicio factum est in ulcionem predictæ rebellionis.

Papa fugit Roma.

Anno 1432. usque ad 1434. inclusive, tempora hyemalia fuerunt semper asperissima & proluxa, tempora vero estivalia humidissima, sic quod per asperitatem temporum hyemalium destruebantur arbores, per humiditatem estivalium fenum & blada. Sic quod in partibus apertis *Almanie* magna fuit hys temporibus caristia. Erant enim cathelismi hor-

rendi & inundaciones destruentes pontes super *Albeam, Bobram* &c. Sic quod parva flumina in tantum excreverunt, ut suburbium *Gorlitzense* subverterint, villas, muros & domos muratas.

1434.

Illo anno *Slesie* obsiderunt *Nymcz*, effugare proponentes reliquias *Hussitarum* in castris *Slesie* derelictis.

Eo tempore in regno *Svec.* surrexit quidam *Engelbrecht*, qui adhesionem nobilium & vulgariū sibi regnum usurpare conatus est, in ulcionem oppressionis, quam *Daci* in *Svecia* exercuerunt, & sic rex *Dacie* cum *Hensis* pacis federa inire coactus est, que prius oblata & petita negavit.

Seditio in Svecia contra Dacos

Dux *Saxonie* obsedit *Hallis*, sed nichil profecit, nisi quod facti fuerunt tractatus amici in causa cleri & oppidi *Magdeburg*.

Anno 1435. in festo Scti *Matthæi* reintravit clerus *Magdeburg* controversia sedata.

1435.

Anno 1436. episcopus *Halberstaden* concubinarius publicus mortuus est, cui successit ille de *Werberg*.

1436.

Sigismundus Dux *Saxonie* & Marchio *Misnensis*, fasciatus per quendam monialem ordinis *Prædicatorum* de *Wyda*, relicto dominio in manibus fratris, est presbiter ordinatus (& factus * episcopus *Herbipolensis*.) In quo presbiteratu multas fatuitates exercens, tandem tria caltra, que pro vitalicio ejus fuerunt deputata, sequenti anno tradere in manus hostium sui fratris satagebat. Sed *Friedericus* frater ejus tradicionem illam preveniens ipsum castris dictis privavit, ut qui matri sue maledicere & displicere studuit, ipse maledictus coram omnibus videtur.

Sigismundus Dux Sax. fit Presbyter.

Captus.

Concilium *Basiliense* pro collecta faciendâ ob *Grecorum* reductionem, aperuit thesauros ecclesie, mittendo ad omnes mundi partes indulgencias a quibusdam non reputatas. In qua & aliis materiis magna dissensio inter Concilium orta est in scandalum plurimorum. Unde Papa *Eugenius* ** ausum sumpsit contra Concilium, prius per ipsum, ut supra dicitur, approbatum. Et surrexit magna lis inter partes, ita ut Concilium citatorium & monitorium decerneret contra summum Pontificem. Ipse quoque citando & monendo Concilium, reddere videbatur vicem, & fecit Concilium in *Ferrariam*, quod scandalum, Domino Imperatore agente, ad tempus suspensum est an. 1437.

Nova dissensio Concilii & Papæ.

Anno 1437. Episcopus *Halberstaden* cum forti exercitu recessit ultra *Haribonem* contra *Thuringos*, qui avitati eum invaserunt & ipse vulneratus cum paucis evasit.

1437.

Dux *Mediolanensis* bello manuali cepit regem *Aragon.* cum fratre & nepote, & facti sunt ejus *Vasalli*.

In *Francia* ex reliquiis gwerrarum sic invulnerunt latrocinia, quod extra portas *Parysienses* non erat tutum spaciari.

Latrocinia in Gallia.

Flandria etiam insurrexit contra ducem *Burgund.* qui cum captiose vellet ingredi *Brugas* cum magno exercitu, intromissus est cum

Dux Burgund. Brugas est in via periculo.

* Quæ ita unciis inclusimus, supplementum sunt recentioris manus.

** Ita semel atque iterum in Codice. Sed lege; *ansam*.

1437.

cum 600. notabilioribus, qui omnes occisi sunt, ipso vix cuiusdam fabri auxilio evadente. Qui faber divisus est in quatuor partes, ad 4. patres *Brugis* suspensus.

In partibus *Franconie* & *Nurberge* grandis pestilencia concomitans ymmo concurrens cum karistia.

Marchio *Brandenburg.* humiliavit Ducem de *Lowenburg.* Et in *Pregnitz* precipue in *Kiritz* gravis fuit pestilencia.

Capta est *Bononia* per Ducem *Mediolanensem* 7. die mensis *Decembris.*

Sigismundus Imperator mortuus est & *Albertus* dux *Austrie* ei in regno *Ungarie* successit, similiter & *Bobemie.*

1438.

Anno quoque Domini 1438. eligitur idem in regem Romanorum.

Eo tempore ejus promocionem & fortunam *Poloni* egre ferentes infestabant *Slesiam*, eam ultra *Oderam* vastantes usque ad *Wratislaviam* exclusive, præstantes nihilominus auxilia & consilia *Husitis Bobemis* rebellare volentibus novo Regi. Unde & Rex collecto exercitu in *Bobemia* fecit obsidionem montis *Tbabör*, sed nichil profecit, nisi quod cepit & interfecit quosdam sue mayestatis traditores, inter quos etiam latro insignis *Sigismundus* de *Terzem* captus & proditus est. Sed cum ab obsidione recederet Dux *Saxon.* volens cum suis reverti ad *Misnam*, insidias *Bobemorum* in via sensit, qui & secum habuit Ducem *Brünswic. Wilhelmum* cum *Marchionibus* & *Jacobeken*, qui pridem capitaneus hereticorum fuit, cujus auxilio & consilio *Bobemos* debellavit, interfecit 3000. virorum, 2000. ca. cepit. Tunc rex *Pragam* & civitates obediens cum capitaneis disposuit, & transtulit se in *Slesiam.* ubi Marchio *Brandenburg. Albertus* acutis lanceis inermis solo clippeo protectus Ducem *Nicklaum* de *Tropen* superavit, presente rege. In cujus absentia civitas *Pragensis* nova & antiqua conflictum facientes, magnam stragem fecerunt. Sed & idem *Albertus* Marchio, factus capitaneus regis Romanorum intravit *Poloniam* cum exercitu usque & ca. & vastavit totam terram.

Sigism. de Terzem;

Insidie Duci Sax. paratae vertuntur in auxores.

Alberti March. fortitudo in ludis equest.

1439. Dissensio Concilii Basil. & Papa.

Mors Alberti Regis.

Concilium *Ferrariense* dissolutum est partim timore Concilii *Basil.* partim quia belli tractatus factus fuit, ut civitas *Ferrariensis* traderetur in manus *Venetorum*, quod quia impositum fuit *Pape*, tunc se ad castra *Venetorum* transferre coactus est. Ita dicebatur per *Ottones.*

Anno 1439. *Basileense* Concilium *Papam* deposuit & vice versa *Papa* Concilium, quantum in se fuit, dissolvit, & ibidem remanentes excommunicavit. Sed *Rex Romanorum* & alii *Reges* & *Principes* neutrales remanentes nec concilii nec *Pape* decreta receperunt, sed a mandatis utriusque appellaverunt ad futurum Concilium *Basilee* vel *ycomenicum*, in qua etiam eodem anno in festo *Omnium Sanctorum* *Principes* convenerunt. Sed quia eodem tempore *Rex Romanorum* obiit, nichil finaliter conclusum est. Mors hujus regis imputabatur *Ungaris*, quasi eum cum sibi fa-

miliaribus magis intoxicassent. Et exinde *Poloni* invaserunt *Ungariam* & *Russiam.*

Hoc anno gravis pestilencia fuit & generalis, sed karistia & sterilitas fere per septem annos vel amplius contra cessavit. Similiter inundacio aquarum.

Item Dux *Saxonum* & Marchio *Brandenburg.* Episcopum *Halberstad.* humiliaverunt. Ceperunt opidum *Hestede* & *Aschbar. Queddelingenburg* & *Halberstadt* sub tributis constituerunt. Unde & Marchio *Brandenburg.* sororem Ducis *Saxon.* votivam ordinis sancte *Clare* in *Silesitz* recepit in uxorem sub promisso. Sed cum Marchio susciperet civitatem *Magdeburgensem* a Duce impugnata in sui defensionem, negata est promissa soror.

Sed cum tractatus *Principum* in longum traheretur, sacrum Concilium *Basil.* attediatum, volens deponicionem *Eugenii* habere ratam, non obstante appellacione dictorum, procesit ad electionem *Pape*, & electus est in *Papam* Dux *Sabaudie Amedeus; Felix* nominatus.

Item circa festum Conversionis Sancti *Pauli* convenerunt *Principes Electores* & elegerunt Ducem *Austrie*, patrum defuncti *Alberti*, in regem Romanorum, *Fridericus* nomine.

Item an. 1440. circa festum *S. Elisabeth.* Dux *Saxonum* fratrem suum Episcopum *Herbipolensem* invadere volens, expeditionem magnam trans montes *Franconie* duxit. Sed prohibuerunt *Marchiones Brandenburg.* qui eum undique expugnabant, *Albertus* in *Franconia;* *Johannes* in *Voytlandia;* Dominus *Fridericus* in *Saxonia;* qui cepit castra & civitates. Sed tractatibus concordata est lis illa, in periculosa, & data est soror Ducis *Marchionis Friderici* prius negata in confortem cum gaudio. Et magnificatum est nomen *Marchionis Friderici*, lic quod omnibus in circuitu bonis valde esset venerandus, latronibus & perversis metuendus, adeo ut imperio dignus putaretur.

Anno 1440. in estate *Marchio Brandenburg. Fridericus* Ducem *Henricum* *Magnopolitanum* sollempniter humiliavit.

His diebus *Eugenius* *Papa* quamvis per Concilium depositus, divisit ordinem fratrum *Minorum*, per bullam absolvendo dictos de observancia mandata in regula, putavit fortassis per hoc scisma & scissuram ecclesie minorare.

Item an. 1441. per Regem electum multe diete pro sedacione scismatis sunt indictæ, sed Rege ignavo, avaro, divitiis immerso, negligente, nulla ad effectum perducta est, qui vulgo dicebatur rex *Judeorum* potius quam *Romanorum*, propter familiaritatem, quam ad *Judeos* habere videbatur. Nec *Principes Electores* sedacionem scismatis multum optabant, specialiter *spirituales*, quia stante neutralitate, potius *Pape* quam *Episcopi* videbantur, sub typo neutralitatis omnia sibi licere putantes.

Item anno 1441. plebei in regno *Dacie* insurrexerunt contra nobiles, multos ex eis occiden-

1439.

Bellum Ducis Sax. cum Ep. Halberst.

Electio Felicis Pape

Friderici III. Imperator.

1440.

Bellum Ducis Sax. cum March. Brand.

Lans Friderici Placidi.

Ordo fratrum Minorum dividitur a Papa.

1441.

Fridericus inglorius Imperator.

Seditio vulgi in Dacia.

1441. *Dania contra Nobiles;* cidentes; sed rex *Christoferus*, qui exulante rege *Erico* regnum occupavit, collecto exercitu, congregacionem plebeorum dissipans, ex eis tria milia interfecit.

Quo tempore orta est gravis guerra inter Duces Brunswic. *Wilhelmum* scilicet *Oztonem* & fautores parcium.

1442. *Duces Magnopol. recipiunt feudum a March. Brandenb.* Anno 1442. de mense May Duces *Magnopolen.* omnes, qui terram *Wenden* de facto occuparunt, eam a Marchione *Brandenb. Frederico* in feudum receperunt, & de approbacione regis Romanorum, omnes terre & civitates Dominorum *Magnopolensium*, etiam *Rostock* & *Wisnar*, Domino Marchioni fecerunt homagium, jurantes in effectum, quod deficiente prole masculina de semine *Magnopolensi*, Dominum Marchionem *Brandenb.* pro vero Domino colerent, ac ei ut vero Domino per omnia obedirent.

1. *eveniunt.* Eodem tempore obierunt regina relicta *Alberti* regis Romanorum prefati, mater Marchionis *Brandenb.* & mater Ducum *Saxonie*.

Papa dat Ministros Ordini Minorum. Item *Gabriel* alias *Eugenius* spirans divisionem ecclesie (in eamque) deserviens contentus non erat, generale scisma sua frenesi introduxisse, quinquimo & singulas partes dividere scismatice visus est, incipiens in ordinem fratrum Minorum deservire, intrudens generalem Vicarium provinciales Ministros, sed sacro Concilio disponente in parte provisum est.

Miser status Germania durante schismate. Item sub premissa neutralitate, cum preclusa esset omnis justicie via pauperibus & impotentibus propter declinaciones fori, nunc Concilii, nunc Pape & c. multa mala surrexerunt. Inter cetera precipuum, quia potiores & doctiores Ecclesie, qui columpne videbantur, sua ingenia colentes contra se invicem scribentes, hy pro papatu, hy pro Concilio, hy primatum Pape, hy Concilio tribuentes, scriptis apollogeticis mundum repleverunt, animosque neutralium nedum sed & aliorum perplexos reddiderunt, quorum scripta qui videbantur acuciora, recolligens, aliis modicum addens, in unum volumen redigi. Titulum volumini dedi, ut scilicet *Liber perplexorum Ecclesie*.

Autris Liber perplexorum Ecclesie. 1443. Anno 1443. rex Romanorum concorditer cum Principibus Electoribus misit legacionem ad sacrum Concilium & *Eugenium*, petitionem porrigens in hec verba: N. N. votum tuum ad id conferre digneris, ut modum congruis ad generalis & ab omnibus indubitati Concilii congregacionem in loco gloriosissimo Dno nostro Regi & suis Principibus Electoribus grato & rebus gerendis, accommodo infra unius anni spacium perveniat. Pro quo dicti D. n. rex Romanorum & ejus Principes Electores hortantur, obsecrant & per viscera misericordie Ihesu Christi requirendo N. N. supplices exorant; ad quam supplicationem tanquam de celo inspiratam sacrum Concilium honeste & affirmative respondit. *Eugenius* autem eam tanquam erroneam reje-

Papa superbum responsum. cit, quia nichil commendare consuevit, nisi ad approbacionem sui saltus pertineret. Ex qua responsione *Eugenii* omnes sane mentis Principes sic merito permoti sunt, ut sacrum Concilium conservent, auctoritatem quoque sacrorum Conciliorum concutere non permittant. Inter quos ferventiores fuerunt Archiepiscopus *Coloniensis* & *Treverensis*; Dux *Saxonum* & *Palatinus Rheni*, qui tamen ad rogatum Regis & aliorum Coelectorum neutrales nomine permanferunt usque ad festum *Johannis Baptiste* Anno Dom. 1445.

In quibus annis intermediis multe diete indite fuerunt pro inveniendis modis perveniendi ad congregacionem Concilii indubitati, sed semper facta est dilacio propter absentiam regis ignavi, de quo supra. Qui rex in tribulacionem Germanice nacionis divina permissione, ipsius nacionis demeritis exigentibus, electus pacem ejus perturbare viis multis conatus est. Primum quia filium *Alberti* regis Romanorum, de quo supra, heredem regnorum *Ungarie* & *Bobemie*, detinuit. 2. quia filium *Frederici* Ducis *Austrie* cum thesauro sibi per patrem relicto deduxit. Tercio quia *Switenses* ab olim confederatos discordare procuravit. Propter primum datus est ausus regi *Polonorum*; ut regnum *Ungarie* invaderet & usurparet; que tribulacio ex hoc *Germanie* occurrit & amplius occurrere timeatur, dicitur in sequentibus. Propter secundum factus est motus magnus in montibus *Austrie*, ymmo inter regem & suum proprium fratrem. Propter tertium que *Germanie* provenerint incommoda, narrat *Rhenus*, *Alsacia*, *Swicia* & dicant omnes confederati. Ex quibus motibus occasione premissorum ortis rex sumpsit occasiones, quare ad dietas per se a se indictas non venerit, & quare negocia urgentissima ecclesie suspenderit, & ejus ignavia, ne dixerim malicia scisma ** metuendum contra suscepit incrementa.

Anno igitur 1444. rex Romanorum prefatus, ut commoveret *Switenses* & confederatos, suscitaretque bella, ubi pacem ex debito procurare debuisset, invitavit gentem *Armiacam* Gallice dictam, quatenus pro confederatorum humiliacione partes *Rheni* invaderet, eis castra & civitates obtulit, & stipendia larga promisit. Que gens gavisa tanquam ab olim aspirans ad sedes *Germanie* deliciosas, multos Principes finaliter allexit, ymmo & *Delphinus* in propria persona Capitaneatum assumpsit, qui cum 70000. partes *Rheni* aggressus *Alsaciam* destruxit, multa in Deum inhumana in oppressione mulierum, virginum & monialium & c. perpetrantes, etiam *Basileam* obsederunt. In cujus auxilium, quia una de civitatibus confederatorum extitit, *Switenses* 1700. viros miserunt, qui antequam ad *Basileam* venire potuissent, conflictum cum exercitu habuerunt, & cum de *Armiacis* essent 100. contra unum, *Switenses* tamen multos ex eis occiderunt & duces & Comites & principales Capitaneos & circa 2000. viros,

1444. *Gens Armiaca incitata a Frederico III.* *Schwieben sum virus contra.*

* Lege: modis.

** Forte rectius: minuendum.

1444.

rum, circa suburbium Basiliense. Unde dicitur *Delfinum* dixisse: *Switenses non esse homines, sed in bellis ultra homines se exhibuisse*; Addens, quod si ipse haberet 10000. & *Switenses* 20000. non presumeret bellare cum eis &c. Treuge inter *Basileam* & exercitum *Armiacorum* recepte sunt & finaliter confederati sunt *Armiaci* cum *Smicensibus* & confederatis, & per yemem in castris regis permanserunt, toti *Germanie* merum incuentes usque *Prusiam*. Tandem profesto Scti Gregorii recesserunt ad *Franciam* anno Domini 1445.

Quando etiam fama fuit publica & autentica, quod rex *Polonie*, qui caulis supradictis sibi regnum *Ungarie* usurpaverat, intravit terras infidelium, vastans easdem, & cum per aliquot dietas processit, occurrit ei Imperator infidelium, & committens bellum bina vice succubuit, tandem tercio bellans regem *Polonie* & *Ungarie* devicit, caput regis abscidit, & spolia & arma Christianorum auferens contra Christianos, & potissime *Germaniam* animatus est. Cujus infortunii post nostrum prefatum regem Romanorum, *Julianus* de *Cesarinis* cardinalis, subversor sacri Concilii fuisse dicebatur & ibidem occisus.

Hoc anno in profesto Scti Johannis Baptiste apud *Francfordiam* celebrata est dieta pro declaratione neutralitatis sed sine effectu. Et notandum quod intra prefatos annos neutralitatis apparuit zelus principum secularium ad statum ecclesiasticum. Nam qui illi vel isti parti adhesit, non religionis amore sed prece, precio, promissis, privilegiis & muneribus corruptus. Rex enim *Arragonum* sacro Concilio maxime affectus, habuit duos Cardinales & plures Prelatos in Concilio, inter quos fuit & famosissimus *Panormitanus*, sed *Eugenio* dante regnum Neapolitanum, ydem rex Catholicus, quam prius coluit, matris oblitus, Cardinales & Prælatos sui regni in favorem *Eugenii* & destitucionem sacri Concilii revocavit. Dux *Mediolanensis* ob alias causas prius sacri Concilii se scribens advocatum in *Italia*, versipellis amore *Venerorum* factus. Rex *Romanorum* freno sui Cancellarii dolosi *Caspar Slick* constrictus, in malum ecclesie dormitavit. Ipse enim *Caspar* propter ecclesiam *Frisingensem*, quam *Eugenius* suo cognato contra decretum de electione contulerat, multos a veneratione auctoritatis universalis ecclesie dolosius avertit. *Moguntinus* cum sua ecclesia ab antiquo nequam non minus nequiter se habuit. Nam Universitatum *Erfordensis*, *Liptzensis*, *Coloniensis* & *Hedelbergensis* instrucciones catholicas spernens, suorum palponum *Kusa* & *Lisura* deliramenta carius amplexatus est. Habuit & idem *Eugenius* cursores per mundum *Karvial* & alios, papatum & se Deificantes, asserentes ad ecclesie membra gratiam Spiritus S. & sacrorum effectum fluere non posse, nisi per caput, quod Papam fore contendunt, calumpniantes ac opprimentes auctoritatem universalis ecclesie & sacrorum Conciliorum, assumentes in adiutorium suorum errorum, quod illud ma-

Cades Regis Polon.

de Neutralitate.

Principum alienus a concordia Ecclesie animus.

Casp. Schlickii dolus.

Pape Eugenii emisarii.

gnum Concilium Constanciense Concilium generale non fuerat, sed tantum unius obediencie cum pro eo tempore tres obediencie fuissent.

Eo anno surrexit controversia inter Marchionem *Brandenburg* & Duces *Pomeranos* occasione oppidi *Pasmalk*, quod Marchio ad tempus obsedit, partemque ejus igne destruxit, relictoque oppido prefato cepit, castra Ducis *Stetinensis* tria & treuge facte sunt. Statimque post acceptas treugas ceperunt contendere duo fratres Duces *Saxon* Marchiones *Misnenses*.

Eodem anno dicebatur de quodam juvene 24. annorum in omni sciencia peritissimo usque ad omnium universitatum *Almanie* & Doctorum stuporem, qui veniens *Romam* per quendam Theologum confusus, sub simplici forma ex post incensit, profitens se solum Doctorem in Medicinis, negansque se dixisse scire omne scibile, quamquam de eo prius famatum fuisset.

Tante fuerunt hoc anno tempestates, quod in hominum memoria non erat, tot naves uno anno periisse.

Et Dux *Pomeranie* mortuus est.

Item anno 1445. mense Febr. *Gabriel* alias *Eugenius* Papa mortuus est, & per Cardinales ejus electus est dictus *Nicolaus*, per quem cum esset Episcopus Bononiensis, in dieta *Francfordensi* de mense Octobris anno 1446. celebrata, tractatum fuit de unione ecclesie, & conclusum, quod certis causis pendentibus exceptis omnia deberent esse grata & rata, que per *Eugenium* & eos qui sub nomine Concilii generalis *Basilee* remanserant, toto tempore suspensionis animorum & neutralitatis facta sunt, & multa alia miranda ibidem conclusa fuere pro securitate nationis *Germanice*, super quorum observancia rex *Romanorum* & regni proceres conficere possent sanctiones pragmaticas, ut ubi quondam sacre leges non dedignabantur sanctissimos canones imitari, jam videantur canones legibus debere subici. Hic unus & periculosus effectus neutralitatis. Que omnia sic conclusa per bullas Concilii & *Eugenii* adhuc viventis sunt ratificata. Et prefatus Episcopus rediens de dieta, solus est creditus. Et eodem anno papa *Nicolaus* V. similiter ratificavit & promisit velle instaurare Concilium ycumenicum infra 12. menses in *Almania*, si nec, videbitur post.

Hoc anno fuit opinio multorum bellorum inter *Veneros* & *Mediolanos* in *Italia*, inter *Rutenos* & *Livonienses* in aquilone, inter *Taboritas* & *Saxones* in *Almania*. Quia Dux *Mediolani* mortuus est & Comes *Franciscus* habens filiam ejus de scorto genitam sibi dominium vendicavit, quem juverunt *Veneri*, *Florentini*, *Bononienses* &c. Sed cum *Mediolano* fuerunt Dux *Sabaudie* &c. Duo etiam fratres Duces *Saxonie*, Marchiones *Misnenses* & Lantgravii *Thuringie* graviter contententes in auxilium multos evocantes etiam *Bobemos* vocaverunt. Sed demum Marchiones *Brandenburgici* & Lantgravius *Hassie* multis tractatibus

1444.

Bellum Brandenburgici & Pomerani.

1445. Eugenii mors.

1446. Acta in Concilio Francfurt.

Intestina discordia fratrum Saxonie.

1446. tibus fratres illos ad pacem reduxerunt. Sed cum predicti *Bobemi* jam essent ad bella parati, concordati cum uno ex prefatis fratribus scil. Lantgravio *Thuringie*, se transtulerunt ad *Saxoniam*, humiliantes Episcopum *Hildensemensem*, qui nisus fuerat destruere Ducem *Brunswicensem*, patrum dictorum fratrum Ducum *Saxonie*. Sicque assumpto dicto duce *Brunswicensi* profecti sunt in adjutorium Episcopi *Coloniensis* in *Westvaliam*, qui jam ferme per triennium pugnauerat non sine sui suorumque damno contra oppidum dictum *Zosatum*, quod oppidum omnes pariter obsederunt, & viriliter resistentibus Duce de *Cleve* & civibus oppidi predicti ab obfisione recesserunt, attemptantes oppidum *Lippe*, similiter resistentiam sentientes discesserunt, sed vastationes terrarum *Westvalie* civitatibus *Luneborg* & aliis maritimis tremorem magnum inculserunt, quia putabatur & publice dicebatur, quod ille exercitus missus fuisset de voluntate & consilio Principum ad humiliacionem civitatum, sed civitates se fortiter disposuerunt per *Hasfiam*. Dicebatur exercitus ille habuisse 82000. bellatorum & quod habuissent mandatum regis Romanorum, ideoque vexillum ejus coram *Zozato*, ut dicebatur, extenderunt. Ista secunda turbacio *Almanie* per istum regem *Judeorum*, (excitata) prima per *Armiacos* circa *Rbenum*, de qua supra, secunda ista cujus nondum finis.

Susatam
obsiderur
auxilio Bo-
hemorum.

1448. Eodem anno mortuus est Dux *Mediolani*. Item anno Domini 1448: mortuus est rex *Dacie* *Christoferus* nomine, Bavarus nacione ex patre, matre autem *Danici* generis. Relicta autem ejus filia *Marchionis Brandenburg. Johannis*.

Item hoc anno grandines in diversis partibus erant inaudite magnitudinis, destruentes blada & arbores specialiter in *Kircz*.

Mortuo prefato rege *Christofero*, qui fatis male tria regna *Dacie*, *Svecie* & *Norwegie* gubernabat, in *Svecia* quidam nobilis *Svecus* *Karolus* nomine se adjuvantibus *Svecis* in regem *Svecie* erexit, quod egre ferentes *Daci* in regem elegerunt comitem de *Aldenborch* nomine *Cristianum*, qui auxilio *Marchie Brandenburg. Holfacie* & Ducum *Barden. Wolgast Stettinen*. tota estate per terram & mare *Sveciam* infestabat, cepit civitatem *Wisbu* & totam *Godlandiam*. Qua victoria firmatus in regnis *Dacie* & *Norwegie*, desponsavit sibi filiam *Marchionis Brandenburg*: quæ fuit relicta regis *Christoferi* supradicti.

Ericus de-
serit Gode-
landiam.

Cum *Ericus* quondam rex trium regnorum sub illo bello civitatem *Wisbu* castrum ymmo totam *Godlandiam*, quam ut pirata occupaverat, amisisset, rediit ad *Pomeraniam* originale dominium suum, & factus est ibidem Dux ignavus cum suo feurto *Cecilia* dicto.

Eodem anno *Nicolaus* Papa misit legacionem cum mandatis plenissimis ad regem *Francie* & alios ad inveniendum media quibus ad unionem ecclesie possit perveniri, qui habitis multis tractatibus cum sacro Concilio *Basilienfi*

in *Gebennam* translato, & ab universis *Almanis* inique derelicto, devenerunt ad infra scripta puncta. Primo quod *Felix* Papa in sua obedientia resignaret Papatum non ad manus *Nicolai* pape sed Concilii supra memorati. 2. quod Concilium provideret *Nicolao* Pape, sic quod omnes defectus in ejus electione contingentes suppleret & eum in Papam assumeret & confirmaret. 3. quod *Nicolaus* Papa *Felicem* resignantem supremum Cardinalem haberet & legatum in partibus sibi alias obedientibus, nec aliquem de suis molestaret, sed & suos Cardinales &c. in Collegium Cardinalium assumeret &c. 4. quod generale Concilium infra 12. menses indiceret in partibus *Germanie* vel *Gollie* potissimum in *Lugduno* vel *Avinione*. 5. quod his sic conclusis per *Nicolaum* Papam bullatis Concilium predictum se sua autoritate propria dissolveret. Que omnia facta sunt, quia cuncti quasi *Christicolæ* fugam prentendentes Conciliorum auctoritatem, in quantum in eis fuit, supplantari permiserunt. His igitur modis facta est unio propter redemptionem vexacionis.

Eodem anno gravis & dispendiosa contentio facta est inter Dominum *Albertum* & ceteros *Marchiones Brandenburg.* cum Principibus & Episcopis & Nobilibus sibi adherentibus ex una, & *Nornbergam* cum civitatibus imperialibus partibus adherentibus ex altera. Itaque *Nobiles* a festo *Penthecostes* usque ad festum *Michaëlis* contra civitates campum tenentes multas terras devastarunt. Putatur a multis esse peccata Regis Romanorum, de consilio Principum contra felicitatem, ne dixerim prentensionem civitatum. Et hec guerra duravit per annum integrum. Qua pacata anno 1450. surrexit guerra pessima inter Ducem *Saxonum* & germanum suum *Wilhelmum* lantgravium *Thuringie*, qui exercitus contra se invicem in campis habentes, terras proprias vicissim depopulabantur. Partem Lantgravii cum juvarent *Marchiones Brandenburg.* Dux *Saxonie* campum dereliquit, & se in civitatibus & castris recepit, & tunc *Marchio Fridericus* Ducatum *Saxonie* turbavit. *Marchio Albertus* *Misnam* & *Franconiam* invalit in ulcionem, quia dux *Saxonum* *Nornbergensibus* tulit auxilium tamen invalidum contra *Albertum* predictum.

Hoc anno pestilencia valida fuit in *Ytalia*, *Alemania* &c. communiter sic quod a mense *May* usque *Octobris* papa *Nicolaus* pedem firmum habere non potens curiam dissolvit, audienciam & causarum expeditionem per idem tempus negavit. Et duravit hec pestis per annum *Jubileum*, qui fuit 1450. quando magnus populus *Romam* visitavit propter spem vanam absolucionis sine restitutione injuste derentorum & ablatorum.

Eodem anno canonisatus est sanctus *Bernhardus* in festo *Penthecostes* *Rome*, qui fuit ordinis fratrum minorum, miraculis clarus.

Eodem anno post defolationem Ducatus *Saxonum* & *Misne*, que facta fuit per *Marchionem Brandenburg.* & Lantgravium *Thuringie*, *Bobemi* ipsi confederati intraverunt cum

1448.

Felix in
concordiam
redie-
cum Con-
cilio.

Bellum
Marchio-
nis contra
Nornberg-

1450.

Bellum
fraternum
Ducum
Sax.

Annus Ju-
bileus.

1450.
Bobemi
vastant
Misiuam.

12000. & vastaverunt terras *Misiuenses* incendiis & rapinis, multa opida combusserunt, specialiter *Gberam*, ubi occiderunt & ceperunt ultra M. viros, Dominum de *Gbera* & de *Donyu*. Quibus expeditis, cum indicibili pecunia & suppellectili ad *Bobemiam* pacifice sunt reversi, treugis constitutis usque ad festum *Urbani*.

1451.

Nicolaus de
Cusa facit
statuta
provincia-
lia Magde-
burgi pro
suo arbi-
trio.

Jr. Mogun-
tia.

Anno 1451. quidam *Nicolaus* de *Kusa* cujus non cecinit bene *musa*, in remuneracionem, quia vovit scisma, & oppressionem autoritatis sacrorum conciliorum, factus est Cardinalis sancti Petri ad vincula, & missus legatus ad *Almaniam*, celebravit Concilium provinciale primo in *Magdeburg*, ubi quia prelati ignavi fuerunt & layci vix scientes de latino, ut dicerent, *placet*, receperunt ipsius *Kuse* decreta reformatoria cleri, religiosorum & Judeorum. In executione duorum ultimorum quidam fuerunt operosi, quid de primo erit, nondum visum est. Sed cum idem venit *Magunciam*, celebratum est inibi Concilium provinciale, & facta sunt statuta provincialia, per Prelatos provincie istius doctos, que Cardinalis dictus confirmavit, & sunt in parte similia his, que in *Magdeburg* edita fuerunt, utrinque satis contra mendicantes, sed teste conscientia satis racionabiliter. Quando turres S. Johannis & dormitorium majoris ecclesie *Magdeburgensis* fulmine perierunt in signum fulminis nocivi per *Kusam* procurati.

Johannes
de Capi-
strano.

Indulgen-
tia riden-
tur.

Eodem anno missus est a sede apostolica frater *Johannes* de *Capistrano* cum 12. fratribus ordinis fratrum Minorum ad convertendum *Bobemos*, de quo fratre scripta & dicta multa de miraculis per eum factis, per mundum divulgata sunt. Eodem quoque anno per dictum legatum posite sunt ciste ad reponendum pecunias eorum, qui volebant consequi gratiam anni Jubilei post ipsum annum Jubileum completum de superhabundante, ut quia currentes ad *Romam* nondum totum thesaurum *Almannorum* exhausissent, quod restabat, fiscus cistarum devoraret. Quidam vana spe absolucionis plenarie in injuste ablatorum & detentorum restitutione ad illas cistas avide concucurrerunt. Alii autem attendentes indulgencias ad modum ceruorum deferri venales, eas contempserunt, & fortassis omnino, quia cause male factus & avaricie curie Romane *tus stille. lat. over gan.*

Eodem anno *Fridericus* australis Rex *Romanorum*, verius *Judeorum*, ivit *Romam* pro coronacione, & Rex *Christianus* *Dacie* & *Kanuzus* pretensus Rex *Swevie* gwerram resumpserunt, & Principes *Brunswigenses* contra Ecclesiam *Hildensemensem* ceperunt dimicare propter detencionem Ducis *Wilhelmi* junioris *Brunswigensis*.

Hoc anno prefatus *Fridericus* australis cum *Ladisla* puero Regeque *Ungarie* & *Bohemie* & parvo exercitu Romipera factus coronatus est Imperator Dominica Letare, ut propheta *Koroli* ultimi impleretur? *Post me non erit Imperator* scil. qui potenter coronam expetit.

set. Nam *Sigismundus* & iste eam videntur mendicasse. 1451.

Eodem tempore quamplures Domini, similiter, & Clerici, per viam appellacionis se statuti supradicti *Kusa* opposuerunt; quibus appellacionibus Archiepiscopus *Magdeburgensis* deferre contempnens, processit contra Episcopum *Hauelburgensem* satis audacter. Episcopus autem *Hauelburg*. in vim defensionis fecit reconveniri Archiepiscopum *Magdeburg*. coram conservatoribus ecclesie sue, qui contra Archiepiscopum, non obstantibus appellacionibus pro eo interpositis, pari passu processerunt usque ad excommunicacionem. Sicque mutua infamacio ad *Romanam* curiam est devoluta & *Judeorum* reformatio sopita.

Obiit illo tempore anno 1452. *Magnus* Episcopus *Hildensemensis*, & postulatus est *Wilhelmus* Dux *Lunenburgensis*, juvenis laicus, cum quo Papa *Nicolaus* dispensavit per septennium, & se illo tempore scripsit non Episcopum sed Administratorem.

Bellum commissum est inter Ducem *Burgundie* & *Gandauenses*, neutra parte de victoria gloriante, quamvis multi de utraque parte perempti sunt.

Sed anno 1453. *Gandauenses* ceperunt Ducem & filium ejus ac proceres, & gwerra illa cessavit. Cessante autem illa gwerra Christiana, cepit expeditio magis ecclesie periculosa. Nam Imperator *Turcorum* per terram & mare vallavit *Constantinopolim* cum 200000. & cepit eam, & populum redegit in servitutem, Imperatoremque & filium & filiam captivos duxit ad ecclesiam magnam *Scte Zophie*. In cujus altari, prout famabatur, filiam stupravit, patre & fratre insipientibus, quo facto & patrem & filium & filiam immaniter in frustra concidi iussit, (*) cum protestacione, quod ante finem anni sequentis ita faceret Pape & Cardinalibus in *Roma*. Et ad id prosequendum

muris *Constantinopol.* urbis solo equatis, iter vertit versus *Ungariam*, in quo regno iam surrexit quedam discolorum ex reliquiis heresis Bohemicalis congregata societas, que regnum prefatum depopulabatur ab intra, *Turco* ab extra invadente. In his omnibus Imperator *Fridericus* australis fecit in domo, plantans ortos & capiens aviculas, ignavus. Regnum quoque *Ytalicum* ad id nichil valet per gwerras, per Imperatorem post sui coronacionem in *Ytalia* relictas, ut sic bellum internum ecclesie, infidelibus detansam, ecclesiam invadendi. Ita enim dicitur, *Turcum* dixisse, *antequam Alemanni bellicosi*, quos plus pondero, concordare poterunt, intencionem meam de destructione *Rome* videbo completam.

Sicque *Constantinopolis*, que condita fuit anno Domini 334. hoc anno destruitur. Sed & Papa *Nicolaus*, qui inestimabilem thesaurum putabatur collegisse in anno Jubileo & anno sequenti, quando legati ad vendendum indulgencias per universum mundum cucurrerunt,

Sigismundus & *Frid.* mendicaverunt quasi coronam *Romanam*. *Dissensio* inter A. Episc. *Magdeburg.* & Ep. *Hauelburg*

1452.

Wilhelmus postulatus Ep. *Hildes.*

1453.

Constantinopolis capitur a *Turcis*.

Ungaria vastatur.

Turca solus rimet *Almannos*.

(*) In margine scriptum est: Putant quidam hoc factum in vindictam infidelitatis, quod exercuit *Greecus* exercitum *Christianensem* tempore *Clementis* 3. & *Fridericus* 1. *Menskenii* Scriptor *Rer. Germ.* Tom. III.

1493.
Tres gale-
re contra
Turcom.

rerunt, de tanto thesauro tres (*) galeas, ut dicebatur, expedit. Sed quid hoc inter tan-
tos? Quem thesaurum male collectum sed pejus retentum cupientes quidam nobiles Romani, in dictum Papam Nicolaum & totam suam curiam machinabantur malum. De quo quia avifatus fuit, quosdam illius conspiracionis auctores puniri fecit, timens tamen illius mali nondum fore finem. Hic dominus Papa ad suggestiones factas dicti Cardinalis Kufani cepit in Mendicantium ordines sevire. Unde dicti ordines vilipendebantur in tantum, quod presente Papa & Cardinalibus quidam publice Cardinalis dixit, quod nimis Cardinalis in ecclesia Dei esset majoris ponderis quam omnes quatuor ordines, nolens considerare, quod majorem fructum in ecclesia Dei fecit unus ordo salutaribus doctrinis, quam tantus cetus Cardinalium unquam facere potuit. Ergo a fructibus eorum cognoscetis eos.

Ordines
Mendican-
tium vilipenduntur.

Autor in-
vehitur in
Job. de Ca-
pistrano.

Ipsa eodem anno dictus frater Johannes de Capistrano missus ad regnum Bobemie, primo quidem fervens ad martirium, post recusavit intrare, nisi haberet salvum conductum. Johannes autem Rockenczan heresiarcha scribendo asseruit & predicando, quod esset precursor antichristi. Ipse namque circuendo Bobemiam, nunc in Austria, nunc Bavaria, nunc Saxonia, Thuringia, Slesia, nunc Polonia, nunc Moravia predicavit per interpretem, male contentus, sicubi cum multo tumultu processionis non recipiebatur, & quantumcunque videbatur contemptum mundi cum suis tamquam religiosis observacionibus pretendere, exquisitos tamen cibos & meliora vina expetere, applausus hominum, & eorum concursus procurare, cursores preconisantes premittere, & de factis multis & magnis miraculis per fratrem Johannem prefatum fimbriam magnificare soliti erant. Sicque pretensus apparuit, ut verbum sibi contrarium pacienter ferre non posset. Et ut videretur coram hominibus in locis prophanis ad hoc in foro civitatum cum multo apparatu preparatis, ubi tamen ecclesiarum solemnium & monasteriorum erat numerus, missas celebrare consueverat, nec in aliquo loco nisi multum exaltato & ornato predicabat. Ordinavit etiam in singulis civitatibus loca, in quibus egrotantes horam convenirent, quos tunc visitavit, & si quis contractus vel claudus ex confidentia orta ex rumore premissorum se putavit melius stare, illum procedere socii sui compulerunt, clamantes & magno cum tumultu populum ad clamandum ihesus provocantes; tulerunt eorum baculos & sustentacula, suspendentes ea in ecclesia coram ymagine sancti Bernabardi. Fama tamen erat, quod sic curati recidivantes baculos ut plurimum reperiunt. Hic recepit multos undecunque venientes ad suam familiam, & loca pro construendis monasteriis de observancia nuncupandis, pro illis recolligendis, peccit a Do-

ominis
ambitio.

minis & communitatibus, & opinuit in provincia Saxonie & aliarum magnam turbacionem.

In Slesia eodem anno prope Wvarislaviam quidam rusticus per Judeos animatus furatus fuit in die eene pixidem cum multis parvis hostiis consecratis & Judeis presentavit, qui quasdam ad Poloniam, quasdam ad Lusaciam & alias civitates propinquis Judeis transmiserunt. Quorum alii hostiam virgis, alii flagellis, alii cultellis, alii ignibus impetebant. Et quorundam Judeorum Deus misericors oculos aperuit, ut viderent guttas sanguinis erumpere de hostia ad quemlibet ictum virge, flagelli vel cultri, & hi facti Christiani rem istam sacrilegam detexerunt. Et idcirco Judei dicte patrie capti sunt cum uxoribus & prole, & combusti paulatim. Et dum in captivitate examinarentur, quedam ex mulieribus Judeorum magis blasphemabant, quam viri. Dixerunt enim, Imperatores, Reges & Principes occisi sunt, & facta de autoribus ulcione, cessavit vindicta. Ille autem nequam inter duos latrones crucifixus est, unde perpetuam patimur vindictam & non est satis ulcionis. Quidam Judei de illis captivatis veram facti facientes confessionem admittebantur ad Christianismum.

Judei in
hostias sa-
crunt.

Hoc anno multe gwerre inter civitates Ducatum Stetin. Pomeran. Barden. ex una & Dominos Magnopolenses ex alia partibus procurate sunt. Et clerus contra civitatem Luneborgensem procedi fecit propter bona salinaria. Sed Luneborgenses utebantur appellacionibus, quas clerus regulares non reputabat, sed matricem ecclesiam & reliquos divina ibi celebrantes prophanos esse dicebat.

Discordia
in Pomerania & Luneburgi.

Hoc anno pluvie & inundacio & frigora intemporanea vina non sinebant maturari & quamvis multa crevissent.

Anno 1454. orta est gwerre inter civitates Prussie & ordinem cruciferorum, tyrannide ordinis ita exigente, que civitates regem Polonie erexerunt in Ducem Prussie, ceperunt omnia castra terre, preter castrum Marie, in quo se receperunt multi, ipsam castrum defendere conantes contra obsidionem dictarum civitatum, qui aliquando castris exeuntes castra obsidencium civitatum turbarunt, & multos occiderunt. Sicque civitates fatigate ab obsidione recesserunt. Itaque fratres Ordinis dicti undecunque potuerunt, collegerunt armatos, qui percusserunt populum regis Polonie obsidentem opidum Kowitz. Sicque ordini quasi expulso patuit campus liber, ut possent introducere, quos & quot volebant pro recuperacione castrorum amissorum.

1454.
Civitates
Prussie ab
Ordine dis-
cedunt.

Eodem anno rex Bobemie & Hungarie adhuc juvenis Ladislaus intravit regnum Bobemie, qui sororem suam tradidit regi Polonie in uxorem. Qui rex Polon. fertur dixisse: Data est michi terra theutonica & uxor theutonica, qui conabatur tollere alterum, sollet utrumque.

Rex Polo-
nie ducit
sororem Re-
gis Bobem.

Anno 1455. cepit dictus Ordo recuperare castra,

1455.

(*) Ita quidem etiam in margine legitur. Sed forte scribendum galeas.

1455. castra, opida & civitates, primum *Konigsberg*, & victoriose sepe contra *Polonos* dimicavit. Eo anno de mense *Marcii* obiit *Nicolaus* Papa, & de mense *Aprili* electus est *Papa Calixtus* 2^{us}; nonagenarius, *Kathalanus*. De mandato Imperatoris *Marchio Brandenburgensis* intravit *Prussiam*, tractaturus de pace inter Regem *Polon.* & Ordinem *Cruciferorum*, sed nichil profecit.

pecuniis redimere captivos apud infideles, ut ipsum tollat, quod a prioribus remansit, & juxta propheticum, *residuum erucae comedit brucus, & residuum bruci devoret erugo.*

1456.

Hoc tempore obiit in *Ungaria* dictus frater *Johannes de Capestrano*, qui missus fuit ad convertendum *Bobemos*, qui tamen *Bohemiam* nunquam intravit. Quidam noctu caput ipsius praecedentes clam abstulerunt, fortassis pro reliquiis, ut colerent eum pro sancto, nondum canonisato, qui ymaginem ejus depingi fecerunt & venerari, dum adhuc viveret. Hic cum sua familia divisionem ordinis procuravit & fovit, an ex nunc fiet reunio, Deus novit.

Mors Capistrani

Eo tempore fuit rumor de quodam prodigio, quomodo videlicet quidam vector cum equis & curru in luto fixus exire non potuit, & quidam veniens peciit, ut eum in sua vehicula reciperet. Vector autem dixit, *vide me infixum in limo profundo, quomodo igitur a me exigis, ut te ducam, qui me non valeo juvare*, qui respondit, *Ego ascendo currum, & tu feliciter exibis*, quod factum fuit.

Miraculum & prodigium apprensus vectori in luto fixo.

Et cum paululum processissent, apparuit ursa grandem ferens in ore gladium, & tunc is, qui vehiculum ascenderat, peciit, ut vector subsisteret, quia oporteret eum bellum committere cum ursa apparente. Vector igitur subsistens vidit in exitu istius prodigii caput urse scissum in duas partes, ex una fluxit vinum, ex alia frumentum, & cum vector currum rascenderet, procedentes loquebantur ad invicem. Inter cetera dixit vector, *prodigium illud esse signum future prosperitatis mundi & fertilitatis frumenti & vini, & hoc tibi significo, quia pulli equorum hoc anno nati habent dentes perfectos omnes, sicut solent equi habere septem annorum*, addens, quod illi equi servire deberent in recuperacionem terre sancte. Ego feci apud fide dignos diligentem inquisitionem de hujusmodi signo prodigioso, qui dixerunt, ut in pluribus equis sic fore repertum.

Eodem anno cometa grandis in aquilone, caudam spargens versus austrum, ultra mensuram duravit, quando per paucos cruce signatos de exercitu *Turci* supradicti ultra 100000 hominum occisa sunt prope castrum vulgo dictum *Kritzemeyssenburg*; quod ipse *Turcus* destruxit, ita quod non castrum sed campus videbatur, in quo Christianorum exercitu nullus Principum aut Nobilium affuit, nisi solus *Hundiar*, gubernator cum fratre *Johanne de Capistrano*, qui fugam suavit. Sed post videns Christianos divino fretos auxilio in bello prosperari, & *Turcos* in fugam converti, sese in pugnam dedit. Imperatore enim Romanorum & suis Proceribus ignaviae deliciasque deditis, per plebeos Dominus Deus suam ecclesiam defendit. Quod cum vulgatum fuisset, multi simplices zelo fidei permoti, cruce signati

Clades Turcarum

B 2

Turci sicut

Præcedentia Regis Cypri de heresi suspectus.

Incrementa Marchionis Brandenburgensis

Raptus Ducum Saxonum

1456. Quæstiones S. Trinitatis

Turcus titulum, ut dicitur, assumpsit *Sa-myroob Magnus Imperator Turcorum, ultor Trojanorum, Imperator Romanorum & persecutor Christianorum*. Hic eodem anno *Dissipaten* in *Ungaria* sibi subjugavit, qui dicitur unus de Capitaneis ejus effectus, qui etiam obsedit *Rhodus*, contra quem rex *Cypri* optinuit indulgentias exorbitantes a *Papa Nicolao*, per integrum annum venales. Quarum causa nullius videbatur utilitatis, quia effectus nullus subsecutus est, nisi quod legatus earum in *Erfordia* tanquam erroneus detentus fuit. Asseruit namque, quendam natum ex muliere corrupta, sed conceptum ex virgine, qui intra paucos annos reformaturus sit omnia vicia clericorum, ipsumque in aere passurum ab angelis &c. ipsum fieri Deum, sicut in Christo Deus factus est homo. Propter que & alia deliramenta detentus *Erfordie*, tamen dixit, se hujusmodi usque ad ignem velle defendere. Quem tamen *Prelati* multi in *Marchia* & alibi, pecunia corrupti, fovebant in populi Christiani gravem deceptionem & spoliacionem. Putabatur a quibusdam, peccata Romane curie sed per nomen regis *Cypri* palteata, nec alia visa est armatura contra *Thurcum* prenommatum.

Eo tempore, quia *Marchio Brandenburgensis* multas fecit expensas plurimosque labores in favorem Ordinis *Prutenorum*; Idcirco ipse Ordo restituit *Marchiam* ultra *Oderam* per Ordinem a *Marchionibus* prius emptam, pro mercede. Sicque dictus *Marchio* merito dicitur *augustus*, causis ex premissis, quod dominium *Marchie* per adeptionem hujus terre & *Lusacie* & domini *Korbuss* satis ampliavit.

Eodem etiam anno *Bobemi Brugk* civitatem ceperunt & combusserunt, sed non castrum.

Eo tempore (**) quidam de familia Ducis *Saxonie* in castro *Aldenborg* duos filios ipsius Ducis foribus obstructis, ligaverunt & per murum castri subdimiserunt, ipsosque per montana *Bobemie* duxerunt captivos, sed insequentes eos liberaverunt, captis quibusdam & punitis (+) traditoribus &c.

Postquam per dictos legatos sedis apostolice & regis *Cypri* *Almania* innumerabili pecunia spoliata est, Anno 1456. cucurrit alia legacio sub nomine *Ordinis Trinitatis* dans fraternitates & indulgentias ob questum pecuniarum, asserens illum ordinem cum hujusmodi

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

(**) In margine addidit manus antiqua: scil. *Kuntze von Koffungen & Bredenbach* cum aliis.
 (+) In margine: scil. *Kuntze von Koffungen* decollatus &c.

1456. gnati sunt, ut si *Turcus* vires recolligeret de-
 nuo, in simplicibus plebeis fidei divinam pro-
 pugnationem ecclesie sentiret. Proch pu-
 dor, antiquorum Nobilium Principumque
 successores nomine solo militantes plebeis ad
 bella Domini aspirantibus, iacebras fovent,
 virtutum laudabilium immemores, prædecef-
 forum suorum opera imitari dedignantur.
 Quid putamus *Julum Cæsarem* ab inferis re-
 gressum cognito Christi nomine diucius *Tur-*
ci presumptiones tollerasse? An si *Cesar Augu-*
stus, si uterque *Scipio Africanus*, si *Magnus*
Pompeyus, ut mille alios taceam, ejusdem
 Christiane fidei sacramentis iniciati revivisce-
 rent, pati possent? Si enim pro terrena pa-
 tria vere fidei lucē carentes tanta, ut dicitur,
 sunt ausi, quid non ausuros Christo duce feli-
 citer crediderim pro eterna? Nostri autem
 duces clarissimi hominum in thalamo leonibus
 forciores, in campo cervis timidiorex exi-
 stunt. Ora virilia muliebribus animis deho-
 nestant. Ad bella nocturna promptissimi, im-
 belles ad reliqua, & ad nil aliud animosi quam
 ad voluptatis & luxurie studium, venatu be-
 stias insequi, pauperibus superbe crudeliter
 que dominari, de quorum sudoribus arces
 erigunt fortissimas, non ad bellum sed fugam
 aptas. Sunt enim arces mulierum campifor-
 cium. Nam ut quidam ait: *Viri devoti spem*
habent in Deo, Justi & politici in virtute,
fortes & bellicosi in armis, timidi & ignavi
in arcibus atque muris, de quorum genere
 sunt nostri Principes & Nobiles moderni
 utriusque status.

Eodem anno Marchiones *Brandenburg.*
 pretendentes humiliare latrones, cum ipsimet
 per suos Capitaneos & multiplices diffidacio-
 nes turpia magis latrocinia commisissent, iusto
 Dei iudicio per unum latronem videlicet *Bern-*
Roer tantam passi sunt resistenciam, ut cum
 isdem esset eorundem vasallus, contra eos ta-
 men exercitum nongentorum equitum duxe-
 rat, opidum *Perleberg* humiliaverat, ex ci-
 vibus ipsius opidi 30. ferme interfectis, 160.
 captivaverat, & tandem propter comminata
 verisimilia discrimina isdem latro receptus est
 in Marchionum familiaritatem, adeo ut opi-
 dum *Friensteyn* ipsi latroni redderent prius
 ablatum, & capti de *Perleberg* eidem solve-
 runt 1500. flor.

Ea tempestate per Capitaneum Marchionis
 captus est & spoliatus *Wenceslaus Dux Sago-*
nenfis, qui sub specie peregrini terras ipsius
 Marchionis pertransire volebat. Ille quidem

Capitaneus videre potuit duoem cum sex equis
 sine terra dampno pertransirentem, sed pre-
 fatum latronem *Berni Roer* cum 900. equis
 terram spoliantem, percipere non potuit,
 quem si percepit, tanquam traditor reme-
 dium, cum potuisset ponere neglexit.

Eodem tempore rex *Dacie Christianus* no-
 mine contra *Kanutum*, regni *Swevie* usurpa-
 torem per mare processit, & castrum *Borch-*
holm & totam terram *Oland* victorioso cepit.
 Qui *Kanutus* fugam pecit, & se in *Gadstuck*
 civitate perfida *Prusse* recepit, daturus for-
 mam rebellandi, sicut & ipse suo vero Domi-
 no Regi *Dacie* rebellavit.

Eo tempore circa festum *Scti Martini* com-
 munitas *Luneburgensis* attendens, distitucio-
 nem antiqui Consulatus in desolacionem tan-
 dere civitatis, (nam novus Consulatus prodi-
 ciose alienavit castra, per antiquos pro-
 tuicione comparata, eciam cum in nullo statum
 civitatis emendaret, debita tamen in anno in
 6000. marcarum ampliavit, finaliter cum vi-
 deret, se deficere, moliebatur civitatem tra-
 dere in manus Ducis *Wilhelmi Brunsvicensis*,
 in prejudicium Ducis *Frederici*, cujus portio
 erat *Luneborg*). Ipsa communitas preveniens
 hec & alia pericula, postulavit & recepit a
 Consulatu claves de valvis & turribus civita-
 tis. Deinde eciam ammovit de Consistorio
 60. assessores, mandans Consulatu, ut de
 cetero nullum ex Prelatis vocarent at consi-
 lium. Vocantur autem *Prelati* terre *Præpo-*
siti rurales monialium, qui per antiquos lic-
 erant exaltati. Ipsi autem scientes secreta
 omnia Consulatus antiqui, tradiciose commo-
 verunt clerum contra Consulatum, ex qua tra-
 dicione, prout consideravit communitas, ce-
 tera mala occurrerunt in civitate. In cujus
 tradicionis & commocionis detestacionem
 ipsa communitas extorsit a Consulatu literas
 monumenta extorta ab antiquis Consulibus
 continentes, & ipsas tanquam inhumanas &
 iniquas destruxerunt, destructasque eis, a
 quibus extorte erant, restituerunt, antiquum
 Consulatum resumpserunt & novum per di-
 ctos rurales Prelatos erectum ad carceres re-
 cluserunt.

Anno quoque 1457. latrones tantam sum-
 pserunt audaciam ex diffidacione Marchio-
 num *Brandenb.* & favore *Magnopolensium*, ut
 frequenter ad latrocinandum ducerent 200.
 vel 300. equos & perturbarent civitates & ci-
 ves, qui consueverunt vix cum 10. vel 12.
 equis incedere, sicque in *Kritz* & alia opida
Marchie specialiter *Prignitz* posuerunt in mul-
 tiplicem desolacionem.

Eo tempore *Hundias* gubernator *Ungarie*
 valentissimum magnum Comitem de *Czy* pro-
 ditorie necavit. Sed & contra suum domi-
 num regem *Ungarie* & *Bobemie Ladislaum*
 puerum adhuc conspiravit cum aliis Dominis
Ungarie numero undecim, ut traderent ipsum
 regem ad manus *Turci*. Literam hujus con-
 spiracionis sigillis *Hundias* prefati & aliorum

1456. Christianus Rex Dan. pellit Kanutum.

Turba in civitate Luneburg. ob remotionem veteris Senator.

Præpositi rurales dicuntur Prelati.

1457. Latrocinia in Marchia.

Comes de Zyl interfectus Huniades Ladislaum Regem traditurus est Turcis.

Auctor in-
 vehitur in
 Principes
 & Nobiles
 sue ætatis.

Latrocinia
 in Mar-
 chia.

Bernhard-
 Roer latro
 Marchia.

Wences-
 laus Dux
 Sagan. spo-
 liatur in
 Marchia.

Genus
pariter
confili

Castrum
Marie in
Prussia
proditur.

Ladislav
Rex vene-
no perit.

1458.
Marien-
burg obsi-
detur.

Quæstor
indulgen-
ciarum
Martinus
derinertur
a Marchio-
ne Misn.

Pius II.
Papa.

10. complicum sigillatam duodecimis recepit
sigillandam, sed Dei nutu correptus eam regi-
prefato presentavit. Rex autem illos tradito-
res propriis sigillis convictos secundum eorum
merita iudicavit. Quod intelligens governa-
tor regni *Bobemie Girzick*, existens in via
cum expeditis 4000 armatis retrocessit. Un-
de presumebatur ipsius tradicionis fuisse com-
plicem, ipsumque ad hujus finem & effectum
libiter versus *Ungariam* arripuisse.

Eo tempore castrum invictissimum *Mariæ* in
Prussia ad modum *Troye* proditorie succubuit.
Nam *Bobemi Misnenses* & *Slesie*, qui ad auxilium
Ordinis & castri tanquam stipendiarii vene-
rant, videntes se magistro ordinis, & suorum
multitudine & fortitudine potiores, castrum
ipsum hostibus ordinis vendiderunt. Cujus per-
fide vendicionis & empcionis precium fugiti-
vus *Kamius* usurpator regni *Smecie* de thesau-
ro furtive de *Smecia* abducto nequiter exsolvit.

Ea tempestate *Ladislav* rex *Ungarie* &
Bobemie, quem multi quasi fidei & pacis pro-
motorem futurum speraverant, veneno pro-
stratus est, haud dubium eorum traditorum
procuracione, quibus ipse pepercit, scilicet
Girzick & suorum complicum. Nam & ipse
Girzick eo defuncto se pro rege gessit, & per
duos episcopos perfidos est coronatus. Di-
cebatur Papam corruptum pecunia, & Roma-
nam curiam eidem *Girzick* favorem prestitisse.
Cui tamen cum multis alijs civitatibus obe-
dire recusabant. Qui cum exercitu intrans
terras australes & impugnans opidum *Igel*,
non perfecit, sed cum dampno suorum con-
fussibiliter & tacite reversus dicebatur an-
no 1458.

Hoc anno rex *Polonorum* opidum *Marien-
burg* obsedit, sed nil proficiens, cum rubore
non sine dampno de terra *Prussie* recessit, &
treuge usque ad festum *Margarethe* a partibus
admisit.

Wilhelmus Dux *Brunswigen* causam cleri
contra *Luneborgenses* fovens, per ipsos *Lune-
burgenses* & ipsi adherentes multa dampna
recepit.

Fridericus Dux *Saxon* & Marchio *Misn-
sis* derinuit unum ex legatis Pape, qui indul-
gencias, sicut illis temporibus multi fecerant,
vendidit, sed auxilio infidelium servitorum
Marchionis evasit.

Eo anno de mense Novembris obiit Papa
Kalistus & eodem mense circa festum *Kathe-
rine* electus est in Papam *Pius* puto
2us, quia primus fuit contemporaneus Apo-
stolorum. Qui Papa statim allegans *Romam*
sibi fore carcerem, se transtulit in *Mansuam*,
ubi pridem indixit dietam ad tractandum de
defensione contra *Turcom*. Post eviscera-
cionem omnium terrarum maxime *Almanie*
stolide per indulgencias, per cistas & reli-
quias transmissas, thesauris sic inique colle-
ctis quasi disparentibus ad hujusmodi inge-
nium dietarum oportuit esse recursum. Sed

1458. dicitur Reges & Principes modicum adven-
se, asserentes, Papam celebrare debere gene-
nerale concilium non dietas, ad quas con-
fluere videbantur, officiales Episcoporum
contra pacem & privilegia mendicantium.

Eodem anno presentes Electores (viden-
tes curie Romane favores ad dictum *Girzick*
regem *Bobemie*, confederati sunt cum eodem,
sic quod omnis differentia ab olim inter con-
ronam *Bobemie* & Dominos *Misnenses*, prius
certis terris & castris composita est, media-
tore existente *Alberto* Brandenburg Mar-
chione. Cujus etiam opera filius Ducis *Sax-
on* *Albertus* nuplit filie *Girzick* regis, & fi-
lius regis nuplit filie *Lantgravi* *Thuringie* in
firmitatem dicte confederacionis.

Hoc anno fuit etas prolixa multum calida
preter consuetudinem in *Saxonie* partibus.
Tempus yemale duricia & prolixitate corre-
spondebat, ita ut gelicidium duraret usque
ad Pasca inclusive, cum intervallum haberet
novem ebdomados, ita ut mare Danicum
constrictum transirent homines pedes &
equos.

Anno 1460. magna commocio in ecclesia
Dei propter tumultum *Wycleuistarum* in An-
glia, propter regnum *Sicilie* inter Papam &
regem *Francie*. Papa namque nitabatur in-
trudere *balhardum*, Rex *Francie* conabatur
juvare verum heredem nomine *Renatum*.

Eo tempore *Bavari* pre superbia & pen-
lancia gwerram, anno precedenti iurejurando
sopitam, inter Marchionem *Brandenb* *Al-
bertum* & *Bavaros* predictos resumplerunt.
Nam *Gomes Palatinus* inpeccit Archiepisco-
pum *Maguntinum*, qui mutuo sibi quamplu-
rima dampna intulerunt. Marchionem au-
tem *Albertum* Dux *Bavariæ* *Lodwicus*, qui
contra se mutuo campum propinquum te-
nerunt a festo Pasce usque Pe & Pau. quo-
rum exercitus vix distabant ad iactum a-
pidis cum bombardis. Marchio habuit in
auxilium *Lantgravium* *Thuringie*, qui sepa
Bavari indixerunt bellum, sed *Bavari* nei-
gabant, se tenentes in præsidio.

Eo tempore communitas Nobilium & Ci-
vitatatis *Gdanensis* in *Prussia* ceperunt opidum
Marienburg, quod rex *Polonie* anno prete-
rito capere non potuit prout temptavit.
Ea tempestate per impressionem *Wedego*
Gans de *Podeliff* factus est Episcopus *Havel-
borgensis*.

Eodem anno Ordo *Prutenorum* auxilio sti-
pendiariorum contra regem *Polonie*
& civitates inobedientes ceperunt resumere
vires.

Eodem anno Mr. *Mathias* Minister *Saxo-
num*, Ordinis Minorum celebravit Capitulum
provinciale in *Northussen*, in quo cum ma-
gna instancia resignavit officium ministeria-
tus, sed ejus resignacioni concorditer fuis-
contradictum. Sed anno sequenti hujus-
modi resignacionem per eum resumptam
provincia acceptavit, & alium ministrum ele-
git

1460. git (*), quando Archiepiscopus Magdeburgi contendere cepit cum provincia vigore: cuiusdam commissionis apostolice surrepticie impetrata, & hoc in principio Augusti.

Eodem anno rex *Bobemie* Ducem *Saganensem* pro inobediencia Ducatu privavit.

Ipsa tempore resumpta est guerra inter *Brandenburgenses* & *Bavaros*, & duravit usque ad autumpnum, quando rex *Bobemie* milit exercitum contra Marchionem *Brandenburg* oblidentem opidum *Korwits*; Sed militia Marchionis primo aggressu recepit illum exercitum, qui cito ab oblidione recessit.

Item Dux *Austrie Albertus* contra fratrem suum regem Romanorum & ignavum imperatorem duxit exercitum; & obledit *Wibennam*. *Wibenna* Ducem intrömisit & cito post eum expulit; familiaribus iocis.

Eodem anno Papa pensatis malignitatibus regis *Bobemie*, ipsum declaravit hereticum & excommunicavit.

Item rex *Anglie* contra propriam reginam bellum commisit, sed facta confederacione proceres regni & regem & reginam in uno castro incluserunt, regimen regni Duci *Elboraten* commiserunt, fratrem ipsius regem constituentes.

Anno 1462. cum *Bobemi* minarentur eijcere Marchionem *Brandenburg*; sicut fecerant dictum Ducem *Saganensem*; sed restitit & Marchio confederavit se regitrium regnorum & cum auxilio Principum *Almanie* basse disposuit se defendere. Quod sciencites *Bobemi* metu cesserunt, & se cum Marchione composuerunt, dimittentes Marchioni pacificam possessionem terre *Korbus*, *Bejskaw* & *Beuersten*. Sed *Lusaciam inferiorem*, quam Marchio ut pignus occupaverat, *Bobemi* pecunia redemerunt pro 10. milibus sexagenis Bohem.

Eo tempore in principio Julii obiit Dominus *Conradus*, qui resignavit episcopatum *Havelburgensem* ante duos annos in favorem, ut famabatur, suorum filiorum de *Pozlitz*, quorum unus *Jaspis* nomine validus armiger bello periit, contra familiam *Magnopolensem*; Alter vero scil. *Wedego*, ut supra, factus Episcopus juvenis inexpertus sed ebria controversus ecclesiam valde dilapidavit.

Eo tempore Marchio *Albertus* & *Bavari* receperunt treugas annales post antichristiana dampna sibi vicissim illata in combustione villarum & desolacione terrarum & innumera bilium hominum depauperacione. *Bavarius* assumpsit in sui auxilium sectam quandam ex multis barbaris, puta *Ungaris*, *Bobemis* & aliis collectam, qui nominant se sectam fratrum, qui vagantur per terras, parata ad stipendia contendere recipienda. Deus istius fraternitatis bonum exitum. In

hys adversitatibus, quas passi sunt Marchiones *Brandenburg* a rege *Bobem* & *Bavari*, Duces *Saxonie* miserunt puto propter retribucionem preteritorum & futurorum.

Hac eadem tempestate sedes apostolica nitentur deponere Archiepiscopum *Maguntinum* & intrudere illum de *Nassau*. Inter quos hac occasione orta est gravis guerra pauperum depredacio & terrarum ecclesie desolacio, *Lantgravius* juvante partem unam & Duce *Palatino* favente partem aliam. Unde factum est, quod civitas *Maguntin* capta desolata est per partem intrusi, cives spoliati, clerici incarcerati, quod sequitur, spectata &c. Intrusus tum opinuit propositum, datus multus milibus florenis electo ut cederet, & cessit.

Anno 1463. sed nescio quibus corrupcionibus intercedentibus, Papa regem *Bobemie* in karissimum filium resumpsit, civitates *Slesie* ipsius jurisdictioni denuo subdidit, quas alias ab ipsius obediencia penitus absolvit, contradictoria de eo verificans, videlicet quod sit & non sit hereticus, nulla in ipso *Girsick* facta mutacione.

Ea tempestate *Lantgravius Thuringie* illam meretricem de *Brandensteyn*, quam multis annis polluit publice per adulterium, sumpsit in matrimonium, in scandalum plurimorum, & hanc ei dispensavit ille magnus reformator Archiepiscopus *Magdeburgensis*, puto verius timeo futurus hereticus.

Eodem tempore mortuo juvene *Friderico* Marchione *Brandenburg* tota *Marchia* ad seniores est devoluta. Sperabatur per eum pax futura, sed timeo non nisi ficta, secundum dici in *Prignitz*. Pestilencia gravis in diversis partibus multos fugere fecit proprias edes & peregrinari, & in ea dicebatur memoria prius hominum defecisse, que etiam in toto non cessat usque ad autumpnum anni 1464.

In anno 1464. facta fuit magna commotio in ecclesia Dei propter scripta Pape *Pii* publicata per quendam legatum, in quibus post enumeratas ecclesie ab ipsis *Thurcis* illatas contumelias & deferciones, Papa invenitur contra Principes omnes, qui in suis sedibus voluptuose pausantes, nec ad ejus nec suorum predecessorum monita & requisiciones in defensionem fidei, sacramentorum & ecclesie & crucis Christi assurgere curaverunt. Unde compulsus se dixit cum Cardinalibus & Clero bellum assumere, & contra *Thurcum* exercitum movere, assignans ad id faciendum tempus & portum sue expeditionis, pronosticans Ducis *Burgund* in eisdem porta & tempore cum exercitu suorum adventum & *Venetorum* succursum, jubens in singulis locis poni cistas pro collecta facienda ad tam sancti operis expeditionem, asserens se disposuisse cum *Venetis* pro

(*) in margine scriptum, nescio an autore sciente ac volente; scil. *Dofforem Nicolaum Lackman* de *Danzk*.

1464.

Papa frustrationibus ludit populum Christianum.

navigio exilis precii pro omnibus ad hujusmodi expeditionem, venientibus. Que omnia cum publicarentur in diversis partibus per modum lamentacionum in bulla Pape descriptarum, motus est universus populus. Quidam propriis personis proficiscentes, quidam proficisci volentibus expensis subvenientes, ad querulosam Pape exhortacionem; verius lugubre mandatum, versus *Italiam* iter arripuerunt. Et ecce multo fervore venientes ad partes *Veneciarum* & ad civitatem, in nullo certificari valuerunt de hujusmodi Pape & Cleri expeditione. Quinymodo *Veneti* audientes, ipsos venisse contra *Turcos*, subfannantes dixerunt: *Turci sunt amici nostri*. - - - dentes eos sollempniter in plateis *Veneciarum* incedentes & mercimoniam exercentes, insultantes nichilominus & dicentes: *putatis in partibus his non habundare homines, quia sic a remoris frustra concurrissetis?* Volentes autem amplius certificari, miserunt multos ad locum portus assignati per Papam, videlicet *Anconam*, ibique nichil veritatis respicientes juxta bulle papalis tenorem, miserunt ultra ad *Romam*, ubi responsum est eis, quod presentarent collectam cistarum, mandatam per Papam, & cum dicerent, se non habere, subfannati sunt. Et cum propter hujusmodi illusiones fieret tumultus in urbe, Papa usus *Kufano* consilio impertitus est indulgencias omnibus advenientibus, quatinus redirent ad propria. Unde redeuntes exposuerunt dictam bullam & legacionem factas ad solum refrigerium avaricie curie Romane, maledicentes & Pape & Clero, dicentes se pro defensione & legacione eorum decretorum non assurgere. Et fortassis auctores hujusmodi delusionis penam luerunt, quia eodem anno Papa *Pius*, *Kusa* Cardinalis & alii plures cum Duce (*) *Saxonum* defuncti sunt.

Contentus auctoritatis papalis.

Marchiones Brandenburg scribunt se Duces Saxonum & Pomeraniam.

Hoc anno obiit Dux *Stetinensis* sine herede. Jus igitur devolutum ad Imperatorem. Imperator assignavit Marchioni *Brandenburg*, qui assumpsit titulum *Ducatus Stetinensis & Pomeranie*, populos ad suam obedienciam compulsurus. Mortuo *Pio* papa, elegerunt Cardinales quendam dictum *Clementem*, qui expeditus fuit, ut dicitur, infra quindenam, ut intoxicatus obiret. Et electus est alius dictus *Paulus*, ut puto *2us*.

Hoc anno latrones de liga ceperunt contendere cum Duce *Luneborgensi*. Et quamvis Marchio *Brandenburg* suos prohiberet, ne concordiam iniquam sequerentur, illam prohibitionem non adverterunt.

AEpiscopus Magd. dicitur laicus.

Et tunc laicus *Archiepiscopus* *Magdeburg*, habens zelum sine sciencia obiit, quantumcunque pestem fugit, de quo supra.

Opiniones gwerrarum exorte sunt inter *Episcopum Havelburgensem* & Ducem *Stargar. densensem* & comitem *Ruppin* &c. in *Marchia*

Brandenburg. circa quoddam monasterium monialium nomine *Zcedevig*, quod Capitaneus de progenie de *Arnym* depredavit. Sed *Abbatissa* cum suis virginibus predam recuperaverunt, & ipsum predonem receperunt captivum, ad honorem milicie marchionalis. Et ita progenies ab olim suo vero Principi frequenter fuit infidelis.

*) Iste Papa *Paulus 2us* dictus fuit prius *Petrus Barbus*, nacione *Venetus*, Cardinalis *Sancti Marci*, consobrinus *Eugenii*, in ordine *Paparum* ducentessimus sextus. Hic plumbum papale, contra morem solitum, *Romane curie* mutavit. Annis sedit septem, aurum dilexit, quia *Venetus* fuit. Iste Papa approbavit celebracionem festi presentacionis *beate Virginis Marie*. Hic in lignandis petitionibus maturus fuit, & tenax, quam si melius foret pauca concedere, & ea firmiter servare, quam plura signare & statim revocare. Grande palacium construxit apud *sanctum Marcum*, in cuius titulo prius resedit, & etiam in *Papatu* ibidem, sed tamen ante complecionem illius structure obiit.

Iste Papa *Paulus* anno Domini 1466. *XXIII*. die *Decembris*, qui fuit vigilia vigilię nativitatıs Christi, *Fersicum* regem *Bobemie*, natum, nutritum & educatum in heresi *Huffstarum*, Catholicorum in regno *Bobemie* persecutorem, pertinacem hereticum, & hereticorum fautorem & defensorem, in Consistorio publico *Rome* apud *scutum Petrum*, a regno *Bobemie*, omnibus terminis & processibus juridicis, legaliter & ad plenum observatis, a regno *Bobemie* deposuit, ipsumque omnibus dignitatibus & dominiis privavit, filiosque suos & heredes ad regnum inhabilitavit, absolvendo omnes subditos regni, *Nobiles* & *Civitatenſes* a juramento fidelitatis & omagii. Post cujus deposicionem Papa legatos & nuncios ad regem *Polonie* & alios Principes & singulariter *Electores Imperii* misit, ut regnum illud adhuc *Fersico* vivente acceptarent. Quibus omnibus hoc acceptare recusantibus, ad petitionem apostolice sedis & Catholicorum in regno *Bobemie* existentium, & potissime *Wratislaviensium*, *Gorlitzensium* & tocius *Slesie*, *Lusacie* & *Moravie* fidelium, & aliquorum etiam in regno *Bobemie* Baronum Catholicorum, videlicet *Domino- rum de Stellis & Hasbugk* &c. & *Pilsnensium* & aliorum, Serenissimus rex *Matthias* *Hungarie*, ad regnum *Bobemie* per Catholicos *Dominos* de corona *Bobemie* electus, illud ad petitionem Pape & electionem de se factam acceptavit; Obedienciamque majoris partis regni, scilicet tocius *Slesie*, *Lusacie superioris & inferioris*, & ducatus *Moravie* atque possessionem etiam aliquorum oppidorum in *Bobemia* scilicet *Pilsnensium* &c. obtinuit adhuc vivente *Fersico* deposito. Qui post deposicionem ipsius, cooperante *Dotore Gregorio Hemburgk* ab illa deposicione

1464. Monasterium Zcedevig a Nobili de Arnym spoliatur.

Paulus II. Papa.

1466. Georgius Rex Bobemie denuo excommunicatur & deponitur a Papa.

Rex Matthias vocatur ad regnum Bobemie.

Georgius appellatur a Papa ad Concilium.

*) Manus antiqua notavit in margine: *Fredericus iste obiit in Lipsck in VI. nativitatıs Marie, sed sepultus in Atisna in sepulcrum parvum suorum in capella sepulcrali.*

*) Hic videtur incipere incerti auctoris continuatio, uti præter scripturam diversam etiam styli diversitas demonstrat.

1466.

ad futurum concilium appellavit, & in possessione *Bobemie* & civitatis *Pragensis* usque ad mortem suam permansit. Post mortem vero suam & *Rockezani* heresiarcharum, *Pragenses* & alii Domini Barones & civitates infideles in *Bobemia* conveniunt in unum, & primogenitum Serenissimi regis *Polonie Ladislaum* in regem *Bobemie* elegerunt, quem aliqui Episcopi ex *Polonia* in regem coronaverunt, & Imperator *Fredericus* in contemptum regis *Hungarie Matthei*, ei regalia contulit, & ipsum in regem *Bobemie* confirmavit, Papa vero & sedes apostolica in electionem ipsius consentire & approbare noluit propter Regem *Hungarie*. Et sic regnum *Bobemie* in duo divisum fuit, & fortassis in brevi non unietur. Quia per concordiam inter istos duos Reges factam in *Olmutz*, multis Principibus & Regibus istis presentibus, concordatum fuit, quod quilibet retinere deberet ad tempus vite sue illud, quod haberet & possideret de regno, & post mortem aliqujus pars sua alteri accrescere deberet, qui superviveret, prius tamen soluta aliqua notabili pecunia heredibus illius &c.

Ladislaus
Rex eligi-
tur.

1468.

Leodium de-
struitur.

Item anno Domini 1468. *Cleodium* civitas cathedralis lamentabiliter destruitur a *Karolo* Duce *Burgundie*, [die] *Simonis & Jude*, ubi nec ordini, nec sexui, nec etati parsum est.

Pax inter
Regem Pol.
& Ordinem
in Pruss.

Item anno Domini 1466. facta fuit concordia inter Regem *Polonie Kazimirum* atque Nobiles & civitates terrarum *Prussie* sibi adherentes & obedientes ex una, atque Magistrum Ordinis *Theutonicorum Lodvicum de Erlichsbamfen* cum preceptoribus suis sibi adherentibus, partibus ex altera, super terram *Prussie*, quam Rex *Polonie* cum adiutorio civitatum illius terre & Nobilium, qui omnes ab Ordine defecerunt, quasi per annos quatuordecim continue litigantes, ab Ordine pro majori parte devicit, quia Domini Cruciferi solum terram citeriorem scil. *Sambiam* cum certis aliis dominiis obtinuerunt, sed Rex totam terram *Colnensem* & *Pomezaniensem* in suo dominio obtinuit, &c. Quam concordiam Reverendus Pater & Dominus *Lavantinus* Episcopus, apostolice sedis Legatus, assistentibus sibi Domino *Paulo de Legerdorf*, Episcopo *Warmiensi* in *Thorn*, circa festum *Michaelis* in presencia ambarum parcium scil. Regis *Polonie* & Magistri Ordinis, & multorum Episcoporum, Prelatorum, Doctorum & Nobilium utriusque partis anno scil. 1466. D feliciter consumavit. Sed eam Sanctissimus Dominus noster Papa *Paulus* 2us per scriptum confirmare recusavit, allegando terram *Prussie* esse de patrimonio *Sti. Petri*, quam ecclesia Romana Dominis Cruciferis in feudum concessit. Prescripta autem guerra in terris *Prussie* propter quandam ligam sive unionem civitatum & Nobilium terre *Prussie* inter se factam, accedente ad hoc consensu *Frederici*, pro tunc Regis Romanorum, & multorum Cruciferorum de ordine *Theutonicorum*,

Prussia de
patrimonio
S. Petri.

Origo hujus
belli.

ortum habuit anno Domini 1454. circa festum Purificationis *Marie*, quando ambe par-

tes ratione istius lige coram Imperatore *Frederico* 3tio litigantes, sententia penalis contra Civitatenes & Nobiles terre *Prussie* lata fuit in favorem Ordinis; & ita Domini de Ordine per sententiam judicialiter contra ligam subditorum suorum triumphaverunt, sed terram in brevi tempore post latam sententiam perdidit, quia civitatenes & Nobiles terre *Prussie* se Regi *Polonie* subdiderunt, & a Dominis de Ordine, quibus prius subjecti erant, declinaverunt.

Item *Nigropontum* civitas *Venetorum*, in portu maris *Egei*, horrendissime a *Turco* capitur, commillis ibidem multis malis, cladibus & interfectionibus.

Et per eundem Pontificem Jubileus in favorem animarum mutatur de XXV. anno in vicissimum quintum, ut quia habundat iniquitas, superhabundet & gracia, sic quod annus Jubileus celebrari deberet anno Domini 1475. pro tunc futuro; sed idem Pontifex ad tantum tempus non supervixit, quia anno Dom. 1471. die XXI. Julii idem Papa obiit, sepultus *Rome* apud *Stum Petrum*.

Anno igitur Domini Millesimo quadragesimo septuagesimo primo defuncto *Paulo Franciscus de Savona* prope *Januam*, bone fame & morum, Doctor Theologie, Cardinalis, tituli *Sti. Petri ad Vincula*, qui ante Cardinalatum fuit Generalis in Ordine Minorum, & vocatus ad Cardinalatum absque scitu suo. Et Orator & Legatus *Venetorum* eodem anno, quo ipse vocatus & electus fuit ad Papatum in *Augusto*, & vocatus *Sixtus* quartus, Papa ducentelimus septimus, recitavit coram Papa inter alia, quod *Turcus* abstulisset Christianitati duo Imperia, quatuor regna, XX. provincias & 200. urbes, & populum absque numero utriusque sexus, & hortabatur Papam, & coram ecclesiam, ut ad resistendum *Turco* se disponerent.

Item anno Domini 1473. *Fredericus* tertius Imperator cum filio suo *Maximiliano Treverim* venit, & per *Karolum* Ducem *Burgundie* honorifice susceptus fuit, sed volgata relatione non respondebant ultima primis, quia fortassis petita per Ducem *Burgundie* ab Imperatore concessa non fuerunt. Et proximo anno sequenti, die *Veneris* *Panthaleonis*, obsedit idem *Karolus Nussiam* ac oppugnavit cum ingenti jactura suorum, quod bene notavit *Cometa* satis singularis, qui anno primo *Sixti* Pape 4ti in *Januario* & *Februario* apparuit, cum maxima cauda. Cui *Burguido* validissima manu & cum adiutorio *Electorum* & *Principum* atque civitatum Imperii occurrit *Fredericus* Imperator feria 2da post *Palmas*, intrans *Coloniam*. Et illam obsidionem fecit *Karolus* Dux *Burgundie* propter Dominum *Ruperum* Archiepiscopum *Coloniensem*, fratrem *Palatini* antiqui, per capitulum & diocelin expulsam. Et continuata fuit illa obsessio quasi ad spacium anni, & turres atque muros civitatis *Nusse*, in qua fuit Dominus *Hermannus* Lantgravius *Hassie*, novus electus *Ecclesie* *Coloniensis*, destruxit, sed tandem per

1468.

1471.
Sixtus IV
eligitur.

1473.

Novissi-
sidio.

1475.

per Imperatorem *Fridericum*, cui adhererant Electores & Principes cum civitatibus Imperii anno Domini 1475. ab hujusmodi obliuione *Burgundus* prohibitus fuit, & ad Ducatum *Lotbringie* cessit.

Annus Jubilens.

Et eodem anno Papa *Sixtus* 4tus Jubileum per predecessorem suum institutum, & per eum similiter confirmatum, solenniter tenuit, ad quem innumerabilis populi multitudo omnium nationum, & signanter ex *Prussie* partibus, & Rex *Dacie* cum fratre Ducis *Burgundie* bastardo & aliis Principibus confluxit.

1477.

Sed anno Domini 1477. idem Dux *Burgundie* contra Ducem *Lotbringie* & *Smitens* infeliciter pugnans, die sexta mensis Januarii a *Smitensibus* occisus fuit in campo. Cui filius Imperatoris *Maximilianus*, prenominati *Frederici* tercii, moderni Imperatoris, copulata sibi pro conjugis filia Ducis *Burgundie* *Maria* nomine, in principatu Dominiorum *Burgundie* & signanter in Ducatu *Hollandie* succellit. Sed alia dominia, quorum multa habuit, ad diversos Dominos & Principes, quibus injuste ablata fuerunt, post mortem *Karoli*, Ducis *Burgundie*, reversa fuerunt, aliqua ad Regem Francie, aliqua ad Ducem *Lotringie*, & alia ad filium Imperatoris, &c.

Successor Caroli Burgundie.

1478.

Tumulus Florentinus.

Item anno Domini 1478. *Florentini* & potissime *Laurentius* de *Medicis* cum sibi adherentibus & potioribus in *Florentia*, propter quandam conspiracionem illorum de *Pactys*, ex *Florentia* proscriptorum, cui intererat Dominus *Franciscus* archiepiscopus *Pisanus*, & ut dicebatur, quidam Cardinalis *Raphaël* tituli sancti *Georgii* ad velum aureum, cognatus *Pape*, cum multis Presbiteris & Clericis, detecta conjuratione illorum de *Pactys* contra illos de *Medicis*, & maxima sedicione in civitate & ecclesia *Florentina* infra missarum solennia suborta, interfectus fuit *Julianus* adolescens, XXV. annorum, germanus *Laurentii* de *Medicis* in ecclesia, & *Laurentius* *Wlucantur* per illos de *Pactys*, &c. Tunc *Florentini* omnes & potiores de morte illius *Juliani* dolentes insurrexerunt contra aliam partem, qui hoc fieri procuraverunt, & archiepiscopum *Pisanum* in pretorium detentum suspenderunt per fenestram pretorii, & *Jacobum* de *Pactys* crudeli morte interfecerunt, & Cardinalem *Julianum* captivaverunt cum multis Clericis, Presbiteris & familiaribus, inter quos & multi interfecti fuerunt. Quo intellecto & patefacto scelere, Papa *Sixtus* *Laurentium* de *Medicis* cum sibi adherentibus *Florentinis*, excommunicatos, anathematizatos, infames, sacrilegos & lese majestatis reos esse declaravit, eos maledicendo, diffamando & pro hostibus habendo, interdicens & seculare brachium contra eos invocando; cum omnibus penis & censuris quibuscunque etiam contra participantes procedendo. Sed non multa bona ex hoc evenerunt, quia *Florentini* *Venetis* se junxerunt, & *Veneti* cum *Turcis* federa pacis suspenderunt, & ex alia parte Papa cum Rege *Neapolitano* se confederavit, & contra

Ira Pape in Florentinorum.

Florentinos publica bella gessit. Tandem tamen factum hoc inter partes illas, scilicet *Papam* & *Florentinos* concordatum & sedatum fuit. Sed tunc *Turcus* contra ecclesiam & Regem *Neapolitanum*, ut presumitur, ex *Venerorum* inductione, sevirere cepit.

1478.

Item eodem anno Papa *Sixtus* ad petitionem Ducum & Principum *Saxonie*, & propter personalem presentiam Ducis *Alberti*, qui & cum multis Nobilibus terram sanctam intravit, post mortem archiepiscopi *Magdeburgensis*, qui supra *Laicus* nominatur, facta postulacione de filio secundo genito *Ernesti* XIII. annorum, Papa motus precibus & aliis variis & multis bonis respectibus, providit filio *Ernesti* XIII. annorum de ecclesia *Magdeburgensi*, dando illam eidem in administracionem. Et post hoc anno sequenti scilicet anno Domini 1479. & sequenti, existente *Ernesto* Principe Electore in urbe *Romana* cum venerabili Comitativa Episcoporum & Nobilium, idem summus Pontifex *Sixtus* contulit eidem Episcopo *Magdeburgensi* *Ernesto* nomine Ecclesiam *Halberstadensem* in commendam seu administracionem, & multa alia privilegia Principibus & Ecclesiis in terra *Misnensi* contulit, signanter dedit ad petitionem Principis Electoris *Ernesti* Ecclesie *Kathedra* in *Misna* indulgencias plenarie remissionis ad decennium, cum absolucione ab omni irregularitate, & in casibus etiam sedi *Apostolice* specialiter reservatis. Quibus indulgenciis publicatis in circumvicinis locis & terris, factus est magnus concursus hominum ex diversis provinciis in *Misnam* anno Domini 1480. etiam ex *Prussia*, quanquam Episcopus *Pomezauienlis* Dominus *Johannes* de ordine *Theutunicorum*, consimiles indulgencias plenarie remissionis ad quinquennium pro restauracione ecclesie *Pomezauienlis* in *Mergenwerder* impetravit a Papa, cum esset in urbe pro confirmacione sue electionis.

Ernestus juvenis fr Administratores Magdeb. 1479.

Halberstad.

Indulgentia Ecclesie Misn.

1480.

Eodem anno *Turcus* in tribus locis fortiter obsedit insulam & civitatem *Rodis*, & muros civitatis illius pro majori parte deposuit. Et eodem tempore *Turcus* navigio ex *Rodis* in *Apuleam* venit, ut creditur, ex *Venerorum* suggestione, & civitatem *Idrontinam* metropolim *Apulie* vicepit, & Archiepiscopum loci illius senem in 70. anno cum Canonice & Presbiteris suis & aliis Christianis ibidem crudeliter interemit, Civitatem *Idrontinam* fortiter muniendo cum *Turcis*. Qua de causa Papa, fratribus & Magistro Ordinis *Johannitarum* pro conservacione insule *Rodis*, indulgencias etiam plenarie remissionis quasi per universum orbem dedit, pro contribucione faciendaa ad conservacionem insule *Rodis*. Sed collecta pecunia grandi in multis terris & in *Misna*, tales pecunie per *Papam* & Principes arrestate fuerunt, eo quod *Turcus* obliuionem insule reliquit.

Rhodus Turcis oppugnatur.

Indulgentia pro Rhodiensibus.

Et eodem anno Papa etiam contulit Indulgencias plenarie ymo plenissime remissionis Regi *Neapolitano* & toti regno pro recuperacione civitatis *Idrontine*; & *Turcorum* ex

Effusa copia Indulgentiarum.

Apu.

1480. *Apulia* expullione. Quas etiam summus Pontifex pro se & Romana ecclesia dedit, pro eo quod sedes apostolica multa exposuit, mittendo subsidia & pecunias in Insulam *Rodis*, & specialem legatum Cardinalem Dominum *Gabrielem* de ordine Minorum, in *Apuliam* cum maximo exercitu, & pecunia ad expugnandum *Turcos* ex illa. Quae post hoc in sequenti anno Domini scilicet 1481. in partibus *Almanie* & transalpinis per religiosum Patrem *Emmericum*, Ordinis Minorum de observancia ex urbe in ara celi, in *Misna* & aliis partibus *Almanie* publicate fuerunt, & capse pro impositione pecuniarum posite erant. Istitis temporibus nimium in omnibus partibus Indulgentie multiplicatae fuerunt, & Jubileus ubique fuit.

1481.

Eodem anno Papa ad petitionem Ducum *Saxoniae* & per resignationem Archiepiscopi *Maguntini* antiqui *Dierberi* & Capituli sui consensu, terciogenitum Ducis *Saxoniae* *Ernesti*, Electoris Imperii, *Albertum* nomine in XVI. anno praefecit ecclesiae *Maguntinae* eodemque pallium dedit. Sicque post mortem senioris Episcopi *Dierberi*, ille *Albertus* Dux in episcopatu succedere debet & manere absque nova electione & provisione. Coactus enim fuit antiquus Praeful *Dierberus* (*) per Imperatorem, a quo regalia non accepit, ad resignandum ecclesiam *Maguntinam* alicui potenti Principi, propter *Herfordenses*, contra Episcopum rebellantes, quos Imperator fovebat. Et Dux *Wilhelmus*, Lantgravius *Thuringiae*, recepta ab eis pecunia notabili, eosdem *Herfordenses* in protectionem suam suscepit.

Albertus
Dux Sax.
fit administrator
Magunt.

Bellum in
ser Imperatorem
& Mat-
thiam.

Autor
ejus.

Eodemque anno Rex *Hungariae* contra Imperatorem bella gessit, *Wyennam* obsedit, & terras *Austriae* permaxime devastavit, Imperatorque vice versa regnum *Hungariae* in finibus *Austriae* maxime deplanavit, existente, ut presumitur, pro majori parte in causa quodam Episcopo *Strigoniensi* expulso, oriundo ex *Wratislavia*, *Boccensloer* nomine, qui in primis regi *Hungariae* fortiter adhaesit, a quo ecclesiam *Strigoniensem* obtinuit. Et tandem cum non posset concordare cum Fratre & Domino *Gabriele* de *Verrotta* de observancia fratrum Minorum, qui Regi *Hungariae* valde carus fuit, & ab eo ecclesiam *Agriensem* obtinuit, & tandem ad preces Regis idem *Gabriel* Cardinalis factus fuit. Tunc ille *Strigoniensis*, relicta ecclesia sua & Rege *Hungariae*, ad Imperatorem se contulit, quem ad pugnandum contra Regem sollicitavit, & per aliquod tempus propria in persona exercitum in *Hungariam* duxit.

Victoria
Matthiae
de Turcis.

Eodemque anno Rex *Hungariae* maximam stragem contra *Thurcum* obtinuit, poten-

tem civitatem in *Thurcia*, vi cepit, multos ex *Thurcis* captivavit, & captivos ibidem detentos ex *Hungaria* & aliis locis liberavit, & eos ex servitute redemit. Atque exercitum unum in *Italiam* regi *Neapolitano* in subsidium misit, cum quo filius Regis *Neapolitani* senior, Dux *Calabrie* - - *Ydrontinam* civitatem *Apulee* ex *Turcorum* manibus eripuit, *Turcos* expulit & magnum thesaurum ibidem reperit; atque alias multas victorias eodem anno contra *Thurcum* habuit, quia eodem anno Imperator *Turcorum* morte inopinata obiit, qui Juniores filium post se regnaturum instituit. Quod senior filius egre ferens coadunatis sibi majoribus in terra *Turcorum*, fratrem ex *Constantinopoli* expulit, & se de Imperio *Turcorum* intromisit. Multaeque aliae differentiae in *Turcia* ex semine discordiae, quae de Imperio contendebatur, suborte fuerunt, Christianis in bonum & commodum future.

Eodemque anno magna caristia in autumno fieri incepit, quae duravit ad annum sequentem; singulatim in partibus stagnalibus, *Reno*, *Hollandia*, *Gotlandia*, *Flandria*, *Prussia*, *Polonia* & in omnibus terris mari adjacentibus, ita quod modius parvus in *Prussia* frumenti solvebat marcam, & ordei similiter, & haene VIII. sc. & tonna cerevisiae in *Danzik* solvebat VII. fert. aut etiam I. marc. bon.

Item anno Domini 1482 incipiente, Principes in *Misna*, Duces *Saxoniae*, novam monetam & exiliorem ceperunt, 40. gl. pro fl. Ren. & 6. den. pro gl. tali, quae moneta deberet esse usualis in emendo & vendendo singula; sed antiqua moneta, quoad grossos argenteos deberet esse censualis, sic quod 20. gl. argentei darentur pro 1. fl. in censibus pro conductibus & gabellis. Eodem tempore etiam Principes in *Misna* fecerunt ordinationem & reformationem in multis, quoad excessum vestium, ornatum mulierum & virginum, & commissionibus tabernariis, expensis nuptiarum superfluis prohibendis, familia gubernanda, & appreciandis.

Item eodem tempore & anno in vere Rev. Pater Episcopus *Misnensis* Dominus *Johannes* de *Weysenbach* citavit, excommunicavit & aggravavit tres abbates cum officialibus eorum Ordinis *Cisterciensium*, scilicet *Veteris Celle*, in *Bucha* & *Doberlock*, Diocesis *Misnensis*, allegans se habere in eos auctoritatem visitandi, instituendi, benedicendi & procuracionem recipiendi ex antiqua consuetudine prius admissa & data predecessoribus suis. Sed abbates praedicti se opposcentes Episcopo *Misnensi* cum adherencia multorum aliorum abbatum ejusdem ordinis, ad conservacionem privilegiorum scilicet, *Decanum Bambergensem* citari fecerunt, qui declaravit sententias per Episcopum *Misnens.* contra abbates latis esse nullas, irritas & inanes ex privilegiis multis Ordini *Cisterciens.* concessis. Et deinde

1481.

Dissentio
de regno
Turco.

1482.
Moneta
nova.

Lex sum-
maria
Principum
Sax.

Lis Episco-
pi Misnen-
cum tribus
Abbatibus
Ord. Ci-
ster.

(*) In margine: Qui obiit post hoc anno 1482. & episcopatus *Maguntinus* cessit filio *Ernesti*, ut ordinatum fuit.

1482. prescriptum Episcopum Milsnensem per abbatem *Buchenstem* in urbem missum ex parte omnium aliorum abbatum citari ad urbem fecerunt & ordinaverunt, se fortiter eidem opposcentes.

Canonisationes Sanctorum. Item eodem anno feria 2da post Quasimodogeniti, Papa adhibitis debitis solennitatibus canonizavit & cathalogo sanctorum annotavit sanctum & Venerabilem *Bonaventuram* Cardinalem; quondam Generalem Ordinis fratrum Minorum, cujus festum agi precepit Dominica proxima post Margarete annis singulis. Et eodem anno & die similiter canonizavit quinque martires & fratres ordinis Minorum, scil. *Berardum, Petrum, Ottonem, Accussum & Adjutum*, quorum celebritas sexta decima die Januarii sub officio martirum peragi debet.

Item eodem anno, tercio ydus Maji Papa cassavit & revocavit Indulgencias plenarie remissionis, paulo ante concessas contra *Turcos*, publicatas per fratres Ordinis Minorum de observancia scil. *Angelum de Clavasco & Enmericum de Kenell* & alios, propterea quod *Turci* a Christi fidelium persecucione in *Apulia* & Insula *Rodis* omnino cessabant.

Item eodem anno in estate propter aliqua *B* statuta cerimonialia cincturam vestium quoad

Discordia intestina in Academia Lipsi. - - - - - frustratos calceos & alia honestatem corrumpencia in universitate *Lipzenis* suborta fuit magna discordia inter Universitatem Magistrorum, Doctorum & Theologorum, Artistarum & Medicorum parte ex una, qui hec statuta praticare contra excedentes volebant, & Dominos Doctores facultatis Juridice & scolares eorum, partibus ex altera, qui se contra hoc statutum opposuerunt, volentes, scolares facultatis Juridice - - - - - privilegio-

rum & hinc statuto non subesse debere, ratione cujus facultas Juridica ad Dominum Episcopum *Merseburgensem*, Cancellarium & Conservatorem studii prefati appellavit. Medio autem tempore Universitas contra aliquos inobedientes processit, & inter alios, qui se Universitati predictae opposuerunt, processum fuit publice per monitionem in valvis ecclesiarum contra Prepositum Monasterii *SCti Thome* subconservatorem studii sepe fatis. Sed tandem post cassatam citationem & inhibitionem factam per Episcopum *Merseburgensem*, ad quem appellatum fuit, differencia & dissensio predicta in presencia Domini Decani, Officialis & Cancellarii Canonorum & Domini *Merseburgensis*, amicabiliter per dies aliquot tractata fuit, & tandem discussa pacifice & remissa ad Principes terre, qui illam differenciam & alias dissensiones ex illa subortas ad se receperunt.

Andreas A. Ep. Crai-nensis adversus Papam molimina. Item eodem anno quidam *Andreas*, Archiepiscopus *Craicensis* de Ordine Predicatorum, qui se Cardinalem scripsit, contra Papam *Sixtum* false & injuriose pro eo, quod nolebat eum in Cardinalem recipere, multos articulos numero XXXII. in confusionem Pape & Apostolice sedis scripsit & confinxit, nominando Papam hereticum, & omnium malo-

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

rum in universo, & bellorum in *Italia* incensorem, auxilium Imperatoris & Principum pro congregacione Consilii contra Papam implorando. Contra quem Papa multos nuncios ad diversas terras pro ipsius incarceratione & detencione misit, sed predictus *Andreas* *Craicensis* nimium de favore aliquorum Principum & potissime Regis *Francie* & civitatis *Florentine* confidens, a Papa & censuris ipsius ad futurum consilium appellando, ad civitatem *Basiliensem*, qui sperabant ibidem consilium futurum congregandum, sub salvo conductu civitatis illius & Imperatoris venit, & multos libellos famosos & articulos pessimos & diffamatorios contra Papam, pro ipsius depositione & futuri consilii congregacione ad diversas mundi partes misit. Sed tandem facta pace inter Papam & Regem *Neapolitanum* & c. predictus frater *Andreas* de mandato Pape & Imperatoris, cum auxilio *Switensium*, qui Pape fortiter adhibebant, captus fuit, & carceribus perpetuis in urbe *Basiliensi* mancipatus, in quibus cum per aliquot dies fuisset, articulos contra Papam & sedem apostolicam factos, publice & solenniter revocavit, nec tamen per hoc a carceribus liberatus fuit. Et illam revocacionem fecit in carceribus *Basiliensi* anno Domini 1483. in Januario.

Et eodem anno discordia inter Papam & Regem *Neapolitanum* totaliter sopita & sedata fuit, & Papa confederatus fuit eodem Regi *Neapolitano* & Duci *Ferrariensi* contra *Venetos*, contra quos *Venetos* Papa & Rex *Ferdinandus* *Neapolitanus* misit gentes armorum in subsidium Duci *Ferrariensi*. Et Rex *Francie* perpetuam pacem fecit cum Duce *Burgundie Maximiliano* filio Imperatoris, qui filiam suam forte VI. annorum desponsavit filio Regis *Francie* *Delphino*, & per hoc medium a litibus inter se cessaverunt. Cardinales tamen duo, nobiles *Romani*, ambo suspecti, qui Regi *Neapolitano* contra Papam adhaerissent, per Papam in urbe incarcerationati fuerunt, hoc procurante Comite *Jeronimo* nepote ac cognato Pape, advocato ecclesie, cui Papa *Emulam* civitatem & Comitatum dedit, qui & innumerabilem pecuniam ex beneficiis ecclesiasticis, que aliis procuravit, collegit, & per magnam tyrannidem dominia *Romane* ecclesie per multos annos rexit, Papa in isto dissimulante. Qui Cardinales in anno precedenti scil. 1482. incarcerationati fuerunt, & permanserunt in carcere usque ad annum Domini 1483. & tunc in estate sub certis pactis de carcere relaxati fuerunt.

Eodem anno scil. 1483. in *Misna* & signanter circum circa *Lipcz* per distanciam VI. & octo miliarium, subito magna caristia in frumentis & bladis evenit, ita quod modius sili-ginis, qui paulo ante & in jejunio emebatur pro VIII. gl. argenteis, post festa Pasce & Pentecostes & citra, vix venalis haberi poterat pro XVIII. gl. novis, ex qua causa quantitas panum & simularum ultra modum minorata fuit, sic quod panis unius denarii vix habuit quantitatem unius simile antique, propter magnam siccitatem, que ista estate accidit, &

1483.

Processio-
nes religio-
se in an-
nonae ca-
ritate.

& defectum pluvie: Quare Prelati & Episcopi in *Misna*, in omnibus civitatibus & villis; ubi tanta caristia fuit; & tanta siccitas, instituerunt devotissimas processiones; prius in *Misna*, in memoria hominum non visas neque factas, quia puellae & virgines sparsis crinibus in capitibus, cum luminibus accensis portantibus in manibus, precedentibus vexillis, crucibus, reliquiis & ymaginibus sanctorum, sequentibus adolescentibus, mulieribus, presbiteris, laicis & omni populo promiscui sexus, nudis & discalceatis pedibus; lanceis vestibus; & humili & vili habitu, bajulantibus cereis, per multos dies & septimanas, devotissime precabantur Deum; usque in celum clamantes, unusquisque secundum statum & facultatem suam cantando & devote petendo per multa nova & devotissima cantica, ut altissimus Deus eis pluviam salubrem daret, fructus terre concederet, & indignationem suam ab eis amoveret. Ratione cuius devotissima processio ab Episcopo Merseburgensi in octava corporis Christi cum bajulatione corporis Dominici, in *Lipczk* anno predicto instituta fuit, ubi unusquisque seorsum secundum statum suum in processione ista comparuit; scolares primo, deinde studentes, post hoc religiosi, dehinc corpus Domini, post hoc sequebantur Doctores & Magistri, deinde Consules & cives, dehinc virgines cum cereis & sparsis crinibus, plures quam novem sexagena, & ultimo devotissime mulieres, omnes cantantes & clamantes in celum, ut omnipotens Deus eis pluviam daret & terram irrigaret. Praescripta etiam caristia protinus quievit ex hoc, quod majores terre *Misne* Nobiles & Prelati, & aliqui ex civibus ditioribus, ex Principum dissimulatione, multa frumenta per *Albeam* navigio usque ad mare ex terris *Misne* abduci fecerunt. Ex opido enim *Delitzsch* prope *Lipczk* III. M. modiorum filiginis & tritici vendita fuerunt & abducta usque in *Hamborgk*; & etiam multa frumenta in *Bohemiam*, ubi & antea caristia fuit, & ad multa alia loca circa venum ducta fuerunt. Et per talem modum modicum de frumentis in *Misna* remansit, & tandem omnipotens Deus placatus precibus pauperum salubrem pluviam dedit per multos dies, ratione cuius caristia aequaliter remissa fuit, & modius filiginis in 4. ac 5. gl. subito decrevit.

Eodem anno scil. 1483. in mense Julii per multos dies se mutuo sequentes in *Misna* maximus fervor & estus solis fuit, quantus per multos precedentes annos fuisse non recordatur. Et eodem anno pestilencia grassari incepit in *Bavaria*, *Svevia*, *Austria*, *Bohemia* & *Slesia*, ita quod de locis finitimis scil. *Norenberga*, *Ingelstadt* & *Wratislavia* multi Nobiles pestem fugientes in *Lipczk* cum filiis & uxoribus eorum venerunt. Et propter eandem pestem multa generalia studia desererunt, videlicet Univerlitas Winensis in *Austria*, & Ingelstadenlis in *Bavaria*, & Turingensis in *Svevia*, &c.

Eodem anno in Augusto idem morbus

pestilencie ex aliis infectis locis in *Lipczk* venientes homines, multos ex civibus laicis & studentibus infecit & consumpsit, ita quod propter pestem, que aequaliter in *Lipczk* grassari incepit, & caristiam, que tunc adhuc duravit, univerlitas *Lipczensis* noscibiliter in suppositis & magistris decrescere incepit & minorata fuit. Principes etiam illarum terrarum, scil. *Misne* & *Thuringie* curiam eorum & continuum domicilium in castro *Lipczensi* habere ceperunt in festo Assumptionis virginis Marie, ubi statim oratores multorum Principum & Prelatorum ad eos missi fuerunt in causis multis, per Imperatorem eis commissis discutiendis, ratione cuius Principes ordinaverunt pro causarum eis commissarum, & que oriuntur inter pares curie, [decisione] Judicium publicum Baronum, Nobilium & Doctorum, quod alii nominant Parlamentum, in quo iudicio unus ex Principibus sive Magister curie Ducalis presidet, & ultra hoc XII. assessores sunt deputati, 4. milites, 4. doctores & 4. simplices Nobiles, qui in presencia Notariorum & Advocatorum & parcium causas ad eos devolutas audiunt, & juridice determinant.

Eodem anno in mense Septembri suborta fuit in *Bohemia* & civitate Pragensi maxima sedicio *Bohemorum* hereticorum contra fideles & obediens Romanae ecclesie. Pragenses enim heretici pro conservacione perfidie eorum expulerunt omnes catholicos & fideles religiosos & seculares, & multos ex religiosis atque presbiteris aliis & laicis occiderunt, & ecclesias & monasteria destruxerunt, spoliaverunt, vestes sacras & vasa abstulerunt, & Consules antiquae & nove civitatis eis resistentes occiderunt, deincedantem sub privacione corporis & rerum, quod quicumque cum eis manere vellet, cuiuscunque status esset, eis se conformare in eorum perfidia deberet. Et in hoc non solum Pragenses sed & aliae civitates heresi infecte in *Bohemia* consenserunt, & post hoc magnum exercitum congregaverunt circa *Pragam* ad defendendum perfidiam eorum; si aliqui tantum facinus & tot mala per eos perpetrata vindicare & corrigere vellent. In quo facta Regem eorum *Wladislaum* filium Regis *Polonie*, qui in ista sedicione suborta absens a *Praga* erat, non curaverunt, sed ymo se excusabant literis & huncis apud Principes alios, quod omnia praescripta bono zelo, pro conservacione compactatorum & religionis & fidei, ymo verius diceretur, perfidie eorum, ista fecissent, ne ab aliis tanquam heretici reputarentur & nominarentur. In hoc volentes haberi, ut veri Machabei, qui pro patriis eorum legibus fortiter pugnabant, aliis infidelibus resistendo.

Anno Domini 1484. obiit nobilis Domina de *Monacho*, conthoralis *Ernesti* Ducis *Saxonie* in *Lipczensi* castro, sepulta apud fratres Predicatores ibidem in medio ecclesie. Et eodem anno obiit *Albertus* filius *Ernesti*

1483.

Judicium
provincia-
le aulicum
Lipczensis
pit.Sedicio in
Bohemia.

1484.

Mors uxoris
Ernesti
El.Alberti
A. Ep. Mag.

1484. *si* Electus & confirmatus in Maguntinum presulem, adolescens forte XVII. annorum; Post cujus mortem electus fuit unus de *Hennebergk* ad eandem sedem Maguntinam.

Eodem anno pestis epidimia in *Prussia* per omnes civitates grassari incepit & multos absorpsit; plus tamen eodem pestis tempore incensio & opposicio lune nocuit quam alio tempore.

Mors M. Matthæi Westphal, Parochi Cædani.
Eodemque anno obiit venerabilis Dominus Magister *Matthæus Westual* de *Brunsbürg*; Plebanus ecclesie parochialis beate *Mariæ Virginis* in *Danczck* Plebani, in dote sua ibidem in crastino divisionis Apostolorum infectus peste epidimia sive inguinaria; cujus anima requiescat in pace.

Epitaph.
Epitaphium quondam D. Magistri MATTHEI WESTUÆEL in *Danczick* Plebani.

Dicite mortales miserum contemnere mundum;

Dicite virtutes; premia multa dabunt.
En rapuit celoque dedit virtutis alumnum,
Westuæl Marbeum: pestis auara piùm.

Artibus insignis septem, sermonē disertus;
Ecclesie pastor & gregis hujus erat.

Lugeat hinc populis hido hoc pastore solutus;

Nec peltem fugiens pro grege qui moritur.

Anno Domini M. CCCC. LXXXIII. XVII. Kal. Augusti.

Eodemque anno pestis epidimia non solum in *Prussia* & aliis locis multis; sed & in *Missa* per reiterationem invaluit; & ita eadem pestis horrenda per duos annos continuavit multosque doctores magnos & studentes in *Lipcezensi* Studio interemit; universitatemque illam desolatam reddidit. Multis enim peste ibidem mortuis & aliis recentibus; paucissimi remanserunt.

Pestis Lipsiæ.

Et eodem anno *Turci* *Walachiam* depopulavit; & cepit in eadem duo castra aut tria scilicet *Kylian* & alias duo, que cum XII. M. *Turcorum* firmavit, promittens se ad futurum annum scilicet 1485. rediturum; quam scito pasqua in pratis habere posset. Et nisi pestis eosdem *Turcos* impetivisset & repulisset; dudum reversi fuissent.

Turci Vastiani Walachiam.

Eodemque anno primogenitus Regis *Polonie Kasimirus* nomine obiit. Et Dominus noster Sanctissimus *Sixtus* quartus similiter eodem anno duodecima die mensis Augusti; 5. hora noctis; diem suum clausit extremum in *Roma*; & regnavit annis XIII. diebus sex. Post cujus mortem Cardinales in unum congregati ad providendum ecclesie de novo Pastore; primo inter se discrepantes tres nominaverunt; sed tandem omnes in unum consenserunt & elegerunt concorditer eodem anno; quo supra; scilicet 1484. quendam Cardinalem *Johannem Baptistam* Januensem natione; Presbiterum Cardinalem tituli sancte *Cicilie*; & Episcopum *Melfetensem*; vulgariter nuncupatum; qui se *Innocentium VIII.*

Mors Sixti IV.

Innocentius VIII.

appellat & scribit; XXIX. mensis Augusti 1484. qui in proximo mense sequenti dominica ante *Michaëlis* coronatus fuit.

Statim post coronacionem *Innocentii VIII.* Indulgentiis datis pro hospitali Scti Spiritus in urbe; exhibentes etiam literas confirmacionis earundem Indulgentiarum *Innocentii VIII.* Et tales fuerunt admissi in *Missa* per Episcopos ibidem. Et quia abutebantur potestate eis data; nimium extendentes commisionem eorum; pecunia eis recepta; incarcerationati fuerunt in *Marchia*.

Post hujus Pape electionem & coronacionem infra unum mensem etiam mortui sunt tres Cardinales excellentissimi; videlicet Dominus Cardinalis *Matilconensis* frater; quondam Cancellarius Ducis *Burgundie* Rex *Francie* post obitum Ducis fecit decollari; deinde Reverendissimus Cardinalis *Mediolanensis*; de post *Rmus* Dominus Cardinalis *Gerundenis*. Et ex post in *Decembri* in urbe perditam furto corona pontificalis; quam *Constantinus* Imperator Pape *Silvestro* dedit; in vim donacionis bonorum ecclesie; & cum illa tres calices; toti aurei; magni ponderis & valoris; & cetera clementia ablata sunt de ecclesia Scti *Johannis Lateranensis* de custodia; de qua maximus rumor in urbe fuit.

Furtum coronæ sacrarum.

Deinde anno Domini 1485. in die *Gertrudis* virginis circa horam quartam post vespas; clara die & splendente sole; fuit qualis totalis eclipsis solis; qui aperte cognoscebatur. Sed remansit tamen de luce solis non eclipsata; quia dies nubilosa & caliginosa apparuit; licet Astronomi multi Eclipsin totalem pro tunc pronosticabant sed fefellerit eos iudicium eorum.

1485.

Eodem anno post medium jejunii Serenissimus Rex *Polonie* cum Episcopis & majoribus regni *Polonie* venit in *Tborn*; convocando omnes Prelatos; Nobiles; Civitatenfes & Dominos Cruciferos de ordine in *Tborn*; a quibus postulavit subsidium contra *Turcos* & *Tartaros*; qui fines regni sui molestabant; videlicet *Walachiam* & *Lithaniam*; & jacuit in *Tborn* quasi per duos menses; sed parum post longam expectationem; petitionem & mandatum datum terrigenis in *Prussia*; in effectu obtinuit; quia se multiplicate excusabant propter privilegia eis data; quod Regi *Polonie* subvencionem facere non possent; & propter terram *Prusie* depopulatam; promittit tamen Generalis Magister *Prusie* subsidium se Regi *Polonie* contra *Turcos* facturum; si Rex propria in persona contra *Turcos* iret.

Rex Polonie subsidium contra Turcos postulavit a Prusis.

Eodemque anno in vigilia Corporis Christi Rex *Hungarie* cepit *Wienham*; quam diu ante hoc obsidione cinxit; ita quod cives *Winnenfes* post longam obsidionem factam compulli fuerunt recipere Regem *Hungarie* pro Domino; quibus multa privilegia & libertates contulit; & majora; quam prius unquam

Wienham capis Marchiarum.

1485. quam habuerant; & posuit sedem suam Rex *Hungarie in Wiennam*, & successive alias civitates, castra & fortalicia totius *Austrie* occupare & sibi in suum dominium transferre nititur, quia Imperator *Fridericus* Dominus *Austrie*, eam deseruit, & se ad Ducem *Sigismundum* in *Arbesi* fugiendo dedit.

Eodem anno, quo supra, post Eclipsin solis factam, & magnam conjunctionem Jovis & Saturni, sequebatur primo siccitas, que ferme post festum Pasce ad VIII. septimanas sine pluvia duravit. Et deinde post festum *Johannis Baptiste* per multos dies subsecuta est magna humiditas & pluvia per mensem & ultra; ymmo per *Julium* & *Augustum*; &c. ita quod magna aquarum inundatio facta fuit in multis locis, scil. in *Reno*, *Misna*, *Marchia* &c. que inundatio aquarum maxima dampna in edificiis, pontibus, feno & aliis frumentis fecit.

Papa impugnat regnum Neapolitanum. Eodemque anno scil. Domini 1485. Papa *Innocentius* contra Regem *Neapolitanum* armigeros multos milit, & cum de regno expellere nititur, quia nobiles fere omnes Regis *Neapolis* se eodem Regi opposuerunt propter nimiam tyrannidem suam in subditos. Et *Aquila* civitas cum omnibus adjacentibus castellis, qui Ducatus sive Principatus est ejusdem regni *Neapolitani* potens & fortis valde, se *Romane* Ecclesie subdidit, qui novissimis temporibus sub Imperio Regis *Neapolitani* erat, de quo Ducatu Papa & ecclesia annuatim ultra 80M. Ducatorum recipere potest.

Discordia in Acad. Lips.

Eodemque anno in multis terris, civitatibus, communitatibus & universitatibus multe discordie; dissensiones & rixe subortae fuerunt, ita quod inferiores contra superiores rebellabant. Et in Universitate *Lipzensi* vigore cujusdam statuti novi maxima discordia inter Nationem *Bavarorum* parte ex una & *Saxonum* & *Polonorum* Nationes, partibus ex altera suborta fuit. Intendebat enim natio *Bavarorum* eo quod in suppositis habundabat plusquam alie due Nationes, emolumenta, officia, dignitates & collegiaturas non secundum Nationes, sed personarum & Magistrorum multitudine distribui debere, & sic finaliter due Nationes iste per *Bavarios* & *Misnenses* suppressae fuissent & exterminate.

Principes Saxon. dividunt Terras.

Item eodem anno, quo supra, circa festum beati *Martini* Duces *Saxoniae Ernestus* & *Albertus* Principes, propter heredes eorum, dominia & terras eorum inter se diviserunt, aliqua dominia, districtus, civitates & terras, que prius ad terram *Misne* spectabant, *Thuringie* addiderunt, & ergo aliqua dominia & ducatus *Thuringie* terre *Misnensi* adjunxerunt. Et facta divisione per *Ernestum* seniore, Dux *Albertus* tanquam junior elegit terram *Misne*; scil. *Lipzck*, *Misnam*, *Dresden*, *Zwiggaviam* &c. & *Ernesto* *Thuringia* pro parte sua hereditaria cessit, sic tamen quod *Albertus* pro eo, quod partem meliorem & honorabiliorem elegit, dare deberet.

fratri suo *Ernesto* 70M. fl. Et interim quia Mater eorum, que *Aldenburghk* possidebat, viveret, etiam pro illa parte IIIIM. fl. annuatim *Ernesto* solvere deberet. Sed statim sequenti anno Domini 1486. XI. die Febr. qui fuit sabbati dies ante Invocavit, Nobilis & Illustrissima Domina *Margareta*, soror Imperatoris *Federici* terti, Mater predictorum Dominorum *Ernesti* & *Alberti* Ducum, in bona etate videlicet, ut credo, in septuagesimo anno aut ultra, in castro *Aldenburghk*, diem suam clausit extremam. Cujus anima requiescat in sancta pace. Et dominia, que habebat in dotem, *Ernesto* Principi ex divisione prius facta cesserunt, scil. *Aldenburghk*, *Colditz*, *Ylenburg*, *Grimme*, *Leysnigk* & *Libenwerde* cum omnibus adjacentibus suis, de quibus dominis annuatim in bonis redditibus hereditariis habebat ad minus XVM. fl.

Item eodem anno Domini 1486. XVI. Februarii, qui fuit *Juliane* virginis, per liberam resignationem *Federici* Imperatoris terti electus fuit concorditer in *Franckfordia* per Electores Imperii Serenissimus Princeps *Maximilianus*, filius Imperatoris *Federici*, Archidux *Austrie* & *Burgundie*, in Regem Romanorum, in presencia multorum Principum Imperii, spiritualium & secularium. Et in eadem dieta & civitate *Franckfordensi* obiit primo Rev. Pater & Dom. Episcopus *Augustensis*, missus illac a Duce *Sigismundo* in *Arbesi*. Et post electionem novi Regis Romanorum in concordia per sex Electores spirituales & seculares facta, (Rex enim *Bobemie* ad electionem istam vocatus non fuit) tunc *Dominica* *Judica*, que fuit dies beati *Gregorii* Pape, *Marchio Albertus* *Brandenburgensis* obiit in eadem civitate *Franckford*, presentibus in eadem civitate adhuc Imperatore cum filio suo *Maximiliano*, Rege Romanorum novello, & aliis Electoribus & Principibus Imperii. *Bobemi* autem, eo quod ad electionem Regis Romanorum vocati non fuerunt, contra Imperatorem, filium ipsius Regem Romanorum electum, atque alios Electores Imperii mirum in modum exasperati, arma movere intendebant; quare cum Rege *Hungarie* convenientes, de vindicta facienda cogitantes, in *Egla Mora* vie convenerunt, & federa inter se firmaverunt.

Eodem autem anno, XXVI. die mensis *Augusti*, qui fuit dies Sabbati proxima post *Bartholomei*, Serenissimus & religiosissimus Princeps *Ernestus* Dux *Saxoniae* &c. Elector Imperii in castro suo *Colditz*, diem suum clausit extremum, de cujus morte hec metra duo subscripta facta fuerunt eodem die in *Lipzck*:

Misnenses populi lacrimantur Principe rapto,

Precipue cleris mesta sit ista dies.

Tricesimus autem ejus in maxima veneratione & solempnitate atque pompa funerali & lugubri in loco sepulture ejus apud ecclesiam *Misnensem* per filios ipsius & Principes

1485.

1486.

Mors Margarethe.

Maxim. fil. Rex Rom.

Bobemorum indignatio.

Ernesti et mors.

Exequiarum pompa.

1486. cipes, *Fridericum & Johannem*, qui successerunt ei in regno, atque *Ernestum* Episcopum Magdeburgensem & Halberstadensem filium ejus, similiter per Illustrissimum Principem *Albertum* germanum ipsius, cum omnibus Comitibus, Baronibus, Militibus & Nobilibus terrarum *Misne, Thuringie, Franconie* atque *Saxonie*, atque spiritualibus, Prelatis, Episcopis, Abbatibus, Prepositis & Decanis Ecclesiarum in dominiis eorum, & cum vocacione Rectoris Universitatis Lipsienfis, adjunctis sibi aliquibus Doctoribus, sollempnissime fuit celebratus, & dicitur plusquam decem milia fl. constiterisse & expositum fuisse. Vocati etiam fuerunt Electores Imperii, Dux *Sigismundus* in *Atbest*, Duces *Bavarie*, & Duces *Brunswitizenses*, qui omnes legatos & nuncios eorum miserunt. Et in una octava celebratus est primo tricesimus Principis *Ernesti* in *Misna*, deinde Senioris Ducisse *Margarete*, sororis Imperatoris, Matris *Ernesti & Alberti* tricesimus in eadem octava & tentus in *Aldenburgh* cum omni solempnitate.

Ernestus
A. Ep. Halberstadum obsedit & capis.
Eodemque anno Illustrissimus Princeps & Reverendissimus Dominus *Ernestus* Episcopus Ecclesiarum Magdeburgensis & Halberstad. cum maximo exercitu decem milium armatorum obsedit & circumvallavit civitatem *Halberstadensem*, propter ipsorum inobedienciam & rebellionem, & infra mensem eos armis & vi ad obedienciam compulit, ut sua sponte portas civitatis aperirent, & claves uti vero Domino eorum presentarent, qui & eos graciose suscepit, atque libertates atque privilegia eorum non minoravit.

Goslaria
sub protectione Alberti Ducis Sax.
Eodemque tempore Illustrissimus Princeps & Dux *Albertus*, civitatem imperialem *Goslariam*, oppressam per Duces *Brunswicenses*, in suam protectionem suscepit, a qua annuatim quingentos fl. habet, illisque ad resistendum inimicis eorum, ex *Misna* ultra quingentos armatos sub stipendio eorum in Septembri misit. Atque inclita civitas imperialis *Ratisponase* in protectionem Ducis *Alberti de Monaco*, non obstante Imperatoris prohibitione, dedit ad petitionem atque vocacionem *Ratisponensem*, cum Imperator remisse in omnibus factis suis egit, & nemini subventionem fecit, neque propriis civitatibus, ad hereditatem suam in *Austria* spectantibus, sed eos Regi *Hungarie* in direpcionem misit, atque in propria confusione eos sub manibus Regis *Hungarie* absque protectione reliquit.

1487. Anno 1487. *Fridericus* 3us Romanorum Imperator vocavit sub maximis penis omnes Electores & Principes Imperii in *Norenbergam* pro subvencione sibi facienda contra Regem *Hungarie*, qui terram suam nativam scil. *Austriam* pro majori parte cepit, qui ibidem congregati circa medium jejunii permanferunt in eadem dieta usque ad festum B. Johannis Baptiste. Sed nescitur quid pro republica concluderunt. Filius autem Imperatoris *Maximilianus*, Rex Romanorum, ad eandem

dieta venire non poterat, cum *Hollandrini* &c. cum de terris suis exire & ad illos redire non permittebant.

Eodem anno Dux *Albertus de Monaco* filiam Imperatoris sibi matrimonialiter copulavit, & racione illius, dissimulante *Sigismundo* Principe in *Atbest*, qui heredes non habebat, terram illam in *Atbest* racione uxoris sue in suam protectionem recepit. Et idem Dux *Sigismundus* bella contra *Venetos* gessit satis prospere cum auxilio *Switensum*, qui partes Ducis *Sigismundi* fovebant.

A Et eodem anno circa festa [Pasce &] Pentecostes in locis *Saxonie* & prope illas terras & in aliquibus partibus *Misne*, iterum factus est magnus concursus puerorum, virginum, famulorum & famularum de vili plebecula & gente rusticana ad cruorem in *Wilsnacko*, ducti, ut creditur, spiritu vertiginis, in magno Comitatu illac currentes sine pecuniis & absque ulla premeditacione & vacui redeuntes, & ut creditur, multi ex istis, qui illac currebant, quasi ad decem milia, non meliores sed peiores facti fuerunt. Et similis concursus sepe numero post factus est ad eundem locum & ad alia, uti supra tempore *Frederici* 2di, & *Otonis* 4ti. a quo concursu nemo eos avertere potuit, de quo multi nobiles Predicatores dixerunt & Doctores, qui illum concursum scripserunt sed nichil profecerunt.

Item eodem anno *Bobemi* in estate notabilem Ambasiatam ad Romanam urbem cum 50. equis miserunt, facientes obedienciam nomine Regis & regni, que obediencia, ut creditur, verbalis non & reverencialis fuit.

B Anno Domini, quo supra, scil. 1487. & sequentibus duobus, Dominus Dux *Albertus Saxonie*, ex Regis Romanorum *Maximiliani* & Imperatoris *Friderici* petitione, ad partes stagnales scil. in *Flandriam, Hollandiam* & ad alias terras, ad *Maximilianum* spectantes propter filiam Ducis *Burgundie* (qui illas terras prius possedit) quam duxit in uxorem, & eo quod ad Imperium devolute essent, se dedit & intravit, & generalis Capitaneus omnium istarum terrarum a Rege Romanorum constitutus fuit. Quos prescriptus Dominus *Albertus* per arma, incendia & publicas hostilitates, quas ibidem exercuit, ad Dominum suum *Maximilianum*, a quo recesserunt, & quem in civitate *Bruggis* in pretorio captivaverunt, redire & veniam ab eo petere compulit. In quibus terris per aliquot annos prescriptus Dux *Albertus* cum notabilibus vasallis ex *Misna* remansit, & prescriptas terras sub obediencia Regis Romanorum & sua tenuit, licet sepe numero illi in *Gandavo, Bruggis* & *Ypperen* terga verterunt & fidem male servaverunt, allegantes quod modo proprium Dominum, ex Rege Romanorum *Maximiliano* & filia Ducis *Burgundie* progenitum haberent, cui obedire vellent & tenerentur, magis quam *Maximiliano*. Nichilominus per prescriptum Dominum *Albertum* Ducem ad obedienciam

1487.

Conclusus in Wilsnack ad cruorem sanctum.

Bobemorum legatio Romanam.

Alberti Ducis Sax. expeditio in Belgium.

1487. ciam & pacem servandam compulsi fuerunt.

1490. Iremanno Domini 1490. Rex *Bobemie & Hungarie* Dominus *Matthias* circa festum Palmarum in *Vienna* diem suum clausit extremum. Post cujus mortem & sepulturam Majores & Prelati regni *Hungarie* convenientes in unum, ex persuasione Regine *Hungarie* & aliorum aliorum elegerunt Dominum *Wentzeslaum*, Regem *Bobemie*, in Regem *Hungarie*, & eundem coronaverunt. Aliqui tamen ex regno *Hungarie*, fratrem ipsius Dominum *Albertum* filium Regis *Polonie* &c. in Regem *Hungarie* elegerunt. Et alii Regem Romanorum *Maximilianum* A pro Rege *Hungarie* ex concordatis prius inter Regem *Matthiam* mortuum & Imperatorem *Fridericum*, patrem *Maximiliani* factis, habere voluerunt. Omnes tamen tres prescripti scil. *Wentzeslaus* Rex *Bobemie* & frater suus Dominus *Albertus*, filius Regis *Polonie* atque *Maximilianus* Rex Romanorum, possessiones aliquas in regno *Hungarie* receperunt. Sed tandem concordatis inter se prescriptis duobus fratribus, filiis Regis *Polonie*, qui per aliquod tempus armis & incendiis se & regnum *Hungarie* devastaverunt, Junior scil. Dominus *Albertus* cessit fratri suo, Regi *Bobemie* in jure & possessione, quod in regno *Hungarie* habebat, ita tamen, quod Rex *Bobemie* fratri suo *Alberto* cessit in jure suo quod ad regnum *Polonie* sicut primogenitus & senior habebat, additis sibi aliquibus dominiis & Ducatibus, scil. Ducatu Ducis *Saganensis*, *Freyenstad.* & aliis cum Dominio *Oppaviensi* &c. que Dominus *Albertus* vivente patre suo, Rege *Polonie*, habere debet, sed post mortem patris, Regis *Polonie*, cum Dominus *Albertus* regnum *Polonie* adeptus fuerit, prescripta dominia ad dominia pristina redire debent. Et ex prescriptis concordatis, inter prescriptos fratres, filios Regis *Polonie* factis, major pars regni *Hungarie* devenit ad Regem *Wentzeslaum* *Bobemie & Hungarie*, qui electus & coronatus est in Regem *Hungarie*, & possessionem illius quasi totam habet, & jure illius gaudet, cui multi adherent & favent, licet Principes *Almanie* magis Regi Romanorum faverent.

Concordia inter fratres *Wentzeslaum & Alberti.*

Comitia Norib.
Maximilianus factus Suev. diffolurus.

Propter prescriptum regnum *Hungarie* & forte aliis de causis Rex Romanorum *Maximilianus* tenuit longam dietam *Norenberge* Electorum & Principum Imperii, a festo *Sti Georgii* usque ad *Margarete*; ad quam venerunt ultra 60. principes, demptis Comitibus, Baronibus & Oratoribus aliorum Principum & Civitatum, in qua dieta Rex Romanorum cum Episcopo *Eystetensi*, Ambasiatore *Cesaris*, & aliis Principibus pro dissolutione *lige magne*, vulgariter *der große swebische* bunt genant, diu laboravit, sed tandem parum profecit, cum Duces *Bavarie* cum Palatino *Reni* in illius dissolutionem consentire nolbant. Et sic preter voluntatem Regis Romanorum ex *Norenberga* recesserunt, aliis Principibus ibidem remanentibus, scil. *Maguntino* Archiepiscopo cum Marchionibus

Brandenburg. & Ducibus *Saxonie*, & Comite de *Wurtemberg*, & aliis multis, qui Regi Romanorum adherent, & subsidium eisdem prestandum in populo & pecuniis pro dampnis suis & negotiis in regno *Hungarie & Britanie* recuperandis & expediendis promiserunt. Reges etiam *Polonie & Bobemie* suos notabiles Oratores in eadem dieta habuerunt, petentes Regem Romanorum & alios Principes, ut electum Regem *Bobemie* ad regnum *Hungarie* in jure sue electionis & confirmationis atque in possessione regni non impedirent, sed in pace dimitterent.

Rex Romanorum *Maximilianus* nupsit filiam Ducis *Britanie*, que auro & argento habundat, & per personam intermediam nuptias celebravit. Quod percipiens Rex *Francie Karolus*, qui Regis Romanorum filiam habet, ex filia Ducis *Burgundie*, quam in uxorem duxit, nititur impedire hujusmodi matrimonium, quia *Britannia* est de feudo regni *Francie*, & dicta filia unica est, & Ducatus *Britannen.* de regno *Francie* transferretur in Romanum Imperium. Ideo cum exercitu magno dictus Rex *Francie* invasit *Britanniam*, eam devastando navali prelio, dictamque Ducissam, nuptam Regi Romanorum, obsidendo in civitate opulentissima *Brittannie*. Quare pro ejus liberatione suos ad Regem Romanorum misit legatos, Episcopum *Britanniensem* & Comitem ejusdem insule notabilem, & nisi in brevi auxilia Rex Romanorum illuc miserit, perdet insulam cum uxore, & Rex *Francie* habebit uxorem & filiam Regis Romanorum.

Rex *Francie* *Britanniam* cum sponsa *Maximiliano*.

Rex etiam *Bobemie* propria in persona circumvallavit in *Hungaria* civitatem *Stulweyssenburg* dictam, quam Rex Romanorum incepit & exspoliavit. Dicitur tamen, quod ad ambo loca prescripta scil. in *Britanniam* & etiam in *Hungariam* Rex Romanorum gentes armatas pro illorum liberatione misit.

Facta fuit concordia sed simulata primo inter Regem Romanorum & *Francie* super differenciis eorum. 2do secuta est concordia inter Reges Romanorum & *Bobemie* & Ducem *Albertum* super regno *Hungarie*, ita quod tota *Austria* redire deberet ad *Maximilianum* tanquam verum heredem, sed regnum *Hungarie* ad Regem *Bobemie* *Wentzeslaum*, sic tamen quod singulis annis Regi Romanorum aliquam pecuniarum summam de eodem regno daret, & forte 400 castra in finibus *Austrie* sita, ad regnum *Hungarie* spectantia, manerent pro Rege *Maximiliano* ad vitam suam &c. Et Rex *Bobemie* *Wentzeslaus* etiam cum fratre suo *Alberto* Duce, post notabilem stragem sibi illatam ab *Hungaris*, concordiam fecit pro jure, quod ad regnum *Hungarie* habere volebat, dando ei aliquos Ducatus in *Slesia*, scil. *Glogoviensi* &c.

Compositi de regno *Hungarie*.

Sed Rex Romanorum in fine anni 1491. volens consummare matrimonium cum sponsa sua regina *Britanie*, missis nunciis ad eam, ut ad se in *Coloniam* veniret, & ibi cum eo solemnitates nuptiarum teneret; que libenter annuens

1491.

1491. annuens votis Regis *Maximiliani*, se ad iter accinxit solempniter. Et cum per dominia Regis *Francie* salvo conducto dato, ivisset, Rex *Francie* male a suis persuasus, eam violenter rapuit, oppressit & sibi eam copulavit, & mox in urbem Romanam misit, & dispensacionem a Papa obtinuit. Et ita per verba de presenti Regi Romanorum desponsatam surripuit, oppressit, & federa pacis & matrimonii fregit in Regis Romanorum & totius Imperii non modicam confusionem. Et mox habita dispensacione a Papa in presencia XIII. Episcoporum regni *Francie* in carnisprivio anno Domini 1492. solempnitates nuptiarum cum Regina *Britanie* celebravit, Regem Romanorum in consummacione matrimonii preveniendo. Sed non parve displicencie ex tali dispensacione contra Papam & sedem apostolicam sunt suborte, que tamen tandem per amicabilem concordiam finite fuerunt.

Sponsa Maximiliano præcipitur.

1492.

Mors Theodorici Ep. Numb.

Item eodem anno 1492. forte circa medium quadragesime obiit Dominus *Theodericus* de *Schonenberg*, Episcopus *Nawenburgenlis*, cui in episcopatu successit coadjutor sibi prius datus ante sex annos, scil. *Johannes* de *Schonenbergk* Canonicus *Missnensis* *Nawenburgenlis* & *Mersseburg.* & Prepositus in *Budisbeym*, de eadem genealogia & amicus defuncti, qui post festum Pasce, dominica Jubilate consecratus fuit, per Archiepiscopum *Magdeburg.* in *Czeitz*, in presencia multorum Principum & Prelatorum, & non fuit de novo electus nec confirmatus per Papam, sed ex priori electione, quando datus & electus fuit, pro adjutore Ecclesie *Nawenburgenlis*, in Episcopatu successit & munus consecracionis accepit. Et universitas *Lipzenlis* vocata ad consecracionem illius Episcopi fuit & propinavit illi XXX. fl. reuti consuetum est fieri.

Consecratio Johannis successoris.

Lipiensis Academia novo Episcopo Numburg. donat 30. fl.

Item eodem anno *Soldanus* aut *Turcus* misit Papæ lanceam Salvatoris nostri, cum qua in passione ejus perforatus fuit in latere, quam Papa pro maximo munere cum maximo gaudio recepit, & eam ex ecclesia *Marie* de populo ad ecclesiam *S. Petri* propriis manibus portavit & juxta *Veronicam* collocavit. Item eodem anno titulus triumphalis Christi: *Ihesus Nazarenus Rex Judeorum, Rome* repertus fuit & in maxima veneracione receptus.

Mors Innocentii VIII. & Alexandri VI. lectio.

Anno Domini 1492. in vigilia *Jacobi* Apostoli *Innocentius* Octavus post longam & incurabilem infirmitatem diem suum clausit extremum. Qui in Papatu sedit annis 8. quasi, post mortem cujus Cardinales elegerunt in Papam seniore in cetu Cardinalem *Rodericum* nomine, Vice Cancellarium *Romane* ecclesie, nepotem *Calixti*, hominem ditissimum, qui propter pluralitatem beneficiorum & officiorum pinguium electus fuit in Papam, ut electores tollerent quilibet partem de beneficiis & officiis suis. Et se *Alexandrum Sextum* nominavit.

Eodem anno, quo supra, *Kasymirus* Rex *Polonie* plenus dierum multorum in senectute bona diem suum in *Litwania* clausit extremum in octava ascensionis Domini, qui fuit septima dies Junii, & sepultus in *Cracovia*. Post cujus mortem ad electionem novi Regis ex vocacione Prelatorum & Consiliariorum regni, convenientibus in unum, qui electioni interesse debent, in *Pitterkavia*, quanquam in primo inter se differentes erant, tandem tamen Sabato post Bartholomei concorditer elegerunt inclitum natum defuncti Regis *Johannem Alberti*, de cujus humanitate & justitia omnium ora clamant, qui munus coronationis dominica ante *Michaëlis* per officialem Archiepiscopi adeptus est in *Cracoviensi* Cathedrali ecclesia cum magna solempnitate. Pro coronacionis solempnitate presentes fuerunt extranei, Domini Oratores Ducis *Litwaniæ* *Alexandri* fratris sui, & Ducis *Pomeraniæ*, & quidam optimas *Moraviæ* per Regem *Bobemiæ* & *Hungariæ* fratrem suum illac missus.

Anno Domini 1493. in vigilia beati *Johannis Baptiste*, que cecidit in diem *Dominicum*, tunc maxima tempestas erat in *Lipczk* cum tonitruis & choruscacionibus, in tantum, quod unus religiosus Presbiter Ordinis fratrum Minorum in Monasterio eorum post prandium circa horam 2am tactus fulmine statim interit ante cellariam fratrum & secundus, qui illi assistit & potum tribuit, vix ex tali fulmine evasit, modicum tantum tactus erat fulmine sed statim convaluit.

1492.

Mors Casimiri R. Polon.

1493.

Item eodem anno, feria 2. in octava assumptionis *Marie* in crastino *Agapiti*, qui fuit XIX. dies Augusti, *Fridericus* Imperator 3us in senectute bona, videlicet in LXXIX. annoratis sue obiit; postquam unum pedem sibi ex ardore ignis deponi fecit, iterum ignis in eo succensus fuit, & ex tali ardore diem suum, ut supra, clausit extremum; sepultus in *Vienna*.

Gravis tempestas Lipsiæ.

Mors Frid. III. Imp.

E. in omnibus partibus Christianitatis & signanter *Germaniæ*, contra sedem Apostolicam & summum Pontificem magnus clamor invaluit, quod omnia beneficia, dignitates & prelature venales essent. Quod quidam, ut creditur, curialis paucis versibus intelligere dedit, istis scilicet:

Alexander VI. male audit ob simoniam.

Christi olim in terris bene qui servaret ovile
SIMON. PETRVS erat. Heu modo PETRVS. abest.
Piscarum rediit PETRVS. gerit omnia SIMON.

Ipse dat. ipse rapit cardinis omne decus.
Cuncta agat in terris SIMON; tamen bestia celi

Non reget. at PETRVS janitor unus erit.
Anno Domini, quo supra, scil. 1493. Dux *Saxoniæ* *Fridericus* Elector post festum Ascensionis Christi ex *Veneciis* cum magna comitiva Prelatorum & Nobilium navigio & salvo conductu *Venorum*, in terram sanctam & *Iherosolimam* peregrinando ivit, & redeundo in *Rodis* Ducem *Christoferum* de *Monaco* cum aliis 40r. per mortem perdidit, sed ipse Dux *Fridericus* sanus in principio Septem-

D

1493. Septembris rediit, & cum magno honore atque p. . . non tantum in terris & dominiis suis, sed etiam ab aliis & exteris civitatibus susceptus fuit. Cui Univerſitas Lipſienſis ciphum deauratum in reditu in valore quali LXX. florenorum ren. ſed civitas Lipſienſis unum ciphum aureum eſtimatum ad 300. flor. ren. propinavit.

Lipſienſium dona ei in reditu oblata.

Turca magna da-mnia Chriſtianiſ inſerunt.

Et eodem tempore, ut ſupra, Turci in tribus locis prope *Stiriam* & *Hungariam* atque *Karinthiam*, *Germaniam* intraverunt, multa milia Chriſtianorum occidendo; Comites, Dominos & alios Principes cum ſubditis eorum interfecerunt & multos abduxerunt, terras illas depopulando. Quos Sereniſſimi Reges & Principes *Maximilianus* Romano-rum cum Duce *Saxonie Alberto*, atque *Hungarie* Rege e veſtigio ſequebantur.

Eodem anno in quatuor temporibus Septembris *Alexander* Papa ſuus preſcriptis creavit ſimul XII. Cardinales; inter quos filius Regis *Polonie* *Fridericus* Episcopus Gneſſenſis & Cracoviensis unus erat, & quidam filius Pape ſpurium inter illos etiam creatus eſt in Cardinalem.

Exequie Imp. Friderici.

Eodemque anno circa feſtum Luce ac poſt feſtum Imperatoris *Maximilianus* cum maxima ſolempnitate & pompa exequias patris ſui *FridERICI* tertii Imperatoris in *Vienna* celebravit, ubi oratores Pape & Regis *Francie*, *Anglie*, *Hiſpanie* &c. in copioſa multitudine preſentes fuerunt.

1497. Regis Francie ſucceſſus in Italia.

Anno autem Chriſti 1497. & ſequenti Rex *Francie* *Karolus* cum maxima multitudine & exercitu gravi *Italiam* intravit, multas civitates in ea ſibi ſubegit, & *Romam* cum Papa ſibi ſubjugavit, & aliquos ex Cardinalibus incarceravit; & aliquos ſibi potentes de numero Cardinalium ſociavit; & etiam aliquos per Papam incarceratos liberavit, & deinde *Apuliam* intravit, & quaſi omnes Civitates Regni *Neapolitani*. (quod ad eum ſpectare dicebat) vicit, & habita victoria de regno, *Gallos* in civitatibus & caſtris pro custodia eorum & regni reliquit. Sed poſt exitum Regis *Francie* ex *Apulia* atque *Italia*, expulſi fuerunt *Franci* ex regno *Neapolitano*, & regnum pro majori parte ad ſuum verum Dominum & Ducem *Calabrie* rediit.

Incurſo Tartarorum & Turcarum in Poloni.

Eodem tempore *Tartari* cum magna potencia regnum *Polonie* circa *Podoliam* in-vaſerunt, quos Rex *Polonie* *Johannes Albertus* ex metis regni ſui repulit. Quibus expulſis *Turci* cum LX. milibus idem regnum in-vaſerunt; ſed illis Rex *Polonie* cum magno exercitu occurrit. Cum quo Magiſter Generalis *Pruſie* Dominus *Johannes de Tyeffen* Suevus, ſed vir grandævus, ex Regis *Polonie* vocacione contra *Turcos* cum 400. equis ivit, & tota terra *Pruſie* in ſubſidium contra *Turcos* pro Rege *Polonie* vocata fuit. Sed major pars illius per contributionem datam & *Zeyſſam* collectam ſe liberavit, licet pecunia iſta pro redimendis aliquibus caſtris in *Pruſia* cumulata fuit, pro iſta tamen expeditione extradere eſt permiſſa. Et quia in hoc

ſacto & aliis de cauſis *Brumſbergenſes* ſe Domino *Corn.* Episcopo ad tempus oppoſuerunt, & propter quendam inſultum in caſtris Episcopi factum, fuit Eccleſia parochialis beate *Katherine* ibidem, propter violentam ſanguinis effuſionem, per duos ſcolares factam, longo tempore interdicta.

1497-

Eodemque tempore in feſto beati *Georgii* celeberrimum opidum *Heiſbergk* igne periit, & in quatuor horis omnia edificia in domibus, turribus & eccleſia penitus conflagrata fuerunt, & pauce admodum res ſalve manſerunt, & aliquot etiam homines flammis perierunt. Et nemo ignorat flagellum Dei hoc fuiſſe, teſte ſcriptura, qui ait, ſepe ſubditi propter rectoris peccata in iſtis & aliis puniuntur.

Incendium Heiſbergk

Eadem eſtate *Litvani* ſexcentos *Tartaros* rubros proſtraverunt, qui Duci *Moscoviensi* maximam plagam intulerunt, ſed iſ, ut fortius *Tartaris* reſiſtere poſſet, ſedus ſex-annale cum *Suevis* pepigit. Qui tamen impugnatur a *Dacis*.

Eodem anno, ut ſupra, 1497. die *Mercurii*, 14. Junii ad noctem, Dominus *Johannes* Dux *Candie*, Generalis Capitaneus Eccleſie *Romane*, filius naturalis Pape *Alexandri* ſexti veniens cum quibusdam Cardinalibus ex ſolacii locis, voluptatis experiende gracia, regionem quandam urbis ingreſſus, ad noctem, uno tantum ſociatus ſamulo, qui centum & cc. ſolebat equitatu inauditoque incedere apparatu, filius naturalis Domini noſtri beatiſſimi, ut premititur, *Alexandri* *Sexti*, cui & ante brevi Ducatum *Beneventanum* conſignaverat hereditarie, quem mox in poſſeſſionem recepiſſet, nocte, ut premiſſum eſt, urbem voluptatum experiendarum gracia ingreſſus, perditur in diem *Veneris* uſque ſequentem. Hujus abſenciam cum pater ferret moleſtius, in palacio enim cum familia manebat ſua, queſitus non invenitur. Fit

Johannes filius Pape in Tiberi ſubmergitur.

rumor, quendam nocte preterita in flumine *Tiberim* proſectum. Continuo ſuſpicio mala, pater ſanctiſſimus flumen ſcrutari facit, *Veneris* XVI. poſt meridiem, aſtante populi innumeroſa copia prope *Cloacam* *Pauli* II. ubi ad *Mariam* de populo tranſiit, in & ſub aqua inventus exanguis extrahitur, vulneribus conſoſſus IX. aut XI. hinc navi ad caſtellum *Sancti Angeli* deſertur & inde ad noctem ſepulture cum ingenti pompa ad ſanctam *Mariam* de populo commendatur. Inauditum audaxque tantum in Principem facinus, de cujus necis modo, occaſione ac cauſa varia referuntur, partim quia horrenda ſunt & aurium piarum offenſiva, melius eſt ea obticere, quam in publicum dare. Et quia viſiones a cuſtodibus *Baſilice* beati *Petri* nocte precedenti viſe feruntur, die *Dominica* XVIII. Junii Sanctiſſimus Dominus noſter ad vespereum pedes *Baſilicam* ingreditur. Et continuo ubi pontem, quem ad ingreſſum *Caſtelli* *Sancti Angeli* edificat, & in brevi perficiet, Cardinalibus ſex commiſit reformationem eccleſie & curie a capite incipiendo uſque ad membra. Hy ſunt, *Neapolita*

Reformatione Eccleſie ſex Cardinalibus commiſſa.

1497. *politanus, Portugalesis, sancte Anastase, Alexandrinus, Senensis & sancti Georgii*, duo ex his Episcopi, duo presbiteri, & duo Diacones. Ista reformacio per necessaria est, post cedem tam horrendam, cujus post *Julii Cesaris* cedem *Rome* similis audita non est; fuit is filius cor patris, in quo complacuit anime sue, quem sacrilegus ille, quicumque is fuerit, tangere non est veritus.

Petri de Medicis dolus proditur.

Eodem anno XV. Augusti, cum parata seditione ac proditione *Petrus de Medicis*, annis superioribus hujus Pontificis e *Florentia* pulsus, illam ingredi destinasset, nocte, cedem civium suorum factururus, proditione comperta, qui intus erant sui capti, e quibus quanquam majores capite plexi, bonis in predam datis, reliqui in carceres dejecti usque sunt hodie, & salvata est *Florentia* bella.

Ventus visissimus.

Eodem anno 1497. in die *Eufemie* fuit in *Prusie* partibus tanta ventorum tempestas, ut judicaret quisq; mundum periturum; quassate sunt in urbibus domus, horrea ceciderunt, naves mare absorbit & contrivit, anime simul cum navibus & cymbis piscacionum, quas vulgariter *Kemtel* appellamus, perierunt. Leguntur in littoribus passim inhumata corpora, & preciose merces, quarum signa nemini cognita sunt. Ingens est in vulgo lamentacio & ve propter jacturam, quam quisque suffert invito. Omnes enim naves de *Revalia, Riga, Hollem* & plures ex *Gdano* ad nichilum sunt redacte. Caput circa profundum, ubi de mari in *Wislam* versus *Gdanum* naves impelluntur, totaliter ruptum est. Hanc rupturam *Gdanienses* in XII. annis vix expedient cum expensis decem milium marcarum.

Bella Polono- rum contra Turcas & Tart.

Contendunt *Dacoruni* Rex & *Sueci*. Nuper autem *Steynsur*, sub cujus administratione est regnum *Suecie*, multum eodem Regi populum affixit. Idem gubernator tener in carcere quendam Episcopum *Suecie*, & alterum similiter Episcopum in castro vallavit.

Magnus Dux *Litmanie Alexander*, frater Regis *Polonie*, bis cum *Tbartaris* & *Turcis*, qui simul juncti sunt, conflixit. Cum autem tercio concurrerent, adeo infideles illi fortificantur, ut opus sit Ducem retrocedere in castra, que dum oppugnarentur, mittit Rex *Polonie* plusquam octo milia electorum militum. Hy a tergo hostes invadunt, & tantum committunt bellum, ut ex utraque parte plusquam XII. milia caderent animarum. Nostri tamen victoriam obtinentibus, Rex noster *Polonie* est in magnis periculis; Palatinum enim *Walachie* habet familiarem inimicum, qui *Turcos* pro libito intromittit. Hujus duo pociores Consilarii per Regem infra tempus unius mensis, videlicet *Cancellarius* & *Thesaurarius* capti, in *Leopolym Rutenicam* mittuntur, ubi Generalis Magister *Prusie* Ordinis *Theutunici* &c. a Rege *Polonie* in subsidium contra *Turcos* & *Tbartaros* *Ibrus*.

Mors Magni Magistri Ord. Ibrus.

vocatus, in dissenteria obiit. Et ex illo loco per commendacionem de *Hollant* & suos in loculo quodam ad arcem regiam *Konigsbergk* reductus, honorifice in ecclesia cathedrali *Sambienli* feria sexta ante *Michaelis* sepultus fuit. Sed obiit in *Leopoli* prescripta in *Crastino Bartholomaei apostoli*, cujus anima cum superis & Deo eternaliter vivat!

Eodem anno in *Prusie* partibus accidit, quod duo, alter senex inveteratus dierum malorum, alter junior, ejusdem senis ductoris mali viam secutus, cum ad vesperam apud quoddam molendinum declinassent, hospicium petiverunt. Sed illo vix obtento, junior ad explendum facinus condictum, iter parans, sollicitavit, ut villam propinquam convalescendi bibendique gratia villam tabernamq; visitarent. Hospes molitor fraudis & futurorum ignarus, adjuncto sibi filio decenni ad villam properant. Interea senior opportunum adesse tempus testimans, extracto pugione supra uxorem molitoris in puerperio decumbentem irruit, & comminata morte ac timore incusso, pecuniam & facultates, ubinam sint, extorquet; quas cum in cista designata didicisset, advocat ancillam domus, quam ad aperendam cistam extrahendasque vestes in ea repositas cogit. Et dum inter ipsas vestes jam XI. repertas accepisset, plures in imo cisto requirens, voluit ut ancilla alias similiter extraheret vestes, que muliebri solercia subito consilium adinveniens, dixit, quam cista alta est & profunda, quales juxta morem hujus patrie antiquum, sponsis dari consueverunt, vos reliquas vestes extrahite. Idem dum se ad extrahendum in cistam nimium inclinaret, ancilla assumpto fortitudinis spiritu, hunc per pedes seu crura arripiens in cistam deiecit, & in obliterata aggravataq; cista reservavit, futurum expectans eventum. Qui mox post hec accidit. Nam dimisso molitore in villa, ille junior latro rediit una cum filio, & reingressum hospicii postulavit. Quo propter senioris facinus sibi denegato, comminatus est puerum necare, prout fecit. Nec tamen contentus nitcebatur domum intrare violenter. Sed cum undique fortius obseratam sensisset, conabatur per foramen quoddam ingredi, quod sciens ancilla jam transmissum caput latronis securi dissecuit. Unde rediens pater cum exanimem filium ante fores reperisset, ut intromitteretur, obtinuit, & rei geste seriem intelligens, senem latronem in cista conclusum transfixit & mox interemit. Unde plures ad visendum illius ancille personam confluunt, eamque in istis laudant atq; extollunt, & dignam dotacionem predicant.

Duorum latronum scelus & justitia.

Eodem tempore & anno in vigilia omnium Sanctorum *Rome* urbs angelica per ictum fulminis est concussa, & in superiori parte fracta cum angelo. Et in *Insprugk*, presente Rege Romanorum, terre motus factus est, &c.

II.

CRONICA BREVIS,

(LIPSIENSEM DIXERIS)

DE QVIBVSDAM NOVISSIMIS TEMPORIBVS

ACTIS IN PARTIBVS MISSNE ET THURINGIE,

ET ETIAM DE ALIIS MEMORIA

DIGNIS.

EX EODEM CODICE BIBLIOTHECÆ ACAD. LIPS.

- Anno 1301. *Albertus* filius *Rudolphi* imperat.
- Anno 1302. *Clemens* 5tus Papa. Rex *Adolphus* occiditur.
- Item 7mo. anno *Fyedericus* Marchio *Missnensis* occidit *Suevos* in *Lucka*.
- Item Xmo *Henricus* septimus Comes de *Lusczenburg* imperat.
- Item XI. segetes & gramina merguntur pluvia & imbribus, quod & factum fuit anno 1485. ubi magna fuit aquarum inundacio, graminum & segetum deperdicio per pluviam.
- Item XII. anno pestilencia magna. Et 13. ordo templariorum destruitur.
- Item 14. Imperator coronatur. Et Imperator veneno occiditur.
- Item 15. magna fames, que duravit septem annis.
- Item 16. anno *Johannes* 22. Papa.
- Item 17. *Rudolphus* Dux *Bavarorum* & *Albertus* de *Austria* eliguntur & imperant.
- Item 23. Doctor *Tho.* de *Aquino* canonizatur.
- Item 24. Episcopus *Magdeburgensis* fuste occiditur.
- Item 28. *Nicolaus* de *Lyra* floruit.
- Item 32. *Fyedericus* Marchio natus fuit.
- Item 34. *Benedictus* XI. Papa.
- Anno Domini 1338. locuste voraverunt gramina & segetes & volaverunt veluti nubes apparent.
- Item 42. inundacio aquarum pontem in *Dresden* destruxit.
- Item 43. *Wilhelmus* Marchio natus est *Lantgravius Thuringie*.
- Item 44. *Clemens* sextus Papa.
- Item 47. *Karolus* rex *Bobemie* imperat.
- Item 50. magna pestilencia per universum orbem, que ad duos annos duravit.
- Item 54. *Innocencius* sextus Papa.
- Item 58. iterum magna pestilencia.
- Item 59. *Eisfordenses* juraverunt in *Gota* Marchioni *Fyederico* semper bini & bini, & male juramentum servaverunt.
- Item 62. *Urbanus* 5tus Papa.
- Item 65. *Wilhelmus* Marchio obsedit *Lisnigk* castrum & opidum.
- Item 66. pestilencia magna. Item 71. *Gregorius* XI. Papa.
- Item 73. Marchia subditur *Karolo*.
- Item 74. Consules in *Brunswigk* capiuntur & occiduntur.
- Item 76. Marchiones *Missnenses* obsederunt *Hersfordiam*.
- Item 78. *Urbanus* 6tus Papa. Et duo sunt facti Pape.
- Item 82. *Wenczeslaus* filius *Karoli* efficitur Rex Romanorum.
- Item 83. pestilencia magna.
- Item 86. *Wilhelmus* Marchio obsedit *Waldenburg* & *Pietzin*.
- Item 90. *Bonifacius* IX. Papa eligitur.
- Item 91. Sancta *Bnigista* canonizatur.
- Item 94. *Wenczeslaus* a fratre includitur. Et pestilencia magna per totum orbem.
- Item 95. *Wilhelmus* Marchio impetravit annum Jubileum in *Missna*.
- Item 97. pestilencia.
- Anno Domini 1401. *Missnenses* jacuerunt ante *Pragam*.
- Item anno 2do *Wilhelmus* Marchio obsedit *Donen* & applicuit *Missne*. Idem obsedit *Pirne* anno 4to.
- Item anno 5to pestilencia magna per duos annos duravit.
- Item anno 7mo *Wilhelmus* Marchio obiit in die Cinerum anno vite sue 64to.
- Item anno 8vo desolacio Universitatis *Pragensis* propter heresim. Et bellum prope *Lubeck*, ubi ceciderunt 35. milia & de XLII. viri de civitate *Lubeck*.
- Anno Domini 1409. Universitas *Lipzenensis* fundatur & confirmatur ab *Alexandro* 5to. Et cum bullis principalibus in *Lipczk* inronifatur a Ducibus *Saxonie* & Marchionibus *Missne*, &c.
- Item anno Xmo ventus magnus die *Felicis* in *Pincis*. Et Domini *Cruciferi* de ordine *Theutunicorum* perdidit bellum in *Prussia* & prostrati fuerunt a *Polonis*.
- Item 14. anno consilium *Constancienfe* congregatur.
- Item 15. *Hus* combustus fuit in consilio.
- Item 16. *Martinus* 5tus eligitur in Papam in consilio.
- Item 19. Rex *Wenczeslaus* *Bobemie* obiit *Prage*.
- Item 21. Electores ante *Sacz* fuerunt & nihil boni fecerunt.
- Item 23. *Fyedericus* Marchio fit Dux *Saxonie*.
- Item 25. obiit Marchio *Wilhelmus* in *Aldenburgk*.

Item

Item 26. in die Viti heretici *Bobemi* obtinuerunt victoriam in bello ante *Auffigk* in *Bohemia*.

Item 28. *Fredericus* Dux *Saxonie* obiit.

Item 29. *Bobemi* heretici ingressi sunt per vim *Misnam* & per totam terram *Misne* & *Lipczk*.

Item 31. obiit Papa *Martinus*, & incepit consilium *Basiliense*. Et *Eugenius* 4tus Papa.

Item 32. inundacio aquarum. Pons in *Dresden* ruit, & pons *Misnensis* fractus est.

Item 33. Carilitia magna *Misne*. In *Lipczk* in modius siliginis valuit 48 gl.

Item 34. *Sigismundus* rex *Hungarie* & *Bobemie* imperat. Inundacio aquarum. Pons *Misn* ruit pro maxima parte.

Item 35. *Magdeburgenses* cum eorum Episcopo litigant.

Item 36. Gracia anni Jubilei de consilio *Basiliensi* ubiq; terrarum publicantur pro *Gregorium* reductione.

Item 37. Papa *Eugenius* & consilium *Basiliense* ad invicem litigant, & consilium fuit contra Papam & eum deposuit, sed non profecit. Et Dux *Sigismundus* *Saxonie* resignavit terram fratribus suis & factus est sacerdos & Episcopus *Herbipolensis*; sed per monialem infatuatus cessit Episcopatu ex concordia.

Anno Domini 1438. *Misnenses* plures de *Bohemis* prostraverunt ante *Brux* in *Bohemia* in redeundo de *Thabor* a rege Romanorum. Et eodem tempore regnavit *Albertus* Dux de *Austria*.

Item 39. anno *Felix* Dux *Sabaudie* heremita in Papam eligitur *Basilee* contra *Eugenium*. Et *Greci* reducuntur.

Item 40. anno *Felix* consilium *Basiliense* intravit & coronatur. Et scisma fit in ecclesia Dei propter duos Papas.

Item 41. auctoritas ecclesie ad manus Electorum est tradita. Et *Fredericus* Dux *Austrie* fit rex Romanorum. Et Universitates in adhesione Paparum fuerunt diverse, quia aliquae *Felici* & aliquae *Eugenio* adherebant.

Item 42. *Fredericus* coronatur post Viti. Et Electores fuerunt *Franckford*. & nil profecerunt pro unione ecclesie. Item *Eugenius* a Romanis introducitur.

Item 41. anno *Ernestus* Dux *Saxonie* natus est, sed anno 61. *Cristina* filia ejus nata fuit, que postmodum in etate nubili tradita fuit Regi *Dacie* *Jobanni*.

Item 43. dieta *Norenberge* pro unione ecclesie tenetur. Et *Sigismundus* Dux *Saxonie* episcopus *Herbipolensis* deponitur.

Item 44. moneta nova in *Misna* instituitur & cuditur. Et tunc magna dieta pro Ecclesie unione *Norenberge* circa festum *Jacobi* tenetur, ubi Dux *Saxonie* cum multis Prelatis & Doctoribus fuit & solemniter civitatem intravit.

Item 45. fratres Duces *Saxonie* scil. *Fredericus* & *Wilhelmus* se diviserunt quoad ter-

ras & dominia eorum, ex qua divisione magna lis est exorta, que per multos annos duravit.

Item 46. reformata fuit Universitas *Lipczensis* per Prepositum *Brandenburgensem* nomine Principum. Illa tamen reformatio non fuit in omnibus articulis assumpta, neque hodie observatur. Et licenciati fuerunt seu repulli de collegiaturis eorum Magistri *Lipczenses* scil. *Pirner* & *Cratzbergk*.

Reformatio Acad. Lips.

Item 46. duo studentes Juriste scilicet *Jobannes* *Scheffirbein* & *Burkardus* cum barba manu seculari vinculati fuerunt & ducti in

Mersburgk ad Episcopum. Item eodem tempore de cruore in *Wilsnack*, an debeat adorari aut qualiter venerari, sepe disputabatur, & multe altercaciones inter Prelatos, Doctores & religiosos & varie opinioniones ex illo suborire fuerunt.

Sanctus Cruor in Wilsnack

Anno Domini 1446to post *Dionisii* Dux *Saxonie* *Fredericus* contra *Apel* *Vitzum* & sibi adherentes exercitum cum *Bobemis*, *Slesis* & *Misnensibus* congregavit & in *Thuringiam* cum exercitu ivit, ut eum expelleret.

Item 47. in vigilia sancti *Mathie* obiit Dominus *Eugenius* 4tus & eligitur *Nicolaus* 5tus in Papam. Item eodem anno Duces *Saxonie* *Fredericus* & *Wilhelmus* reconciliati sunt per Principes cum magna difficultate feria 6. ante ascens. Domini. Et eodem anno *Wilhelmus* jacuit ante *Soft*.

Item 48. Dominus Legatus Cardinalis sancti *Angeli* *Carual* *Pragam* intravit cum Dominis *Bobemie*. Item pestilencia fuit in multis civitatibus *Misne*. Item *Felix* cessit papatu in *Lausania* & submitit se Domino *Nicolaio* Pape pro unione ecclesie. Item *Praga* civitas capitur per *Jersigk* gubernatorem regni & *Judei* spoliantur, &c. Ego eodem anno veni ad studium in *Lipczk* in festo *Johannis* *Bapt*.

Item 49. pestilencia in *Hallis*, *Magdeburgk* & *Lipczk* magna fuit. Et eodem anno Dux *Wilhelmus* adherendo Marchioni *Alberro* *Brandenburg*. litigaverunt contra *Norenbergenses* quasi ad annum.

Item eodem anno scil. 49. Dux *Fredericus* *Saxonie* intravit *Thuringiam* contra Dominum de *Smortzburgk* & per 40r ebdomadas jacuit ibidem.

Item eodem anno festo Divisionis Apostolorum Dux *Wilhelmus* *Misnam* intravit contra fratrem suum *Fredericum* & dampnificavit cum in multis, quia duxit secum *Jersicum* cum multis milibus *Bobemorum*, qui terram *Misne* in multis locis depopularunt & incenderunt. Et *Fredericus* Marchio *Brandenburg*. Ducatum *Saxonie* scil. *Wittenbergk* & alia loca cum incendiis & rapinis devastavit.

Item anno 50. Dux *Fredericus* per suos Nobiles prostravit Marchitas & multos Nobiles ex *Marchia* captivos cepit. Eodem anno Civitas *Gera* Domini Comititis de *Gera* devastatur & incenditur per *Thuringos* & *Bobemos*.

Gera vastatio.

bemos hereticos, quorum Capitaneus erat *Jersicus*, & in die Hedwigis 500. viros ibidem interfecerunt.

Item 51. anno annus Jubilaeus habebatur in *Misna* pro tunc publicatus per Cardinalem *Cusa* Legatum ad partes *Misne* & in *Wells* - - - Et eodem anno Dux *Bavarie* *Lodovicus* cepit filiam *Frederici* Ducis *Saxonie* in uxorem ante carnisprivium.

Anno Domini, ut supra, scil. 51. circa festum Purificacionis *Marie* concordati fuerunt fratres Duces *Saxonie*, scil. *Fredericus* & *Wilhelmus*. Et Dux *Wilhelmus* privavit *Witzshumenses* castris & possessionibus eorum & expulit eos de terra.

Item anno 52. frater *Johannes* de *Capistrano* Ordinis Minorum Generalis Vicarius, venit in *Lipczk* in illa - - - & stetit ibidem predicando verbum divinum omni die per mensem integrum, &c.

Item 53. anno mutata fuit moneta in *Misna* & prohibiti fuerunt *denarii Jenenses* & *Salveldenses*, &c.

Item anno 52. *Bobemi* heretici spoliaverunt oppidum *Slett* - - - sed *Fredericus* Dux *Saxonie* eosdem expugnavit & vi obtinuit ecclesiam & castrum, & quasi ducentos *Bobemos* captivos cepit.

Item anno 73. Rex *Ladislavus* solemniter intravit *Pragam* & *Pragenses* exierunt obviam ei cum duobus milibus equitum, & coronatus fuit dominica *Simonis & Jude* ab Episcopo *Olmützensi* & Episcopo *Pataviensi*.

Edictio in Prussia.

Item 74. civitates & Nobiles terre *Prussie* propter ligam opposentes se Dominis eorum *Cruciferis*, diffidarunt eos, & Magistrum Generalem in castro *Marie* cum aliis Dominis de Ordine posthabentes, se Regi *Polonie* subjecerunt, & hostiliter multa castra & civitates *Prussie* invaserunt, & ceperunt castrum *Tborn* & alia multa circa Purificat. *Marie*, & quasi in uno mense totam terram & omnia castra, exceptis Civitate *Conitz* & Castris *Marie* & *Stamyn* de manibus Dominorum *Cruciferorum* ceperunt, & septem castra funditus destruxerunt, scil. castrum in *Tborn*, *Clongk* & *Danczik* &c. Sed guerra illa duravit ad XIII. annos & ultra, ita quod civitatenes contra Dominos de Ordine & stipendiarios eorum per multos annos intestina & publica bella gesserunt, unde totam terram depopulaverunt, & cam absq; cultore desertam fecerunt. Item eodem anno circa festum scti *Lamperti* Dux *Wilhelmus* de *Thuringia* intravit *Pragam* ad regem *Ladislavum* sororium suum, eo quod sororem ipsius in uxorem habebat, cum mille equis, &c.

Regis Polonie clades.

Item eodem anno Rex *Polonie* in multitudine gravi & maxima succubuit, ante *Conitz* prostratus per Dominos *Cruciferos* de ordine & eorum stipendiarios, videlicet *Fritz Rubeneck*, Ducem de *Sagano*, *Casparum* *Nostitz* capitaneos Dominorum de ordine, & tulerunt illi spolia multa *Polonorum*, que

preciosa fuerunt & sunt dilati stipendiarii *Cruciferorum*.

Anno Domini 1474. 2da feria in die *Kiliani* nocte abducti sunt Juvenes Duces *Saxonie*, videlicet Dux *Ernestus* & Dux *Albertus*, recepti ex lectis in castro *Aldenburghk* nocte, presente matre, sorore Imperatoris *Frederici*, per *Contze Kauffingen* vasallum eorum & complices suos. Sed 3. die reinventi & reducti fuerunt, & *Contze Kauffingen* decollatus & multi de complicitibus suis in isto facto iudicati & suspensi fuerunt.

Plagium Kauffingen

Anno 56. *Turci* venerunt ad *Hungariam* cum magna potencia. Et tunc ante *Kritzschewessenburg* in *Ungaria* prostrati fuerunt, multa milia *Turcorum* per communem populum, cruce signatos, presente Patre *Capistrano* eos ad bellum hortante, pro fide Christi in vigilia *Marie Magdalene*.

Item 57. Rex *Ladislavus* in *Hungaria* per suos q. - - - detentus fuit. Et filius *Huniat* interfecit Comitem de *Cilia* amicum & consiliarium regis *Hungarie*. Item eodem anno rex *Hungarie* fecit decollari filium *Huniat*, qui interfecit Comitem de *Czeyll*.

Item eodem anno in die *Clementis*, qui fuit 4. feria, obiit in *Praga* *Ladislavus* rex *Bobemie* & *Hungarie*, & electus fuit in regem *Jersick* de *Podiebrat*, gubernator regni per impressionem.

Item 58. obiit Papa *Calixtus* & post mortem & exequias ipsius electus fuit in summum Pontificem *Eneas* Senensis Cardinalis, & nominatus fuit *Pius* 2us. Eodemq; anno *Marinus* de *Fregeno* nuncius & orator Pape publicavit indulgencias plenarie remissionis simul in vita & simul in morte in multis terris. Et facto pacto cum principibus & Ducibus *Saxonie* & *Misne* occulte, ut admitteretur ad publicandum indulgencias, quo non servato, per Ducem *Saxonie* *Fredericum* captus & detentus fuit in *Leisnigk* castro, sed pecuniam collectam occulte per cambium ad *Italiam* misit, licet aliquam partem pecuniarum post ipsius incarcerationem apud predicatores indulgenciarum Principes invenerunt, qua recepta, de carcere nocte per dissimulationem exivit.

Marinus de Fregeno Questor indulg. etc. pium.

Item eodem anno scil. 58. magnum passagium puerorum fuit ad sctum *Michaellem* circa mare. Et multa milia puerorum conglobati ad ecclesiam S. *Michaelis* apertomari convenerunt, ex qua autem causa illuc ierunt, adhuc ignoratur.

Passagium puerorum ad S. Mich.

Item 59. anno circa festum *Ambrosii*, observata fuit dieta in *Egra* cum *Gersick* gubernatore *Bobemie*, electo in Regem *Bobemie*. In qua dieta Duces *Saxonie* affinitatem & concordiam fecerunt cum eo. Et eodem anno circa *Martini* in *Egra* *Jersicus* Rex *Bobemie* desponsavit filiam suam Duci *Alberto*, filio Ducis *Frederici* *Saxonie*, & idem *Jersicus* filium suum *Heniko* aut *Hindersich* desponsavit filie Ducis *Wilhelmi* *Lantgravii* *Thuringie* & perpetua pax & concordia fuit pro tunc inter eos firmata.

Ducum Sax. cum Georgio Rege abbas.

Anno

Anno Domini M.CCCC.LX. Dominus *Lodevicus* Dux *Bavariæ* contra Marchionem *Albertum* infeliciter pugnavit.

Item anno 62. Circa Vifitationis *Marie* Palatinus *Reni* cepit in campis tres Principes, videlicet Episcopum *Metensem*, Dominum Ducem de *Wirtenbergk*, & Marchionem *Badensem*. Item eadem estate fratres *Sebrack*. destruxerunt *Franconiam*. Item hyeme sequenti Imperator *Fridericus* tertius detentus est *Wyenne* in castro a fratre suo *Alberto* & civibus *Wyennensibus*; sed liberatus fuit per *Jersicum* Regem *Bobemie*.

Item anno 63. pestilencia magna fuit ubiq; terrarum, & in *Lipczk* ultra 400 milia hominum & 18. milia hominum in *Herfordia* obierunt, & pestis illa in uno loco ad medium annum duravit, & studium *Lipczense* per pestem omnino desolatum fuit, sed cesante peste in brevi restitutum.

Passagium contra Turcas inditum. Item a. 64. Papa *Pius* dedit indulgencias plenarie remissionis contra *Turcos*, indicendo generale passagium laycis & Clericis & Papa in persona contra *Turcos* ire disposuit. Et concursus magnus factus est ex omni parte christianitatis. Sed convenientes catervatim in multis locis sine ductore & capitaneo, B. fatigati expensis & itinere longo, multi ex illis obierunt, & alii tandem sine profectu reversi sunt unusquisque in locum suum.

Eodem anno Dux *Saxoniæ* *Fridericus* obiit in *Lipczk* in vigilia Nativitatis *Marie*, cum sollempnitate deductus fuit extra civitatem & usque in *Misnam* ad sepulturam Principum ductus.

Et eodem anno *Jersicus* contra regem *Hungariæ* pro regno *Bobemie*, quo privatus fuit, pugnavit.

Anno 70. Papa *Paulus* obiit in fine Julii post *Jacobi*, & XII^{ma} die Augusti electus est *Sixtus* 4^{us} Generalis Ordinis Minorum.

Anno 73. fuit estas calida & sicca in tantum quod molendina in aquis defecerunt, que quasi ad quartale unius anni duravit.

Novissi obfidio.

Anno 74. circa *Jacobi* Dux *Burgundiæ* obsedit potenti exercitu in terra & aquis civitatem *Newß* circa *Coloniam*, que obsidio duravit. Sed circa Nativ. Christi & ante Imperator *Fridericus* 3^{us} de domo *Austriæ* & Dux *Saxoniæ* *Albertus* & Marchio *Albertus* *Brandenburgensis*, & Dux *Austriæ* *Sigismundus* cum *Switensibus* & civitatibus imperialibus congregati fuerunt simul circa *Confluenciam* ad resistendum Duci *Burgundiæ*. Et post multa *Switenses* Ducem *Burgundiæ* in exercitu quodam interfecerunt, qui per multos dies questus inventus est, occisus a *Switensibus*. Post cujus mortem dominia sua, quia heredem masculum non reliquit, ad multos devenerunt, scilicet ad filium Imperatoris *Maximilianum*, regem *Franciæ*, Ducem *Gelrie* & alios.

Contentio de Hungaria.

Item anno Domini 1490. circa festum *Palmarum* Rex *Hungariæ* *Masbias* diem suum clausit extremum in *Vienna*. Post cujus obitum, tres se de regno *Hungariæ* intro-

miserunt, scil. Rex *Romanorum* *Maximilianus*, rex *Bobemie* *Wenczeslaus* & Dominus *Albertus* filius regis *Poloniæ* frater suus; sed concordatis inter se fratribus, contentio super regno *Hungariæ* remansit inter regem *Romanorum* & *Bobemie*. Sed *Austria* ad dominum suum scil. Ducem *Austriæ*, Imperatorem & filium suum rediit. *Slesia* autem cum *Moravia* atque *Lusacia* superiori & inferiori secundum concordiam factam, ad regem *Bobemie* pacifice est reducta. Et concordatis inter se regibus *Romanorum* *Maximiliano* & rege *Franciæ* super terris & dominiis aliquibus, sed dolose; ex post facta etiam fuit concordia inter regem *Romanorum* *Maximilianum* & regem *Bobemie* *Wenczeslaum* super *Hungariæ* regno, ita quod tota *Austria* ad *Maximilianum* tanquam verum heredem reverfa fuit, sed *Hungariæ* regnum regni *Bobemie* *Wenczeslao* manere debet, qui ratione illius annuatim aliquam notabilem pecuniarum summam regi *Romanorum* solvere deberet, & certa castra in finibus *Austriæ*, ad regnum *Hungariæ* spectantes pro rege *Maximiliano* manere debent. Idem quoque rex *Wenczeslaus* fratrem suum *Albertum* Ducem pro jure suo, quod ad regnum *Hungariæ* habuit, contentavit. Post hoc in fine anni Domini 1491. & in principio sequentis anni scil. 1492. cum rex *Romanorum* *Maximilianus* volebat etiam sponsam suam regiam *Britanniæ*, sibi per verba de presenti sub maximis juramentis & pollicitacionibus desponsata matrimonium consummare, missis nunciis ad eam, ut in *Coloniam* pro matrimonio consumando & sollempnitatibus nuptiarum tenendis veniret. Tunc rex *Franciæ* sub spe pacis illam in itinere recepit & retinuit, & eam sibi desponsavit, & carnaliter eam cognavit; & sollempnitates nuptiarum in carnis privio in presencia multorum Episcoporum regni *Franciæ* tenuit. Et Papa cum eodem rege *Franciæ*, non obstante, quod regina *Britanniæ* alteri prius desponsata fuit, dispensavit. Et qua dispensacione contra Papam & sedem apostolicam suborta fuit.

Anno, quo supra, scilicet 1492. Rex *Poloniæ* *Kasimirus* obiit in *Litwania* feria 5^{ta} ante festa *Pentecostes*. Cui per electionem in regno successit filius regis *Johannes Alberti*, & frater suus *Alexander Litmanianus* possidet ex ordinacione regis defuncti, qui cum adhuc viveret, hec ita fieri ordinavit.

Eodem anno Papa *Innocencius* 8^{us} obiit in vigilia *Jacobi*, in cujus locum per electionem successit senior inter Cardinales Dominus *Rodericus* Vice-Cancellarius *Romane* ecclesie, qui se *Alexandrum sextum* nominavit.

Item anno Domini 1493. XIX. die mensis Augusti in crastino *Agapiti* moritur *Serenissimus* Imperator *Fridericus* 3^{us} in senectute bona, anno etatis sue 79. diem suum clausit.

claulit extremum, sepultus in *Wienna*,
cujus exequie eodem anno in die beati Lu-
ce per filium suum *Maximilianum* regem
Romanorum in presencia Electorum &
Principum Imperii cum maxima pompa
celebrate fuerunt, quibus Dominus Dux
Albertus & Fridericus elector interfue-
runt.

Item anno Domini 1494. Papa *Alexander*
multos Cardinales creavit forte XVIII: in-
ter quos filium *Kasimiri* regis *Polonie* Car-
dinalem fecit *Fridericum* nomine, qui Ar-
chiepiscopatum *Gnesnensem & Cracovien-*
sem simul habuit; & quendam Papa ex fi-
liis suis naturalibus Cardinalem creavit cum
aliis forte VI.

Item anno 1497. in Junio filius Pape *Alex-*
andri Capitaneus ecclesie, submersus fuit
in *Tiberi* in mense Junii. Et filia Pape de-
sponsata & data cuidam comiti in *Italia*
ab eo repudiata fuit & *Romam* reversa intra-
vit monasterium monialium scilicet *Sixti*, que,
ut dicitur, occasio fuit interfectionis fratris
sui prescripti in *Tiberi* submersi, &c.

Item eodem anno in crastino Bartholomei o-
biit Magr. *Prusie* Dominus *Johannes de Tyf-*
sen Suevus, in *Leopoli* Rutenica, cum ef-
set in expeditionem vocatus contra *Tur-*
cos.

Et eodem anno maxima tempestas ventorum
in die *Eufemie* fuit in *Prussia*, ex qua maxima
clampna in terra & mari sunt secuta.

II.

ANONYMI SAXONIS
HISTORIA IMPERATORUM

A

CAROLO M.

USQUE AD

FRIDERICUM II.

ET QUIDEM AD AN. MCCXXXV.

EX

CODICE CHARTACEO

BIBL. PAULINÆ LIPS.

KAROLUS MAGNUS.

769. **A**nno Dni D.CCLXIX. *Karolus ma-*
gnus, *Pippini Francie* regis filius,
post mortem patris per totam
Franciam rex est constitutus,
& tunc in imperatorem est
electus & regnavit XLVI. annis pari sorte
cum fratre suo *Karolomanno*; post mortem
autem fratris solus regnum obtinuit, & XXIII.
annis imperio imperavit Romano. Per hunc
autem regem regnum *Francie* plus quam per
aliquem alium regem est exaltatum. Ille primus
regum Romanum imperium obtinuit & pri-
mus imperatorum consecrationem accepit *Rome*.
De natalibus vero suis non multum scri-
bitur, nisi quod regis *Pipini* filius fuisse per-
hibetur. Mater vero ejus *Bertradis* diceba-
tur. Hujus primum bellum in *Equitania* &
in *Wasconia* extitit, quos tandem gloriose sed
cum magno labore subegit. Postea vero Pa-
pa *Urbanus* ab eo peciit, ut eum ab injusta op-
pressionē *Desiderii* regis *Lombardorum* eripe-
ret, quem idem *Karolis* de terra una cum
filio suo propulit, & filium suum *Pipinum* in
regem *Lombardorum* constituit. Postea vero
Saxones magno labore & dampno plusquam
XXX. annos debellavit. Tandem hac con-

dicione bellum terminatum est, ut *Wedekyn-*
us cum *Saxonibus* fidem Christi susciperet,
& *Karolus* ipsum *Wedekynum* de sacro fonte
levavit. Tunc primum *Hammenburgensis*
Episcopatus initium suscepit, ubi Episcopum
nomine *Eridiginum* statuit. Deinde ordina-
vit Episcopatum *Bremensem*, postea vero *Hab-*
berstadensem, postea *Falbornensem* & *Mona-*
steriensem. Obtinuit etiam *Hispaniam* & *Brit-*
taniam, assumpsit etiam populum *Transalbi-*
num ad X. milia utriusque sexus & per omnes
terras distribuit, unde hodie per *Teutoni-*
am Slavice ville inveniuntur. *Bawaryam* quoque
sibi subdidit & Ducem *Bawarie* nomine *Tasso-*
linum una cum filio suo monachum fieri, coe-
git. Idem vero Dux habuit filiam *Desiderii*
regis *Lombardorum* & *Hunos* duxerat contra
regnum *Karoli* regis, ut in eum vindicaret
destitutionem soceri sui. Porro rex *Karolus*
cum exercitu valido contra *Hunos* in terram,
que nunc *Austria* dicitur, perrexit, que ex
decursibus aquarum & paludum quasi inexpu-
gnabilis fuit, quam tum per septem annos
expugnare non destitit, donec eam sibi mul-
tis laboribus & expensis subjecit. In tempore
illo initium terre illius fuit ab aqua, que *En-*
se dicitur, usque ad silvam *) *Dulgatorum*, ab
eodem

Episcopus
suis ab eo
fundari.Slavice
ville in
Teutonia.Quando
Austria
imperio
cesserit.*) forte: *Bulgarorum*.

769.

eadem vero aqua usq; ad lacum, que nunc est angariata porta, a rege *Karolo Teutonie* ascribitur, & ab omnibus hodie *Austria* nuncupatur. Pro hac autem terra *Huni*, qui nunc *Ungari* dicuntur, semper *Teutonicis* bella intentabant. In eadem autem terra rex *Karolus* magnum thesaurum invenit absconditum videlicet auri & argenti, quem rex *Eckelha* de multis terris congregavit. De eodem vero thesauro *Francones* sunt ditati, sed tamen rex maximam partem claustris erogavit. Rex *Schoctie* & *Ybernie* *Karolo* subditi fuerunt. Porro Imperator *Constantinop.* inter se & regem *Karolum* amicitias firmabat, verum tamen cum magno odio sustinuit, quod nomen imperiale sibi usurpavit. Rex etiam *Persarum* munera sua sibi misit, aurum videlicet & purpuram, tum orologium, quod tunc temporis in terra nostra raro visum fuit. Rex ergo *Karolus* multa construxit monasteria, videl. *Aquisgranii* in honore beate *Marię* genitricis *Dei*, & pallacium *Numaghen.* & aliud in *Gbiellen.* Edificavit quoq; *Maguncie* ligneum pontem super *Renum*, quem ignis fulmineus combussit eodem anno, quo *Karolus* obiit.

Caroli fundationes.

781.

Anno Dni D.CC.LXXXI. *Constantinus Leonis* filius Imperium cum matre *Yrena* adeptus est, & XVII. annis regnavit. Huic desponsata fuit filia *Karoli* regis, sed mater ejus *Yrena* aliam sibi tradidit uxorem. Temporibus autem illis *Karolus* rex *Romam* pervenit, quem *Adrianus* Papa gloriose suscepit ac benigne exhibuit, & cum eo sanctum Pascha gloriose celebravit. Tunc etiam Papa *Pipinum* filium *Karoli* regis baptizavit. Consecravit quoq; eum in regem in *Italia* & *Lodewicum* in *Equitania* regem statuit. Tunc rex *Karolus* in *Teuthoniam* reversus est & reperit *Saxones* rebelles, contra quos in magna fortitudine venit, eosq; multis laboribus subjugavit. Iterum *Romam* reversus est, & a Papa *Adriano* iterum honorifice receptus est, & inde proficiscens in *Campaniam*, terram illam Romane sedi subjugavit. Inde iterum reversus est in *Teuthoniam*, & *Engelbeym* cum Principibus *Teutonie* sollempnem curiam celebravit, ubi Duci *Bavarorum* *Tasselo* una cum filio suo terra cum vita sentencialiter est abjudicata, sed ex consensu *Karoli* regis ambo monachi facti sunt, ut prius diximus. In tempore illo *Constantinopolis* inventum est corpus, super cuius sarcophagum fuit scriptum: *Cristus nascetur de virgine Maria & ego credo in ipsum.* Temporibus autem *Constantini* imperatoris o. sol. tunc iterum me videbis. Eodem tempore rex

Thassilo condemnatur.

Caroli fossaprocompendio navigationis.

Karolus magnum fecit fieri fossatum inter *Alsumne* & *Radnicze*, voluitq; quod naves de *Danubio* in *Renum* transitum haberent, sed illud opus omnino annihilatum est. Eo tempore obiit *Burhardus* Herbipolensis Episcopus. Etiam eo tempore *Vastardis* regina viam univēse carnis ingressa est, que *Maguncie* ad *Sctum Albanum* jacet tumulata. Eodem tempore mortuus est Papa *Adrianus*, in cuius locum *Leo* subrogatus est. Hic statim *Karolo* regi claves de altari beati *Petri*

Menckenii Scriptor. Rer. Gerin. Tom. III.

transmisit cum vexillo *Romanorum*. Post *Eridogium* *Hammenburgensem* Episcopum *Ancharius* Episcopus factus est, qui *Dacis* & *Svevis* fidem predicavit, & ecclesiam *Rammel* contra insultus paganorum q. *Hammenburch* construxit. Sctus igitur *Wilbadus* de *Anglia* *Bremam* veniens, ubi factus est Episcopus, qui etiam populis in illis partibus fidem Christi predicavit. Eodem tempore *Romani* propter superbiam suam imperialem potestatem sibi vendicabant, quibus Papa *Leo* restitit. Unde *Romani* ira commoti insidiantur ei, & dum ad *Sctum Laurentium* in processione procederet, comprehenderunt eum & oculos ejus effodientes etiam in lingua ipsum mutilaverunt. Propter hoc igitur scelus Dux *Spoletanus* venit *Romam*, & assumens Papam duxit ipsum *Spoletum*. Tunc *Greci* spirituali potencia recesserunt a *Roma*, sed ipsi ab eis diverterant cum potencia temporali. Tunc Deus ex pietatis sue dono, qui oculos cece nato aperuit, etiam Pape *Leoni* lumina miraculose restituit. Tamen cycatrix alba in modum sibi qui oculos novacula exciderant, remansit. In tempore illo *Huni* regi se opposuerunt, & cum *Teutonicis* bellum congressi sunt, in quo prelio Dux *Gerondus* occubuit, qui claustrum *Owe* in *Lodense* construxit. Cum igitur rex *Karolus* delictum *Romanorum* de Papa *Leone* intellexit, misit pro eo nuncios, qui eum in *Teuthoniam* usq; in civitatem *Balborne* deduxerunt, ubi vicarium *Jhesu Christi*, successorem *Petri* gloriose acceptus est, & eum secum in omnibus honeste exhibuit, donec iterum eum *Romam* remisit. In diebus illis mortua est *Lucgardis* regina 3. regis *Karoli*. Post mortem vero uxoris rex *Romam* pervenit, cujus adventum Papa *Leo* audiens occurrit ei, & benigne eum recepit. Deinde reditus in urbem ordinavit de receptione novi *Cæsaris*, & sic altero die cum universo clero urbis & senatoribus gloriose cum tripudio magno receptus. Porro romanum imperium usq; ad istud tempus *Constantinopoli* fuit in electionibus & in Imperatoribus a *Constantino*, qui *Constantinopolim* construxit, usque ad regem *Karolum*, per quem imperium ad *Franços* devenit, & postea ad *Teutonicos* translatum est. Postquam vero Principes *Teutonie* electionem obtinuerunt, reges *Francie* & alii quamplures reges invidie stimulis concitati ad depressionem imperii semper laborare intendebant.

781.

Leo cæcatur.

Bellum Hunnicum.

Anno Dni D.CCC.I. *Karolus magnus Romanorum* Imperator factus est LXXIII. ab *Augusto*, & XIII. annis regnavit, cujus exaltatio hoc modo facta est. *Karolus* autem dum in die Natalis Dni ante altare *Scti Petri* auditurus missam confisteret, *Leo* Papa coronam imperialem, ipso nesciente, capiti suo imposuit, & sic ab omnibus Imperator & *Augustus* magno tripudio salutatus est. Tunc *Leo* Papa Imperatorem eum consecravit, & omnem honorem cum senatoribus ei exhibuit, qui antiquis Imperatoribus fieri consuevit, quando post electionem *Constantinopoli* factam Imperatoris ymago *Rome* fuit transmissa,

801.

Carolus coronatur Imperator.

Imago Imperatoris Constantini.

E

801.
Napoli ele-
Et olim
Romam
transmisit

missa, omnes autem ymagines inclinantes. Porro *Karolus Romanos* arguit pro eo quod in *Leonem* Papam enormiter deliquerant, nec fuit aliquis eorum, qui Papam convincere posset de hys, que ei opponebant. Tunc Papa surgens expurgacionem suam super textum evangelii & sub stola coram omnibus declaravit. Tunc hys qui Papam excecarant, omnis substantia simul cum vita est abjudicata, quibus *Leo* Papa cum multis precibus tandem vitam obtinuit, sed tamen Imperatoris sententia eosdem in perpetuum exilium dimisit. Postea Imperator reversus est in *Franciam* & totam *Daciam* & *Bohemiam* sibi subjugavit. Ipso tempore nunciatum est *Karolo* regi, quod *Sanguis Domini* in *Mantua* inventus esset, rogavitque Papam, ut de veritate rei experiretur. Postea vero Papa *Mantua* veniens, veritatem rei, sicut fuit, oculis suis perspexit, atque progrediens inde venit in *Franciam*, & apud Imperatorem tempore aliquanto permansit, quem postea honorifice in patriam suam remisit. Porro *Karolus* Imperator in obsequio Dei studiose exitit, & quia literas didicerat, omnes horas Canonicas cum Cappellanis suis devote cantabat. Hic etiam peregrinos paterno amplexabat affectu & sepe in expensis angustias pertulit propter pauperes, quos pro Christi nomine pavit, sed hoc magnum commodum sibi reputabat propter Christum. Hic etiam ydyoma Teutonicum cum Gallico ampliavit, mensibusque & ventis nomina indidit, quod antea *Teutonicis* incognitum fuit. Hic uxorem duxit de *Francia* feminam sanctam nomine *Hildegardam*, ex qua tres genuit filios videlicet *Karolum* primum & *Lodewicum*, qui postea Imperator factus est. Mortua autem *Hildegardē*, accepit aliam nomine *Vastaradem*, ex qua genuit alios pueros, quos omnes liberalibus studiis precepit imbui cum diligenti cura. Nullam filiarum suarum nuptui tradidit, sed ecce, quod mirabile est dictum, homo apud suos & extraneos fortunatissimus subterfugere non potuit, quin grave scandalum propter filias suas intraret, quas humilium personarum (*) in *Francia* maculaverat, qui tamen omnia tanquam non audiret, patienter & equanimiter tollerabat. Cumque jam senio confectus esset, pro Episcopis consilia celebrari instituit, & ut divina officia rite agerentur, studiose promovit. Designavit etiam Romanum Imperium ad filium suum *Lodewicum*, quem ipse ex consilio & consensu Principum coronavit. Postea vero *Karolus* vir catholicus in confessione sancta obiit, atque *Aquisgrani* in monasterio beate Marie genitricis Dei virginis, quod ipse construxerat, jacet tumulatus, ubi etiam translatus esse narratur.

LODEWICUS.

Anno Dni D. CCC. XV. *Lodewicus* magni *Karoli* filius LXXIII. ab *Augusto* imperium assequutus est, & regnavit XXVI. annis. Ad

hunc statim querimonia est delata, quod *Romani* Papam *Leonem* occidere velent. Quod cum Imperator audisset, ex mandato ejus *Romani* debebant occidi. Propter hoc *Lodewicus* rex nepotem suum *Bernbardum* regem *Lombardie*, ut veritatem experiretur, *Romam* direxit. Tunc idem rex *Bernbardus* egrotare cepit, & Comitem quendam, qui *Lodewico* Imperatori nunciaret, transmittit. Tunc etiam Papa Legatos suos direxit & delictum suum coram Imperio excusavit. Postquam *Leo* Papa mortuus est, cui successit *Stephanus*, qui statim cum ordinatus fuisset, ad *Lodewicum* Imperatorem in *Franciam* profectus est, quem in civitate Remensi reperit, ibique rex ab eodem Papa in Imperatorem consecratus est. Postea autem cum Papa *Romam* reversus esset, obiit, cui successit *Paschalis*. Hic Papa *Paschalis* legatos suos Imperatori misit, & quod invitatus Presulatum acciperet, excusavit. Porro *Lodewicus* Imperator Episcopatum *Hildensemensem* in honore beate Marie virginis construxit. Et eodem anno claustrum in *Corveya* construxit. In illo tempore *Willericus* *Breme* fuit Episcopus. Tunc etiam Imperatoris conjunx obiit, ex qua tres suscepit filios, videlicet *Karolum*, *Luderum* & *Lodewicum*. Postea aliam duxit uxorem de *Swavia*, filiam cujusdam Principis nomine *Wespo*, de qua *Karolum* *Calvum* genuit. Eodem tempore consecratum est monasterium in *Vulda*, & etiam *Sctus Bonifacius* translatus est. Tunc etiam contra Imperatorem nepos suus Dux *Limbardorum* mala cogitavit consilia, contra quem Imperator cum valido perrexit exercitu, eumque, qui gracie sue se commisit, coegit, sed & oculos omnium consiliatorum effodit. Temporibus illis Papa *Paschalis* invenit *Rome* corpus beate *Cecilie* cruentatum, similiter & *Tyburcii* & *Valeriani* & *Scti Maximi* & *Urbani*. *Lodewicus* Imperator filium suum *Luderum* in *Lombardiam* direxit, ut negocia imperii ibi gubernaret. Idem vero *Luderus* a Papa *Paschali* vocatus *Romam* adiit, ibique Imperator consecratus est, & ab omnibus Augustus salutatus fuit. Hoc autem sine invidia patris factum est, qui postea multis diebus supervixit. In tempore illo maximum in *Thuringia* contigit miraculum. Quod a) serpens, qui in longitudine quinquaginta pedes habebat, in latitudine vero XIII. & in spissitudine VI. e terra de loco suo ad XV. pedes avulsus est. Eodem tempore terra juxta *Arise* ad latitudinem miliaris per unam noctem in altitudinem magnam excrevit. Eo tempore mortuus est Papa *Paschalis*, cui successit *Eugenius*, qui corpus *Scti Sebastiani* in civitate *Sennems* misit, ubi Dominus propter ejus merita, multa operatus est miracula. Post *Eugenium* *Valencius* Papa factus est, post quem *Gregorius* quartus, qui octavam Assumptionis sctę Marie agi instituit, & ne aliquis laycus inter divina staret in sanctuario.

815.

Sanguis
Christi in-
ventus.

Caroli-
pi-

Eius fami-
lia & uxo-
res.

Ludovicus
in uxores
& liberos

Bernbardus
sedisio.

Cespes in
rucusus
in Thuringia.

815.
Ludovicus
Pius.

(*) Deest nomen aliquod.

(a) lege respice.

815. rio. In tempore illo venerunt corpora Scto-
rum videl. *Marcellini & Petri in Saligben-
stad, & corpus Scti Viti in Corveyan, &
corpus Scti Liborii de Francia in Palebozne.*
Illis diebus virgo quedam corpus Domini-
cum sumpsit, & duobus annis sine corporali
cibo supervixit. *Lodewicus Imperator* bono
fine diem clausit extremum, qui in civitate
Metis jacet tumulatus.

LUDERUS.

841. Anno Dni D. CCC. XLI. *Luderus* *Lodewici*
Lotharius I. Imperatoris filius LXXV. ab *Augusto* Impe-
rium adeptus est, & regnavit XXXV. annis. A
Post mortem patris sui Imperator & cognatus
rex de *Equitania & Lumbardia*, ut *Ka-
rolum Calvum* de regno suo ejicerent, con-
venerunt. Unde grande ortum est bellum,
Diviso sed prudenti consilio terminatum ita ut Im-
fratrum, perator totam *Italyam* cum dignitate impe-
riali possideret. *Lodewicus* *Teutoniā*, *Pbi-
lippus* *Equitaniā* & *Karolus* *Calvus*, *Fran-
ciam*. Iste *Luderus* Imperator in numero
Imperatorum non computatur; quia sine e-
lectione Principum consecratus fuit, nec
eciam umquam *Teutoniā* seu *Franciam* ob-
tinuit. Idem Imperator *Luderus* *Proume*
factus est monachus. Post cum *Luderus* se-
cundus filius suus Imperator factus est, cu-
jus imperium tantum *Italya* fuit. Hunc
Imperatorem *Nicolaus* Papa excommunica-
vit pro eo, quod uxorem suam abjecerat &
aliam superduxerat, qui eciam postea cito
mortuus fuit. In illo tempore *Luderus* *Bre-
me* fuit Episcopus. Eodem tempore Sctus *An-
scharii* *Hammenburgensem & Bremensem*,
qui diversi erant, Episcopatus in unum col-
legit Episcopum, *Bremensis* suffraganeus
fuit *Coloniensis*, *Hammenborch* vero archi-
episcopatus fuit & tunc sunt unum fa-
cti. In tempore illo *Vngari* Christiani facti
sunt, habueruntque regem nomine *Stepha-
num*. Tunc etiam beatus *Martinus* trans-
latus est. Post *Gregorium* factus est *Sergius*
Papa, post *Sergium* *Leo*, post *Leonem* *Bene-
dictus*, iste *Benedictus* a pravis hominibus
depositus est, contra quem *Anastasius* electus
est, quem cepit Imperatoris nuncius & pro
eo statuit. *Benedictum*. Post *Benedictum*
Paulus Papa electus est, post *Paulum* *Ste-
phanus*. Temporibus illis *Francones* cum
Bohemi *Francis* *Bohemis* bellum inierunt & *Bohemi* victi sunt,
eti. propter quod ab imperio recesserunt. Post-
ea autem maxima fames subsequuta est &
pecorum mortalitas. Canes vero, qui cada-
vera devorabant, interierunt, quod nec vivi
nec mortui inventi sunt. Eodem tempore
mortificatus est *Meynbarjus*. Porro Impe-
rator *Luderus* moriebat, & tunc *Karolus*
Calvus, *Lodewici* Imperatoris filius de impe-
rio se intromisit, & a *Johanne* Papa in Impe-
ratorem consecratus est. Hy tres Imperato-
res *Luderus* & *Luderus* filius suus, & *Karolus*
Calvus Imperium administrabant. Tempo-
ribus autem *Lodewici* regis, qui tunc *Fran-
cis* & *Teutonicis* imperabat; sicut inter fra-
tres fuerat ordinatum, porro Romanum Im-
Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

841. perium propter divisionem, quam fecerant.
Karoli magni filius & cognatus, quod ante
divisionem unum fuit regnum, videlicet *Lum-
bardya*, *Burgundia*, *Francia*, *Lotharingia* &
Teutonia, Imperatores tantum humiliati
sunt, quod tandem *Vngaris* tributa solvere
cogerentur. Et tunc potius dici debebant
mendicantes quam *Imperatores*. Hec au-
tem humiliatio usque ad *Hinricum* Impera-
torem de *Saxonia* duravit, qui jugum *Vn-
gariorum* a se excussit, & imperium bene ex-
altavit. Similiter & filius suus *Otto* usque
ad tempora *Hinrici* Imperatoris, qui patrem
suum de regno ejecit, sicut infra scriptum
reperitur. Nunc ad ea, a quibus digressi su-
mus, revertimur. Temporibus *Lodewici* in
quadam civitate *Lumbardie* tribus diebus &
III. noctibus pluvia sanguinolenta de celo
descendit. Eodem tempore in *Galliam* ve-
nerunt vermes, que Teutonice appellantur
stapele, Latine vero *locuste*, que dentes lapi-
dibus duriores habebant, quarum multitu-
do maximam partem terre devastabat. Sub-
sequuta est eciam fames maxima, unde pene
pars maxima populi interiit. Et *Lodewicus*
Imperator ex hoc seculo ad Dominum mi-
gravit.

KAROLUS JUVENIS.

Anno Dni D. CCC. LXXVII. *Karolus* juve-
nis, *Lodewici* regis filius Romanum obti-
nuit imperium LXXVI. ab *Augusto*, & regna-
vit XI. annis. Frater ejus *Lodewicus* Ori-
entalem obsedit *Franconiam*, *Karolomannus*
Teutoniā, videl. *Bavariā*, cujus filius
scil. *Arnoldus* postea Imperator factus est.
Postea autem mortuus est rex *Karolus* *Cal-
vus*, juvenis *Karoli* patruus. *Johannes* au-
tem Papa, qui regi *Karolo* assistere noluit,
a *Romanis* contumeliose & male tractatus fuit.
Ipse vero in *Franciam* recessit & totum an-
num apud *Lodewicum* Regem mansit. Mor-
tuo autem Papa *Johanne* successit *Martinus*
in Episcopatum Papalem, qui juvenem *Ka-
rolum* in Imperatorem simul cum uxore con-
secravit. Post *Martinum* *Adrianus* Papa fa-
ctus est, post *Adrianum* *Stephanus* Papa fa-
ctus est. Eodem tempore in *Francia* ad
novem milia *Normannorum* sunt occisi. Tunc
Normanni cum *Dacis* in unum conglobati,
totam *Franciam* & *Lotharingiam* devastabant,
& pallacium in *Nummaghen* succenderunt.
Eodem anno rex *Godfridus* & *Sipbridus* cum
Normannis in multitudine gravi venerunt, &
succenderunt *Leodum* & *Trajectum*, *Aquis-
grani*, *Coloniā* & *Treverim*, feceruntque
in ecclesiis equorum stabula, & sic usque *Me-
tis* processerunt & Episcopum ejusdem civi-
tatis occiderunt. Porro *Karolus* cum valido
exercitu contra eos perrexit; sed hec condi-
cio pacis intercessit, quod *Godfridus* rex fi-
dem catholicam suscepit, ad quod Impera-
tor ei terram *Frisonum* tribuit & insuper
Christianam uxorem ei copulavit; alteri ve-
ro Regi multam dedit pecuniam. Rex autem
Francie XII. milibus marcarum pacem ab eis
mercatus

877

mercatus est. Postea resignavit imperium & modico tempore post viam univ[er]se carnis ingressus est.

ARNOLDUS.

898.

Anno Dni D. CCC. XCVIII. *Arnoldus Karolomanni* filius imperium adeptus est LXXVII. ab *Augusto*, qui regnavit XXII. annis. Iste potentior predecesore suo extitit, quod pluribus terris imperavit. Contra hunc Dux *Moravie Zwentepolt* se erexerat, cui Imperator resistere non valebat. Tunc *Arnoldus* Imperator in auxilium sui *Ungaros* adscivit & firmitudines, quibus clausi fuerunt, destruxit, sic quod viam in futurum malum & in direpcionem multarum terrarum de cetero in *Theutoniam* habuerunt. Cum eisdem predictum Duce[m] tandem subjugavit. Eodem tempore quidam Episcopus *Herbipolensis* nomine *Arnadus* in *Saxonia* inter sacramissarum sollempnia est occisus. Tunc etiam rex *Arnoldus* exercitum magnum occidit *Normaniorum*. Postea vero profectus est in *Italiam* & negociis imperialibus ibidem dispositis *Romam* adiit ibique in Imperatorem consecratus est. Ipso tempore Papa *Formosus* a Romanis magnas sustinuit calamitates, propter quod *Arnoldum* Imperatorem *Romam* vocavit, qui omnes Romanos, qui Pape injurias irrogaverant, capite precepit truncari. Sedicio itaque inter Papam & Romanos hoc modo orta est. Post decessum *Stephani* Pape quedam pars Romanorum *Sergium* elegit in Papam, altera vero pars *Formosum* elegit virum litteratum. Sed cum *Sergius* consecracionem accepturus accederet, pars, que in *Formosum* consentit, *Sergium* ab altare expulit, & sic *Formosus* consecracionem Papalem optinuit. Tunc *Sergius* in *Tbussyam* ad Markgravium *Albertum* perrexit, cujus auxilio fultus post mortem *Formosi* contra *Bonifacium* electum *Sergius* in papalem sedem restitutus fuit. Tunc idem *Sergius Formosum* de tumulo extractum & sacris vestibus indutum super sedem posuit & postea eundem decollavit, & dixit: *Cum tu es Episcopus, ad quid sedem Romanam usurpasti tibi?* Tunc precepit eum sacris vestibus spoliari & tribus digitis abscissis in *Tyberim* jussit corpus ejus projici, & omnes clerici, qui ab ipso ordinati fuerant, a *Sergio* officio sunt spoliati. Cujus meriti autem *Formosus* fuerat, a Domino declaratum est, quia cum de *Tyberi* extractus esset, & in ecclesiam beati Petri deportaretur, quedam ymagines tam depicte quam schulpte sacro inclinabant corpori in feretro jacenti. *Sergius* vero quia ferox & nequam fuit, de *Kathalogo* apostolicorum abrogatus est, *Bonifacio* tum in Papatu perseverante. Post *Bonifacium Stephanus* Papa factus est, post hunc *Romanus*, post quem *Theodorus*, post hunc *Leo*, postea *Christoforus*. Temporibus illis *Reymbertus* *Hammenburgenis* & *Bremensis* fuit Archiepiscopus, illo tempore *Sinderoldus* *Maguncie* Episcopus a *Nor-*

mannis occisus est, cui *Hatto* perfidus substitutus est. Tunc *Arnoldus* Imperator filium suum regem *Lotharingie* prescicit. In tempore illo quidam *Otto* in *Francia* contra filium *Karoli*, qui adhuc infantulus erat, in regem electus fuit, postea vero idem *Otto* est ejectus & filius *Karoli* in regem resumptus. Iste *Otto* pauper miles fuit, quem pater regis *Karoli* multis bonis donaverat, & juvenem *Karolum* sibi custodiendum committebat. Idem etiam *Otto* *Franciam* ab *Arnoldo* Imperatore avertit, propter quod de cetero inter Imperatores & reges *Francie* durissima orta sunt bella. Tunc mortificatus est filius Imperatoris rex *Lotharingie*; & ex tunc bellum inter Imperatores & reges *Francie* pro regno *Lotharingie* surrexerunt. Tunc iterum contra *Karolum* juvenem rex quidam electus est frater predicti *Ostonsis*, qui *Rupertus* nuncupabatur, cum quo juvenis *Karolus* dimicabat, eumque cum multis hominibus occidit. Exinde igitur diutinum bellum ortum est, quod usque ad tempora *Hinrici* Imperatoris duravit. Et tunc idem *Karolus* captus est, in eadem quoque captivitate ab hoc seculo migravit. Hec omnia plenius scripta inveniuntur. Porro *Arnoldus* Imperator fortissimum langworem incidit, & a pediculis totus consumptus est & expiravit. Post mortem vero ejus *Ungari* in *Theutoniam* venerunt, ecclesias & claustra destruentes, & in omnibus se crudeliter habentes, ita quod sanguinem humanum biberent, ut hominibus ferociores apparerent.

LODEWICUS.

Anno Dni D. CCCC. *Lodewicus* *Arnoldi* Imperatoris filius imperium est assequutus, LXXVIII. ab *Augusto* & regnavit XII. annis. Hic statim cum valido exercitu contra *Ungaros* perrexit, & convenerunt circa aquam, que dicitur *Lecht*, & occidit ex *Ungaris* M. virorum, & cum crederet vicisse, sui iniierunt fugam & sic a se victoria translata est. *Ungari* vero potenter *Swaviam* & *Franciam* percurrentes universa incendio devastabant, & occidebant omnes, quos manus eorum poterat invenire. Inde vero procedentes usque *Karinthiam*, nec multo post in vigilia Pasce maxima *Ungarorum* multitudo occisa est. Eodem tempore venerunt *Sarraceni* de *Affrica* & optinuerunt *Appulliam* & *Calabriam* & magnam partem in *Italia*, insuper civitatem Romanam de quodam monte *Galeriano* crudeliter angustiaverunt. Eodem tempore quidam miles nomine *Albertus* de *Bavenberghe* ab Episcopo *Maguncie Hasbone* traditus est. Idem Episcopus venit *Bavenbergh* & rogavit eundem Principem, ut secum ad curiam accederet, dicens, quod gratiam Imperatoris, quam perdidit, vellet ei obtinere. Tunc idem Princeps rogabat Episcopum secum prandium facere, quod Episcopus contradicebat, & simul inde procedentes. Cum autem sic simul pergerent, dixit Episcopus: *Longa adhuc nobis restat via; ergo quod a me petitum est, hoc ego nunc potero facere, ut simul com-*

898.

Otto Fran-
ciam occu-
pat.

Mors. z. x.
m. l. h.

900.
Ludovicus
Infans.

Ceditur
ab Ungaris

Hartonis
A. Ep.
fram.

Discordia
Romano-
rum de ele-
ctione Pon-
tificis.

Sergii se-
vitia in
Formosi
corpus.

900. *edamus.* Ac ille exhilaratus cum Episcopo revertebatur, & convalescentes Episcopum in omnibus honestissime pertractavit. Hac ergo astucia usus ille perfidus *Hatto* Episcopus, fidem, quam hospiti suo dederat, noluit tenere, quia salvum & incolumen illum reduxit. Facto igitur prandio ceperunt simul iter agere, veneruntque ad curiam, ubi coram Imperatore in Principem *Albertum* capitalis sententia data fuit, sicque per traditionem perfidi *Hattonis* vitam amisit. Eodem tempore *Ungari* venerunt in *Teutoniā* & multas animas perimerunt, acceperuntque mulieres & ancillas & eas crinibus connectas quasi gregem pecorum nantes in terram suam captivas cum pueris suis deduxerunt. *Bawari* autem cum eis pugnaverunt & victi sunt *Bawari*. Illi vero profecti in *Thuringiam* & *Saxoniā* & multis direptionibus terras devastabant. *Francones* vero viriliter se defendentes ejecerunt eos de finibus suis. Porro *Lodewicus* Imperator duxit filiam Ducis *Ludolphi*, ille *Ludolphus* fuit pater eorum, descenditque de stirpe Ducis *Wedekyudi*. Idem *Rome* profectus est, & a Papa *Sergio* reliquias, Scti *Anastasi* & beati *Vincencii* optinuit, in quorum honore in *Gandersbeym* claustrum struxit & filiam suam, cui nomen *Hannidis* abbatissam prefecit. In tempore illo *Adelgarius* *Hamburgensis* & *Bremensis* Episcopus fuit. Porro Dux *Bruno* cum exercitu valido contra *Danos* perrexit, & inundatione aquarum undique circumdatus, cum omni populo suo sine bello mortuus interiit. Frater vero suus post mortem ejus Dux factus est *Saxoniæ*, qui pater exitit primi *Hinrici* Imperatoris. Tunc sine herede mortuus est Imperator *Hinricus*, & universitas *Franconum* Ducem *Ottone*m in Imperatorem elegit, & quia senex & grandævus exitit, electioni eorum omnino contradixit. De consilio tamen ejus *Conradus* in regem electus est. In isto *Conrado* imperialis dignitas ad *Teutonicos* advenit, atque in eo prosapia *Karoli* terminata fuit.

CONRADUS.

Anno Dni D. CCCC. XII. *Conradus* regis *Conradi* filius, quem *Albertus* Princeps de *Bauenberch* occidit, de quo post & ante maximum ortum est bellum. Iste est LXXIX. ab *Augusto*, & regnavit septem annis. Iste fuit vir probus & honestus, & opposuerunt se ei Dux *Bavariæ* & *Arnoldus* de *Svevia*, *Burgardus* Comes de *Franconia*, *Everhardus* Dux de *Lotharingia*, *Gotzebertus* Princeps quidam & Dux *Hinricus*. Rex vero *Conradus* bonis erat moribus ornatus, & prudenti usus consilio. Ducem *Arnoldum* de terra sua propulit, & cum uxore & parvulis in *Ungariam* cedere cœgit. Dux vero *Hinricus* solus ei restitit, quem *Hatto* Episcopus tradere voluit, sed per amicos suos premonitus fuit. Frater vero *Conradi* regis

cum Duce *Everhardo* de *Lotharingia* bellum iniit & *Francones* de bello fugavit. Venerunt quoque *Ungari* tempore illo & a *Bawariis* sunt occisi, qui rursus vires accipientes, venerunt quoque in *Theutoniam*, qui & *Lotharingiam* devastabant. Post Papam *Christoforum* *Sergius* Papa factus est, post quem *Anastasius*, post quem *Laudo*, post quem *Johannes*, post hunc *Leo*, post *Leonem* *Stephanus*. Hysdem temporibus *Hogerus* *Hamborch* & *Bremensis* Episcopus, post illum *Reymvardus* *Bremensis* fuit Episcopus. Porro rex *Conradus* egrotare cepit & *Hinricum* Ducem *Saxoniæ*, licet inimicum, propter animi virtutem ad imperium designavit, consuluitque fratri suo *Everhardo* & ceteris Principibus, ut coronam imperii eidem *Hinrico* exhiberent. Mortuus est itaque rex *Conradus*, vir probitate & virtutibus plenus.

HINRICUS OTTONIS.

Anno Dni D. CCCC. XIX. *Hinricus* *Ottonis* filius imperium accepit, LXXX. ab *Augusto*, qui XVIII. annis regnavit, quem (cum) *Maguntinus* Episcopus coronare vellet, renuit dicens: *Ego hac dignitate indignum me judico, quia quantum potui, dominum meum Conradum & imperium bellis infestare non cessavi.* *Hinrico* regi Dux *Sveviæ* *Burchar- dus* se opposuit, quem idem *Hinricus* licet novus subito subiecit. In illo etiam tempore venit *Arnoldus* Dux de *Ungaria* in *Bavariam* & regnum sibi usurpare voluit, quem rex *Hinricus* in civitate *Ratispan* obsedit. Hoc igitur bellum sedatum fuit, quod Dux *Bavariæ* institutiones Episcopatum *Bavariæ* optinuit & de cetero Dux Episcopatus *Bavariæ* porrexit. Ex hoc igitur Dux *Bavariæ* Principibus terre sue imperat & eisdem ad curiam suam venire mandat. Eodem tempore quidam Dux in *Burgundia* fuit, cui nomen *Rudolphus*, qui lanceam Magni *Constantini*, in qua de clavis Domini crux fabricata fuit, hanc igitur lanceam rex *Hinricus* precibus, minis & donis a Duce *Rudolpho* obtinuit, per quam sepe postea contra inimicos gloriose triumphavit. Pro illo autem regali munere *Hinricus* rex provinciam quendam, que *Burgentlant* appellatur, eidem Duci contulit. Hec est lancea, per quam Romanum imperium cum cruore & corona refulget gloriosum. *Hinricus* igitur Imperator civitatem *Goslarie* & claustrum utrumque *Quedelingborch* & *Wenthusen* construxit, uxor vero ejus *Mechtildis* femina sancta cenobium in *Norbusem*, & abbatiam in *Poelde* constituit. In tempore illo *Hinricus* Imperator cum *Ungaris* juxta *Merzeborch* commisit prelium, fecitque votum, quod si victoriam teneret, omnes symoniacos de regno expelleret. Implētumque est desiderium regis & multitudinem infinitam occidit. Ipso tempore Imperator *Hinricus* venit in

Ungarorum incursio in Germaniam.

Initium Monasterii Gandersheim.

Henricus rex designatur a Conrado.

919.

Henricus Auceps.

Dux Bavariæ obtinet jus investendi Episcopos terræ suæ.

Henricus Rex Burgundiam donat pro sacra lancea.

Cenobia fundat.

912.

Conradus I.

Adversarii Conradi.

919.
Pax Hen-
rici cum
Rege
Franciae.

oppidum, quod *Bunne* dicitur, cui *Karolus* rex *Franciae* ibidem occurrit, & ibi bellum, quod inter Imperatores & Reges *Franciae* diu steterat, hoc modo terminatum est, quod *Lotharingiam* romanum optinuit imperium, & hoc juramenti Episcoporum & Principum laycorum confirmatum est. Eodem tempore *fangwis* Domini venit *Owe* in claustrum, quod situm est in stagno, quod *Bodense* dicitur, qui hoc modo ibi venisse dicitur: Quidam Judei ymaginem quandam crucifixam in contumeliam *Ihesu Christi* Domini nostri transfixerunt, de cuius vulneribus *fangwis* profluxit cum aqua. Judei igitur hoc notabili viso miraculo omnes in *Ihesum Christum* crediderunt. Sed plurimae signa de *fangwine* contigerunt. Eodem tempore *Sarraceni* de *Affrica*, qui *Calabriam*, *Appuliam* & *Siciliam* optinuerant, occisi sunt. In quo conflictu *Papa Johannes* cum pleno auxilio Imperatoris *Constantinopolitani* fuit, atque plebis *Christiane* adjuutores videl. *beatum Petrum & Paulum* in eodem prelio expresse contemplantur. In illo tempore *Karolus* rex *Franciae* captus est, qui *brachium sancti Dionysii Henrico*, Imperatori transtulit & omnem amicitiam & dilectionem ad memoriam ei revocavit. Rex igitur pro captivitate amici sui turbabatur, cui tamen subvenire non valebat, sed tamen in ipsa captivitate rex *Karolus* mortuus est. In tempore illo venerunt *Ungari* & civitatem *Augustam* obsiderunt, quod factum est temporibus *Scti Ulrici* Episcopi. Ipsi diebus idem *sctus homo* multum populum verbo predicacionis congregavit, qui cum *Ungaris* congressi sunt, & omnes quasi in uno bello ceciderunt. Tunc civitas cum *Ungaris* pacem mercata est, que indignatione *Dni* contra eam tantum excreverat, quod nec *sctus ille Ulricus* Episcopus hanc jacturam ab ea precibus suis avertere non poterat. *Ungari* vero progredientes venerunt in terram *Saxonie*, & *Hinricus* Imperator tunc temporis circa *Werle* consistebat, nec *Ungaris* resistere poterat. Tunc *Saxones* quendam *Ungarorum* Principem ceperunt, quem *Ungari* auro & argento redimere cupiebant. Quibus *Hinricus* rex non consensit, sed treugas per IX. annos propter eundem captivum optinuit. In hiis igitur novem annis *Hinricus* Imperator ad resistendum illis se preparavit, & in regno suo tale misit edictum, quod nonus quisque vir de terra in civitatem ingrederetur, ut eas firmarent, & quod nec taberne, nec placita, nec fora, nec sollempnitates nisi in civitatibus essent, ut saltem inimicis resisterent. Et ut ad bella melius se sic excitarent, precepit etiam rex, ut senior frater ad bellum accelleret, & le-

Carolus
Rex Franc.
capitur.

Ungari ob-
sident Au-
gustam.

Henricus
tempore
inducia-
rum con-
tra Un-
garos se mu-
nit.

gem instituit, quod de cetero hereditatem, quam nos *Hergberede* dicimus, ex hoc optineret. In tempore illo optinuit *Henricus* rex *Brandenborch* cum tota provincia, optinuit etiam terram *Bobemie & Mezan*. Sicque in hys preliis *Teutonici* milicie sunt coaptati, & in bellis contra *Ungaros* exercitati. Cumque treuge exspirassent, rex *Ungarorum* pro tributo nuncios suos direxit. Rex itaque *Henricus* convocavit Principes & habuit cum eis misterium consilii sui, qui unanimiter responderunt, non esse consilium, quod regi *Ungarie* contradiceret. Quibus ille respondit: Ego hanc tributariam exactionem vestro auxilio a me volo excutere vel vitam cum bonore finire, Principes igitur in unum concordantes fidem ad invicem dederunt, quod inimicis suis resisterent, & terram suam ab eorum incurfacione defenserent. Tunc *Henricus* Imperator regi *Ungarorum* canem spifsum & deformem, cauda & auribus mutilatum misit, & nuncios, qui pro tributo venerant, adjuravit, ut hunc regi suo offerrent dicerentque, quod si alcius tributum exigerent, hoc sub aciebus gladiatorum eum optinere oporteret. Quo audito *Ungari* nimium sunt exacerbati, congregatique sunt ad centum milia virorum, & violenter *Brandenborch* & *Franconiam* peragantes venerunt in *Thuringiam* & quadraginta milibus *) *Fetcheburch* obsederunt; & reliquis quinquaginta milibus *Saxoniam* percurrentes usque ad silvam, que dicitur *Elm* pervenerunt: Rex quoque *Hinricus* expeditionem usque ad XII. milia congregavit, qui pro formidine *Ungarorum* usque ad quatuor milia eum deseruerunt. *Ungari* vero propter multitudinem exercitus omni timore sepulto securi quieverunt. *Hinricus* ergo Imperator suos confortabat dicens: O viri fortissimi, hic utendum est viribus, nunc apparebit, si finis, quod dicimus. Hic igitur viriliter pro patria & uxoribus & parvulis pugnare debemus. Nonne Deus principalis causa exitit, quia hii pagani, nos Christiani sumus. Si in bello isto morimur, scimus quod Deo animas nostras consecramus. Si vero terram ab inimicis defenserimus, retributionem a Deo & gloriam perpetuam ex hoc nobis comparamus. Cum autem pugnaturus esset rex, in ipsa nocte validissimum Dominus misit ymbrem, quem densa nebula surgente aurora est subsequuta. Rex igitur *Hinricus* durante nebula cum suis viriliter super *Ungaros* irruit, qui tunc incauti fuerant, quod falsam securitatem propter multitudinem exercitus sibi promittebant. Occidit itaque magnam multitudinem *Ungarorum*, quod unusquisque fortiter ibi pugnavit, donec gladius in manu sua obrigesceret, & pro lassitudine amplius pugna-

919.
Origo Hen-
rici.

Henricus
Ungaro-
rum lega-
tos con-
misse de-
mittit.

Ungaro-
rum leg-
atos con-
misse de-
mittit.

Henrici
oratio ad
milites.

Ungaro-
rum leg-
atos con-
misse de-
mittit.

*) Notetur hic locus. *Witechindus* meminit obsidionis cujusdam sed urbem non exprimit. *Gobellinus* autem *Fetcheburg* cum nostro & *Engelhusius Gicheburg* prope *Northusam* vocant. *Dns Struv.* in *Synt. Hist. Germ. Diss. XI. s. 23. p. 312.* *Mersburgum* intelligit ex *Luitprando II. 9.* sed hic autor nihil de obsidione *Mersb.* ab *Ungaris* facta, & tantum de impetu *Henrici* in eos.

919. pugnare non valeret. Clamor ergo per totam terram insonuit, quod *Hinricus* rex *Ungaros* fugavit. Omnes igitur in auxilium regis convenerunt, & *Ungaros* persecuti sunt usq; in *Fecheburch*, ubi alii *Ungari* in obsidione erant, constituti. Hii etiam cum aliis fugam inierunt, sic quod de terra in terram sunt fugati, donec plurimi ex eis gladio sunt occisi. Igitur omnibus diebus *Hinrici* vite non apposuerunt, ut ultra intrarent *Teutoni* *am Ungari*. Post hanc autem victoriam *Hinricus* rex ab universis Principibus & *Teutonice* Dominis *Imperator* & *Augustus* est proclamatus, & *Pater Patrie* est vocitatus, fama; virtutis ejus in omni terra est divulgata. Porro *Hinricus* Imperator uxorem habuit nomine *Mechtildis*, cujus fratres fuerunt *Widekinus*, *Ynnoch* & *Regenbernus*, qui claustrum *Ringelbeyni* construxerunt, horum vero pater Comes *) *Ertbericus* vocabatur. Ex hac ergo *Mechtilda* Imperator tres genuit filios *Ottonem* magnum, qui post eum regni tenuit sceptrum, & *Hinricum*, qui in *Bavaria* Dux est constitutus, *Brunonem* quoq; qui *Coloniensis* factus est Episcopus. Cumq; *Hinricus* Imperator in omni regno suo pacem firmasset, *Romam* ire disposuit, sed infirmitate corporis tactus, retardatus fuit. Militatq; & convocavit Principes, & filium suum *Ottonem* ad coronam imperii designavit, quod germanus ejus *Hinricus* moleste, excepit. Mortuus est autem *Hinricus* Imperator & gloriosam in *Zvedelingborch* optinuit sepulturam. Hic est *Hinricus*, qui cognominatus est *Vogelere*, quod latine dicitur *Auceps*, quod a Principibus electus & questus in opido *Vinkelere* cum filiis suis in occupatione aucupationis est inventus. Post *Johannem* Papam factus est *Leo* Papa, postea *Stephanus*, postea *Martinus*. In tempore illo cuidam viro manus amputata fuit, que anno revoluto, eo dormiente, in nocte restituta est ei, tamen in memoriam miraculi circulum rubeum circa cicatricem optinuit.

OTTO MAGNUS HENRICI.

937. *Otto M.* Anno Dni D. CCC. XXXVII. *Otto magnus*, *Henrici* Imperatoris filius ad coronam Imperii est assumptus, octogesimus primus ab *Augusto*, & XXXVIII. annis regnavit. Hic gloriose in regem est elevatus & honorabiliter *Aquisgrani* in sede regali consecratus. Iste secundum timorem Domini gubernavit Imperium & propterea inter Principes honorem optinuit magnum. In inicio autem regni sui elevavit se contra eum Dux *Boemie Bogezlaus*, qui fratrem suum occiderat sanctum *Wenzlaum*, & in facti illius vindictam rex *Otto* *Boemiam* oppugnavit, quam tandem multis laboribus & expensis sibi subdidit & imperio Romano adjecit. In tempore illo venerunt in *Theutoni* in multitudine gravi veteres inimici videlicet *Ungari*, qui virtutem novi regis volebant experiri, quibus rex viriliter restitit & a regno suo cum honore abegit. Tunc etiam contra regem surrexit frater suus nomine *Tancmarus*, qui ab amicis regis juxta al-

tare interfectus est, sed rex vehementer hoc doluit, quod ex patre frater ejus fuit. Principes vero, qui eidem *Dancmaro* adhaerant, ad *Hinricum* fratrem regis convertebant se, & hoc ideo quod *Ottonem* multum timebant. In hac igitur rebellione, principalis fuit Dux *Lotharingie Ghiselbertus*, qui duxerat filiam regis *Ottonis* in uxorem, & Dux *Everhardus*. Hy etiam regem *Francie Lodewicum* in *Teutoni*am perduxerant usq; ad *Renum*. Eodem tempore rex *Otto* civitatem *Vrsfach* vallaverat, fuitque cum eo ibidem Episcopus *Maguntinus Fredericus* & alii multi Episcopi. Idem vero Episcopus *Fredericus* & alii Episcopi sui de suo consilio tempore nocturno fidei sue obliti a Domino suo recesserunt. Fuit etiam quidam Comes, qui in exercitu suo copiosum habuit populum. Hic sperabat tempus optatum occurrisset, quod Principes universi fidem & juramentum suum in Regem sunt transgressi. Hic dixit Regi: *Domine, si servitium meum habere cupitis, oportet ut claustrum LORSE, mihi feudali jure concedatis.* Cui Rex intrepidus ait: *Quicumq; in necessitate constitutus Dei propter hominem mortalem oblitus fuerit, hic stultus est & a justitia recedit.* Scriptum est namq;: *Maledictus homo, qui spem suam ponit in hominem.* *Rursusq; scriptum est: Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo. Nolite margaritas ante porcos projicere. Tu quoque fac sicut ceteri fecerunt.* At ille confusione & rubore perfusus procidit ad pedes Regis & se fideliter ei auxiliaturum respondit. In illis diebus *Ghiselbertus* & Dux *Everhardus* *Renum* usq; ad civitatem *Andernach* transierunt & terram ubiq; devastaverunt. Fuerunt etiam ibi fideles *Ottonis* regis quidam *Vdo* de *Francia* & *Conradus*, qui cognominatur *sapiens*. Hii Principibus predictis licet numero impari occurrerunt, nec tamen cum eis audebant configere, quod cum modica turba ex equo non poterant eis respondere. Habebant etiam obviam quendam sacerdotem, qui amare fiebat, a quo sciscitabantur, que ejus esset querimonia. Quibus ille respondit: *Equus meus in exercitu Ghiselberti ablati est mihi, & ecce jam prope ad eos accedere, ubi leti ad comedendum sedent, quos questistis.* Quo audito continuo laxantes & calcaribus dextrarios urgentes super incautos cursitabant, ubi comedendo confederant, & quoscunq; volebant, comprehenderunt & occidebant. Dux quoq; *Everhardus* in inimicorum gladiis occubuit, Dux vero *Ghiselbertus* in navim cursitans aquis prefocatus est. Cumq; rumor iste ad Regem *Ottonem* pervenisset, mox de equo suo desiliit, ponensq; genua sua Deo pro beneficiis suis gratias egit. Cum autem *Lodewicus* *Francie* rex mortem amicorum suorum audisset, cum lamentatione doluit, sed postea viduam *Ghiselberti* in uxorem traduxit. Tunc etiam ab hominibus regis captus est *Fredericus Maguncie* Episcopus. Postea gratiam regis optinuit frater ejus *Hinricus* & *Bavarie* Dux constitutus est. Iste *Hinricus* avus fuit *Hinrici* boni Imperatoris, qui Episcopatum *Bavenbergensem*

937.

Conspiratio Henrici.

Obsidio Brisacii.

Henricifamilia.

Mors ejus.

Cur Aucops dictus.

Otonis M. expeditio Bohem.

Mors Tancmari.

Henricus rebellium.

Henricus reconciliatus Ottoni.

*) Leges Tibericus.

937. instituit. Cum autem audissent *Ungari*, quod Principes *Theutonice* opposuerunt se regi *Ottoni*, miserunt regi regalia munera, ut caute explorarent, quid Principes agerent in terra. Et cum viderent, quod tempus opportunum accidisset, cum valido exercitu venerunt in *Bavariam* & obsiderunt civitatem *Augustam*. Rumor ergo velox pervenit ad regem, & tunc in *Saxonia* consistebat, qui statim nuncios suos circumquaq; direxit & Principes universos convocavit. Venerunt itaq; Dux *Boëmie*, Dux *Saxoniæ*, Dux *Swaviæ*, Dux *Franconiæ* & Dux *Bavariæ*, qui in infirmitate decubuit, sed tamen ei suos transmisit. *Ungari* vero venerunt juxta aquam, que vocatur *Leob*, & occurrerunt regi. At ille declinavit & cessit eis pro tempore. Tunc Dux *Cuonradus* optinuit gratiam regis, qui tamen *Ungaros* in terram illam perduxit. Hic etiam in eodem bello occubuit, quod hoc optaverat quod evenit. Porro *Theutonici* cum *Ungaris* convenerunt in quendam campum, factumq; est ibi grande bellum, & ibi plurimi *Theutonici* ceciderunt, & alii fugam inierunt. Quod cum rex *Otto* vidisset, lanceam sanctam manu sua apprehendit, & suis consternatis in adiutorium venit. Tunc *Hunni*, qui & *Ungari*, in fugam conversi sunt, quos *Theutonici* fortiter ceperunt cedere. Itaq; paucissimi ex eis mortem evaserunt. Tres quoque ibi Barones *Ungarici* comprehensi sunt & continuo in patibulo suspensi sunt. *Cuonradus* quoq; Dux *Ungarorum* ibi interfectus est, sicut ante de se optavit. Hec ergo fuit gloriosior victoria, que umquam in *Theutonia* fuit obtenta. Ex tunc igitur rex *Otto* a populo *Imperator* & *Augustus* vocabatur & *Pater Patriæ* ab omnibus nominatus. Sic *Theutoniæ* ab infestatione rex *Otto* salvavit *Hunorum*, sicut & pater ejus rex *Hinricus* ante fecerat. Rex vero *Otto* habuit fratrem, cui nomen *Bruno*, qui sedi *Coloniensi* in archiepiscopatu preerat simul etiam & ducatum gubernabat. Tunc primum *Episcopi* secularem jurisdictionem acceperunt, quod valde incognitum fuit, & maxime de *Brunone*, quia multum timebat Deum. Ipse claustrum *Coloniæ* scti *Pantaleonis* instituit, & multos etiam *Normannorum* ad fidem *Katholicam* convertibat. Hic *Imperator Otto* habuit filium nomine *Wilhelmus*, qui post perfidum illum *Fredericum* *Maguntinum* *Episcopum*, *Maguntie* factus est *Archiepiscopus*. Ipso tempore mortua est *Odiene* regina, regis *Otonis* conjugum, quam de *Anglia* duxerat. Post *Papam Martinum* *Agapitus* *Papa* factus est, post *Agapitum* *Johannes*. *Johanni* successit *Leo*, post quem *Benedictus*, post *Benedictum* vero *Johannes*. Iste *Johannes* legatos suos ad regem *Otonem* direxit, rogavit eum in *Lombardiam* accedere, & sedem *Romanam* ab infestatione *Berengarii* regis *Lombardiæ* liberare. Tunc rex *Otto* cum magno exercitu *Lombardiam* intravit & optinuit *Mediolanum*, & instituit ibi nummos, quos *Ottolini* nominavit. Cumq; inde rex diverteret, in contemptum ejus monetam suam abjecerunt. At il-

le denuo rediens coegit eos nummos de corio veteri factos dare & recipere. Tunc quedam mulier querimoniam coram rege deposuit, quod vir quidam eam violenter deprellit, cui rex respondit: *Cum vita comiter reversus fuero, justiciam & judicium exhibebo*. At illa dixit: *forte Domine oblivioni trades*. At ille manum suam ad quandam ecclesiam extendit dicens: *Hec ecclesia sit tibi in testimonium*. Tunc reversus est in *Theutoniæ*, quia filius ejus *Ludolphus* se opposuerat, quem in civitate *Ratispona* obsedit, sed filium suum cum civitate compulit, quod se gratie sue omnimodis submisit. Post hec autem rex filium *Otonem* juvenem fecit *Aquisgranum* in regem coronari ex consilio Principum, qui adhuc VII. agebat annum. In tempore illo *Dani* facti sunt christiani, quod ex divina dispensatione hoc modo factum esse perhibetur. Quidam sacerdos nomine *Poppo* cum quodam pro ydolatria altercabantur, cui *Danus* ille pertinaciter restitit, donec hec altercacio ad regem *Danorum*, qui etiam non Christianus fuit, venit. Rex vero precepit clerico, ut evidenti signo hoc ostenderet, quod *Jhesus* *Christus* filius *Dei* esset. Tunc Clericus ille candens ferrum coram rege in manu sua tenuit, donec omnis dubitacio de *katholica* fide a regis corde abcessit. *Dani* igitur tunc temporis christiani facti sunt, & idem clericus eorum *Episcopus* constitutus est. Tunc etiam *Rutheni* ad regem *Otonem* miserunt, rogantes predicatorem sibi mitti. At ille *Albertum* eis predicatorem tradidit, qui apud illos glorioso martirio coronatus fuit. Postea rex *Otto* in *Italiam* profectus est, & omnia negotia imperialia filio suo, videl. regi *Otoni* juveni, fratriq; suo *Brunoni* *Coloniensi* archiepiscopo regenda commisit. Cumq; rex iter versus *Italiam* dirigeret, contigit eum quandam ecclesiam transire, quam mulieri in testimonium tradidit, & propria manu designaverat, quod de violencia, quam passa fuerat, ei judicare volebat. Vocavitq; rex mulierem, & ut injuriam suam prosequeretur, precepit, at illa regi respondit, dicens: *Domine, virum eundem mihi associavi, & ecce pueros dilectos jam ex eo genui*. Cui rex ait: *Per barbam Ottonis*, (talem enim modum habuit jurandi) *Ipse gustabit barbam meam*. Fecit itaque rex justiciam & judicium mulieri licet non volenti. Porro rex *Otto* venit *Romam* & *Imperator* consecratus est a *Papa Johanne*, qui eum illuc vocaverat propter oppressiorem, quam a *Berengario* rege *Lombardiæ* pertulit. Eundem vero *Berengarium* rex comprehendit ac *Bavenbergbe* cum conjugue sua transmisit, ubi tandem in exilio mortuus est. Hoc ergo modo *Lombardia* subjecta est *Romano* imperio & annuatim persolvebat *Censum* *Otoni* CC. talenta auri examinati. Optinuit etiam *Calabriam* & *Ampullyam*, que antea *Constantinopolitano* serviebat *Imperatori*. Porro *Imperator* in *Theutoniæ* reversus est & *Coloniæ* sollempnem indixit curiam, que una pro majoribus habita est, quam umquam in *Theutonia* celebrata est. Fecit etiam

Ungarorum incursio.

Clades.

Episcoporum secularis jurisdictionis accipit.

Ottolini nummi.

937.

Conspicua ratio Ludolphi in puerum.

Danorum Christianis.

Item Rutheni.

Expedicis in Italiam.

Furtum per barbarum.

Lombardia Imperio tributaria.

987. am omnibus firmam pacem cum omni regno suo. Tunc iterum cum filio suo juvene rege *Ottone Romani* profectus est ibique filio suo filiam Imperatoris *Grecie* matrimonio copulavit. Postea vero idem juvenis rex *Otto Romane* ordinatus est in Cæsarem ac sponsa ejus simul cum eo consecrata est in Imperatorem. Ipso tempore mortua est mater Imperatoris, illa commendabilis & bona *Mechrildis*. Tunc magnus ille Imperator *Otto* cum juvene Imperatore in *Teutoniā* est reversus, statimq; cepit egrotare & tandem in bona confessione finis ejus clauditur, cujus sepulchrum *Maydeburch* adhuc cernentibus declaratur. Ante mortem vero Imperatoris igneum in celum visum est signum. Hic est magnus ille Imperator *Otto* de *Saxonia*, primi Imperatoris *Hinrici* filius, qui omnium ore laudabilis extitit; quia imperium super omnes Imperatores *Teutonice* exaltavit. Optinuit namq; imperio *Bobemiam*, *Lombardiam*, *Burgundiam*, *Lotbaringiam*, *Calabriam*, *Appuliam*. Hic etiam *Episcopatum Maydeburgensem* de sua proprietate instituit, ac partem de bonis imperii adjecit. Iste etiam primus montem argenti, qui *Rammesberch* dicitur, in *Saxonia* reperit, qui usq; in diem hodiernum perdere consuevit.

OTTO RUFFUS.

975. Anno Dni D. CCCC. LXXV. *Otto Ruffus*, magni *Ottonis* filius imperium est adeptus, ab *Augusto* octogesimus secundus, & annis IX. regnavit. Huic se opposuit filius patris sui de *Bawaria*, Dux *Hinricus*, qui tandem fuit captus & exilio dampnatus. In tempore illo rex *Francie Luderus* contra consanguineum suum Imperatorem *Ottonem* bellare cepit, quia *Lotbaringiam* recuperare voluit, propter quod etiam totam terram ad civitatem *Aquisgranum* incendio devastavit. Cui Imperator cum exercitu suo ex adverso occurrit, sed & rex fugam iniit, quem Imperator cum exercitu suo usq; ad civitatem †) *Parisius* persecutus fuit. Imperator igitur totam terram incendit & coegit regem, ut cum filio suo gratie sue se tali conditione subderet, quod de cetero *Lotbaringiam* penitus abjureret. Postea Imperator in *Lombardiam* est profectus, voluit *Calabriam* & *Apuliam*, que *Grecorum* tunc erant, regno suo adicere, quod de *Grecia* uxor sua fuit oriunda. Porro Imperator *Otto* cum *Grecis* in *Calabria* convenit in prelium, in quo pene tota turba occidit Romanorum. Imperator vero mare fugiens cupiebat ad quandam natam naviculam, quem naute quasi servum comprehenderunt, sed a quodam mercatore est agnitus, a quo magnis laboribus caute ad fundos est perductus. Hec autem omnia Imperatrix, que *Grecæ* fuit, deridebat, sed & hoc odium maximum omnium Principum sibi comparabat. Eo tempore venerunt *Sarraceni* de *Affrica* contra Romanum Imperium in manu robu-

sta, quibus Imperator *Otto* acriter & in navibus cum eis prelium commisit. Tanta igitur multitudo *Sarracenorum* ibi cecidit, quod ex sanguine mare illud milio rubeum colorem contraxit. Imperator etiam telo toxico ibi fuit vulneratus, ita quod in dimidio anno obiit & *Rome* imperiali honore tumulatus fuit. Hic fuit ruffus Imperator *Otto*. Post *Johannem* Papam fuit *Benedictus*, post quem *Bonifacius*, post hunc vero *Benedictus*.

OTTO III.

Anno Dni D. CCCC. LXXXIII. *Otto*, ruffi *Ottonis* Imperatoris filius ad coronam imperii assumptus est, ab *Augusto* octogesimus tertius, & regnavit XVIII. annis. Hic cum regnum accepisset, adhuc puer extitit, & *Brunoni* Colonensi Episcopo patruo patris sui commendatus fuit, qui sepe virgis eum pro correptione percussit, quod tandem *Domicellus* ille in Episcopo vindicare cogitavit. Igitur quadam nocte idem *Domicellus* mortuum puerum in stratum suum deposuit, ac si ipse mortuus vere esset. Episcopus vero ipsa nocte a matutinis rediens visitavit lectum nepotuli sui, quem cum vere mortuum crederet, nimio dolore cordis tactus videbatur sibi quasi mortuus esset. Sed & de familia domus ingens clamor & luctus attollitur, quia ab omnibus *Domicellus* ille mortuus credebatur. Inter hec *Domicellus* ille adest, a quo Episcopus sciscitabatur, quare hoc fecisset? Cui ille respondit: *Quod sepe a vobis verberatus dolui, quod hoc modo vindicare intendi.* Tunc *Bruno* Episcopus curiam solempnem *Maguntie* instituit, ibiq; Principibus imperialia simul cum rege *Ottone* representavit. Principes vero imperialia & *Ottonem* puerum *Willegisof* Maguntino commendaverunt Episcopo. Igitur *Willegisus* Episcopus imperium tribus annis gubernabat & congregavit in *Lumbardia* de censu imperiali DC. talenta auri, de quo civitatem fabricavit, cui nomen *Bruno* indidit, que postea temporibus *FridERICI* Imperatoris in lite, que inter Episcopos *Rodolphum* & *Conradum* erat, consumpta fuit. Cum ergo Dux *Henricus* de morte audisset Imperatoris *Ottonis*, venit *Coloniā* regnumq; libi usurpare cupiebat, cui unanimitas Principum tunc restitit, sed tamen pro hoc Ducatum *Bawarie* recuperavit. Porro rex *Otto Brandenborch* obsedit & optinuit, totamq; *Slavoniam* Imperio Romano subjugavit. In tempore illo in terra *Haspengome* pisciculi minuti & frumentum de celo pluebat. Postea vero subsequuta est maxima mortalitas jumentorum & hominum. Post Papam *Benedictum* factus est Papa *Johannes*, post quem secundus *Johannes*, post quem tertius *Johannes*. Eo tempore *Adeldagus* *Bremensis* & *Hammenburgensis* fuit Episcopus. *Romani* ergo nuncios pro rege *Ottone* destinantes rogabant eum *Roman* accedere, quo cum gloria magna narratur pervenisse. Statuit igitur ex con-

†) Hujus urbis nomen barbaris seculis fuit indeclinabile. Menckenii Scriptor. Rec. Germ. Tom. III.

984.

Crescentii
seditio Ro-
ma.

consensu Romanorum Papam nepotem suum *Brunonem*, qui dictus fuit *Gregorius*, a quo idem rex *Otto* consecratus est. Cumque Imperator *Otto* a *Roma* recederet, *Crescentius*, qui cupiebat fieri Patricius, *Gregorium* Papam de sede sua expulit & *Johannem* Placentinum Episcopum pro eo in sede apostolica subrogavit. Idem vero *Johannes* ab universa sancta ecclesia excommunicatus est & anathematizatus. Imperator ergo *Romanam* denuo rediens *Johanni* adulterino Pape oculos effodit & naso cum mutilavit. *Crescentius* vero pugnam cum Imperatore in campo aggredditur, statimque comprehensus ignominiose suspensus est in patibulo. Imperator vero ad *Romanam* civitatem rediens vitamque ibi ducens securam, cumque imperium & sedem *Romanam* in antiquam vellet reducere dignitatem, *Romani* ei resistebant, a quibus etiam in quodam palacio est obsessus, sed tandem magnis laboribus cum Papa *Silvestro* per fugam est elapsus. Hic est Papa *Silvester*, qui *Gerbertus* vocabatur, qui primum *Remensis* Episcopus extitit, postea etiam *Ravennatus* Episcopus fuit, demum vero per nigromantiam Papatum assequitur, sed in cathalogo Apostolicorum directe non nominatur. Ille est Papa, de quo quidam dicunt, quod tumba ejus sudorem tunc ex se projiciat, quando aliquem Papam moriturum manifestat. Imperator igitur iniecit oculos in uxorem inimici sui *Crescentii*, quod viderunt Principes, doluerunt & animum ejus ab ea penitus averterunt. Cumque Imperator in *Teutoniam* redire disponderet, predicta femina Imperatori cirothecas per famulum transmisit, quas cum manibus suis tangeret, contigit ut statim miserabiliter mortuus expiraret. Fuerunt etiam quidam qui dicerent, Papam per incantaciones suas factum fuisse mutum. Principes vero *Teutonie* acceperunt imperialia & Imperatoris ossa & in *Tbeuoniam* redierunt ea. Dux igitur de *Bawaria* *Henricus*, imperialia ab eis violenter rapuit, & Episcopum *Coloniensem*, in cujus potestate universi erant, inhoneste pertractavit. Imperator vero *Aquisgrani* honore imperiali est sepultus. Ille est *Otto* Imperator, qui regem *Karolum* de sepulchro sustulit & in tumba ejus plurima miranda invenit. Postea rex *Karolus* eidem in sompnis apparuit pronuncians, quod non diu viveret & sine herede mori deberet. Temporibus Imperatoris *Ottonis* quidam heremita in mari juxta montem, multum qui jugiter ignem emovit, degebat, qui dicebat, se sepe videre animas propter delicta sua in montem predictum deduci, quas demones ad tormenta susceperunt. Vidit etiam sepe, quod per preces bonorum hominum & elemosinas eorum a peccatis liberate fierent, maxime autem per oraciones Monasterii, quod *Cloniac* nominatur. Hac igitur occasione statuta est commemoratio animarum post festum omnium sanctorum.

Sylvestri
Papa se-
pulchrum
miraculo-
sum.Mors Impe-
ratoris.Henricus
Dux Baw.
insignia
Imperii su-
mis.

HENRICUS BAWARIE.

Anno Dni Mo II. *Henricus Bawarie* Dux hujus nominis secundus, ab *Augusto* octogelimus quartus Imperium optinuit & XXIII. annis regnavit. Huic bona illa *Conegundis* in uxorem tradita est, sed utrique lege continencium se vincientes, corpora sua usque ad mortem custodiebant impoliuta. Sed dyabolus omnium bonorum invidus, hos etiam dehonestare cupiens, incitavit Imperatorem contra conjugem suam. Itaque ex consilio cujusdam Ducis ei imponeret, quod eo contempto cum alio adulterata fuisset. Domina vero pro hys purgacionem suam Imperatori obtulit, ad quam plurimi convenerunt Episcopi. Positi itaque sunt septem vomeres candentes, quos Domina pro declaranda innocencia sua nudis cogebatur calcare pedibus. At illa, levatis ad Dominum oculis, dixit: Domine Deus, qui nosti annia antequam fiant, Tu solus meam cognoscis innocenciam. Libera me ab instanti necessitate, sicut liberare dignatus es *Susannam de falso crimine*. Et hys dictis super vomeres confidenter calcavit, & Dominus innocenciam ejus coram omnibus misericorditer manifestavit. Quod cum videret rex humiliavit se ad pedes ejus cum Principibus universis. Postea *Stephanus* rex *Vngarie* duxit sororem *Henrici* regis, que *Gala* nominabatur, & hujus rei causa idem rex *Stephanus* (cum tota *Vngaria* factus est Christianus. Idem etiam *Stephanus* avunculum suum regem *Polonie* comprehendit atque ad hoc compulit, quod fidem catholicam cum omni regno suo recepit. Hoc igitur modo *Poloni* & *Vngari* ad fidem sunt conversi. Hic est sanctus ille *Stephanus*, ad cujus sepulchrum multa Dominus operatur miracula. Porro rex *Henricus* profectus est in *Galliam* & quoddam vallavit castrum ubi captivatus est. Igitur cum sui argento & auro redimere volebant nec poterant, sed nec castrum, quo tenebatur, expugnare valebant. Quadam ergo die rex nacta oportunitate de muro se precipitem dedit & fracta a) *cyacloydus* efficitur, unde & nomen perpetuum optinuit, quod universus populus *Hufbutte-kont Henric* b) eum nominavit. Postea vero *Henricus* rex *Bavenergensis* Episcopatum instituit, & in honore *Beati Petri* Apostoli & *Scti Georii* ecclesiam dedicavit. Edificavit etiam quoddam [monasterium] in honore *Scti Benedicti* & aliud in honore *Prothomartiris Stephani*. In tempore illo *Sctus Bernwardus* Episcopus claustrum *Scti Michaelis* in civitate *Hildensem* instituit. Huic in Episcopatu successit *Godebodus*. Eo etiam tempore *Libencius* *Hammenburgensis* & *Bremensis* fuit Episcopus. In illis diebus Dux *Ernestus* in venacione fuit occisus. In tempore illo *Sctus ille Symeon* monachus tentus erat.

1002
Henricus
II.S. Cune-
gundis
prebas
nocentisVngari
Poloni
ChristianiHenricus
capitur.Vnde
Claudi
men.a) Ita corrupte legitur in MSC. pro: *sybia claudus*.b) Broverus Ant. Fuld. L. III. c. 15. fin. ex membranis Fuldens. refert, venantem a fera sauciatum nomen *Huf-febotz* (grallator seu ligno salicis) id est *Claudi* tulisse. Aliam derivationem habet Dnus *Eccard*. ad LL. Salic. pag. 63.

1002. In diebus illis tanta fuit mortalitas hominum, quod vivos mortuos sepelire tenebat. Post *Silvestrum* Papam factus est Papa *Johannes*, post quem alius *Johannes*, post quem *Sergius*, post hunc vero *Benedictus*. Ille *Benedictus* regem *Henricum* Imperatorem consecravit, & ecclesiam majorem in *Bavenbergbe* dedicavit. *Rodolphus* rex *Burgundie* regnum suum Imperatori transmisit. Porro Imperatori *Henrico* in institutione *Bavenbergensis* Episcopatus frater ejus *Bruno* Episcopus civitatis *Auguste*, & frater Imperatricis *Tydericus* *Metensis* Episcopus se constanter opposuerunt. Ex tunc incepit Imperator in civitate *Grona* egrotare & inde *Bavenbergbe* deductus est. Tunc misit & vocavit parentes conjugis sue, & sicut inpollutam eam susceperat, sic parentibus intactam restituit virginem; & in sancta confessione extremum clausit diem. In diebus illis quidam sanctus heremita exstitit, qui strepitum maximum a demonibus audivit, quos ille sanctus in virtute Dei adjuravit, ut sibi dicerent, quid vellent, aut quo tenderent. Qui responderunt: *ad exitum Henrici Imperatoris properamus*. At ille dixit eis: *Adjuro vos per virtutem Dei, ut cum reversi fueritis, renunciatis mihi*. At illi abierunt. Sanctus vero ille heremita misericordiam Domini pro anima Imperatoris deprecabatur, commemorans secum, quantum peccatores pro se timere debeant, si in viro tam perfecto *) etiam demones ad heremitam cum reversi fuissent, sciscitabatur ab eis, quid actum esset. At illi responderunt: *Cum delicta Imperatoris bonis operibus ejus jam preponderare deberent, & nos annam in nostram potestatem deberemus rapere, venit adustus ille Laurentius & calicem in stateram projecit, ita quod testa de calice est aculsa. Et sic delusa anima nobis est ablata*. Tunc sanctus ille Deo pro liberatione anime Imperatoris gratias retulit, & que gesta fuerant, Canonicis de *Merseborch* demandavit. At illi statim ad calicem recurrentes in venerunt sicut dictum fuerat, sicut adhuc hodierno die hec fractura calicis manifeste declarat. Hunc autem calicem Imperator *Henricus* sancto *Laurentio* in *Merseburch* quondam contulerat. Eo tempore claustrum *Hofungbe* institutum claruit, & sanctus *Humerannus*, qui ibidem sepultus est, ad Deum ex hoc mundo transivit.

CUNRADUS.

1025. Anno gracie M. XXV. *Cunradus* de *Swa-*
Conradus
II. per la-
gitionem
eligitur.
 via frater Ducis *Henrici* octogesimus quintus ab *Augusto* imperium suscepit, & in eo XV. annis regnavit. Huic Principes contrarii erant, sed Dux *Burgundie* *Wernerus* ipsi presidio affuit, qui Episcopis proprietates & laicis Principibus alta feoda permisit. Ex tunc autem Principes in tantum avaricie sunt dediti, quod de cetero propter pecuniam so-

lum Romani Reges sunt electi. Dux igitur *Henricus* frater *Conradi* regis fortiter ei resistit, & frequenter bella contra imperium suscitavit. Rex igitur Ducem de terra *Teutonie* expulit, at ille in obsequium regis *Vngarie* transmigravit. Idem vero Rex *Vngarie* Duci *Henrico* in Parasceve carnem comedendam transmisit super mensam, mandans ei, quod tucius eo die carnes posset edere, quam fratrem & Dominum suum bellis infestare. Tunc Dux *Henricus* gratiam *Conradi* regis optinuit, ita quod *Nuremberch* imperio resignavit. Rex ergo *Conradus* querulosa voce Duci *Wernero* prodidit, quod in corde suo sepe gement pro eo quod propter electionem suam bona Imperii Principibus concessisset. Cui ille respondit: *Domine, Principibus promisi, quod eis pro electione nostra bona conferetis, pro eo autem fidem non dedi, cum potenter regnaveritis, quin bona imperii ad vos recipiatis*. Tunc rex curiam sollempnem instituit, & omnia, que Principibus contulerat, imperio integraliter comparavit. Proposuit etiam de consilio *Brunonis* Episcopi *Auguste*, qui germanus *Henrici* fuerat Imperatoris, Episcopatum destruere *Bavenburgensem*. Quadam igitur nocte *Henricus* Imperator fratri suo *Brunoni* Episcopo in sompnis apparuit cum barba semirasa, cui Episcopus ait: *Quid hic facere voluistis quod cum barba incederetis semirasa*. Cui Imperator: *Hoc ipse mihi fecisti, qui me bonis meis spoliastis, nec sanctis, quibus ea dedi, parere curas*. Per hanc ergo monitionem Episcopus a proposito suo destitit, unde Episcopatus *Bavenburgensis* hodie in suo honore perstitit. Rex igitur *Cunradus* claustrum quodam de castro suo *Linborch* construxit, & Episcopatum *Spirensis* tunc primum instituit, quem postea filius suus Imperator *Henricus* in omnibus feliciter consummavit. In diebus illis *Vnmgung* *Hammenburgensis* & *Bremensis* fuit Episcopus, post quem fuit *Libencius* & postea *Hermannus*. Rex igitur *Cunradus* curiam sollempnem in civitate *Mindensi* mandavit, ibique Principes filium suum in regem acceptaverunt. Postea vero idem *Cunradus* rex *Romam* adiit & benedictionem a Domino Papa recepit. Hic *Mediolanensem* cepit Archiepiscopum & *Cremensem* & *Placentinum*, & eos misit in exilium, quia contra imperium dederant consilium perversum. Postea vero Imperator in *Teutoniam* rediit, & filio suo *Henrico* filiam *Kanuti* regis *Dacie* matrimonio copulavit. Idem *Kanutus* rex solium suum super ripam maris posuit, tum sic ait: *Tu de regno meo esse cognosceris, & ideo mihi obedire teneris*. Tunc mare in sinum ejus irruit, & sic eum totum madefecit. Rex igitur de solio suo surrexit & ait: *Potestas omnium regum quasi quedam falsitas esse cernitur, solus vero Deus potenter regnare perbiberet*. Tunc coronam suam super quandam cru-

1025.
Henricus
frater Re-
gis Rom-
Conrada
resistit.

Norberga
imperio re-
signatur.

Fundatio
Ep. Spiren-
sis.

Kanutus
maritimus
rat.

*) Hic deesse quedam videntur verba.
 Menckeni Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

1025.

Mors Con-
radi.

cem deposuit, & deinceps Deo ferviendo feliciter vixit. Ille est qui *ſctus Kanutus* de *Dacia* nominatur. Porro *Conradus* Imperator in quadam sollempnitate Penthecoltes *Trajectum inferiorem* adiit ibique imperialibus ornamentis gloriose coronatus incessit. Altera vero die in mensa inter convivās lamentabiliter obiit, atque ad civitatem *Spi-rensensem* delatus regali honore sepultus fuit. Hic est secundus *Conradus*, qui primus de *Svevia* Imperator exstitit. autem imperium *Conradus* vocitatus fuit. Eo tempore *ſcta Konegundis* uxor *A* *Henrici* Imperatoris obiit.

HENRICUS TERTIUS.

1040.
Henricus
III.Expeditio
in Vnga-
riam.

Anno Dni M. XL. *Henricus* hujus nominis tertius, *Canradi* Imperatoris filius, octogesimo sexto ab *Augusto* imperium optinuit, & in eo annis XVII. vixit. Hic statim cum valido exercitu *Boemiam* petiit & ante silvam plurimi de suis sunt occisi. Sicque reversus profecionem intermilit. In tempore illo *Vngari* regem suum *Petrum* a se rejectum in fornacem retruserunt. Tunc *Henricus* rex cum exercitu copioso *Vngariam* intravit & predictum *Petrum* in regnum suum cum multo labore restituit. Hoc ergo modo *Vngaria* subjecta est Romanorum imperio. Post *Johannem* Papam factus est Papa *Benedictus*, post quem *Silvester*, postea *Gregorius*. Mortuo ergo isto *Gregorio* tres Pape *Rome* sunt electi, qui incesserunt per devia, unde etiam mala plurima sunt exorta. Quidam heremita nomine *Wipertus*, qui Regis tunc confessor. extitit, in hec verba regi mandavit: †) *Hemor quendam Domina tres simul legiones, quia vero hec tripertita legitimatio incerta creditur, ut hanc loco Dei destruas, tibi districte mandatur.* Per hanc ergo parabolam bonus ille heremita tres Papas designavit. Porro rex *Henricus* uxorem duxit de *Pittavia*, cui nomen erat *Agnes*. Celebravit ergo nuptias in *Ingholbem*, sicut magnificencie regali decuit, sed ne alicui histrioni vestimenta vel victus daretur, districte precepit. Postea cum sponsa sua *Romam* est profectus, & unum Papam in *Francia* obviam habuit, secundum in *Alpibus*, tertium vero in *Tuscia* comprehendit. Cumque *Romani* pervenissent, hos tres Papas in consilio generali destituit, & sine spe redeundi in exilium milit. Tunc *Smidegerum* *Baugenburgensem* Episcopum Papam constituit, cui nomen *Clemens* indidit, a quo ipse cum sponsa sua benedictionem imperialem accepit. Eo autem tempore cum Imperator *Rome* moraretur, quidam carpentarius in eadem civitate deguit, qui filium parvum enutrivit. Cum itaque quadam die idem carpentarius operi instaret, cui preerat, filiolus suus hastulas in figuras litterarum ludendo disponebat, fuit hec dispositio litterarum: *Dominabor a mari usque ad mare.* Hoc ergo cum quidam

Imperator
tres Papas
deponit.De Hilde-
brandi pu-
eritia &
inventute.

1040.

ſacerdos adveniens legisset, altoque sensu intelligeret, nunciavit carpentario, quod filius ejus Papa futurus esset. Tunc Pater filium suum litteris apposuit, & cum adolescens factus esset, in curia Imperatoris est assumptus atque notariis ejus adjunctus. Filius vero Imperatoris *Henricus*, qui postea patri successit, mala multa eidem adolescenti intulit, & ludis & verbis incompositis illum sepe lacessivit. Hec autem exturbacio ludorum presencium filio Imperatoris presagium fuit futurorum. Cor namque ejus jam mala presensit, que ab eodem adolescente, imminabant ei. Imperator etiam super ludo filii & adolescentis jocundabatur, sed imperatrix hoc doluit & filium ejus verbis duris pro eo sepe increpavit. Quadam igitur nocte Imperator sompnum vidit, quod filius ejus ad mensam discumberet, & adolescenti *Hildebrando* duo cornua succrescerent usque ad celum, & eisdem cornibus filium suum deiceret in lutum. Imperator ergo sompnum conjugi sue retulit, & illa interpretationem congruam respondit, quod adolescens ille Papa fieret & filium ejus de regno exturbare deberet. Tunc Imperator predictum clericum comprehendit, & in castro *Hamersten* in carcerem precepit deici, credens quod ordinatione Dei posset obviari. Scriptum namque est: *Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum.* Cumque Imperatrix Imperatori sepe objiceret, quod honoris sui oblitus propter vana sompna scolarem captivasset, anno completo, Imperatore jubente, absolutus est & monachus factus est, cum abbate suo *Romam* adiit & in curia omnibus dilectus, post multa tempora tandem in Papam sublimatus fuit. Post *Clementem* Papam *Damasus*, qui *Patriarcha Aquilegie* fuerat & *Papa* nominabatur, ei successit. Post hunc factus est Papa *Bruno* Episcopus de *Tul* qui *Leo* fuit nominatus. Hic etiam erat homo perfectus & sanctus. Isti quadam nocte sompniavit, quod *Rome* esset, & beatus *Petrus* coram altari suo quinque calices ei tribueret, designans ei, quod quinque annis deberet esse Papa. Hic quadam nocte horridum quendam leprosum hospicio suscepit & diligenti cura in stratu suo eum collocavit. Mane itaque cum visitationis gracia ad lectum accederet, leprosumque illum non reperisset, letus factus, quod ipsum Christum hospicio recipere meruisset. Iste Papa *Leo* cantum de beato *Gregorio* & de sancto *Gorgonio* & de sancto *Cyriaco* composuit. Hic consilium in *Maguncia* celebravit, ubi *Henricus* Imperator presens affuit. Temporibus illis *Vngari* regem suum *Petrum* exoculaverunt & imperio se opposuerunt. Quibus *Gbecehardus* *Ratisponensis* Episcopus restitit, qui Imperatoris patruus fuit. Postea Imperator terram *Vngariam* cum exercitu magno adiit & *Leonem* Papam illuc secum adduxit. Porro *Vngari* terram pro-

Somnium
Henrici III
de filio suo
& Hildebr.Alia expo-
ditio Impe-
ratoris tra-
Vngariam
pro-

†) Obscurius scriptum est in Cod.

1040. propriam incendiis & depredacionibus devastaverunt, ita quod Imperator & sui illuc subsistere non valebant. Tunc Imperator cum Apostolico reversus est in civitatem *Ratisponam*. Ibi Papa sanctum *Wolfgangum* translulit & reliquias sancti *Dyonisii* invenit ibidem. Papa tunc & Imperator usque *Wormaciam* processerunt, ibique sanctam nativitatem Domini simul celebraverunt. Episcopus *Maguntinus* primam illic missam celebravit, & subdiaconus ejus leccionem, quam in missa legere debuit, ad honorandam festivitatem cantavit. Super quo indignatus Papa ipsum A cantare prohibuit, sed ille preceptum apostolicum parvipendens leccionem cantando perfecit. Lecta igitur leccione, Papa illum ad se vocavit & gradatum deposuit, quod videns Episcopus moleste accepit & ut ei minister suus restitueretur a Papa simpliciter peciit. Sed hoc facere in presenti Papa contans negavit. Tunc Episcopus ille obinuit. Sed cum prefacionem cantare deberet, super sedem suam se deposuit; & Papa, quare prefacionem non cantaret, interrogavit. Cui Episcopus respondit: *Ista missa nunquam perficietur, nisi minister meus mihi B restituatur.* Tunc Papa Subdiaconum illum Episcopo restitutum & peccatum remisit. Postea Papa *Romam* est reversus & cum valido exercitu profectus est contra illos de *Normannia*, qui regnum *Cicilie* & *Appulie* sibi usurpabant. Papa ergo cum suis fugam iniit & non multo post hoc ex hoc seculo feliciter ad Christum migravit. Huic *Gbeveardus* de *Eckstede* Episcopus successit & nomen *Victor* accepit. Eo tempore *Alabrandus* *Hammenburgensis* & *Bremenensis* fuit Episcopus. Eodem tempore Dux *Cuonradus* *Henricum* Imperatorem cum *Vngaris* debellare voluit, qui tandem propter perfidiam suam de terra ejectus exulavit. Tunc etiam *Gbeveardus* *Ratisponensis* Episcopus & Imperatoris patruus captivatus fuit, quod contra Imperium sensit. In tempore illo multitudo Principum obiit, sed & pestilentia & fames totam terram oppressit. Eodem tempore etiam multi Christiani a *Slavis* sunt occisi. Hys ergo malis in terra crebrescentibus territus Imperator omnia ablata restituit & filium suum juvenem *Henricum* regem Principibus designavit, quem Domino Pape & Principibus ad culmen Imperii educandum tradidit, & ipse postea in bona confessione de hoc seculo tranlivit, cuius pars *Goslarie* est sepulta, reliqua vero pars in *Spira*. Imperatrix vero *Agnes* cum filio suo juvene rege *Henrico* imperium gubernare cepit more masculino. *Anna* igitur *Coloniensis* Episcopus regulum de consilio Principum de presenciam ejus abstulit & eam ab Imperio cessare coegit. Propter hoc ergo multa mala sunt exorta, Ecclesiarum videlicet destructiones, devotorum oppressio, nec erat in tempore illo, qui justiciam vel iudicium posset consequi iustum. In tempore illo *Odelwardum* regem *Anglie* quidam gener suus tradere cogita-

Pape indiguario contra Maguntinum eiusque Subdiaconum.

Imperator debellat adversarios.

Mors Henrici III.

bat, cumque die quadam in mensa juxta regem discumberet, placuit regi, ut cum traditore conveniret. At ille sumpto in manu panis morsello se suffocari permittat, si in tradicionem, de qua dicis, teneat reus. At ille in os sumpto pane, statim suffocatus decidit. Sic quod Deus tradicionem ejus petita vindicta manifestavit.

HENRICUS IV.

Anno Domini M. LVII. *Henricus* hujus nominis quartus, *Henrici* Imperatoris filius, ab *Augusto* octogelimus VII. ad imperium est assumptus, & regnavit annis XLIX. Mater ejus *Agnes* Imperatrix Ducissa in *Bavaria* est tunc facta. In tempore illo *Saxones* in terra *Lus* venerunt valide & mortibus multorum imperio sunt eam mercati. Porro *Victor* Papa terram *Teutonie* adiit & Principes illic disidentes quantum potuit, reconciliavit. Postea *Romam* est reversus & obiit, & in locum ejus *Benedictus* est constitutus. Post *Benedictum* *Nicolaus* fuit. Postea vero *Rome* inter *Gerbardum* Episcopum de *Kukka* & Episcopum de *Panna* pro Papatu lis est orta, quam *Anna* *Coloniensis* Episcopus diremit, ita quod Episcopus de *Kukka* Papatum optinuit & deinceps *Alexander* nominatus fuit. In tempore illo *Treverenensis* Episcopus a quodam Comite *Frederico* martirio occiditur, propter cujus merita multa miracula operatur Deus. In diebus illis *Sifridus* *Maguntinus* Episcopus & *Hammenburgensis* & *Trajectensis* cum multo populo magnis laboribus *Jerosolymam* pervenerunt. Eodem *Wilhelmus* Dux de *Normannia* *Angliam* optinuit & rex ipsorum ibidem creatus fuit, statimque Episcopus & Barones de terra ejecit, unde adhuc de stirpe ejus reges sunt *Anglie*, ut usque in presens *Normanniam* noscitur possidere. Porro *Henricus* rex uxorem de *Lombardia* duxit, mansitque in *Saxonia*, secundum libitum suum voluptuose vivendo, exaltans degeneres & deprimens nobiles. Et quia carnalem voluntatem plus sequebatur quam decuit, idcirco novissimis temporibus suis contra voluntatem suam pondus adversitatum eum oppressit. Contumeliosa verba contra Principes protulit & in multis eos contemptibiliter pertractavit. Principes ergo *Saxonie* & *Turingie* conjuraverunt contra regem, quod se ab eo defenderent & contumelias de cetero sibi non sustinerent. Rex igitur & *Saxones* convenerunt in *Nagelstede* & fecerunt treugas, & treugis stantibus rex cum impetu se super incautos *Saxones* repente irruit, ibique bellum *Saxonibus* insperatum maximum tamen fuit. *Saxones* itaque fugati sunt. Hoc est bellum, quod narratur accidisse in *Nagelstede*. *Saxones* igitur, resumptis postea viribus, contra regem quatuor vicibus triumpharunt, Tunc *Henricus* *Buggonem* *Halberstadensem* Episcopum comprehendit atque ab eo duas urbes extorquere voluit. Sed ille auxilio Ducis *Saxonie* liberatus fuit. Rex igitur cum eodem Duce *Ottone* bellum diuturnum habuit,

1040.

1057. *Henricus* IV.

Lusatia Imperio adiecta.

Lis de Papatu.

Henricus auctor calamitatum suarum.

Saxones fugantur apud *Nagelstede*.

1057.
Bellum Im-
peratoris
cum Duce
Saxon.

buit, & incendiis & in deprecationibus multis ipsum devastavit. Ad curiale illum quoque citavit colloquium & tandem per sententiam abjudicavit illi terram suam. Hic est probus & famosus ille Dux *Otto*, qui avus *Rikenzem* Imperatricis extitit, qui etiam claustrum *Nordbeym*, ubi sepultus est, construxit. Porro *Henricus* rex terram *Bamariæ*. Duci *Welponi* contulit. Hujus frater fuit Dux *Henricus*, qui pater alterius Ducis *Henrici* extitit, qui postea filiam *Lotharii* Imperatoris duxit, a quo famosus ille Dux *Henricus* pater Imperatoris *Otonis* descendit. Saxones igitur multipharie multisque modis contra *Henricum* Regem agebant, feceruntque sibi auxiliares *Sifridum* Maguntinum Episcopum & *Sakeburgensem* Episcopum, & aliorum Episcoporum magnum habebant numerum. Super omnia autem defensorem habebant Papam *Alexandrum*. Tunc Rex *Annam* Colonensem & *Bavenbergensem* Episcopos *Romam* direxit, ut illic suum congregarent thesaurum. Per eosdem ergo Episcopos *Alexander* Papa regi *Henrico* literas misit, atque ad respondendum de sibi objectis *Romam* citavit. Objecit namque Papa regi, quod Episcopatus venderet, & quod in conversatione minus catholice se haberet. Fecit hoc autem Papa de consilio Principum, qui regem oderant, veruntamen in quibusdam veraciter eum accusabant. Tunc Saxones incepterunt urbes construere, quarum numerus adhuc in terra erat modicus. Castrum quoque *Harzesborch* & claustrum penitus diruerunt, & puerum *Henrici* regis, quem parentes illic tumulaverant, de sepulchro extractum. Sed viris discretis hec vindicta valde reprehensibilis est, quam in puero exercuerunt defuncto. Mortuus est autem *Alexander* Papa, post quem *Romani Hildebrandum* monachum contra voluntatem regis in Papam sublimaverunt, cum antea absque consensu regis nullum deberent eligere Papam. Ille est *Gregorius* septimus, qui etiam *Henricum* excommunicavit regem. Hic est ille *Hildebrandus* carpentarii filius, de quo sompniaverat rex *Henricus*, quod filium suum post se regnantem cornibus, que sibi excreverant, in lutum dejiciebat. Ille *Hildebrandus* nomen accepit *Gregorius*, cujus temporibus valde commotum est imperium, & in universa ecclesia gravissimum scisma est ortum. Tunc primum inter sedem apostolicam & Romanum imperium gravissima dissensio est facta & orta, que usque in hodiernum diem durat, que etiam vix aut nunquam terminabitur, nisi hanc divina pietas destruere dignetur. Papa igitur *Gregorius* predecessoris sui sententias confirmans, *Henricum* regem *Romam* citavit. Rex igitur cum exercitu valido contra Saxones pergebat, & in comitatu suo *Boemos* habuit. Exercitus vero *Saxonum* in manu robusta illi

Papa Regem citat
Romam.

Urbium
adhuc mo-
dicus nu-
merus in
Saxonia.

Hilde-
brandus
in viro Re-
ge fit Papa.

occurrit. Convenerunt itaque juxta flumen, quod *Vustrote* dicitur, ibique gravissimum factum est prelium, & multis hinc inde cadentibus, rex gloriosum optinuit triumphum. Ibi Dux *Rodolphus* in parte regis dimicabat intrepide, qui tamen postea contra ipsum in regem est electus. Postea *Rome* ab Episcopis cum rege sententibus magnum collectum est consilium, ibi rex personaliter affuit, & omnes Episcopi, qui illic aderant, Pape *Gregorio* obedienciam suam dedicebant. Mandaverunt itaque ei, in literis suis dicentes: Quia propter motum animi tui & propter novitatem presumptionis, qua suscitatus, sanctam ecclesiam graviter turbatam cognoscimus; Idcirco obediencie tibi debite renunciamus, & quia dixisti, quod Episcopi tui [non] erimus, sic nec te nunquam nostrum Papam reputamus. In sequenti igitur anno magnum in oppido *Yppenbem* ex adversariis regis collectum est concilium, ubi multi Principes aderant, qui omnes *Henrico* regi, quia citationes duorum Apostolicorum temere supercederat, contradicebant. Dissensio itaque gravissima inter Principes est orta, propter quam adeo Romanum humiliatum est imperium, quod de cetero modicum vel penitus nullum sumpsit incrementum. Eo tempore mortuus est *Anna* Colonensis Episcopus, & in claustrum *Tyberge*, quod ipse fundaverat, est tumultus. Tunc Papa *Hildebrandus*, qui & *Gregorius*, Episcopum *Bauenberghensem* propter symoniam destituit & rex *Henricus* in locum ejus alterum subrogavit. Postea vero rex *Henricus* *Romam* adiit, & gratiam Domini Pape dolentibus adversariis suis, suppliciter quesivit. Invenit itaque Papam in quodam castello, ubi rex ante portam tribus diebus in laneis vestimentis & nudis pedibus super terram stetit, donec Papa eum in gratiam suam suscipiens a vinculo anathematis absolvit, & ipse emendacionem vite sue Deo & Domino Pape feliciter spondidit. Medio autem tempore cum rex *Henricus* *Rome* penitenciam ageret, a Papa pro delictis suis suam vindictam expleturus degeret, Principes apud *Nordbeym* Ducem *Rodolfum* in regem elegerunt. Hic *Maguncie* a *Sifrido* ejusdem civitatis Episcopo consecratus coronam accepit. Eodem vero die magnum in civitate illa ortum est prelium, in quo multi ceciderunt mortui, quod malum signum novo portendebat regi. Rex igitur *Rodolfus* cum Episcopo a *Maguncia* recedens intravit *Saxoniam*, congregavitque exercitum copiosum & obsedit *Herbipolim*, qui fidelitatem Domino suo servabant. Rex autem *Henricus*, auditis rumoribus, venit de *Italia* in *Sveuiam* & debellabat *Bertoldum* Ducem *Caringie*, qui se a potencia regis defendere non valuit, unde, sicut dicitur, pro confusione simul & dolore mortuus fuit. Tunc *Rodolphus* rex *Herbipolim* dereliquit, quia hanc expugnare non potuit,

1057.
Proces-
sus
ad f. 1057
s. 1057.

Episcopi
Papa
citatur.

Henricus
Papa
sup-
plex fit.

Rodolphus
eligitur.

1057. potuit, & contra *Henricum* armis animoque se preparabat. Convenerunt itaque reges *Henricus & Rodolphus* cum exercitibus suis juxta *Strompbe* factumque est ibi prelium magnum, in quo multi magnates sunt occisi. Sed & *Wesselus* ibi occisus est Magdeburgensis Episcopus, nec tamen alicui parti addictus est ibi triumphus. Igitur inter predictos reges aliud apud * *Valdebeym* factum est prelium. Ibi *Saxones* sunt fugati & *Henricus* rex omnes seruos suos perdidit, quos crudelitas *Saxonum*, aliis in prelio pugnantibus, in castro occidit. Eodem anno in *Brixana* civitate magnum est collectum consilium ex xxx. Episcopis *Italie & Teutonie*, qui omnes *Gregorium* condempnaverunt dicentes. Quod *Romana curia contra consensum regis, in electione ejus, in Papam processerit, & quod regem pro motu animi sui contra justiciam excommunicavit.* Adjicientes etiam quod adulterinum regem illum *Rodolphum* cum suis fautoribus contra Dominum suum defenseret, & propter tuentem superbiam suam universam terram & ecclesias ut vorans flamma consumeret, & in magnum prejudicium imperii totum regnum ab introitu suo commovisset. Tunc universi, qui illuc convenerant, *Ravennatensem* Episcopum in Papam elegerunt *Wipertum*, alii vero Episcopi, qui hys contradicebant, dixerunt, quod *Gregorius* rite esset electus, & nullus alius eo vivente posset eligi, qui vero se ingesserit, hic lupus est & non per ostium, sed sicut fur & latro ascendens aliunde introibit. Hysdem vero temporibus *Albertus* *Hammenburgensis* & *Bremenensis* fuit Episcopus; Huic successit *Liemarus*, post quem fuit *Humbertus*. Eodem tempore *Vdo* Marchio a *Sclavis* *Brandenburg* obtinuit, & claustrum *Hersvelde* institutum fuit. Eo tempore iterum inter reges *Henricum & Rodolphum* in *Milsyn* super aquam, que *Elstere* dicitur, factum est prelium. Ibi *Rodolphus* rex cum suis victoriam perdidit, & dextera ejus ibidem amputata, *Mersborch* ita saucius perductus fuit. Episcopis igitur congregatis manum amputatam ostendens dixit. *Hec est manus illa, cum qua Domino meo Henrico fidelitatem juravi servandam, sed vestro infelici usus consilio sedem regni ejus mihi temere usurpavi. Vos vero videritis, ad quem statum me vestra discretio perduxit; quia nunc vitam simul cum regno derelinquere me etiam invitum oportebit.* Mortuus est itaque rex *Rodolphus* & in *Mersborch* est sepultus. In diebus illis terre motus magnus per locum sonuit, qui commocionem imperii futuram presignavit. Rex autem *Henricus* cum exercitu magno *Romam* adiit, Papa vero *Gregorius* cum *Romanis* contrarius illic exstitit, nichilominus rex *Romanos* duobus circiter annis fortiter obpugnavit. In diebus illis inter *Boemos & Bavaros* factum est prelium, aliud quoque prelium inter *Svevos & Bavaros* est exortum.

* Leg. *Valdebeym*.

1057. Eodem tempore, rege *Henrico* apud *Romam* existente, Principes alium regem elegerunt nomine *Hermannum*. Hic antequam eligeretur, probus & famosus exstitit, post electionem vero omnibus contemptibilis fuit. Porro rex *Henricus* in vigilia *Pasche*, castra ante civitatem *Romam* posuit, & in ebdomada *Penthecostes* cum gloria triumphii civitatem intravit. Papa vero in domo, que dicitur *Crescentii*, se recepit. Rex ergo in pallacio majori castrum formavit, posuitque illic milites, qui *Romanos* sine intermissione oppugnarent, ex quibus multi propter acrem pestilenciam perierunt. Igitur *Romani* viginti obsides tradiderunt regi, rogaruntque eum, ut *Gregorio* Pape diem concederet, in qua omni sollicitudine intenderent, ut Papa cum ipso cum magno honore suo concordaret. Tunc rex urbem est egressus, & die inter Papam & ipsum statuto ad placitum est reversus. Papa vero juxta dies placitos non comparuit, sed clam *Salerium* fugiens ibique usque in diem mortis sue remansit. Rex igitur *Appuliam* intravit, & eam obtinuit, inde vero ad vocacionem senatorum *Romam* rediit & gloriose ab eis in urbe receptus exultavit. Habuit quoque in comitatu suo *Wipertum* *Ravennensem* Episcopum, qui contra *Gregorium* Papam in *Brixana* electus fuit. Hic in die *Palmarum* de consensu *Romanorum* consecratus papalem accepit insulam, & ab eodem Papa rex cum conjugue sua consecracionem simul & imperialem accepit coronam. Postea vero in *Teutoniam* rediit, & civitatem *Augustam*, quam *Welpo* Dux ab eodem tulerat, recuperavit. Mortuus est etiam eo tempore *Sifridus* Episcopus *Maguntinus*, cujus loco *Wesselus* Imperatoris amicus Episcopus est statutus. Tunc etiam in *Maguncia* magnum collectum est consilium, fueruntque ibi legati Pape *Wiperri* *Clementis*. Ibi plurimi Episcopi Episcopatibus sunt privati. Imperator etiam *Henricus* in civitatibus undique Episcopos instituit & omnes sibi contrarios contemptibiliter abjecit. Postea vero in *Saxoniam* venit, qui omnes gracie se commiserunt Imperatoris, excepto *Otberto* Marchione de *Brunswich*, quem Imperator bellis multipliciter impeccit, Marchio vero fortiter & constanter se ab eo defendit. Eodem anno placitum est in *Berka* ex fautoribus & adversariis Imperatoris, pro parte ergo Imperatoris *Maguntinus* Episcopus advocabat, cui Episcopus *Zalzburgensis* oppositus erat. *Maguntinus* igitur Episcopus pro parte allegabat Imperatoris, quod Imperator injuste excommunicatus esset, quia a Papa *Gregorio* prius absolutus fuerat, & quod *Rome* eo existente, de consilio & consensu Pape Rex *Rodolphus* contra eum electus fuisset, & ex hoc potestate regia spoliatus esset a Principibus. Unde Domino Pape respondere non

tenere.

1057.
Proelia
cum eo.Gravamina
Concilia
contra P.
pam.Clades &
vulnus
Rodolphi.1057.
Herman-
nus eligi-
tur Rex.Gregorius
VII. exul.Concilia
Magunt.Bellum Re-
gis cum
Eberro
March.Magunt-
nus defen-
dit Impe-
ratorem.

1057. Salisbur-
gensis con-
yudicit.

teneretur nisi relinquitur. Ad hec vero Do-
minus Salzeburgensis respondit, quod qui-
libet homo Catholicus non spoli-
atus in magnis vel in minimis super omnia
tamen parere deberet legibus. Diucius ibi
facta est conclamatio maxima, alius sic a-
lius autem sic pro sua voluntate clamaverat,
& sic infecto, pro quo convenerant, nego-
cio, unusquisque in domum suam redibat.
Post hec vero mortuus est Papa *Hildebrandus*
Gregorius. In locum suum electus est
abbas de *Monte Cassino* *Desiderius*, qui *Vi-*
ctor est nominatus. Hic a Deo brevem vi-
te sue terminum petiit, & exauditus modi-
co tempore supervixit. Eleccionem vero
ejus Domina *Mechthildis* de *Lombardia* potens
cum Principibus ceteris in confusionem Im-
peratoris. Medio autem tempore
Wipertus Clemens Papatui *Rome* preerat, &
autoritate Imperatoris & *Romanorum* poten-
ter agebat, sed eadem vero Domina *Mech-*
thildis contra Imperatorem *Henricum* bellum
agebat & tandem terram suam *Scto Petro*
Rome contra consensum Imperatoris contulit,
unde adhuc inter Papam & Imperatorem
pro terra, que Domine *Mechthildis* nuncupa-
tur, lis indeterminata existit. Porro *Hen-*
ricus *Herbipolim* recuperavit, quam adver-
sarius ejus rex *Hermannus* ab eo abstulit,
qui *Ysleve* electus fuerat, ubi *allium* crescit,
unde etiam *rex allei*, quod communiter
knoflok sonat, nominabatur. Postea vero i-
dem *Hermannus* gratie se submisit Impera-
toris. Idem etiam *Hermannus* quadam die
castrum ludendo in specie inimici intravit,
& in ipso ludo sub specie inimici ab amicis
ad mortem projectus est. In tempore illo
reliquias *Scti Nicolai*, quas negociatores Gre-
ci de *Morea* furtive subtraxerant, cum ma-
gno tripudio in baro adducebant. Post Pa-
pam *Victorem* factus est Papa *Urbanus*. Post-
ea Imperatrix obiit & in *Spira* honorifice tu-
mulata fuit. Postea etiam *Weselus Mo-*
guncie Episcopus, cujus locum *Rothardus*
Episcopus introivit. Imperator autem *Hen-*
ricus aliam duxit uxorem felicitis memorie no-
mine *Agnetem*. Postea vero Imperator in *Thu-*
ringia castrum Marchionis *Egberti* de *Brun-*
wik, quod *Ghelingen* dicitur vallavit. Idem
vero Marchio in vigilia nativitatis Domini
Imperatorem prelio appeccit & potenti virtu-
te eum de campo fugavit. Postea idem Mar-
chio civitatem *Hildensensem* exercitu cir-
cumdedit & Episcopum *Vdonem* ibi compre-
hendit. Aliquo autem interjecto tempore
Imperator *Lombardiam* adiit, & eodem tem-
pore predictus Marchio in quodam molendi-
no ab amicis Imperatoris percussus vitam fi-
nivit. In tempore illo vermes longiores mu-
scis vise sunt volare, quarum multitudo tan-
ta fuit, ut per latitudinem unius miliaris &
per longitudinem trium miliarium spacium
occupaverunt, in aere & terra pro densitate
illarum poterat aliquis vix vivere. Alia etiam
multa tunc visa sunt prodigia, que presigna-
bant profecionem *Jerosolomitana*, que

per Ducem *Godefridum* est facta, de hac pau-
ca huic opusculo libet inferere, si quis vero
amplius scire cupierit, in Libro de eadem
profecione legendo poterit invenire. Tem-
poribus Imperatoris *Heurici* quando *Alexius*
Imperator Constantinopolitanus bellum ha-
buit cum *Armenis*, *Armeni* igitur in auxili-
um sui regem *Persarum* cum *Turbis* voca-
verant, & multiplici bellorum tempestate
Greecos infestabant. Cumque conspexissent
terram quod esset optima, & *Armenos* bene
de voluntate sua removissent, reverli sunt in
terram suam & congregaverunt multitudi-
nem magnam, precipue de quibusdam ter-
ris, ubi minor fuit habundancia frumenti
quam hominum. Et in . . . ma-
gna contra Imperatorem profecti sunt *Greco-*
rum optinueruntque civitatem *Antiochyam*
& *Nyccani* & *Roas* & totam terram usque
Constantinopolim depredacionibus & incen-
diis devallabant. Inde vero progredientes
contra regem *Babilonie* sunt profecti. *Jbe-*
rusalem autem sub regis *Babilonie* fuit domi-
nio, & Christiani in ea degentes eidem ser-
viebant sub tributo. *Jberusalem* *Ampeyus*
magnus primo Romano optinuerat imperio,
quam postea *Titus* & *Vespassianus* usque ad
solum diruerunt. Itaque non fuit relictus
lapis super lapidem, sicut Dominus *Jhesus*
filius predixerat eidem. Hanc postea Im-
perator *Helius*, *Adrianus* reparavit, & po-
suit in locum, ubi Dominus *Jhesus* crucifixus
fuerat, quam multo tempore elapso *Cordias*
rex *Persarum* optinuit & crucem Domini inde
captivam secum abduxit. Hunc autem *Cos-*
driam *Eractius* Imperator Constantinopolitanus
cecidit & crucem Dominicam in gaudio ma-
gno revexit. Ab eo autem tempore *Jerosolima*
semper Imperatoribus Constantinopolitanis
subjecta fuisse cognoscitur, donec propter de-
bilitatem Imperii rex *Babilonie* eam optinuit &
civitatem cum Christianis tributariam sibi fe-
cit. Porro rex *Persarum* *Soldanus* civitatem
Jberusalem tunc expugnavit posuitque in ea
Turkos, qui regem *Babilonie* continuis incur-
sacionibus infestabantur. Eo tempore in
universo magnus error fuit mundo. Sedes
Romana & imperium grandi errore fuerunt
impliciti. Imperator vero Constantinopoli-
tanus & *Grecia* a *Turcis*, qui eos graviter
premebant, fuerunt oppressi. *Turci* etiam
civitatem *Jberusalem* jam aliquo tempore pos-
sederant, sepulchrum Domini propter graci-
am questus integrum conservabant. *Alex-*
ius igitur Imperator Constantinopolitanus
misit ad Papam *Urbanum* rogans eum, ut
auxilio simul consilio sibi prelidio fieret, &
civitatem *Jberusalem* de *Turcorum* potestate
liberarent. Papa igitur magnum consilium
tunc celebravit in *Hispania*, precepitque
omnibus catholicis ibi predicari crucem. Et
hec prima predicacio crucis, que tunc est
facta. Tunc grandis exercitus versus *Je-*
rosolimam cum quodam sacerdote nomine
Godschalco perrexit, qui perierunt, circiter
dicebatur etiam quod idem sacerdos falsus
fuerit

1057.

Turci
in Asia
etc.Muthildis
donat Ter-
ram suam
Scto Petro.Knoflocks
Koenig.Eberaus
ab arce
Gelingen
Imperato-
rem pro-
pellit.Origo est
pedicio-
num in
Palestina
nam.

1057 fuerit frater. Item alius magnus exercitus quendam monachum nomine *Petrum* est secutus. Hy indiscrete nimis procedebant; quia omnes *Judeos*; quos in diversis civitatibus reppererunt, occiderunt. Tunc etiam profecti sunt Dux *Godefridus* de *Lotharingia* & frater suus *Baldwinus*, Comes *Rupertus* de *Flandria*, Comes *Arnoldus* de terra *Scti Egidii*, Princeps quoque magnus *Boymund* de *Sicilia* & nepos ejus *Tankardus*; quidam Episcopus de *Gallia*. Et hec profectio maxima ex viris & mulieribus fuit collecta. Rustici namque aratra sua in agris deserebant; pastores armenta; mulieres cum cunis currebant; de claustris currebant monachi, & inter cetera mala nec moniales desuerunt tibi. Stulte nimis hy visi sunt procedere; deducebant namque secum aucam, in qua suspicati sunt Spiritum Sanctum fuisse. Putabant etiam; quod rex *Karolus* surrexisset a morte, eosque conduceret; terras quoque, quas nondum attingerant, cottidie inter se litigando dividebant. Propter has ergo diffensiones; que inter Papam & Imperatorem manebant; postea vero cum aliis profecti sunt & vitam suam propter amorem Dei periculis submiserunt. Principes ergo predicti cum universo exercitu venerunt *Constantinopolim*; quos Imperator *Alexius* benigne suscipiens multa munera contulit & in omnibus se eis auxiliaturum fideliter spondit. At illi e converso ei promittebant; quod omnes civitates ei restituerent, quas in regno suo viribus suis expugnarent. Obtinuerunt itaque civitatem *Noyram* & hanc ei reddiderunt. Civitatem quoque *Was* & *Anbiochiani* magnis laboribus expugnaverunt, quas sibi retinuerunt, contra datam fidem veniendo temere. Nam adhuc hodie *Francigene Antiochyam* noscuntur possidere. Rex autem *Babilonie* mandavit Principibus Christianis; si civitatem *Jherusalem* de manibus *Turcorum* possent eripere, quod eam Christianis cum terra liberam vellet resignare. Postea vero civitatem *) non obtinuit, nec tamen eam Christianis resignavit, quam tamen auxilio Dei sine sponte sua postea obtinuerunt Christiani. Post hoc Dux *Godefridus* obiit & universitas Christianorum fratrem ejus *Baldwinum* in regem elegit. Hic post *Herodem* primus rex *Jerosolimis* extitit, que amplius quam mille annis usque ad *Baldwinum* regibus orbata fuit. Porro Imperator *Henricus* intravit *Italiam*, quem cum Papa argueret; quod cum sorore sua carnale commercium habuisset, factum est, ut Imperator Papam redargueret, quod Papatum male & symoniace obtinuisset. Papa igitur die quodam missam celebrante, vocavit Imperatorem & Principes, acceptoque in manu sua corpore dominico dixit: *Imperator Henrice, si reus in his, que mihi obicis, teneor, in virtute bujus Dominici corporis precipio dyabolo, ut corpus meum ingrediens me conterat*

1057. Et hec dicens, de sua securus innocencia simpli corpus Dominicum, & eo salvo manente, in eisdem verbis Imperatori prebuit sumendum; Imperator vero de hoc inducias optinere volens abiit; quem Papa in continenti coram omnibus excommunicavit. Tunc Imperator gratie Dei Pape subdidit se & a vinculo excommunicationis seu anathematis absolutus fuit. Papa vero pro satisfactione delicti tunicam griseam & nigram cappam induit illi, precepitque, in quolibet die psalterium unum legeret & alternis diebus in pane & aqua jejunaret. Hanc ergo satisfactionem Imperator pro tempore explevit, & postea in *Teutoniā* reversus omnium *Judeorum* bona, quos peregrini occiderant, abstulit, *Rocbardum* quoque Episcopum Moguntinum de Episcopatu suo exturbavit. Imperatoris vero filius *Cuonradus*, quem in regendo designaverat, patri se opponens venit *Italiam* & annis cum nomine regali ibi deguit, donec cum dolore magnam vitam finivit. Imperator ergo *Henricus* ita commotus filium suum juvenem *Henricum* contra fratrem *Cuonradum* regem statuit, cuius consecrationem *Aquisgranis* promovit. Tunc juvenis ille rex, quod se patri nunquam opponeret, cautionem juratoriam prestitit, quod tamen postea in patre suo minime custodivit. Eodem anno Christiani *Jerosolimam* obtinuerunt, & Papa *Urbanus* obiit, cui *Paschalis* Papa subrogatus fuit. Tunc etiam Papa *Clemens Wipertus*, quem Imperator instituerat, mortuus est. Principes ergo convenerunt in unum adversus Dominum suum habueruntque consilium, quid de Imperatore facerent, quia nemo de illo justitiam poterat consequi, nec etiam a regno penitus posset evelli. Tunc *Otto* Dux dedit eis consilium, ut filium suum eligerent, quia majus solacium non habuit. Sic quoque filius contra patrem in regem electus est. Cumque Papa hos audisset rumores, universos Principes & ipsum juvenem regem a fidelitate & juramento coram Deo liberos reddidit. Sed hanc electionem imperium nunquam postea recuperavit. Videbatur enim factum contra legem Dei, quam digito suo scripserat: *Honora patrem & matrem, ut sis longevus super terram*. Fuit preterea viciosum de filiis contra parentes exemplum. Ortum est itaque grande bellum inter patrem & filium, & terram ubique incendiis crudeliter vastabant, claustra quoque & ecclesias destruxerunt. Tunc Imperator *Henricus* ubique predicari precepit, quod filio imperium vellet relinquere, & se cruce signare. Hoc autem in mente non habuit, sed inde pace quadam facta bellum ad tempus quievit. Postea Imperator contra filium magnum collegit exercitum, cui filius ex adverso occurrit & in *Bowaria* juxta fluvium, qui *Regare* dicitur, convenerunt, factum

1057.
Excommunicat de-
nuo Henri-
cum.

Ejus poeni-
sencia.

1011
Conradus
filius patri
rebellis.

Henricus
V. rex a
patre de-
signatur.

Sollicitatur
contra
eum.

Bellum
cum Patre.

*) Negandi particula sensum turbare videtur.
Menokenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

1057. factumque est ibi prelium magnum, & multi ex hys & ex illis mortui corruerunt. Principes vero consilium inierunt, quid de hys facerent, quod lamentabile bellum inter patrem & filium perduraret. Consilio autem habito, sollempnem *Moguntie* indixerunt curiam; & quid expediret, sollicitè tractabant. Fuit itaque cum Imperatore Dux *Boemie*, qui tunc cum patre filio contrarius noluit esse. Principes ergo universi ab Imperatore recedentes junxerunt se regi, Imperator autem *Leodium* cum paucis adiit, quem Dux de *Lymborch* illic venientem excepit.

HENRICUS V.

1106. Anno Dni M. C. VI. *Henricus* hujus nominis quintus, Imperatoris *Henrici* filius, ab *Augusto* octogesimus octavus Imperium optinuit. Ille est *Henricus*, qui in *Wespelolt* fuit expugnatus. Hic statim curiam sollempnem *Moguntie* indixit, quo Principes convenerunt plurimi; sed & legati Pape non defuerunt ibi. Rex *Henricus* Principibus, qui convenerunt, notum fieri voluit, si pater suus Domino Pape obedienciam debitam faceret, quod ei imperio in continenti cedere curaret. Placuit itaque verbum hoc coram Principibus universis. Imperator etiam *Henricus* Principibus in eadem curia congregatis mandavit, si eorum auxilio ab excommunicatione liber fieret, quod coronam imperio resignare vellet. Quod audientes Principes gavisi sunt. Tunc Imperator *Moguntiam* venire cupiens, rogatus a Principibus in *Ingelheim* remansit. Timebant eum, quod ex occasione levi bellum magnum surgeret, si pater cum filio illic convenisset. Principes igitur medie inter patrem & filium discurrebant, patrem tandem politicis inducebant rationibus, quod filio suo transmisit imperium. Nec tamen aliquis Imperatorem ab excommunicatione sine consensu Pape facere audebat absolutum. Rex ergo *Henricus* omnes Episcopos restituit, quos pater suus de Episcopatus eiecit. *Rotbardus* ergo *Moguntinus* Episcopus venit tunc *Katelenborch* & quosdam Dominos illic in honorem suum reposuit, & consecrato ibi monasterio, *Moguntiam*, ubi rejectus fuerat, properavit. Porro Imperator *Henricus* cum Duce *Henrico* se collegit, perrexitque contra filium iterum, qui *Coloniā* vallaverat civitatem. Duci igitur *Henrico* rex in quodam loco traditus fuerat, at ille cum septem viris illuc properans regem incautum capere volebat. Imperator vero Ducem rogabatur, ut filio suo parceret. Qui Dux respondit: *Ille de regno vos eiecit & ego parcam illi?* Rex igitur captivitatem hanc evasit. Postea Imperator egrotavit & obiit, misitque filio suo gladium suum & anulum, mandans ei, quod de toto imperio nichil plus ei reliquerat, & hoc ipsum in ultimo spiritu constitutus ei transmittabat. Postea etiam in exercitu ante *Coloniā* mortuus est de *Katelenborch* Comes *Tydericus*. Postea *Magnus* Dux de *Saxonia* obiit, in cujus locum *Luderus* Dux constitutus fuit.

Tunc rex *Henricus* cum Principibus consilium habuit, quodnam de patris corpore faceret, quod *Leodii* in monasterio *sc̄ti Lamberti* tumulatum esset. Principes igitur hoc dedere consilium, quod corpus de tumulo extractum in monasterium non consecratum reponeret, donec super eo preceptum Dni Pape audiret. Ille est reprobus ille Imperator *Henricus*, qui optimum de regno suo dextrarium perdidit, qui in *Renum* donec submergeretur, ligari precepit. Hic etiam quendam hominem suum, ut Imperatricem de stupro interpellaret, instigavit quod illa omnino audire contempsit. Sed ille forcius instabat, nolens ab hac stulticia recedere. Cui tandem illa respondit, quod super eo precepto Domini sui vellet obedire. Quod cum Imperator audisset, simulabat se velle equitare & induebat se vestibus militis, qui hoc consilio suo egerat & ipsa nocte ad Imperatricem intrabat. Imperatrix vero fortissimos juvenes in habitu muliebri preparaverat, qui Imperatorem apprehendentes sustigabant. Imperator tandem clamans & quod ipse esset, prodidit. Cui Imperatrix valde stupefacta respondit: *Domine, pessime contra me egissis.* Tunc Imperator ire nimietate succensus, nudos servos in sancto die Penthecostes precepit ingredi, quod nefandum factum *Rotbardus* *Moguntinus* Episcopus interceptus, sed & miles, qui hiis consiliis interfuit, ex precepto Imperatoris est occisus. Propter hujusmodi delicta & propter multa, que diximus, vinculo anathematis tenebatur astrictus. Voluit tamen nunquam ab institutione Episcopatum recedere, nec jurisdictionem imperialem nunquam voluit resignare. Porro rex *Henricus* venit *Goslarium*, & in quadam nocte clipeus & gladius suus igne consumpti sunt celesti, quod utique malum omen novo reputabant regi. Interea Papa *Paschalis* consilium quoddam *Trois* instituit, ubi liberam electionem Episcopatus conferre cogitavit. Rex igitur *Henricus* ad hoc consilium viros prudentes direxit, mandans Dno Pape, quod Episcopatus electionem liberam nunquam permetteret, quam a diebus *Karoli magni* usque ad tempora sua imperium possedisset. Hec ergo causa usque in civitatem Romanam est suspensa. Rex igitur *Henricus Flandrensis* tunc bellum intulit & terram imperio subjugavit. Postea *Vngariam* cum exercitu intravit & nichil ibi obtinuit. *Poloniam* vero, que se imperio opposuerat, recuperavit. Postea *Romam* ire cupiens audivit, quod quidam paganus *Pragam* obsedisset & se imperio opponeret, & sic itinere, quo proficisci ceperat, relicto *Bobemiam* adiit & terram illam iterato imperio subiecit. Papa igitur *Paschalis* de rege conquerebatur, quod die statuta non comparuit. Rex igitur legitimis Imperii negociis impeditus fuit. Postea vero profectus est in *Italiam* & bene receptus est, & inde *Romam* adiit, quem Dominus Papa venientem gloriose recepit.

ms
Consilia de
sepultura
defuncti

Henricus
uxoris ca-
sitatem

Tenax
suum
perii

Paschalis
incestus
ras Episco-
porum as-
seltat

Henrici
varie ex-
peditiones

1106. recepit. Papa igitur & Cardinales, rex & qui cum eo venerant Principes dederunt ad invicem obsoles, quod inde non recederent, nisi prius sedi Romane & imperio, sua jura stabilirent. Convenerunt itaque in monasterio Principis Apostolorum Petri, & cum in consilio confederissent, ortum est grande bellum ante monasterium beati Petri in gradibus, ubi populorum numerus est occisus. Papa ergo & rex de consilio, in quo confederunt, exilierunt. *Romani* vero regem conabantur occidere, sed pars regis illic prevaluit, & Papam & Cardinales secum inde captivos abduxit. Rex etiam ante civitatem Romanam per totam quadragesimam excubabat. Tunc Romani & Principes, qui illic convenerant, Papam & Regem in unum tandem concordabant. Tunc Papa per voluntatem Regis *Romanam* venit ipseque Rex similiter illic affuit, & ab eodem Papa imperialem consecrationem accepit. Papa igitur Imperatori hoc contulit privilegium, quod *instruções episcopales obtineret, sicut a tempore Karoli Imperatoris possiderunt*. Sicque in bona amicitia Papa & Imperator ab invicem recedebant. Tunc Imperator in *Teutoniā* rediit & *Adelbertum* Cancellarium suum ecclesie Moguntine Pontificem prefecit. Eodem tempore *Fredericus* Hammenburgensis Episcopus & *Bremensis* fuit. Postea *Romani* Papam *Paschalem* arguebant, quod Imperatori contra libertatem sancte ecclesie privilegium ymmo pravilogium contradidit, & quod ipsum contra voluntatem eorum Imperatorem consecravit. Exinde ergo magnum indictum est consilium, & venit illuc Episcopus *Ravennensis* aliique Episcopi plurimi, & ibi a Domino Papa damnatum & abjudicatum est Imperatori quod dederat privilegium, quia contra Deum & contra libertatem ecclesiarum fuit acceptatum. Igitur *Adelbertus* Moguntinus Episcopus & alii Principes plurimi ab Imperatore sunt tunc aversi. Imperator ergo venit in *Teutoniā* & *Brunsvik* obsedit, civitatem quoque *Halberstad* usque ad solum diruit, & castrum *Horneborch* penitus destruxit. *Colonienses* Episcopi Imperatori se etiam opponēbant. Imperator ergo & *Saxones* in *Welpesbolte* convenerunt, ibique factum est bellum, nostris temporibus famosissimum. Illic Comes *Hogerus* de *Mansvelt* cecidit, qui cum Imperatore contra compatriotas suos bellum assumpsit, *Saxonia* quoque signifer Dux *Luderus* fuit. Eadem die *Slavi* ad civitatem *Kotene* venerunt & totam terram illam incendiis & depredacionibus devastaverunt. Principes igitur, qui in auxilium *Saxonibus* venire debuerant, super *Slavos* irruentes cum eis fortiter illic dimicabant, sic quod una die a *Saxonibus* est bellatum *Wolpesbolte* scilicet contra *Cesarem*, & *Kotene* contra acies paganorum. Sed *Saxones* utrobique gloriosum obtinuerunt triumphum. Tunc Imperator ira maxima *Saxonia* deserens venit ad *Remum* & *Adelbertum* Moguntinum Episcopum, quem ceperat, in castrum *Drivels* custodi-

endum transmittēbat. Tunc Imperator curiam indixit *Moguntie*, sed pauci de Principibus illic convenerunt. *Moguntinenses* vero Imperatori supplicabant, precibus minas addentes, ut Episcopi ipsorum eis restitueret. Imperator vero precibus eorum non voluntarie sed quasi coactus annuit, & sic Episcopus ille a captivitate solutus fuit. Idem ergo Episcopus *Adelbertus* cum aliis Episcopis contra Imperatorem bellum habuit, non recordatus beneficii, quod ab Imperatore Episcopus constitutus fuit. Hac igitur occasione maxima pars terre ab Imperatore & Episcopis incendiis & depredacionibus interiit. Sed hoc horrendum, quod in conchristianos audebant agere, quod vix contra paganos vellent perpetrare, Eisdem autem temporibus multa acciderunt portenta & terre motus factus est, qui magnam populi perdidit partem, sed & fames maxima totam terram oppresserat. Imperator vero nuncios suos tunc *Romanam* direxit, & ut ab excommunicatione absolveretur, a Papa petiit, sed quod hoc sine consensu Principum non faceret, Papa respondit. Tunc Imperator terram adversariorum suorum Episcoporum hostiliter incendiis disperdidit & per totum imperium maxima dissensio surrexit. Eo autem tempore *Baldemius* rex frater Ducis *Godefridi* obiit, qui primus Christianus rex *Jherosolimorum* fuit. Eodem tempore *Paschalis* Papa obiit, cui *Gelasius* de consensu Imperatoris Papa substitutus fuit. Idem vero Papa *Gelasius*, quia precepto Imperatoris obedire noluit, Imperator *Romanam* veniens, alium Papam Episcopum quendam de *Hispania* contra eum constituit, qui tunc *Gregorius* nomen accepit. Tunc *Gelasius* Papa cum Cardinalibus *Romani* deseruit, & Imperatorem vinculo anathematis astrinxit. Tunc *Coloniē* collectum est consilium, in quo Imperator cum suo Papa *Gregorio* publice excommunicatus fuit. Postea *Gelasius* Papa in ecclesia *Cloniā* obiit, & in eodem claustro alius electus est, qui *Kalixtus* nomen accepit. Tunc Imperator a *Roma* recessit. *Romani* vero Papam suum comprehenderunt & vestibibus nudatum super asinum deponunt, & sic per civitatem contemptibiliter trahitur, & a pueris in platea stercore lapidatur, postea vero in caveam Pape dejicitur & *Calixtus* Papa *Romanam* cum honore vocatur. Tunc Principes *Teutonię* convenerunt *Herbipolis* & Imperatore existente in *Italia*, arduum querebant consilium, qualiter Imperatorem ejicerent extra regnum. Interea Imperator ab *Italia* recedit, & in *Teutonia* iterum incendia & depredaciones occupaverant terram. Episcopus Imperatorem fortiter impugnabat, Dux quoque *Luderus* & Comes *Hermannus* de *Winceborch* eidem oppositi erant. Cumque terra jam tempestate bellorum deficeret, rogabant Principes *Cesarem*, ut curiam eis indicere vellent. Ad hanc curiam amici & adversarii convenerunt, ibique Imperator cum Principibus concordiam subiit, & sic pax gloriosa

Tumultus
Romae.

Compositio
Regis &
Papae.

Papa revocat
que
concessit.

Defectio
Germania.

Pugna
prope
Welpesbolte.

Et apud
Cothenam
contra
Slavos.

Adelbertus
A. Ep.
Mog. captivus.

1106.

Et libera-
tur.

Henricus
V. rufus
excommu-
nicatur.

Gregorii
Papae igno-
minia.

Dissidia
& conspi-
rationes in
Germania.

1106. terris reddita fuit. Tunc Papa *Kalixtus Remis* convocavit consilium, nuncii quoque Imperatoris illuc venerunt, qui Papam & ipsum concordare debebant. Sed hoc omnino fieri non poterat, quia Imperator ab institutione Episcopatum recedere volebat. In eodem igitur consilio Imperator denuo excommunicabatur. Et sic malum, quod emarcuerat, reviguit, quia Principes contra Imperatorem & Imperator contra ipsos nova bella paravit. Dux igitur *Luderus* & Comes *Hermannus* de *Wincenborch* civitatem *Monasterii* & majorem ecclesiam Scti Pauli igne succenderunt. Postea vero ad reedificandam predictam basilicam pecuniam contulerunt copiosam. Imperator tunc *Magunciam* [obsedit] & habitatores ejus angustiam intus paciebantur magnam. Tandem Principes rogabant Cæsarem, ut Episcopo *Adelberto* curiam *Herbipolis* indiceret, ubi coram Principibus causam suam declararet. Imperator ergo respondit: *quod libenter staret consilio Principum maxime in causa, que vertebatur inter Papam & Episcopum.* Tunc Papa duos Cardinales in *Teutoniā* destinavit, qui Imperatorem frequenter & studiose monebant, quatenus a recordatione Dei non recederet, & anime sue cum summa sollicitudine provideret. Imperator ergo *Wormacie* curiam indixit sollempnem, quo Principes universi convenerunt. Ibiq; institutionem Episcopatum resignavit, & quidquid beato *Petro* abstulit, integre fideliterque restituere spondit. Super hac igitur donacione privilegium imperiale contulit, quod coram Cardinalibus & universis Principibus propter multitudinem populi citra *Renū* in campo spaciose pronunciatum fuit. Papa quoque Imperatori privilegium dedit, quod in electionibus Episcoporum & Abbatum imperii sine symonia ageret, & si lis in electionibus surgeret, quod hanc juxta consilium Episcoporum prudentum dirimere deberet. Hoc itaque privilegium coram omnibus ibidem fuit pronunciatum. Tunc Imperator a vinculo anathematis solvitur, unde gaudium inestimabile omnibus procreatur. Item Imperator curiam aliam indixit, ubi omnes Principes convenerunt, excepto Duce *Ludero* qui ibi defuit, de quo Imperator coram Principibus querimoniam fecit. Idem autem Dux Imperatori contrarius valde exiit, quia sororem suam *Gbertrudam* de *Bruneswiche* Marchionissam hereditate sua privavit. Item Imperator curiam *Bauenberch* indixit, ibi *Otto* Episcopus ab Imperatore accepta licencia *Pomeraniā* adiit, & terram illam verbo salutifere predicacionis irrigans ad Deum convertit. Postea Imperator bellum contra *Francie* regem sumpsit, & genero suo regi *Anglie* fideliter assistit, ita quod *Normanniā*, quam perdiderat, per eum perfecte recuperavit. Imperator autem fi-

liam regis *Anglie* duxerat uxorem, que *Mebildis* nominabatur. Eo autem tempore mortuus est Papa *Kalixtus*, cui successit *Honorius*. Postea Imperator venit ad *Trajectum inferiorem* & egrotare cepit ibique in confessione bona obiit, & in civitate *Spira* sepultus fuit. Hic est Imperator *Henricus*, qui super patrem suum in regem sublimatus fuit. Hic etiam patris absolucionem post mortem ejus obtinuit, quem postea honore imperiali in ecclesia *Spirensi* sepelivit. Tunc orta est in imperio gravis dissencio, quia quedam pars Principum Ducem *Luderum* de *Saxonia* elegit, altera vero pars in *Conradum* fratrem Ducis *Frederici* de *Suecia* consensit.

LUDERUS.

Anno igitur Domini M. C. XXVI. *Luderus* Dux de *Saxonia*, Comitis *Gbeuehardi* de *Supplingbeborch* filius, ab *Augusto* LXXXIX. Imperium obtinuit & XII. annis in eo regnavit. Huic Dux *Fredericus* de *Suecia* cum fratre suo *Conrado* se opposuit, quia idem frater ejus *Conradus* ad regnum aspiravit. Rex autem *Luderus* tunc perrexit in *Bobemiam*, ubi multos perdidit electos ac deinde contra Ducem *Fredericum* & fratrem ejus *Conradum* profectus est in *Sueciam*, & non multo post civitatem obtinuit *Spiram*. In tempore illo viri, sicut femine comam nutriebant. Tandem accidit quod quorundam virorum coma in capitibus ipsorum igni celesti incensa periit, sicque consuetudo illa pessima de prolixis crinibus a viris translata fuit. Rex autem tempore ipso civitatem *Spiram*, quia violatores fidei exstiterant, obtinuit, sed & *Nurenberch* eodem tempore expugnavit. Porro rex *Luderus* habuit filiam Comitis *Henrici Crassi*, qui claustrum *Bursvelde* instituit, & Marchionisse *Gbertrudis* de *Brunswich*, que *Rikerze* appellata fuit. *) Hanc rex Duci *Bararie Henrico*, fratri Ducis *Welsonis* uxorem dedit atque Ducatum *Saxoniæ* simul cum ea illi tradidit. Hoc autem totum *Merseborch* in quadam sollempni curia consummatum fuit. Cum autem Comes *Thydericus Crassus* mortuus esset, Marchionissa *Gbertrudis* duxit Comitem *Thydericum* de *Katelenborch*, qui etiam *Enbeke* fundavit, de quo juvenem Comitem *Thydericum* genuit, qui de urbe sua *Katelenborch* ad honorem Dei claustrum instauravit. Porro Dux *Fredericus* & frater ejus *Conradus* regi obediens sunt facti. Idem vero *Fredericus* Ducis *Hyurici* & Ducis *Welsonis* duxerat sororem, ex qua *Fredericum* genuit Imperatorem. Papa autem *Honorius* mortuus est, & duo electi sunt Apostolici, unde lis maxima subiit, propter quam dirimendam Archiepiscopus *Ravennatensis* ad regem *Luderum* de *Roma* transivit. Tunc rex *Luderus* *Herbipolis* magnum collegit consilium ex XVI. Episcopis, fuerunt etiam ibi nuncii Romani, ibique

Incenditur
urbis Monasterii.
nisi.

Cæsari
transfert
in Papam
jur investendi
Epi-
scopos.

Lotharius
Cæsari
valde con-
trarius.

1106.

Mors Hen-
rici V.

1162
Lotharius
Saxo.

Lotharius
Regis
Cæsari.

Atas co-
mam nu-
trienti.

Henricus
Welfus
Dux Sax.

*) Aut error historici aut librarii subest. Lotharius habuit filiam *Gerrudem*, quam *Henrico* uxorem dedit.

1126.

Winzenberg destruitur.

ibique lis inter Papas decisa decidit, & sic *Innocentius* in Papam consummatus fuit. Postea castrum *Winzenberg* a rege *Ludero* propter Comitem *Hermannum* destruitur, quia de morte Comitis de *Kukka* contra ipsum presumebatur. Igitur Dominus Papa tunc transivit in *Teutoniā* & *Leodii* ex xxxvi. Episcopis concilium collegit, quo rex *Luderus* cum conjugē suā pervenit. Illic *Ottonem Halberstadensem* Episcopum Papa restituit, qui propter symoniam ab *Hororio* Papa destitutus est. Rex vero *Luderus* in eodem consilio institutiones Episcopatum revocare desiderans, ordinatione predecessoris sui Imperatoris *Henrici* stare noluit. Sed hys omnimodis crasso labore defecit. Eo tempore sc̄tus *Godebardus Hildensbeyn* translatus fuit. Eodem etiam tempore *Nodbertus* Episcopus claustrum sc̄te *Marie Maydeborch* instituit, & vitam *Augustinianorum* secundum *Premoustratenses* in quibusdam emendavit. Rex igitur *Luderus* viam versus *Romam* apprehendit, cumque ad civitatem pervenisset *Augustam*, bellum inter familiam suam & civitatis burgenses exortum fuit, ubi multus populus in ore gladii interiit, & ipsa civitas incendio consumpta est. Rex igitur inde procedens venit in *Italiam* & omnes civitates sibi contrarias subjugavit. Postea venit *Romam*, & ibi a Papa *Innocencio* in Imperatorem consecratus est. Eodem tempore rex *Danorum* omnes *Tbeutonicos* mutilavit, quos in regno suo reperit, propter quod Imperator cum exercitu valido contra ipsum perrexit. Sed quia idem rex defendere se non poterat, gratiam Imperatoris suppliciter imploravit. Tunc Imperator curiam *Halberstad* indixit, quam idem rex tunc adiit & se totum gratie imperii submitit. Accipit itaque illic regnum suum de manu Imperatoris & cum Baronibus suis juravit, quod ipse & successores sui reges ex tunc usque in perpetuum coronam & regnum suum ab Imperatoribus susciperent, & imperio, sicut deceret, de cetero obedirent. Hunc igitur honorem imperio Romano *Luderus* sive *Lotharius* Imperator obtinuit. Postea vero reversus est in *Italiam* & prelium adversus regem *Rothgerum* de *Appulia* constituit & terram ipsius usque ad civitatem *Dave* sibi subjugavit, ipsam etiam civitatem obtinuit, & in ea sanctam *Penthecosten* cum Papa *Innocencio* gloriose celebravit. Cum ergo idem Papa in sc̄to die *Penthecostes* missarum sollempnia ageret, omnes qui illic aderant, coronam de celo descendere videbant, super quam nitida resedit columba, subtus vero visa sunt fumus thuribulum ac duo luminaria. Sed quid hoc sibi vellet, nemo scire poterat, sed forte Pape & Imperatoris concordiam significabant. Postea vero Imperator transivit *Calabriam*, & magnam illius provincie partem obtinuit, sed & Imperator *Constantinopolitanus* gloriosa illic munera transmisit. Cum igitur *Lotharius* Imperator negocia imperii in *Italia* & *Appulia* bene

Bellum cum Rogevio.

Mors Lotharii.

disposuisset, reversus est in *Teutoniā*, & in via egrotare cepit, & juxta *Nurenberch* de hoc seculo transivit, & inde subvectus in claustro *Lutere* tumulatus fuit. Iste Imperator rempublicam bene auxerat & exaltaverat, & in diebus suis universalis ecclesia tranquilla pace gaudebat. Hic etiam castrum *Segbebergbe* edificavit, montem vero illum *Vistelinus* sacerdos ei prodidit, qui etiam postea *Aldenburgenis* Episcopus constitutus fuit. Ante mortem Imperatoris *Lotharii Albertus* Moguntinus Episcopus obierat, qui tot bella contra Imperatorem *Henricum* habebat, de hujus anima Dominus tandem sc̄to Presbytero monstrare dignatus est, qualiter multitudo demonum cum strepitu horrido ad infernum & profundum abissi eam rapuerat, quod sine misericordia & discrezione viduas & orphanos incenderat dum vivebat. In tempore illo orta est contentio maxima inter Principes pro electione Imperatoris. *Svevi* igitur & *Bavari* *Conradum* fratrem Ducis *Frederici* elegerunt, *Henricus* autem Dux *Bavarię* & *Saxonie* imperialia apud se tenuit, qui etiam filiam Imperatoris *Lotharii* uxorem duxit.

CONRADUS de SWEUIA.

Anno gratie M. CXXXVIII. *Conradus* de *Svevia* LXXX. ab *Augusto* imperium obtinuit, & XIII. annis regnavit. Hic castrum *Nurenberch*, ubi Dux *Henricus* imperialia clauerat, vallavit & obtinuit, ac inde insignia imperii absque sponte Ducis abstraxit. Hic etiam Ducatum *Saxonie* contra voluntatem Imperatoris *Rikezen* Ducis *Henrici*, Marchionis *Alberto* concessit, quod Imperatrix ad amicos suos per querimoniam detulit & eos ad debellandum Marchionem incitavit. Convenerunt itaque contra Marchionem in prelium, & Marchio victoriam obtinuit, & multos ex illis secum captivos abduxit. Porro rex *Conradus* venit *Goslariam* & curiam ibi cum Principibus habuit & Ducatum *Saxonie* iterato Marchioni concessit. Dux igitur *Henricus* de *Bavaria* tunc in *Saxoniam* transiit, & multos Principes a Rege *Conrado* averterat, debellavitque Marchionem *Albertum*, qui nondum ei resistere poterat propter robur, quod de auxilio Imperatoris *Rikenzen* habebat. Tunc rex *Conradus* cum exercitu valido contra *Saxones* perrexit & usque *Qvideborch* pervenit, cui Dux *Henricus* cum *Saxonibus* occurrit, volebant illic convenire in prelium, sed per Episcopos, qui aderant, cum difficultate est interceptum. Tunc Marchio *Albertus* volens ire ad *Bolas* & in iudicio, quod *Bozding* dicitur, presidere voluit, cui auxilio *Rikencen* & juvenis Ducis *Henrici* viriliter restitutum fuit. In tempore illo Dux *Wespo* cum rege bellum habuit. Rex ergo obsedit *Wineberch* & Dux cum rege prelium iniit & victoria destitutus fuit. Rex igitur *Conradus* viduam Ducis *Henrici*, filiam Imperatoris *Lotharii*, fratri suo *Henrico* Marchioni *Austrie* uxorem tradidit, ex quo *Saxonum*

1126.

Mors Adelberti A. Ep. Mog.

of Lion ... 1370

1138. Conradus III.

Ducatus Sax. Henrico gisfer III.

Botding.

Amicitia Regis cum Saxonibus restituta.

1138.

nonum amiciciam & promptam voluntatem sibi comparavit. Tunc Marchio *Albertus* a Ducatu *Saxonie* recessit. Postea rex *Conradus* venit *Goslariam* & transivit *Hildensem*, ibi frater suus in majorem Prepositum est electus. Venit quoque *Bruneswich*, quem Ducissa *Gbertrudis* benigne exhibuit, & post brevi tempore in puerperio defuncta fuit. In tempore illo mortuus est Papa *Innocencius*, cui successit *Celestinus*, post quem *Lucius*, post hunc vero *Eugenius*, qui de ordine *Cisterciensium* fuit electus. Eodem etiam tempore est mortuus de *Bouenberghe* Comes *Syfridus*. In illis etiam diebus *Bernardus* Hildensemensis Episcopus & *Albertus* Prepositus altare *Goslariæ* aperuerunt, ut Sctorum reliquias viderent, sed hoc videre sunt prohibiti, quia utrique luminibus suis sunt orbat. Eo autem tempore anno videlicet Dni

1164.

Rudolphi
Marchio-
nis cedes.

M. C. LXIII. occisus est Marchio *Rodolfus*, Marchionis *Rodolfi* filius in propria comecia & cum eo plurimi, qui omnes a *Themarsis* sunt occisi. Eo tempore *Albertus* Bremensis fuit Episcopus, hunc juvenis Dux *Henricus* cepit, quia Cometiam Stadensem Comiti *Hartwico* prestitit, qui postea in Episcopatu Bremensi ei successit. Hic frater fuit Marchionis *Rodolfi* & Comitis *Udonis* de *Vrankenleve*, qui ambo sunt occisi. *Albertus* ergo Episcopus liberationem suam cum gravi dampno obtinuit, quia Dux deinceps Cometiam illam possedit. Cum ergo *Hartwicus* Bremensis factus fuisset Episcopus, intravit *Thetmarciam* cum Duce *Henrico* fratre, intendens vindicare mortem, plurimum populum perdidit, & totam illam terram depredatus fuit. In diebus illis rex *Babiloniæ* multas in transmarinis partibus a Christianis obtinuit civitates. Propter hanc ergo iniquitatem Papa *Eugenius* ad *Lodemicum* regem *Francie* nuncios direxit, qui statim per beatum *Bernardum* abbatem *Clarevallensem* crucem predicari precepit. Primus igitur & principalis Rex *Conradus* signatus est, & cum eo Principes plurimi, qui *Vngariam* cum exercitu magno transeuntes *Constantinopolim* venerunt, & castra prope civitatem simul posuerunt. Numerus ergo exercitus ad septuaginta milia est computatus, reliquum vero vulgus innumerabilis fuit. Imperator ergo *Constantinopolitanus* regem *Conradum*

A. Episco-
po Breui:
Comitatus
Stadensis
adimitur

Conradi
infausta
expeditio
cruciata.

benigne suscepit & exercitum universum brachium, quod dicitur *Georii*, transduci precepit, optionem quoque trium viarum eis obtulit, atque insuper ducatum viciniam procuravit. Principes igitur viam, que per tres dietas desertum continebat, sibi elegerunt, ubi populus innumerabilis fame & siti aruit. Unde communis populus regi objicit, quod propterea in vastam †) solitudinem eos duxisset, ut se ab eis absolveret, præterea ut quendam *Bernardum* Dominum sibi eligeret, populus in proposito habuit, quod rex *Conradus* multis laboribus vix inter-

cepit. Postea transierunt in terram desertam itinere XIII. dietarum, ubi maxima pars populi periit, quidam aquis *) prefixati, alii autem sunt fame excocti, quidam a *Sarracenis* sunt occisi. Rex ergo cum hys, qui evaserant, *Constantinopolim* rediit, quedam vero pars in *Hyspaniam* profecti civitatem *Vlixbonam* tibi subjugavit. Rex autem *Conradus Constantinopoli* cepit egrotare, cui Imperator multam humanitatem exhibuit, sed & in exulibus peregrinis opera pia peregit. Imponebatur tamen ei, quod de consilio & voluntate sua peregrini in solitudine perissent. Tunc Imperator *Constantinopolitanus* quandam cognatam suam Marchioni *Henrico* de *Austria*, fratri *Conradi* regis dedit uxorem. Eodem tempore rex *Lodemicus* de *Francia* cum *Sarracenis* bellum commisit in transmarinis partibus & cum multa perdicione populi victoria fuit destitutus. Regina etiam tunc fuit ibidem, capta sed in continenti potencialiter liberata. Cum igitur rex *Conradus* convaluisset, perrexit ad sepulchrum Domini, sed optavit, ut Imperator fidem faceret, quod revertens *Constantinopolim* cum eo regem *Appulie* debellaret. Venit itaque rex *Jherosolimam* & *Damascum* obsedit, quam tamen nullo modo obtinere potuit. Secundum promissionem igitur Imperatori factam reversus est *Constantinopolim*, intravitque Imperator, ut sibi contra regem *Appulie* presidio fieret, ut hac saltem ratione liberatus in *Teutoniæ* rediret. Circa tempora dierum illorum Comes *Hermannus* de *Wincenberch* cum conjuge sua a ministerialibus *Hildensemensibus* est occisus, & unusquisque quantum poterat, de thesauris suis rapuit, quod totum postea in capita ipsorum redundavit. Eodem tempore Dux *Henricus* filiam Ducis *Zaringie* duxit uxorem, a qua propter consanguinitatem separatus fuit, & postea filiam regis *Anglie* matrimonio copulavit. Porro rex *Conradus* iterato *Jerosolimam* magnis cum laboribus properavit, commisitque imperium filio suo de *Rodimborech*, qui temporibus Imperatoris *Frederici* veneno fuit interfectus. Igitur profectio illa tunc effectum non habuit, quia rex infirmitate preventus in patriam suam reversus fuit. Postea Papa nuncios suos Cardinalem *Ottavianum* & quendam *Jordanem* ad illum transmisit, ut ad percipiendam consecrationem imperialem *Romani* properaret, ad quod opus se factu regio preparavit, sed infirmitate correptus obiit & in civitate *Bouenberg* sepultus fuit. Post Papam *Eugenium* fuit *Anastasius*, cui postea successit *Adrianus*.

Nec metum
fortuna
Gallie Re-
git.

Cedes
manni de
Wincen-
berg.

Mors
Con-
radi.

FREDERICUS.

Anno Dni M. C. LII. *Fredericus* Dux *Svevie*, regis *Conradi* fratris filius, ab *Augusto* LXXXI. imperium obtinuit & XXXVIII. annis regnavit. Hic *Romani* venit & consecrationem

1152.
Fridericus
I.

†) Forte: solitudinem.

*) Lege: prefocati.

1152. cracionem: imperialem ta Papa *Adriano* abs-
 que sponte *Romanorum* violenter obtinuit,
 sed per multam effusionem sanguinis, & ma-
 ximam stragem populi hoc opus consumma-
 tum fuit. Post *Adrianum* Papa fuit *Alexan-*
der, qui Imperatorem mucrone anathematis
 percussit, quia uxore sua repudiata aliam su-
 perduxit. Propter hanc ergo causam Impe-
 rator Papam exulare, coegit, & *Guonradum*
 Moguntinum Episcopum de sede sua extur-
 bavit, & quendam *Christianum* pro eo Epi-
 scopum statuit. Ex XX. annis hoc scisma
 contra fovit. Durante igitur hoc scismate,
 tres Pape unusquisque post alium de con-
 sensu & voluntate Imperatoris *Rome* sunt e-
 lecti, & omnes in eadem violencia sunt mor-
 tui. Temporibus Imperatoris *Frederici*
 Marchio *Albertus Brandenburg* a *Slavis* op-
 tinuit, ibique Comes *Wernerus* de *Oster-*
borch cum plurimis in quadam navi sub
 gladio vitam finivit. Item Imperator
 Marchiam *Austrie* liberum Ducatum esse
 decrevit. Imperator quoque curiam sol-
 lempnem *Martipolis* celebravit, venerunt
 que ibi reges *Danorum Swen & Kanutus*,
 hos Imperator ibi concordavit. Itaque
Swen coronam & regnum obtinuit & *Kanutus*
 aliquam partem terre possedit. Postea idem
 rex *Swen* a rege *Kanuto* & rege *Woldemaro*
 a regno fuit eiectus. In tempore illo Dux
Henricus de *Bruneswiche* tres Episcopatus in
 transalpinis partibus *Lubeke*, *Raceborch* &
Zwerin instituit. Idem Dux *Henricus* regem
Swen in regnum suum reduxit. Postea ve-
 ro rex *Swen* in quadam sollempnitate *Ro-*
stildis regem *Kanutum* & regem *Woldemar-*
um ad festivas, quas preparaverat, epulas
 invitabat. Cum autem sero factum esset, ex-
 tincte sunt candelae, & rex *Woldemarus*, sa-
 uciatus vix mortem fugiendo declinavit. Mul-
 tis autem postea transactis diebus, rex *Swen*
 & rex *Woldemarus* commiserunt prelium,
 ubi rex *Swen* victoriam perdidit & captiva-
 tus mortuus est. Ille igitur *Woldemarus*
 filius *Sti Kanuti* fuit, qui solus tunc regnum
 obtinuit, & post eum duo filii sui, primo
 rex *Kanutus* postea *Woldemarus*, qui tem-
 pore procedente *Transalpinam* totam sibi sub-
 jugavit. Porro Dux *Henricus* de *Bruneswiche*
 contra *Slavos* versus *Domyen* perrexit ibique
 Comes *Adulfus* & Comes *Reynoldus* a *Slavis*
 sunt occisi. In tempore illo *Baldewinus* Bre-
 mensis fuit Episcopus, cui successit frater
 Ducis *Bernardi* Dominus *Sifridus*. Eodem
 etiam tempore Dominus *Gberoldus* in *Alden-*
borch fuit Episcopus; hic kathedram de *Al-*
denborch episcopalem in civitatem *Lubeke*
 transtulit, & postmodum in eadem civitate
 in ecclesia, quam ipse fundaverat, sepultus
 fuit, cui *Conradus* germanus suus in Episco-
 patu successit, qui *Riddagbesbusen* fuit abbas
 Cisterciensis. In illis festivis diebus Impera-
 tor *Fridericus Aquigrani* ossa transtulit re-
 gis *Karoli*. Circa tempora dierum illorum
 anno videlicet verbi incarnati M. C. LXXI.
 Dux *Henricus* de *Bruneswiche*, rebus in *Slavia*

bene dispositis; pro remissione peccaminum
 suorum sanctum statuit visitare sepulchrum,
 tutelam terre sue *Wichmanno* consignans,
 Maydeburgenfi Archiepiscopo, fecitque so-
 cios itineris sui *Guonradum* Lubecensem E-
 piscopum, *Henricum* Abbatem de *Bruneswiche*,
Bertoldum Abbatem de *Lunenborch*, *Pribezlaum*
 regulum *Slavorum*, *Gunzelinum* Comitem de
Zwerin, & *Sifridum* Comitem de *Blancken-*
borch, & alios multos nobiles tam liberos
 quam ministeriales. Habuit etiam comites,
 vie sue Marchionem *Fredericum* de *Sudbach*
 & Marchionem de *Stira*. Peracto igitur per-
 egrinationis ejus voto, cum redire pararet,
Guonradus Episcopus Lubecensis egrotabat
 infirmitate, qua & mortuus est. Perlatum
 est ergo corpus ejus ad civitatem *Tyrum*, u-
 bi cum omni diligencia corpus ejus terre
 commendatum est. Post reditum Ducis in
 patriam suam *Henricus* Abbas de *Bruneswiche*
 tam ex eleccione Canonicorum, quam de
 consensu Ducis *Guonrado* successit Episcopo,
 vir itaque probus & providus, in omni litte-
 rali litteratus & in omni regali disciplina pro-
 batus. Porro Imperator profectus est in
Lombardiam & *Alexandriam* obsedit, *Me-*
diolanenses vero cum suis coadjutoribus com-
 miserunt cum eo bellum & contritus est Im-
 perator ab eis. Postea autem viribus resum-
 ptis denuo civitatem obpugnabat, coegit-
 que eam, quod se potestati ejus tradidit, cu-
 jus muros & turres diruens & fossatum hu-
 jus implens, totam pene civitatem in solitu-
 dinem redegit. Dux *Henricus* de *Bruneswiche*
 mille & quingentos milites per *Alpes* in ad-
 jutorium Imperatoris adduxerat, cumque
 redire disponeret, Imperator suppliciter eum
 rogabat, ut secum in obsidione perduraret.
 At ille surdas aures precibus Imperatoris ad-
 hibuit, propter quod Imperator licet incas-
 sum ad pedes Ducis, ut remaneret, se humi-
 liavit. Quod videns Dapifer Ducis dixit: *Do-*
mine, ex quo corona imperialis super pedes
vestras cecidit, non dubium, quin Deo dante
capiti vestro breviter insidebit. Hoc igitur
 factum Dux apud Imperatorem nunquam re-
 cuperavit. Postea Comes *Bernardus* de
Anehalt Thuringiam adiit & civitatem *Mel-*
dingbe in magna fortitudine destruit. Post
 hec autem Comes Provincialis cum Duce
Henrico contra Comitem *Bernardum* venit
 totamque terram ejus usque ad flumen, quod
Sale dicitur, & usque *Norden Ascherstene* in-
 cendiis & depredacionibus vastavit. Postea
 vero dies placiti inter Papam *Alexandrum*
 statuta sunt, ubi fugata scismatis nebula sere-
 nitas pacis refulsit, concordansque illis Papa
Roman in cathedram suam rediit, nec tamen
 aliquis Episcoporum, quos Imperator eiecit,
 sedem suam recepit. Imperator quoque in
 pertinacia sua persistit, & uxorem, quam
 postremo duxerat, non dereliquit, nec cura-
 bat Papam, quod eum ab excommunicacio-
 ne absolverat, quia dicebat, quod eum ex-
 communicare non posset. Papa igitur *Alex-*
xander Rolti Halberstadensem
 Episco-

1171.

Henrici
Leonis iter
in Palesti-
nam.Mediola-
num ever-
tuntur.Felonis
Leonis.Meldinge
in Thuringia
destruitur.Fridericus
I. Pape nil
curat sub-
men.

Episcopum restituit, quem vulgus adju-
 Duce *Henrico* de sede exturbavit. Idem
 etiam Episcopus castrum *Langbensten* edifi-
 care cepit, sed Dux *Henricus* violenter ei resti-
 tit, & edificacionem suam incendio consum-
 psit. Postea vero ex adiutorio *Wigman-*
ni Magdeburgensis Episcopi castrum jam
 dictum consummavit, quam edificacionem
 Dux tunc prohibere non potuit. Tunc Dux
 clam exercitum in terram direxit, qui per
 incendia & depredaciones Principes ab edi-
 ficacione castri revocarent. Sed hoc consi-
 lium est denudatum & occurrerunt eis Prin-
 cipes orientales in quadam nebula juxta pa-
 ludem & commiserunt cum eis prelium, ce-
 peruntque ex eis milites pene trecentos, sed
 & Comitem *Symonem* de *Tekeneburcb* abdu-
 xerunt inde captivum. Tunc universi Prin-
 cipes de Duce fuerunt queruli, maxime au-
 tem Marchio *Tydericus* de *Landesbercb*, qui
 contra Ducem singulare duellum expecit,
 quia Marchia de *Luziz* de consilio ipsius a
Slavis incendio consumpta fuit. Imperator
 ergo Duci curiam post curiam indixit. Tan-
 dem cum sepe citatus non compareret, Im-
 perator ad justiciam simul & querimoniam
 Marchionis *Tyderici* cum proscripsit, in qua
 proscripcione anno & die perstitit, unde ju-
 re suo, proprietatibus & feodis sentencialiter
 destitutus fuit. Feoda ad dominos suos re-
 dierunt, proprietates vero Imperatorie pot-
 estati cesserunt; pueri quoque ipsius pro-
 prietates suas perdiderunt, quod infra an-
 num & diem ab imperatoria potestate eas non
 abstraxerunt. Tunc Imperator curiam sol-
 lempniem in festo Scti Johannis Baptiste *May-*
deburcb celebravit, ibi Principes expedicio-
 nem contra Ducem super *Haldesteue* ordina-
 verunt. Ante hanc vero expedicionem in
 festo S. Mauricii precepit Dux civitatem *Hal-*
berstad igne conflagrari. Illic captus fuit
Ohricus Episcopus & alii plurimi. Expedi-
 cio tamen, que a Principibus ordinata
 fuerat contra Ducem, efficaciter procedebat.
 Episcopus quoque Colonienfis cum mille &
 quingentis militibus coram *Haldesteue* venit,
 exercitum etiam de *Birgundia*, que *rotte*
 dicitur, secum habuit, nec non & *rottam*
 de terra Scti Egidii illic secum adduxit. Co-
 mes etiam provincialis cum Orientalibus
 Principibus civitatem vallavit. Factum
 est autem ut civitatem [in] manus im-
 perii sine lesione sui vellent tradere, & sic
 placuit Episcopo eam acceptare, Principes
 vero huic conditioni contradicebant. Pro-
 pter quod universi ab obsidione recesserunt,
 solus tamen Episcopus illic perstitit, unde
 civitas tunc inexpugnata permansit. Tunc
 Episcopus Colonienfis Comiti Provinciali
Lodewico & fratri suo tantum pecunie contu-
 lit, quod eum ob timorem Ducis *Henrici* ul-
 tra *Weseram* conduxit. Tunc Dux cum suis
 per incendium *Calue* totam perdidit, egit-
 que quod eadem die a *Slavis Kuterbuch* luc-
 censa fuit. Post hec vero Imperator ordina-
 vit, quod Principes *Goslarie* post Pascha

convenirent & terram ab incurfacione Ducis
 diligenti cura custodirent. Tunc Dux vexil-
 lo erecto transivit *Goslariam* & *Thuringiam*
 adiit, & civitates *Nortbusen* & *Molbusen* igne
 succendit. Quem Principes, qui *Goslarie*
 ad custodiam terre deputati fuerant, e velli-
 gio sequentes Comitemque Provinciale &
 fratrem suum auxilio habentes, cum Duce
 commiserunt prelium, sed contracti corde
 a formidine & fortitudine Ducis perdiderunt
 triumphum. Dux vero Comitem Provin-
 ciale *Lodewicum* & fratrem suum ibi com-
 prehendit, propterea *Saxones* milites secum
 inde captivos abduxit. Cumque Imperator
 audisset, quod civitates sue succense essent,
 in multitudine gravi terram *Saxonie* est in-
 gressus, precepitque vallari *Blankenborcb* &
Wandelbercb, ipse quoque *Lochtenbercb* cir-
 cumdedit, & hec tria castra optinuit & di-
 ruit & exinde castrum *Haresborcb* constru-
 xit. Ipse quoque procedens in manu robu-
 sta venit ad *Albiam*, cujus adventum prestolari
 timuit, unde proprium castrum
 fugiens igne succendit. Tunc Imperator trans
Albiam obsedit civitatem *Lubeke*, quam tan-
 dem obtinuit. Rex *Dacie* quoque *Woldemar-*
us, qui cum filio *Kamuro* illic advenerant,
 uterque Imperatori hominum ibi faciebat.
 Tunc etiam Imperator Ducem *Bernbardum*
 in Ducatu stabilivit, quem ante in jejunio ei
 concessit. Postea vero in Quadragesima Epi-
 scopus *Wichmannus Haldesteue* obsedit, quam
 tandem suffocavit, itaque ante Penthecosten
 eam obtinuit, & funditus eam destruxit.
 Post hec autem in autumpno Episcopus *Wich-*
mannus Ducem *Henricum* ad curiam condu-
 xit, eique gratiam Imperatoris obtinuit.
 Dux vero omnem accionem de proprietati-
 bus & feodis, excepto *Bruneswich* & *Lunen-*
borcb & ea, que assignata fuerant, ibi devovit,
 terram etiam ad triennium cum abjurare oportuit,
 & in proxima Pascha vadens in *Angli-*
am tribus ibi annis exulavit. Ante ista vero
 tempora anno videlicet verbis incarnati M.
 C. LXXI. beatus *Thomas* Cantuariensis mar-
 tiri occubuit, & terra
 anorum ad
 fidem rediit, & sctus *Komutus Danorum* rex
 translatus fuit. Circa diem illorum tempora
Henricus Lubicensis Episcopus obiit, & *Tyde-*
ricus Seghebergensis Prepositus, vir Deo &
 hominibus dilectus ad sedem Lubicensem ele-
 ctus fuit. Porro Dux *Henricus* ad illam sum-
 mam sollempnitatem *Moguncie* rediit, ubi rex
Henricus & Dux *Svevie Fredericus* filii Impera-
 toris *Frederici* a patre suo nomen militare sunt
 sortiti. Hec vero sollempnitas super omnia
 festa clarior exstitit, nec umquam in *Teuto-*
nia talis vel consimilis celebrata fuit. Illic
 milites ad quadraginta milia computabantur,
 excepto communi populo, qui omnes regio
 cibo vescebantur. Duobus fere annis ante
 hanc festivitatem voluit Imperator *Mogun-*
tinum Episcopum & Comitem Provinciale
 in quadam curia *Ersfordie* concordare, & fa-
 cta est coram Imperatore pressura maxima,
 itaque lobium, in quo stabant, populum in
 quan-

1171.
 Henrici
 Ducis con-
 renriocur-
 Ep. Halber-
 stad.
 Ditericus
 Marchio
 Lusacia
 offert Leo-
 ni duellum.
 Leo pro-
 scribitur.
 Expeditio
 contra
 eum.
 Haldesteue
 obsiderur.
 Calue &
 Juterbock
 incensa.

1171.
 Leo vultu
 in Thuringia.
 Imperator
 ejus arcem
 capis.
 Henricus
 gratiam
 Imperatoris
 impetrat.
 Exulas.
 Filii Imperatoris
 sunt milites.

1171. *Multorum Nobilium interitus in cloaca.* quendam privatam dejecit. Illic immerfus est Comes *Henricus de Smarzburch*, & alii nobiles quamplurimi ibi sunt in stercore suffocati. Duobus igitur annis post predictam sollempnitatem transactis, terram sanctam in die Adalrici beati *Saladinus* obtinuit. Insequenti vero anno Imperator sancta cruce se pro dilectione Redemptoris insignivit. Rex quoque *Francie* idem fecit. Rex vero *Anglie* ad hoc negotium se promptissimum exhibuit, & alii multi nobiles, quos zelus domus Dei incitavit. Exercitus igitur Christianorum transferebatur & ad civitatem *Tyrum* applicuit, quam Marchio *Conradus* multis laboribus ab insultu *Sarracenorum* defendit, inde vero processerunt *Ackon*. Eodem autem tempore rex *Dacie Woldemarus* anno videlicet Domini M. C. LXXXII. obiit & filius ejus *Kanutus* rex pro eo constitutus fuit. Imperator igitur anno secundo ab eo quo signatus fuerat, via terrestri per *Ungariam* & *Greciam* versus *Jerosolimam* pergebat. *Greci* ergo multa mala peregrinis irrogabant, quos Imperator ulcione condigna feriens quasi canes ex utraque parte strate suspendi precepit. Civitates quoque eorum & castra, que secus viam erant polita, sine defensione ab eis obtinuit. Coëgit quoque Imperatorem Constantinopolitanum, quod cibaria exercitui sufficiencia ei tribuit & naves transducendum exercitum brachium scti *Georgii* habundanter providit. Legati igitur *Soldani* de *Ykonio* venerunt ad Imperatorem cum verbis dolosis & plena mendacis promittentes Imperatori & exercitui habundanciam cibariorum in terra Domini sui, sive ea vellent emere vel etiam absque emcione posse obtinere. Peregrini igitur hac securitate f) forti multa post se reliquerunt cibaria & in summa spe processerunt *Ykonium*, quia *Soldanus* mandaverat quod in adventu Christianorum baptizari vellet & nomen suscipere Christianum. Cum ergo Christiani ad montana & ad terminos *Soldani* pervenissent, *Turci* in montana contenderant, & Christianis viam impedire temptabant, Christiani vero a regia via declinantes paganos a montanis abigebant, & sic sine sui detrimento transeuntes multos ex illis occiderunt. Unum autem ex illis quasi a Deo missum ceperunt, qui viam pergere oportuit cum magna diligencia illis demonstravit. Tunc Imperator nuncios *Soldani* crudeliter arguit, eoque pagani exercitui multa mala inferebant, cui nuncii respondentes dixerunt: *Quamquam orbis Dominus dicaris, & multos potestate precellis, tamen in regno tuo predones & latrones in silvis & cavernis petrarum latitant. Sic nec Dominus noster ab his locis istis omnino cavere potest. Sed cum paululum processeris, commodum opatum in terra Domini nostri habebis.* Tunc Imperator inde usque ad quoddam stagnum processit, ubi pagano capto placuit, quod castra ponerent, quia dicebat,

quod deinceps aquam exercitui convenientem non invenirent. Exercitus ibi vero manere noluit, castra sic continuare volentes, sed per tatam diem in fervore solis procedentes, fame & siti homines & jumenta nimium sunt fatigati. Tandem quendam perniciosam paludem attingentes castra metati sunt, & aquam illam nimis auide bibentes multi infirmati & mortui sunt. Cumque peregrini inde procederent, *Turci* cum exercitu grandi contra eos venerunt, die noctuque illis insidiati sunt, & contra eos jacula miserunt. Itaque ab exercitu nemo poterat exire illelus, & tunc legati *Soldani* ab exercitu recesserunt. Imperator vero inde procedens versus *Ykonium* pagani cum eo prelium commiserunt, & juxta civitatem victoria perita innumerabiles sub gladiis Christianorum perierunt. Porro Imperatoris filius Dux *Fredericus* interea civitatem expugnavit, & castra sua in medio civitatis collocabantur. In ipsa civitate quoddam castrum fuit, in quo se *Soldanus* receperat, quod Christiani tandem vallabant, quousque *Soldanum* ad *) claudos obfides cogere, quod per regnum suum firmam pacem & victualia competenti foro invenirent. Cumque Imperator inde recederet, pagani pacem violabant, propter quod Imperator obfides secum in *Armeniam* abduxit, ubi cum quendam aquam transnatare cuperet, propter intemperiem aeris submersus est in eisdem vehementibus aquis. Factus est igitur luctus ibi & meror omnium, & ultra quam credi potest, turbata & confusa sunt castra Christianorum. Mortui sunt etiam ibi Comes *Ludolphus* & Comes *Wilbrandus de Alremunt* & multi Christianorum ibi obierunt. Porro igitur una Imperatoris pars sepulta est in *Anthiochia*, reliqua vero pars imperiali honore in *Tyro* terre est commendata. Dux ergo *Fredericus* Imperatoris filius & quotquot peregrinorum mortem evaserant, usque *Anthiochiam* processerunt & inde usque ad *Ackon* pervenerunt. Mortuus est autem ibi Imperatoris filius de *Smeuia* Dux *Fredericus*. Duobus annis antequam Imperator obiret, Dux *Henricus* civitatem *Bardewick* penitus destruxit. Post Papam *Alexandrum Lucius* successit, cujus tempore fames valida terram oppressit. Post hunc fuit *Urbanus*, cui successit *Gregorius*, post quem *Clemens* & postea *Celestinus*. Temporibus Imperatoris *Frederici* Marchio *Orto de Brandenborch* cum Domino *Bogislaeo de Domyr* commisit prelium & *Slavi* perdita victoria fugerunt, Dominus quoque *Casmarus* & Dominus *Bork* cum multitudine *Slavorum* ibi ceciderunt.

HENRICUS.

Anno verbi incarnati M. C. LXXX. *Henricus* Imperatoris *Frederici* filius, ab *Augusto* LXXXII. ad imperium est assumptus, regnavitque octo annis. Hunc Papa *Celestinus*

†) Lege: *frei*.

Menckonii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

*) Lege: *dandor*.

H

1182.

Imperatoris mors.

Ortonis March. Brand. v. Etoria de Slavis.

1190. Henricus VI.

1190. *Romano- rum atro- citus in Tu- sculanor.* nus in Imperatorem consecravit. Dedit itaque in potestate *Romanorum*, pro consecratione sua urbem *Tusculanam* cum hominibus, quos *Romani* quosdam exoculaverunt, quosdam vero mutilaverunt, & potenciores quosque occiderunt. Imperator igitur post consecrationem suam profectus est in *Appuliam* & castra sua ante civitatem *Neapolis* posuit, ubi de exercitu suo plurimi perierunt, & ipse egrorus inde abiit & sic illa civitas inexpugnata remansit. Dux vero juvenis de *Bruneswiche* ab eo recedens, civitatem predictam ad inimicos suos intravit. Sed hoc Imperator omnibus Principibus Teutonicis de corde conquestus fuit. Episcopus igitur *Wichmannus* de *Maydedorch* Principes & Barones terre congregavit in *Goslaria*, & hii expeditionem contra *Bruneswiche* juraverunt, que in proxima estate fuit consummata. Episcopus *Wichmannus* primus statuit bis in anno *Maydedorch* nummos fabricari. Hic etiam legem illam abrogavit, quod ministeriales ab uxoribus liberis non possent liberos generare filios. Et in filia - - - sororem Dni *Gumperti* de *Alesleue* iniciavit. Dux etiam *Bernardus* paulo ante coram *Lowenberch* obiit & in eadem civitate sua terre gloriose commendatus fuit. Postea Dux junior *Henricus* gratiam Imperatoris optinuit, quia filiam patris sui *Palentini* de *Reno* uxorem duxit. Tunc *Dani* primam expeditionem ordinaverunt in *Holfaciam* anno videlicet 1214. Domini M. CC. XIII. Illic Comes *Adolphus* tunc concordavit cum rege *Kanuto*. Eo tempore Dominus *Hartwicus* Bremensis fuit Episcopus, qui supra *Thimarsas* cum exercitu grandi perrexit, coegitque eos quod pecuniam multam ei promiserunt, quam nondum totam persolverunt. Porro Imperator *Henricus* Episcopum *Leodinesem* occulte fecit occidi. Propter quod Principes omnes contra eum conspiraverunt & a regno eum penitus pellere cogitabant. Circa dies illas Christiani civitatem *Ackou* recuperaverunt. Rex quoque *Anglie* *Matthardus* (*) in reditu naufragium pertulit, & in civitate *Vyenna* captivatus fuit, quem Imperator captivum tenuit, quousque ab eo centum milia marcarum extorsit. Hic etiam regnum suum *Romanorum* imperio tradidit, quod postea de manibus Imperatoris recepit. Cum eadem igitur pecunia, quam rex *Anglie* Imperatori tradidit, multos Principes, qui ab eo recesserant, ad obsequium suum retraxit. Ducem quoque de *Bohemia* *Ozobocarium* usque ad mortem Imperatoris a terra sua propulit, & Marchionem de *Mysna* *Albertum* usque ad diem mortis sue continuis bellis oppugnavit. Idem etiam Marchio patrem suum antea captivaverat, & pecuniam suam, quam apud (**). *Mysnam* deposuerat, ab eo auferbat. Postea vero patrem absolutum reddidit & nichilominus

bellis cum usque ad obitum infestavit. Post obitum ergo Marchionis *Alberti* Imperator *Henricus* Marchiam de *Mysna* usque diem mortis sue sibi liberam retinuit. Porro cum Imperator cum Principibus concordasset, petivit ab eis, ut in eo consentirent, quod imperium, sicut cetera regna, hereditario jure succederet. At Principes huic petitioni assensum prebuerunt, & Imperatori super eo privilegium dederunt. Quod cum *Saxones* audissent, indignati sunt valde, & grande concilium contra Imperatorem ordinaverunt. Quo audito Imperator, quia *Saxones* valde timuit, Principes a promisso suo absolvit, & privilegium, quod ei dederant, ad idem grande concilium eis remisit. Cumque Imperator rempublicam in *Teutonia*, quantum poterat, ordinasset, reversus est *Appuliam* & expugnavit eam, *Siciliam* quoque & *Calabriam* obtinuit, in quibus multos nobiles sibi contrarios occidit, quosdam suspendit, alios vero in plateis per crepidines saxorum ab equis usque ad mortem trahi precepit & multiplici passione eos interemit. Hic etiam profecionem ad terram sanctam ordinavit, in qua exercitus Christianorum castrum *Baruch* & *Be-Ynas* obtinuit, urbs vero *Chor* - - tunc inexpugnata remansit. Ordinavit quoque, quod Principes filium suum *Fredericum* in regem eligendum permetterent, & super hoc sacramentum fidelitatis prestarent. Postea vero Imperator veneno potatus obiit, & in civitate *Messana* tumulatus fuit. Inde autem postea translatus est & in civitate *Monreal* sepultus.

PHILIPPUS.

Anno Domini M. C. XCVIII. Dux *Svevie* *Philippus* Imperatoris *Henrici* germanus in regem est electus, ab *Augusto* LXXXII. & X. annis regnavit. Contra hunc electus est *Otto* de *Pictavia*, filius Ducis *Henrici* de *Bruneswiche*. Rex igitur *Philippus* cum exercitu grandi & cum *Boemis* transivit *Renum* & cum *Ottone* & Episcopo *Colonieasi* *Adolpho* & ceteris Baronibus circa *Renum* positus commisit prelium, & hy omnes fugati perdidit triumphum. Rex ergo *Philippus* persecutus est Episcopum & in castro *Waffenberch* eum obsedit, & tandem obtinuit, & captivum ad serviendum sibi coegit. Eo tempore rex *Danorum* *Kanusus* & frater eius *Woldemarus* usque ad *Eydoram* cum exercitu perrexerunt, quibus Comes *Adolphus* cum Episcopo Bremensi *Hartwico* & Marchione de *Brandenberch* *Ottone* & multitudine militum ex adverso occurrit, atque tamdiu ibi perstiterunt, donec *Dani* ad propria loca redierunt. Postea vero anno videlicet Dni M. CC. Dux *Woldemarus* iterum *Holfaciam* intravit, cui comes *Adolfus* castrum *Reynoldeborch* tradidit. Dux vero conditionem, ut id destrueret, interposuit, de quo Comes postea

(*) Lege *Richardus*.(**) Imo potius in Monasterio *Celle Petris*.

1200. *Stadingo- rum rebel- lio.* postea duos pla- as evullit. Eodem anno opposuerunt se *Stadingi* Dominis suis; quibus subiectionem debebant; & castra, que in terra ipsorum erant, destruxerunt. In sequenti anno obtinuit Dux *Woldemarus* castrum *Ratesborch*. In sequenti anno iterum intravit *Holfaciam* & civitatem *Hammenburch* vallavit & obtinuit & Comitem *Adolfum* sic comprehendit. Circa dies illos rex *Kanutus* obiit & idem Dux frater ejus in regno ei successit. In secundo autem anno rex *Otto* civitatem *Stadium* obsedit; & ab Episcopo *Hartwico* eam obtinuit. Eodem autem tempore Comes *Symon* de *Tekeneborch* cum Comite *Hermannno* de *Rauensbergbe* commisit prelium; ceciditque ibi Comes *Symon*, sed pars ejus victoriam obtinuit & Comitem *Hermannnum* cum filio suo *Ottone* comprehendit. In anno sequenti castrum *Lowenborch* regi *Dacie* est traditum, & per hoc Comitem *Adolfum* homines sui a captivitate reddiderunt absolutum. Eo tempore Episcopus *Albertus* in *Lyvoniam* civitatem *Rigam* cum peregrinis construxit. Eodem tempore Episcopus *Bremensis Hartwicus* contra *Stadingos* perrexit sed parum obtinuit & paulo post ab hoc seculo transivit. Post Papam *Celestinum* factus est Papa *Innocencius*. Hic regi *Ottoni* fuit valde propicius, regi autem *Philippo* contrarius, quem etiam mucrone anathematis percussit, verumtamen regnum potenter usque ad mortem suam possedit. Porro cum *Lantgravius* a transmarinis partibus fuisset reversus, divertit ad regem *Ottonem* & a *Philippo* recessit. Similiter *Orbokarus* de *Boemya*, quem rex *Philippus* in regem declaravit. Rex igitur *Otto* cum *Lantgravio* venit *Northusen* & civitatem obtinuit. Inde vero procedens *Goslariam* civitatem hac conditione convenit, si infra terminatos dies non liberaretur, quod se ei subderet. Sed contigit, ut hanc rex *Philippus* in multitudine fortitudinis sue potenter liberaret. Rex etiam *Philippus* curiam sollempnem *Maydeborch* habuit, ubi cum conjuge sua in fastu regio coronatus incessit. Dux etiam *Henricus* ipso tempore *Calve* succendit. In hujus ergo facti vindictam Episcopus *Maydeburgensis* opidum *Helmstad* incendit & *Wezeberch* destruxit, edificavit quoque castrum *Samerschenburch* & cum eadem collecta & rege *Philippo* civitatem *Bruneswiche* tunc adit, sed illa probis militibus & fidelibus civibus stipata obtenta non fuit. In sequenti igitur anno rex *Philippus* in manu valida contra *Lantgravium* perrexit, sed rex *Otto* cum *Boemis* ad *Lantgravium* perrexit & presidio affuit, quibus tunc rex *Philippus* in civitatem *Erfordie* cessit. Rex igitur *Otto* & *Boemi* prope *Hallis* venerunt, & cum servi ipsorum ad congregandum pabulum equitarent, Comes *Otto* de *Brenen* & Comes (de) *Witbin* juxta *Rorbeke* super eos irruerunt & plus quam trecentos occiderunt. Tunc *Boemi* in patriam suam redierunt & rex *Otto* castrum *Harlingbebergbe* edificare cepit. Eo

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

dem anno perdita sunt *Lopene* & *Ghatersteue* & Comes *Henricus* de *Anebalt* cum Comite *Henrico* de *Witbin* prelium commisit; sed Comes *Olivicus* victoriam perdidit. In ipso etiam anno *Conradus* Herbipolensis Episcopus & imperialis aule Cancellarius, est occisus. In sequenti anno Rex *Philippus* iterum venit contra *Lantgravium*, cui denuo *Boemi* tulere auxilium; sed in patriam suam redierunt fugitivi, & *Lantgravius* gratiam obtinuit regis *Philippi*. Eodem autem tempore *Teutonici* & *Gallici* obtinuerunt civitatem *Constantinopolim*, ibi thesauri plurimi erant absconditi, quibus ditati & *Veneciani* multis ornamentis inde redierunt onusti. Post hec mortuus Marchio *Otto*, *Maydeburgensis* Episcopus *Ludolfus*. Postea Marchio *Conradus* de *Landesberch* contra *Polonos* ante *Lubus* victoriam optinuit, multosque ex illis perdidit, & castrum *Lubus* ab eis expugnavit. In sequenti anno videlicet Dni M. CC. VIII. venit rex *Philippus* in civitatem *Bauenberch*, ubi a *Palantino* de *Witelingesbach* sub securitate bone fidei est occisus & ibidem tumulatus. Postea vero inde est translatus & in civitate *Spira* secundo sepultus. Post *Hartwicum* *Bremensem* Episcopum electus est *Woldemarus* Episcopus, quem postea destituit Papa *Innocencius*. Circa tempora dierum illorum mortuus est pie memorie *Tidericus* *Lubicensis* Episcopus & ejusdem ecclesie *Bartoldus* Scolasticus in Episcopum est electus. Circa eadem tempora grandis tempestas est orta; facta sunt quoque tonitrua & choruscaciones & venti tam validi, quod turres ecclesiarum in *Stadio* sunt dejecti. Postea Episcopus *Woldemarus* civitatem *Stadium* auxilio *Stadingorum* violenter obtinuit, & bonis omnibus, que possederat, funditus spoliavit.

OTTO de BRUNESWICH.

Anno Dni M. CC. VIII. *Otto* Ducis *Henrici* de *Bruneswiche* filius ab universis Principibus in regem est electus. Hic ab *Augusto* nonagesimus quartus exstitit, & X. annis in Imperio regnavit. Post electionem suam universos Principes congregavit & festum *Pentecosten* *Bruneswiche* cum illis gloriose peregit. Inde vero *Romam* adiit & consecrationem imperialem a Papa *Innocencio* recepit. Post modicum tempus intravit *Appuliam* & pene totam terram a *Frederico* filio Imperatoris *Henrici* obtinuit; nec non & terram, quam *Domine Mechtildis* nominant, quam sibi Papa adicit si ve usurpavit. Propter quod Papa anathematis mucrone ipsum percussit, & quod Episcopi *Teutonice* idem facerent, ordinavit. Tunc rex *Boemie* & *Lantgravius* ab eo diverterunt, & *Fredericum* regem *Sicilie*, Imperatoris *Henrici* filium & ipsius adversarium contra eum regem elegerunt. Igitur fautores Imperatoris contra *Lantgravium* bella moverunt, unde terra ipsius incendiis & depredacionibus periit. Et in ipso tempore *Fredericum* Comitem de *Bichlingbe*

1208. *gbe* Lanthgravius comprehendit. Cum ad Imperatorem de hac guerra perlatum esset, statim ad patriam rediit ad civitatem *Wizen- se* in manu valida vallavit. In eadem guerra Imperator uxorem filiam regis *Philippi Norrbusen* duxit, quæ modico postea tempore supervixit. Post mortem vero ejus omnes pene ministeriales Imperii & sigillatim postea Principes ab Imperatore recesserunt. Cum hoc *Fredericus* in *Appuliam* audisset, per maximos labores in *Teutoniā* venit, cui Imperator *Otto* obviam perrexit, & venit *Bryfack*. Ibi cives civitatis bellis cum infestare in civitate ceperunt, quosdam vero ceciderunt, multos quoque de suis ceperunt, & ipse Imperator per fugam vix elapsus est. Postea vero Imperator *Renum* tranlit, & profecionem grandem contra regem *Francie* de auxilio Comitis *Ferrandi de Flandria* ordinavit. Rex vero *Francie Philippus* obviam illi processit, & commisit cum eo prelium, victusque Imperator multo labore effugit. Comes quoque *Ferrandus* & multi cum eo in captivitate sunt deducti. Postea Imperator in civitatem *Bruneswiche* rediit, & contra Episcopum *Maydeburgensem* expeditionem ordinavit. Episcopus ergo cum suis juxta *Emehersleue* illi occurrit, statimque in prima congressione fugam iniit & Imperator plurimos ex hominibus suis tunc captivos abduxit. Eo tempore *Gberardus* *Osnabrugensis* Episcopus factus est Archiepiscopus *Bremensis*. *Stadingi* quoque juxta *Hoyam* preliabantur, ex quibus multi ceciderunt mortui & plurimi in captivitate sunt deducti. Tunc *Gberardus* *Bremensis* Episcopus castrum *Shustere* edificavit. Postea Imperator cum exercitu profectus est *Mersborch*, ubi rex *Fredericus* Principibus curiam indixerat, cui Imperator valide contradicebat, terram quoque *Thuringie* incendio devastavit & Comitem *Gunterium* de *Keverniberch* ibi comprehendit. Tunc iterum *Boemi* exierant & usque *Quedelingbeborch* venerunt, & inde in terram suam reversi sunt. Eodem tempore regina *Vngarie* occisa corruit, & post hec civitas *Lipzeke* a Marchione *Tyderico* de *Mysna* divertit. Eodem tempore videlicet anno Domini M. CC. XV. Imperator *Otto* *Albiam* transivit, & civitatem *Hammenburch* optinuit, cui nex *Dacie* festinus occurrit. At Imperator ab eo divertit & revertens *Albiam* denuo transivit. In secundo anno rex *Dacie* ante civitatem *Stadium* venit, aliquam partem terre incendiis & depredacionibus devastavit, & tunc inde rediens *Albiam* transiit ac duo castra ante *Hammenburch* erexit. In tempore illo rex *Lodemicus*, regis *Philippi* de *Francia* filius, intravit *Angliam* & civitatem *Lundam* obtinuit & aliquam partem terre expugnavit. Post hec rex *Anglie Johannes* obiit & filius ejus predictam terram viriliter recuperavit. Eo ipso tempore *Bremenses* Ducem *Henricum* contra Episcopum suum in civitatem assumpserunt. Tunc etiam Comiti *Alberto* *Stadium* profecti sunt, edificaverunt quoque castrum *Smynbergbe*, quod Dux *Henricus* continuo vallavit, & compositione facta castrum illi traditum fuit. In tempore illo Marchio *Mysnenlis* civitatem *Aken* super ripam *Albie* sitam vallaverat, ab eo tunc inexpugnata remanebat. Postea idem Marchio civitatem *Lipzeke*, que ab eo diverterat, optinuit & penitus destruxit, ad obsidendam *Aken* denuo properavit. Tunc Imperator *Otto* Duci *Alberto* in adiutorium venit, & exercitu *Albiam* transiens terram incendio perdidit & inde reversus ad propria remeavit. Circa eadem tempora per duos annos facta est fames valida & rex *Fredericus Stauorde* incendit, & Lantgravius quoque *Hermannus* ex hoc seculo tranlivit. In sequenti anno Imperator *Otto* *Ashersleue* succendit & postea infirmitate valida correptus *Harteborch* obiit & in civitate sua *Bruneswiche* more imperiali sepultus fuit. Postea juvenis Dux *Dacie* in festo videlicet *Johannis Baptiste* in civitate *Slesewich* consecratus floruit, sed post paucos annos de hoc seculo sine filio transivit. In sequenti vero hyeme diluvium grande factum fuit, in quo homines cum terra usque a XXXIII milia perierunt. Temporibus Imperatoris *Ostons* Papa *Innocentius* magnum *Rome* celebravit concilium, ubi omnes Episcopi, Abbates & Prelati de *Teutonia* & *Gallia* convenerant. Ibi auctoritate Papali & ex consensu sancti concilii duos gradus consanguinitatis relaxavit. Itaque in quinto gradu quilibet nubere poterit, sicut antea in septimo gradu statutum fuit. Post *Innocentium* factus est Papa *Honorius*.

FREDERICUS II.

Anno Dni M. CC. XVIII. rex *Fredericus*, Imperatoris *Henrici* filius ab *Augusto* nonagesimus quintus sine contradicione imperium est adeptus regnavitque annis. Huic Dux *Henricus*, Imperatoris filius, *Ostons* germanus, insignia Imperii *Goslarie* representavit. Circa tempora illarum dierum quidam rusticus nomine *Osbrinus* in terra circa *Stadium* deguit, qui ut signa faceret, se intromisit. Hic multos decepit & communis populus hunc procul dubio sanctum crediderat, & diversis terrarum partibus sacrificia illi offerebant. Eodem tempore castrum *Vordeper* Ministeriales *Bremenses* de Duce *Henrico* acquisitum fuit, & trusa *Osberni* militis cum confusione ipsius destructa evanuit. Temporibus *Frederici* regis facta est expedicio transmarinis, in qua rex *Vngarie* est profectus, sed cum peccato & scandalo maximo in terram suam est reversus. Porro Dux *Ausrie* *Luppoldus* cum multis nobilibus in terram sanctam transit, & cum summa devocione Deo in ea laudabiliter servavit. Ordinaverunt itaque expeditionem contra *Dawyatam*, quam bene consummantes multis laboribus & periculis litus a *Sarracenis* Christiani obtinuerunt. Postea accem, que in flumine ad munimen civitatis posita erat, multo labore comprehenderunt. Post hoc

1215-

Lipza de-
struitur a
MarchioneOstons
IV. morsDuogra-
dus proba-
biti rela-
xavit.1218-
Fredericus
II.Rusticus
impostorExpedicio
in Terram
S.Damia
capitur

1219, hoc vero anno videlicet verbi incarnati M. CC. XIX. tradidit eis Dominus civitatem, quod habitatores ejus egritudinibus depressi defendere se non poterant. Civitatem vero Christiani usque in alterum annum sibi retinebant. Iterum ergo aliam profecionem per ascensum Nyli fluminis ordinarunt, ubi Nylo inundante conclusi sunt in medio aquarum, ex hac captivitate compulsi sunt, ut *Damiatam Solidano* restituerent, sed conditione interpolata, quod se ipsos de confinio mortis & omnes Christianos per hoc liberarent. Præterea *Soldanus* venerabilem Domini crucem restituit, quam *Soldanus* quandoque a Christianis spoliavit. *Soldanus* quoque promissionis sue & Ducatus fidelis conservator existit, fecitque Christianis multa commoda atque illos ad tuta loca conduxit. Ipso ergo anno mortuus est Marchio *Albertus de Brandenburg*. Eodem etiam anno rex *Fredericus* curiam sollempnem *Vrankenvorde* indixit, rogavitque universos Principes, quatinus in filium suum *Henricum* consentirent. Cujus peucioni Principes annuentes, post patrem eum regnaturum juramento confirmarunt. Ibi Episcopus Bremensis *Gberardus* ei substitutus fuit. Tunc bellum illud inveteratum, quod inter Bremensem ecclesiam & Ducem *Henricum de Brunswich* agebatur, sopitum fuit. Itaque Dux Ministeriales suos & proprietates suas, quas in Comecia Stadeni possedit, ecclesie Bremensi liberaliter contradidit, & Episcopus Comeciam Stadenensem feodali jure illi concessit. Hanc ergo donacionem, quam Dux ecclesie Bremensi contulit, rex *Fredericus* longe postea in Curia Ravennatensi aurea bulla sua roboravit. Circa eadem tempora rex *Dacie* castrum *Reualie* in *Estonia* construxit. Porro rex *Fredericus* pro suscipienda consecracione imperiali *Romam* properavit, & filium suum *Henricum* Cancellario Spirensi Episcopo & *Herbipolensi* Episcopo Comitique *Gberardo de Dorce* & aliis familiaribus suis commendavit. Igitur Episcopi prenominati non multo post mortui sunt, & puer custodie Colonienfis Episcopi mancipatus est. Rex autem *Fredericus* consecracionem imperialem a Papa *Honorio Rome* suscepit, filius quoque ejus *Aquisgranus* in regem consecratus fuit. In sequenti anno Episcopus Bremensis castrum confregit, quod a Comite *Bernardo de Wel-*

Succesus Imperatoris in Italia &c.

Islebia inundatur.

1219. istius Imperatoris quidam exercitus de *Assya* exiens, qui juxta fluvium, qui *Tbau* appellatur, habitabant, invaserunt *Parthos*, quibus *Rurbeni* auxiliium ferebant, commiseruntque cum *Tbaratis* prelium & victi sunt. Concederunt itaque de *Rbutenis* & *Parthis* ad centum milia hominum. Post hec Comes *Hogerus de Valkensten* cum adjutoribus suis *Quedlingbeorch* obtinuit, & municionem in ea penitus destruxit. Cum Imperator adhuc in *Appulia* existeret, Comes *Henricus de Zwerin* cepit regem *Dacie* *Woldemarum* cum filio suo juvene rege *Waldemaro* uno mane cum adhuc tenebre essent, in tentorio suo, ubi simul in uno requieverunt lecto, in proprio regno. Naves quoque & armamentarum securibus concidit, & quicquid peccit, illic recepit & secum abduxit. Regem autem cum filio multis laboribus & angustiis per mare usque ad terram suam perduxit & aliquandiu in castro *Leonoi* captum custodivit, postea vero ad castrum *Dannenberch* eum transduxit, & inde in castrum suum *Zwerin* illum iterum reduxit. Comes igitur *Henricus* cum rege ad voluntatem Imperii stare debuit. Rex vero cum nunciis super certa quadam summa de liberatione sua convenit. Propter hanc ergo convencionem rex *Henricus*, Imperatoris filius & Colonienfis Episcopus & quidam Principes & multi nobiles cum exercitu valido *Bartwik* venerunt, & in *Blekede* usque processerunt. Comes vero *Albertus de Lemeborch* & *Dani* ex opposita parte super ripam *Albie* abierunt, cum exercitu magno excubabant. Convencio ergo illa effectum sortiri non poterat, quia rex cum *Danis* promissionem suam minime servabat. Rex igitur *Henricus* cum Principibus infecto negotio rediit & *Danorum* rex in captivitate ultro permansit. Post hec vero Episcopus Bremensis cum Comite *Adolfo*, *Adolfi* Comitis filio *Albiam* usque *Eizcheba* transiit & tota terra se ad Comitem convertit, populus quoque terre castra Comitis *Alberti* in continenti vallavit. Post paucos igitur dies Comes *Henricus de Zwerin* cum Comite *Alberto de Louenborch* & Duce *Ottone de Lunenborch* commisit prelium, & utrique victi terga verterunt. Sed Comes *Albertus* illic est comprehensus & *Zwerin* ad vinculum super regem *Danorum* deductus. Hunc divina ulcio perculit pro hys que in Comite *Adolfo* commisit, quem fraudulenter cepit & omnia bona ejus abstulit, & filios suos obliides, ne de reditu suo ageret, ab eo recepit. Eodem igitur modo ipse est captus & pecuniam dare compulsus & filios suos obliides ponere coactus est, & implera est Evangelica summa, qua dicitur: *In quomensus a mensi fueritis, remeietur vobis.* Ab eo autem tempore, quo rex Comitem *Adolfum* cepit, usque ad tempus, quo juvenis Comes *Adolfus* in terram rediit, Rex *Dacie* & Comes *Albertus* per ipsum totam *Lubeca* XXIII. annis violenter possedit. Tunc etiam civitas *Lubicensis* imperio se tradidit & a rege

Quedlingburgum destruitur

Rex Danie capitur a Comite Swerineis

item Alberto Comes Lauenb.

Lubeca imperio se tradit.

1219. ge *Danorum* divertit. Eodem autem tempore Comes *Adolfus* civitatem *Hammenburcb* & quoddam castrum, quod Comes *Albertus* construxerat, violenter expugnatum destruxit. Tunc etiam *Hammenburgenses* civitatem suam Comiti *Adolfo* tradiderunt, & Dux *Henricus* castrum *Harborcb* construxit. In sequenti anno facta est fames magna. Eodem anno Comes *Fridericus* de *Altena* Coloniensem Episcopum sub bona fide cecidit, quia & vassallus & consanguineus ejus fuit. In anno eodem rex *Henricus*, Imperatoris *Frederici* filius, filiam Ducis *Austrie Lippoldi* duxit uxorem, & ejus Ducis filius filie *Lanthgravii* in matrimonio est conjunctus. Hoc quoque nuptiale festum in *Nurembercb* est celebratum. Illic etiam rex *Henricus* pro decisione Colonienfis Episcopi personaliter sedit pro tribunali. Orta est igitur ibi pro quadam summa altercacio maxima, propter quam multi ad singulare certamen se obtulerunt. Tunc populus exiliens per quendam gradum a cenaculo cum rugitu descendit & suffocati sunt in pressura illa LVI. viri, ex quibus XXIII. milites fuerunt, exceptis hys, qui in hostiariis suis mortui sunt, & quidam longo tempore postea ex eadem pressura contracti obierunt. In eodem anno rex *Dacie* a captivitate pro quinquaginta milibus marcarum absolutus fuit, ex quibus tantum mediam persolvit, & cum nobilioribus suis terram *Holfacie* & omnes adjacentes terras, quas violenter rapuerat, cum sacramento juramenti perpetuo deo-averat, & tres filios suos cum multis hominibus [pro] se obsides posuit. In sequenti anno rex *Francie Lodemicus* cum multis nobilibus suis ante *Arrium* obiit, dictumque est a plurimis, quod inimicus homo veneno eos interfecit. Post hec vero rex *Danorum Waldemar* fidei violator, juramenti transgressor extitit, quia contra fidem & contra juramentum in terra *Holfacie Reynoldesborcb* vallavit. Cui Comes *Adolfus* cum Comite *Henrico* de *Zweryn* & *Lubicensibus* ex adverso per quendam paludem cum suis vadando ad regem transivit, & ceciderunt aliqui ex hominibus regis, rex tamen campum optinuit, & non post multos dies reversus *Reynoldesborcb* acquisivit. In tempore illo *Fridericus*, qui Episcopum Coloniensem ceciderat, in rota est contractus. Tunc etiam *Henricus* Dux de *Bruneswicb*, frater Imperatoris *Ottonis* obiit, & civitas *Stadenfis* Episcopo *Bremenli* cum terra restituta fuit. Eodem tempore Dux *Otto* de *Lunenborcb* civitatem *Bruneswicb* optinuit, preliabatur quoque cum hominibus Imperatoris & triumphavit. Porro rex *Dacie* iterum profectus est in *Ditmarsiam* & illam obtinuit, & inde procedens, *Ezcebo* & tota terra ad eum divertit, partem vero populi sui cum indigenis ante castrum reliquit, & procedens inde ante *Segbeberghe* urbem novam edificavit. Co-

mes igitur *Adolfus Ezcebo* tunc liberavit, & multi ex hys, qui castrum obsiderant, occisi sunt & subverli. Tunc Dux *Otto* venit in adiutorium avunculo suo regi, Episcopus quoque *Bremenfis* & Dux de *Saxonia Albertus* & Comes *Adolfus* & Comes de *Swerin Henricus*, turba quoque *Slavorum* cum *Lubicensibus* inperterriti regi occurrentes venerunt in campo *Barnebovede* in festo *Magdalene*, factumque est ibi prelium magnum, & proelio rex victus & uno oculo destitutus vix confugit. Dux vero de *Lunenborcb* illic comprehensus fuit, plurimi autem ex hominibus regis sunt occisi, & plures in captivitate ducti, inter quos etiam erant Episcopi. Circa idem tempus *Trajectensis* Episcopus cum quadringentis milibus ante *Couorde* est occisus. Tunc etiam profectio grandis ad terram sanctam facta est. Mortuus quoque est *Lantgravius* de *Thuringia Lodemicus* ante *Brundisium* & cum eo innumerabilis multitudo peregrinorum, qui autem hys superfuerant, mare transfretantes urbes *Sydonem* & *Cesaream* in terra sancta edificabant. Post Papam *Honorium* factus est Papa *Gregorius*. Porro Imperator infirmitate depressus transfretare non poterat, propterea Papa eum denunciabat. Eo autem tempore Episcopus *Bremenfis* & Comes *Adolfus* inter regem & se quandam ordinaverunt compositionem, ita quod regis filius Dux *Abel* filiam Comitis *Adolfi* duceret in uxorem - in veterata controversia - & tempus pacis & tranquillitatis in terra rediret. Tunc *Albertus* de *Orlamunde* a captivitate per litus fuit & Duci *Alberto Louenborcb* resignavit. In sequenti igitur anno cum Imperator & Papa concordare non poterant, ad terram sanctam in excommunicatione transfretabat. Egeratque de quadam compositione inter Christianos & *Sarracenos*, quod terra *Jerosolimitana* ei totaliter deberet restitui. Sed in hys Papa & Patriarcha, hospitale quoque & templum ei contrarii sunt inventi. Hy mandaverunt *Soldano*, quod inter se & Imperatorem & Christianos hec stare non possit compositio. Tunc Imperator edificavit *Joppen* & *Soldanus Jerusalem* illi restituit, *Berblehem* quoque & *Nazareth* & aliquam partem terre illi donavit. Imperator ergo coronatus tunc *Jerosolimis* incescit die videlicet *Dominico* anno quoque verbi incarnati *M. CC. XXIX.* altera vero die Patriarcha *Jerosolimis* divina suspendit, propter quod ecclesia illic congregata ineffabiliter conturbata fuit. Medio autem tempore cum Imperator in transmarinis partibus esset, Papa civitates & castra ejus ab eo abstulit & mortem Imperatoris ubique predicari precepit. Cum ad Imperatorem hec perlata fuissent, festinus rediit & magnis laboribus, expensis Teutonicorum peregrinorum castra sua recuperavit. In anno *Jerosolimo* reddita est. Dux *Otto*

1219.

Expedi-
cruciata.Pax cum
rege Da-
nia.Imperato-
ris & Sol-
dani com-
positio a
Papa im-
peditur.

1229.

Papa de-
lus.

1229.

Clades
Marchio-
nis Bran-
denb.

de *Lunenborch* a captivitate solutus fuit, & Duci *Alberto Hiddesacker* restituit, auxilio quoque Marchionis de *Brandenborch* contra circum sedentes se & contra Episcopum *Maydeburgensem* & *Halberstadensem* bellare cepit. Tandem juxta *Brandenborch* convenerunt in prelium & Marchio cum *Slavis* illic perdidit, & eodem conflictu cum *Winitis* grave dampnum accepit. Tunc ergo bellum hoc per compolicionem est sedatum. Et ipso tempore castrum *Walbeke* fuit destructum. Postea in die natalis Domini Episcopus *Bremensis* cum exercitu grandi *Stadingis* profectus fuit, illic fratrem suum Dominum *Hermannum* de *Lippia* occisum perdidit, & ipse sine omni profectu inde recessit. In sequenti anno Papa & Imperator reconciliati sunt & Imperator ab excommunicatione absolutus fuit. Postea Dux *Lippoldus* de *Austria* obiit. Et juvenis rex *Boemie* *Austriam* usque ad *Danubium* incendio devastavit. Statim ergo post hanc profecionem mortuus est ille senex rex de *Boemia* *Otekarus*. Eodem etiam tempore *Bertoldus* Episcopus *Lubicensis* obiit & *Johannes* ejusdem Decanus in locum ejus surrexit. Post hec Dux *Bavarie* a quodam viro cultello fixus obiit, idemque captus & occisus, quis vel unde fuit, quilibet ignoravit. Eodem etiam tempore uxor *Lantigravii* de *Thuringia*, bona illa *Elzabeth*, filia regis *Ungarie* plena operibus bonis & eleemosinis obiit & juxta civitatem *Marborch* sepulta fuit. In diebus illis multi in ecclesia Dei fuerunt heretici *Rome* & in *Gallia* & in *Teutonia*, ex quibus amplius quam mille viri & femine *Conrado* (*) dorso & a quibusdam aliis igne sunt cremati. Porro Imperator *Fredericus* curiam *Ravennatis* in festo Omnium Sanctorum habuit ibique diu moram faciendo filium suum regem expectavit. Inde vero procedens *Veneciam* venit, & a *Veneris* gloriose acceptus processit *Aquilegyam*, & illuc filius suus rex ad eum usque pervenit. Imperator inde *Appuliam* rediit & filius suus rex in *Teutoniam*. In sequenti anno post curiam *Ravennatis* habitam, Episcopus *Bremensis* edificavit castrum *Sluttere*, quod *Stadingis* comprehendentes funditus destruxerunt. Eodem igitur anno precepit Papa crucem contra *Stadingos* predicari. Postea vero ante *Penthecostes* festum misit Dux *Otto* de *Lunenborch* homines suos, qui terram usque *Bremam* succenderent, volens *Stadingis* succurrere, quia Episcopo invidabat propter proprietates, quas patruus suus Dux *Henricus* *Bremensi* contulerat ecclesie. Postea personliter usque *Stadis* processit & terram incendiis & depredacionibus devastavit. Medio autem tempore peregrini usque *Bremam* pervenerunt, & cum exercitu valido terrestri ac navali orientales *Stadingos* in die beatorum *Johannis* & *Pauli* obtinuerunt, terramque incendiis & depredacionibus devastan-

Dux Bav.
a scario
interfici-
tur.Heretici
creman-
tur.Cruccon-
tra Stadin-
gos predi-
cata.

tes, quoscunque invenire poterant, viros & mulieres & pueros occiderunt, & quos viros comprehenderunt, igne cremati sunt. Statimque postea *Stadingi* Comitem *Borchardum* de *Aldenborch* cum ducentis viris occiderunt. Eodem tempore rex *Boemie* cum grandi exercitu contra fratrem suum Marchionem de *Moravia* profectus est & civitatem ejus *Brunnam* ab eo optinuit, & magnam partem terre incendiis devastavit. Postea rex *Henricus*, Imperatoris filius cum exercitu magno contra Ducem *Bavarie* perrexit coegitque eum, quod se potestati sue tradidit. In diebus illis multi milites & nobiles de heresia fuerunt infamati, de quorum numero Comes de *Smauia* extitit. Contra quem Magister *Conradus* de *Marburch* multos cruce lignavit. Idem vero Magister *Conradus* de *Marburch* hujus viri causa interfectus est, & omnes qui vocati fuerant, potestati regis se committebant. Tunc iterum *Bremensis* Episcopus contra *Stadingos* navali processit exercitu, & aggeres eorum destruens incendit, eos aquis immergere. In quo conflictu aliqui ex hominibus Episcopi interfecti ceciderunt. Eodem anno in Purificatione rex curiam sollempnem, quo multi Principes convenerant, celebravit, illic pax generalis ab omnibus est jurata, & Comes de *Seyna*, qui de heresi vocatus fuerat, cum authenticis coram rege se expurgavit, alii quoque plurimi de hac nota illic sunt absoluti. Eodem tempore rex *Dacie* castrum *Dymn* in suo possedit dominio, quod *Sclavi* & *Lubicenses* viribus abstulerunt ab eo. Post hec Dux *Brabantie* & Comes *Hollandie* & Comes de *Cleve* contra *Stadingos* cruce sunt signati, & Dux *Brabantie* cum multis nobilibus in potencia virtutis sue pertransiit, Comes vero *Hollandie* cum valido navali exercitu ad *Wesaram* appropinquavit. Hy omnes ad quadraginta milia computati sunt, & terram *Stadingorum* tercia die post *Urbani* potenter intraverunt. Quibus *Stadingi* viriliter ex adverso occurrentes commiserunt cum eis prelium, victique sunt *Stadingi* & pene amplius quam quatuor milia ex eis interfecti sunt, & Comes *Henricus* de *Aldenborch* cum paucis peregrinis ibi cecidit, & terra *Stadingorum* incendiis & depredacionibus totaliter consumpta fuit. Talem igitur finem *Stadingi* sortiti sunt, qui plus quam XXXIII. annis Deo & Prelatis suis inobedientes exstiterant, qui tandem ex vindicta Domini gladiis contriti cadebant. Post hec rex *Dacie* & Comes *Adolfus* ante civitatem *Lubeke* duas edificaverunt urbes, *Tyovenam* quoque obstruxerunt navibus immergentes. Sed contigit ut ex violencia impetus sui novam sibi viam faceret & intrantibus & exeuntibus iter preberet expeditum. Eodem tempore *Romani* contra Papam bellantes de civitate eum ejecerunt, Imperator autem contra *Romanos* se-rebat auxilium. Porro rex *Henricus* Imperatoris

1229.

Moravia
vastata.Conradus
de Mar-
burg occi-
ditur.

Comitia.

Expeditio
in Stadin-
gos.Qui sub-
guntur.Seditio Ro-
ma.

Rex Henri-

(*) Quid sibi velit hæc vox, non intelligo.

1229. cus patri
Caesari ve-
bellis.

ratoris filius patri se opposuit, propterea Imperator in partes Teutonie venit, filiumque debellare cupiens infinitum thesaurum attulit, & tunc universitas Principum regem derelinquens Imperatori adhaesit. Tunc Imperator perrexit Wormaciam ibique terciam duxit uxorem. Prima igitur uxor ejus filia regis de Arragun extitit, de qua filium regem S. Henricum suscepit. Post mortem ejus filiam regis de Ocken secundam accepit, per hanc regnum Jerosolimitanum obtinuit, & ex illa filium regem Conradum generavit. Illa vero mortua sororem regis Anglie Wormacie duxit, quo filius suus veniens gratiamque patris obtinere cupiens in potestatem ejus se tradidit, quem pater captivatum in Apuliam transmisit. Eodem tempore rex Dacie Trauenam iterato obstruere cupiens multas & amplas naves ad hoc preparatas adduxit, venitque in Sclaviam & aliquam partem terre incendio devastavit, inde vero ad aquam, que Warnowe dicitur, procedens in civitatem Rostoke se recepit. Quem Lubices e vestigio sequentes cum navibus ejus in

Captivus
Bellum Danorum
cum Eubensibus.

mari prelium commiserunt, & valentorem ejus urbem Korgerbonem videlicet valde magnam hominibus & propugnaculis undique munitam viribus expugnaverunt. Reliquas vero naves, quas ad immergendum rex preparaverat, quasi a Deo missa tempestas conterebat. Sic ergo rex sua intencione frustratus ad propria rediit, & civitas Lubicensis de tanta victoria non modicum exultavit. Eodem tempore Imperator curiam sollempnem in festo Assumpcionis Moguncie cum Principibus habuit & corona imperiali aliisque insigniis ornatus incescit. Illic etiam compositio inter Imperatorem & Dominum Lunenburgensem ordinata fuit, ita quod Luneborch & omnem proprietatem suam imperio tradidit & in continenti Imperator in feodo illi reconcessit. Brunswich quoque & omnem dominacionem, quam Imperator a filia patris sui Palentini comparaverat, Ducatum de cetero esse constituit & cum vexillis coram Principibus illi porrexit.

1229.

Comitia Moguncie.

Ducatus Brunswic. feudum fe Imperii.

TV AVTEM DOMINE MISERERE NOBIS.

IV.

CHRONICI PEGAVIENSIS

(QVOD SVB TIT.

HISTORIA DE VITA

ET

REBUS GESTIS VIPERTI

PRIMUM PUBLICAVIT REIN. REINECCIUS

FRF. MDLXXX. FOL.)

COLLATIONES ET CONTINVATIO

VSQVE AD AN. MCCXXXVI

Hofman. Edit. pag. 7. §. IX. postea Magdeburgensem Archiepiscopum] Hæc verba glossæ quibusdam videntur, sed nullum ejus vestigium in Cod. p. 8. §. XII. coenobii feliciter.] Codd. coenobii felicem feliciter. Cap. II. §. I. In Cod. rubrica est: Anno Dominica Incarnacionis millesimo quadragesimo. §. II. efficacior.] Codd. addunt: constancia & armis prestancior. at quod] Codd. ut ipsum, quod &c. pariebat ipsi, qui] Codd. pariebat. §. IV. verus ac medullitus. visitaret] Codd. veris illustraret ac medullitus. §. V. Cutze] Codd. Chutseß. §. VI. perderet] Codd. perditum irens.

-Hertungius] Codd. Herrwigus. §. VII. quantus esset] Codd. quanti esset. p. 9. bonimum] Codd. boninium. Cap. III. §. I. In Cod. rubrica legitur: Anno Dni. Millesimo septuagesimo secundo. §. IV. fidejussores accipit] Codd. fidej. extiserunt. §. VII. ubi conditum] Codd. recte: ut conditum. p. 10. §. XI. malis paruis] Codd. malis paruis. Cap. IV. §. I. Ras] Codd. semper: Raz. §. II. auditu] Codd. audita. p. 11. §. VII. post multas sententias] Codd. post multas controversie sententias. §. IX. se parare] Codd. se porere. §. XI. qui certis] Codd. quod certis. p. 12. §. XII. Quod rames] Codd. Quod sum. §. XV. Est id, inquit, quod bonam] Codd. v. n. Estimo, inquit, bonam. Alter: Estam inquit, bonam. qua pro regni] Codd. qui pro regni. §. XIX.

§. XIX. *Monasteriensis, (singuli ad trecenta]* Codd. *monasteriensis singuli ad quinquaginta talenta, Abbates Voldensis & Hirsueldensis singuli ad CCC.*
Leisnuck] Codd. semper: *Lisnig.*
 p. 13. §. XXVII. *eam sociaret.]* Codd. addunt. *Affensu ille bilaris, ornatumque auro textis induvis & variis ornamentorum insignibus fecit procedere elegantem facie Juditam nomine. Wichertum igitur epocans.*
 p. 14. Cap. V. §. 1. *permissioe Imperatoris]* Codd. *permiss. Imperatorum.*
 §. II. *depopulatus est, apud Woffin]* Codd. *depopulatus est, a Wicherto consilio accepto, ut donec ipse, que circa Belgor erant, devastaret, apud Woffin. - - Alter tamen pro Woffini, rectius: Wortzin.*
 §. VII. *inter provincie]* Codd. *inter: bujus prov.*
 pag. 15. §. XII. *abundat]* Codd. *habundavit.*
 p. 16. §. XX. *& qua in bilaritate]* Leg. *& qui in*
 Cap. VI. §. II. *Gislera]* Leg. ex Codd. *Gisfelo.*
Deo servitutis] Leg. *Deo servituris.*
 p. 17. §. VIII. *talenta dedit.]* Supple ex Codd. *verbisque promissis illum non modice exhiberavit, ut auxilii sui intuitu fiducialiter ageret, & opus decens ad honorem Dei & beati Jacobi cum sua consolacione & adjutorio fundaret. Qui reversus Dominum Herwigum*
 §. IX. *potissimum]* Codd. *potissimus.*
 Cap. VII. §. VIII. *Bekonis]* leg. *Berouis.*
 p. 18. §. XIII. *Wurzen]* Codd. *Worczten.*
 §. XV. *sculpturis insignes]* Sequitur in Codd. *Anno Dni MXCLX. Henricus Imperator in Epiphania Domini Aquisgrani filium suum Henricum quintum regem fecit.*
 §. XVIII. *Hoc tamen]* Codd. *Hoc tum.*
 p. 19. §. XX. *prapositiona]* Leg. *prapositionura, est susceptus.)* Codices suppleunt: *Quia igitur exordio perfectionis inchoavit, nulli dubium, quin perfectus incremento virtutum se indies provebente deinceps fuerit, quod tamen scire volentibus luce clarius certis experimentis de cetero patebit. Igitur dominus Windulfus in abbatem promovetur.*
 §. XXIII. *qua laboris]* Codd. *que ex proprii laboris.*
 §. XXV. *& arbusa]* Codd. *& arbores & arbusa, uti etiam Editio Reineri.*
dilata] Leg. *ditata.*
 p. 20. §. XXIX. *Qui ob tanti]* Codd. *Qui tanti.*
 §. XXX. *Snoerd]* Codd. *Snoerdorf.*
Wafeska] Codd. *Wifeska.*
& Sunda] Codd. *& Sunda.*
 §. XXXI. *liberati]* Leg. *libertati.*
 §. XXXII. *post eum aut]* Leg. *post eum autem.*
 pag. 21. Cap. VIII. §. V. *Quam regeneracionis]* Codd. *Quam pacem & regeneracionis.*
 §. VIII. *& aurificio]* Leg. ex Codd. *cum aurificio.*
 p. 22. Cap. IX. §. I. *fatis bilariter]* Codd. *fatis exhiberatus.*

§. IV. *Dominum Ludigerum]* Codd. *Dominum Hillinum.*
 §. V. *Prater hac potestatis]* Codd. *Prater hoc ad potestatis.*
quidem Vizo] Leg. *quod Vizo.*
 §. VII. *Hac cum ipsa facultate, tum collegarum suarum una nobilitatis libertate abutens]* Codd. *ita. Hec cum ipsa facultate, cumque collegarum suarum numero libertate nobilitatis abutens.*
 pag. 23. §. VIII. *Situm enim &c.]* Codd. *Situs enim ejusdem videbatur irreligiositas*
 §. IX. *Reinerstorf.]* Codd. *Reynesdorf.*
 Cap. X. §. I. *Anno Dom. MCXLI.]* In Codd. *legitur: MCX.*
 §. II. *Hic incipiunt]* Codd. *Anno Dni MCXLI.*
 §. VI. *Budessen]* Codd. *Budessenum.*
 p. 24. Cap. XI. §. IV. *Drunts]* Codd. *Driuals.*
Legendum puro: Driuels.
 §. VIII. *aut Adelgorum]* Leg. *ad Adelgotum.*
 p. 25. §. XII. *defuisse]* Codd. addunt: *ejus misericordiam.*
 §. XV. *Eruinis Comes]* Codd. *Eruwinus Comes;* fuit autem Gleichensis.
 §. XVI. *Crossig]* Codd. *Croczech.*
 §. XVII. *Richnise]* Codd. *Richince.*
 p. 26. §. XXIV. *perierunt]* Codd. *perimunt.*
 In margine Codicum notatum est antiqua manu: *Anno Domini MCXVIII. Dispodus marchio de Napurch petitione maritis sue & Adelheidis uxoris construxit monasterium in Reichenbach sub Witigo primo abbate. Hujus Marchionis filia Reicza Ducissa Bohemie construxit monasterium in Cladina.*
 §. XXV. *Mogen]* Codd. *Mogem.*
 p. 27. Cap. XII. §. I. *Sirbia]* Codd. *Suuorbia.*
 C in *Magdeburg.]* Codd. *in Magdeburg Principalem.*
 Bigangis] Leg. *Bigaugis, i. e. Pegavia, quam*
 Cod. quoque *Bigaugiam* vocat.
 p. 28. §. VI. *perofus]* Codd. *prorsus.*
 §. VII. *eam recepit.]* Hic desinit Editio *Reineccii & Hofmanni.* Sed in Codicibus nostris ampla sequitur.

Continuatio.

Anno Domini MCXXV. *Richwinus* Cicensis Episcopus obiit, pro quo *Wito* constituitur, cujus sacerdotis optima fuerunt initia. *Kalixtus* Papa secundus obiit, pro quo *Honorius* constituitur. *Henricus* Imperator nomen hujus quintus rex, X. Kl. Junii obiit, quo tempore per tres continuas noctes ante mortem ejus tanta frigoris immanitas fuit, ut in plerisque partibus maxima pars frugum & vini atque pomorum deperiret. *Lotharius* Dux Saxonum apud *Mogontiam* rex eligitur, & *Aquisgrani* benedictione regali sublimatur. Hic etiam *Luctarius* dicitur, vir bonus, antiquus, divitiis pollens, rexit annis XI. *Otto* quidam principatum gerens provincia, que *Mereberna* dicitur, regem interpellando adit, conquerens se Ducatu *Bohemie* velut hereditaria dignitate injuste privatum. Rex ergo *Adelrico* *Buemorum* tunc temporis Duci

Handwritten notes and corrections in the right margin, including names like 'N25-1196', 'L. regni', 'Lotharius', 'Saxo', 'F. regis bel.', 'lun. Bohe.', 'micam.', and various scribbles.

1125. Duci, post datas iudicio Principum inducias, quas idem contempserat, publice bellum indicit. *Ruggerus* Magdeburgensis Episcopus obiit, pro quo *Norbertus* constituitur. Mirabile lignum in luna apparuit. Anno

1126. Anno Dni M. C. XXVI. Bellum Bohemum inter regem *Lotharium* & *Adelricum* Ducem Bohemorum commissum est XII. Kal. Martii, in quo multi Nobilium de exercitu Regis ceciderunt. *Adelbertus* quoque Marchio & *Ludovicus* Comes de *Lara*, captivi abducti sunt, ubi & *Otto* Dux de *Meberny* occubuit, qui totius belli causa extitit. Cometa apparuit.

1127. Anno Dni MCXXVII. *Lotharius* rex apud *Merseburgk* Penthecolten celebrans, *Adelricum* Ducem Bohemorum in amicitiam recepit, & filium ejus de sacro fonte baptismatis suscepit, & mox castrum *Nuremberg* cum exercitu obsidet, habens secum eundem Ducem cum grandi exercitu Bohemorum. Devastata itaque circumposita regione per tres menses, Dux predictus cum suis ad propria revertitur, moxque rex a *Conrado* fratre Ducis *Fridrici* fugatur. Unde & *Conradus* idem nimum inflatus superbia contra jus fasque regiminis nomen usurpat. *Karolus* Comes Flandrensis, vir justus tenax, ob defensionem iustitiae a suis in templo Dei occiditur, sed populis inter se dissidentibus, duo mox Comites loco ejus subrogantur, *Wilhelmus* de Anglia & *Theodoricus* de *Alfagia*. Quibus contra se pugnantibus, immentia ex de diversisque cladibus Flandrensiu devastatur populus.

1128. Anno Dni M. C. XXVIII. Rex nativitatem Domini *Wirciburgk* celebrans, *Embrichonem* eidem prefecit Episcopum, ejectione *Gebehardo*, ubi & *Conradus* regi rebellis excommunicatur. Rursum Rome idem *Conradus* a Papa *Honorio* excommunicatur. *Spira* dolose capitur a *Eriderico* & *Conrado* Duoibus. Rex etiam mox eandem cum exercitu occupat. Jamque capienda erat, sed pacem postulantis rex dextras dedit, & obsidibus acceptis ab eis, dimissoque exercitu Rex abiit. Qui mentiti sunt rursusque rebellant. *Otto* Halberstadenis Episcopus a regularibus de *Symonia Rome* injuste, ut multis visum est, accusatus, a Papa *Honorio* deponitur. Anno

1129. Anno Dni M. C. XXIX. *Spira* a Rege *Lothario* per novem menses continuos oppugnata capitur. Dux *Gosefridus* de *Brabantia* a rege deponitur, & *Paginus* pro eo Dux constituitur. Cui *Pagino* ad peragenda Ducatus sui negotia descendenti *Gosefridus* cum armatorum multitudine occurrit, sed initio certamine, idem *Gosefridus* fugam inuit. *Paginus* victor Ducatum a *Rbeno* usque ad fluvium *Getum* obtinuit. In *Halberstadt* duo Episcopi per dissensionem clericorum & regularium statuuntur, sed a Rege & ab Archiepiscopo *Moguntino Adelberto* ambo re-

probantur. *Heinricus* Marchio de *Stadenk* obiit. *Kito* Comes de *Saxonia* occiditur.

1129. Anno Dni M. C. XXX. *Honorius* Papa obiit, & mox duo per dissensionem loco ejus constituantur, *Secundus Innocentius*, qui & *Gregorius*, & *Anacletus*, qui & *Petrus*, ambo Rome uno die electi, ambo uno die consecrati. *Anacletus* majoris potentiae Roman obtinuit. *Innocentius* Galliam fugiendo devenit, ibique ab omni Gallicana ecclesia susceptus, etiam a totius Germania Episcopis & a rege *Lothario* Papa pronunciarur & confirmatur. *Heinricus* Comes frater *Bodwici* obiit. In villa *Halla* occiduntur a civibus *Conradus* de *Eichstede*, *Adelbertus* & *Fribo* duo fratres, cum pluribus milibus. Domina a) *Ellica* de *Wirbene* vix miserabiliter effugit. Rex ergo *Lotharius* adversus *Halla* milit exercitum, ubi truncatis aliis, aliis coecatis, nonnullis diversorum generum mortibus excruciat, aliis effugientibus, reliqui infinita pecunia vitam redimentes, cum ingenti rerum suarum dispendio poenas sui sceleris solverunt. *Burchardus* consecratis *Lotharii* Regis, Comes *Luchenheensis* de *Saxonia* dolo Domini sui de *Winciburch*, principalis Comitum *Thuringie* & *Misuenis* Marchionis occiditur. Ob quod idem *Hermannus* a Rege *Lothario* deponitur, & Comes *Endemicus* pro eo constituitur *Lantgravius*, & Comes *Conradus* de *Witin* pro eodem *Hermannus* Marchio constituitur in *Misna*. Signum sanguinei coloris apparuit.

1130. Anno Dni M. C. XXXI. *Hermannus* de *Winciburch* Regi *Lothario* se suaque omnia dedens captivus abducitur, & in *Blanckenberck* custodia mancipatur. *Winciburch* ad solum usque destruitur. Rex *Lotharius* congregato exercitu in *Daxiam* vel in *Daniam* proficiscitur, propter intestina bella, que gerebantur in ea. Filius quippe *Daniae* Regis filium patris sui occiderat, timens ne se depulso regnaret, quia ejusdem occisi pater rex fuerat. Cujus fratre apud Regem conquirente mortem fratris, *Lotharius* contra partes eadem exercitum movit, cujus timore omnes illius gentis velut arena maris ad rebellandum in unum coacti, cum ex adverso exercitum regis, multo licet minorem, lorica tum conspiciunt, divinitus perterriti se suaque dedentes, dextras petunt, utque rex ipsorum proprium regnum ab ipso & ab omnibus ceteris Imperatoribus suscipere debeat, constituunt, & ut eidem suo regi idem beneficium impendere dignetur, humiliter obsecrant. Quod & fecisset, ni pius *Lotharius* ei, cujus frater occisus erat, in hoc pepercisset. Susceptus tamen obsidibus pro ingenti pecunia sibi promissa, & propria remeavit, cum sex tantum armatorum milibus mensum triumphum referens.

1131. Synodus apud *Leodnan* sub Papa *Innocentio* congregatur, ubi praesente Rege *Lothario*, residentibus L. Epi-

1125. Anno...
1126. Anno...
1127. Anno...
1128. Anno...
1129. Anno...
1130. Anno...
1131. Anno...

1129. Anno...
1130. Anno...
1131. Anno...

Castrum Nuremberg.

Hallen...

Hermannus...

1130. Anno...

Dania...

Synodus...

1) In Colonia est: 12. Cal. Martii, qui etiam Ducem Boh. vocat Sotestann.
2) In margine alterius Cod. quidam notavit: Credo esse Ellicam, Ossanis Bollenstro. viduam, que castrum Wirbenam habuisse dicitur in Chron. Goffec. c. 19. Part. II.

1131.

L. Episcopis, cum innumeris diversorum ordinum personis, *Otto* Halberstadenſis Episcopus a Papa *Honorio* dudum depositus, cunctis annitentibus, a Papa *Innocentio* de novo inſula episcopali inveltitur, & ſedes ei redonatur ejuſdem eccleſiæ. Statuitur etiam hoc ſemper memorabile per decreta canonum, Presbiteros Parrochianos caſtos & ſine uxõribus eſſe debere, uxorati vero Presbiteri miſſam a nemine audiendam eſſe. Ibi etiam *Adelbertus* Marchio de *Saxonia* regis gratia carens deponitur, & *Heinricus* filius Marchionis *Wicberti*, haſtenus ab eodem *Adelberto* violenter expulſus, pro eo Marchio A conſtituitur in *Luzia*.

Anno Domini M. C. XXXII. *ſcylus Gorbehardus* ab anno dormitionis ſuæ centelimo primo, ipſius anni die ultimo, III. Nonas May in *Hildinheim* terra elevatur, cujus ſignorum admirabili magnitudine omnis *Germania* illustrata ſeratur. Rex *Lotharius* cum regina *Richiza Roman* pergat, ad viſitandum regnum Italicum ſuoque dominio mancipandum, & ad Papam inſtituendum in apoſtolicam ſedem, ſcilicet *Innocentium*, & ad ſuſcipiendam Imperialem benedictionem, modicum quidem pro rerum negotio ducens exercitum, B ſcilicet & quingentos tantum armatorum, ſed in Domino per omnia conſiſus; quod & rerum probavit eventus. *Auguſta* civitas a regis exercitu deſtruitur, igne crematur, plurimi de civibus captivi abducuntur, eo quod regem ad ſe pacifice ingreſſum, nilque tale ſuſpicantem, bello præſumpſerunt laceſſere. Hinc montana rex *Lotharius* tranſiens, omnem *Italiam* ſuæ ditioni ſubjicit, ſolis *Veronenſibus* & *Mediolanenſibus* renitentibus. In eadem expeditione *Heinricus* Marchio de *Staden* occiditur, ſed a militibus ſuis *Saxoniam*, unde oriundus erat, ſepeliendus refertur.

Anno Domini M. C. XXXIII. Rex *Lotharius* C *Romam* veniens *Innocentium* Papam in ſede apoſtolica reſtituit, & imperialem benedictionem ab eodem ſuſcepit. Hoc autem *Lateranis* apud ſcylum *Johannem* baptiſtam ideo fieri voluit & congruum duxit, quia Imperatorum palatium ibi ſitum eſt, & ejuſdem loci auctoritatem aliquotiens Imperatorum conſecratio roboravit. Acceſſit etiam, quod *Petrus*, qui ſibi dignitatem apoſtolicam uſurpaverat, templum beati *Petri*, ubi imperialis benedictio danda eſt, cum multitudine armatorum occupaverat, quem lo- cum Imperator facile ferro obtinuiſſet, niſi D pietate conſulente, propter excidium ſacri loci declinaſſet. *Lotharius* Imperator factus *Roma* digrediens, ad cluſas, quæ *Brixiam* ducunt, venit, ubi *Adelbertum* quendam tyrannum decem milibus tranſitum prohibentem, Domini fretus auxilio devicit, & in ſuo caſtro *Lodrin*, quamvis inexpugnabili, quo conſugerat, obtinuit, captivum abduxit, poſt victoriam ad propria rediit. Eclypſis ſolis facta eſt III. Nonas Auguſti.

Anno Domini M. C. XXXIII. *Lotharius* Imperator Penthecoſten *Halberſtad* celebravit, Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

ubi *Magnus* filius *Nicolai* Regis *Danorum*, ob gratiam ejus, immenſum pondus auri & argenti eidem obtulit, eo quod ſuas injurias a Rege ſibi illatas vindicando, multos *Teutonorum* in ſuis partibus comprehenſos occiderat, truncaverat, aliisque mortibus affectos *Dacia* expulerat, Rege interim in *Italia* agente, quem tam Imperator pius ſuper hoc penitentem & ſatisfacientem recepit, diademate coronatum regem eſſe decernit, ſuumque ſpatarium in ipſo ſacro die conſtituit. Qui remeans ad ſua, Imperatoris tantum abulſus eſt clementia, ut *Erico*, filio patri ſui, cujus fratrem occiderat, bellum inferret, & in *Lundina* civitate armatorum & navium multitudine conſiſus obſedit. Cumque navibus egreſſi applicarent civitati, tantus horror invalit eos, ut omnes cuperent ac peterent revehi: At *Magnus*: Quid, inquit, timeris milites fortiffimi? XX. milia armatorum nobiſcum ſunt, cum quibus iſſam *Romam* obtinere potuiſſemus. Illis e contra diffidentibus, & nulla conſolatione metum ponentibus, *David* adoleſcens egregius, *Erichi* ſororis filius, civitatem cum CCC. armatis erumpens, adverſariorum turbavit exercitum, illisque fugientibus *Magnus* relinquitur ſolus in terra proſtratus, quem ſuper aſtans *David* adoleſcens: O, inquit, latro & paſſicida ſceleratiſſime, qui avunculum meum patrii filium oſculans interfeciſti, ut *Judas* Dominum tradidit. Nunc te premunt peccata tua, nunc te Deſ perſequuntur iudicia. Hodie recipies quæ mereris, ut impio capite tuo cum manibus ſceleſtis abſciſo, omni ſeculo ſabula ſias. Quo tali morte preëmpto rex *Nicolaus* pater *Magni* timore correptus immenſo, jamque ſe & coeſſentibus ſibi comminus moriturum ſuſpicatus, fugiendo cum multitudine armatorum juxta *Sleſwic* eſt caſtra metatus. Cives autem ejuſdem civitatis in dolo ei pacifice loquentes, episcopum ſuum cum cæteris primatibus ad eum quali pacis obſides emiſerunt, & introductum ad ſe, ſtatim pro foribus eccleſiæ in oratione peremerunt, & loco ejus *Erichum* filium fratris ejus regem conſtituerunt. Imperator *Lotharius* cum exercitu adverſus ducem *Fridericum* & fratrem ejus *Gonradum*, *Sveviam* ingreditur, *Xilla Ulma* funditus deſtruitur, *Caſtella* & munitiones plurimæ evertuntur, tantaque clade tota *Svevia*, ut nihil ante ſimile factum a cunctis Regibus memoretur.

Norpertus Episcopus Nonis Juny obiit. Anno Domini M. C. XXXV. *Fridericus* Dux *Suevorum* gratiam Imperatoris *Lotharii* *Babenberg* acquiſivit, ad curiam media quadrageſima habitam, & ex ſententia Imperatoris & unanimi conſenſu Principum pax eſſe decernitur decem annis per regnum univerſum, conjurantibus cunctis in id ipſum. Imperator *Lotharius* curiam ſuam apud civitatem *Meſeburg* in ad vincula S. *Petri* habuit, ubi ex ejus præcepto Dux *Polemorum* affuit, qui ſape numero anteriorum Imperatorum impetitus bello, ſape rogatus, ſape ſuaſus promiſſio-

1134.

Magi Regis in felix expeditione Anglica.

Magnus occiditur.

Item Nicolaus pater Erici

Svevia vaſtatur.

Cognitia Bamberg.

Henricus filius imperatoris Marchio Luſſat.

A. S. 1132

Expeditio Italica Lotharii.

A. S. 1134

Auguſta dirigitur.

A. S. 1133

Coronatio Regis.

Heræ acciſa

A. S. 1134

Magi Regis in felix expeditione Anglica.

missionibus; nunquam tamen ad eorum curiam venire consensit vocatus. Affuit Dux Bohemorum *Václavicus*, qui esset Ducis Polonorum infestissimus inimicus; Imperator reconciliavit eos. Venerunt etiam ad eum Dux unus & Episcopus a Rege *Græcia*, missi cum legatis Ducis *Venetia*, conquærentes & vindictam postulantes adversus *Ruggerum* quendam Comitē in *Sicilia*, eo quod Regi *Græcia* *Africam* paganis auxiliantibus abstulerat, quam suo dominio subdens, regium sibi nomen usurpaverat. Insuper *Veneziam* spolians, mercium diversarum quadraginta talentorum precium abduxerat. De imperio quoque Romano totam *Apuliam* atque *Calabriam* subtraxit, aliaque per plura contra Jus fasque perpetravit. Contra hunc promittuntur Imperatori a legatis ad supplementum Teutonici exercitus naves copiosæ, militum legiones innumerae, auri & argenti sufficientia. Quantis & qualibus eo tempore a Deo Imperator donis diversarum gentium honoratus fuerit, quis explicare possit? Aurum, lapides pretiosos legati *Græcia* attulerunt cum diversorum colorum purpura, aromata multa nimis, & in hac terra hætenus incognita. Sed & Dux *Polonia* Duxque *Bohemia* pelles griseas atque mardelinas cum variis auri & argenti & pretiosarum rerum muneribus tanta afferebant copia, ut nullus superesset Principum, qui vel Ducum illorum, vel Imperatoris muneribus se non gauderet honoratum. Nec minus regis *Ungariensis* nuntii Imperatorem cum ceteris Principibus lætificaverunt, qui Dominum suum ad omnem ejus voluntatem paratissimum nuntiarunt. Rursum Imperator curiam suam in *Mulbau* villa regia habuit circa festum *Scti Michaelis*, ubi *Conradus* frater *FridERICI* Ducis gratiam Imperatoris promeruit, cui cum omnia sua restitisset, regis donis honoratum ad sua restitit. Ventus vehementissimus & hætenus incognitus naves, ædificia, arbores fructuosas & silvestres cum magna parte silvarum in interitum misit. *Henricus* Marchio *Lusatia* vel *Lusacia* est Praefectus *Magdeburgi*.

Anno Dni M. C. XXXVI Imperatore *Lothario* nativitate Domini *Spiræ* agente, visus est sol in vigilia *Epyphanie* nullis apparentibus nubibus, quasi ex parte præruptus; in aliis quoque partibus non post multo apparuerunt prodigia. Lapis unus in magnitudine D capitis hominis iuxta locum *Oltesleibon* abbatiam cecidit de nubibus, a fratribus postmodum ibidem diligenter custoditus. Per idem tempus Imperatore in *Quintlingeburg* civitate existente, visum deluper civitatem in aere quoddam in modum scalæ transvolare niveo corpore, rubro rutilans capite. Testati sunt quoque non pauci eodem tempore se vidisse crucem quasi rubeo colore chorscam, de celo ad terras descendisse, & non procul a terra aliquandiu in aere pependisse, qua rursus ad cælos remeante, aer tanta resplenduit

claritate, ut nullus intuentium ad hanc perspiciendam, tanquam contra solis radium, visum obtenderet. *Lupolus* Marchio in venatione occiditur. Imperator in *Italiam* secundo proficiscitur, divina fretus gratia, mirabili prosperitate cum paucis quaqua versus progreditur, victor existit. *Appuliam* de potestate *Ruggeri Siculorum* Ducis eripuit, eamque juri sedis apostolicæ restituit; in qua expeditione *Brun Colonienſis* Archiepiscopus obiit, & apud *Barum Apulia* civitatem sepelitur.

Anno Dni M. C. XXXVII. *Adelbertus* Moguntinus Archiepiscopus obiit, pro quo *Adelbertus*, patruelis ejusdem, *Erpeſturdensis* Præpositus, post longas cleri & populi dissensiones constituitur. Monasterium *Scti Martini* in *Moguntia* cum magna parte civitatis crematur. *Lotharius* Imperator de *Italia* revertitur, sed cum *Germania* fines intraret, dumque Principes apud *Wirzburg* ejus præstolarentur adventum, infirmitate correptus diem clausit extremum, III. *Novas Decembris*, omni regno de morte sua relinquens mæstiziam. Corpus ejus a *Ribinza* Imperatrice *Saxoniam* refertur, & apud *Lutrensem* abbatiam ab ipso constructam, præsentibus *Saxonia* atque *Thuringie* Principibus pridie *Kl. Januarii* regio more sepelitur.

Anno Dni M. C. XXXVIII, Indictio prima. *Conradus* hujus nominis secundus, *FridERICI* Ducis *Suevorum* germanus, qui antea quoque regium sibi nomen usurpaverat, apud *Confluentiam* media quadragesima in regem eligitur; & ad primum *Pentheosten* ad curiam in *Babenberg* habitam a quamplurimis regni Principibus confirmatur. Iste fuit nepos *Henrici* quarti ex sorore. Hic vir optimus fecit passagium collecta magna multitudine cruce signatorum. Imperavit annis *XV*. Habuit in exercitu circiter *LXX* milia, transivit per *Ungariam* in *Constantinopolim*.

Anno Dni M. C. XXXIX, Sinodus magna apud urbem *Romam* cum diversarum provinciarum Episcopis & Abbatibus media quadragesima sub Papa *Innocentio* celebratur. *Henricus* Dux *Bavariarum* & *Saxonum* obiit, relinquens puerum ejusdem nominis. Quo mortuo, discordia gravis exorta propter Ducatum *Saxonie*, a Rege *Adelberto* Marchioni præstitum, & contra voluntatem omnium Principum puero *Heimrico* ablatum. Cui cum *Saxones* Ducatum armis defenderent, Rex hoc indigne tulit, & *Saxoniam* hostiliter intraturus, circa *Herveldiam* exercitum constituit. *Saxones* egressi, super flumen *Wirra* castra metati sunt, paribus atque ardentibus animis in utrumque parati, aut forte vincere, aut non inulte mori. Quorum Rex audaciam veritus, sanguine, iudicium facere timuit, sed consilio cum regni primatibus habito, dextras dedit, accepit, & pa-

Quæſela de Rogerio Sicilo.

milium

Imperator copiosissime & magnifice donatur.

Te

Mulbau

1136. A. G. p. h.

1136. A. G. p. h.

1136. A. G. p. h.

1137. A. G. p. h.

1138. A. G. p. h.

1138. A. G. p. h.

1138. A. G. p. h.

1138. A. G. p. h.

1138. A. G. p. h.

*) Hic in margine notatum. Hoc Franciscus Praeſarcha

1138. A. G. p. h.

1139. & pacis dilatione usque in Pentecosten com-
polita, exercitum dimisit. *Gotefridus Dux*
Lovanie obiit. *Otto Babenbergensis* Epi-
scopus, vir misericordiae atque omni merito
vitae laudabilis, posteaquam plurimas Deo
servientium congregationes longe vel prope
instituit, beato fine quievit.

Anno Dni M. C. XL. *Ludewicus* provincia-
lis Comes obiit, item *Widelricus Dux Bohemo-
rum* & *Wilhelmus Palatinus Comes* obiit. *Con-
radus* rex circa Purificationem S. Mariae curi-
am habuit *Wormaciae*, ibi *Ludewicus*, adhuc
puer, provincialis edificatur. Eodem anno de-
struuntur castella *Anabale*, *Groninge*, *Gebi-*
lizi, *Wigbekke*.

1141. Anno Dni M. C. XLI. *Richiza* Imperatrix
obiit. *Adelbertus junior Mogonciensis* Epi-
scopus obiit, cui *Marcolfus Alcaniensis* Prae-
positus successit.

1142. Anno Dni M. C. XLII, VI Idus May ad cu-
riam in *Frankenfurdt* Rex & *Saxones*, qui
hactenus quorundam factionibus non mini-
mum discordaverunt, in concordiam redie-
runt. *Marcolfus* Episcopus *Moguntinus* obiit,
pro quo *Heinricus* constituitur. *Con-
radus* Archiepiscopus obiit in *Magdeburg*
pro quo *Fridericus* successit. *Gertrudis* Du-
cilla obiit feliciter.

1143. Anno Dni MCXLIII. Hyemps magna & ni-
vola. *Bertha de Morunben*, filia *Wicperti*
Marchionis, obiit. *Innocentius* Papa obiit,
post quem *Wido*, qui & *Coelestinus*. *Eke-*
leus Merseburgensis Episcopus, obiit, post
quem *Reinbardus*.

1144. Anno Dni MCXLIV. post *Innocentium*
Gerhardus, qui & *Lucius*. *Rudolfus* Comes
de *Staden* occiditur. *Sifridus* de *Bomin-*
burg obiit.

1145. Anno Dni MCXLV. post *Lucium* *Berardus*
qui & *Eugenius*.

1146. Anno Dni MCXLVI. *Conradus* Rex *Vlo-*
dislao Ducatum dedit.

1147. Anno Dni MCXLVII. *Conradus Ludewicus*
Rex de *Gallia* cum Episcopis & Ducibus at-
que Comitibus, cumque multarum provin-
ciarum multitudine innumerabili diversae
conditionis tam equitum quam peditum, quo-
rundam magnae estimationis & religiosi ha-
bitus hominum sermonibus territi dicentium,
quod instaret Domini, *Iherosolimam* zelo
fidei contra paganos pugnaturi, proficiscun-
tur. Et *Conradus* quidem cum immensis
copiis, quas habebat, per *Ungariam* versus
Constantinopolim iter faciens, a Rege *Graco-*
rum magnifice tractatur, muneribus hono-
ratur, & ultra progressus, difficultatem ma-
ximam locorum & penuriam necessarium
rerum summam incurrit, incursionibus quo-
que paganorum, suorum infinitam multitu-
dinem amisit, tandemque cum parte reliqui
exercitus *Constantinopolim* rediit. Rex ergo
Graciae, quia sororem ejus in matrimonio ha-
buit, ejus necessitati supplicantis subveniens,

Duces itineris ad sepulchrum Domini cum
eo destinavit, & ita cum paucis Rex *Con-*
radus, reliquis in diversa dispersis, *Ihe-*
rosolimam adiit, ubi nichil pro imperialis
& Teutonici nominis magnificentia peregit.
Eclipsis solis VII. Kl. Nouembr. hora diei sex-
ta facta est Anno *Iherosolimitanae* profectio-
nis ipsaque retrocessionis die *Conradi* Regis
& Christiani exercitus, dieque interfectionis
Bernhardi Comitum de *Saxonia* & aliorum plu-
rimorum.

Anno Dni MCXLVIII. *Pro* Cicensis Episco-
pus, ab *Iherosolimis* revertens, cum multis
aliis naufragio periit, pro quo *Wicmannus*,
Conradi Marchionis sororis filius, constitui-
tur. *Hedewic*, relicta *Ludewici* Provincialis
Comitis obiit. In media quadragesima *Eu-*
genius Papa *Remis* concilium celebravit.
Rodibernus Princeps *Pomeranorum* fidem Chri-
stianam firmavit juramento.

1149. Anno Dni MCXLIX. *Conradus* Rex ab *Ihe-*
rosolimis revertitur. *Bucco* *Wormaciensis* E-
piscopus obiit. Magna mortalitas pecorum.

1150. Anno Dni MCL. A vigilia nativitatis *Scti*
Johannis baptistae frequenter tonitrua, gravi
horrore plena, fulmina terribilia, tempesta-
tes horribiles vis imbrium, nimia inundatio
aquarum, tenebrosae nebulae & foetentes
& spissae, & secuta gravissima pestilentia
& mortalitas tam hominum quam peco-
rum, & magna penuria frugum. Vnde
& sequenti anno ante messem tanta fames se-
cuta est, quantam non viderant homines illius
temporis. Astrologi asserunt, hunc annum
Saturni, scilicet illius planetae fuisse, qui in
triginta annis cursum suum peragens haec
indicia relinquit. Hiems aspera & longa, &
in sequentem annum nimis producta. Hoc
anno in festo *Scti* Gregorii *Windolphi* bo-
nae memoriae, transactis quinquaginta & am-
plius annis in Abbatia *Bigaugienli*, multo se-
nio & labore attritus, habito consilio *Reinbar-*
di Merseburgensis Episcopi & *Adelberti* Ab-
batis de *Porsa* & *Gerungi* Abbatis de *Pusa-*
we & aliorum, ne deinceps negligentia suae
personae redundaret in damnum ecclesiae, Ab-
batia se sponte abdicavit, ob imminentem tem-
poris cladem, & in cella *Scolen*, cum his, qui
ad placitum tam digni patris subministrarent,
pro arbitrio suo destinatur. Cui subrogatur
Henricus, ejusdem ecclesiae spectabilis & no-
bilis juvenis, qui praesentem calamitatem
non sine magnis angustiis tandem felicior ad
portum magnae quietis & affluentiae, remigio
divinae miserationis evehctus est, quia
Debile principium melior fortuna secuta
est.

De quo *Henrico* Abbate ut omnibus moder-
nis Praelatis aut exemplum aut saltem vere-
cundia fiat, ita calcator & contemptor hujus
honoris apparuit, ut quamvis omnium sub-
ditorum, ac si filiorum affectu teneretur, &
praeterea pro affluentia rerum etiam poste-
ris

all in velle...
Castellum...
1141...
1142...
1143...
1144...
1145...
1146...
1147...
1148...
1149...
1150...

Bernhardi
Com. de
Saxones.
1148...
1149...
1150...
Widol-
phi Abbas
Legav. re-
figas.
Henricus
succedit.

(*) Libellus de Fundatione Coenobii Bigaug. p. 260. habet: *Wissrekko*.
(b) In altero Cod. *Sonnenberg*.
1147...
1148...
1149...
1150...

1170. ris ammirandus esset, tertio conatus sit, idem
 Ter Abba-
 rianus reli-
 ctus.
 1171. ris amirandus esset, tertio conatus sit, idem
 pater filios deserere, quamvis reclamantes, &
 Hetibus eum, suppliciter retrahentes, sed tan-
 dem detineri non potuit, sed ordinationis
 suae XVII. anno cum magno suorum dolore,
 sanus & juvenis, nullo consulente, imperu
 tamen spiritus magis quam carnis ductus, Ab-
 batiam resignavit.

1171. Anno Dni M. C. LI. Arnoldus Coloniensis
 Episcopus obiit, cui Arnoldus Cancellarius
 succellit. Wernberus Monasteriensis Episco-
 pus obiit, pro quo Fridericus Ludewicus
 de Wipera obiit.

1172. Anno Dni MCLII. Lambertus Comes obiit,
 & Comes Hermannus de Wincenbure cum
 Libbarda conjuge sua quarto Kl. Februarii
 feria tertia post septuagesimam, suorum insi-
 diis in propria domo interficitur.

1173. Anno M. C. LIII. Rex Conradus obiit XV.
 Kl. Martii & Dux Fridericus filius fratris ejus
 Friderici Ducis, media quadragesima Princi-
 pum assensu Rex eligitur. Fridericus iste

primus, nepos Conradi secundi, defuncto pa-
 tre suo, Romanum suscepit imperium, qui
 de nobilissima domo Sincuit ortus Barbarus-
 sa vocatus est. Hic vir strenuissimus Medio-
 lanum civitatem florentissimam cum auxilio
 Papiensium & multorum Lombardorum ever-
 tit. Saepe fuit infestus ecclesie, & Alexan-
 drum Papam persecutus, apud Venetias vi-
 ctus fecit pacem, cum ivisset in subsidium
 terrae sanctae, suffocatus est in quodam flu-
 mine. Imperavit autem magnifice annis
 XXXIII. (c) Haec Franciscus Petrarca, Fridericus
 Magdaburgensis Episcopus obiit XVIII.
 Kl. Februarii. Fridericus Rex in Saxoniam

venit. Henricus Mogontinus Episcopus a
 legatis Domini Apostolici deponitur, cui suc-
 cessit Arnoldus Cancellarius. Item Henrico
 Mindensi Episcopo deposito, Wernberus.
 Berubardus quoque Hildinsfemensis Episco-
 pus relaxatur & moritur, post quem Bruno.
 Eugenius Papa obiit, cui successit Conradus,
 qui & Anastasius.

1174. Anno Dni MCLIII. Fridericus Rex Ro-
 manam profectus est, & postea Pascha in Mag-
 deburch celebravit. Anastasio Papae succes-
 sit Nicolaus Albanensis Episcopus, qui & A-
 drianus.

1175. Anno Dni MCLV. Fridericus Rex impe-
 rijali benedictione ab Adriano Papa sublima-
 tur & coronatur, sicque Romanis cum inva-
 dentibus victis, cum gloriosa victoria rediit.
 Sweno Rex Danorum a regni primoribus re-
 gno depellitur, cujus regnum a Knutko &
 Waldimarfo nepotibus ipsius occupatur.

1176. Anno Dni M. C. LVI. Arnoldus Coloniensis
 Archiepiscopus obiit, post quem Fride-
 ricus. Henricus Dux Frisiam hostiliter in-
 greditur, & inaste revertitur. Fridericus
 Imperator Ratisponae conventum habuit, ubi

ipso mediante Henricus Dux Ducatum Bego-
 niae obtinuit, Henricus antecessor Marchio-
 narum in Hosteriche obunuit. [Austria a Ba-
 uaria divisa est, ne nimium Bauari superbi-
 rent, & in Ducatum proprium est conversa.]

Marchio Conradus in Sereno Monte conver-
 sus, cujus fundator ipse in honore Scti Petri
 fuit, obiit. Henricus Dux Swenonem in re-
 gnum Daciae reduxit. Windolfus Abbas Bi-
 gaugiensis (d) primus bonae memoriae Kl.
 Maii obiit.

Anno Dni M. C. LVII. Brandenburg obli-
 detur & capitur. Fridericus Imperator Po-
 loniam hostiliter ingreditur. Knutus Rex a
 Swenone dolose interimitur, Waldimarus
 vero vulneratus vix evasit. Non multo post
 congregiuntur Sweno & Waldimarus, Sweno
 vincitur, capitur, occiditur. Adelbertus Ma-
 chio Jherosolimam petit. In Purificatione Impera-
 tor curiam habuit Frankensgriz sequenti anno.

Anno Dni M. C. LVIII. Imperator Pascha
 habuit apud Trajectum agens, postea Italiam
 cum exercitu intravit & Mediolanum obse-
 dit. Williboldus Abbas Corbegenensis in Gra-
 cia obiit. Henricus terram Slausrum igne
 vastavit. Hoc anno tempestas extitit, quae
 vento turbinis etiam arbores radicitus evul-
 sit, ecclesias & domos evertit, & aquarum
 inundatione homines & pecora merlit. Fri-
 dericus Coloniensis Episcopus obiit.

Anno Dni M. C. LIX. Principes Saxoniae
 Longobardiam intrant. Reinboldus Cancellarius
 Colonie Episcopus efficitur. Adrianus Papa obiit, & duo electi sunt & confirma-
 ti. Octavianus, qui & Victor, Imperatori & ei
 faventibus proch dolor complacuit; Rolandus,
 qui & Alexander, ab aliis electus est & con-
 firmatus per XVIII. annos contra voluntatem
 Imperatoris & omnium Principum, ab ipsis
 abjudicatus & abjuratus. Mortuo Victore, &
 aliis ejus partis successoribus, Tandem com-
 muni omnium post tot, ut diximus, annos,
 in Venecia occurrente ipso Imperatore cum
 omnibus Principibus, gloriose Apostolicus
 universalis efficitur & scisma & scismatici ab-
 dicantur. Hoc anno concessione Imperato-
 ris, Henricus Dux in Slavorum regione hos
 Episcopatus instituit Lubeck, Zwerin, Ra-
 zesburck, (e) Aldinburck. Claustrum Bi-
 gaugiente, praeter solum monasterium, om-
 ne concrematur.

Anno Dni M. C. LX. Imperator castrum
 Grymme cum magno labore obtinuit & de-
 struxit. Arnoldus Mogontinus Archiepiscopus
 in atrio ecclesiae beati Jacobi a suis civi-
 bus in Mogontia obsessus & comprehensus
 miserabiliter occiditur, & ipsum monasterium
 omne concrematur. Henricus Dux ter-
 ram Slavorum vastavit, ubi Princeps eorum
 Niclas occiditur. Idem Dux Halberstaden-
 sem Episcopum deposuit auxilio Cardinalis
 Nivclat

(c) Nota elegantem glossam!
 (d) Bero, quidem primus fuit, sed ideo non numeratur, quia forte consecrationem non habuit.
 (e) Liber de Fund. Monast. Bigaug. p. 261. falso Rudenbergh.

1160. ex parte *Victoris* Papae; cuius electioni idem Episcopus nunquam inclinari potuit, cui *Gero* supponitur. *Wicholdus* Abbat *Carbele* *Conradus* succedit. *Fridericus* Imperator de *Mediolanensibus* triumphator, clarissimus in toto celebratur orbe. Episcopi in *Sclavorum* [terram] destinantur, *Gerardus* in *Altdenburgh*, *Evermodus* in *Razisburgh*, *Bernp* in *Magnopoli*; qui translatus est in *Zwint* sex miliaria a *Lubek*. Basilica *Scte* *Mariae* in *Pigawe* consecratur a *Johanne* Episcopo *Mersburgensi*.

1161. Anno Dni M. C. LXI. *Brung* *Hildensimensis* Episcopus [obit], post quem *Hermannus* Magna discordia inter *Heinricum* & Episcopum *Ratisponensem*.

1162. Anno Dni M. C. LXII. *Mediolanum* Imperatori traditur, & terra funditus aequatur. Conventus apud *Byzantium*.

1163. Anno Dni M. C. LXIII. Dux *Heinricus* *Werram* castrum *Sclavorum* obsidens ad deditio- nem coegit. Imperator *Moguntiam* veniens murum civitatis & propugnacula ejus destruxit. Interfectores Episcopi vita, quosdam alijs rebus multavit.

1164. Anno Dni M. C. LXIII. Inaequalitas aeris, turbo, fulgura, terribilia, inundationes maris & aliorum fluminum; maritima loca vel insulae periclitantur. Homines & jumenta, ecclesiae & domus circa orientem & *Babilonem* perierunt III. kl. Martii. *Werra* inter *Reinboldum* *Coloniensem* & *Palatinum* de *Rbeno* propter castrum *Rivelske* exiit. *Victori* succellit *Wido* *Cremonensis*, qui, & *Paschalis*, *Alexandro* Papa nondum a nostris recepto.

1166. Anno Dni M. C. LXVI. *Werra* exoritur inter Ducem *Heinricum* & Principes *Saxoniae*, quae quindecim annos in deterius ad totius *Saxoniae* periculum processit.

1167. Anno Dni M. C. LXVII. Castrum detestandum *Haldesleibon* & saepius nominandum *Mendorpb* etiam a Principibus destruitur. Imperatore in *Italia* fortiter agente, *Romani* ad quadraginta milia coadunati, *Tusculanum* Imperatori fidelium obsidione cinxerunt in vigilia Pentecosten. Hoc comperto *Gri- stianus* *Moguntinus* electus cum *Flandrensibus* & *Brabantinis* accessit, & juxta castra disposuit. Romanis arma sumentibus bellum graviter commissum est. Interim *Reinboldus* *Coloniensis* cum Imperator nihil horum adhuc resciret, cum suis exoptato super eos irruit, & *Romanis* fortiter insistens, prae- vio beati *Petri* vexillo, in cujus adiutorium clamaverant, VIII. prostraverunt, III. capiuntur; ceteri faucibus vix effugiunt. Ibi captus est filius *Ostonis* *Frangipanis*, quem pro multa pecunia reddere noluerunt. Hac victoria in secunda feria Pentecosten accidit.

1168. Corpora trium Magorum a *Mediolano* per *Reinboldum* Archiepiscopum *Coloniae* gloriose translata sunt.

1168. Anno Dni M. C. LXVIII. *Italici* iterum Imperatori rebellant. *Reinboldo* *Coloniensi* *Phi-*

lippus Cancellarius succedit. *Heinricus* *Abbas* *Pigaugienensis* absolvitur & *Radeboro* in ejus locum substituitur.

Anno Dni M. C. LXIX. *Antiochia* & quaedam aliae illius partis civitates terrae motu concussae sunt. *Waldemarus* rex *Danorum* ad *Rugianos* cum exercitu profectus, Deos ad *Idola* diripuit, argentum & aurum *Afanis* auferens, *Christianos* eos fieri coegit, & inopia doctorum eos paulatim fecit paganizare. *Daniel* *Pragensis* Episcopus obiit. Post *Fridericus* filius *Palatini* de (f) *Putele-* *ndorpb*. Basilica *Scti* *Sebastiani* in *Magdeburg* consecratur. Imperator *Fridericus* curiam habuit in *Babenberck*, ubi *Christiano* Episcopo vice ejus proloquente, *Heinricus*, filius Imperatoris quinquennis, in Regem eligitur & in festo *Scti* *Johannis* *baptistae* *Aquisgrani* in- tronatur.

Anno Dni M. C. LXX. Imperator *Fridericus* *Nativitatem* *Domini* *Spira* egit. Fervor & stas nimius subsequitur. *Gerungus* *Misnensis* Episcopus obiit, post quem *Martinus*. *Adelbertus* *Marchio* obiit. Dedicatio *Havelber-* *gensis* ecclesiae. In die *Innocentium* *Sctus* *Thomas* *Archiepiscopus* *Cantaburgensis* a militibus *Regis* *Angliae* martirifatur. Ipsa die ibidem mutus locutus est, duo caeci viderunt.

Anno Dni M. C. LXXI. Imperator *Fridericus* *Hofzeka* & alia praedia filiorum *Marchionis* *Adelberti* obtinuit, & gravem discordiam commovit. Mortalitas hominum. *Heinricus* bonae memoriae secundus *Abbas* *Pigowe* obiit. *Johannes* *Mersburgensis* Episcopus obiit, post quem *Everhardus* fama & felicitate acceptissimus. Dux *Heinricus* transit mare.

Anno Dni M. C. LXXII. Imperator *Mers-* *burg* curiam habuit. Post expeditionem Imperatoris & aliorum Principum in *Polo-* *niam* *Lothwicus* *Lantgravius* obiit.

Anno Dni M. C. LXXIII. Imperator curiam habuit in *Ermindorff*, ibi Rex *Bodemi* deponitur, & (g) *Zibizlao* Ducatus datur. Fervor aestatis, & siccitas & frugum inopia, nebula quoque periculosa. *Ludwigus* *Monasterien-* *sis* Episcopus obiit, post quem *Hermannus* de *Hinsiburgk*, & *Willmarus* *Brandebur-* *gensis* Episcopus, post quem *Sifridus* filius *Mar-* *chionis* *Adelberti*. *Ludwigus* junior *Lant-* *gravius* filios *Marchionis* *Adelberti* ob gratiam Imperatoris avunculi sui infestat, illi contra *Thuringiam* vastant, qua vastata etiam *W-* *emar* destruitur a *Lantgravio*.

Anno Dni M. C. LXXIII. Imperator in assumptione *Sctae* *Mariae* *Longobardiam* cum exercitu intrat, terram devastat, *Alexan-* *driam* obsedit. In qua obsidione cum multa praecara a nostris acta essent, propeh dolor una die multi ex nostris miserabiliter concidentes in subterraneum vallum, suffocantur. Obsidio per annum duravit. Vinum & fruges perierunt. *Wimar* destruitur a *Lant-* *gravio*.

1168. f. fol. 217.

1169. A. M.

1170. A. M.

1171. A. M.

1172. A. M.

1173. A. M.

1174. A. M.

Rugiani
Christi-
con-

Heinricus
Rex

Heinricus

Adelbertus

Adelbertus

Lantgravio

Alexan-

dris obsi-

(f) Cod. alter: Putelemdorf. (g) Cod. alter: ...
) ... in pa. terrae principum ...
 de videtur.

gravio. Idem in obsidione Wirbene telosau-
ciatur. *Ludwigus* Monasteriensis obiit.

Anno Dni M. C. LXXV. . . Exacta totius an-
ni obsidione; *Longobardi*, ex omni terra con-
gregata multitudine, Imperatorem invadunt,
quibus *Cesar*, soluta obsidione obviavit. *Lon-
gobardi* quasi divinitus mutata mente, arma
ponunt, gladios jugulis imponunt, ad pe-
des Imperatoris prosteruntur; Qui clemen-
ter eos accipiens *Papiam* venit. Postea *Ce-
sar* Principes a se remittit. Et *Longobardi*
rupto fœdere ad curiam sibi indictam non
venerunt. Tunc *Cesar* hoc dissimulans *Pa-
pia* interim sedit. *Henricus* Dux circa *Bo-
dam* initium devastacionis faciens, *Askerleue*
& alia *Bernhardi* Comitis igne & præda
depopulatus est. *Helpebe* a *Lantgravio* in-
sidiis capitur dolose.

Anno Dni M. C. LXXVI. Imperator a *Pa-
pia* Principes *Saxonia* & aliarum partium in-
vitans in *Longobardiam*, quorum adventu
congaudens, exivit eis cum paucis obviam.
Interim *Longobardi* cum infinito exercitu uni-
dique insidiis collocatis, repente super eos
irruunt. Proximo igitur Sabatho post diem
Pentecostes, a paucis *theutonibus* contra tan-
tos dimicatum est. Imperator ferro iter ape-
riens ab exercitu declinavit, ceteri prout
potuerunt & quando secuti sunt eum. Quo-
usque enim signum Imperatoris præfens fuit,
a nostris ita viriliter & animose certatum est,
ut magnam multitudinem hostium proster-
nerent, & duo tantum ex nostris milites ce-
derint. Sed ubi lignum Imperatoris dispa-
ruit, nostris ignorantibus eum cecidisse cum
paucis & evasisse, tunc nostri sarcinis & ar-
mis abjectis cedebant, & multi capti sunt ab
hostibus. Ea die *Longobardi* putabant se
gloriose vicisse, Imperatorem autem captum
aut occisum. Sed ubi audierunt Imperato-
rem & Principes numero sanos *Papia* con-
venisse, animo conciderunt, & supra modum
contristantur. Eodem tempore *Dominus* Im-
perator Dei inspiratione tactus, & ammonitio-
ne eorum, qui circa eum erant, missis lega-
tis & epistolis in totum regnum, Concili-
um indixit omnibus Episcopis & Prælatibus &
Principibus pro rescindendo tam diuturno
scismate, quatenus Apostolicus, ymmo scis-
maticus, quem Imperator tenebat, abiceret-
ur & *Alexander* revocaretur.

Anno Dni M. C. LXXVII. Imperator cum
Marchione de *Montefarran*. Nativitatem
Domini celebravit, unde *Ravennam* cum
multis Prælatibus & Principibus venit. Quo
cum *Alexander* invitatus, præ imbecillitate
maris pericula transire non posset, eo an-
nente idem Concilium *Venetis* transposi-
tum est. In vigilia Annuntiationis *Alexan-
der Venetis* cum ingenti gloria, absente Im-
peratore, ab his, qui ob Concilium conven-
erant suscipitur. Apostolicus Pascha apud
Ferrariam celebrat, rursusque *Venetiam* re-
dit. Tandem omnibus pene lassatis pro ad-

ventu Domini Imperatoris. & pro compoli-
tione, in vigilia Scti Jacobi Imperator adve-
niens, a tanta multitudine suscipitur, ubi pene
totus orbis confluisse videbatur; ubi ipse ab
Apostolico ante monasterium Scti Marci in
osculo pacis recipitur. Sequenti igitur die
Dominus Papa in Concilio residens, scisma-
ticos omnes & ab eis ordinatos anathematiza-
vit, præter eos, quos mediante gratia resti-
tuere ex consilio monitus est. Nam *Cristo-
num* Mogontensem petitione Imperatoris
confirmavit. *Gonradum*, ab illa ecclesia nu-
per ejectum in *Salzburgensi* ecclesia præfecit.
Kadalricum etiam *Halberstadensem* restituit,
Geronem removit; & præterea alii multi pro-
jecti & suscepti sunt. Concilium per XIII.
dies habitum est. Dominus Papa in *Apulia*,
Imperator in *Longobardia* hiemavit. Dux
Henricus & *Osio* Marchio *Brandenburgensis*
ad *Sclavorum* profecti (h) *Durn* obsederunt; ibi
obsidibus & pace acceptis redierunt. Inter
eundem Ducem & *Kadalricum* *Halberstaden-
sem* discordia oritur, & a Duce castrum Epi-
scopi *Orneburg* destruitur.

Anno Dni M. C. LXXVIII. *Alexander* Papa
duce Mogontino *Cristiano* & aliis ab Impera-
tore destinatis *Romam* veniens, honorifice
suscipitur, in ipsa *Quadragesima*, Plures ad
se venientes in pace recepit, & multos in or-
dines suos per penitentiam restituit, & ma-
gna cotidie propter cautelam circumvallatus
suorum & Imperatoris acie, stationes in me-
dia *Quadragesima* & in *Palmis* celeberrimas
egit. Legatos Imperatoris cum honore &
muneribus remisit, Imperator etiam xenia
per eos misit. Eodem anno nuntii Papæ
concilium universale ubique indixerunt. *Pbi-
lippus* Archiepiscopus *Coloniensis* cum exer-
citu multo usque *Wiseram* omnia, quæ Ducis
Henrici fuerant, miserabiliter vastavit; ubi
proh dolor etiam ecclesiis non parcitur. *Wic-
mannus* *Magdeburgensis* & *Merseburgensis* *E-
uerhardus* cum aliis obviam pacifice venientes,
impetum *Coloniensium* amice retinuerunt. *K-
dalricus* *Halberstadenensis* juxta civitatem *Bisco-
fesheim* auxilio Marchionis *Osionis* de *Misna* &
Bernhardi Comitis instruxit. Dux *Henricus*
cum exercitu superveniens, eos impedire
conatus est. Sed *Magdeburgensis* rursus eos
sedavit, pace inter eos ad tempus promissa.
Exercitu dimisso, urbs eadem quorundam ar-
te exusta est. Iterum Episcopus *Wicman-
mannus*, diligentior de pace interrupta & rur-
sus reparanda, suo & omnium Principum
auxilio eandem reparandam promisit. Quo
cum magno exercitu ex omni terra Principes
convenerunt. Interim etiam, *Palatinus* Co-
mes de *Sammarsenburch* cum multis militi-
bus Ducis superveniens, juxta paludem castra
metatus est, Principibus urbem restauranti-
bus. Audito adventu militum Ducis, quidam
ex adversa parte, *Signifero* *Bernbardo* Co-
mite de *Anabals* armati, illo invadunt. Quo-
rum *Signifer* præfatus *Palatinus* statim fugam
inuit,

Longobardi
fuerunt sup-
plices Impera-
tori.

1176.

Prælium
cum Lon-
gobardis.

Imperator
Concilium
indixit pro
colligendo
scismate.

1177.

1177.

1178.

1179.

Coloniensis
Episcopus
Ludovicus
de
Ravenna.

1178.

Bischoff
Bernhardus
de
Munich.

Infanteria

(h) Liber de Fund. Monast. Bigaug. p. 262. habet.

1) Heimburg & Augustin...
ing, Zamburg...
in regibus...
1) Heimburg & Augustin...
ing, Zamburg...
in regibus...
1) Heimburg & Augustin...
ing, Zamburg...
in regibus...

1180.

1180.

Possessiones eius la...
ceratur.

Henricus...
populatur...
in Thuringia

Clades &...
culminas...
Landgravia

Slavi Lus...
v...
p...

Abbas...
L...

n...
15

1264

isheim

Cardinales; ubi etiam *Sifridus* transfertur ab Episcopatu Brandeburgensi ad Bremensem Archiepiscopatum, & *Bernardo* Comiti, fratri Episcopi, Ducatus *Saxoniae* ex omnium Principum sententia adjudicatur circa orientalem partem fluminis *Wysera*, Ducatum vero ad occidentalem plagam ejusdem fluminis in *Westfalia*, Colonienfis Episcopus obtinuit. *Ludwigus* Provincialis Comes Palatinus efficitur loco *Adelberti* de *Sumerisburg*, qui sine herede obiit. Expeditio usque ad festum Scti Jacobi omnibus Principibus contra Ducem *Henricum* indicitur ab Imperatore *Friderico*; qui etiam *Wormatia* Pascha celebravit. Post octavas Paschae Dux *Henricus* congregato exercitu, circa *Goslarium* folles & conflatoria ejusdem civitatis ad Imperatorem & iplis civibus annonam inferri inhibuit. Deinde *Norrbuffens* concremavit; ubi etiam monasterium Sanctimonialium incensum est, & omnia igne & praeda vastantur. Cui occurrerunt *Ludwigus* & *Bernhardus* Principes, & nondum coadunato eorum exercitu juxta *Wisenfels* Ducem *Henricum* invadentes acriter & supra vires pugnatum est. Sed propter dolor *Thuringorum* turba statim terga vertente, & eo gravius Duce & exercitu ejus eis inlistente, *Ludovicus* Provincialis & frater ejus *Hermannus* circumventi cum aliis capiuntur, *Bernardo* Comite & ejus militibus fortiter agentibus & nullatenus cedentibus. Sed ubi & hi, qui ad pugnam nondum convenerant, turpiter retrocesserunt, & hi, qui ex parte primi fuerant, fugam inierant, & reliqui pene ad quadringentos milites cum Provinciali Comite circumventi & capti fuerant, *Bernhardus* & sui cedere compulsi sunt. Sicque Dux *Henricus* & sui victores effecti, fugientes *Thuringos* in *Mulebusin* usque persecuti sunt, omnia praeda & igne miserabiliter vastantes. Item *Henrici* Ducis instinctu *Sclavi*, *Livonici* & *Pomerani* regionem *Lusit* trans *Albiam* depopulantur; multi capti & occisi sunt ab ipsis, & cum praeda redierunt. Imperator *Fridericus* in nativitate S. *Johannis Baptistae* curiam *Ratisvona* habuit, ubi Ducem *Henricum* ex sententia Principum Ducatu *Bavariae* & hereditate & beneficiis privavit, & cum exercitu post festum Scti Jacobi *Saxonia* intravit & cum Principibus castrum Ducis *Liebstenberg* obsedit, & in deditionem post paucos dies accepit. *Adalricus* Halberstadenfis Episcopus obiit, post quem *Tidericus*. In assumptione Sctae *Mariae* apud *Werle* habitus omnibus fautoribus Ducis termini, ut ab eo respiscant, praefiguntur ex sententia Principum, scilicet nativitas Sctae *Mariae*, festum Scti *Michaelis*, tertius terminus ad festum Scti *Martini*, sed nisi ex gratiam Imperatoris interim redissent, ipsi & filii eorum jure hereditario abjudicarentur. Imperator deinde ad oppressionem Ducis duas urbes *Piscosftham*

& *Hartesburg* instruxit, & ibi dimisso exercitu, & in *Aldenburgh* veniens, ex sententia Principum Ducatum *Bavariae* Ottoni ante Palatino de *Wirilingenbach* adjudicavit. Eo tempore traditae sunt urbes Ducis *Henrici* Domino Imperatori, *Heimburg*, *Leutenberg*, *Regenstein* & alia castella. Item Dux congregato exercitu obsedit *Sigeberg* urbem *Adolphi* Comitis; & cum nil proficeret, pace falsa pollicita dolo eam obtinuit, & quibus pacem jurari fecerat, eos captivos detinuit. *Sifridus* Bremensis Archiepiscopus ad sedem suam cum legatis Apostolicis & pallio veniens, honorifice suscipitur. *Baldemarus* in *Brandeburg* ei subrogatur. Item *Bernhardus* de *Lippa* a Colonienfe, quia praedo fuerat, repulsus in *Haldesleibon*, cum aliis plurimis praedonibus a Duce *Henrico* immisus, ubi totam provinciam vastare ceperunt nullo resistente, & omnem censum, qui debebatur Canonis in *Magdaburg*, & aliis multis ecclesiis violenter extorserunt. Imperatore iterum circa *Goslarium* in *Saxonia* manente, *Hartesberg* & *Scoupenberg* & *Stalberg* ei traduntur, urbes Ducis egregiae, & praeterea multi nobiles, haecenus Ducis forissimi fautores, scilicet Comes de *Waltrich*, de *Scarfuelt*, de *Hilckel*, se cum castris suis Domino Imperatori obtulerunt, & in gratiam fideles regno suscepti sunt. *Kazomarus*, Princeps *Sclavorum* & diu praedo Christianorum, repentina morte obiit. Anno Dni MCLXXXI. usque ad hunc annum computantur anni LXVI a bello facto in *Saxonia* in *Welfesholtz*, & anni LV a bello quod factum est in *Bohemia* a *Saxonibus*. Nonas Februarii pie memoriae *Raleboro* *Pigaugienfis* Abbas obiit, cui successit *Ekelinus* mirabilis Prior ejusdem ecclesiae. In Kalendis Februarii *Wicmannus* *Magdaburgensis* Archiepiscopus dolore nimio tactus propter incursionem militum Ducis *Henrici* de *Haldesleibon*, qui totum Episcopatum depradantes jam in solitudinem redegerant, quamvis multi dissuaderent, & tale tantumque negotium ipsi Imperatori dicerent sufficere, ipse, ut credimus, divina roboratus inspiratione, cum omnibus, quos attrahere potuit, *Haldesleibon* aggressus obsedit. Missis igitur nunciis circumquaque ad Principes, omnia qua potuit scivit, eos attraxit ammonitione. Nova igitur & a seculis nunquam experta vel audita arte, concludens meatum vel aveum fluminis ejusdem castrum intercipiens, & undequaque glebas & moles comportari faciens, ipsa unda *Orpe* dicta tantum intumescendo excrevit, ut infra paucos dies in tota *Haldesleibon* superficies terrae nusquam compareret vel appareret. Tunc milites & cives, tectis omnium domorum suarum avulsis, in trabibus ipsis mansiones & receptacula cibariorum faciebant. Denique tanta inundatione afflicti sunt, ut nullius defuncti corpus

Handwritten notes in the top right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

Handwritten notes in the middle right margin.

(*) In margine erat Piscosftham.
(i) In Lib. de Fund. Monast. Bigaus. p. 265. Scopenberg, Stalberg.

1181.

pus terra commendari posset, sed impolitum navigio peterent ecclesiam, super cujus trabes corpora defunctorum jaciebant. Interim etiam alterius fluvii additamento praefatus fluvius dupliciter auctus est. Cum interceptio aquae sua inundatione molem congestam in parte diremisset, *Haldisleibenses* ad horam exhilarati, Principes vero turbati sunt. Sed Episcopus impertusus labore & expensis, rursus opus recens firmiore & graviore mole congestum & congerendum aggredditur. Cujus constantia obsessi nimium perterriti, missis nuntiis ad Dominum suum *Heinricum* Ducem commonebant eum, ut de ipsis consulat. Qui monebat eos, ab incepta constantia non deficere, se non desururum eis vel consilio vel auxilio promittit. Missis etiam clam nuntiis, ad exercitum & ad aliquos, sibi non per omnia inimicos, agebat ut in priori ejusdem castris fecerat obsidione, ut diversa sententia inter eos versaretur, si quomodo per discordiam eos averteret, sed, Deo favente, non perfecit, nec etiam sufficiens erat, eos violenter amovere. Tandem ipso permittente deditionem cives & milites ea conditione susceperunt, ut quantum potuissent, de rebus suis infra tres hebdomadas efferrent. De caetero *Magdeburgensibus* civibus castrum traditum est funditus destruendum. Milites & cives quocumque voluerunt, cum firma pace diverterunt. Imperator expeditionem omnibus Principibus indixit ad festum Scti Johannis. *Fridericus* Halberstadenensis Episcopus *Blankinburgk* in (k) media aestate obsedit, quae sola in parvis illis *Heinrico* Duci fidem servabat. Colonienensis vero *Philippus* cum quibusdam aliis ab Imperatore destinatur juxta *Brunswich*, ne aliqua excursio fieret a militibus Ducis. Principes Imperatorem juxta *Horniburck* praestabantur. Inde moto exercitu *Bartwig* Imperator tendebat. Interim in *Ertineburck* Dux *Heinricus*, ejus & Principum adventu cognito, quoniam hi, qui animaverant eum, ibi praestolari, statim ab eo declinabant, omni consilio & auxilio destitutus, incenso eodem castro, per navigium vix evasit. Reliquae omnes civitates & urbes Ducis Imperatori panduntur. Ducissa, quia in *Lamburgk* remanserat, & eandem urbem dorem suam esse asseruavit, eam sibi Imperatore libenter annuente, conservavit. Imperator inde in *Lubiche* movens exercitum, occurrente sibi in pace rege *Danorum* & Principibus *Sclavorum*, omnia, quae Ducis in partibus illis fuerant, celeriter obtinuit & victor rediit.

1182.

Anno Dni M. C. LXXXII. Indictione XV. omnes Principes regni Teutonici pacem se servaturos juramento confirmant *Heinricus* Dux de *Brunswich* sicut juravit, *Saxoniam* egressus & ad Regem *Angliae* socerum suum divertit. Hic dum Imperator abesset, intra-

vit *Thuringiam* & cremavit *Adolbusen* & *Nortbusen*. Hy autem quos Imperator *Goslarie* dimiserat, cum Lantgravio *Thuringiae Ludemico* fratreque ejus *Hermanno* bello inito contra Duce[m] victi sunt. Captus est Lantgravius cum fratre & alii plures. Quod audiens Imperator, convocans exercitum grandem, terram Ducis funditus vastat & cremat, mox civitatem *Lubeck* oppugnat. Deinde Dux Imperatoris gratiam promeruit. Inde secuta est curia, de qua infra, qua major nulla fuit in *Thuringia*. Iste fuit *Henricus*, cujus auxilio antehac Imperator *Mediolanum* oppugnavit. Qui veniens in auxilium *Ludemico* Lantgravio *Thuringiae* contra *Bernbardum* Comitem de *Arbalt*, *Afferleuben* cremavit. Hic Dux facta concordia inter *Fridericum* & *Alexandrum*, dum *Ulricum* in locum restitutum castrum *Langefrey* construere prohiberet, *Halberstadt* cum incendio oppugnat, *Ulricum* cum multis capit, deinde *Hall* occupat & terram vicinam flagrat incendio. Inde missi quidam erant *Goslarium*, qui nomine imperii terram tuerentur. Ipse quidem Imperator *Lombardiam* vastavit.

1182.

Lantgravius
vinctus
capitur.

Anno Dni M. C. LXXXIII. Indictio I. ordo Indictionum LXXVIII. Dns *Ekelinus* venerabilis & religiosus Abbas XIII. Kl. obiit, pro quo *Rudolfus*.

1183.

Anno Dni M. C. LXXXIII. Kl. Maji obiit Domina *Adelberdis* Abbatisa in *Gandersheim* & *Quidingeburck*, pro qua *Agnes* soror Marchionis *Ozzonis* de *Misna* de *Gerbestad* sumpta eligitur. Imperator *Fridericus* in *Penthecolten* cum *Beatrice* regina & cum omnibus regni Principibus *Mogontiae* curiam gloriosissime celebrans duos filios suos gladio accinxit. Ibi *Heinricus* Dux nullam impetravit gratiam. In festo Scti Jacobi cum filio Imperatoris rege *Heinrico* in *Erfisfurdt* erant ibi citra XXX. milia Nobilium excepto vulgo. VII. Kl. Augusti *Fridericus* de *Avenbergk*. *Heinricus* de *Smarezburg*. *Burchardus* de *Warcbberg*. *Conradus* Moguntinus Episcopus & alii Comites & Nobiles multi Principesque congregati & adunati, dum colloquia diversa conferrent, subito trabibus magna domus, in qua manebant, decidentibus, quicumque in cancellis non confederant, miserabili ruina sunt involuti, foetidissima sentina suffocati. Ibi Lantgravius & alii pauci vix eripiuntur reliqui absorpti mortui sunt.

1184.

Ruina fatali Nobilium Erfurii.

Anno Dni M. C. LXXXV. *Lucius* Papa obiit, pro quo *Urbanus*. Ministeriales regni circa *Elstram* fluvium contententes, mutuo incendiis vastantur. Dns *Rudolfus* Abbas obiit III. Kl. Augusti, cui successit Dns *Sifridus* sextus a *Windolffo* Abbate primo hujus *Pigaugiensis* cenobii.

1185.

Anno Dni M. C. LXXXVI. *Vdo* Nuenburgensis Episcopus obiit, pro quo *Bertoldus* ejusdem

1185.

(k) Ibidem est: in quadagesima.

Menckenjii Scriptor. Rer. Gerin. Tom. III.

1185. dem ecclesie Canonicus. *Beatrice* regina obiit. Imperator curiam in *Gelinbusin* habuit. Scisma oritur inter Apostolicum *Vrbannum* & Imperatorem *Fridericum*. Quidam Episcopi contra Imperatorem conjurant. Imperator paulatim Episcopos a conjuratione potenter & callide destruxit, præter *Philippum* Coloniensem & alios paucos. Imperator ab Apostolico canonicè citatus, quod spiritualia suo juri vendicasset, pro compositione legatos destinavit.

Conspiratio Episcoporum contra Imperatorem

1187. Anno Dni M. C. LXXXVII. nuntii Imperatoris ab Apostolico sine pace redierunt, sententia contra eum data pro usurpatione spiritualium. Eclipsis solis media III. Non. Septembris. *Philippus* Colonienfis Archiepiscopus exercitum Imperatoris inhibuit transire *Rhenum* & partes suas. Hoc anno multa apocriforum somnia quasi vaticinia scriptis per omnes regiones delata, de tonitruis & tempestatibus & præcipue de terræ motu, de ventorum tumida eruptione, de civitatum & ecclesiarum subversione multos timidos fecerunt. *Jherusalem* & cætera civitates transmarinæ a paganis capiuntur, & exercitus omnis, quem vel de peregrinis vel suis contrahere potuerant, ultra quinquaginta

Clades Christianorum in Palestina.

Hierosolyma amittuntur.

millia Christianorum bellatorum a paganis, Dei permissione circumventus, miserabile omnibus seculis excidium regni sui reliquit. Omnibus enim aut captis aut occisis superna *Jherusalem*, ut credimus, ea die cives suos collegit. Ibi cum ligno Domini inter alios præhiantes *Conradus* Marchio de *Farra* multaque millia Christianorum capiuntur. *Tyrannus* igitur & Princeps paganorum *Saladinus* nomine, missis nuntiis *Jherusalem* omnia in suam redigi mandavit potestatem. A suis enim emonitus & edoctus, quod & fama vulgante omni mundo percrebuerat, de magnificentissima charitatis exhibitione ab eis, qui hospitali præerant, & de susceptione cottidiana seu refectione tam peregrinorum quam pauperum & infirmorum, post aliquot dies omnes, de quorum animis diffidebat, civitatem exire compulit. Deinde ordinatis paucissimis ex numero Christianorum, qui tam sepulchro Domini quam hospitali ac templo aliisque sacris locis pro posse subservirent, singulis de tota civitate censualem exactionem indixit. Sic omnia in potestatem Sathanæ, peccatis nostris exigentibus rediguntur. Salvator mundi, cui proprium est miserere semper & parcere, propitius esto nobis modo tuis cultoribus vere peccatoribus, qui in hoc loco mundum redimere dignatus es, cum te mundus non cognoscerat, ymmo contemnebat. Parce loco, pro cuius interitu fletum clementer exhibuisti. Respice de cælis miserator & multum miserors, quia sancta tua a prophanis conculcantur & prophanantur. Ecce bone Jhesu, tam *Jherusalem* locus tuæ passionis, tam *Berlebem* indicium tuæ nativitatis, & omnes urbes & civitates, & omnia, quæ Patriar-

chæ regisque & eorum de templo & hospitali ditioni attinebant, aut penitus eripiuntur & destruantur, & sub miserabili pacto censuali in exterorum & paganorum potestatem subduntur. Sola *Tyrus*, quæ nunc *Syr* vulgari nomine dicitur, refugium Christianorum post multa pericula remansit. *Vrbannus* Papa, qui *Friderico* Imperatori diu per justitiam resistere videbatur, obiit, pro quo *Gregorius*.

Anno Dni M. C. LXXXVIII. Translatio sancti *Otonis* facta est, in qua translatione Dominus *Syfridus* Abbas fuit, & inde reliquias sancti *Otonis* attulit & ei ecclesiam construxit. Interim discordia orta inter Episcopum & ipsum Abbatem. Nam Episcopus affirmabat, Ecclesiam sibi esse subjectam. Abbas vero ad sedem apostolicam appellans iudices impetravit. Illis ergo dudum litigantibus, iudices quæsierunt ab Episcopo, quid sibi juris in *Pigauienti* monasterio vendicaret? Qui monasterium ipsum a prima sui fundatione in spiritualibus ecclesie suæ asseruit esse subjectam, seque tam prædicto Abbati quam duobus predecessoribus suis benedictionis gratiam impendisse monachorum etiam ordinationes altarumque consecrationes ibidem exercuisse.

Anno Dni quo supra, *Gregorius* Papa obiit, pro quo *Clemens* ordinatur. *Clemens* Apostolicus mandat omnibus Christianis, pro remissione peccatorum suorum, *Jherosolimitanam* miseriam ulcisci. Multa milia Christianorum ex omnibus orbis partibus pro ereptione sancti sepulchri Dni peregrinationem assumpserunt.

Anno Dni M. C. LXXXVIII. Indictione VII. legati *Nurenbergk* ad Imperatorem *Fridericum* venerunt post nativitatem Domini, missi a rege *Græcorum* & a *Soldano* & a rege *Arabum*, promittentes Imperatori certum conductum & mercatum peregrinis Christianis, pro ereptione *Jherusalem* & sancti sepulchri regiones eorum transire volentibus, sed dolus eorum patuit, dum inter montana christicolis exsistentibus *Tencri* viam prohibuerunt. Sed Christiani virtute divina eos expulerunt, captivum quendam, ut viam doceret, angariantes. Post diem Purificationis sancte Mariæ Marchio *Otto* Misnensis a filio suo *Adelberto* capitur & ea provincia propterea incursionibus utrique parti faventium turbatur. Hic Marchio filius erat *Conradi* Marchionis de *Witin*, & post de *Misena* & *Lusaria*, fundatoris ecclesie sereni montis. Annona valde cara hoc anno: Pridie Idus Martii ventus gravissimus a circio oritur. In festo sanctorum Apostolorum *Philippi* & *Jacobi* multa milia armatorum militum apud *Ratisponam* *Bavariæ* civitatem convenerunt, præstolantes adventum Dni *Friderici* Imperatoris. Qui navibus devecti per *Danubium* & in *Vngariam* tendentes iterum præstolantur Imperatorem. Quos Imperator infectus est post aliquot dies, ut per *Graciam* *Jherusalem* devenirent. A Rege *Vngariorum* Imperator & sui in *Graciam* tendunt.

1187.

1188.

Monasterio Pegaviensi libertatis controversiam movetur.

Expeditis cruciata.

1189.

Otto Dux capitur.

Philip-

1189.

Philippis vero maximam civitatem *Macedoniae* Kl. Octobris Dns Imperator obsedit, in qua erant qui a rege Graecorum missi fuerant. Postquam Imperator *Fridericus* & exercitus, qui peregrinationem cum eo condixerat, a *Ratispona* iter arripuit, ipsius Imperatoris jussu *Otto* Misnensis Marchio a captivitate solvitur. Sed cum compositio, quae inter eum & filium, qui se ceperat, a quibusdam non sincere proposita Marchioni penitus displiceret, sibi coherentibus indixit, pacem rumpere, bella moliri, quod & fecerunt. Et cum hy, qui ex parte filii erant, nil agerent, A

Turba in
25. Jun.Henricus
VI. Rex
Rom. &
Imp.

coacti sunt & illi bellantibus exercitu collecto resistere, totaque provincia rapinis ac incendiis devastatur, oppida *Pfenberg*, *Libic* & alia castella damna sunt experta. Interim Dux *Bohemiae* nomine *Otto*, qui de *Melberum* transpositus fuerat, *Misnam* cum exercitu venit, regione circumcirca depopulata. Quo post multa dampna eorum supplicatione, qui Marchionem impetebant, remoto, inter alia mala thesaurus ejusdem Marchionis ultra triginta milia marcarum distractus est. *Henricus* Rex, filius *Friderici* Imperatoris, qui, ut praescriptum est, quinquennis *Barberbergae* in Regem electus, coronatus, in-
tronisatus fuerat, viginti ex eo transactis an-
nis, post festum Scti Laurentii curiam in *Wirceburc* habuit, ibi reconciliatur *Otto* Misnensis Marchio & filius ejus. Ibi inter alia regni disponenda negotia idem *Henricus* Rex pro imperiali benedictione, a Dno Apostolico percipienda, exigit a Principibus expeditionem parari in *Italiam* post revolutionem unius anni. Hic *Henricus* filius *Barbarussa* imperavit post patrem, qui fuit maritus *Constantiae* magnae filiae *Gwilhelmi* optimi *Siciliae* Regis, sub cujus titulo insulam cepit. Fuit strenuus & asper more patris, & aliquantum infestus ecclesiae, mortuus est in *Sicilia* apud *Panormum*, relicto *Friderico* infantulo & fratre *Philippo*, regnavit annis septem, mensibus V. Item *Henricus* Rex in festo Scti Galli curiam habuit in *Merseburc*. Ibidem expeditio contra *Henricum* Ducem & contra *Brunswich* pro querimonia *Bernhardi* Ducis post quatuor ebdomadas proponitur. Et cum convenissent in loco *Saxoniae*, *Orneburc* dicto, omnia circa *Brunswic* devastabant praeda & incendio, & quia hiemps yminebat, aliam expeditionem contra *Henricum* III. Kl. May proponunt.

Expeditio
contra
Henricum
Ducem de-
cessa.

1190.

Anno Dni M. C. XC. Imperator *Fridericus* & exercitus Domini, qui peregrinationem pro ereptione Scti sepulchri susceperant, in *Gracia* hiemare coacti, post Palmarum diem maris meatum, qui *brachius Scti Georgii* dicitur, navigio transierunt.

1191.
Miracu-
lum de cor-
pore Chri-
sti.

Anno Dni M. C. XCI. in villa prope *Ersurtb* dicta *Reichstet*, erat quaedam virgo, quae male fidei fuit, credens se morituram, cum corpus sumeret dominicum, accidit, ut praeventa infirmitate nimia, dum corpus Domini a Sacerdote ei ministraretur, in tantam

venit dementiam, ut nec corpus Domini consumere possit. Presbiter igitur cocleari aquam infuderat ori ejus, tunc cocleari adhæsit portio modica, quam Presbiter non videns in aquam est polita, mandavit Presbiter praesentibus, ut quotiens opus esset, filiam de aqua refocillarent. Tandem cum parentes mandatum Presbiteri implere vellent, conversa est aqua in sanguinem, reque ad notitiam Praepositi Episcopique Mogontini *Conradi*, qui tunc ibi fuerat, deducta, sanguis allatus ad beatam virginem inter missarum solennia, qua Episcopus egerat, orantibus cunctis ad verae fidei notitiam sanguis in aquam purissimam rursus conversus & mutatus est omnibus hoc factum mirantibus. *Henricus* Rex a *Celestino* tertio coronatur. Hoc anno *Henricus* regnum *Siciliae* intrans cepit terram usq; *Neapolim*, quam cum obsedisset per tres menses, exercitu suo pestilentia penemortuo, ipse langvens cum paucis recessit.

1191.

Anno Dni M. C. XCIII. Hoc anno *Henricus* totum regnum *Apuliae* sibi subjugavit, rebelles diversis penis afficiens.

1194.

Anno Dni M. C. XCV. Indictione XIII. Em-pacta VII. concurrente VI. Imperator *Henricus* de *Apulia* cum grandi victoria revertitur. *Adelbertus* Misnensis Marchio obiit.

1195.

Anno Dni M. C. XCVI. Primus annus solaris cikli. Moritur *Celestinus* tertius, succedit *Innocentius* tertius.

1196.

Anno Dni M. C. XCVII. Infra istos duos annos Imperator obiit apud *Panormum*. Marchio *Theodericus* Misnensis, avus *Theoderici* ultimi reversus, de partibus transmarinis adjutorio soceri sui Lantgravii *Hermanni* recuperavit hereditatem paternam, & ipsam quiete XVII. annis possedit.

1197.

Theodori-
cus Marchio
in terras
suis resti-
tuitur.

Anno Dni M. C. XCVIII. orta est inter electores dissensio. Una pars elegit *Ottoneum* tertium, Ducem *Saxoniae*: Alia *Philippum*, fratrem *Henrici* praedicti. Quibus per octo annos pro regno contendentibus, licet *Philippo* magna pars *Alemanniae* faveret, quia Dux erat *Sueviae*, *Innocentius* tamen, qui eodem anno *Coelestino* in Papatu successerat, eidem adversabatur, propter fratrem suum *Henricum* Imperatorem, quia in regno *Siciliae* Archiepiscopos & Episcopos trucidaverat, & circa Romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuerat. Unde ipsum & fautores suos excommunicans *Ottone* firmiter adhæsit, & ipsum *Aquisgrani* in Regem *Alemanniae* coronari fecit etiam *Philippo* obnitere. Sed pace reformata inter eos, postmodum dolo fautorum *Ottonis* fuit *Babinberk* interfectus.

1198.


Philippo
Regi Papa
adversatur.

Anno Dni MCC. Hoc anno capta fuit *Constantinopolis* a *Francis* & *Venetis*, incolis ejus id per plures dies impossibile reputantibus, tum propter urbis fortitudinem, tum etiam propter antiquam, quam habebant, prophetiam, non posse eam capi nisi per angelum. Unde capi eam per hominem non credebant. Sed hostibus per murum in loco, ubi angelus

1200.

Constanti-
nopolis ca-
pitur.

1200. Ius depictus erat, intrantibus civitatem, æquivocatione angeli se deceptos cognoverunt.
1202. *Tartarici regni orbis.* Anno Dni M. CC. II. Hoc anno, ut a ple-
risque traditur, regnum *Tartarorum* initium habuit, quoniam qui sub montibus *Indiæ* in regione, quæ dicitur *Tartara*, constituti, Dominum suum regem *Indiæ Demo* nomine, filium *Johannis* Presbiteri occidentes ad depopulationem aliarum terrarum processerunt.
1207. *Albigenses.* Anno Dni M. CC. VII. Hoc anno *Innocentius* tertius cum legato XII. Abbates ordinis A Cisterciensis misit ad terram *Albigensium* ad prædicandum contra hæreticos, qui ibi erant plurimi, publice contra fidem oblatrantes, adjunctusque est legato & Abbatibus de *Hispania Didacus* Oxoniensis Episcopus habens secum beatum *Dominicum*, qui omnibus ad sua redeuntibus per decem annos perseveravit contra hæreticos prædicando, & tunc coadjutores & socios assumens cepit de institutione ordinis *Prædicatorum* cogitare.
1209. *S. Dominici.* Anno M. CC. VII. Indictione decima consecratum est Monasterium a *Hugone* Cardinali Ostiensi. Interim Episcopo Merseburgensi & Abbate *Siffrido* litigantibus, idem Abbas ad curiam Romanam accedens, & ex certis privilegiis & rescriptis, quas secum attulerat, ecclesiam nostram ostendit liberam & exemptam esse. Vnde decretum, quod in primo privilegio *Paschalis*, ubi continebatur, quod ordinationes Monachorum & consecrationes basilicarum a Diocesano deberemus recipere, tunc mutatum fuit. Insuper ecclesia Scti Laurentii in civitate, in qua jus episcopale Episcopus exercuit, Dominus *Cælestinus* Apostolicus C ipsam ecclesiam cum suis pertinentiis ab omni jurisdictione ejusdem Episcopi in perpetuum duxit penitus eximendam, statuens, ut eadem capella eidem Abbati & Monasterio suæ curæ commissa de cætero specialis existat, nec possit in ea Episcopus Merseburgensis contra voluntatem Abbatis & successorum suorum deinceps jus aliquod exercere. Et tunc temporis ecclesia Scti *Oztonis* etiam exempta fuit ab omni jure episcopali.
1209. Anno Dni M. CC. IX. Hoc anno *Otto* coronatus fuit in Imperatorem ab *Innocentio* tertio *Rome* in basilica Scti Petri, qui accepta corona statim pugnam habuit cum *Romanis*, & contra voluntatem Papæ intravit regnum *Appuliæ*, auferens illud *Friderico* Regi *Siciliæ*, unde Papa excommunicavit illum.
1212. Anno Dni M. CC. XII. Hoc anno Principes *Fridericum* contra *Oztonem* elegerunt, qui navigio *Roman* veniens, a Papa *Innocentio* & populo Romano honorifice est receptus, deinde in *Alemanniam* veniens, contra *Oztonem* ibi mirifice triumphavit. Hoc anno, mensè Novembri sub *Innocentio* tertio celebratum est Concilium generale Lateranense in *Basilica*, quæ *Constautia* dicitur, principaliter propter subsidium terræ sanctæ, ubi cum Archiepiscopis & Episcopis ac aliis Prælatibus fuit summa Prælatorum M. CCC. XV.
1212. *Friderici II. electio.*
1214. Anno Dni M. CC. XIII. Moritur *Innocentius* tertius, succedit *Honorius* tertius.
1215. Anno Dni M. CC. XV. Hoc anno Marchioni *Misnensi Theoderico* seniori diversa gravamina acciderunt. Nam Archiepiscopus *Magdeburgensis Albertus* ipsum pro invasione, ut creditur, terrarum ecclesiæ excommunicans, *Misnensem* & *Merseburgensem* dioceses supposuit interdicto. Quidam etiam ministeriales, quorum rustici per advocatos & bedellos precariis & exactionibus gravabantur, contra Marchionem conspirantes, ipsum interficere disponebant, & quosdam ad hoc deputaverant, qui venientes *Ysenberck* - -
- Nota: quæ sequuntur in Codice, ad verbum leguntur in Annalibus Vetero-Cell. in Tomo II. nostror. Script. p. 402. B.
1227. Anno Dni M. CC. XXVII. Lantgravius *Ludemicus* apud *Ortrandum* in *Apulia* sicut speramus, in Dno obdormivit III. Idus Septembris. Hic *Ludemicus* fuit maritus Sctæ *Elisabethæ*. Inundatio aquarum maxima fuit in *Thuringia* VI. Kl. Septembris. Hoc anno quarto Nonas Octobris obiit Sctus *Franciscus*.
1229. Anno M. CC. XXIX. Prædicatores venerunt *Erfordiam* ac cenobium ibidem ædificare coeperunt.
1231. Anno M. CC. XXXI. Beata *Elisabethæ*, *Ludemici* Lantgravii vidua obdormivit in Christo.
1232. M. CC. XXXII. Fratres minores infra muros *Erfordenses* coenobium ædificare coeperunt, dum extra muros ibidem per undecim annos resedissent.
1234. M. CC. XXXIII. Hiems asperissima fuit, adeo ut in mediterraneo mari institores *Veneziam* cum oneratis summariis, pedestri itinere per glaciem transirent.
1235. Anno Dni M. CC. XXXVI. adeo calida fuerat hyems, ut vix sedecim dies glaciales in ea computari poterant, in qua etiam audita sunt tonitrua VI. Idus Martii.



V.
FRAGMENTVM CHRONICI
CHEMNICENSIS,

E. COD. M. PETRI ALBINI; IN ARCHIVO ELECTORALI DRESDENSI
EXTANTE.

LVTIGERSDORF COMPOSVIT LITEM
IN PRÆSENTIA ABBATIS JOANNIS
PORTENSIS.

- M**CCCC VIII. coepit desolari studium Pragensis; regnante *Vuenceslao*. Eodem anno uniuersitas Lipsensis fuit instituta per *Fridericum* Marchionem Misnensem, & fratrem suum *Vilhelmum*.
- M**CCCC IX. Vniuersitas Lipsensis confirmata a Papa *Alexandro* quinto, introducta in die *Levini* mense *Novembri*. Eodem anno fundator studii Lipsensis factus est Dux *Saxoniae*.
- M**CCCC XVIII. Arcem *Rabenstein* abbati Chemnicensi eripit *Albertus* senior burggravius in *Leisnig*. *Albertus* filius accusatus coram Papa se *Erfordiam* sistere coactus est. Eodem anno inter *Orruinum* abbatem & *Joannem* de *Sparenberg*, capitaneum castri *Schellenberg*, componitur controversia de injuriis monasterio illatis. Cum capitaneo senserant *Joannes* de *Ermisdorf*, *Echardus* de *Bottelsted* & *Joannes* de *Raccorn*.
- M**CCCC XXV. *Rudolfus* episcopus consecrauit *Joannem* de *Sleinitz* abbatem Chemnicensem pr. Cal. *Octobr*.
- M**CCCC XXVI. Absente Duce *Friderico* *Boemi* magnum congregaverunt exercitum adversus *Misnenses*. Ducissa vero, uxor praedicti *Friderici* magnam manum, multorum nobilium ductu, contra eos misit, sed occubuit pars *Misnensium*, perfidia cuiusdam *Turingi*, dicti *Apollonius* *Vicesbum*, cui summa totius belli commissa erat, tanquam duci, qui dixisse fertur: *Vindicabo fratrem meum*. Habuit enim fratrem dictus *Vicesbum*, qui erat marschallus in curia Principis, hic decollatus fuit coram imperatore *Sigismundo*. Nam quodam tempore *Fridericus* Dux *Saxoniae* & marchio *Misnensis* disposuit pecuniarum magnam summam dirigere imperatori in propinam donationis ducatus *Saxoniae*, hanc ipse *Vicesbum* prodidit, ita ut deferentes illam spoliarentur, & aliqui occiderentur. Commissum est id lethale bellum ante civitatem *Ausig* in die *Viti*, quæ erat dies dominica.
- M**CCCC XXX. *Hussita* seu *Boemi* cum magna potentia intraverunt terram *Misnensem*, multa damna inferentes.
- M**CCCC XLVIII. *Henricus* *Roder* cum suis commilitonibus in vigilia *Paschatis* noctu *Plavensem* capere voluit, cum templum adiret. Veniens in arcem per canalem, ubi aqua influeret, in deserto quodam cellario se abscondit. Hoc videns custos arcis, dominum jam ad pontem egressum inclamat, ut revertatur, paratas esse insidias. Illi latrones, hoc audientes, per canalem rursus egrediuntur & fugam capessunt; & quadraginta in agro equos abducunt.
- M**CCCC XLIX. Mandato Electoris *Friderici* contra abbatem *Joannem*, adjudicatae sunt civitati *Chebnitz* via *Zuiccaviana*, *Friburgensis*, *Aldenburgensis*, *Zschapensis*. Arbitri fuerunt *Caspar* de *Schonberg* decanus *Misnensis*, *Joannes* *Magdeburgius* Praepositus *Numburgi*, Electoris cancellarius, *Jano* de *Schleinitz* eques.
- M**CCCC L. Orta est magna discordia in *Prussia* inter ipsos *Cruciferos*, qui dicuntur de domo *Teutonicorum*, qui etiam sunt domini totius terræ *Prutenorum*.
- M**CCCC LI. *Nicolaus* *Cusa* Cardinalis *Erfordiam* venit die *Sabbato* post *Cantate*, cui praefectus urbis *Henricus* de *Gleichen* comes, cum omni clero processit obviam, hospitium habuit in monte *D. Petri*. Altero die concionem habuit sub dio, & postea ibi concionatus est sapius.
- M**CCCC LII. Introductus est *Fr. Joannes* de *Capistrano* in oppidum *Chebnitz* cum reliquiis *S. Bernardini* in die *Julianæ* virginis hora vesperearum. Habuit quatuor fratres equitantes & quatuor in uno curru.
- M**CCCC LIII. Dux *Burgundia* & *Gandavensis* praelium commiserunt in vigilia *Jacobi* Apostoli, ex ducis exercitu ceciderunt duodecim millia, ex *Gandavensium* quinque.
- M**CCCC LIX. *Henricus* de *Vildennels* dominus in *Penig*, Ecclesiae, quam antea monachi gubernabant, praefecit sacerdotem ea conditione, ut id abbas *Chemnicensis* mutaret suo arbitrio.
- M**CCCC LXIII. Senatus emit de *Andrea* *Hornig* lapidicinam prope *D. Nicolaum*.
- M**CCCC LXVI. *Ernestus* *Saxoniae* Elector illud jus confirmat constituendi parochum, inter *Casparem* abbatem & *Joannicam* burggraviam de *Leisnig*; natam de *Colditz*: in quod jus consenserunt *Hugo*, *Eustachius* & *Alexander*, *Joannica* filii.

Clades Misnensium perfidia Vicesbumii.

MCCCCLXXVIII. *Tilo* Mersburgensis episcopus conventum in *Neuickersdorf* abbati Chemnicensi ademit & ad se recepit, propter incuriam & lasciviam vitam monachorum.

MCCCCLXXXII. Post festum nativitat^{is} Mariæ obiit Dux *Saxoniae*, qui & Landgravius *Turingiae*.

Monasterium
S. Francisci
Chemnitz.

MCCCCLXXXV. Feria sexta post festum nativitat^{is} Mariæ inchoatum fuit monasterium ordinis S. Francisci de majori observantia in *Chemnitz*, eodem die prima missa celebrata est videlicet de nativitate. Con-

ditores fuerunt viri apostolici & divites, nominati *Scutzi*.

MCCCCLXXXVI. Aedificata est turris praetorii oppidi *Chemnitz*, similiter & schola.

MD. Post festum nativitat^{is} Mariæ obiit Dux *Saxoniae Albertus*.

MDII. Dominica quinta post Pentecosten in monasterio S. Francisci in *Chemnitz* capitulum celebratum est.

MDXVI. Concessus auctoritate Apostolica monachis est esus carni^{um}. Has literas *Roma* attulit civis de *Chemnitz*, (*) *Georgius Aurifaber*, qui habitabat in foro lignario.

(*) Albinus in margine scripsit: *Fuit Fabricii pater, ut puto. Ceterum annus in Cod. legebatur MDXII. sed idem posuit MDXVI. quo natus est Fabricius.*

VI

EMENDATIONES ET SUPPLEMENTA

AD

CHRONICON MARTISBURG.

A

DNO PETRO DE LVDWIG IN RELIQV.

MSS. TOM. IV. PAG. CCCXXIX.

EDITVM.

EX CODICE RECENTIORI SED SATIS ACCVRATO

ARCHIVI ELECTORALIS DRESDENSIS

Ludwig. Rel. MSS. T IV. p. 330. *casus agit*) Cod. *laus agit.*
hos amovendo usque) Cod. *rectius: hos invicem amovendo hos admo-*
do usque ad - - - *divolvuntur*) lege: *devolvitur.*
 p. 331. *regionum*) leg. *regionem.*
saepe factitarunt) Cod. *saepenumero antebac-*
cursum ad vindictam properavit augustam)
 Leg. ex Cod. *cursum Vindeliciam propera-*
vit Augustam.
excutere audaciam) Cod. *prottere aud.*
 p. 332. §. III. *praecellente*) Cod. *pracluente.*
promissimam) Leg. *promissam.*
 p. 334. §. VI. *electionem*) Cod. *delectum.*
irrepens) Leg. *irrepentem.*
Rota anni nescio supra dicta teneri in prox-
imum post praedicta natale) Leg. ex Cod. *Ro-*
ta anni nescio teneri in proximum post supra
dicta natale - - -
 §. VII. *perfectum voti sui*] Leg. *perfectionem*
voti sui.
in angustiis] Cod. *in Augusta.*
triumphans] Leg. *triumphantis.*
istius iussibus] Cod. *inscius:*
illius sola] Leg. ex Cod. *illius scil.*
 p. 335. *qui vir*] Cod. *quia vir.*
retinuit] Cod. *recte: pertinuit.*

Lütze] Cod. *Cyce.*
 p. 336. *studii sui mesam*] Cod. *stadii sui mesam.*
lunarum] Cod. *lunares.*
annum tres quoque] Cod. *annum ibi tresque.*
Ammonis] Cod. *Ammonis.*
 p. 337. *effatu*] Cod. *recte: effectu.*
Nunc] Cod. *Hunc.*
qui cum] Leg. *communi.*
Et thronum] dele *Et*.
quicquid murus] Cod. *inibi interserit.*
foretum] Cod. *foristum.*
apostatans] Cod. *apostata.*
Chorimi] Cod. *Chorin.*
 p. 338. *indefinanter deserviens*) Cod. *regi in-*
desinenter serviens.
indistricta) Leg. *indiscreta.*
supposuit) Cod. *superposuit.*
 p. 338. §. VII. *Id quem*) Cod. *Ad quem.*
Ac is] lb. *At is.*
 p. 339. §. VIII. *His autem auditis in hoc du-*
bie) Cod. *His autem in hoc dubie.*
gminationis affirmatione) *Rectius: gemina-*
tionis affirmationis.
accepto tramite) leg. *a coepso tramite.*
apostolica fraude dulcisona emulso) leg. *ap-*
ostolico dulcis. fr. emulso.
 pag. 339. *quid mirum? Si veritatis tradi-*
tor licet gentilis) Leg. ex Cod. *quid mi-*
 rum

- rum, si veritatis traditores. Licet gentilis--
 p. 340. *conversæ*) Cod. *concessæ*.
Canonico) Lege: *canonice*.
 p. 341. *Consulta*) leg. *Consuleu*.
sitiabat. Inæsuatus) Cod. *sitiebat, inescotus*.
 §. XII. *Et in*) Cod. *sed in*
quæ) Cod. *qui*.
 p. 342. *cognovit*) Cod. *cognoverit*.
anternis) Leg. *anterius*.
facta) Cod. *sancta*.
Nostra) Cod. *Noscere*.
videri) Cod. *videre*.
Augmenta sui) Cod. *Auctione data sui*.
 p. 344. §. IV. *iterum e legato*) Leg. *iterum a leg*.
arteri) Leg. *artari*.
salubris) Cod. *salubri*.
 p. 345. *latatus, hunc*) Cod. bene: *latatus spe*
rat, hunc.
turrin suam) Leg. *curiam suam*.
justo Dei omni iudice) Cod. *justo iudice omnium*.
triginta annos) Cod. XXXIII. *annos*.
 p. 346. *supra parochiam Merseburgensem*)
 C. bene: *parochiam super Merseburgensem*--
seculo. Albo -- assignando) Cod. *seculo, albo*--
assignanda.
audistis) Cod. *audisti*. Et ita mox iterum.
 p. 347. *commissioque*) Leg. *commissæque*.
securum) Cod. *securium*.
Lubeschitz) Cod. *Lubiszi*.
 p. 348. *Vpbusen*) Cod. *Vpbusen*.
 Et pro fratribus suis leg. *fratr. nostris*.
de interpellanda re) Cod. *de interpellatione*.
 §. V. *Berfriderorb*) Leg. *Gerfridesroth*.
ministeria) Cod. *mysteria*.
esse) Leg. *adesse*.
 p. 349. *lato ore*) Cod. *lariore*.
 p. 350. *excitatio*) Cod. *exercitatio*.
sublimibus) Leg. *sublimibus*.
 p. 351. *post multiplices Jecelinus*) Cod. *omit*
tit: Jecelinus.
intuens) Cod. *intentus*.
 p. 352. *per spiritum tamen sanctum fuisse*)
 Leg. *prosperum tamen casum fuisse*.
admissam) Leg. *ad commissam*.
 p. 353. *Kurin*) Cod. *Chorin*.
densilia) Cod. *tensilia*.
qui &) Leg. *qui ei*.
 p. 355. *Truazis*) Cod. *Trutzis*.
Roilitzi) Cod. *Wilzi*.
Buffzin) Cod. *Ruslin*.
Wirbme) Leg. *Wirbine*.
Schladewitze) Cod. *Ladebizi*.
Tornuma) Cod. *Toruwa*.
Pisti, Botbsfelt, Zeinane, Passini) Cod. *Risti*, D
Bochveld, Gmane, Rasini.
Gostuo) Cod. *Gusna*.
Schirbeber) Cod. *Schisiburi*.
Atinestedi) Cod. *Minestedi*.
 pag. 356. *Zcolm*) Cod. *Zcolin*.
 p. 358. *Rosoana*) Cod. *Loscana*.
Crozina) Cod. *Trozina*.
Gaszua) Cod. *Gusna*.
 p. 359. *pro capacitate*) Cod. *pro paucitate*.
Invigilabat Dei) Cod. *Invigilabat ei*.
artationem) Cod. *tractationem*.
 p. 360. *lucerna meritis*) Cod. *lucerna mentis*.
 Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.
- voluntate in opus*) Leg. *in voluntate opus*.
 p. 361. *Eykeanus*) Cod. *Eyke avus*.
 p. 362. *milites*) Leg. *militis*.
Calendas Octobris) Cod. *in III. Cal. Octobris*.
Theremio) Cod. *Theremino*.
Peternig) Cod. *Praterin*.
conmemorabat) Leg. *commemoratur*.
 p. 363. *pausaverit i. e. posuerit*) Rectius ex
 plicaveris: *quieverit*.
Bonus) Cod. *Donis*.
 p. 364. *Mirmilkestorff*) Cod. *Mulkesdorff*,
Graendorff) Cod. *Gronendorff*.
 A *vere ille*) Leg. *vir ille*.
 p. 365. *quaterque deno*) L. *quater quoque deno*.
tertio) Leg. *terno*.
literam jam delinitur) Cod. *literam jam deletur*.
 p. 366. *quod cum dictus*) Cod. *quod jam dictus*.
 p. 367. *Neimdorff*) Cod. *Nuendorff*.
 p. 368. *ullo antecessori suo*) Leg. *ullo ante*
cessorum suorum.
Hunc) Leg. *Hinc*.
exemplificemus) Cod. *exemplificemus*.
 p. 369. *Et prophetæ*) Cod. *Et cum propheta*.
quia dilectione) Leg. *quia dilectionem*.
caritationem) Leg. *cautionem*.
 p. 370. *didicit*) Cod. *diligenter didicis*.
 B *suo acri*) Leg. *suo ori*.
 p. 371. *deficiens*) Cod. *deficiant*.
 p. 373. *voluptuoso*) Leg. *voluptuose*.
 p. 374. *nisi qui*) Leg. *nisi quod*.
mundiali) Leg. *mundali*.
Post debitum omnis carnis, quod persolvit) Lege.
postquam debitum omnis carnis persolvit.
eiusdem curiæ) Leg. *eidem cura*.
lascivia) Leg. *lasciviam*.
 p. 375. *cappam*) Cod. *Capellam*.
abbatem eidem) Cod. *Abbatæ eidem*.
 p. 376. *in tantum duobus*) Cod. *tamen duobus*.
beneplacitum) Adde: *fratrum*.
 C *Koberleue*) Cod. *Kobelene*.
 p. 377. *quamque optima*) Cod. *quæque optima*.
pridie Idus) Cod. *sub secundo Idus*.
 p. 384. *scissionem*) Cod. *dissensionem*.
melioris) Leg. *meliores*.
adversata) Leg. *aversata*.
sed feremur in laudem) Cod. *sed veremur in*
laude.
liberati scientia) Cod. *liberali scientia*.
Hunleui) Cod. *Hunleue*.
 p. 386. *æloquin*) Leg. *eloquia*.
per introitum) Cod. *præ introitu*.
celebrantibus) Cod. *celebratis*.
 p. 387. *fructus qui*) Cod. *fruiturque*.
 p. 388. *calutionis*) Leg. *cautionis*.
 p. 392. *Kirschdorff, Roykindorff*) Cod. *Rich*
dorff, Hoykindorff.
Arzindorff) Cod. *Meyndorff*.
 p. 397. *Kuntonum*) I. lege *Knutorum*, & mox:
Knute.
 398. *Tamen ergo*) Cod. *Tamen ego*.
 p. 399. *pecunia infinita*) In Codice nostro
 hæc adjuncta leguntur: *Contigit anno*
Dom. incarnationis M. CC. LXXIII. Ca
lend. Sept. . . . Apostolatus Domini Gre
gorii Papæ X. I. anno Friderici Præfulis no
stri, tertia feria proxima post assumptio
nem,

Tempestas
Maris-
burgi.

item Alen-
burgi.

Populato-
res Mar-
sisburg.
vincuntur.

nem, dicto complerorio, cum sederemus ad
coenam Domini, invasit nos, divina gratia
providente, tempestas valida nimis, visu hor-
ribili & terribili ab Aquilone cum ingenti
turbine, ventorum, grandinis, pluvia & re-
nebrarum, qui in duas turres Ecclesie nostrae
recta, cum immensis lapidibus, impetu ven-
torum recto sacrarium trans murum in Salam
rejecit & per gratiam divinam neminem
laesit, nec tetigit quenquam. Eodem die &
tempore beati Petri in Aldenburg duas tur-
res & turrim beati Viti & beati Sixti tur-
rim, infinitas etiam domos in civitate, in
novo foro in Aldenburg concussit, arbores &
volucres in magna multitudine ad terram
prostravit. Item contigit anno Domini
M. CC. LXXIII. in vigilia Apostolorum Si-
mo & Juda, VI. Calend. Novemb. quod me-
moriam dignum est, quod Henricus Comes
de Anebalt dictus Pinguis, cum Duce de
Brunswick & Comite Cruzelino de Zwerin,
cum suis satellitibus viciniam nostram in-
trantes igne & spoliis devastaverunt, per
5. dies moram facientes, post appropia-
re volentes Dominus Theodericus Marchio
de Landesberg cum fratre suo Alberto Land-
gravio, cum ipsorum Baronibus & aliis mi-
litibus exercitum ordinate promoventes, ho-
stes eadem die secuti sunt. Crastina vero die
mane in valle quadam vicina castri Wirkin
hostes proelio magno sunt aggressi, tandem
proelio inito, Comitem de Zwerin cum quin-
gentis & amplius graviter vulneratum Mer-
seburg adduxerunt.
p. 399. marcarum reditus) leg. marcar. re-
ditibus.
p. 401. qui filius) Cod. quod filius.
Teneber) leg. Teneberg.
p. 403. & in clenodiis vini) leg. in clenodiis,
videlicet & &c.
p. 405. Kuntones) leg. Knutones.
Castrium Curzlitz funditus, ut adhuc apparet,
venuste construxit: Lutzin de lapidibus

erutis ab aedificiis castris.) Cod. ita: Ca-
strum Lutzin de lapidibus erutis ab aedifi-
ciis castri Teudiz funditus, ut adhuc appa-
ret, venuste construxit.

p. 406. qui usque) leg. quod usque.

p. 419. sperabat prosperari) Cod. sperabatur
indubie prosperari.

p. 422. nostrae fecit & appropriari.) leg. no-
strae incorporari fecit & appropriari.

p. 423. & subconcessit) Cod. sub mutuo con-
cessit.

quam utique) leg. quia utique.

p. 424. civem Merseburgersem) leg. civem Mer-
seburgenses.

Slege S. zindel) Cod. Slege sive Zindell.

p. 426. pressura calcis) leg. pressura Caluis.

p. 428. aut nunc considero) Cod. ait: Nunc
considero.

commovit.) Cod. commovi.

[singulariter] lege finaliter.)

[Aqueluppe] leg. separatim: aqua Luspa.

p. 429. clerici cursu] leg. celeri cursu.

primusque gratus] Cod. Primus quia gratus.

p. 430. Post mille post tria centum post octo-
ginta duo] leg. ex Cod. Post M. post tria C.
post octoginta duoque.

p. 431. Hic ex innata virtute] Cod. Hic ex-
quista virtute.

sustinuissent] Cod. sustinisset.

p. 432. senior eorum, primus Marchio] leg.
senior eorum patrus, Marchio

& dicti Caroli &c.] Codex addit: & postea
Wenceslai Orator & Consiliarius.


p. 433. Lepitz] Cod. Lopitz.

ad regiminis] Cod. & regiminis.

p. 435. in emunitatem] Cod. in emunitate.

p. 439. Nec aliquando] Cod. Nec aliquam.
non habuit] Cod. non habens.

Definit Codex cum vita Nicolai Lubicen-
lis.



VII.
MEMORABILIA QVÆDAM
IN
CHRONICO TERRÆ MISNENSIS,
ALIIS
THOMANO LIPSIENSI
DICTO,
A NOBIS INTER SCRIPTORES
RERVVM GERM.

TOMO II. p. 323. seqq. EDITO
DESIDERATA,

NUNC EX CODICE MANVSRIPTO
FREHERIANO-GOLDBECKIANO
RESTITVTA.

Ad pag. 323. Tom. III.

Specialiter in lignis aptatis ad ædificia
Monasterii.] Post aliquod tempus con-
cordia facta inter cives & Dominum
Theodoricum, pensata sunt damna illata
monasterio, pro quibus restaurandis duos ci-
ves Proconsules posuerunt pro fidejussoribus,
promittentes, velle satisfacere. Postquam
plurima tempora elapsa fuerunt, & Præposi-
tus nihil in recompensationem reciperet,
monuit fidejussores, quorum unus nega-
vit & juravit, se nihil scire de promissione
seu de fidejussione, unde in brevi mor-
tuus est subitaneæ. Alter similiter nega-
vit, sed videns, qualiter socius suus mor-
tuus est recognoscens fatebatur, & in fine vi-
tæ dedit domum suam monasterio in recom-
pensationem, ea tamen conditione, quamdiu u-
xor sua viveret, possideret anteriorem do-
mum, post cujus mortem haberet monaste-
rium totaliter. Prædicti monasterii Ecclesiæ
S. Thomæ Ordinis Canonorum Regularium
Pater primus erat quidam Plebanus de
Oschbitz dictus Conradus, qui ob desiderium
Margravii Theodorici suscepit curam hujus
monasterii. Hic inchoans religiosam vitam
collegit quosdam fratres ad se, quibus ali-
quamdiu præfuit. Tandem vidit, quod fra-
tres collecti non ita obedienter vixerunt, quia
nimis strictam vitam duxit, occulte recessit
in Hallis. Videntes autem fratres, se esse
sine regimine & ita in religione deficere, per
preces multas eum reduxerunt, qui bene
exhinc rexit usque in finem vitæ suæ. Post
hunc fratres ac diu * ibidem collecti elege-
runt sibi Præpositum, dictum Wernerum,
sub quo Margravius dotavit & beneficiavit

monasterium. Hic Præpositus multa bona
fecit monasterio. Nam parietes dormitorii
magnifice erexit, & domum illam ædificavit
ex altera parte, quæ tangit chorum. Item
lampadem dormitorii instituit incendi, ut
per noctem arderet. Item comparavit tres
partes Biblicæ, pluresque libros cantuales cho-
ri ac missales procuravit. Quo mortuo Domi-
ni ac fratres Monasterii elegerunt alium Præ-
latum, postulantes unum de Hallis; quo con-
firmato, religiose vixit, & bene rexit per plu-
res annos quousque sibi videbatur, quod for-
te religiosiorem vellet eligere vitam, abiit oc-
culte, nescientibus fratribus, ad Episcopum
Mersenburgensem. Resignavit Prælaturam,
petens se absolvi, præsentavit sigillum Epi-
scopo, eo absoluto recessit. Episcopus au-
tem Mersenburgensis sicut fidelis protector
solicitus de cura monasterii, cum paucis de
curia sua equitavit, venit in allodium Oschbitz,
locutus est Provisor allodii, qui erat conver-
sus unus, disposuit quoque cum eo, quod
invitaret aliquos fratres de monasterio suo se-
niores & potiores, & faceret ipsis unam coe-
nam seu merendam, & lætarentur in suis al-
lodiis, & ut nemini revelaret adventum suum,
quod ipse vellet adesse superventurus impro-
vise. Conversus ille, scilicet Provisor allodii,
fecit, quæ sibi Episcopus commisit, diligen-
ter. Venientibus itaque Patribus monasterii
ad convivium seu prandiolum in allodio, co-
mederunt & biberunt & lætati sunt valde, i-
gnorantes talem recessum Præpositi eorum.
Tandem, ut præordinatum fuit, Episcopus
improvise veniens & videns Dominos terri-
tos de suo adventu improvise consolaba-
tur eos dicens: *Nolite terreri, veni enim
propter*

* Lege: Domini.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

propter melius vestrum. Nam dico vobis, quod Prælati vester resignavit & absolutio- nem per preces suas obtinuit ab Præpositura officio. Ecce sigillum mihi præsentavit, quod restituo vobis. Nunc ergo eligite vobis alium fidelem vobis & monasterio vestro, quem aptiorem scitis & religiosiorem. Hoc audientes Domini & Patres Monasterii, nimis breviter præmeditati posuerunt in arbitrium Episcopi, quemcunque ipse eis eligeret ac præficeret ipsis, qui sibi melior videretur, ipsi vellent cum benigne acceptare. Episcopus vero perpendens plurima inconveniencia in longis ac propinquis temporibus posse evenire, respondit: Non, fratres ac Domini mei, ego non volo vos privare electione vestra libera. Si enim ego hoc nunc facerem, omnes successores mei privarent vos electione aut impugnarent. Dato enim uno inconvenienti, sequuntur plura. Sed ite in monasterium vestrum, & convocate eos, qui vocandi sunt, & eligite vobis Præpositum secundum canonicam sanctionem. His auditis, Domini ac Patres multum grati erant de informacione Episcopi. Postea ipse recessit & ipsi abierunt, & electo canonice Prælato, confirmatus est ab Episcopo.

Pag. eadem 323. C. post verba, *ut hodie cernitur, ædificatum est.*] additur: His temporibus quidam Ericus transtulit se ad monasterium dictus Moring, per quem Jus Patronatus translatum est super ecclesiis in Majori Schober & * Kutschbarz cum certis jugeribus lignorum.

Pag. 360. A. inter Bobemos & Dominos Misnenses.] Adduntur sequentia: His temporibus capta fuit nobilis ista civitas Constantinopolis & omnino depopulata a Turcis, interfectis omnibus * utrinque sexus crudelissime, nemini parcentes, pueros, senes, virgines & mulieres, religiosos similiter omnes in tormentis retinentes civitatem in possessione magna, scripseruntque ad curiam Romanam, scilicet quod vellent venire cum potentia & invadere omnes terras Christianorum & Christianos occidere.

Seditio in Prussia.

Anno Domini MCCCCLIV. orta est magna discordia in Prussia inter Episcopos Cruciferos, qui dicuntur de Domo Teutonicorum, qui etiam sunt Domini totius terræ Prutenorum, & inter civitates, ita quod cunctus populus civitatum insurrexerunt contra Dominos, bellantes castra & plurima destru-


xerunt & Dominos fugaverunt. Qui venientes in Margenburg, ubi a populo vallati fuerunt ita ut non patuit recessus, nisi manu forti aut fortuito seu casu satis mirabili sub tali eventu plures Nobiles cum exercitibus venerunt Dominis in adiutorium. Quidam Nobiles recipiebant se in quandam civitatem dictam Kunitz, quæ non recessit ab obedientia Dominorum suorum. In hac aliquandiu obsessi erant a populo. Tandem dum scilicet ipsi Cruciferi animati ex adventu plurium ipsis succurrentium, & congregati cum magno exercitu venerunt in campanam. - - - feria secunda quatuor temporum non intendentes eo die inire bellum sed sequenti die; Rex vero Polonia cum magno populo aliquos ipse recensuit, eos esse numero tria millia. Quo facto secessit Rex per quendam montem cum 30. millibus armatorum. Ineuntes itaque bellum insimiliter eadem die prostrati sunt Poloni & fugati in persecutione ad duo miliaria tandem quoad nox eos separavit. In hoc bello occubuerunt tria millia Polonorum: capti vero de Dominis ejusdem exercitus Nobilibus & militibus ac aliis armatis 136. Inter illos etiam captus fuit quidam magnus Dominus dictus Scharlenz. In hoc bello Domini Prutenorum ceperunt duo panneria capitalia. De eorum vero exercitu ceciderunt tantum 66. & duo de Dominis & Dux Saganensis Rudolfus, multi autem vulnerati sunt. Eam autem civitatem Kunitz, quæ non recesserat ab obedientia Dominorum, munitabant amplius pedestribus viris multis, importantes de præda comestibilia ad duos annos sufficientia. De Rege vero Poloniae dicitur, quod fuit per se in campo, sed a Dominis Prutenorum inventa sunt in præda ejus arma, quibus isto die indutus erat, & ejus equus captus est cum multis clinodiis; ubi ipse permansit, ignorabatur. Insuper dicitur, quod Magister Ordinis ante Margenburg multos cives prostravit, & in civitatem fugavit, & cepit civitatem parvam dictam Nuweticb, multos occidit. Postea iterum commissum est bellum, in quo Pruteni prostraverunt de exercitu Polonorum tria millia; capti vero sunt centum & quatuor milites, unde & nobiles sexcenti. Dicitur etiam, quod Nobiles, qui cum exercitibus venerunt Dominis in adiutorium, ceperunt quandam civitatem munitam, eam machinamentis expugnantes, & omnem populum occidentes, senes cum junioribus, &c.

Clades Polonorum.

VIII.

* hodie Kautsch.

* lege; utrinque.



VIII.

CHRONICON QVEDLINBURGENSE

AB ANNO CIRCITER CCLXX.
VSQVE AD ANNUM MXXV.

EX CODICE PETRI ALBINI, NUNC IN ARCHIVO ELECTORALI
DRESDENSI EXSTANTE,

COLLATVM

CVM CHRONOGRAPHO SAXONE

QVEM LEIBNITIVS T. I. ACCESS. HIST.

PRIMVS EDIDIT.

Gens *Alamannorum* prava ac pessima rebellaverunt contra *Valentinianum* Imperatorem. Qui victi ab eo super *Danubium* fluvium fugerunt, & intraverunt *Mæotidas* paludes. Dixit autem Imperator: *Quicumque potuerit introire in paludes istas, & gentem istam pravam egerit, concedam eis tributa donaria annis X.* Quod audientes *Trojanii*, qui reliquæ erant exercitus *Antenoris*, fugientis de *Troja*, & eum sequi non valentes XII. milia ingressi *Mæotidas* paludes juxta terminos *Pannoniæ* ædificaveruntque civitatem nomine *Sicambriam*, habitaveruntque illic multis annis, donec creverunt in gentem magnam, ingressi propter remissionem decennium tributorum post *Alamannos*, interfecerunt eos. Tunc appellavit illos *Trojanos* *Valentinianus* Imp. Attica lingua *Francos*, hoc est, *feros a duritia vel audacia cordis eorum*. Postea egressi a *Sicambria* venerunt in *Germaniam* juxta *Rbenum* fl. habentes super se duos Principes *Priamum* & *Antenorem*. Qui rebellantes contra *Romanos*, victi sunt ab *Aristarcho*, Principe militiæ & tributo subjecti, occisis utrisque prædictis Principibus. Mortuo autem *Surmone* filio *Antenoris* & *Marchomire* filio *Priami*, qui super *Francos*, defunctis patribus regnaverunt, elegerunt *Faramundum* *Morcovir* filium, & elevaverunt eum super se Regem *crinitum*. Ex hinc *Franci* *crinitos* Reges habere ceperunt usque ad *Hildericum* Regem, cujus *Pippinus* Magni *Caroli*, qui Major Domus vocabatur, regnum simul cum nomine rapuit. Mortuo *Faramundo* regnavit *Chlodio*.

Post *Chlodionem* *Merongus*, a quo *Franci* *Merongi* vocati sunt.

Post *Merongum* filius suus *Heldericus*, pater *Chlodovei* Regis incliti regnavit. Hic *Chlodoveus* a. B. *Remigio* primus *Francorum* Regum cum omni exercitu baptisatus, expulit *Egidium* Consulem Romanum, filiumque ejus *Siagrium* occidit, tulitque *Martiano* Imp. quidquid *Romani* intra *Rbenum* & *Ligerem* fluvios possidebant.

Post mortem *Chlodovei* quatuor filii ejus

regum ejus inter se diviserunt æqualiter, id est, *Chlodomirus*, *Hildibertus*, *Lotharius*, & *Hugo*. *Theodoricus* de concubina genitus, qui, data terra *Thuringorum* maxima ex parte *Saxonibus*, qui remanserant, *Thuringos* regniis territoriis fecit tributarios in porcis. Mortuo *Theodorico* regnavit *Theobertus*.

Post illum *Theobaldus*.

Mortuo *Theobaldo* regnavit *Lotharius*.

Post hunc *Helpericus*.

Post hunc *Lotharius*, pater *Dagoberti* Regis. Hic *Lotharius*, occiso *Bertholdo*, Duce *Saxonum*, & pervagata omni terra eorum, nullum hominem longiorem in ea viventem reliquit, quam *gladius* suus fuerat, quem *Spantam* vocant.

Mortuo *Dagoberto*, regnavit post eum filius ejus *Sigobertus* & *Clodoveus*.

Post *Clodoveum* *Lotharius*.

Post eum fratres ejus *Theodoricus* & *Hildericus*.

Erat enim ipse *Hildericus* levis nimis, sub cujus tempore *Pippinus* filius *Ansgisi* major domus erat.

Post hunc administrationem aula *Carolus* filius ejus procurabat.

Quo mortuo, ultimo *Merungorum* *Hilderico* regno sublato, *Pippinus* *Caroli* filius decreto *Zachariæ* Papæ ex *Palatino* *Comite* in Regem ungitur, qui genuit *Carolum* Magnum &c.

Sub *Martiano* *Angli*, quam nunc *Dani* possident, relinquentes, cum Rege suo *Anglin* invitante & conducente eos Rege *Vertigerno* contra *Scotos* & *Pictos* *Britanniam* petunt, &c.

Amulung *Theodoric* dicebatur, proavus suus *Amul* vocabatur, qui *Gothorum* potissimus censebatur. Et iste fuit *Theodoric* de *Berne*, de quo cantabant rustici olim. *Theodoricus* *Arila* Regis auxilio in regnum *Gothorum* reductus, suum patrualem *Odoacrum* in *Ravenna* civitate expugnatum, interveniente *Arila*, ne occideretur, exilio deputatum, paucis villis juxta confluentiam *Albiæ* & *Sala* fluminum donavit, &c.

Primus *Dionysii* circulus inchoat anno Dom. incarnationis DXXXII. & Codex *Justinianus*

532. nianus de Legibus Romano orbi promulgatus est.

Eodem anno *Hugo Theodoricus* Rex, *Clodovei* filius ex concubina natus, cum patri successisset in regnum, ad electionem suam *Irminfridum* Regem *Thuringorum* honorifice invitavit. *Hugo Theodoricus* iste dicitur idem *Francus*, quia olim omnes *Franci Hugones* vocabantur a suo quodam Duce *Hugone*. Qui quamvis notus esset, a patre *Clodoveo* propter sapientiam & fortitudinem sibi divinitus collatam, ceteris filiis suis plus dilectus, suo

Francio-
lim Hugo-
nis dicitur.

Irminfridi
infantia.

Cedes.

Saxones
contra
Thuringos.

Thuringia
eis tradi-
tur.

jussu totiusque populi consensu inter fratres suos nobiles idem *Clodomirum*, *Hildebertum* & *Lotharium* in æqualem regni partem suscepit. Cujus parti cum *Thuringia* cecidisset, *Irminfridus* gener ejus, hortatu uxoris suæ *Amelburgæ*, invitationem Regis respuit, dicens, *Theodoricum* uxoris suæ, quæ soror erat *Theodorici*, potius esse debere servum, quam sibi vel aliis Regem vel Dominum.

Veniat primum, dixit ad nuntium, ferens secum multiformis pecunie cumulum, ut emat ab uxore mea, ab utroque parente nobili, me jubente, libertatis testamentum. Quo respon-

so unanimi *Francorum* furore commotus *Theodoricus*, remandavit ei dicens: Veniam, ut jussisti, & si aurum mihi non suffecerit, pro libertate mea *Thuringorum Francorumque* capta tibi dabo numero inexplicabilia. Statim-

que collecto exercitu venit in regionem *Merslein* vocatam, & *Irminfridum* illic sibi bello occurrentem, multa caede suorum vicit & fugavit. Quem insecutus usque ad *Onaccram*

fluvium juxta villam *Arben*, maximo proelio fudit, illoque fugato, propter suorum casum & viventium vulnere, amplius eum persequi destitit, seque ob curationem dolentium statutis munierat castris. Audiens autem

Theodoricus, *Saxones*, quorum jam fortitudo per totum pene divulgabatur mundum, in loco *Nadalaon* dicto applicuisse, in suum eos convocavit auxilium, promittens eis cum suo suorumque XII. nobilissimorum juramento, si *Thuringos* sibi adversantes vincerent, omnem illis eorum terram daturum usque

ad confluentiam *Sala* & *Vnstrada* fluviorum. Qui nihil morantes venerunt ad eum, & persequentes *Irminfridum* pugnauerunt contra eum super *Vnstradam* fluvium, tantamque *Thuringorum* stragem illic dederunt, ut ipse fluvius eorum cadaveribus repletus, pontem illis præberet. *Irminfridus* autem cum uxore & filiis & uno milite *Iringo* nomine, capta a *Saxonibus* noctu civitate *Schidinga*, qua se concluderat, vix evasit. Tunc *Theodoricus*,

accepto consilio, victoribus tradidit *Saxonibus* omnem terram *Thuringorum*, excepta quam *Louvia* & *Haerez* sylvæ concludunt, absque tributo perpetuo possidendam. *Thuringos* vero, qui cædi superfluerant, cum porcis tributum regis stipendiis solvere jussit. Post hæc *Theodoricus* data fide *Irminfrido*, in *Zulpiaco* civitate illum dolo perimi jussit, &c.

Constantinus Constantini filius imperavit annis XVII. Hic sextam Synodum compo-

suit, cujus rogatu *Agarbo* Papa misit in regiam urbem legatos suos, in quibus erat *Jobannes* Rom. Ecclesie tunc Diaconus, non longe post Episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei ecclesiarum, qui benignissime suscepti a reverendissimo fidei catholice defensore *Constantino*. Jussi sunt, remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de fide vera perquirere, datis eis de Bibliotheca Constantinopolitana, cunctis antiquorum Patrum, quosquos petebant, libellis. Affuerunt autem & Episcopi CL. præside *Georgio*

Patriarcha urbis regie, & *Antiochiæ Macbario*, & conjuncti sunt, qui unam voluntatem & operationem astruebant in Christo, falsæ patrum catholicorum dicta per plurima. Finito autem conflictu *Georgius* correctus est, *Macbarius* vero cum suis sequacibus simul & præcessoribus, *Cyro*, *Sergio*, *Honorio*, *Pyrrho* & *Paulo* & *Petro*, anathematizatus, & in locum ejus *Theopanius* Abba de *Sicilia*, *Antiochiæ* Episcopus factus, tantaque gratia legatos Catholicæ pacis comitata est, ut *Jobannes* Portuensis Episcopus, qui erat ex ipsis unus, Dominica Octavarum Paschæ missas publice in ecclesia S. Sophiæ coram Principe & Patriarcha Latine celebraret. Hæc est VI. Synodus Constantinopoli celebrata, Dom. incarn. DCCII. anno.

DCCVIII. *Conradus* Rex de *Britannia Romanam* perrexit, ibique attonsus ac monachus factus in jejuniis & orationibus usque ad diem permansit ultimum. Eodem anno mortuus est *Druogo*.

DCCIX. Durus & deficiens fructus.
DCCX. *Pippinus* rex perrexit in *Alamanniam*.
DCCXI. Aquæ inundaverunt valde.
DCCXII. Mors *Heriberti* regis *Longobardorum*.
DCCXIII. Mors *Pippini* Regis, qui fuit filius *Ansgisi*, post quem *Carolus* ejus filius regnavit.
DCCXV. Pugna *Francorum* & mors *Dagoberti* regis.
DCCXVI. Pugnavit *Carolus* contra *Rasbodem* regem.
DCCXVII. Pugnavit *Carolus* contra *Francos* in dominica die ante Pasca.
DCCXVIII. Vastavit *Carolus* *Saxoniam* plaga.
DCCXIX. Occisio *Francorum* ad *Sueffoniæ* civitatem & mors *Rasbodi* regis.
DCCXX. Pugnavit *Carolus* contra *Saxones*.
DCCXXI. Magna fertilitas facta est.
DCCXXIII. *Sarraceni* primitus *Isoliam* ingrediuntur.
DCCXXVII. S. *Egbertus* migravit ad Christum.
DCCXXIX. Cometæ apparuerunt.
DCCXXXI. *Carolus* vastavit ultra *Ligerim*, & *Reginfridus* mortuus est.
DCCXXXII. *Carolus* pugnavit contra *Saracenos* die Sabatho.
DCCXXXIII. Eclipsis solis facta est.
DCCXXXIV. *Carolus* perrexit in *Fresam*.
DCCXXXV. *Carolus* *Wafomes* vastavit. *Be-*

532. *Conradus* de *unien*.
Ecclesiæ in *Synodo* *sexta*.

anno.

DCCVIII. *Conradus* Rex de *Britannia Romanam* perrexit, ibique attonsus ac monachus factus in jejuniis & orationibus usque ad diem permansit ultimum. Eodem anno mortuus est *Druogo*.

DCCIX. Durus & deficiens fructus.
DCCX. *Pippinus* rex perrexit in *Alamanniam*.
DCCXI. Aquæ inundaverunt valde.
DCCXII. Mors *Heriberti* regis *Longobardorum*.
DCCXIII. Mors *Pippini* Regis, qui fuit filius *Ansgisi*, post quem *Carolus* ejus filius regnavit.
DCCXV. Pugna *Francorum* & mors *Dagoberti* regis.
DCCXVI. Pugnavit *Carolus* contra *Rasbodem* regem.
DCCXVII. Pugnavit *Carolus* contra *Francos* in dominica die ante Pasca.
DCCXVIII. Vastavit *Carolus* *Saxoniam* plaga.
DCCXIX. Occisio *Francorum* ad *Sueffoniæ* civitatem & mors *Rasbodi* regis.
DCCXX. Pugnavit *Carolus* contra *Saxones*.
DCCXXI. Magna fertilitas facta est.
DCCXXIII. *Sarraceni* primitus *Isoliam* ingrediuntur.
DCCXXVII. S. *Egbertus* migravit ad Christum.
DCCXXIX. Cometæ apparuerunt.
DCCXXXI. *Carolus* vastavit ultra *Ligerim*, & *Reginfridus* mortuus est.
DCCXXXII. *Carolus* pugnavit contra *Saracenos* die Sabatho.
DCCXXXIII. Eclipsis solis facta est.
DCCXXXIV. *Carolus* perrexit in *Fresam*.
DCCXXXV. *Carolus* *Wafomes* vastavit. *Be-*

anno.

DCCVIII. *Conradus* Rex de *Britannia Romanam* perrexit, ibique attonsus ac monachus factus in jejuniis & orationibus usque ad diem permansit ultimum. Eodem anno mortuus est *Druogo*.

DCCIX. Durus & deficiens fructus.
DCCX. *Pippinus* rex perrexit in *Alamanniam*.
DCCXI. Aquæ inundaverunt valde.
DCCXII. Mors *Heriberti* regis *Longobardorum*.
DCCXIII. Mors *Pippini* Regis, qui fuit filius *Ansgisi*, post quem *Carolus* ejus filius regnavit.
DCCXV. Pugna *Francorum* & mors *Dagoberti* regis.
DCCXVI. Pugnavit *Carolus* contra *Rasbodem* regem.
DCCXVII. Pugnavit *Carolus* contra *Francos* in dominica die ante Pasca.
DCCXVIII. Vastavit *Carolus* *Saxoniam* plaga.
DCCXIX. Occisio *Francorum* ad *Sueffoniæ* civitatem & mors *Rasbodi* regis.
DCCXX. Pugnavit *Carolus* contra *Saxones*.
DCCXXI. Magna fertilitas facta est.
DCCXXIII. *Sarraceni* primitus *Isoliam* ingrediuntur.
DCCXXVII. S. *Egbertus* migravit ad Christum.
DCCXXIX. Cometæ apparuerunt.
DCCXXXI. *Carolus* vastavit ultra *Ligerim*, & *Reginfridus* mortuus est.
DCCXXXII. *Carolus* pugnavit contra *Saracenos* die Sabatho.
DCCXXXIII. Eclipsis solis facta est.
DCCXXXIV. *Carolus* perrexit in *Fresam*.
DCCXXXV. *Carolus* *Wafomes* vastavit. *Be-*

anno.

DCCVIII. *Conradus* Rex de *Britannia Romanam* perrexit, ibique attonsus ac monachus factus in jejuniis & orationibus usque ad diem permansit ultimum. Eodem anno mortuus est *Druogo*.

DCCIX. Durus & deficiens fructus.
DCCX. *Pippinus* rex perrexit in *Alamanniam*.
DCCXI. Aquæ inundaverunt valde.
DCCXII. Mors *Heriberti* regis *Longobardorum*.
DCCXIII. Mors *Pippini* Regis, qui fuit filius *Ansgisi*, post quem *Carolus* ejus filius regnavit.
DCCXV. Pugna *Francorum* & mors *Dagoberti* regis.
DCCXVI. Pugnavit *Carolus* contra *Rasbodem* regem.
DCCXVII. Pugnavit *Carolus* contra *Francos* in dominica die ante Pasca.
DCCXVIII. Vastavit *Carolus* *Saxoniam* plaga.
DCCXIX. Occisio *Francorum* ad *Sueffoniæ* civitatem & mors *Rasbodi* regis.
DCCXX. Pugnavit *Carolus* contra *Saxones*.
DCCXXI. Magna fertilitas facta est.
DCCXXIII. *Sarraceni* primitus *Isoliam* ingrediuntur.
DCCXXVII. S. *Egbertus* migravit ad Christum.
DCCXXIX. Cometæ apparuerunt.
DCCXXXI. *Carolus* vastavit ultra *Ligerim*, & *Reginfridus* mortuus est.
DCCXXXII. *Carolus* pugnavit contra *Saracenos* die Sabatho.
DCCXXXIII. Eclipsis solis facta est.
DCCXXXIV. *Carolus* perrexit in *Fresam*.
DCCXXXV. *Carolus* *Wafomes* vastavit. *Be-*

anno.

DCCVIII. *Conradus* Rex de *Britannia Romanam* perrexit, ibique attonsus ac monachus factus in jejuniis & orationibus usque ad diem permansit ultimum. Eodem anno mortuus est *Druogo*.

DCCIX. Durus & deficiens fructus.
DCCX. *Pippinus* rex perrexit in *Alamanniam*.
DCCXI. Aquæ inundaverunt valde.
DCCXII. Mors *Heriberti* regis *Longobardorum*.
DCCXIII. Mors *Pippini* Regis, qui fuit filius *Ansgisi*, post quem *Carolus* ejus filius regnavit.
DCCXV. Pugna *Francorum* & mors *Dagoberti* regis.
DCCXVI. Pugnavit *Carolus* contra *Rasbodem* regem.
DCCXVII. Pugnavit *Carolus* contra *Francos* in dominica die ante Pasca.
DCCXVIII. Vastavit *Carolus* *Saxoniam* plaga.
DCCXIX. Occisio *Francorum* ad *Sueffoniæ* civitatem & mors *Rasbodi* regis.
DCCXX. Pugnavit *Carolus* contra *Saxones*.
DCCXXI. Magna fertilitas facta est.
DCCXXIII. *Sarraceni* primitus *Isoliam* ingrediuntur.
DCCXXVII. S. *Egbertus* migravit ad Christum.
DCCXXIX. Cometæ apparuerunt.
DCCXXXI. *Carolus* vastavit ultra *Ligerim*, & *Reginfridus* mortuus est.
DCCXXXII. *Carolus* pugnavit contra *Saracenos* die Sabatho.
DCCXXXIII. Eclipsis solis facta est.
DCCXXXIV. *Carolus* perrexit in *Fresam*.
DCCXXXV. *Carolus* *Wafomes* vastavit. *Be-*

anno.

DCCVIII. *Conradus* Rex de *Britannia Romanam* perrexit, ibique attonsus ac monachus factus in jejuniis & orationibus usque ad diem permansit ultimum. Eodem anno mortuus est *Druogo*.

DCCIX. Durus & deficiens fructus.
DCCX. *Pippinus* rex perrexit in *Alamanniam*.
DCCXI. Aquæ inundaverunt valde.
DCCXII. Mors *Heriberti* regis *Longobardorum*.
DCCXIII. Mors *Pippini* Regis, qui fuit filius *Ansgisi*, post quem *Carolus* ejus filius regnavit.
DCCXV. Pugna *Francorum* & mors *Dagoberti* regis.
DCCXVI. Pugnavit *Carolus* contra *Rasbodem* regem.
DCCXVII. Pugnavit *Carolus* contra *Francos* in dominica die ante Pasca.
DCCXVIII. Vastavit *Carolus* *Saxoniam* plaga.
DCCXIX. Occisio *Francorum* ad *Sueffoniæ* civitatem & mors *Rasbodi* regis.
DCCXX. Pugnavit *Carolus* contra *Saxones*.
DCCXXI. Magna fertilitas facta est.
DCCXXIII. *Sarraceni* primitus *Isoliam* ingrediuntur.
DCCXXVII. S. *Egbertus* migravit ad Christum.
DCCXXIX. Cometæ apparuerunt.
DCCXXXI. *Carolus* vastavit ultra *Ligerim*, & *Reginfridus* mortuus est.
DCCXXXII. *Carolus* pugnavit contra *Saracenos* die Sabatho.
DCCXXXIII. Eclipsis solis facta est.
DCCXXXIV. *Carolus* perrexit in *Fresam*.
DCCXXXV. *Carolus* *Wafomes* vastavit. *Be-*

anno.

da nobilis Presbiter & præclarus Doctor obiit.

DCCXXXVI. Initium Herolfesfeldensis monasterii. *Audoinus* Episcopus obiit.

DCCXXXVII. *Carolus* pugnavit contra *Saracenos* in *Gothia*.

DCCXXXVIII. *Carolus Saxoniam* iterum introivit & fecit eos tributarios.

DCCXXXIX. *Carolus Provinciam* intravit usque in *Massiliam*.

DCCXL. Pax sine ulla hostilitate.

DCCXLI. *Carolus* moritur filius *Pippini*, post quem *Carolomannus* & *Pippinus* filii A ejus regnaverunt.

DCCXLIV. Initium Fuldenfis monasterii.

DCCXLVI. *Carolomannus Alamanniam* ingreditur. *S. Burcardus* ordinatus est primus Episcopus in *Wirzburck*. Eodem anno *S. Wigbertus* migravit ad Christum.

DCCXLVII. *Carolomannus Romam* pergens tonsoratur, fratri regnum relinquens.

DCCXLVIII. *Gripbo* fugit in *Saxoniam*.

DCCXL. *Pippinus* decreto *Zachariae* Papæ per unctiorem *S. Bonifacii* Archiepiscopi rex appellatur, & *Hildericus* falso rex vocatus, tonsoratus in monasterium remittitur. B

DCCCLI. *Landfridus* obiit.

DCCCLII. *Gripbo* moritur.

DCCCLIII. *Stephanus* Papa ad *Pippinum* in *Franciam* veniens defensionem petit contra *Hastulfum* regem.

DCCCLIV. *Stephanus* Papa duos filios *Pippini Carolum* & *Carolomannum* unxit in reges.

DCCCLV. *Bonifacius* archiep. pro Christi nomine martyrio coronatur, cui *Lull* successit.

DCCCLVII. Organa venerunt in *Franciam*.

DCCCLVIII. *Pippinus Saxonibus* superatis tributum imposuit, ut ccc. equos singulis solverent annis.

DCCCLIX. *Pippinus* in *Wasconiam* venit. C

DCCCLXVIII. *Pippinus* rex acquisivit omnem partem *Aquitaniæ*, & *Wifarius* est interfectus. Eodem anno *Pippinus* rex revertens ab *Aquitania* ad *S. Dionysium VIII*. Kl. Octobr. obiit, filiis suis *Carolomanno* & *Carolo*, qui cognominatur magnus, regnum relinquens.

DCCCLXX. Hoc anno *Berzbrad* mater *Caroli* filiam *Desiderii* regis de *Italia* adduxit in *Franciam*.

DCCCLXXI. *Carolomannus* frater *Caroli* obiit, regnum relinquens fratri suo *Carolo M*.

DCCCLXXII. *Carolus* in *Saxonia Heresburg* expugnat, & fanum eorum, quod vocatur *Irminsul* subvertit.

DCCCLXXIII. *Carolus* invitatus ab *Hadriano* Papa *Italiam* ingrediens, *Desiderium* regem in *Papia* obsedit.

DCCCLXXIV. *Carolus Papiam* cepit, & *Desiderium* regem in *Franciam* duxit. Eodem anno *Saxones* ecclesiam in *Fridislaræ*, quam *S. Bonifacius* ædificavit & dedicavit, lignis & igne implentes incendere volebant, sed minime valebant.

DCCCLXXV. *Carolus Siburck* cepit, & juxta *Brunesberch* *Saxones* bello vicit, qui post-

ea *Francos* in castris juxta *Lidbiki* nimia caede prosternunt, regi vero juxta *Onacram Hessi* cum suis supplex occurrit.

DCCCLXXVI. *Saxones* Christiani effecti *Francorum* ditioni subduntur, sed prius *Heresburg* ceperunt, militibus regis, qui intus erant, interfectis.

DCCCLXXVII. *Carolus* publicum habuit conventum in *Padarburnon*.

DCCCLXXVIII. *Carolo* pugnante contra *Saracenos*, *Saxones Longana* vallantes, inde *Duciam* & *Confluentiam*, in ecclesiis Dei & Sanctimonialibus multa crimina commiserunt.

DCCCLXXIX. *Carolus* contra *Saxones* juxta *Bocbolt* pugnavit & vicit.

DCCCLXXX. *Carolus* inter *Aræ* & *Albia* confluentiam *Saxones* baptisari præcepit.

DCCCLXXXI. *Carolus Romam* perrexit, & ibi baptisatus est filius ejus *Carolomannus*, quem *Hadrianus* Papa mutato nomine vocavit *Pippinum*, & ibi desponsata est filia ejus *Ruodrud Constantino* Imperatori. Eodem anno *Carolus* de *Roma* reversus in

Franciam terram *Saxonum* inter Episcopos divisit, & terminos Episcopis constituit, & *S. Stephano* Protomartyri in loco, qui dicitur *Seliganstedi*, monasterium construxit, quod postea in locum translatum

est, qui dicitur *Haluerstede*, ubi nunc est sedes episcopalis, idque ad corrigendum & propagandum *Cathalaunensi* Episcopo

Hildegriuo, qui frater erat *B. Ludgeri* Confessoris, commendavit, hujusque Episcopi terminos constituit fluvios *Albiam*, *Salam*, *Vnstrada*, fossam juxta *Gronigbe*, altitudinem sylvæ, quæ vocatur *Haertz*, *Onacram*, *Schuntram*, *Dasanck*, *Drichterbiki*, *Aeleram*, *Isunnam* paludem, quæ dividit

Bardangaos & *Huntangaos*, *Aram*, *Millam*, *Bumam* & *Precëkinam* & iterum *Albiam*.

DCCCLXXXII. *Widekind* cum *Saxonibus*, quatuor præfectos *Caroli*, totumque ejus, paucis evadentibus, exercitum in loco, qui dicitur *Suntal* interfecit.

DCCCLXXXIII. Obiit *Hildegard* regina, pro qua rex *Vastradam* duxit. Mater regis *Bertrad* obiit.

DCCCLXXXIII. *Carolus* pugnavit contra *Saxones* in *Cbiatmelli*, & iterum juxta *Hasa* fluvium.

DCCCLXXXV. *Carolus* per *Tburingiam* intravit *Saxoniam*, rebelles sibi devastans usque ad villam, quæ dicitur *Schenigbe*, & filius ejus *Carolus* interim pugnavit contra *Westfalos* in pago, qui dicitur *Dreini*. Postea rex totum illum annum in *Saxonia* cum exercitu sedens, omnia exercitui *Saxones* necessaria sibi ministrare præcepit. Inde rex *Atiniacum* reversus *Widikindum* sibi hucusque rebellem & *Abbonem* cum sociis eorum, datis sibi obsidibus, in eadem regia villa baptisari præcepit. Quibus baptisatis tota *Saxonia* Domino *Carolo* subjugata est. Conjuratio *Hardadri* Comitum & Orientalium *Francorum* sapienter oppressa est.

DCCCLXXXVI. *Carolus* perrexit in *Italiam* & inde

Monasterii
Selingen-
stud. fundatio.

Limites Cat. H. 11
thalanti.
Episcopi.

Saxonia
subiecta
Carolo.

& inde *Romam*. Eclipsis solis facta est XV. Calend. Oct. ab hora diei prima usque ad horam quintam. Multa etiam referuntur signa eodem tempore apparuisse. Signum enim crucis in vestimentis hominum apparuit. *Lull* archiepiscopus obiit. Cui *Richolfus* successit.

DCC LXXXVII. *Carolus* omnem pene *Calabriam* atque *Appuliam* in ditionem suscepit.

DCC LXXXVIII. *Carolus*. per *Alamanniam* pervenit ad fines *Bajouariæ*, & *Tassilo* Dux *Bajouariorum* ob infidelitatem de principatu ejicitur, & tonforatur, & *Thiado* filius ejus similiter uterque monachi facti.

DCC LXXXIX. *Carolus* gentem *Vulzorum* subegit, qui *Lutici* vocantur, duobus super *Albiæ* flumen pontibus factis.

DCC XC. Palatium *Wormatiæ* ignis consumpsit.

DCC XCI. *Carolus Auarorum*, id est, *Hunorum* gentem subegit. *Carolus* habuit quatuor filios, primum *Carolum*, *Pippinum* Regem *Italiae*, *Luorbovicum* regem *Aquitaniae*, *Drogonem* Metensis ecclesiae Episcopum. Ille vero *Pippinus*, qui in eum conjuraverat, filius illius erat de obscuri generis matre, non ille *Pippinus* rex.

DCC XCII. Conjuratio *Pippini* contra patrem suum *Carolum* per *Fardulfum* publicata est, unde ipse *Pippinus*, attonsus in monasterium recluditur, cæterique omnes alii decollati, alii patibulo suspensi sunt. Et *Fardolfo* commendavit monasterium S. *Dionysii* pro remuneratione.

DCC XCIII. *Saxones* iterum rebellaverunt, deficientes a fide.

DCC XCIII. Hæresis *Feliciana* Synodo apud *Franconfort* habita damnata est. *Vastrad* regina obiit, pro qua rex *Lutgardam* in conjugium duxit, &quivocus ejus pugnavit contra *Saxones* in *Sina de velde*.

DCC XCV. *Carolus* in *Barbenwick* cum exercitu venit.

DCC XCVI. *Hadrianus* Papa Rom. obiit. Cui *Leo* successit & *Carolus Saxoniam* vastat.

DCC XCVII. *Carolus* iterum cum exercitu *Saxoniam* invadit totamque hyemem in *Herestelli* ducit.

DCC XCVIII. *Carolus Nordelingos*, legatorum suorum interfectores, multa cæde prostravit.

DCC XCIX. *Leo* Papa lingua truncata & caecatus a Romanis & de pontificatu ejectus. Videns & loquens venit ad *Carolum* in *Saxoniam*, ad locum, qui vocatur *Padarburnon*, quem rex honorifice susceptum *Romam* reduci, & omnia sua sibi restitui jubet. Eodem anno *Gberald* *Bajouaria* Marchio clarus, & *Ericus* Dux *Forojulensis* ab *Hunnis* interfecti sunt.

DCCC. *Carolus* dum *Thuronicam* venisset ad urbem, *Lutgard* uxor sua præclara illic mortua est, inde reversus in *Franciam* perrexit *Romam* ad vindicandum *Leonem* Papam.

DCCCI. In die natalis Domini ad missam *Carolus*, imposita sibi a *Leone* Papa corona, Im-

perator & Augustus a *Romanis* appellatus est, patris nomine dempto.

DCCC II. *Aaron* rex *Peysarum Jerosolimanum* subjecit *Carolo* & misit ei elephantum unum.

DCCCIII. *Carolus* conventu habito in palatio *Saltz Saxones* antiqua libertate donavit, *Saxonibus* eosque pro conservanda fide catholica ab omni solvit tributo, excepto quod illos omnes, divites ac pauperes totius suæ culturæ ac nutrituræ decimas Christo & Sacerdotibus ejus fideliter reddere jussit.

DCCCIII. *Leo* Papa iterum venit in *Fran-* *Saxones* *ciam*. *Carolus Saxones* transalbinos, & qui *transalbi-* in *Wimadi* habitabant, transtulit in *Fran-* *ni translo-* *ciam*, eorumque pagos *Abodrisis* dedit.

DCCCIV. *Carolus* filius *Caroli Bobemos* cum *Francis* & *Saxonibus* devastavit, regemque eorum *Lechonem* nomine occidens, victor ad patrem revertitur.

DCCCVI. *Carolus* regnum divisit tribus filiis *Pippino*, *Luthowico*, *Carolo*.

DCCCVII. Mortalitas maxima facta est in *Fulda*.

DCCCVIII. *Carolus* junior *Linos* & *Schmeldingos* expugnans victor revertitur ad patrem.

DCCCIX. Deposito *S. Lugderi* episcopi & confessio.

DCCCX. Hoc anno castellum *Haboki Albiæ* flumini impositum est, & *Pippinus* filius *Caroli* Imperatoris rex *Italiae* VIII. Id. Jul. obiit, filio suo *Bernbardo* regnum relinquens, & filia *Caroli Ruotrudis* obiit.

DCCC XI. *Carolus* filius *Caroli* Imperatoris inter alios sui filios & natu major & patri acceptior II. Non. Decemb. obiit.

DCCC XII. Eclipsis solis post meridiem fuit.

DCCC XIII. Pons apud *Moguntiam* mense Majo repentino flagravat incendio. *Richolfus* archiep. obiit. Cui *Hastulfus* successit. Et Imperator filium suum *Ludovicum*, imposita sibi corona, totius consortem sibi imperii fecit.

DCCC XIV. *Carolus* Imperator magnus & *Saxonum* apostolus V. Calend. Febr. obiit, ætatis suæ anno LXXI. regni autem XLVII. Imperii vero XIII. cui filius suus *Ludovicus*, qui cognominatur *Pius*, successit in regnum.

DCCC XV. Consilio Episcoporum *Ludewicus* precepit ut omnes monachi cursum S. *Benedicti* cantarent.

DCCC XVI. *Ludovicus* Imp. *Aquisgram* magnam habuit synodum, ibique constituit regulam *Canonicorum*.

DCCC XVII. Conjuratio *Bernbardi* fratruelis sui contra regem *Ludovicum*.

DCCC XVIII. *Ludovicus* Imp. *Bernbardum* regem, fratris sui *Pippini* filium, excæcari jussit, deinde compunctus publicam egit poenitentiam. *Irmingard* quoque uxor sua V. Non. Octob. obiit. Eclipsis solis VIII. Id. Jul. facta est. *Vuldensis* basilica dedicatur.

DCCC XIX. Imperator *Ludovicus Judith*, filiam *Welpbi* duxit in uxorem.

Tassonis
casus.

Vulsi i. e.
Lutici.

Conspiratio
dece-
sta.

- DCCCXX. Isto anno aeris intemperies hominibus & jumentis pestem infudit, omnesque pene fructus consumpsit.
- DCCCXXIII. *Ludovicus* Imp. fratrem suum *Drugonem*, Metensis ecclesie Episcopum supposuit. Inchoatio *Corbeji* novi monasterii.
- DCCCXXIII. In territorio Tullenſe puella quædam annorum XII. post eucharistiam, quam in Pascha perceperat, primo pane, deinde omni cibo potuque pleno triennio abstinuit. Et in *Saxonia* in pago (a) *Virsedi* XXVI. villas fulgur consumpsit. In territorio Augustodunense ingens fragmentum ex glacie, simul etiam cum grandine decidit, cujus longitudo XV. latitudo VII. crassitudo duos pedes habuisse dicitur.
- DCCCXXV. *Haisolfus* archiep. obiit. Cui *Othgerus* successit.
- DCCCXXVII. *Hildegimus* episcopus senior obiit. Cui *Thiatgrimus* successit.
- DCCCXXIX. Preciosa corpora S. Valentis & Senesii in *Auceam* insulam venerunt V. Id. April.
- DCCCXXX. *Ludovicus* Imp. depositus est de folio a filiis suis *Lotbario*, *Ludovico*, *Carolo*.
- DCCCXXXII. Conjuratio *Ludovici* contra patrem suum.
- DCCCXXXIII. Regnum *Francorum* ad *Lotharium* Imp. conversum est.
- DCCCXXXIII. *Pippinus* & *Ludovicus* frater ejus in regnum restituerunt patrem suum.
- DCCCXXXVIII. Item conjuratio apud *Frankenfort* *Ludovici* & conversum est regnum ad patrem ejus.
- DCCCXXXIX. Ventus ingens innumera subvertit ædificia, & multa damna effecta sunt in III. Nov.
- DCCCXL. *Ludovicus* Imp. insequendo filium vicit *Herolfesfeld* monasterium in VI. Id. April. Statim eodem anno in XII. Cal. Jul. obiit, cui *Ludovicus* ejus filius successit. *Thiatgrimus* episcopus obiit, cui *Heinno* successit.
- DCCCXLI. *Adelbertus* Comes est occisus, & infelix bellum *Lotbarii* contra fratres suos *Ludovicum* & *Carolium* factum est.
- DCCCXLII. *Rabonus* Fuldenſis cœnobii abbas expulsus est de monasterio & *Lotbarius* de regno.
- DCCCXLIII. Hoc anno facta est pax inter *Lotbarium* & *Ludovicum* & *Carolium* fratres suos.
- DCCCXLIII. *Lotbarius* rex cum *Orientalibus Francis* venit in *Sclaviam* & regem eorum *Gestimulum* occidit, cæterosque sibi subegit. Dedicatio ecclesie novæ *Corbeje*.
- DCCCXLV. Hoc anno monachi de *Herolfesfelde* cum *Otkario* Episcopo reconciliati sunt. Hoc etiam anno *Ludovicus* rex ad idem monasterium venit II. Calend. Novembris, & privilegia & immunitates monachis donavit, & suo sigillo munivit.
- DCCCXLVI. *Ludovicus* rex filius *Ludovici Pannoniam* subegit & *Bobemos* domum rediens vastavit.
- DCCCXLVII. *Otker* archiepiscopus obiit, cui *Rabanus* abbas Fuldenſis monasterii successit.
- DCCCXLVIII. *Ludovicus* rex apud *Moguntiam* habito concilio synodali, ibique *Godeschalck* hæreticus convictus est & damnatus.
- DCCCXLIX. Basilica S. *Wicberti* confessoris dedicata est.
- DCCCLII. Inchoatio *Gandeshheimensis* monasterii in antiquiori loco & adventus Sanctorum Confessorum *Anastasio* atque *Innocentii*.
- DCCCLIII. *Haymo* episcopus obiit. Cui *Hildegimus* junior successit.
- DCCCLV. Ecclesia S. *Kiliani* in *Wirtzeburg* fulminibus exusta est. *Lotbarius* rex tonsuram & monachicum habitum suscepit moriturus.
- DCCCLVI. *Leo* Papa obiit. Et *Rabanus* Archiepiscopus, cui *Carolus* successit.
- DCCCLVII. *Carolus* Archiepiscopus apud *Moguntiam*, magnam Synodum congregavit.
- DCCCLVIII. *Ludovicus* filium suum *Ludovicum* cum magno exercitu misit ad *Avodritos*.
- DCCCLIX. *Ludovicus* & *Carolus* & *Lotbarius* filii *Lotbarii* fratris ejus cum juramento invicem pacem affirmaverunt.
- DCCCLX. *Maginradus* heremita martirizatus est.
- DCCCLXII. Fames magna & morbus in *Germania* & in aliis partibus *Europa*.
- DCCCLXIII. *Carolus* archiepiscopus obiit, cui *Lubertus* successit.
- DCCCLXV. Subitaneum diluvium & vehemens grando fruges absumpsit. *Anscarius* episcopus obiit.
- DCCCLXVI. *Nicolaus* Papa obiit.
- DCCCLXVII. Ventus ingens cum turbine multa ædificia stravit.
- DCCCLXVIII. Fames valida & vehemens tam *Germaniam*, quam cæteras *Europa* provincias nimium afflixit.
- DCCCLXIX. *Lutheri* rex à *Benevento* reversus, quo ob fratris sui discordiam *Ludovici* perrexit, *Romam* venit, ibique ab *Hadriano* Papa damnatus, domum rediens cum suis pene omnibus periit.
- DCCCLXXII. Ictu fulminis *Wormatia* comburitur. Æstatis fervor immanis & liccitas nimia totos pene perdidit fructus, plurimæque domus cum hominibus & animalibus fulminibus incensæ exustæ sunt. Dedicatio ecclesie S. *Mariæ* in *Hildesheim* per *Alfridum* episcopum.

DCCCLXXIII.

(a) In Leibnit. Access. Hist. T. I. p. 134. vocatur *Firifsa*; & numerus villarum XXIII.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

DCCCLXXIII. Fames magna invaluit in Germania & incredibilis multitudo &c.
 DCCCCX. *Franci ab Ungaris occisi & fugati sunt.*
 DCCCCXI. *Ludovicus rex obiit, cui Conradus successit.*
 DCCCCXII. *Ungari vastaverunt Franciam & Thuringiam. Et cometæ apparuerunt. Hatto archiepiscopus obiit.*
 DCCCCXIII. *Otto Ducum præcipuus, de quo velut fertilissimo quodam stemmate imperatoria illa Otthonum propago, totius Europæ terminis non modicum profutura processit, onus limosæ molis abiecit. Domina Oda mater scilicet ipsius obiit Anno CVII. vitæ suæ. Otto rex & imperator futurus natus est.*
 DCCCCXVI. *Ungari Saxonia vastata & cunctis circumquaq; direptis, venerunt usque ad Fuldam.*
 DCCCCXVII. *Ercanbarius, Berthardus & Lutfrius capite plectuntur.*
 DCCCCXVIII. *Einhardus Episcopus occiditur.*
 DCCCCXIX. *Conradus rex moriens, quem non propinquitatis suæ jura, sed invictæ fidei eximiaq; virtutis mûnia præ cæteris admodum commendaverant, sceptris ac regno Henricum feliciter potiturum sibi succedere deliberavit, hisq; rite per omnia dispositis viam totius carnis ingreditur.*
 DCCCCXX. *Post excessum Conradi regis præfatus Saxoniam Ducis filius ac Frantiæ Dominus, Henricus, communi Senatus ac plebis assensu electus & unctus in regem, quanta terra marique victoria deinde nituerit, quanta domi militiæque subjectos industria rexit, dictis ac scriptis inexplicabile constat.*
 DCCCCXXIII. *Sigismundus Halverstaden- sis episcopus obiit. Cui Bernbardus in episcopatu successit, ejusque successor Hildebrandus nascitur.*
 DCCCCXXIII. *Hermannus Coloniam archiepiscopus obiit.*
 DCCCCXXIX. *Otto rex Editham filiam regis Anglorum matrimonio sibi jungendam Saxoniam advexit. (b)*
 DCCCCXXX. *Facta est pugna valida adversum Sclavos juxta Albiam prope Lunkini, in qua Saxonum gloriosissime vicerunt, prostratis Sclavorum CXX. millibus, in captivitate vero DCCC. ductis, suorum autem duobus Comitibus Lutbaris cum quibusdam aliis amissis non multis, plurimis autem vulneratis.*
 DCCCCXXXI. *Rex Henricus cum exercitu suo profectus est in Abodritos, subjiciens eos sibi.*
 DCCCCXXXIII. *Ungarorum exercitus a rege Henrico devictus est.*
 DCCCCXXXIII. *Rex Henricus in Mucronien (c) profectus est, subjiciens eos sibi.*
 DCCCCXXXV. *Magna Synodus fuit in Erpsesfurt.*

DCCCCXXXVII. *Henricus rex obiit VI. Non. Julii. Cujus filius Otto pacificus, Saxoniam decus, jure hæreditario paternis eligitur succedere regnis. Mechthild inclita regina, obeunte conjuge suo, præfato scilicet rege Henrico, cœnobium in monte Quedlingensi, ut ipse prius decreverat, sancta devotione construere cœpit. Hoc regnum gentibus esse voluit, hoc totis viribus fovet. Ibi quia bene nata raro ac difficillime degenerare noverat, non vilis personæ sed summæ ingenuitatis tirunculas, canonicæ religioni rite deservituras collegit, easque usque ad extrema vitæ istius caducæ, materno more spiritalium nec non carnalium copiis commodorum enutrire non destitit. Everhardus Dux Francorum & Wigmannus Saxonicus atque improbus Thannemer inani consensu conspiravere in regem, sed Dei gratia cito revelante regi, illa iniqua conspiratio sapienter oppressa est. Nam Thannemer miserabiliter occisus, alii autem truncati suspensi sunt. Everhardus privatus honore degradatus est, Wigman vero supplicando pedibus regis reconciliatus est. In eadem tempestate venientes Ungari vastaverunt Thuringiam, deinde Saxoniam, ibi in paludibus cæterisque difficultatibus perierunt. Alia autem pars nefandi exercitus fugiendo in terram suam reversi sunt. Eodem anno Hildebertus archiepiscopus Moguntinus obiit, eique Fridericus successit.*
 DCCCCXXXVIII. *Eberhardus Comes Henricum filium Henrici regis captum projecit in vincula.*
 DCCCCXXXIX. *Hoc anno cum esset rex in superioribus partibus Rbeni fluminis, Henricus frater regis, Eburhardus Dux Francorum atque Gisilbractus Comes Lutbariorum, congregato nefando exercitu, transeuntes Rbenum maximam partem regni depopulati sunt. Cum autem reversi sunt gratulabundo, nunciatum est Vdoni amico regis, qui cum suis repente irruens in eos, Eburhardum in ipsa ripa fluminis hostiliter, uti dignus erat, occiderunt. Gisilbrecht autem in brevi fluminis voragine dimerfus, & qui cum illo erant, simul interierunt. Henricus autem, frater ejus, regis assumptis adjutoribus, supplicando regi gratiam suam recepit.*
 DCCCCCLX. *Dedicatio Gandeshemensis ecclesiæ.*
 DCCCCXLI. *Otto rex de insidiis conjuratorum contra se liberatus statim Pascha in Quedlingensi civitate [celebravit]. Quosdam, quorum nomina sunt Erik, Reinward, Vnrim, Ascheric, Bacco, Hermon occidi, quosdam vero exilio relegari jussit.*
 DCCCCXLIII. *Gracorum rex Ottoni regni xenia misit.*
 DCCCCXLVI. *Edith regina contestalis magni*

Natalis annus Ottonis I.

Henricus Auceps Franciæ Dominus.

Seragesuorum.

Origo Quedlingburg. cœnobii.

Conjuratio Ottonis I.

Conspiratio alia.

Conjuratio punitiva.

(b) In margine scriptum manu (ni fallor) Albini: Hoc de. an. 29. accipiendum, est Regino scribat, sequenti anno duxisse, apud quem Edgid dicitur. In Leibnitio c. l. p. 153. etiam est annus 929.
 (c) Regino dicit de Sclavis, qui Vnram vocati sunt.

gni *Ottonis* regis armorum mortis poculum degustavit, relictis post se duobus liberis, *Ludolfo* & *Lutgarde*.

D CCCXLVII. Privilegium a Papa *Agapito* Quedelburgenli (ecclesiæ) congregationi- que S. Servatii defertur.

D CCCXLVIII. Synodus ad (d) *Eggilen- beim* congregata est, cui *Maximus* legatus apostolicus præfedit.

D CCCXLIX. *Conradus* Dux *Lutgardam*, filiam *Ottonis* regis & *Editæ*, sibi in uxorem duxit. Eodem anno venerunt secundo nuntii *Græcorum* ad regem *Ottonem* cum muneribus.

D CCCCL. Bellum magnum factum est inter *Bauaros* & *Vngaros*.

Expeditio
Ottonis in
Italiam.

D CCCCLI. *Otto* rex perrexit in *Italiam*, & cum eo ejus filius *Ludolfus* Pius & *Conradus*, audacissimus gener ipsius regis, atque *Fridericus* archiepiscopus Moguntiacensis ecclesiæ cæterorumque innumerabilis multitudo ex omni regno suo. Ibi- que ipse rex invictissimus *Otto Adelbeidam* reginam, vultu decoram, consilio providam, & universa morum honestate valde præclaram, & regali avorum atavorumque pro- sapia ortam, conjuge Illustrissimo *Lotbario* scilicet rege jam tunc viduatam, conubiali sibi vinculo sociandam acquisivit, cujus etiam consilium regnum *Longobardia*, quod illi hereditario jure cesserat, cum *Beringero* tyranno ditioni suæ subjugatur. Eodem anno *Henricus* filius *Henrici* Ducis natus est.

Nuptia
cum Adel-
beida.

Incestina
discordia.

D CCCCLIII. Satis acerba & nimis crudelis dissensio exorta est inter *Ludolfum* filium regis, & patruum ejus *Henricum*, ipso rege partes fratris sui juvante, mansitque per duos annos in incendiis, cædibus & depopulationibus, multique non solum de populo, sed etiam de optimatibus occuberunt. Hoc etiam anno *Moguntia* oblecta est, & castellum, quod *Rosodal* nominatur, factumque est magnum bellum in illo loco.

D CCCCLIII. *Fridericus* Archiepiscopus Moguntiacensis ecclesiæ obiit, vir summæ abstinentiæ, in religione sancta, & doctrina probatus. Et *Wilhelmus* filius regis successit in locum suum. Obiit *Lutgard* regina proles.

Vngari
caesi.

D CCCCLV. *Otto* rex *Vngaros* cum magno periculo sui suorumque, magna & cruenta clade prostravit, in quo tamen bello *Conradus* Dux cum aliis multis occisus est, & *Henricus* Dux *Bajovariorum*, frater regis *Ottonis* obiit. *Cono* Dux fortis mortem gustavit ab *Vngariis*. Sed & rex *Otto* periculosissime contra *Abadritos* conflixit, quos filius materteræ ejus *Egbertus* contra illum congregavit. *Mechtilde* gemma præclara e medio coronæ imperialis, decori suis & gaudio cunctis nascendo enituit *Orwinus* episcopus ordinatur.

Ottonis pe-
riculum.

D CCCCLVI. *Ludolfus* filius regis respe-

xit in *Italiam* eamque subegit imperio suo.

D CCCCLVII. *Ludolfus* filius *Ottonis* regis in *Italia* mortuus est, & inde ad *Moguntiam*, transportatus & ad S. Albanum sepultus est.

D CCCCLVIII. Signum crucis in vestimentis hominum apparuit, illis, qui derisui illud habebant, mortem inferens, illis, qui pie & religiose illud venerabantur, nihil mali intulit.

D CCCCLX. Venerunt legati *Rusciae* gentis ad regem *Ottonem* & deprecati sunt eum, ut aliquem suorum episcoporum transmitteret, qui eis ostenderet viam veritatis, & professi sunt, se velle recedere a paganismis & accipere nomen & religionem Christianitatis. Et ille consensit deprecationi eorum, & transmisit *Albertum* Episcopum fide catholicum. Illique per omnia mentiti sunt, sicut poltea rei probavit eventus, quia nec ille prædictus episcopus evasit lethale periculum ab insidiis eorum.

Russorum
mendax le-
gatio de fi-
de Christia-
na suscipi-
enda.

D CCCCLXI. Venerunt nuntii *Johannis* Papæ, vocantes illum *Roman*.

D CCCCLXXXIII. Filiolus Imperatoris tertius, videlicet *Otto*, per unctionem *Johannis* Ravennatis archiepiscopi *Aquisgrani* in die Natali Domini unctus est in regem. Sed postea comperta morte Imperatoris, *Henricus* quondam Dux de exilio regressus, cum sibi faventibus *Agrippinam* civitatem intravit, simulans se primo ob jus propinquitatis partibus regis infantis fidelissime patrocinaturum, regem tenuit, dein accrescentis avaritiæ stimulis agitatus, quorundam etiam persuasione male illectus, regnum tyrannice invalit, atque in id elationis usque prorupit, ut & rex diceret, & in regem benedici appeteret. Sed rex dici a paucis obtinuit, in regem vero benedici, prohibente Deo, prohibente fidelium, sibi non consentientium, sed regi electo & uncto jure faventium, de certatione non meruit. Missis interim probatis ad regis aviam in *Longobardiam*, scilicet ad Imperatricem Augustam *Adelbeidam* legatis, hi qui partes regis adjuturi erant, jurisjurandi vinculo in hoc firmiter perduraturos sese constrinxerant, hanc perturbationem ordine intimantes, si quod de regno ac nepote curaret, adventus sui & consilii ope suis ut cito succurreret, obnixius rogare. Illa vero conciliato primitus sibi divino subsidio, accelerato admodum itinere, cum nuru sua imperatrice *Theophania*, matre regis, nec non illustri abbatisa *Mechtilde* filia sua, amica ejusdem regis infantis, comitantibus fratre suo rege *Burgundia* *Conrado* & Duce *Francorum* ejus æquivoco, cum totius *Italiae*, *Galliae*, *Sueviae*, *Franciae*, *Lotharingiae* primis, occursum quoque *Saxonum*, *Thuringorum*, *Sclavorum*, cum universis optimatibus, qui uni-

Henricus
Dux Bav.
regnum
affectat.

Multitudi-
ne adver-
sariorum
vincitur.

(d) Regino vocat *Ingelheim* & legatum *Martinum*.
Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III

Leibnit. p. 160. *Marinum*.

tis animorum nilibus, aut pro rege fideliter morituri, aut, quod Dei gratia factum est, victuri (e) *Roxa* convenere, habitoque inibi consilio maximo, mirandum memorandumque posteris signum, stella videlicet perlucida, in ipso partium conflictu, medio cœli axe, media, ultra morem, die, quasi divinum regi capto præbiturum juvamen, cunctis, qui aderant, cernentibus stupentibus radiavit. Qua visa perterrita moxque cedente parte injusta, *Henricus* præfatus usurpato nomine & regno jure privatus, regem aviæ, matri & amitæ præsentare cogitur, interventuque regis *Conradi* soceri sui ac Principum qualicunque gratia donatus in patriam mœstus abcessit. Accepto itaque pignore unico, prædictæ imperiales Dominæ *Saxoniam* adierunt, ac primo sæpe jam dictam *Quidelignensis* monticuli vertice eminentem usque civitatem una perveniens, dulcifona laudum melodia cleri scilicet ac populi, Christoque inibi famulantium occursum gemino gaudii affectu, & peroptato spiritualis matris adventu & pro triumphali regis eventu pie gratulantium officiosissime susceptæ, quod reliquum erat vitæ summo cum honore transiere.

DCCCC LXXXV. *Saxones Sclaviam* invaserunt, quibus ad supplementum *Misacho* cum magno exercitu venit, qui totam terram illam incendiis & cædibus devastaverunt. Interim memoratus ille *Henricus*, divino instinctu ad se reversus, quod egerit, in quantum se plus æquo & honesto extulerit, & ex quanto deciderit, anxie secum non semel pertractans, juxta evangelicam veritatis vocem, sua se exaltatione humiliatum conspiciens dedecoris conscientia pungitur, culpæ poenitentia cruciatur: veniente in *Frankanafurd* rege infante tertio *Orbone*, ibidem & ipse adveniens, humiliavit se iuste, quo poenam evaderet (f) elationis injustæ, regique puerulo, quem orbatum captivaverat, cuius regnum tyrannice invaserat, presentibus Dominis imperialibus, quas regni cura penes, avia, matre & amita regis ejusdem infantis, humilis habitu, humilis & actu, totius in aspectu populi, ambabus in unum complicatis manibus, militem se & vera ulterius fide militaturum tradere non erubuit, nil pascendo nisi vitam, nil orando nisi gratiam. Ac Dominæ, quarum, ut diximus, cura regnum regisque regebatur infantia, tanti viri summissa deditione admodum gratulabundæ, quia prioris moris est, non solum mala pro bonis non reddere, sed etiam pro malis bona rependere, digno cum honore susceptum, gratia fidei donatum, *ductoria iti-*

dem dignitate sublimatum, deinde non tantum inter amicos sed etiam inter amicissimos, uti jus propinquitatis exigebat, debito dilectionis venerantur affectu. *Tbidericus & Ricdach* marchiones præclari obierunt.

DCCCC LXXXVI. *Otto* rex adhuc puerulus cum magno exercitu *Saxonum* perrexit in *Sclaviam* ibique ad eum venit *Misacho* cum multitudo nimia, obtulitque ei unum camelum, & alia xenia multa, se ipsum etiam subdidit potestati illius. Qui simul progredientes devastaverunt totam terram illam incendiis & populationibus multis. Eodem anno monasterium in monte occidentali *Qvedelignensi* in honore S. Dei genitricis Mariæ, ob monumentum unici & dilecti germani fratris sui, sub religione regulæ S. Benedicti a *Mechilde* imperiali gemma & filia studiosissime constructum est. *Ida* quoque regalis Domina, contectalis *Ludolfi*, filii magni *Otonis* Imp. obiit.

DCCCC LXXXVII. *Saxones Sclaviam* iterum invaserunt, & ad ultimum ipsi *Sclavi* regis ditionis subduntur, & castella juxta *Albiam* flumen denuo restaurata sunt. Et in proxima hyeme aquæ nimium inundaverunt, & ventus ingens multa ædificia stravit.

DCCCC LXXXVIII. Æstatis fervor immanis, pene cunctos fructus consumpsit, mox grandis mortalitas hominum subsecuta est.

DCCCC LXXXIX. Cometæ apparuerunt, quas pestilentia subsequuta est grandis hominum & jumentorum & maxime boum. *Osdog* quoque episcopus moritur. Cui *Gerdagus* successit.

DCCCC XC. Eclipsis solis facta est XII. Kal. Nov. hora quinta diei.

DCCCC XCI. *Theophane* imperatrix cum filio suo imperatore tertio *Ottone* paschale festum imperiali gloria apud *Qvedelignensem* peregrinavit civitatem. Vbi etiam

Marcio Tuscanorum Hugo & Dux *Sclavonicus Misica*, cum cæteris *Europa* primis ibidem confluentibus affuerunt, ad obsequium imperatorii honoris, quæ quilibet pretiosissima possederat, pro xeniis deferendo, e quibus *Misica* aliique quamplurimi honorifice donati in patriam redierunt.

Hugo vero cum eadem Imperatrice filioque suo, quocumque regni vel imperando vel regendo proficiscuntur, famulando prosequitur usque dum (g) *Momogon* perventum est. Ibi ergo dum quadam quasi compede totum sua ditione colligasset imperium, proh dolor, quod est miserabile dictu, immatura dissolvitur morte, XVII. Kl. Julii, indeque lugubri imperatoris filii scilicet sui cæterorumque suorum

Coerobium & Martæ Qvedlinburg.

Curia Qvedlinburg.

Theophania mart.

Henricus sit supplex.

Et ignoscitur.

(e) In Leibnitio p. 198. legitur: *fortiter victuri absque mora convenere. Habito deinde concilio maximo.*
In Ditmaro p. 349. locus concilii dicitur: *Rara.*

(f) In Leibnit. p. 198. perperam: *dampnationis injustæ.*

(g) Leibnit. p. 200. *Nimogon.*

suorum fidelium comiratu evecta ad urbem deferitur Agrippinam, inque ecclesia S. Pantaleonis martyris, ut ipsa decreverat, stipante episcoporum, monachorum virginumque coetu, astante etiam omni clero ac populo, ultimo, flebiliter tumulatur honore. Eodem anno *Ercanbaldus*, *Biligrimis* episcopi, (h) *Eruiburicus* archiepiscopus Saltzburgenlis obierunt, & *Emmild* filia *Brunonis*. *Monogold* quoque non infimus *Sueviae* matris filius *Saxoniae* obiit, ac propter fidele servitium imperatricis *Adelbeida*, per se exhibitum, ipsa comitante, *Quedelignensem* advehitur civitatem, ibique honorifice sepelitur.

Monogoldi sepultura.

Dedicatio templi Halberstad.

DCCCCXCII. Gloriosissima & famosissima dedicatio S. Halverstadenſis ecclesiae facta est XVII. Calend. Novemb. a venerabili suo provifore *Hildeuardo* episcopo, anno suo ordinationis XXIII. quam secum in typo apostolicae dignitatis, duodenario numero XI. Episcopi consecraverunt, videlicet *Willigifus* rechiepiscopus Moguntinus, *Gisilbarius* Magdeburgenſis Archiep. *Lieturzo* Hamburgensis archiepiscopus, *Ludolfus* Augustanus episcopus, *Hildeboldus* Wormaticenſis episcopus, *Rebrius* Padaburnensis episcopus, *Erp* Fardunenſis episcopus, *Visus* Padavanus episcopus, *Hug* Citinenſis episcopus, *Raginbratus* Miklanburgenſis episcopus. Ad haec *Agio* Capuanus archiepiscopus, *Reinuardus* Tridentinus episcopus, *Monſo* Cassinus abbas, *Tbiatmar* abbas Corbeius. *Luzo* Lunaburgensis abbas, *Ozbradus* abbas Merſburgensis, *Lanzbrecht* Longbelus abbas, praesente rege sereno tercio *Ottone* suaq; avia *Adelbeide*, augusta praecleara, & filia sua gemma regia Itirpis perlucida *Machtilda* & nepte sua *Haduin* veneranda abbatissa, duce quoq; *Bernbarde* & *Leidulfo* Comite Capuano; & praefectis atq; proceribus plurimis, & innumera atq; inaequiparabili multitudine cleri ac populi, in laudem Dei conclamantibus, dedicantes praefatam ecclesiam orando iuverunt.

Mors Gerdargi Ep. Hildesheim.

XII. Calend. Novem. totum caelum ter in nocte visum est rubrum fuisse. Hoc eodem anno *Gerdargus* Hildeshemensis episcopus orationis causa perrexit *Romam*, & inde reversus in *Longobardia* obivit, & presbiter suus *Suideboldus* & diaconus suus *Bodo* ejusq; frater *Hroprecht* & Camerarius suus. Successit autem sibi *Beruardus* episcopus.

DCCCCXCIII. In nocte natalis S. Stephani protomartyris, id est, VII. Calend. Januarii, inauditum seculis miraculum vidimus, videlicet circa primum gallicinium tantam lucem subito ex aquilone effulſisse, ut plurimi dicerent, diem oriri. Stetit autem unam plenam horam, postea rubente aliquantulum caelo, in solitum conversum est colorem. *Dodo* episcopus obiit.

Cui *Suigerus* vir illustris S. Halverstadenſis ecclesiae coenobita successit. *Egbertus* Trevirensis archiepiscopus obiit.

DCCCCXCIII. *Ludolfus* Trevirensis ecclesiae ordinatur episcopus. *Erp* Verdenſis episcopus obiit. Cui *Bernbardus* successit. Hiems durissima III. Non. Novemb. exorta usq; III. No. Maji stetit rarissimis intermissa diebus, deinde pestiferis & frigidis flantibus ventis noctibusq; plurimis prore hibernum cecidit frigus, ad ultimum Non. Julii, grande est factum gelu, tantaq; siccitas fluminum & penuria facta est pluviarum, ut in plerisq; stagnis & pisces morerentur, & in terris arbores plurimae penitus arescerent, & fruges perirent & linum. Subsequuta est quoq; grandis pestilentia hominum, porcorum, boum & ovium, praeta etiam in plerisq; locis ita exaruerunt, veluti igne exusta fuissent. *Slavi* insuper omnes, exceptis *Sorabis*, a *Saxonibus* defecerunt. *Lippolt* *Bojovici* limitis *Marchio* clarus in civitate *Wirtzburg* in hospitio suo per fenestram cum sagitta improvise vulneratus VII. Non. Junii obiit. *Egbertus* Comes prudentibus sapientior, & fortibus audacior, Non. Aprilis e medio excessit. *Henricus*, *Sifridus* & *Vdo* fratres cum suis navali praedio dimicantes contra *Nordemannos* victi sunt & capti, ex quibus *Vdo* cum plurimis bello occisus occubuit, caeteri cum VII. milibus talentorum redempti sunt. Fames etiam hoc anno magna facta est pluribus in locis *Saxoniae*.

Slavi deficiunt a Saxonibus.

Bellum in Normannia.

DCCCCXCV. *Saxonibus* pejor annus prior exoritur. Nam tanta in eos, qui vocantur *Ostherludi* pestilentia exarſit, ut eorum non solum domus, sed etiam villae plurimae mortuis habitatoribus vacuae remanerent. Fame insuper magna compressi, tam assiduis *Slavorum* incursionibus fatigabantur, ut peccatis suis promerentibus, juste de eis illud propheticum dictum videatur: *Mittam super eos tria judicia pestifera, pestem, gladium & famem*. Rex quoq; tertius *Otto* cum magno exercitu *Abodritos* & quasdam *Wloraborum* terras invadens incendiis & depraedationibus plurimis vastavit, licet motum eorum nullo modo compresserit. Reversus deniq; ab illa expeditione, in *Quedelignensi* civitate a memorata & semper memoranda amita sua *Mechtilda* abbatissae regalis praeconio laudis digne suscipitur. Ibi *Adelbeid* germana illius soror, aequivoca scilicet uxore suae Imperatricis *Adelbeida*; spretis pro Christi amore regibus prociis & eorum nunciis, promissisq; per eos non solum thesauris, sed etiam ultra valentiam aureis montibus & urbibus, sub jugo regulari canonicè degendum, astante germano fratre suo imperatore tertio *Ottone*, totius in aspectu Senatus ac plebis, Sanctorum Dionysio

Slavorum seditiones & mors.

Adelbeida soror Ottonis III. velatur in Quedl. in canobio.

onylii & Servatii obsequiis sese pro patria dicavit, eademq; hora sacri velaminis arabone Christo sponso caelesti, ab antistite ejusdem ecclesiae *Hildewardo*, ceteris etiam archiepiscopis & episcopis coram astantibus consignata est.

Hoc etiam anno *Bajoariae* regionis Dux *Henricus* secundus immatura morte obiit. Hic enim mortuo Imperatore *Ottone* secundo aliena potius quam propria voluntate ad invadendum regnum eotenus illectus est, ut comprehenso Imperatoris filio ipse rex eligeretur, sed ante consecrationem poenitentia adductus regnum respuit, & regi humiliter subjectus, *Bajoarico* honorifice donatus est regno. In quo pro componenda pace ita ultra priores effloruit, ut ab illius incolis regni *Henricus* pacificus & pater patriae appellaretur. Quo mortuo filius suus *Henricus* rex futurus, *Bajoaricum ducatum* rege *Ottone* tertio donante suscepit. *Gbeuehardus* Constantiensis ecclesiae episcopus venerandus obiit. Cui *Landbertus* successit. *Hildewardus* venerabilis episcopus in *Sritterlingbeurg* civitate coenobium construxit virginum XII. Calend. Augusti.

In Halberstadensis territorio ecclesiae, (i) *Hordorp* nomine, natus est infans nihil corporis habens a posterioribus deorsum, nec crura nec membrum virile aut muliebre, sed tantummodo dimidius homo, habens posteriora, quasi (k) avis sine plumis, aurem dextram majorem sinistra & oculum similiter sinistro majorem, dentibus vero crocei coloris horribilis, sinistro brachio absq; quatuor digitis, solo cum pollice integer, dextro penitus erat brachio privatus, qui ante baptismum attonitus videns oculos, post baptismum oculos nunquam aperiens, quarto suae nativitate die infandum moritur monstrum. Commune damnum in pestilentia porcorum & boum omnem *Germaniam* vexat.

(l) *Theodoricus* Comes Palatinus & frater ejus *Sigibertus* Saxones praedati obierunt.

Nota: In sequentibus collationem cum nostro Codice & Leibnitii editione instituentes, varias tantummodo lectiones & supplementa transcribemus.

Leibnit. p. 205. quae Christus est.) In Cod. quae Christi est.

coronatur) Quae in Leibnit. ad an. 996. leguntur de Ottonis profectio ad Gnesnensem ecclesiam non extant in Cod. nostro. Subiiciuntur tamen: *Bernhardus* Wirtzburgeris episcopus ecclesiae, imperatoria legatione *Constantino* polim missus, in *Achaia* provincia moritur. Cui *Henricus* clarissimi Cancellarii *Hiriberti* frater, clarus & ipse substituitur episcopus.

p. 206. ad an. 997. provincia fregerunt pactum] Leg. ex Cod. pacis freg. pact.

celstudinis vis] Cod. celsit. jus.

p. 207. ad Dei domum] Cod. ad decorandam Dei domum.

eodem anno] Cod. addit: cum maximo cleri plebisq; tripudio.

circa illos calluit] Cod. eo securius calluit.

pollueret] In Cod. turpiter: caccarer.

p. 208. Leonianum - - castellum] Cod. Leonianum - - cast.

dilapsio] Leg. delapsio.

infantiae] Cod. addit: bonae indolis, utpote ipsius coronae filio.

Commissi Regininis] Cod. commissi extra regiminis disciplinam.

relinquens] Inferre ex Cod. amabilis, affabilis, pia, cunctis largior quam sibi degebat.

haereditatis] Cod. haereditaria.

p. 209. subjugalesq;] Cod. subjugabilesq;

percipienda] Leg. praecipienda.

illius comitante gratia.) Cod. illius docente & confortante subsidio.

provisa morte] Adde: quippe & diem illum & horam probis assidue praevenerit cupierat.

resoluta Domino spiritum] Cod. haec inserit: resoluta, quod ex hoc atque hoc compactum

neccessario solubili erat corpusculo, ei qui est, quod est, quod unum est suum, quo ejus participatione tam honorifice usa est, gratulabunda reddidit.

S. Stephani] Adde: juxta tumulos regum, a vi & avia suae *Henrici* & *Mechbilde*.

suorum] Adde: diem futurae resurrectionis feliciter expectatura reconditur. Quis igitur licet adamantino rigore praecordialiter induratus, huic miserando spectaculo scicis poterat interesse oculis? cum orba sanctorum *Dionysii* & *Servatii* Praesulum catervula, nec non sanctae Dei genitricis maxime ex monte occidentali, ac S. *Andreae* ex *Walbicensi* coenobio vernulae, quarum ipsa ab initio, ut praediximus, fundatrix extiterat, cum caeteris Sanctae *Pufinnae* in *Wiznathusen*, sanctoque *Wicberti* in plano juxta curtem regiam famulantibus. Harum licet primava nequaquam constructrix fuerit, postquam haereditati aviae suae *Mechbilde* jure propinquitatis successit, materno eos more ad id temporis omni solertia fovemat, tunc dico cum matrem, quam pridie valentem, viventem ac populis imperantem noverant, inopine subtractam, suisque nusquam, nisi in aeterna visione, obtutibus redituram, sarco includi ac tumulo recondi deslerent, seque cum ea mori quam superesse malle amenti quadam vociferatione clamarent. Quid plura? His tandem flebiliter peractis &c. in Leibn. p. 210.

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Querela de morte Mechbilde

Mors Bernbardi Ep. Herbipol.

(i) Locus non exprimitur in Leibnitio p. 204.

(k) In Leibnit. p. cit. quae avia (anterior) sine plumis.

(l) sequentia sub hoc anno verba non leguntur in Leibnit.

cernentes, in Dominam ac matrem sibi unanimiter eligunt, legatosque hæc primo Franciæ ad imperatricem Adelbeidam matrem illius Mechtildis, deinde ad imperatorem Romanum Ottonem, fratruelem videlicet ipsius Romæ deportaturos omni sub celeritate transmittunt. Qui festinato pergentes ad Augustam in brevi veniunt, eamque, licet ante præsaga mente aliquid sibi intolerabile eventurum præscierit, nuncio illo infelici visceretenus sauciant, assumptisque aliis ibi secum imperatricis ejusdem legatis Romam perveniunt, imperatorem Augustum recenti neporis sui &c. moestriorem reddunt) Cod. inserit: Non solum itaque imperator augustus, ejusque sequaces, Mechtildis præclaræ corporalem interitum lugent, sed quocumque per vicos, per plateas, per compita, per avia, necis illius fama sonuit, pectora tundendo, crines lacerando, luctum præ gaudiis amando, ipsam æva lacrimosis vocibus pulsant. Resumptis &c.

succedere postulavit] In Cod. adduntur hæc: succedere deliberavit, quod & divina ordinante clementia sine mora peragitur. In solenni namque Michaelis Archangeli festo electione iterata, ab Arnulfo ejusdem ecclesiæ episcopo, astantibus aliis episcopis & Domina regali Sophia sorore sua majore, & nepte sua illustri abbatissa Harbvinga, cunctisque regni primatibus utriusque sexus coram altari S. Petri apostoli Principis & S. Stephani Protomartyris honore congruo benedicitur, throno Domine matris sublimatur, regulæ commissione, in qua se sibi que subjectarum vitam quasi in speculo spectare, omnique solertia regere discat, non modicum oneratur, quidque spatii miseratio deinde Omnipotentis concesserit, dignitate eximia & gaudio, non tamen sine cura pervigili transactura. Modici igitur &c.

Solebat namque) Cod. Vidimus namque eam jungere) Cod. bene: ingerere.

p. 211. toto se erigens annisu) Cod. totam se se erigens visu.

medullitus) Cod. medulletenus.

XVI. Kal. Jan.) Cod. XVII. Cal. Jan. Salinensi) Cod. Salifensi.

ut primum Gallia partibus) Cod. ut primum hisce partibus.

p. 212. noctem resurrectionis) Cod. addit: si tamen illa jure nox dici vel appellari queat, quam triumphali luce redemptoris omnium, per totum mundum, miro atque ineffabili modo splendere constat, debita &c.

Deinde profectus) Cod. Ac in octava Pasce inde profectus &c.

sororem suam) insere: Moguntia, Colonia &c.

relinquere) Cod. amittere.

uterque) Cod. utrique.

Eodem anno) sequentia non sunt in nostro Cod. sed ex Chron. Magdeburg. Meibom. transcripta.

p. 213. adoptaverat) Cod. aptaverat. illis) leg. illi.

invitus) Cod. invito furioso tumultu.

in ipso introitu hujus anni &c.) In Codice ita: Verum in ipso posterioris [anni] introitu, toto pene lugendus orbi, & ultimum crimini destinatarum & arumnis vitæ hujus caduca IX. Kal. Februarii exemptus, in gremio &c.

p. 214. corpus Imperatoris) Adde: qui tum supera vesceretur aura, ignorata etiam doli immanitate latentis, cunctis eos populis quasi privilegio quodam specialis proposuerat amoris, impudenter &c.

sine more) leg. sine mora.

quem vivum) leg. cui vivo.

Interea &c.) In Cod. ita legitur: Interea modo multi diversa sentientes, dum quique sibi pro sua parte jus imperii raptum ire moliretur, Egwardus Marchio in Palatib. &c. De Hermanno Svevo nulla ibi mentio.

cum illo) Adde: II. Cal. Maji.

intrante Julio) Cod. III. Cal. Julii.

cum dedecore) Cod. cum decore.

p. 215. ad an. 1003. subjugavit) Addimus ex Codice: Thonginarius cum aliis interfectus est.

ibidem acturus &c.) Cod. ita: acturus, inde quamcelerrime Quidelinguensem metropolim, more avorum atavorumque priorum regum pergens, cum optimatibus suis & populi confluentia, paschalia festa peregit. Paucis interpositis diebus Adelbeida Domine ac matris ejusdem precibus exoratus, cum regina iterum veniens S. Servatii gaudet interesse festis, postea Halberstadensi civitate sanctam Pentecosten celebraturus. Hermannus Dux &c.

igitur Rex Heinricus cultor &c.) Hinc usque ad verba: Post hæc per Franciam &c. p. 218. non apparent in nostro Cod.

p. 218. evasit.) Addit Codex: Rex vero, Deo gratias, victor cum suis exiit. Herolseldense monasterium a rege, antiquo patrum jure destitutum, magnum patitur damnum, spoliatur bonis, orbatur filiis suis, & quos congregarat atque educaverat, regnante Carolo Pippini filio, CLXX. ac novenis annorum circulis, peccatis exigentibus, perdidit istis temporibus. De donatione Merseburgensi Ecclesiæ facta silentium est in Cod.

& Iff, Thiethem) Cod. Erisi, Thiedbern.

Rex cum exercitu) In Cod. Rex vero, quamvis dolens, assumpta non bona pace, cum lacrimabili revereret exercitu, portans secum corpora mortuorum. Obiit Kiefur

p. 219. recepisse imbellem) Cod. recepisse in bellum adversariis in pace sibi reconciliatis.

subsequitur effectus.) Reliqua sub hoc anno, non leguntur in Cod. Additur tantum: Calend. Junii obiit Hermannus Comes frater Arnulfi episcopi.

Annus sequens M VIII. hæc habet in Codice: Berilalis humilis ancilla ancillarum S. Servatii induxit animum adire limina Apostolorum

lorum Petri & Pauli pro se & Dominae Mechtilde animæ absolutione suorumque salute profecta. Itaque VIII. Idus Januarii, postposita omni adversitate, per abrupta montium, per convalles terrarum, non modice laborabat in transmeatione fluminum, dummodo quod amabat, videre contigerit. Tandem Romam pervenit gaudens. Ergo accessit, amplectitur S. Petri sepulcrum, deosculatur, & quorum causa advenerat, flebiliter ibi peroratis, nec non aliorum sanctorum patrociniiis salutatis, Deo gratias referens, incolumis cum suis revisit patriam. Stella, paschalis - - - visa est. VI. Idus April. obiit Ludolfus Treuirenensis archiepiscopus, cui successit Maringor. obiit Hoggerus, Landovicensis episcopus. Cui successit Baldricus moribus præclarus. Eodem anno Atalpero clericus &c. diebus permanens) Cod. diebus in sua rabie persistit.

Annus MIX. hæc refert in Cod. Obiit Recharius Patherbrunnensis episcopus. Cui successit Merinwerck. S. Bruno, qui cognominatur Bonifacius archiepiscop. & monachus, XI. suæ conversationis anno in confinio Ruscia & Litua a paganis capite plexus cum suis XVIII. VII. Id. Martii petiit coelos. Obiit Wigbertus Merseburg. episcopus. Cui successit Thiatmarus. Sed & Dominica die Palmarum guttæ sanguinis in quibusdam locis vestimentis hominum instillabant. Sol nebula horribili ex colore stupendo mutatus, mirantibus intuentium oculis, velut sanguineus ac minor se visus terrarem incussit III. Calen. Maji. Fer. VI. luna I. duobus diebus tales minas ostendens, tertio die vix proprio lumine vestitur. Pestilentia & mortalitas graviter secutæ sunt. Rex iterum magno dolore simul & ira commotus in Franciam revertitur, & in pluribus locis multa damna pertrata sunt, ibique peracta, æstate rediit in Hispaniam sine pacc. Dedit Comes iter agens de Werinzone & Friderico patruæ ejus de improvise cum dolo interfectus est. Incendia plurima facta sunt per loca, ita ut - - - homines in quodam vico exusti. Interfecit Fricherum Comes - - - Macbrildis reginæ sororis filia obdormivit in domino. Moguntia quoque basilica nova una cum omnibus ædificiis coherentibus miserabiliter consumitur igne, sola veteri ecclesia remanent III. Cal. Septemb. FERIA II. Luna VI. Tonitrua & coruscationes hiemali tempore sæpe fiebant.

MX. Ausfridus episcopus, meritis præclarus, primum imperatori terreno armatam militiam fideliter administrando, deinde creatori humiliter obediendo, divinis se mancipavit præceptis, ideo virtutibus enituit insignis, calcatis terrenis intra angelicos jam lætus choras, æternis fruitur bonis. Eodem anno rex in expeditionem suas contrahens copias, Poloniam Sclavonia quasi

turus, sed quo velle ducebat, minime perventurus, cum paucis media reveritur via, gravi ingructe ægritudine, cæteris, ut erant bello parati, plurima devastantibus loca, multamque prædam secum reportantibus. Basilica in Vngereftorp fulmine terribiliter interiit. Sed etenim cometæ visi sunt.

MXI. Bernhardus Dux a rege secundus, multigenis sapientiæ, scientiæ pietatisque donis foecundus, invehitur coelos, Sanctæ ecclesiæ multa tempora lugendus. Quem lamentatione dignum octava X. die moriens secutus est Ludgerus Comes frater suus. Pestilentia & mortalitas inaudita tempestate, ubique gentium monasteria, castella, oppida devastantes deserviunt. Hiems insolita pruinarum, asperitate importune longa, ita ut solis calore insolubilem multum temporis glaciem retineret & multa corpora hominum languida redderet. Obiit Willigisus archiepiscopus, cujus loco subrogatur Erkenboldus Fuldenis abbas merito gaudens patris nomine retento, & pastoralis culminis honore suscepto. Obiit Erisco presbiter inclusus. Eodem anno III. Calend. Augusti, feria II. luna XXVI. cecidit glacialis grando ingens & horrenda. Thietdivus abbas & monachus, Deddile Romæ inclusa coeli descendunt secreta. Hoc etiam anno sæva mors de obitu Hildegardis ductricis miserabile lamentum intulit, dum reliquit, quod doluit. Abstulit & de regali stemmate gemmam Macbrildam abbatissam, Ludolfi filiam. Suthgerus episcopus migravit ad Christum, cujus loco subrogatur Thietricus. Ventus ingens plurima ædificia subito turbine subvertit, & multa alia damna commisit. Ipso anno rex Triburiam venit, & nova cæde suorum merito genitibus adversariis regis, Heinrico & cæteris, capto Thiedrico Duce patruæ suo, alii gladio interiire, alii vero vix poterant evadere.

MXII. Obiit Erluinus Camerinus episcopus, cujus loco ordinatur Gerbardus. Obiit Hermannus puer & Dux, Regis consobrinus. Eodem anno quadragesimali tempore monacho cuidam in extasi raptus, ostensa est visio mirabilis, quæ quantum terribilis impiis, tantum prædicatur laudabilis piis. In Bauanbergensi castello Francia dedicatio ecclesiæ facta est, X. anno regni Heinrici regis, II. Non. Maji, XXXVI. episcopis in id operis destinatis. Intererant etiam &c. vid. Leibnit. p. 222. Leibnit. p. 222. multis regis) leg. multis reis. repromissa.) Codex addit: Obiit Tagino archiepiscopus Parthenopolensis meritis præclarus. Cui successit Waltbardus sapientiæ scientiæque luce fulgidus, pietate nulli secundus. Obiit Vinger episcopus. Obiit Thietmer presbiter & monachus. In quadam villa Sax. &c.

quasi

quasi auctæ) Cod. quasi aves. Et mox: avis. erat timori.) Cod. inserit: Eodem anno in Francia vero non longe a Colonia viro cui-dam dira miserae mortis inducitur ultio, quod muribus invisibiliter incredibili modo corro-sus, multis suorum curationibus frustratus, ad extrema usque pervenit. Magna etiam &c. in provincia Vnna) Cod. in provincia una. p. 223. in invicem & ** Ecclesiae Dei.) Supple ac lege ex Cod. in invicem & in omnes eccle-sias Dei.

Dalmanthæ) Cod. Dalmania.

urbem. eo. loci) Leg. urbem Coloci.

cum captivis) Cod. cum captivis nostris.

reversus est) Inscrc: Conradus Dux regiae stirpis humanum debitum exolvit.

post festum S. Martini) Cod. ad festa S. Martini. Hoc etiam anno &c.) Hæc desunt in Cod. una cum initio anni sequentis.

p. 224. quidam Oddo ei specialis familiaris, quem nobiliter Episcopatu dignissimum esse prædicans) Cod. recte: quidam vicarius inter clericos, specialius familiaris, quia nobiliter fidelis, Odda, quem divina hu-manæque legis scientia ad prime eruditum, episcopatu dignissimum prædicans &c.

abdormivit) Codex ita: Sed regis animus im-B mitis & habendi misera sitis renuit suppli-cantium preces, contemnendo flentium vo-ces. Succedit huic bonori Vnuanus ar-chiep. Iste vero Dei gratia servatur melio-ribus vel locis vel temporibus. Henricus rex a Bolizlaoone exoratus multis obsecra-tionibus Partbenopolim venit, ubi eidem Bolizlao filium suum cum variis donis in occursum regis honorifice misit, & utrin-que pace compacta filium latus recepit, ius-tus Regem quantocius ipse videre. Inde rex Werla divertens &c. vid. Leibn. p. 225.

p. 225. paschale festum cum Meinwerc sibi admodam familiari in Parberbrunnium di-gna veneratione peregit &c.) Cod. Conva-lescens autem, necessitate cogente, Parber-brunensi monasterio festa paschalia celebra-vit, quod eatenus regibus insolitum fuit. Tempestatis valida horrida tenebrositas ho-mines subito perterriti, quam fragor & ignis subsequuntur, & in locis quibusdam ecclesias subvertentes, multa alia damna commoverunt Idus Maji, luna 1. feria VI. Henricus in Sancto Pentecosten, maxima confluente caterva, Meresburg se colligens, obvium habet Bolizlaoonem cum magno ap-paratu diversorum munerum, pacis gratia sua omnia seque dedentem. Quem benigne suscipiens paucos dies secum morantem, ut par erat regiae dignitati, claro bonore addu-ctum, non tamen sine sui regni detrimento permisit remeare. De Sclavonia & multi numcii venerunt, quibus interfuit Otbelri-cus de Bobemia, cum donis etiam honorans faciem regis, cui, licet inter se & fratrem suum Geramrum & præfatum Bolizlaoonem ira permanente, lata succedunt dato honore patriæ, misso in exilium suo fratre. Obiit Eguardus presbiter & monachus in

Boleslaus
Rex in
Marsis-
burg. con-
ventu
presens.

Menckenii Scriptor. Ret. Germ. Tom. III.

claustris. Rex sapiens Henricus, stulto-rum forsitan depravatus &c.

illis autem temporibus) Cod. nunc nostris tem-poribus.

aliis timori) Cod. aliis manent timori.

In civitate etiam Bernbardi Ducis Luniburg dicta) Cod. In monte etiam Luniburgnensi.

confugii tempus funditus auferens) Cod. spem confugii funditus ad tempus auferens.

p. 226. honorifice celebravit) Addit Cod. Hoc etiam anno MXIII. contentio magna facta est in monasterio GERONIS MAGNI MARCHIONIS, inter Arnulfum episcopum & Geronem Comitem, ita ut ex parte episco-pi quidam periculum pugnae vix evaderent, meritis S. Ciriaci martyris, cujus festis in-tererant, præsentate Hatemiga abbatissa.

Annus MXIII. ita legitur in Cod. Item

diluvium venit. Rex Ravenna properans,

habita si dono Arnoldum fratrem suum epi-scopali dignitate prius donatum, & quo-rundam vi redire coactum, auctoritate Pa-pæ ac cuncti Senatus consilio revocat, ar-chipræsulem digno honore stabilivit, aliis-que ibidem rite ordinatis discedens Ro-mam pervenit. Ivit obviam tota civitas,

licet dissono voto, tamen, ut par erat, suo

domino dant laudum præconia, extollentes

ad sidera, quo sibi & contestali imperatori-um nomen obtinuit, paucos ibi habens dies,

publica re, ut putabat, bene disposita, & immensa pecunia ubivis locorum conge-
sta, accelerat iter ad patriam non sine da-mno multorum Multi autem obsides & alii Romanorum custodiae traditi, imperatore redeunte, callide fugam inierunt, violan-tes pacem & belli rursus consilia captantes. Hoc etiam anno sol & luna aliaque sidera dapt metum tristium signorum, quæ mox pestilentia sæva & mors subitaneâ sequun-tur. Sed & Misico Bolizlavi filius ab Orbel-rico Bohemico capitur dolo, caelis ejus comitibus, ac Imperatori præsentatus custo-dia traditur, sicque patris dolor renova-tur. Bonæ memoriæ Hatemiga abbatissa obiit. Obiit & Bernbarius episcopus Far-densis. Cui successit Vuikkier præpositus Coloniensis.

Hoc anno Imperator Corbeje venit &c. vide Leibnit. p. 227.

p. 227. Sedecim) Cod. habet XVII.

Sectantur) Cod. inserit: Eodem etiam anno Imperatoris caritas Domina Adelbeida tradidit duas sorores cum filiabus suis & pertinentibus bonis [ad] Cheronis quondam Marchionis monasterium, Cal. Nov. feria secunda, quod ob monumentum suæ animæ suique filii construxerat. Ac nupum suam Hatemigam videlicet religiose conversan-tem, congregationi Sanctimonialium præpo-suit, & Fribunensium nobilem congrega-tionem III. Non ejusdem feria III. quibus acceptis, ut decuit tanto nomini, nobiliter enutrit, amplectitur, fovet, & egregia matris ac amita sapientia, qua se instru-erant, informata, ne vel merito vel exem-
plo

Henrici co-
ronatio
Roms.

Misico ca-
pitur

plo cuiquam in id institutionis inferiores viderentur, omni pietatis studio diligenter edocet. Imperator quorundam precibus persuasus Bolitzlauoni remisit filium incolumem. In Bohemia iubente Orbelrico multi innocenter occisi sunt. &c.

Walachre) Cod. Walachi.

effugere non valuerunt) Cod. addit: *Heinricus Imp. Meresburgia paschale festum peregit, ibi Bolitzlauo omnia munera, quae illi miserat, simul cum gratia perdidit, dum illum legatione superba infestum reddidit.*

Heinricus Imp. in Walbike) Cod. *Etiā in Walbeki &c.*

p. 228. in monte Occidentali **) Nihil deest in MSC. Intelligitur vero Mons Quedlinburg. de quo etiam supra.

Hostes enim terga verterunt &c.) Cod. ita legit: *hostes terga vertere, alibi nongentos gladio succumbere, ipsum quoque Bolitzlaum a facie ejus eminus evadere. Sicque gaudet animo, suo satellite etiamnum salvo, excepto (m) Hodan juvene egregio &c.*

occubuit, -) Adde: *cujus cadaver, ut ferunt, a Misicone filio Bolitzlaui lacrimabiliter sublatum, omnibus necessariis diligenter appositis, suis redditur reportandum.*

p. 229. pro Christo mori) Cod. adjicit: *Non erat locus evadendi, vel ulla spes vitam sperandi, sed mortalia sua indubitanter illi noverunt, qui & mortificare solisque potest vivificare. Certant deinde quamplurimi pro patria fratribusque & maxime milites Mauriciani, sectatores Domini procumbunt, fortiter illi obsequendo, ut conspiraverant constanti animo. Adelheid, Ira, Thiermer & Gera, Doda & Volcmer cum aliis multis feliciter vivunt in caelis. Eido Misianensis episcopus depositum fidele reddidit caelo. Cui successit Agilwardus. Megingor Treverensis archiep. obiit. Cui Poppo successit.*

Wigmannus Comes) His praemittitur in Cod. *Heinricus Comes bonae memoriae obiit. Wigmon &c.*

p. 230 & exusta est) Cod. & in Magadaburch exusta est.

mira) leg. nimia.

sine bello) Cod. sine belli effectu.

Eclipsis &c.) Cod. ita: *luna facta est. VII. Idus Novembris obiit Thaedeg Pragensis episcopus, cui successit Eghardus Nianburgensis abbas.*

Annus MXVIII. ita legitur in Cod. Imperator *Heinricus natalis Domini festum agit in Franconofurt, & sanctum Pascha in Nunnagun. Et hoc anno Bolitzlauo per nuncios reconciliata pace Imperatoris gratiam recepit. Cometa etiam eodem anno diu visus est, qui luctum nimiae devastationis per Thiadricam Galliae partibus, pestilentiam insuper & mortalitatem misero*

mundo nunciavit. Qua clade obiit *Baldricus Leodicensis episcopus, cui (n) Ful-* modo successit. *Heribrach Wirtzeburgensis episcopus. THIATMARUS Mersburgensis episcopus. Arnoldus archiep. Ravennatus. Odda venerabilis Magadaburgensis Presbiter. Arbilger Halberstadenlis Praepositus. Thiarburg, Bernardi Marchionis filia, seculi onere abjecto, pie conversa caelesti locatur in aula, alique per plurimi nobiles utriusque sexus de hac luce abstracti sunt.*

A p. 231. Imperator natalem Domini &c.) Hæc in Cod. leguntur sub An. MXIX.

quo plurimorum infamia cognita) Cod. quo multorum nequicia manifestata.

multata) Cod. addit: *Hoc ipso anno Fridericus frater Cunigundae imperatricis defunctus est, sed & praefatus Bolitzlavus Rusciam auxilio Saxonum sibi subegit. In ipso anno, consobrini Imperatoris, filii Hermann Comitis, cum Thiatmaro Bernardi Ducis filio, rebellare ceperunt, qui tamen comprehensi custodiae deputantur. Interim fuga elapsus patriam repetit, sed statim non post multos dies omnes pariter Imperatoris gratia condonantur. Hac igitur perturbatione ad tempus sedata.*

MXIX. anno.

Bernhardus junior Dux, frater Thiatmari, congregato occidentali exercitu, Imperatori rebellaturus Schalkesburg intravit, quam idem Imperator cum suis obsedit. Sed Bernardus justitiae cedens, interpellante imperatrice, gratiam Imperatoris pariter cum beneficio patris obtinuit. Eodem anno hiems solito &c. p. 233.

p. 233. subtraxit) Cod. hæc annectit: *Inter hac ergo communia ac metuenda dispendia, Pestis metropolis nostra, judicio divino nunquam injusto, gravi visceretenus percutitur ulcere, quatuor sororibus, emerita una in famulatio Christi Sisu nominata, duabus cæteris Otbellulda Marchionis Thiedrici filia, & Thiedan, dignitatem generis morum probitate vincentibus, Hermikin quoque, quae minima ætate licet esset & ordine, optima tamen indolis, una velut horula subtractas ante, quas ipsa sanctæ Parasceves illucente aurore, Lucia devota pauperum ministra, emerso istius mundi pelago, portum ad usque beatæ quietis, Dei gratia duce, provebitur. Hoc igitur in tempore, quod nullis retro seculis compertum novimus, Papa apostolicus cum Heinrico Imp. Augusto Canani dom. &c.*

p. 234. Februar. II.) Leg. feria II.

perstiterunt) Addimus ex Codice: *Interim Otto quidam nobilium satus profopia, Franconorum illicito sibimet patrimonio incaute A. Ep. Moascito, dum ab Arkanbaldo, Moguntinae sedis archiepiscopo, sapius ecclesiastico more, pro hoc eodem corripere in incestu, coeco furibun-*

(m) In margine correctum: *Adone.* Leibnitius legit: *uno.*

(n) Leibnit. p. 231. habet: *Fuldo.*

furibundis amore, dispositis circumquaque infidiis, nefandam eidem Christo Domini parat inferre manum. Sed divina id sceleris prohibente clementia, elapso frustratus antistite, socios, qui navali eundem sequebantur itinere, invadit; capit, custodie tradit, multisque inhumane injuriis tractat, eo ferociorque; quo sibi, quem ultra jus & fas vitaverat, præsulis sanguinem ablatam dolet. Quod cum Imperatori Augusto celeri legatione defertur; habita cum Episcopis totiusque regni Primatibus deliberatione, primo per nuncios, deinde per amicos, perque semetipsum ab hac inani tentat revocare vesania, quibus omnibus rebellem refragantemque, communi offensu anathematis damno [forte: banno] subjiciunt, ut vel sic jam timore poenali tactus, civibus matris ecclesiæ, dignis poenitentia lamentis reddi studeret. Quæ ille omnimodis despectui habens, copias suas cum conjugæ in quandam arcem Hamerstein vocatam contrahit, quam naturæ ope, non hominum arte saxigenis undique molibus muratam, Rbenique circumferentia adeo munitam ferunt, ut difficilem cuilibet vel obsidendi vel quoque modo oppugnandi pander accessum. Hunc ergo locum Imperator Augustus justitiæ fidem omnigeno obsidionum genere circumligat, nec ullo rebellibus vel aditu vel exitu concesso, ipsum Domini natalis diem ibidem agens, adeo minuit, ut qui semet non armis non armatorum millibus cessuros meminerant, famis injuria tandem perempri, sola hujus vitæ suspiria paciscendo, instante celebri per orbem Stephani Protomartyris festo, se suaque omnia imperatoricæ dedunt potestati. Dignum namque erat & justum, ut qui eodem die inter cruentos lapidantium ictus pie exoraverat, amicis matris videlicet ecclesiæ filiis pacem suo reconciliaret intervenire. Res mira cunctis inaudita &c.

Appia rura] leg. ex Cod. oppida, rura.

Ecclesiam quandam] Inlere: pia majorum diligentia olim constructam, opulentis &c. refertur] Cod. rectius: affirmant. studuerunt] adde: affectum.

p. 235. feliciter perduxit.] Adjungimus ex Cod. sequentia: Post hæc Halberstadensem ecclesiam aggrediens Sancta Thebaorum Martyrum solennia Arnulfo Prasule administrante, honore celebravit dignissimo. Debinc neptem suam berilem Dominam Adelheidam invisere, Quedelingnensis dedicationemque basilicæ, licet improvisa inopinataque, brevi tamen deliberatione, quam familiariter instituens, eandem metropolim adeundo pervenit. Quis ille sit Casare Augusto adventante, eorum nobilium tam Comitum, quam Prasulum & Abbatum comitatus, quæve illa prolis regicæ in susceptione imperatoria diligentia, quantaque cleri plebisque tripudiantis occurso, quamque mysticis angelicisque ornatibus plebs sacerdotalis compta procederet, quæve Deo sacra-

tarum confluentia virginum, doli fellisque carentium, simplicitateque columbina pleniter nitentium, qualis quamque laudabilis illarum sit sonus, quamque parilis illarum sit conventus, quis habitus, quisve ipse sit incessus, nec stili officio nec viva voce potis est explicare. Et quid de victoriosissimi imperatoris referam gratulatione? Cui cuncta mundi climata colla subdendo inserviunt, quique eo magis super accumulata gloria merito gaudet, quo se, Deo donante, altiore ceteris, præminentem letatur universis. Sed ne audientium aures diutina verborum prolixitate protraham, qualiter hæc sacrosancta dedicatio, ipso jubente, fuerit effecta, paucis perstringam. Anno incarn. Domini MXXI. Indiæ. III. VIII. Calend. Octobr. Dominica die, luna XIII. anno vero Domini Heinrichi secundi regnantis XX. imperantis VIII. ipso presente cum conjugæ imperatrice scil. Cunigunda, totiusque regni Episcoporum ac optimarum conventu, ab Arnulfo Halberstadenis ecclesiæ Episcopo dedicatum est hoc templum & altare supremum in honore S. & individue Trinitatis, & S. Mariæ matris Domini, Sanctique Johannis Bapt. & S. Petri Principis Apostolorum, S. Stephani Protomart. S. Dionysii & sociorum ejus, ac S. Servatii Confessoris. In hoc vero continentur reliquia S. Confessoris Servatii &c. Altare in medio ecclesiæ dedicatum est a Gerone archiepisc. Magdeburg. in honore S. & victoriosissimæ Crucis & SS. Martyrum Laurentii & Pergentini fratrum, S. Laurentii & Vincentii, S. Blasii, S. Christophori, S. Erasmi martyris, SS. Cosmæ & Damiani, S. Clementis, S. Mauritii & sociorum ejus. Et in hoc altari continetur lignum S. Crucis &c. Altare australe dedicatum est a Weinuerco Patbelburnensi Episcopo in honore S. Libori, omnium Sanctorum & electorum Dei, Victoris, Candidi, Exuperii, aliorum sociorum &c. Altare aquilonare dedicatum est ab Eiluardo Misnensi Episcopo in honore S. Bartholomæi apostoli & omnium Apostol. & Evangelistarum & Discipulorum Domini, &c. Hac denique regali aula pretiosis reliquiis venerabiliter suffultis, Imperator Rom. eximius, consuetali sua imperatrice Cunigunda, pignoreque regali berili videl. Domina Adelheida, qua decus dignoscitur Sanctimonialium, una cum sorore sua Sophia, cunctisque regni optimatibus, cum communi consensu cleri ac populi astantibus, illud apostolicum inbianter desiderans promissum: Qui seminat in benedictione, in benedictionibus & metet, pharibus auri sericorumque donariis dotaque hæreditaria, quam maxime hanc laudabilem basilicam honorifice ditavit. Deinde sacro dedicationis hujusce die octavo, Meresburgensis ecclesiæ dedicationem, pro corruptibilibus incorruptibilia, pro temporalibus æterna, qua oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cordo ascen-

Obsidio castri fortissimi Hamerstein.

Solennitas dedicatio- nis Qued- lmburg.

derant humana, quæ Deus præparavit diligentibus se, visceretenus sitiendo, non impari tripudiavit gloria. Perfectis itaque consummatisque, ut prædiximus, dedicationum gaudimoniis, Imperator Augustus locum quendam regni, sapius supra memoratum, Alstedii dictum, via aggrediens accelerata, conductisque Germaniæ primis, prout censura exigeret imperialis, magnum ibidem peregit consilium. Rebus namque regalibus, prout sagacis sui ingenii industria docuerat, sapienter compositis, se suaque omnia aureæ Saxonum, saxea A corda gerentium fidei commendans, in quibus patres sceptrigeri Imperatores videl. vincendo regnantes, regnando fructuose imperantes, firmissimam spei infixerant anchoram, quosque regni columnam profitando, munimenque egregium congaudendo, paciferumque heroum germen inclitum, veste togata, sed nunquam vel sero scissura, continuo indutum gratulando, nil illis, excepto Deo, cognatoque sibi diademate præferre studendo, paterno dilexerant affectu, quo facto, sic rei eventu exigente, idque regni optimatibus inhiant, poposcentibus, Alpium devia transvolandum proficisci inchoat. Quarum difficultate enisa, cunctas regionis B illius provincias vincendo, regnando, imperandoque transmeans, natale Domini, more imperatorio horis Italicis gloriose potestativeque perduxit.

pag. 235. ad ann. MXXII. urbi munitissima, Trojæ videlicet, cuius moenibus indigenas] Legatur ex Cod. urbis munitissima Trojæ videlicet moenibus, cuius indigenas &c.

p. 236. Dei misericordia præditus] Cod. sapientia scientiaque Dei præditus.

necem * perdurabat] In Cod. nulla est lacuna expectatura.] Addit Cod. Dehinc Bernbardum Hildesbemensem antistitem humanis C divulgatur excessisse. Erispa beatæ memoriæ sanctimonialis foemina, subtracta seculo, coeli connumeratur palatio. Ludolfus Præpositus corpore resolutus, lætum Deo tradidit spiritum. Ricdagi Marchionis præclara filia, Gerburg nomine dicta, studiis liberalibus a primævo juventutis flore honestissima exercitatione irretita, omnigenisque virtutum gemmata insignis, III. Cal. Novembris terræ, quod suum, Deo quod proprium præsentavit.

Annus MXXIII. ita se habet in Codice: Ode religiosissima Domina, primogenita Marchionis Theodoreci, hominem exuta, redditur cælo. Burgareda, licet ætate tenella, magistrorum tamen diligentia optime sudata, tam morum probitate, quam generis dignitate pollens, morte prævenitur immatura. Henricus Imperator Augustus albas &c. v. Leibn. p. 236. -- gratificatur. Gerburg dum . . . religio optime viguit, a Prioribus canonicè nutrita, sed jam emerita, rebus eximitur humanis.

p. 237. collocatur palatio.] Adde: postque bujus dormitionem, clerus totusque populus

quendam Hermannum natu nobilem, sed morum ætiamque probitate nobiliorem, senioreni suum antistiti eligunt Vicarium, maxime proceres beato Protom. Stephano habitu militari deservientes, centies centuplicata pecuniarum præbentes munera, quo velle suum, præfata videl. electio eo firmius staret, hæreditates proprias potestati regiæ subdere non differunt. Nam quo id ordine fieri nequiverit, nescientes, utrum id nostra præpedierint crimina, quibus suæ cordi esset subesse parrochia, an illum pietas divina virtutibus auctum, perfectioremque ad id opus aliis servaverit temporibus, divino relinquimus arbitrio. Fridericus regalis Camerarius herili procerum stemmate natus imperiali nimium auctus affluentia, nobilibus conversatus, prior primatibus familiaribus, . . . eadem, quam horis susceperat Italicis, agrimonia depressus, onus limosæ molis dormiendo obiit, cujus morte Imperator non modice sauciatus, pauperum sustentando inopiam . . . regionis hujuscemodi coenobia pro adipiscenda animæ ipsius salute maximis ditavit opulentiis. &c. Athwardus episcopus rebus . . . uri, parumque sciens mo-

dum servare fruendo, non modicis a suis, ut decuit talem, deploratus gemitibus, inopinata prævenitur morte. Eodem anno Bernbardus Meckilinburgensis episcopus & Eilbardus Pragvensis episcopus, alique aristites quamplurimi obierunt. Ergo extinctis tot tantisque S. Ecclesiæ doctoribus, Henricus Imperator Augustus, tanto comperto casu, non mediocriter sed anxie tristeque dolens, aliquantum temporis bis regionibus moestus duxit.

pag. 237. an. MXXIV. constituitur.] Codex addit: Huprecht vir summæ industriæ Ailwardi Præsulis in loco jura episcopatus obtinuit. Hizo sacerdotali officio ordinatus, Eghardi Pragensis ecclesiæ episcopi vice successit, alique quamplures ad eundem ordinati honorem, quibus S. Ecclesia mira firmitate manet subnixæ, quos nominatim perstringere longum videtur.

Nienburg] Cod. Numanburg.

coenam dominicam] Adde: nec non pasceven. p. 238. Conradus Princeps] Cod. Conradus inclyta regum prosapia ortus.

coronatur.] Cod. supplet: Parvo die in intervallo etiam Gisila, divinitus jam præ-

lecta, jussu & advocazione regis, ipso ibidem persistente, Mogunriam convenit, præsentemque Imperatrice Cunigunda, omniaque ad hæc pertinentia, honeste, ut decuit, administrante, a præfato Episcopo sub multo cleri senatusque conventu honore regio benedicitur ac coronatur. Inde progressus rex, una comitante regina, Neomogun deveniunt, ibique aliquandiu demorati, postea occidentalia peragrantes loca, Fretbenman præclaram subintrant, ubi imperiales filie ac sorores, Sophia videl. & Adeldeida læta occurrunt, lætioresque, uti jus

Saxonum
Giles.

Gerburga
filia Rida-
chi obiit.

M. res Ep
scorum.

Coronatio
Gisela.

jus consanguineum exegit, ambos suscipiunt. Inde Trutmoniam peruenientes, convenientibus ibidem occidentalibus episcopis ac primoribus, aliquantum temporis peragunt. Inde Mindensem urbem, festum Domini natalis celebraturi conveniunt.

Annus MXXV. ita legitur in Codice: Epiphaniam Domini apud Patharburnenses festive ducunt, multa disposuit. Postposita ergo omni dilatione, progressus, insignis decus Sanctimonialium, Quedelignensi metropoli celeriter properat. Inde digressus Parthenopolitane urbis mœnibus Purificationem S. Mariæ summa perficiens diligentia, Mersburgum lætus aggreditur. Inde per urbes & loca provinciarum profectus diversarum regiones nationum suæ ditioni imperando subjugaverat. Inde Rex Dominica resurrectionis festa in civitate Augusta paschali gaudio solenniter erat celebraturus.

p. 239. usurpatus] Cod. adjungit: Quam animi sui presumptionis audaciam divina vox subsecuta est ultio. In brevi namque tristem mortis sententiam compulsus subito. Post hunc &c.

diffudit.] Cod. his tandem verbis finit: Rex vero dispositis apud Saxoniam reip. necessariis, Franciam ingressus; apud Augustanore regio pascha celebravit, atque non multo post pro adipiscendo honore imperiali ac Romanor. regno Italiam iturus Triburiam devenit, ibique sub multo populi conventu, ordinatis sapientissime rebus, iter destinatum, una comitante regina, aggreditur, filiamque unicam, unice dilectam dilectæ ac adoptivæ sibi met sorori, Adelbeide videl. abbatissa nutriendam transmittunt. Mox quoque, probato Domine Beatricis adventu, præfata imperialis abbatissa, Trobiki cum suis occurrenti læta Quedelingaburgensem metropolim secum duxit. Quo vero honore, ut regiam decuit prolem, quove caritatis affectu, quave diligentia ab ipsa ac Sanctimonialibus, in loco præmemorato consistentibus, omnibusque sibi subditis suscipiatur, ac postmodum nutriatur, vel quorum verborum ætluque, indole per singula ætatis incrementa profecerit, scire aut facundia in dicendo nulla suppetit. Quam namque laude proferam, quod inter prima

Filia Imperatoris Conradini Quedlinburg. coenobium mittitur.

Reliqua desunt.

IX.

CHRONICON S. PETRI

VVLGO

SAMPETRINVM ERFVRTENSE

AB ANNO CHRISTI XXXI. SIVE POTIVS

AB ANNO MXXXVI. VSQVE AD ANNUM MCCCLV.

An. Christ.
31.

Anno ab Incarnatione Domini XXXI. III. Calend. Maji primo cepit Christus Dominus in Capbarnaum prædicare.

Anno ab Incarnatione XXXI. coruscante Christi Euangelio coepit vita & observantia Apostolorum, juxta perfectionem in Galilea.

350. Anno Domin. CCL. cepit monasticus ordo ab Anthonio monacho & Abbate in Tebaida & tunc beatus Paulus primus heremita claruit ibidem multique servi Dei.

370. Anno Dni CCCLXX. per Damasum Papam & S. Jeronimum cepit divinum officium decantari in ecclesiis.

430. Anno Dni CCCXXX. cepit ordo regularium Canonicorum & lectio in mensa a beato Augustino in Ecclesia Iponensi in Hispania.

527. Anno Dni DXXVII. cepit ordo & regula monachorum a beatissimo Abbate in monte Cassino in Campania.

591. Anno Dni DXCI. coeperunt processiones

in Roma a beatissimo Papa Gregorio contra pestem inguinariam & ab eodem S. Papa divinum officium tam diurnum quam nocturnum in Ecclesia ordinatur.

Anno Dni DCCCXVII. auctoritate Stephani Papæ in Concilio Aquisgrani per Ludwicum pium Imperatorem, filium Caroli magni & per S. Bonifacium, primum Archiepiscopum Mogontinum, qui tunc Legatus fuit sedis apostolicæ in Germania, Regula Canonicorum & Canonicarum, ut liquido apparet in nobilissima Ecclesia Quittlingenburge, de Sanctorum Parum scriptis compilata fuit.

Anno Dni DCCC. cepit in heremo (ordo) Wilbelmitarum heremitarum sub Wilbelmo Duce in Aquitania ad regulam beati Benedicti.

Anno DCCCXCVIII. cepit ordo Cisterciensium extractus & assumptus a regula S. Benedicti a Ruperto Abbate in Burgundia.

Anno Dni MXXXVI. ædificatum est monasterium Scotorum in Erfordia per Dominum

817. Regula Canonicorum compilatur

898.

1036.

Baltberum de Glisberg, ibidem sepelitur.

1073. Anno Dom. MLXXIII. *Saxones Hartesburg* destruunt, ubi sepulchrum filii Regis violant ossaque dispergunt.

1074. Anno Dom. MLXXIII. *Alexandro* Papæ *Hildebrandus*, qui & *Gregorius*, succedit.

1075. Anno Dom. MLXXV. bellum juxta *Vnstrut* committitur V. Idus Junii a *Saxonibus* contra Regem *Heinricum*, ubi multi potentes ex utraque parte ceciderunt & *Saxones* fugam inierunt.

1077. Anno MLXXVII. Anno Colonienſis Archiepiſcopus obiit, qui ex fundamento quinque congregationes longe vel prope poſitas in ſuo Episcopio feliciter inſtruxit, pro quo *Hildolfus* ordinatur. *Agnes* Imperatrix obiit. *Rudolphus* Rex conſtitutus eſt in loco, qui dicitur *Forebeim* & in media XL. apud *Mogontiam* unctus in Regem a *Sigefrido* archiepiſcopo. Hiems valida & nivola.

1078. Anno MLXXVIII. ſecundum bellum juxta *Stroum* vel *Medelrichſtad* commiſſum eſt a *Rudolpho* VIII, Idus Auguſti, qui regnum in vaſerat contra *Heinricum* Regem & idem Rex

Heinricus fugam iniiit. *Hildolfus* Colonienſis Episcopus obiit, cui *Segeminus* ſucceſſit.

1079. Anno MLXXIX. Tertium bellum juxta *Fladecbeim* commiſſum eſt V. Calend. Februarii. *Erbesfurd* civitas incenſa eſt ab exercitu *Heinrici* regis, Monasterium quoque S. Petri in monte & S. Severi cum multitudine, quæ ibidem confugerat.

1080. Anno MLXXX. quartum bellum juxta *Elſtram* fluvium committitur III. Idus Octobris, in quo *Rudolphus* Rex, qui & Dux, occiditur.

1081. Anno MLXXXI. *Heinricus* Rex *Romam* obſedit. Monasterium *Babenberg* in vigilia Paſchæ combuſtum eſt, monasterium quoque S. Martini *Mogontia* cum tribus adjacentibus monasteriis exuſtum eſt & pene omnis civitas exuſta eſt. *Heinricus* Rex natus eſt ille, qui vivente adhuc patre regere coepit eumque de regno expulit.

1082. Anno MLXXXII. *Hermannus* regnum invadit.

1083. Anno Dni MLXXXIII. *Roma* capta eſt ab *Heinrico* Rege & peſtilentia gravis facta eſt.

1084. Anno MLXXXIII. *Heinricus* Rex de *Italia* revertitur & *Auguſta* ab eo obſidetur & capitur. *Sigefridus* archiepiſcopus *Mogontinus* obiit in *Thuringia* & *Hafungin* ſepelitur, pro quo *Wecil* conſtituitur.

1085. Anno MLXXXV. *Meginbardus* quidam doctiſſimus ſed non ſecundum ſcientiam, *Wircebungenſi* Eccleſiæ, vivente *Adelberone* adhuc Episcopu, ſubſtituitur. *Gregorius* Papa obiit. *Dietmarus* Wormacienſis Episcopus obiit. *Hermannus* Palatinus Comes obiit. Edificatum eſt Monasterium *Reinbardisborn* a *Ludewico* ſaltatore.

Anno MLXXXVI. (*) quintum bellum juxta *Bleichfel* committitur III. Idus Auguſti, in quo pauci potentes, vulgus tantum innumerabile interiit. *Hermannus* nomen regium deponit & ipſe mox periit.

Anno MLXXXVII. *Berchta* Imperatrix obiit.

Anno MLXXXVIII. *Wecil* archiepiſcopus *Mogont.* obiit, cui *Ruchardus* ſucceſſit. *Meginbardus* ſuperpoſitus *Wircebungenſi* Eccleſiæ Episcopus obiit. *Bucco* Halberſtadenſis Eccleſiæ Episcopus *Goslaria* occiditur. Terra motus factus eſt magnus V. Idus Maji &c. Succurre glorioſe Hieronime!

Anno Dni MLXXXIX. ſextum bellum committitur juxta *Glichin* caſtellum in *Thuringia* in die Dominica vigilia Nativitatis Domini inter *Heinricum* Imperatorem & *Ekkibertum* Marchionem, in quo *Burchardus* Episcopus *Loſannæ* occiſus eſt. *Sigeminus* Colonienſis archiep. obiit. *Otto* Ratiſponenſis Episcopus obiit. Conſtituuntur Episcopu *Hermannus* Colonienſis, *Ruchardus* *Mogontinus*, *Emmebardus* *Wircebungenſis*, vir religioſus & mellitæ eloquentiæ. Monasterium *Oildisleuben* ædificatur.

Anno MXC. *Huzmannus* Spirenſis Episcopus obiit, pro quo *Jones* conſtituitur. Imperator *Italiam* petiit. *Ekkibertus* Marchio juxta aquam, quæ dicitur *Selicha*, in molendino quodam miſerabiliter interfectus occubuit. *Adelbero* *Wircebungenſis* Episcopus obiit, vixit autem in Episcopatu annis XLV. meſes tres.

Anno Dni MXCI. *Machsbit* de *Longobardia* *Heinrico* Regi rebellat.

Anno Dni MXCIII. Eclipſis ſolis facta eſt III. hora diei & draco viſus eſt.

Anno Dni MXCIII. peſtilentia gravis hominum facta eſt.

Anno MXCV. *Lupoldus* Marchio & *Heinricus* Comes Palatinus obierunt.

Anno MXCVI. populus innumerabilis virorum & mulierum ex diverſarum gentium partibus armatus *Jerolimam* tendens Judæos baptizari compulſit, renuentes ubique locorum immenſa cæde proſtigavit. Apud

Mogontiam vero utriusque ſexus Judæi numero mille & XIII. interfecti ſunt. Et maxima pars civitatis exuſta eſt. Judæi, qui per diverſas provincias, metu compellente, Chriſtiani facti ſunt, iterum a Chriſtianitate paulatim reſceſerunt.

Anno Dni MXCVII. Imperator de *Italia* rediit. *Cunradus* patri ſuo *Heinrico* Imperatori rebellat, & ob hanc injuriam juniore ſuo filio regnum injungit.

Anno Dni MXCVIII. *Ruchardus* archiepiſcopus *Moguntinus* pro pecunia, quam Judæi interfecti reliquerunt, gratiam Regis perdidit, & in *Thuringiam* ſeceſſit, ibique uſque ad obitum prædicti Regis rebellis manſit, occaſionem

(*) Extat in eodem hoc Cod. aliud breve. Chronicon Erfurt. ſed antiquum, quod incipit ab an. 1078. & deſinit in an. 1181. unde pleraque ſua hauſit moderna hujus (ut habet inſcriptio) *Chronica* Auctor. Nos eadem bis tradere nolimus, & tantummodo diverſa vel ampliora annotamus. Ibi ergo ſic legitur: MLXXXVI. Oſtavo Idus Junii quinquies bellum fuit juxta *Wirceburgk*.

1098. casionem habens, quod communicare excommunicato Imperatori nollet. (*) [Iste pius Episcopus contulit nobis cellam prope *Werram* cum omnibus pertinentiis suis. Acta sunt hæc anno Domini MCIV.]
1099. Anno Dni MXCIX. Imperator Pascha *Ratisponæ* celebravit, ubi iisdem diebus magna mortalitas facta est; in qua *Rabbodo* Palatinus Comes cum aliis innumerabilibus moritur. *Conradus* Traectenſis Episcopus III. feria Paschæ post missam celebratam a negotiatore *Fresico* crudeliter ex improvſo occiditur, pro quo *Burchardus* constituitur. *Hermanus* Colonienſis Episcopus obiit, pro quo *Fydricus* constituitur. *Vrbanus* Papa, qui & *Otto*, obiit. *Jerosolima* capitur a Christianis, *Gorefrido* Duce exercitum regente.
1100. Anno Dni MC. hiems dura & fames magna. *Otto* Marchio aliique plures *Saxonum*, barbaros, qui *Luzizi* vocantur, invasit & honorifice triumphavit. *Clemens* Papa, qui & *Wigbertus*, obiit. *Adala* Palatina *Romani* pergens obiit. *Gorefridus* Dux apud *Jerosolimam*, qui exercitum Christianorum regebat, obiit; pro quo frater ejus *Baldwinus* ad regendum populum constituitur. *Gisbertus* Erphesfurdensis Abbas jam dudum in se conceptum pandens pro Domino peregrinationis amorem, *Jerosolimam* adiit, adoratoque in loco, ubi steterunt pedes Domini, ob piſſimæ ejus genetricis amorem in valle *Josaphat* eidem servitinis disciplinæ se subdidit regulari ibique fidei cum famulatu faciens annum, celebratisque ipsa resolutionis suæ die sacris missarum solenniis, Calend. Octobris feliciter migravit ad Dominum.
1101. Anno Dni MCI. Comes *Heinricus*, qui erat pinguis, gratiam Imperatoris acquiſivit, & ipſe Imperator Marchiam *Frisorum* sibi tradidit. Qui statim illic pergens cum uxore sua, ipſe quidem lancea transixus est, & de navi ejectus sic interfectus est, illa autem vix evasit. Imperator *Leodio* Pascha celebravit. Filius ejus junior gladium accepit.
1103. Anno Dni MCIII. *Burchardus* abbas factus est in *Erphesfurd* VI. Idus Februarii, & ab ipſo eodem anno fundata est basilica Sanctorum Apostolorum *Petri* & *Pauli* in monte ejusdem loci.
1104. Anno Dni MCIII. *Heinricus* Imperator una cum filio suo *Heinrico* adolescente, jam Rege ordinato, proximam Nativitatem Domini in *Saxonia* celebrare disposuit, veneruntque pariter *Fritslari* in Adventu Domini, ut irent ad disceptatum locum, sed ex improvſo orta inter eos discordia, discessum est. Imperator reversus in *Franconiam* circa *Rbennum* Nativitatem Domini egit. Filius in adipiscendj regni amore perurgens animum, in *Orientali Francia* & in *Bajoaria* huc illucque incertus vagatur, & quoscunque potuit, ad se illiciens adhortatur &c. *Cuno* Comes de *Bichelgingin* occisus est.
1105. Anno Dni MCV. *Heinricus* Imperator post Nativitatem Domini misit nuncios ad filium suum, volens reconciliari cum illo, sed ipſe, ut postmodum declaravit, longe aliter habens in animo, omnino renuit, ipſumque cum omnibus sibi in hoc consentientibus persequi statuit. Proinde non multum temporis effluxit, quin omnes Primates regni, extollentes partem adolescentis, pariter contra prædictum Imperatorem conspirant. Nam & prius exosum eum habuerant, eo quod multa execranda & nefanda vera & falsa fama de eo disseperat; accessit etiam quod semel & bis ab Apostolicis viris diu jam excommunicatus fuerat. Ducatum ergo præstante ad hæc quodam *Gebeardo* Episcopo Constantinense, Apostolici Legato, & rem, quæ fiebat, sanctam & justam prædicante, adolescens, de quo sermo est, regno intronizatur a *Thuringis* & *Saxonibus* circa *Palmas*, *Erphesfurd* magno gaudio excipitur, *Quitzilinburg* Pascha ab eo celebratur, qui patri excommunicato communicaverant; absolvuntur, novæ res undique agitur, Episcopi expulsi undique sedibus suis restituuntur, alii e contra destituuntur. Tandem dies colloctionis inter Patrem & Filium statuitur. Quo cum ventum foret, Imperator a Filio suo regalibus despoliatur, & postmodum captivus custodiae mancipatur. Quare excutiens & aufugiens omnibusque, quibus potuit, injuriam sibi factam conquerens, *Leodium* secessit, quem Filius cum totius regni Principibus insequitur, *Coloniam*, quæ illius partibus favebat, obsidet, nec prius a persecutione & obsidione destitit, quam ei defunctus pater annunciat. Quo comperto corpus *Spiræ* deferri jubet, sed sepulturæ tradi non permittit, quin & ipsos, qui humanitatis causa exequiis deservierant, non nisi pecunia data difficulter gratiæ suæ admittit. Postremum adepto regno ex integro cepit se ad alta quæque extendere, prædia & castella qualicunque occasione quibusque eripere, magna & grandia affectans, tamen parva & minima ambire, ignobiles extollere, nobiles & potentes sine audientia, proscriptis prædiis & facultatibus, captivos & victos abducere, inter quos etiam ab Apostolico manus suas non servavit innoxias.
- Anno Dni MCVI. *Heinricus* Imperator senior apud *Leodium* obiit.
- Anno Dni MCIX. *Ruchardus* Mogontinus Archiepiscopus obiit.
- Anno MCX. *Heinricus* Rex magno exercitu undique per totum regnum congregato, *Longobardiam* circa Nativitatem S. Mariæ cum expeditione intravit, ubi etiam pene per integrum annum commoratus, qui sibi rebelles extiterant, subjecit & magnam cladem populando, vastando cremando terræ illi intulit.
- Anno MCXI. prædictus Rex *Heinricus* sub eadem expeditione & ejusdem anni circulo II. Idus Februarii cum exercitu clam loricato

(*) Quæ uncis inclusa sunt, videntur esse ab aliæna manu.

1111. Ioricato & armato pacem simulando *Roman* intravit & a *Paschali* Papa, clero quoque & populo cum magna gloria & lætitia susceptus est, firmiterque erat iurejurando & scriptis, datis ex utraque parte obsidibus; ut ipsa die imperiali benedictione sublimaretur eo pacto, ut ad exterminandam symoniacam heresim, quæ non longe ante temporibus patris sui, omnes partes regni nequiter pullulando foedaverat, nullo modo se ulterius de spiritualibus & ecclesiasticis rebus institutis intromitteret, regalia sua sibi tantum cederentur, & his contentus foret. Sed ipse mox, ut templum Apostolorum intravit, obdurans cor suum contra ea, quæ paulo ante sponderat, Dominum Apostolicum cum plerisque Cardinalibus captivum abduxit, eadem hominum fecit, Ecclesiæ diversæ deprædata sunt, vestes sacratæ & cruces ablata & multa perpetrata. Tandem post proximum Pascha V. Idus Aprilis, Papa vellet nollet, ommissis quæ prius condita & conjurata fuerant, impe-
1112. Anno Dni MCXII. *Adelbertus* Cancellarius constitutus est Episcopus *Moguntia* (*) *Hermannus Ludewici* Comitis filius, & *Fridericus* frater illius uterinus in castello *Tbuchure* obsidentur & VIII. Idus Junii deditio se cuiusdam *Hogeri* tradentes captivi abducti, sub potestate Regis *Henrici* in vincula detruduntur, sed *Fridericus* post annos duos resolvitur, *Hermannus* duobus annis & plus in carcere transactis, flebiliter in castello *Homerstein* III. Idus Julii, in vinculo moritur.
1113. MCXIII. *Ludwigus* Comes die Assumptionis S. Mariæ in villa *Truemunde* in potestatem *Henrici* Imperatoris, pro qua acquirenda gratiæ illius sponte se contradidit, quem aliquandiu sub custodia servando tenuit, donec castrum, quod dicitur *Wartberg* in sua suscepit potestate. Postea eum in dolo, ut postmodum claruit, abire permisit. *Sigefridus* Palatinus Comes interfectus occubuit & *Wigbertus* a quodam *Hogero* captivatus regiæ custodiæ servandus mancipatur.
1114. Anno MCXIII. Imperator *Henricus Babenberg* Nativitatem Domini celebravit, proxima autem die post Epiphaniam Domini nuptias suas *Mogontia* celebravit, in quibus sibi filiam Regis *Anglorum Machtildam* nomine copulavit, cui copulæ multi de Principibus regni sine lætitia interfuerant, quorum plerimi etiam sine licentia illius discesserunt. Affuit & *Ludwigus* Comes, cui cum omnia bona paulo ante Imperator promississet, in ipsis nuptiis in vincula coniectus est.
1115. Anno MCXV. *Henricus* Rex bellavit contra *Saxones* in *Welfesholz* III. Idus Februarii & victus est. Conventus Episcoporum ac Principum magnus apud *Goslariam* sub *Theoderico* Cardinali S. *Romana* Ecclesiæ factus est. Apud *Mogontiam* civitatem concurrentibus civibus una cum *Arnoldo* ipsius Civitatis Comite, Rex coactus Episcopum *Moguntientem Adelbertum* a vinculis absolvit. *Theodericus* S. Rom. Ecclesiæ [Cardinalis] obiit & in Monasterio S. Petri Apostoli *Colonia* sepelitur.
- Anno MCXVI. Rex Italiam abiit. *Burcbardus* Erphesfurdensis Abbas privatus est abbatia ab *Adelberto* Episcopo *Mogontino*, cui *Rupertus* subrogatur. *Ludewigus* Comes III. Cal. Octobr. absolutus est a vinculis Regis, quibus jam duos annos & novem menses innexus erat, relictis inibi pro se VIII. obsidibus suis.
- Anno MCXVII. 3. Nonas Januarii ante solis occasum terræ motus factus est magnus, luna in sanguine conversa deficere visa est. *Gerdrudis* relicta Marchionis *Henrici* obiit. In *Suevia* terribile quoddam contigit, terra enim ad instar domorum ebulliens subito in abissum dilabatur. Aer vilis est igne & sanguine pariter mixtus.
- Anno MCXVIII. *Paschalis* Papa II. obiit pro quo *Gelasius*, qui & *Johannes*, constituitur. Qui mox ab hæreticis expulsus cum suis *Galliam* fugiendõ devenit. Concilium magnum *Colonia* sub Cardinali S. Rom. Ecclesiæ, *Canonie* Prænestinæ civitatis Episcopo congregatum est. Item & aliud concilium sub eodem in civitate *Fridislaria*. *Saxones* cum civibus *Mogontinensis* civitatis oppidum *Oppenheim* violenter impugnantibus destruunt, & ex omni parte flammis conflagrantibus ferre ad duo milia hominum utriusque sexus perimunt. Castrum etiam *Topbestede*, (**) quod hominibus invisum magna vi ac fortitudine *Saxonum* non sine morte plurimorum & vulneribus innumerabilium funditus eversum interiit. *Henricus* Imperator de *Italia* revertitur.
- Anno MCXIX. *Gelasius* Papa II. obiit, pro quo *Calixtus* Viennensis Episcopus a VII. Cardinalibus & reliquo clero a Romanis, qui cum Papa *Gelasio* expulsi *Roma* apud *Gallias* exulabant, & universis *Galliæ* Episcopis Papa constituitur. Conventus Regis ac totius regni Principum fit apud villam *Erstein* super ripam fluminis *Mogoni*. Synodus apud *Remensum* urbem e quadringentis quinquaginta Episcopis & Abbatibus sub Papa *Calixto* celebratur.
- Anno MCXX. Colloquium ab universis regni Teutonici Principibus super dissensione regni habendum *Fulda* condicitur, quo missis Rex nunciis cum suis assentatoribus, rei negotium omni qua poterat arte, obsecrando, pollicendo *Wormaciam* differens, paucis *Saxonum* ad Regem, reliquis ad propria redeuntibus, conventionis eorum propositum diremit. *Welfo* Dux obiit. *Henricus* Palatinus de *Saxonia* obiit.
- Anno MCXXI. *Erlungus* Wirceburgensis Episcopus obiit, sed mox orta dissensione

(*) In Chron. antiquiori additur: & nota, quod iste spoliavit monasterium *Erfordense* S. Petri, & omnibus temporalibus privavit, dicens, inconveniens fore, Abbatem *superbabundare* Archiepiscopo.

(**) In Chron. antiquiori scribitur: *Corfesse*.

1121. tam cleri quam poluli pars una Regi favens *Gebehardum* quendam, altera vero *FridERICI* Ducis de *Suevia* ejusque fratris *Conradi* Ducis nihilominus auxilio freti, *Ruggerum* constituit, qui & paulo post ab Episcopis Mogontinenli, Wormaciensi, Spirensi ordinatus Episcopatum dereliquit expulsus. Sol aere fumoso & foetenti obscuratus & quasi in sanguinem conversus ab hora IX. diei usque in diem tertium soliti splendoris sui luce caruisse visus est.
1122. Anno MCXXII. Cardinales duo a Papa *Calexto* misisti Regem cum omnibus partis suae favoribus apud *Wormatiam* excommunicatione absolvunt, ipso tamen Rege prius omnem haeticam pravitatem, propter quam fuerat excommunicatus, abjurante & Ecclesiae Catholicae datis privilegiis pristinam libertatem remittente, scil. Episcopos & Abbates sine regali praedicio juste atque canonice eligere ac constituere.
1123. Anno MCXXIII. *Reinbardus* Halberstadenfis Episcopus obiit, pro quo *Otto* constituitur. *Theodericus* Cicensis Episcopus ex improviso occiditur, pro quo *Richwinus* constituitur. *Ludewigus* Comes Monachus factus beato sine quievit. *Heinricus* Marchio junior obiit, pro quo Imperator *Heinricus* binos Marchiones constituit *Wigbertum* quendam praedivitem & Comitem *Heimannum* de *Winzinburg*. Sed *Adelbertus* & *Conradus* Comites de *Saxonia*; Ducis *Lotharii* ceterorumque *Saxonum* freti auxilio, depulsis illis, loca eorum pariter atque dignitates invadunt. Per idem fere tempus cum Episcopus Mogontinus *Adelbertus* a provincialibus, qui *Lutersteten marchiam* incolunt, decimas frugum exigeret, illique fortiter resisterent, contigit quosdam ex eis a militibus Episcopi occidi, alios obtruncari, nonnullos vero captivos abduci. Unde populi *Turingorum* permoti ac simile sibi metuentes, in collem *Treceburg* de cunctis finibus suis conveniunt, jamque civitatem *Erphesfurd*, qua tunc Episcopus forte manebat, *Heinrico* Comite duce, cum XX. milibus irrumpere parant, coeptumque perpetrassent opere, si non idem Episcopus, ut erat vir praeditus ingenio prudenti, eos avertisset consilio. *Burcbardus* quondam *Erphesfurdensis* Abbas, amissa abbatia, obiit in *Loreffam*.
1124. Anno MCXXIII. *Wigbertus* Marchio, qui D & monachus, obiit.
1125. Anno MCXXV. *Richwinus* Cicensis Episcopus obiit, pro quo *Vro* constituitur, cujus sacerdotii optima fuerunt initia. *Calixtus* Papa II. obiit, pro quo *Honorius*. *Heinricus* quartus Imperator nominis hujus & quintus Rex X. Cal. Junii obiit, quo tempore per tres continuas noctes ante mortem ejus tanta frigoris immanitas fuit, ut in plerisque partibus regni maxima pars frugum & vini atque pomorum deperiret. *Lutbarius* Dux *Saxonum* apud *Mogoniam* Rex eligitur & *Aquisgranum* benedictione regali sublimatur. *Otto* Menekeni Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.
- quidam Principatum gerens provinciae, quae *Merebem* dicitur, Regem interpellando adiit, conquerens se Ducatu *Boemorum* velut haereditaria dignitate injuste privatum. Rex igitur *Vdalrico* *Boemorum* tunc temporis Duci, post datas judicio principum inducias, quas idem contemferat, publice bellum indicit. *Ruggerus* Magdeburgensis Episcopus obiit, pro quo *Norebertus* constituitur.
1126. Anno MCXXVI. Bellum *Boemiae* inter Regem *Vdalricum* Ducem *Boemorum* commissum est XII. Calend. Martii, in quo multi *Nobillium* de exercitu Regis ceciderunt, *Adelbertus* quoque Marchio & *Ludwigus* Comes de *Lore* captivi abducti sunt. Ubi & *Otto* Dux de *Merebem* occubuit, qui causa torius belli exitit.
1127. Anno MCXXVII. Rex *Lotharius* apud *Merseburg* Penthecosten celebrans *Vdalricum* Ducem *Boemorum* in amicitiam recepit & filium ejus de sacro fonte baptismatis suscepit, & mox castrum *Nurnberg* obsedit, habens secum in auxilium eundem Ducem cum grandi exercitu *Boemorum*. Devastata itaque omni circumquaque posita regione per tres menses, Dux praedictus cum suis ad propria revertitur moxque Rex a *Conrado*, fratre Ducis *FridERICI* fugatur. Unde & *Conradus* idem nimium inflatus superbia contra jus fasque regium sibi nomen usurpat. *Carolus* Comes *Flandrensis*, vir iustitiae tenax, ob defensionem iustitiae a suis in templo Dei occiditur, sed populis inter se dissidentibus, duo mox Comites loco ejus subrogantur, *Wilhelmus* de *Anglia* & *Theodericus* de *Assaria*, quibus contra se pugnantibus, immensa caede diversisque cladibus *Flandrensum* devastatur populus. *Ripertus* Abbas *Erfordensis* obiit, cui *Wernberus* *Hirfaugiensis* monachus successit.
1128. Anno MCXXVIII. Rex Nativitatem Domini apud *Wirceburg* civitatem celebrans *Embrichonem* *Erphesfordensem* Praepositum eidem civitati praefecit Episcopum, ejecto atque damnato *Gebehardo* illo, qui per vim jamdudum eundem Episcopatum invaserat, ubi & *Conradus*, qui regium nomen sibi usurpaverat, excommunicatur. Rursum idem *Conradus* a Papa *Honorio* *Romae* excommunicatur. *Spira* civitas dolo capitur a *Fridericco* duce, & fratre ejus *Conrado*. Rex vero cum exercitu eandem occupat civitatem. Jamque capienda erat civitas, & postulantibus pacem Rex dedit dextras, & susceptis ab eis obsidibus, discessit dimisso exercitu. Et mentiti sunt, ruptoque foedere rursus rebellaverunt. *Otto* Halberstadenfis Episcopus a *Canonicis*, qui & regulares dicuntur, *Romae* de *Symonia*, ut multis visum est, injuste accusatus, a Papa *Honorio* deponitur. &c. Adesto gloriose *Jeronime!*
1129. Anno MCXXIX. *Spira* civitas a Rege *Lutbario* per novem menses continuos obpugnata capitur. Dux *Gotefridus* de *Brabantia* a Rege deponitur, & *Pogimus* pro eo Dux constituitur, cui scil. *Pogino* ad peragenda Ducatus.

1129. catus sui officia descendenti *Gotefridus* cum armatorum multitudine occurrit, sed in toto certamine idem *Gotefridus* fugam inquit. *Paganus* vero Ducatum a *Reno* usque ad fluvium *Getum* victor obtinuit. In Episcopatu Halberstadenſi duo Episcopi per dissensionem Clericorum & Regularium statuuntur, sed a Rege & ab Episcopo *Adelberto* ambo reprobantur. *Henricus* Marchio de *Staden* obiit. *Vso* Comes de *Saxonia* occiditur.

1130. Anno MCXXX. *Honorius* Papa obiit, & mox duo per dissensionem loco ejus constituuntur, scilicet *Innocentius*, qui & antea *Gregorius*, & *Anacletus*, qui & ipse dictus fuerat; *Petrus*, ambo *Romæ* uno die electi. Sed *Anacletus* majoris potentie *Romam* obtinuit, *Innocentius* vero *Galliam* fugiendo devenit, ibique ab omni Gallicana Ecclesia susceptus, etiam a totius *Germaniæ* Episcopis & a Rege *Lotbario* Papa pronuntiatur ac confirmatur.

Hallenſium *Faci-*
mus & *pa-*
na.
1130. *Henricus* Comes, frater *Ludemici* obiit. In villa *Halla* occiduntur a civibus *Conrad* de *Eichſtede*, *Adelbertus* & *Eribo* duo fratres cum suis militibus. Rex vero *Lutbarius* adversus eandem villam cogit exercitum, truncatis aliis, aliisque cæcatis, nonnullis diversis tormentorum generibus excruciat, multis quoque per diversa fugientibus, reliqui omnes data infinita pecunia, ingenti rerum suarum dispendio dignas pro commisso scelere pœnas luunt. *Burcharius* Comes *Luchenheimensis* de *Saxonia* dolo Domini sui *Hermannii*, Principalis Comitum *Thuringiæ* occiditur, ob quod idem *Hermannus* a Rege *Lotbario* deponitur & Comes *Ludwigus* pro eo constituitur, moxque *Winzinburg* castrum memorati Comitum *Hermannii* ab exercitu Regis obsidetur, expugnatur, capitur.

1131. Anno MCXXXI. *Hermannus* Comes Regi *Lutbario* II. Cal. Januarii se suaque omnia dedens, captivus abducitur, in castro *Blanckenberg* custodiæ mancipatur. *Winzinburg* vero ad solum usque destruitur. Rursum Rex *Lutbarius*, congregato exercitu in *Daniam* proficiscitur propter intestina bella, quæ gerebantur in ea. Filius quippe Regis *Daniæ* filium patris sui occiderat, quare hunc quandoque se depulso regnaturum esse timuerat. Nam pater occisi antea Rex fuerat. Hinc ergo Rex *Lutbarius* ab occisi fratre interpellatus adversus tam immanem impietatem arma corripuit, ad ulciscendum sanguinem innocentem contra partes *Daniæ* exercitum movit. Timore ergo exercitus Regis *Lotbarii* omnes *Daniæ* finium populi, velut arena maris, innumerabiles ad rebellandum in unum coacti, cum ex adverso exercitum Regis *Lotbarii*, quamvis modicum, sex tantum videlicet milibus instructum venientem armorum fulgore splendorem conspiciunt, divinitus perterriti se suaque omnia dedentes, dextras petunt, utque Rex ipsorum proprium regnum a Rege *Lotbario* suscipere mereretur, exposcunt. Quod & profecto factum fuisset, nisi pius rex

Lutbarius ei, cujus erat frater occisus, percipisset, eo quod idem jamdudum raptis fascibus etiam nomen regium sibi usurpasset. Susceptis tamen pro ingenti sibi promissa pecunia a Rege *Daniæ* obsidibus, ad propria cum triumpho gloriose revertitur Rex *Lutbarius*. Synodus apud *Leodium* civitatem sub Papa *Innocentio* congregatur, ubi præsentem Rege *Lutbario*, residentibus L. Episcopis cum innumeris diversorum ordinum personis, *Otto* Halberstadenſis Episcopus, dudum *Romæ* ab *Honorio* Papa depositus, rursus Halberstadenſi Ecclesiæ, annitentibus cunctis, præficitur, rursus *Episcopali investitura*, id est, annulo, mitra, baculo Papa *Innocentio* donatur. Statuitur quoque ab omnibus secundum decreta Canonum, illud antiquum, quod semper erit innovandum, Presbyteros castos & sine uxoribus esse, missam autem uxorati Presbyteri neminem audire debere. Ibi quoque *Adelbertus* Marchio de *Saxonia* deponitur, & *Henricus* Comes, qui & ipse Saxo, pro eo constituitur.

1132. Anno MCXXXII. Sanctus *Gorebardus* anno dormitionis suæ centesimo primo, ipsius anni die ultimo, III. nonas Maji in *Hildenheim* e terra levatur, cujus signorum mirabili magnitudine omnis *Germania* illustrata lætatur. Rex *Lotbarius* cum regina *Richiza* *Romam* pergit ad visitandum regnum Italicum suoque dominio mancipandum, ad restituendum Papam *Innocentium* in Apostolicam sedem, ad suscipiendam Imperialem benedictionem, modicum quidem pro rerum negotio ducens exercitum, mille scilicet & quingentos armatorum tantum, sed in Domino per omnia confusus, quod & rerum præbavit eventus. *Augusta* civitas a Regis exercitu destruitur, igne crematur, plurimi de civibus captivi abducuntur, equidem digna satisfactione pro commisso multati scelere, quippe qui Regem ad se pacifice ingressum nihilque suspicantem tale, bello præsumserint lacessere. Hinc montes Rex tranſiit, omnem *Italiam* suæ ditioni subjecit, solis *Veronensibus* & *Mediolanensibus* renitentibus. In eadem expeditione *Henricus* Marchio de *Staden* occiditur, sed a militibus suis *Saxoniam*, unde oriundus extitit, sepeliendus reportatur.

1133. Anno MCXXXIII. Rex *LUTHARIUS* *Romam* ingreditur, *Innocentius* Papa in sede Apostolica restituitur, Rex quoque ab imperiali benedictione apud S. Johannem Evangelistam *Lateranis* consecratus, Imperator efficitur. Hunc sibi locum ad suscipiendam imperialem benedictionem Rex judicat aptissimum, quomodo & illic regni & ecclesiæ, ut cunctis cernentibus liquet, constat esse palatium, & in hiltoriis priorum temporum plures inibi reperiuntur Imperatores consecrati. Accessit etiam, quod *Petrus*, qui sibi nomen Papæ & dignitatem usurpaverat, Ecclesiam B. Petri Apostoli, ubi Imperatores nostris temporibus benedici consueverant, cum multitudine armatorum, ne Rex ibi benedictionem

Danica
Lo-
tharii ex-
pedicio.

1131.

1132.

Expedicio
Italica.

1133.

1133. tionem imperialem consequi posset, præoccupaverat. Qui tunc locus ab exercitu Regis facile poterat expugnari, sed Rex pius hoc prohibuit fieri, ne destrueretur Ecclesia B. Petri. *Lotharius* autem Imperator effectus, cum *Roma* digrediens tyrannum quendam *Adelbertum* cum X. milibus transitum prohibentem, divina se gratia comitante, gloriose devicit, ipsumque in proprio castro *Jodrum* dicto, licet inexpugnabili, ad quod confugerat, cepit, captivum abduxit. Sicque lætis cum suis ad propria rediit. Eclipsis solis facta est III. Nonas Augsti, mediante hora diei octava &c. Succurre gloriose S. Jeronime!

1134. Anno MCXXXIII. *Lutbarius* Imp. Penthecosten *Halberstad* celebravit, ubi *Magnus Nicolai* filius Regis *Danorum* ad acquirendam gratiam ejus immensum ei pondus auri & argenti obtulit, eo quod priore anno, Rege *Lothario* in expeditione Romana occupato, multos *Teutonicorum*, quos in *Dania* partibus repererat, alios occiderat, alios obtruncaverat, nonnullos vero diversis pœnis & cruciatibus affectos de finibus suis ejecerat, ob injurias scil. quas ipse dudum cum populo suo ab exercitu Regis *Lutbarii* pertulerat. Quæ tamen pius Rex *Lutbarius* benigne suscipiens, Regem *Danorum* esse decernit, & imposito super caput ejus diademate, cum die Sancto Penthecostes regio cultu vestitus Imperator ipse procederet, eum sibi spatarium fecit. Qua ille gloria licet indignus, mente tumidus ad propria festinus rediit, congregataque multitudine armatorum, *Erichum* filium patris sui, cujus ante fratrem occiderat, persequi instituit, & ad civitatem *Lundinam*, ubi eum cum suis demorari comperit, navibus applicuit. Cumque navibus egressus in unum conveniret exercitus, timor invasit omnes immensus, & naves, quas *Magnus*, ne quis forte ex acie ad eas confugeret, a terra fecerat reduci, de novo littori postulabant advehi. At *Magnus*: Quid, inquit, timetis fortissimi? Viginti sunt milia virorum fortium exercitus nostri, & si caput mundi Romam adire placuisset, tantæ multitudini nullus obistere potuisset. Illis econtra nulla consolatione recepta, sed propriæ vitæ diffidentibus, *David* adolescens egregius, *Erichi* sororis filius, in *Lundina* civitate obsessus, cum trecentis militibus *Teutonicis* fortissimis egressus, adversariorum exercitum comminus fertur in medium, disturbatisque cunctis atque fugientibus, *Magnus* in terra prostratus relinquitur solus, quem super astans *David* adolescens: O, inquit, latro sceleratissime, & patricida infidissime, qui avunculum meum, patruum tui osculans filium interfecisti, ut *Judas perfidus* tradidit Dominum! Nunc te premunt peccata tua, nunc te Dei persequantur judicia. Hodie, inquam, accipies, quod mereris, & impio capere cum manibus tuis scelestis abscisso, pro tui magnitudine sceleris toto seculo fabula eris. Quo tali morte perempto, Rex *Nicolai* pater *Magni*, timore correptus im-

Magni ca- det.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

1134. menso, jamque se, & a cœssentibus sibi comminus moriturum suspicatus, fugiendo cum multitudine armatorum juxta civitatem *Sleswic* est castra metatus. Cives autem ejusdem civitatis in dolo ei pacifice loquentes, Episcopum suum cum cæteris Primatibus ad eum quali pacis obsides emisissent, & introductum ad se statim pro foribus Ecclesiæ positum in oratione peremerunt, & loco ejus *Erichum* filium fratris ejus, quem *Magnus* antea persequabatur, cum omni terræ populo Regem constituerunt. Imperator cum exercitu adversus Ducem *Fridericum* & fratrem ejus *Conradum Sueviam* ingreditur. Villa *Ulma* funditus destruitur, castella, munitiones plurimæ evertuntur, tantaque clade tota *Suevia* percellitur, ut nihil ante simile factum a cunctis Regibus memoretur. *Heinricus* Comes *Turingiæ* frater *Ludewici* obiit.

Suevia va- rario.

1135. Anno MCXXXV. *Fridericus* Dux *Suevorum* gratiam Imperatoris *Lotharii* acquisivit, *Babenberg* ad curiam Media Quadragesima habitam, & ex sententia Imperatoris & unanimi consensu Principum pax esse decernitur decem annis per regnum universum, conjurantibus cunctis in id ipsum.

Sequitur gloriosa Historia.

Imperator *Lotharius* curiam suam apud civitatem *Marseburgk* ad Vincula S. Petri habuit, ubi ex præcepto Imperatoris Dux *Polenorum* affuit, qui sæpe numero anteriorum Imperatorum impetitus bello, sæpe rogatus, sæpe suavis promissionibus, nunquam tamen ad eorum curiam venire consensit vocatus. Affuit etiam Dux *Boemorum Vdalricus*, qui cum esset Ducis *Polenorum* infestissimus inimicus, reconciliavit eos inficem Imperator *Lotharius*. Venerunt quoque ad Imperatorem *Lotharium* eodem tempore Dux unus & Episcopus a Rege milli *Graciæ* cum Legatis Ducis *Venetia*, conquerentes atque judicium postulantes adversus *Ruggerum* quendam Comitem *Sicilia*, qui & Regi *Graciæ Affricam*, quæ tertia pars mundi esse dino-scitur, armis expugnando cum paganis abstulit, suoque dominio subdidit, ibique diadema regni sibi imponens regium nomen usurpavit; *Venetios* vero despolians, diversarum mercium quadraginta milium talentorum abstulit pretium. Sed & de Imperio Romano totam *Apuliam* atque *Calabriam* subtraxit, aliaque perplura contra jus fasque perpetravit. Contra hunc ergo promittuntur a Legatis ad supplementum exercitus Imperatoris, naves, copiosæ militum legiones, innumera auri & argenti, ad omnem hujusmodi rerum sufficientiam, pecuniæ. Quantis ac qualibus donis eo tempore Dominus honoraverit Imperatorem, quis explicare possit? Aurum, lapides pretiosos Legati *Graciæ* attulerunt cum diversorum colorum purpura, aromata multa nimis & in hac terra hactenus incognita. Sed & Dux *Polonia* Duxque *Boemia* pelles griseas atque mardelinas, cum variis auri & argenti aliarumque

Comitia Martis-burgensia celeberrima.

1135. rumque pretiosarum rerum muneribus, in tanta afferebant copia, ut nullus superesset Principum, qui Ducum illorum vel Imperatoris muneribus se non gauderet honoratum. Nec minus Regis Ungariensis nuncii Imperatorem cum cæteris Principibus lætificarunt, qui Dominum suum ad omnem Imperatoris voluntatem cum suis omnibus paratissimum nunciarunt. Rursum Imperator curiam suam circa Festum S. Michaelis in *Thuringia* in villa regia *Milebusen* habuit, ubi *Conradus*, frater *Friderici* Ducis, qui sibi nomen regium usurpavit, gratiam Imperatoris acquilivit, quem Imperator benigne suscipiens, omnia, quæ illius ante fuerant, restituit, regius donis honoravit, ad propria cum gloria redire permisit. Ventus vehementissimus & hætenus incognitus naves multas submersit, ædificia plurima destruxit, arbores fructuosas atque silvestres innumeras dejecit, ita ut vix decima quarundam sylvarum pars remansisset.

Conradus
Dux Sue-
viae Lotha-
rio se sub-
mittit.

1136. Anno MCXXXVI. *Lothario* Imperatore Nativitatem Domini celebrante in *Spira* civitate visus est sol in Epiphaniæ Domini vigilia, nullis apparentibus nubibus, quali ex parte præruptus, sed & in diversis terrarum locis alia non multo post apparuerunt prodigia. Lapis magnitudine capitis unius hominis juxta locum *Oltesleibon*, ubi est Abbatia, cecidit de nubibus, qui & ibidem tunc temporis diligenter custodiebatur a fratribus. Per idem tempus Imperatore *Lothario* in civitate *Quirilingenburg* existente, visum est desuper civitatem in aere quoddam in modum scalæ transvolare, niveo quidem corpore sub rubro rutilare capite. Testati quoque sunt pauci eodem tempore, se vidisse quasi crucem rubeo colore coruscantem, de cælo ad terras descendisse, & non procul a terra aliquandiu in aere pependisse, sed rursus ad cælos remeante, tanta lucis aer resplenduit claritate, ut nullus intuentium ad hanc perspicendam, tamquam contra solis radium, visum prævaleret obtendere. Eodem anno aqua ducta est super montem

Altera ex-
peditio Ita-
lica.

Rupoldus Marchio in venatione occiditur. Imperator in *Italiam* secundo proficiscitur & divina Rerum mirabili prosperitate fretus gratia, cum paucis quæquam versum victor progreditur. *Appuliam* quoque, quam *Ruggerus Sicularum* Dux prius invaserat, armis cepit, eamque juri sedis Apostolicæ restituit, in qua expeditione *Brun* Colonien- sis Archiepiscopus moritur, & apud *Barum* *Apulia* Civitatem sepelitur.

1137.

Anno MCXXXVII. *Adelbertus* senior Mogontinensis archiepiscopus obiit, pro quo *Adelbertus* patruelis ejusdem Erphesfurdensis Præpositus, post longas cleri & populi dissensiones constituitur. Monasterium S. Martini in *Mogontia* cum magna parte ejusdem civitatis igne crematur. Imperator de *Italia* revertitur, sed cum *Germania* fines intraret, dumque Principes apud *Wirzburg* illius præstolarentur adventum, infirmitate

Mors Re-
gi.

corruptus diem clausit extremum, omni regno de morte sua relinquens mœstitiam. Corpus vero ejus a *Ricbza* Imperatrice *Saxoniam* reportatur & apud *Lutrensem Abbaciam* ab ipso constructam, præsentibus, *Saxoniam* atque *Thuringia* Principibus II. Cal. Januarii regio more sepelitur. *Meingor* Episcopus Merseb. obiit.

Anno MCXXXVIII. *Conradus* frater *Friderici* Ducis *Suevorum*, qui antea quoque regium nomen sibi usurpaverat, apud *Confluentiam* Media Quadragesima in Regem eligitur, & ad proximum Penthecosten ad curiam *Babenberg* habitam a quamplurimis regni principibus confirmatur. *Wernberus* Abbas Erphesfurdensis obiit, cui *Rudigerus* ejusdem cœnobii Monachus successit.

Anno MCXXXIX. Synodus magna apud urbem, cum diversarum provinciarum Episcopis & Abbatibus, Media Quadragesima sub Papa *Innocentio* celebratur. Discordia gravis inter *Conradum* Regem & *Heinricum Bojoariorum* Ducem atq; *Saxonum* Principes exorta est, propter *Saxoniam* videl. Ducatum a Rege eidem *Heinrico* ablatum & *Adelberto* Marchioni præstitum. Quem Ducatum cum Dux *Heinricus* & reliqui *Saxonum* Principes adversus eundem *Adelbertum* Marchionem armis defenderent, Rex hoc indigne tulit, & *Saxoniam* hostiliter intraturus ante *Herueldiam* exercitum constituit. *Saxones* vero proprium transgressi limitem, in partibus *Thuringia* super flumen *Wirra* castra metati sunt, paribus atque ardentibus animis in utrumque parati, aut fortiter vincere aut non inulte mori. Quorum Rex audaciam veritus sanguine iudicium facere noluit, sed concilio cum Primatibus regni habito, dextras dedit, accepit, & sic usque ad proximum Penthecosten pace composita, greges turmarum, qui cum eo fuerant, dimisit. *Gorefridus* Dux de *Louania* obiit. *Heinricus* Dux obiit, suscepit autem pro eo Ducatum *Heinricus*, filius ejus. *Otto* Babenbergensis Episcopus, vir misericordiæ atque omnis vitæ merito laudabilis, posteaquam plurimas Deo fervientium congregationes longe vel prope instituit, beato fine quievit, cui *Egilbertus* successit hic, qui fuit gener *Lutharii* Imperatoris.

Anno MCXL. *Ludewigus* Provincialis Comes obiit II. Idus Januarii. *Vdalricus* *Bohemorum* Dux & *Wilhelmus* Palatinus Comes obierunt. *Conradus* Rex circa Purificationem S. Mariæ curiam suam habuit *Wormacia*, ubi *Ludewigus*, filius *Ludewici* Provincialis Comitis admodum puer, clementia Regis ac Principum *Thuringia* adeptus est Principatum.

Anno MCXLI. *Ricbiza* Imperatrix obiit. *Adelbertus* junior Mogontinus Archiepiscopus XVI. Calend. Augusti obiit, cui *Marcobus* *Ascanburgensis* Præpositus successit. Magna concertatio fuit in *Erphesfurd* III. Calend. Sept. inter cives & Archiepiscopi milites. Quidam enim occisi, multi vero utrinque vulnerati sunt.

Anno

1137.

1138.

1139.

Conradi
Regis con-
troverfia
cum Hen-
rico Uys-

1140.

1141.

1142. *Pax cum Saxonibus*
Anno MCXLII. VI. Idus Maji regali curia in *Franckensfurd* habita, Rex & *Saxones*, qui hactenus quorundam factionibus non minimum discordaverant, in pacis concordiam redierunt, omnibus pro voto compositis, læti quique discesserunt. VII. Idus Maji civitas *Erphesfurdensis* occulto Dei judicio magna ex parte igne consumpta est. Monasteria quoque S. Petri Sanctique Severi cum aliis Sanctorum Ecclesiis igne consumpta sunt. *Marcolphus* piæ memoriæ Mogontinus Archiep. V. Idus Julii obiit, pro quo *Heinricus* Præpositus majoris Ecclesiæ constituitur. *Rudigerus* Abbas *Erphesfurdensis* obiit, cui *Wernberus* ejusdem cœnobia monachus successit.
1143. Anno MCXLIII. *Eckeleib* Episcopus *Merseburg.* obiit. Hiems magna & nivosa. *Innocentius* Papa, qui & *Gregorius*, obiit, pro quo *Celestinus* qui & *Guido*.
1144. Anno MCXLIII. *Celestinus* Papa obiit, pro quo *Lucius*, qui & *Gerhardus*, constituitur. *Rudolphus* Marchio *Saxonie* occiditur. *Sigefridus* Comes de *Bomeneburg* obiit. Magna inundatio aquæ fuit in *Erphesfurd* VII. Calend. Junii.
1145. Anno MCXLV. *Lucius* Papa obiit, pro quo *Eugenius*, qui & *Bernhardus*.
1146. Anno MCXLVI. *Cunradus* Rex ad *Polonos* cum exercitu abiit.
1147. *Expeditio cruciata*
Anno MCXLVII. *Cunradus* Rex & *Ludwigus* Rex de *Gallia* cum Episcopis & Ducibus atque Comitibus multarum provinciarum, innumerabili multitudine diversæ conditionis tam equitum quam peditum quorundam magnæ æstimationis & religiosi habitus hominum sermonibus territi & circumventi, dicentium illud Apostoli, quod instaret dies Domini & cæcitas ex parte in *Jerusalem* contigit, donec multitudo gentium intraret, & sic omnis *Jerusalem* salvus fieret; *Jerosolymam* zelo fidei contra paganos pugnaturi proficiscuntur. Et *Cunradus* quidem Rex cum immensis copiis, quas secum habebat, per *Vngariam* versus *Constantinopolim* iter faciens a Rege *Græcorum* magnifice suscipitur, regiis muneribus honoratur; sed ultra paululum progressus, ob difficultatem locorum atque penuriam reverti statuit, sed interim insidiis & incursionibus paganorum plurimos suorum amisit, & reliquis eorum ex maxima parte, secundum *Ezechielis* vel *Jeremiæ* prophetiam, pestilentia ac fame diversarumque mortium genere peremptis, cum parte exercitus, quæ remanserat, *Constantinopolim* se fiebiliter recepit. Inde Regi *Græcorum* pro tempore supplices preces obtulit, cujus conductu cum paucis sepulchrum Domini, reliquis in diversa dispersis, adiit, sed ubivis gentium nihil prosperum aut honoris pro Teutonici nominis vel imperiali dignitate consecutus, post duos semis annos cum nimia pro dolor! tam Romani regni quam Christiani nominis ignominia, in partes *Germaniæ* revertitur. Eclipsis solis VII. Cal. Novembr. hora diei tertia facta est usque ad sextam; ipso anno *Jerosolymita-*
- næ profectionis ipsaque die *Cunradi* Regis Christiani exercitus retrocessionis, *Bernhardique* Comitis de *Saxonia* aliorumque plurimorum ibidem interfectionis. Dedicatum est monasterium Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in *Erphesfurd* XVI. Calend. Julii ab *Heinrico* Archiepisc. Mogontino & *Sigefrido* Episcopo *Wirceburgensi*, *Ditmaro* *Ferdensi* *Gebehardo* *Dichstaden*si, transactis XLIII. annis a fundatione ejusdem monasterii. Eodem anno *Wernberus* Abbas *Erphesfurdensis* obiit, cui *Gelfradus* ejusdem cœnobia monachus successit.
1147. Anno MCXLVIII. Pro *Cicenis* Episcopus ab *Jerosolymis* revertens cum multis aliis naufragio periit, pro quo *Wicmannus*; *Cunradi* Marchionis sororis filius constituitur.
1148. Anno MCXLIX. *Cunradus* Rex ab *Jerosolymis* revertitur. *Buggo* *Wormaciensis* Episcopus obiit. *Otto* Comes captus ab *Hermanno* Palatino Comite & detentus ab eo in custodia obiit. *Lampertus* Comes de *Thuringia* obiit.
1149. Anno MCL. *Sigefridus* Episcopus *Wirceburgensis* obiit, pro quo *Gebehardus* constituitur. Hyems dura ac diurna, adeo ut plerosque vis algoris extingueret, & apum atque pecorum maxima pars deperiret.
1150. Anno MCLI. Fames valida & pestilentia hominum. *Cunradus* Rex venit *Erphesfurd.*
1151. Anno MCLII. *Ernstus* Comes de *Thuringia* obiit. *Hermannus* Comes de *Wincinburg* in eodem castro a suis hominibus una cum conjugē fiebiliter occiditur. In mense *Januario* magna inundatio aquæ fuit in partibus *Reni*. *Conradus* Rex XVI. Calend. Martii rebus humanis excessit, eique *Babenberg* Regum more funebria expleantur ac sepelitur. Cujus loco fratruelis ejus *Fridericus Suevorum* Dux *Media Quadragesima Franckensfurd* rerum summam suscipiens in *Regem* eligitur & *Aquisgrani* die *Palmarum* regali benedictione sublimatur. *Fridericus* Rex Pentecosten curiam suam habuit *Merseburg*, quo Rex *Danorum* cum regiis muneribus veniens regnum ab eo suscepit. Ubi etiam gravis discordia inter *Heinricum Saxonum* Ducem & *Adelbertum* Marchionem oritur, quibus inter se hostiliter postea dimicantibus, opulentissima villa *Ostertrosb* miræ pulchritudinis, ædificium in *Lutrede*, pleraque castella ac villæ quamplurimæ devastantur, O Sancte *Jeronyme* succurre! *Fridericus* Rex venit in *Erphesfurd*.
1152. Anno MCLIII. Rex curiam in octava Pentecosten cum duobus Cardinalibus *Gregorio* ac *Bernbardo* magnoque conventu Abbatum ac Præpositorum Mogontiensis Archiepiscopus apud *Wormatiam* habuit, ibique *Heinricum* Mogontinum Antistitem deposuit, eique *Arnoldum* tunc temporis Cancellarium subrogavit. *Eugenius* Papa obiit, pro quo *Anastasius*, qui & *Cunradus*, *Sabinensis* Episcopus constituitur. *Heinricus* Episcopatū privatus obiit & *Babenbergæ* sepelitur. Signum in sole apparuit VII. Calend. Februarii eo modo.

1154. *Coronatio Barbarossa.* Anno MCLIII. *Anastasius* Papa obiit, pro quo *Adrianus*. *Fridericus* Rex *Italiam* cum exercitu venit sibi que rebelles illis in partibus bellando subegit, indeque *Romam* victor ingressus a Papa *Adriano* apud S. Petrum imperiali benedictione sublimatur, ac *Romanorum* quamplurimis armis conflictando interfectis, apud *Veronam* quoque in redeundo transitu inhibitus ad clusas, adversæ partis Principibus laqueo suspensus, ferro sibi ad propria iter aperuit. Magna inundatio aquæ fuit.
- Eodem anno XII. Calend. Maji inventus est A. S. *Adelarius* & VII. Calend. Augusti S. *Eobanus* in monasterio S. Mariæ Virg. *Erfordia*.
1155. Anno MCLV. Imperator ab *Italia* revertitur. Bellum fuit inter Episcopum *Arnoldum* & *Hermannum* Palatinum, sed *Arnoldus* terga vertit.
1156. Anno MCLVI. *Heinricus* Dux *Saxonum* congregato exercitu perrexit in *Fresiam* & vix evalit. *Hermannus* Palatinus Comes obiit.
1157. Anno MCLVII. Imperator cum exercitu congregato *Longobardiam* proficiscitur, *Mediolanum* ab eo obsidetur, & post multos conflictus, civibus tandem in deditioem susceptis, exercitum dimisit, sed ipse cum parte ejusdem exercitus in eadem provincia remansit. *Conradus* Marchio obiit.
1159. *Imperatrix ira in Mediolanenses.* Anno MCLIX. *Gebehardus* Wirceburgensis Episcopus obiit. *Mediolanenses* rupto foedere, legatos Imperatoris multis injuriis affecerunt, ejusque contra se indignationem, obsidium, quos dederant, salute neglecta, provocaverunt. Rex itaque in ultionem imperialis injuriæ, revocatis Principibus Teutonicis, castrum quoddam *Mediolanensium*, arte ac loco munitissimum, armis, viris omnique bellico apparatu opulentum, *Cremam* nomine obsedit, quod tandem post crebros conflictus cum utriusque partis militum internecone plurimorum cepit, & civibus regali clementia salute concessa, castrum ipsum ad solum usque dirui præcepit. *Adrianus* Papa obiit. *Heinricus*, Dux Saxonicus auxilium contra *Mediolanenses* Imperatori præbiturus, perrexit, in, cujus expeditione *Fridericus* Comes de *Bichelingin* interfectus obiit.
1160. Anno MCLX. *Adriano* Papa Calen. Sept. defuncto, duo Pontifices *Ostavianus* videlicet ac *Rulandus*, qui & *Alexander*, Cardinalium Romanorumque discidio simul eliguntur, constituuntur & consecrantur. Unde ad curiam imo ad synodum III. Nonas Febr. imperiali edicto *Papæ* celebrandam ambo vocati. *Rulando* regis voluntatis non pascio, sui præsentiam subtrahente, *Ostavianus* præsens a præsentibus Apostolicus appellatur & confirmatur. *Alexander* etiam a suæ partis fautoribus quamplurimis apud *Angiam* *Apuliæ* civitatem item pro Apostolico celebratur. *Arnoldus* Archiepiscopus a *Mogontinis* civitate fugatur, & secedens in *Thuringiam*, collecta militari manu non modica, quasi armis civitatem capturus atque meritis poenas præsumptoribus irrogaturus revertitur. Quem cives apud S. Jacobum VIII. Calend. Julii, antequam ejus partis frequentes armati convenissent, cum paucis repertum, incenso monasterio, gladio peremerunt, ac pedibus de Ecclesia protractum in platea indigno ac miserabili spectaculo nudum reliquerunt. *Vadricus* Halberstadenensis Episcopus neque legitime accusatus, neque canonice auditus vel dijudicatus, pro libitu *Heinrici* Ducis a Cardinali G. deponitur absens, & *Gero* Decanus loco ejus subrogatur. (*) Principum Episcoporumque conventus VIII. Calend. Augusti super regni negotiis *Erfordia* celebratur, ubi *Moguntinenses* immanis facinoris rei, *extinctione luminum*, ut par fuit, execrantur & communione privantur. Qui tam gravem sui casus damnationem parvi pendentes vel potius dissimulantes, *Rudolfum*, *Bercholdi* Ducis germanum, sibi Præfulem elegerunt, quo contra *Conradum* Palatinum ac *Ludwigum* Landgravius III. Cal. Novembr. apud *Franckensurd*, suffraganeorum Episcoporum ac Treverensis, Legati Apostolici non præsentia, immo legatione freti, *Cristanum* Merseburgensem Præpositum, paucis arbitris, Episcopum constituerunt. Hinc partium seditio exoritur, rerum facies contra bonum & æquum variatur, dum laycorum pro arbitrio ecclesiastica disponuntur, potentum quorundam violentia Episcopium incursatur, evisceratur, devastatur. *Sizo* Comes de *Thuringia* obiit.
- Anno MCLXI. apud *Laudam* civitatem XII. Cal. Junii *Victor* Papa generali habita synodo, præsentate Imperatore *Friderico*, *Rudolfum* Moguntinum electum & *Cristanum* super electum, utrosque ecclesiastica censura deposuit ac *Conradum*, *Ottonis* Noricorum Palatini Comitum germanum præfatæ sedi intronizavit. Grando & tempestas magna in pluribus locis fuit. *Bercholdus* Cicensis Episcopus obiit, cui *Vro* successit.
- Anno MCLXII. *Mediolanenses* Regis & Italici atque Teutonici exercitus obsidione jam quadriennio arctati, post multa & præclara militaris audaciæ facinora, tandem peracti malorum & inedia magis quam armis devicti, manus Imperatori tradunt supplices, Regiæ potestati se suaque omnia dedentes. Optimatibus igitur ac populo in deditioem susceptis, Rex civitatem cum victricibus aquilis ac grandi multitudine circa Palmas ingreditur,

(*) In antiquiori Chron. Erfurd. Principes & Episcopi nominantur: *Trevirenses* A. Ep. & *Renoldus* *Coloniensis* Electus, *Wichmannus* *Magdeb.* A. Ep. *Eberhardus* *Babenberg.* Episcopus, *Merseburgensis*, *Circensis*, *Misnienfis* Episcopi. *Heinricus* Dux *Saxonum*; *Fridericus* Dux *Suevorum*, *Ludewigus* *Provincialis* Comes, *Conradus* *Palatinus* Comes, *Adelbertus* *Marchio*, *Orro* *Marchio* alique plures. Dicuntur ibi etiam in expeditionem pro auxilio Imperatoris contra *Mediolanenses* conjurasse.

1162. Mediolani everso. greditur, & civibus salute omnique suppellectile concessa, eo jubente, valli complanantur, muri, turres omniſque munitio destruitur, cætera ædificia, excepta matrice Ecclesia ac reliquis Ecclesiis voraci flamma consumuntur, & civitas opulentissima a Remo & Romulo primo quidem coepta sed a Gallis Senonibus, qui antiquissimis temporibus Duce Brennone cum trecentis milibus patriam ingressi fuerant, post sui Ducis interitum, perfecta, quæ multis retro seculis singulari feritate ut apertæ de silva cuncta longe lateque depopulabatur, demum coelestem experta vindictam, Friderici Regis manu gravissima, ac si lanigerum pecus, dilaniatur terræ funditus coarquatur. Futurorum eventus per omen & nomen ipsius civitatis, ut in Historiis legimus, his olim prænotatus fuerat verbis:

Sus fuit inventus, quo fuit [sorte: posuit] castra juvenus.

IN MEDIO TERGO LANAM TIVLIT, accidit ergo,

Nomen ut aptarent MEDIOLANVM que vocarent.

Fames valida. Gero Episcopus ossa SS. Gervalii & Prothasii de Mediolano transtulit Halberstad. Succurre Sanctissime Jeronime!

1163. Marii Moguntie diruntur. Anno MCLXIII. Imperator Italia revertitur & circa Purificationem S. Mariæ Principum frequentia apud Wirzburg excipitur, ac post Paschalem solennitatem Mogontiam cum magno terrore ingressus curiam suam ibidem habuit, civibusque timore in diversa fugatis, murum in circuitu omnesque munitiones civitatis funditus destrui præcepit. Nimia aquarum inundatio Calend. Sept. ex ingenti ac repentino nimbo facta est, adeo ut plurimæ domus ac ædificia cum habitatoribus ac jumentis omnique suppellectili aquarum impetu in præceps raperentur, multique hominum aqua vesti longiusque portati postea reperirentur. Victor Papa, qui & Octavianus, obiit, pro quo Paschalis, qui & Guido. Imperator sumto Cunrado Mogontino Electo & aliquantis Principibus, rursus Italiam ingreditur.

1164. Anno MCLXIII. Imperator de Italia revertitur. Mogontinus Electus orationis causa in Hispaniam profectus, in redeundo Rulando, qui & Alexander, juramento se obligavit.

1165. Vastatio Diœcesis Moguntina. Anno MCLXV. Cunradus Mogontinus Electus ob jusjurandum, quo se Rulando obligaverat, cum averti non valeret, ab Imperatore Episcopatu est privatus. Nec mora, maxima clades oppressit Episcopatum, destructis castellis Rustiberg, Horburg, Amanaburg, Bingen, subverso etiam muro Erfordie a Ludwigo Comite Provinciali. Heinricus Wirzburgensis Episcopus obiit, pro quo Heroldus.

1166. Anno MCLXVI. Abundantia magna frumenti & vini. Rursus Imperator Italiam ingreditur. Cunrado Mogontino Electo ab Imperatore deposito, per biennium Ecclesia

vacante, Cbrifanus in Franckenfurd primo electus reponitur. Imperator dum in Anthonitana esset civitate, Mogontinus & Coloniensis Archiepiscopi, regia manu cum Romanis bellum commiserunt, & paucis Teutonicorum interfectis, primo quidem die proelio victi cesserunt. Tum vero nocte proxima ante lucani surgentes Romanos de priori victoria elatos, deque suorum multitudine securos, armis repente invaserunt, & ad tria circiter millia virorum duosque Cardinales occiderunt, captivorumque septem, ut dicitur, milia ceperunt. Quo feroci impetu Romanam quoque aggressi civitatem januas Ecclesiarum S. Dei genetricis Mariæ ad gradus Sanctique Petri Apostolorum Principis securibus exciderunt, ipsasque Ecclesias igne succenderunt. Romanos, qui pro locorum tuitione vel munitione intus refugerant, gladiis peremerunt, altaria sanguine aspersa, nihil pietati, nihil proci dolor religioni delatum. His audacter patris, Papa Paschalis altaria, quasi sub Alexandro Papa polluta destruere & actutum nova reedificare, consecrationes Episcoporum & abbatum facere fasque nefasque per omnia confundere. Sed Deus ab alto cuncta prospectans, injuriam summi Regis genitrici ejusque Vicario B. Petro illatam nequaquam tulit impune. Extemplo siquidem nebula quædam pestilens ac foecida totum pene exercitum ataminavit, primoque Coloniensem Archiepiscop. compluresque Episcoporum, Duces ac quosque in exercitu præpotentes, inficiens sine mora extinxit, eademque mortifera lues Regem quasi vincabundum cum reliquis recedentem profecuta, nunc hos nunc illos, & illos diversis in locis, miro divinæ ultionis judicio, cuique migro quodam carectere inter scapulas apparente, exanimavit. Huc accessit, quod Mediolanenses, qui post suæ excidium civitatis quatuor oppida per quatuor plagas imperiali edicto fecerant, sed post quadriennium, inclita sibi recalescente superbia, vel animositate, a Rege defecerunt, quatuor itidem civitatibus in unum collectis vetus Mediolanum refecerant, Imperatorem, annitentibus reliquis Italicis per insidias infecuti, nonnullos regalium satellitum occiderunt, pluresque captivos abduxerunt, ipsumque Imperatorem contra regie majestatis honorem ac pristinæ virtutis insigne Italia tandem excedere Alpesque transcendere compulerunt. Heinricus Bajoaria Dux ac Saxonum, Imperatore in Italia moram faciente, contra Ludwicum Ladgravium reliquosque Saxonum Principes monocerotis in morem, solus cum suis per biennium fere præliabatur, & nec sacræ observationis tempora jurandi, nec pacis ab eo conditio servabatur, sed Tisiphone ubivis gentium hac & illac debacchante, incendiis, rapinis, castellorum obpugnationibus, membrorum obtruncatione, nonnullorum etiam peremptione tota Saxonia atque Thuringia non parvo tempore vexabatur, adeo ut mala res & peior spes metu percelleret.

1166.

Pælium cum Romanis.

Roma clades.

Mediolanensium rebellio.

1166. leret omnes tam clericos & monachos quam seculares.

1167. Anno MCLXVII. Imperator de Italia reversus *Pbilippum* Cancellarium Colonienſi Eccleſiæ præfecit Antiftitem pro *Reinoldo*, viro ſane bellicis rebus apto, per quem ſic eadem Colonienſis Eccleſia ſublimata fuerat, ut trium Evangelicorum majorum corpora poſt deſtructionem Mediolanenſis urbis eo tranſtulerit. *Hermannus* Abbas Fuldenſis obiit, pro quo *Burchardus* Herveldenſis Abbas conſtituitur. Abbatiam Herveldenſem *Williboldus* obtinuit, qui ſe jam dudum abdicaverat. *Paschalis* Papa obiit, pro quo *Calixtus*, qui & *Johannes*, Albanienſis Epifcopus ab Imperatore conſtituitur.

1168. Anno MCLXVIII. *Rudolbus*, quem *Mogontini* poſt necem *Arnoldi* Epifcopum elegerant, cum apud *Alexandrum*, qui & *Rolandus*, diu exuſſet, in gratiam Imperatoris rediit, a quo Leodiienſi Eccleſiæ eſt præfectus Epifcopus. Murus *Erfordiae* reſtauratur.

1069. Anno MCLXIX. *Hardwigus* Parmenſis Epifcopus obiit, cui *Baldeuinus* ſucceſſit. *Hermannus* Hildesheimenſis Epifcopus *Jeroſolimam* profectus in redeundo beato ſine quievit. Hic cum *Heinrico* Duce jam pridem diſceptaverat pro tyrannide, quam in Epifcopatu exercebat. Succellit ei præpoſitus Goſtarienſis.

1170. Pax inter *Henricum & Saxoniae Principes*. Anno MCLXX. Imperator in Nativitate S. Johannis Bapt. habito generali conventu *Erpburdiae* *Heinricum* Ducem aliosque Principes *Saxoniae*, jamdiu inter ſe diſidentes, pacificavit; & ſic terra aliquanto tempore quievit. *Erneſtus* Comes ab hoſtibus circumventus & in cuſtodia detentus incertum magis zelo juſtitiae an livoris, capite plectitur. *Adelbertus* Marchio obiit. Item *Gerungus* Miſnenſis Epifcopus obiit, cui *Martinus* ejusdem Eccleſiæ Canonicus ſucceſſit.

1171. Anno MCLXXI. *Criſtanus* Mogontinus legatione functus Imperatoris, de *Conſtanti-nopoli* reverſus plures Sanctorum reliquias detulit. *Johannes* Merſeburg. Epifcopus obiit, cui *Eberhardus* ſucceſſit. Succurrit S. Jeronyme!

1172. Expeditione Polonica. Anno MCLXXII. Ventus vehemens circa Nativitatem Domini exitit, adeo ut plerisque in locis moenia non parum læſerit. Apud *Polenos* ſimulatio quædam, Duce *Mefſchone* quodam, exoritur, unde Imperator coadunato exercitu eo contendit. Qui cum fines *Polenorum* intraret, prædictus *Mefſcho* obviam ei veniens dextras petiit & accepit, multatus non parva pecunia. Deinde reverſis de expeditione Principibus, *Ludwigus* Provincialis Comes *Tburingiæ* diem clauſit extremum, cujus filius L. & nomen & principatum patris obtinuit. *Gelphradus* Abbas *Erphesfordenſis* obiit, ſub quo eadem eccleſia multis calamitatibus ſubjacuit. Succellit autem ei *Peregrinus* ejusdem coenobii monachus.

1173. Anno MCLXXIII. *Ladislauſ* Rex *Bohemiae*

principatum perdidit, ſuſcepit principatum *Vdalricus*, qui multos annos in captivitate ſub eodem Rege exegerat.

Anno MCLXXIII. Imperator Nativitatem Domini *Erfordiae* celebravit, ubi *Willimaro* Brandenburgenſi Epifcopo deſuncto *Sigefridum* filium *Adelberti* Marchionis ſubſtituit. Hoc anno & aſſiduitate ventorum æſtas ſcorto calore caruit, unde & vinum ſeu frumentum multis in locis perit autumnali etiam tempore, aſſiduitate imbrium & iſtantia ventorum facta eſt aquarum inundatio non modica. Imperator, collecto exercitu, iterum *Italiam* petiit.

Anno MCLXXV. *Williboldus* Abbas Herveldenſis obiit, cui *Adolſus* ejusdem monaſterii monachus ſubſtituitur. Æſtatis quoque ſiccitas magna fuit, fertur etiam quod flumina quædam ſint conſumpta. Flammarum violentia diverſis in locis non parvam intulit cladem. Vnde & civitas *Erfordiae* cum ponte & quibusdam Sanctorum Eccleſiis V. Nonas Julii magna ex parte igne conflagrata eſt.

Anno MCLXXVI. *Hermannus* Comes de *Orlamunde* obiit. Imperatore III. Calend. Junii iter verſus *Papiam* agente, ex improviſo *Mediolanenſium* circumventus inſidiis, parva manu cum immenſa eorum multitudine confluxit, & omni pene comœatu perdit, paucis etiam ſuorum interfectis, captis vero nonnullis, ipſe ſtrenui militis & boni Imperatoris loco ingentes adverſæ partis copias gladio proſtravit. Demum ſole jam declivo pugnando fatigatus & hoſtium multitudine non industria ſuperatus, fugæ præſidio vita ſervatur & *Cumam* inde profectus fuerat, cum ſuis vita vix comite revertitur. Hoc anno XIII. Calend. Novemb. eclipſis lunæ fuit, cum eſſet luna XIII. *Burchardus* Abbas Fuldenſis obiit.

Anno MCLXXVII. *Ruggerus* Fuldenſis Abbas obiit. Feſto S. Jacobi apud *Veneciam*, mediante *Criſtano* Mogontinenſi Archiepifcopo Imperator & Papa poſt XVIII. annos diſcidii reconciliantur, abdicato Regis communitia *Calixto*, *Alexander* Papa habetur, e-diſta mutantur Imperator cum Papa pacificatur, ut ait Comicus; quod dictum non dictum, quod factum inſectum eſt, illicito prius conjugio licenter abutitur. *Vdalricus* Halberſtadenſis Epifcopus, depoſito *Gerone*, reponitur. *Criſtanus* Mogontinus Archiepifc. confirmatur, ejus prædeceſſor *Cumradus* adhuc ſuperſtes, depulſo *Adelberto* Saltzburgenſi Epifcopo, illius cathedræ introniſatur, ordinationes vel conſecrationes prius ſuperpoſitorum Epifcoporum caſſantur, Imperiali edicto ac ſenatus conſulto pax in VII. annos conſtituitur. Synodus ſequenti anno in Dominica Sexageſimæ ibidem, id eſt, apud *Veneciam* cum diverſarum provinciarum Epifcopis atque Abbatibus generaliter ac celeberrime habenda, apoſtolica auctoritate indicitur. *Erpbordenſes* conſilio & auxilio Comitum *Erwini* & Comitum *Heinrici* quodam te-

1173.

1174.

1275.

1176.

Periculum Imperatoris a Mediolanenſibus.

1177.

Friderici Barbar. & lupæ reconciliationis.

Erpbordenſes inſinſtibile Landgraviſe opponunt.

1177. temerario ausu *Ludewico* inclito Provinciali se opponunt, & quæque ad eum spectantia, civitati adjacentia, quantum licuit, devastant & incendunt. Ob quam præsumptionem idem Princeps in ira permotus tria castella prædicti *Henrici* Comitis in brevi oppugnans destruxit. Imperator de *Italia* revertitur.
1178. Anno MCLXXVIII. redivivum denuo incendium *Erbordie* cladem magnam XII. Calend. Maji intulit. *Adelbertus* Palatinus Comes *Saxoniæ* hæredum expers obiit. *Hymens* diuturna, adeo ut a XII. Calend. Novembris usque in mediam Quadragesimam ferme duraverat.
1179. Anno MCLXXIX. mense Augusti XIII. Calend. Sept. noctu luna Eclipsin patitur, die vero circulus purpureus circa solem videbatur. Hoc in tempore dissensio gravis inter *Henricum* Ducem *Bajoariæ* & *Saxoniæ* & alios quosdam Principes, præcipue tamen Colonensem & Halberstadensem Episcopos exoritur, quæ brevi tantum excrevit, ut Dux res Ecclesiæ Colonensis tam igne quam depopulatione non parum attenuaverit. Sed & Episcopus (*) cum copiosa multitudine fines attingens *Saxoniæ* oppida quamplurima & civitates, præfato Principe ad munitiora decedente, incendiando & destruendo terræ funditus coæquavit. Sed tandem mediante *Wichmanno* Magdeb. Archipræsule ultra digredi delistens dextras dedit & accepit, sicque cum honore ad propria rediit. *Gero* quondam Halberstadenlis Episcopus quasdam possessiones *Henrico* Duci in beneficium dedit, quas nunc *Vdalricus* Episcopus a Duce sub excommunicationis verbo exigebat, affirmans, quod Episcopus ille superpositus quicquid egerit tempore discidii, irritum fuerit. Quæ lis adeo incanduit, ut homines Ducis coadunati urbem illam *Halberstad* toto regno nominatam aggredientes, expugnaverint, Ecclesiam majorem cum multis tam clericorum quam laicorum & aliis Sanctorum Ecclesiis cremaverint. Postremo cremata civitate, destructa urbe, multis occisis, pluribus captis, ipsum *Vdalricum* Episcopum abducentes captivum Duci tradiderunt. De tanta calamitate commoti Principes tam pro his quam pro aliis excessibus aures Imperatoris adversus Ducem crebris querimoniis pulsabant. Unde Dux nec ab ipsis Legatis Imperatoris temperasset, iram Majestatis incurrit. Imperator curiam suam *Wormatiæ* in Epiphania Domini, dehinc apud *Sels* circa Paschalem festivitatem itemque in *Magdeburg* in Natali S. Johannis Bapt. habuit. Magna Synodus cum universarum provincialium Episcopis & Abbatibus in Lateranis, mediante Quadragesima sub Papa *Alexandro* celebratur. Eodem tempore *Cristianus*, Moguntinus Archiep. a Romanis civibus quos sæpe molestaverat, in quodam castro, quod est prope *Romam*, requiritur, castrumque & clerus, qui in ipso erant,

(*) Ad an. 1179. ita legitur in Chron. antiquiori Erfurd. *Philippus* Colon. Archiep. pro injuria, quam sibi Dux *Saxoniæ* & *Bavariæ* *Henricus* jam sæpius intulerat, secundo armata manu paucis siquidem equitibus sed pluribus indisciplinatis peditibus terram ejus invadens, oppida & civitates quamplurimas nimis atrociter devastavit & incendit, quodque magis abhorrendum est, Ecclesiæ & Monasteria temerario ausu hætenusque inaudito, ipso utique, ut credi fas est, invito, a suis concremantur & virgines Xsto dicatæ nefandum dictu impudenter desolantur, & ita captivè abducuntur. His ita peractis, castellum *Haldislebe*, annitentibus *Saxonum* Principibus & *Ludewigo* Landgravio, cui eatenus Dux idem nil sinistra suspicabatur, hortatu improbo ad se in id ipsum illecto, præfatus Antistes aliquandiu obsedit. Sed rigore brumali præpediente, labili fortunæ obice, infecto negotio, cum honore mediocri, ut par fuit, ad sua rediit. Quam tempestatem & alia factio, cunctis fidelibus dolenda, occulto Dei judicio subsequuta est. Colonensi namque Archiep. ad propria reverso, Dux memoratus *Vdalricum* Halberstadensem Præsulem, utpote totius injuriæ suæ seu contumeliæ inventorem, & qui se pridem anathematizaverat, furibundus omnibus modis passim infestabat, sanguisque sanguine tangitur, dum peccatum peccato cumulat. Denique sui furis agitati inter alia prædictam civitatem Halberstadensem, civibus in diversa fugatis, oppugnando fatigatis, civitatem capiunt, cunctaque loci ejusdem ædificia mœrendum relatu! cum ipsa matri Ecclesia Prothomartyris Xsti honori dedicata, reliquisque Ecclesiis voraci flamma prohodol! consumpserit, in quibus & homines, qui pro locorum tuitione inter . . . confugerant, plures, ut dicitur, octingentis promiscui sexus & ætatis, nec non & ordinis flebiliter interiire. His audacter patrat, Pontifex memoratus cum quibusdam Canonicis captivatur, & apud principem prætitulatum, quod eundem anathematis vinculo enodavit, cum suis in custodia detinetur, dehinc ab ipsis muneribus aliquantisper honoratus ab sua rediit, & eodem anno jam grandævus vita decessit, pro quo *Diericus* constituitur.

Anno MCLXXX, Imperatore curiam suam circa Epiphania Domini apud *Wirceburg* habente, *Henricus* *Saxonum* ac *Noricorum* hætenus Ducatu potens & famosissimus inter regni Primates, evidentibus indicibus Romani agnitus hostis imperii, præsentia suam regie majestati jam diu animose subtrahens, velut improbus multarum invafor Ecclesiar. & violentus ubique oppressor Christi pauperum, ex sententia Imperatoris & unanimi consensu Episcop. seu principum suis omnibus abdicatus, cunctis prosequendum proscribitur, & *Saxoniæ* Ducatus eidem secundum censuram præsentium ablati, *Bernhardo* Comiti in præfenti solenniter addicitur. Principalis Comes *Ludewicus* in militariibus nostræ ætate strenuissimus, & bene audens, Domini Imperatoris, avunculi vid. sui jussu & Colon. A. Episcopi cæterorumque Principum rogatu conditum sædus præfato Duci refragans, fines ejus bellica manu attingit villasque non paucas pro lubitu Imperatoris devastavit & incendit. Deinde Ducem eundem copia militari vallatum in *Thuringiam* secedentem e vestigio subsequitur, terramque suæ ditionis, ab eodem incendiis, rapinis, subversionibus jam pene desolatam, dum conferto certamine armis conaretur defendere, suis enerviter terga vertentibus, ipse cum paucis fortiter faciens, & ut ita dixerimus, velut quondam ille *Machabæus*, gloriæ suæ fugiendo crimen inferre nollens, contra præfate virtutis insignè & crebræ gloriæ, quibus citra Alpes & hæc terra sæpenumero claruit, miles emeritus multitudo (non) industria hostium superatus cum germano suo Comite videl. *Hermanno* aliisque pluribus, nec non quibusdam utrobique interfecit, abducitur ne captivus, non tantum *Thuringia* ino. toti resp. trilitiam relinquens de sua merito dolenda captione. *Henricus* Comes, *Ludewici* Landgravii germanus anno eodem obiit. Imperator querimoniæ super Ducis intollerabili animositate satisfaciens *Saxoniam* cum exercitu ingrediens urbem antiquam *Herrisburgk* dicta cum aliis quatuor ab ejusdem offensam Ducis reedificari præcepit, sicque pace usque Pentecosten composita, greges turmarum, qui secum fuerant, abire permisit, illius quibusdam ca-

1179.

erant, sub specie ipsius igne crematur, inter quos Abbas de *Hafungen* & Prapolutus de *Eridislaro* interierunt. Idem vero Antistes in alio castro latitans, fortuna sibi solito favente, periculum mortis evasit. XI. Calend. Augusti tempestas valida & grando insolita, ita ut non tantum fruges in plerisque partibus interirent, verum & arbores in quibusdam locis, foliis & ramis magnitudine grandinis lapidum penitus vastarentur.

1180.

Henricus Leo impugatur & vincit.

Anno MCLXXX. *Sigefridus* Brandenburg. Episcopus ab Imperatore Parmensi Ecclesie præficitur, ubi & ante plures annos electus fuerat. *Berehtoldus* vero Parmensis Ecclesie Electus Merensis Ecclesie Pontificatu donatur. Principes coadunato exercitu oppidum Ducis *Haltisleiben* obsident, expugnant, destruunt, ipse quoque Dux non modicas clades eis inferebat, unde & villam regiam *Northusiu* incendit, inde hostili manu *Thuringiam* ingressus incendio multa devastans *Milibusen* villam regiam adiit, cepit & incendit. *Ludewigus* Provincialis, qui *Goslarie* ab avunculo suo Imperatore obtuicionem directus fuerat, audito tam grandis famæ nuntio, concitus advenit, collectaque, quanta pro tempore poterat, multitudine Ducem jam abeuntem insequi statuit, congressusque cum eo in ipso confinio *Thuringie*, dum inconsulte bellum geritur, multos suorum perdidit. Itaque pridie Idus Maji multis utrinque interfectis, ipse Provincialis Comes *Lodewigus* cum germano suo *Hermanno* multisque aliis captivis abducitur.

Cristianus Mogontinus, dum diu in Italia moratur, circumventus infidiis Marchionis de *Monteferrata* capitur & diu sub arta custodia detinetur. *Vdalricus* Halberstadenlis Episcopus, prout poterat, de Ducis captivitate absolutus, post non multum temporis obiit, cui *Theodericus* successit. *Hugo* etiam Fardensis Episcopus obiit, cui *Tammo* successit. *Adolfus* Herueldensem abbatiam amisit, quam *Sigefridus* Abbas in *Niumburg* ob-

tinuit. *Henricus* Comes frater *Ludewici* Landgravii obiit.

Anno MCLXXXI. (***) Imperator Nativitatem Domini *Ersfordie* celebravit. Unde digrediens, expeditionem generalem totius regni Principibus contra *Henricum* Ducem usque Pentecosten indixit. Huic cum Imperator vel profapia nobilissimo ac inter omnes regni Primates opum gloria præstantissimo multas inducias, plures regales curias pro illatis regno & Principibus injuriis responsuro demandasset, illo præsentiam sui subtrahente, utroque Ducatu abdicatur, beneficiorum ac omnium facultatum expers dijudicatur. Ducatum *Bajoarie* *Otto* Palatinus, *Noricorum* suscepit germanus *Cunradi* Salczburgenlis Episcopi, Palatini vero dignitatem frater & æquivocus ejus obtinuit, beneficia per plura, quæ Dux habuerat, Ecclesie receperunt. Igitur Imperator, sicut instituerat, post Pentecosten multa stipatus militum ac Principum fortitudine, *Saxoniam* ingreditur, statimque omnibus, quæ Ducis erant, deditioi ejus cedentibus, absque sanguinis effusione brevi tempore victoria potitur. Repentina calamitate vir, quo nihil habuit *Germania* clarius, subito circumventus, fraude suorum, quorum fidei tam castella quam munitiones suas commiserat, absque obsidione sine congressione, singulis quæque deditioi, in gentibus copiis brevi privatur. *Cristianus* Episcopus datis pro se obsidibus captivitate absolvitur, multa pecunia redimendus. *Alexander* Papa, qui & *Rulandus*, obiit, cui *Lucius*, qui & *Humbertus*, Oltiensis Episcopus successit. *Henricus* Dux videns, se tam causa rerum quam & familiarium ope destitui, sero tandem Regiæ cedens Majestati, *Ludewigum* Provinciale Comitem & fratrem ejus *Hermannum*, captivitate absolutos Imperatoris dignitati quasi pacis mediatores direxit. Post hæc Imperator *Saxonia* cedens, generalem curiam circa festum S. Martini *Ersfordie* indi-

1180.

1181.

Sententia in Henricum Leo-

xit,

(**) In Chronico antiquiori Erfurd. Autoris coævi ita: Anno MCLXXXI. castellum Ducis *Henrici Haltisleiben* dictum a *Wicinduno* Magdaburgensi Archiep. aliisque *Saxonum* Principibus aliquandiu obsessum, Castellanis in pace dimissis, terre tandem coæquatur. Imperatore item, ut anno prior, militari copia *Saxoniam* ingrediente, omnes pene fautores Ducis ab eodem deficientes, ipsi Imperatori se suaque deditio, manus offerunt supplices, Dominumque suum solita frequentia militum deditioem, cum ob Regis timorem tum ob animi levitatem, ac relinquunt velut alienum. Quem per solitaria loca, quæ vulgo *Heide* dicuntur, cum paucis decedentem, Imperator cum suis e vestigio insequitur, fecissetque satis votis, eundem scil. apprehendo, si locorum difficultas non obstisset, quippe huic loca nota, & quanquam angusta, sive paucitati tamen aditu facilia, Regi vero minus nota siveque multitudini, quoniam & aquosa, omnino inaccessibleia. Ceterum civitatem quandam *Lubecke* appellatam potenter oppugnans, civibus in prohibitu deficientibus, fortuna sibi suisque solito arridente, in deditioem suscepit, sicque, ut imperialem decebat dignitatem, gloriose rediens in *Quiselingeburck* super negotiis regni tractaturus devenit. Dux vero præfatus in arduo se positum, durumque esse, calcitrare contra stimulum, jam nimis tarde considerans, totius in regnum infestationis conatum demisit, & Principes, eximios flores, utique, ut ita dicam, antique nobilitatis, *Ludewigum* videl. Landgravium fratremque suum Comitem *Hermannum* postea Palatinum ob Imperatoris offensam jam anno in custodia detentos, absque jactura suorum suarumque ut *Augusti* foros decebat, ipsi tunc *Goslarie* manenti honorifice remisit. Imperatoris curia circa festum S. Martini *Ersfordie* habetur, ubi Comes *Hermannus* frater *Ludewici* Landgravii, Palatinus *Saxonie* efficitur. *Saxonum* & *Bajoariorum* Dux jam crebrius nominatus, ad Imperatoris curiam sæpe numero vocatus, venire hæctenus animose refusavit. Nunc demum & sero, nimis resipiscens extremaque necessitate coactus, Imperatoris Majestati *Ersfordie* se humiliter præsentavit. Ubi, ut Episcopi cæterique Principes anno præterito *lege forensi* apud *Wirtze* interque regni Primates ad id temporis potissimus de ingentibus divitiis, duobus videl. Ducatibus, nisi duas tante civitates, quarum una *Brunnwick*, alia *Lunenburgk*, & has quidem vix & ægre, sed augustali clementia conce-

1181. xit, ubi idem *Heinricus*, accepta copia tutorum veniendi, ducatu *Wigmanni* Magdeb. Episcopi veniens regali clementiæ se dedit. Inde Principum iudicio, quorum frequens sibi multitudo aderat, Teutonico regno cedere decernitur, donec ab Imperatore revocetur; cessionis tempus festum S. Jacobi designatur. Ibi *Hermannus* frater *Ludewici* Provincialis Comitis, Palatinus *Saxonie* constituitur, germano ipsius eodem principatu ultro se abdicante. Ducatum namque *Saxonie* Imperator *Bernbardo* Comiti de *Anbalde*, germano *Sigefridi* Parmensis Episcopi, partem vero ejusdem Ducatus trans *Wifaram* *Pbilippo* Colonienfi Episcopo in beneficiaverat. Inde pace ubique indicta, singuli ad sua cum gaudio revertuntur.
1182. Anno MCLXXXII. *Reinboto* Comes de *Bischelingin* obiit. *Heinricus* quondam Dux pertacius quandoque malorum, secundum edictum imperiale regno Teutonico cedens apud generum suum Regem *Anglie* exulat. O. S. Jeronime subveni!
1183. Anno MCLXXXIII. *Otto*, cui Imperator Ducatum *Bajoariæ* commiserat, obiit, filius vero ejus *Ludewigus* admodum puer Ducatum per gratiam Imperatoris obtinuit, summa autem rerum apud patruos ipsius *Cunradum* scil. Salczbergensem Episcopum & *Ottoviem* Palatinum *Noricorum*, dum ipse adolescentiæ attingeret metas, remansit. *Cristianus* Mogontinus eductis jam annis XII. in *Italia*, diem clausit extremum, vir facie consiliis, eloquentia & bellicis apparatus apprimis & elegans. Quo mense Augusto defuncto, *Cunradus* Salczbürgensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, antiquæ suæ sedi Mogontinæ scil. Ecclesiæ restituitur. *Adelbertus* vero jam pridem depulsus Salczbürgensi Ecclesiæ præponitur.
1184. Anno MCLXXXIII. verno tempore ventus vehemens & assiduus magnam cladem intulit ita, ut non solum semina verum ipsam quoque terram, cui injecta erant, trajiceret. Imperator *Penthecosten* maximo sumptu cum totius regni Primatibus secus *Mogontia* celebravit, ubi & duo ejus filii *Cunradus*, quem Ducem *Sueviæ* constituerat, & *Heinricus*, cui regni gubernacula disposuerat, sacramentis militaribus implicantur. Ibi cum prædictus Dux *Heinricus*, patrocinate *Cunrado* Mogontino affuisset, nihil clementiæ regalis obtinuit, ubi etiam sinistro casu res accidit valde notabilis. Basilica eximio cultu de lignis erat constructa, in qua cum ipso S. die *Penthecostes* divina mysteria fuissent celebrata, ante solis occasum repentino turbine tota corruit & quosdam vulgi introrsum manentes extinxit. Peracta solennitate, Imperator filium suum *Heinricum* Regem in *Poleniam* cum exercitu destinavit. *Cunradum* vero Ducem *Sueviæ* cum *Pbilippo* Colonienfi & aliis multis contra Regem *Francia* direxit. Sed *Colonienfis*, non expectata suorum frequentia, partes *Francia* intravit, ubi non sine clade suorum terga vertit. *Heinricus* Rex
- Poleniam* iturus *Erfordiam* divertit, ubi *Cunradum* Moguntinum & *Ludwigum* Provinciale ob illatam Episcopatu cladem graviter inter se dissidentes invenit. Inter quos pacem reformare studens, dum in coenaculo vallatus multis resideret, repente pavimento disrupto, plures in cloacam subtus latitantem ceciderunt, quorum alii vix educti, alii in coeno sunt suffocati. Ibi *Fridericus* Comes de *Abinberc*, *Heinricus* Comes *Tburin-gia*, *Gozmarus* Comes *Hassia*, *Fridericus* Comes de *Kirchberg*, *Burchardus* de *Wartberg* & alii minoris nominis VII. Calend. Aug. morte lamentabili interierunt. Rex, sicut instituerat, profecturus *Poleniam* venit *Hallo*, ubi dum cum debita processione susciperetur, ruptis funibus campanæ cessaverunt. Inde ultro profectus, Legatos *Poleniam* dextras petentes suscepit, dextras dedit ac sic cum pace ad patrem revertitur. Monasterium in *Babenberg* cum omnibus adjacentibus igne consumitur. Imperator, assumpto Mogontino, *Ludwigo* Landgravio & aliquantis Principibus, pacifice *Italiam* ingreditur. *Beatrix* Imperatrix una cum filia licet parvula, tamen filio Regis *Pannonia* desponsata, moritur & *Spira* sepelitur. *Sigefridus* Parmensis Archiepiscopus obiit.
- Anno MCLXXXV. *Theodericus* Marchio obiit. Marchiam vero *Tecro* germanus ejus obtinuit.
- Anno MCLXXXVI. *Lucius* Papa vita decessit, cui *Vrbanus* successit. *Vto* Cicensis Episcopus obiit, pro quo *Engelbardus*. *Reinbodus* Wircebürgensis Episcopus obiit, pro quo *Gotefridus* Cancellarius Imperatoris substituitur. Imperator filio suo Regi nuptias *Mediolanis* celebravit & ei filiam Regis de *Sicilia* in matrimonium copulavit, quibus unsi Principes *Italiae* & plurimi Teutonici regni, ut regiam decebat dignitatem, gloriose & jucunde interfuerunt. *Theodericus* Marchio de *Landisberg* obiit. *Dedo* Comes frater ipsius Marchiam suscepit. Gravis discordia inter *Cunradum* Moguntinum Archiepisc. & *Ludewicum* Landgravium denuo exorta, villæ quædam a militibus eorum in *Tburin-gia* & *Hassonia* devastantur, ab Episcopo castellum *Heilinginberg* a Landgravio castrum *Grunenberg* ædificantur. O gloriose S. Jeronime!
- Anno MCLXXXVII. Hujus anni infausta & toto orbi terrarum ærumnosa incommoda plenius quam hic post MCCVIII. anni scripta reperiuntur. Sol obscuratus in modum scil. lunæ, quoniam est XXIII. coelo existente sereno, II. Non. Sept. hora diei sexta fuit. *Vrbanus* Papa obiit, pro quo *Gregorius* vir sanctus constituitur, qui post III. menses & X. dies beato fine quievit, cui *Clemens* successit. Hoc anno *Saladinus*, collecta multitudine *Turcorum* & *Saracenorum* confligit cum Rege Jerosolimitano & Templariis II. Idus Julii, capta denique cruce & quibusdam Episcopis Templariis cum Hospitalariis, circiter mille ducentis & amplius

1187. plius occisis, *Jherusalem* & omnia castella Christianorum cepit & omnem multitudinem in ore gladii consumplit.

1188. *Expeditionis cruciatis socii.* Anno MCLXXXVIII. *Fridericus* Imper. habita *Mogontia* Curia in Media Quadragesima crucem accepit ab *Heinrico* Alranensi Episcopo, Apostolicæ sedis legato. Signati sunt & Dominica cruce *Godefridus* Wirceburgensis Episcopus, *Hermannus* Monasteriensis, *Martinus* Misnensis, *Rudolphus* Lodiensis, *Heinricus* Argentinenlis & alii plures Episcopi, *Ludwigus* Comes Provincialis *Thuringia*, *Poppo* Comes de *Henneberg* *Adelbertus* de *Grumbach*, *Adelbertus* de *Hiddenburg* & alii multi Principes, Comites & Nobiles, sed & innumerabilis multitudo diversorum regnorum ac regionum tam clericorum quam laicorum cruce Dominica signati sunt. Ab hoc anno expeditio Dominica protelata usque in futurum annum & diem S. Georgii martyris apud civitatem *Ratisponam*.

1189. Anno MCLXXXIX. Coadunata est expeditio Dominicæ crucis in festo S. Georgii martyris apud *Ratisponam*. Inde cum Imperatore & filio ejus Duce *Sueuorum* & Episcopis & innumerabili exercitu *Græciam* ingressi totum annum hunc hostiliter cum *Græcis* agebant. Hoc anno *Otto* Marchio Misnensis obiit in Octobre. *Fridericus* Comes de *Bichelingen* obiit in Decembri. *Edelgerus* Comes de *Ilfeldt* obiit in Decembri.

1190. Anno MCXC. *Fridericus* Imper. firmata pace cum Rege *Græcorum* brachium S. Georgii apud *Constantinopolim* in die Palmarum & per totam septimanam illam cum omni exercitu signatorum transvadavit, terramque *Turcorum* & *Saracenorum* terramque *Saladini* ac *Soldani* hostiliter ac crudeliter vastavit. Hoc anno *Fridericus* Imper. imo Christi peregrinus in vigilia S. Barnabæ nescio quo Dei iudicio, dum in quodam flumine meridie cum exercitu lavaretur, rapientibus eum ex improviso undis, semivivus ad terram ductus est; moxque præsentem vitam finivit, planxitque eum omnis exercitus planctu magno ac incredibili. Obierunt & hoc anno Episcopi *Godefridus* Wirceburgensis, vir magnæ in Christo auctoritatis, *Martinus* Misnensis & alii multi Episcopi. Obierunt quoque *Ludemicus* Provincialis, *Poppo* Comes de *Henneberg*, *Adelbertus* de *Grumbach* & alii multi Nobiles cum innumerabili multitudine exercitus Christiani. Obiit quoque in Septembri *Adelbogus* Hildenesheimensis Episcopus, cui *Berno* majoris Ecclesiæ Decanus successit. *Heinricus* Rex cum exercitu profectus est in *Apuliam* circa festum S. Nicolai, habens secum Archiep. Colonensem *Philippum*.

1191. Anno MCXCI. in Quadragesima obiit *HuBERTUS* Havelburgensis Episcopus, cui successit *Helmbertus* Præpositus in *Havelberg*. Obiit quoque in Passione Domini *Clemens* Papa III. cui successit *Coelestinus* & consecratus in Papam in die Sancto Paschæ, XVIII. Cal.

Maji. Sequenti feria idem *Papa* unxit *Heinricum* Regem in Imperatorem, & sequenti die feria III. reginam Imperatricem. Eclipsis solis facta est in vigilia S. Johannis Baptistæ hora sexta. *Philippus* Colonienlis Archiep. obiit II. Idus Augusti, cui *Bruno* successit. Imperator reversus est ab expeditione *Apulica*. Hoc anno corpus Dominicum de villa *Rechsfede* in crastino Annunciationis solenniter *Erford* est delatum & in Ecclesiam B. Virginis positum.

Anno MCXCII. obiit *Cunradus* Wormaciensis Episcopus in Febr. Imperatore existente *Wormatia*, cui successit *Heinricus* regius Capellanus. Successit quoque *Gozefrido* Wirceburgensi Episcopo *Heinricus* Præpositus Babenbergensis. In hac Quadragesima ordinati sunt a *Cunrado* Mogontino in civitate *Mogontia* *Bruno* Colonienlis, *Heinricus* Worm. *Heinricus* Wirceburgensis. Imperator in Penthecoste curiam generalem habuit *Wormatia*. In mense Augusti obiit *Wigmannus* Magdeburgensis Archiepiscopus, cui successit *Ludolfus* Decanus, obiit quoque *Alexius* Brandenburg. Episcopus, cui *Norbertus* successit. *Adelbertus* Leodicensis Episcopus occisus est. Obiit & *Cunradus* Fuldensis Abbas, cui *Heinricus* successit. Eodem anno obiit *Piligrinus* Abbas Erfordensis S. Petri, cui *Ditmarus* successit. *Bruno* Colonienlis Archiepiscopus Episcopatu Imperatori resignavit, cui *Adolfus* successit. Obiit *Berno* Magnopolitanus Episcopus.

Anno MCXCIII. obiit *Arnoldus* Præpositus de Domo *Mogontia*. Imperator *Henricus* profectus in *Apuliam*. Bellum fuit inter Archiepiscopum Mogontinum *Cunradum* & *Hermannum* Landgravium. Hoc anno translatio S. *Bernwardi* Hildenesheim. Episcopi facta est XVII. Calend. Sept. a *Bernone* ejusdem civitatis Episcopo, & *Theoderico* Abbate de S. Michael. Sequenti mense idem Episcopus obiit.

Anno MCXCV. *Heinricus* Imper. reversus est de *Appulia* cum maximo triumpho totius *Siciliae* & *Appuliae*, habens nomen Regis *Siciliae*. Hoc anno facta est generalis curia totius Imperii in villa regia *Geilenbusen*, cui intererat *Johannes* Cardinalis de Monte Celio, Apost. Sedis Legatus, ibique signati sunt dominica cruce in Dominica SS. Apostolorum Simonis & Judæ, *Cunradus* Mogontinus Archiepiscopus, *Gardolfus* Halberstadenlis Episcopus, *Bertholdus* Nuenbergensis, *Rudolphus* Fardensis Episcopus, *Cunradus* Hildenesheimensis Electus & Cancellarius, *Hermannus* Landgravius, *Otto* Marchio Brandenburg. & alii multi Principes & Nobiles innumerabiles, innumerabilisque multitudo, protelantes expeditionem *Jherosolomitana* a Nativitate Domini ad integrum annum.

Anno MCXCVI. in mense Aprili obiit *Otto* Babenberg. Episcopus, cui *Timo* successit. In festo S. Severi sigillum Mogontinum Episcopi perditum est.

Anno MCXCVII. *Cunradus* Mongontinus Archi-

1191.

1192.

1193.

1195.

Comitia
Geilenbusen
Jana.

1196.

1197.

1197. Archiepiscopus in mense Januarii iter Domini-
 cruce arripiens, multis sibi signatis so-
 ciatis valedicens Imperatori in *Apulia*, inde
 navigavit *Accaron*. Cætera autem multitu-
 do innumerabilium signatorum induciave-
 runt expeditionem ad festum S. Walburgis.
 Omnibus autem ad littus maris provenienti-
 bus in paratis navibus, propter fervorem
 mensis Augusti tanta mortalitas exorta est,
 ut vix decimus de tanta multitudine mortis
 imperium effugeret. Hoc anno mense Junio
 obiit *Heinricus* Wirceburgensis Episcopus
 pro quo *Gotefridus* summus Præpositus, vir
 bonus & iustus, eligitur, qui post duos men-
 ses beato fine quievit in Domino. Hoc etiam
 anno obiit in *Apulia* *Heinricus* Imp. III.
 Calend. Octobr.

Infausta
 expeditio
 in Palesti-
 nam.

1198. Anno MCXCVIII. in mense Januario obiit
 Papa *Coelestinus*, cui successit *Innocentius*
 III. Hoc anno in Media Quadragesima Dux
Suevorum Philippus, frater *Heinrici* Imper.
 collectis in unum Principibus in loco, qui di-
 citur *Vcherithusen* in *Thuringia*, scil. *Ludolfo*
Magdaburgensi Archiepiscopo, *Eberardo*
Mersburg Episcopo, *Timone* *Babenbergen-*
si Episcopo, *Lupoldo* *Wormatiensi* Episcopo,
 & *Hartwico* *Ciscatiensi* Episcopo, *Heinrico* *Lul-*
denli Abbate, *Ludemico* *Noricorum* Duce,
Bernbardo *Saxonum* Duce, *Diterico* *Marcho-*
ne Misnense, *Sigefrido* *Comite de Orlanna-*
de & aliis quibusdam Comitibus, electus est
 in Regem, ibique sese invicem juramento
 constrinxerunt. Post duos menses *Adolfus*
Coloniensis Archiep. cum quibusdam Suffra-
 ganeis Episcopis & Principibus *Ottonem*, fi-
 lium *Heinrici*, quondam Ducis *Bajariae* &
Saxoniae, in Regem constituit, eumque *A-*
quisgrani unxit in Regem. Unctus est in
 Regem *Mogontia* *Philippus* *Suevorum* Dux in
 Nativitate S. Mariæ ab Archiepiscopo *Taren-*
tino, præfente *Treverensi* Archiepiscopo
Jobanne & aliis pluribus Episcopis & Princi-
 pibus. Hoc anno circa festum S. Jacobi re-
 versi sunt a transmarinis partibus ad pro-
 prias sedes *Gardolfus* *Halberstad* Episcopus,
Bertboldus *Numburgensis* Episcopus, *Cun-*
radus *Hildenesheimensis* Episcopus & *Wir-*
ceburgensis tunc Electus, qui non multo
 post investituram a Rege *Philippo* accepit.
 Reversus est etiam *Hermannus* Landgravius
Thuringia, qui se paucis transactis diebus *Oz-*
oni Regi juramento & hominio constrinxit.
 Vnde regiam villam *Norsbusen* circa festum
 Omnium SS. cum exercitu obsessam post sex
 hebdomadas plurimorum damno in deditio-
 nem accepit, *Salsfeldt* quoque regiam villam
 ante Natale Domini, collectis militibus sub-
 ito eventu inenarrabili rapina & a seculo inau-
 dito incendio vastavit, cives hostiliter captos
 vinculis mancipavit. Prædones etiam mo-
 nasterium S. Petri & januas securibus excide-
 runt, & omnia ibidem in claustris, dormito-
 rio, refectorio inventa, polluta & sacrilegis
 manibus asportaverunt. In aliis ibidem Ec-
 clesiis eadem præsumperunt.

1199. Anno MCXCIX. In Idibus Julii *Cunradus*
Mogontinus Archiepiscop. reversus est ab

Antiochia, ad partes *Apuliae*. Deinde adiit
 Romanam curiam & Dominum Apostolicum
Innocentium, deinde *Mogontiam* & *Thuring-*
iam. Hoc anno in Assumptione S. Mariæ
Hermannus *Thuringia* Landgravius, repro-
 bato Rege suo *Ottrone*, *Philippo* Regi se jura-
 mento & hominio obligavit, accipiens in be-
 neficio regias villas *Norsbusen*, *Mulebusen*,
Salveldt cum finibus *Orlan* & castrum *Ranis*.

Landgra-
 vii muta-
 bilitas.

Anno MCC. *Cunradus* *Mogontinus* Ar-
 chiepisc. obiit, quo tumulto, in electione
 Pontificis dissensio facta est. Quidam ele-
 gerunt *Lupoldum* *Wormaciensem* Episcopum
 consilio & auxilio *Philippi*, quidam Præposi-
 tum S. Petri *Sigefridum* de *Oppenstein*. Ve-
 rum *Lupoldus* *Mogontinam* & *Wormaciensem*
 Ecclesiam potenter rexit. *Sigefridus* *Oz-*
tonum Regem adiens apud *Coloniam* investu-
 ram Episcopatus ab eo suscepit, sicque præda-
 tiones ac truncationes hominum ab his par-
 tibus plurimæ factæ sunt. Hoc anno obiit *Sig-*
efridus *Herveldensis* Abbas in festo S. Wig-
 berti, cui *Johannes* successit.

1200.

Anno MCCI. obiit *Eberhardus* *Mersburg*
 Episcopus, cui *Theodericus* successit. Obiit
 quoque *Gardolfus* *Halberstad* Episcopus, cui
Conradus successit. Hoc anno facta est trans-
 latio corporis S. *Cunigundis* reginæ in Ec-
 clesia *Babenbergenli* in Nativitate S. Mariæ
 Virginis sub *Innocentio* Papa III. agente Epi-
 scopo ejusdem civitatis *Timone*, qui & post
 VI. hebdomadas diem clausit ultimum. Eo
 tempore & die *Philippus* Rex in prædicta ci-
 vitate curiam plurimorum Episcoporum &
 Principum convocaverat, eumque Regem fore
 sacramento confirmaverunt, quamvis
 ab Apostolica sede per quendam Cardina-
 lem Rom. Ecclesiæ Legatum excommunica-
 tus promulgatus fuisset Rex *Philippus* cum om-
 nibus fautoribus suis, & Rex *Otto* in re-
 gnum Teutonicum, & *Sigefridus* in sedem *Mog-*
ontinam ab *Innocentio* Papa & Apostolica
 sede essent confirmati. *Hugo* de *Erphesfurda*
 Abbatiam resignavit, cui *Witelo* successit Præ-
 positus de *Gesing*.

1201.

Anno MCCII. *Cunradus* *Wirceburgensis*
 Episcopus occisus est VIII. Idus Decembris,
 cui successit *Heinricus* Scholasticus Majoris
 Ecclesiæ cognomento *Casus*.

1202.

Anno MCCIII. *Hermannus* Landgravius
Thuringia, reprobato denuo propter quas-
 dam ortas simultates Rege suo *Philippo*, *Oz-*
oni Regi se juramento & hominio obligavit.
 Vnde *Philippus* Rex admodum offensus, co-
 adunato Principum suorum copioso exercitu
Thuringiam hostiliter intrans, auxilium ipsi fe-
 rente *Lupoldo* *Mogontino* & *Erphordensibus*,
 omnia, quæ erant Landgravi & suorum, ferro
 & igne crudeliter vastavit. Verum Landgravius
 suorum diffusis auxilio, Regem *Boemiae* nomi-
 ne *Osboccar*, filium amitæ suæ cum multitudine
Boemorum ascivit, sicque cum multis milli-
 bus *Boemorum* *Thuringiam* ingrediens omnia
 tam Landgravi quam regni ac *Mogontien-*
sium & *Erphesfordensium* crudeliter vastave-
 runt, nulli claustris, nulli Ecclesiæ vel homi-
 ni parcetes, sicque demum cum multa

1203.

Thuringia
 populatio.

hominum strage reversi sunt per terram *Diterici* Misnensis Marchionis.

1204.

Anno MCCIII. Rex *Philippus*, collecto denuo exercitu magno *Bavarorum*, *Sueuorum*, *Saxonum*, *Sorabiorum* & *Austrasiorum*, & eorum, qui erant in partibus *Rheni* & *Ostro-Francorum*, in multitudine gravi *Thuringiam* ingressus, auxilium ipsi ferentibus Comitibus *Gunthero* & *Heinrico* de *Schwartzburg* & Comite *Lamperto* de *Glichen* & *Erpbordensibus*, omnem regionem tempore messis ferro & igne crudeliter vastavit. Castrum *Wizenfe* VI. septimanis obsedit nec tamen cepit. His diebus Rex Bohemicus collecta & ipse magna copia suorum venit per fines regie villæ *Saluelde* & *Orlan*, cupiens confingere cum Rege *Philippo*, missis exploratoribus, diffusus de viribus suorum, licet multa essent millia, vastatis omnibus, in pago *Langewice* & *Ilmin* intempesta nocte cum suis fugam iniit. Hæc audiens Landgravius necessitate coactus, dato filio suo & aliis obsidibus, se suaque omnia juxta coenobium *Vchzerchisbuisen* in Festo S. Lampreti dedit, obligans se Regi *Philippo* tam juramento quam obsidibus.

Landgravius vincitur.

1205.

Anno MCCV. Rex *Philippus* *Coloniæ* cum exercitu adiit, & omnia, quæ erant *Coloniensium*, vastavit. Hoc anno in mense Augusto obiit *Ludolfus* *Magdaburgensis* Archiepiscopus, cui successit *Albertus* summus Præpositus, Germanis Comitum de *Schwartzburg*, *Guntheri*, & *Heinrici*. Hoc etiam anno facta est fames valida in *Thuringia* & per omnes regiones. Præterito anno *Adolfus* *Coloniensis* Archiepisc. reprobato rege suo *Otrone*, quem *Coloniæ* in Regem unxerat, *Coloniæ* egressus, Regem *Philippum* adiens juramento se ei obligavit. Unde *Colonienses* admodum indignati *Brunonem*, *Bunensem* Præpositum, ex mandato *Innocentii* Papæ, Episcopum sibi constituerunt, transmissis sibi Archiepiscopatus pallio.

1206.

Anno MCCVI. Rex *Philippus*, coadunato exercitu valido, cum *Coloniensibus* congressus omnia ferro & igne vastavit in mense Augusto. In quo conflictu captus est in quodam castello Episcopus eorum *Bruno* & in castrum regium *Trifels* ductus custodie mancipatur, qui paulo ante *Coloniæ* a *Sigfrido* *Mogontino* Archiepiscopo in Pontificem fuerat ordinatus. Hoc anno in generali curia *Wirceburg* habitato in festo S. Galli *Bertboldus* *Nuenburgensis* Episcopus ab apostolica sede reversus Episcopatum Regi *Philippo* resignavit, cui *Engilhardus* successit. *Elinbertus* *Hauelbergenis* Episcopus obiit III. Calend. Decembris. *Colonienses* gratiam Regis *Philippi* obtinuerunt, datis obsidibus & copiosa pecunia.

1207.

Anno MCCVII. *Henricus* *Wirceburgensis* Electus in festo S. Margarethæ obiit, cui *Otto* major Præpositus successit. *Adelbertus* *Magdaburgensis* Electus, apostolicam sedem adiens ab *Innocentio* Papa pallium &

pontificalem accepit infulam. Inde regressus a *Magdaburgensibus* ante diem Palmarum honorifice susceptus est. In sequenti Parasceve Cathedralis Ecclesia S. Mauritii inter divina solennia igne consumptum est. Hoc anno Papa *Innocentius* jam pluribus annis a Pontificibus ac Principibus Teutonici regni super damnosa divisione imperii interpellatus, Legatos sibi collaterales direxit, videlicet *Hugonem* *Ostiensensem* & *Veletensem* Episcopum, & *Leonem* S. Crucis in *Jerusalem* Præbiterum Cardinalem, & cum eis Patriarcham *Aquiliensem* & *Salzburgensem* Archiepiscopum, qui in partes *Reni* venientes *Philippum* Regem apud *Wormatiam* ab excommunicatione quamdiu innodatus erat, absolvent, eumque in communionem recipientes, in presentia ejus divina officia celebrant. Ad *Ottorem* Regem in *Saxoniam* pariter profecti mandatum apostolicum nunciantes, videlicet, ut & coronam & nomen regium deponeret, exhortantes; ipse hoc se nunquam facturum cum magna indignatione protestatur. Inde omni negotio, pro quo missi fuerant, infecto digressi, pecunia copiosa a coenobitis & clericis congregata, reversi sunt in regionem suam. De duobus autem *Mogontiensibus* Episcopis nihil diffinitum est. Rex *Philippus*, per interventum Cardinalium & Principum, *Brunonem* *Coloniensem* Episcopum a vinculis absolvit. *Sigfridus* Electus consecutus a *Prænestino*, Regis *Philippi* violentiam sufferens *Romam* adit.

1207.

Otto Rex a papa reprobatur.

Anno MCCVIII. *Philippus* Rex, ut se defenseret ab eo, qui regni divortium moliebatur, item coadunato exercitu regie magnificentie in *Babenberg* confedit & deliberationis [causa] Principum colloquium iniit, & adhibita concordia paulisper suæ prospectans quieti sanguinem minuit. Sed eheu! dum intendit tranquillitati, detrimentum succedit reipubl. & post Deum fraus infausta suæ majestati. Nam Palatinus Comes *Otto* de *Witzerlichbach* diabolica lascivia quasi jocando secum evaginato gladio regis obtutibus frequenter ingessit, qui fraudis simulatione tam Regis illius solertiam quam Principum curiositatem. Dum ergo Rex in suo conclavi dedisset operam quieti, præfatus Palatinus fores propulsans regias nutu intromittitur, nihilque sinistri suspicans de statu exercitus loquitur, sed plenus ille Diabolo, suarum rerum opponens direptionem regiam, Teutonicis seculis scelus inauditum exequitur, Regem lecto siquidem recubantem mortifere vulnerat in gutture. Heu fors impia, mors improvisa! O fraus (*) pervitiosa fidelium singultibus perfertur detestanda. Quid plura? tenellus ille ligni vermiculus, vir in cunctis se prospere agens, affabilis, audax, amabilis suo sanguine suffocatur, illeque scelestus exigens reserat conclavium & arreptam fugam profugus ubique rebus & principitate eliminatur. Mortuus est autem Rex *Philippus* XI. Calend. Junii post festum Apostolorum Petri

1208.

Cades Philippi.

(*) Leg. perfidiosa.

1208. Petri & Pauli. Generale Concilium Orientalium Principum de statu regni habitum est *Malderburg*. *Lupoldus* Wormaciensis Episcopus & Mogontinus Electus, causam suam ordinaturus, *Romam* proficiscitur, sed medio tempore gladius *Salomonis* meretricum controversiam secernit. Nam *Sigefridus* ab Apostolico confirmatus regreditur, *Mogonia* suscipitur, & ut est vir probabilis religionis pleno Archiepiscopatus dominio subrogatur. In festo S. Mauritii Principes cœnuo habentes deliberationis concilium, eo ad regni statum *Arnstede* convenerunt, quo quali scrupulo illuc quidam convenissent, testis est conscientia ipsorum, Deo tamen reprebante, cogitationes tamen populorum de electione in Regem *Ottonem* omnes conveniunt in unum. Inde Marscalcus trium prædecessorum & enutritor Regum adiens Regem *Ottonem*, regni insignia, civitates, urbes & castella sibi utpote potentie regali subegit. Mogontinus regiam curiam omnibus Principibus *Franckenwurt* adiendam promulgavit in festo S. Mauritii, in cujus curiæ celebritate Rex *Otto* confirmatus, leges (*) pacem edicta *Caroli* omnibus Principibus Sacramentum jurisjurandi præstantibus in ipsum, contraxit. Ibi *Ottonem* de *Wittelesbach*, Regis *Philippi* occisorem sententialiter vita & rebus proscripsit, quem postea Marscalcus de *Calentin* juxta fluvium *Danubium* occidit. Hoc anno coepit ordo Minorum Fratrum.

Consensus
Principum
in Ottonem.

1209.

Anno MCCVIII. *Otto* confirmatus in regnum, metum iniquis, justis vero & ecclesiasticis maxime personis spem non modicam ingerebat. Talia enim erant Principia, de quibus bonus exitus digne speraretur. Cunctis igitur prospere succedentibus, vir strenuus, qui antea diebus in magnis & multiplicibus adversitatibus suis animum nunquam submiserat, nec lætis successibus factus animosior, ne quid sibi deesset in hac rerum summa constituto, ad hoc omni modo aspirat, ut imperiali etiam benedictione accepta, Imperator Romanus vocaretur & esset. Igitur omnibus, quæ ad tam arduum negotium necessaria erant, expeditis, iter arripuit & Alpes cum copioso comitatu transgrediens, a *Longobardis* & *Tuscis* honorifice susceptus multisque & magnis muneribus ab eis honoratus, tam in rebus quam in personis nihil experiebatur adversum. Tandem mensis Septembri cum exercitu copioso tam *Teuonicorum* quam *Italorum* prospero itinere *Romam* ingressus, Domino Papæ se exhibuit, quem etiam, qualem voluit, invenit, scilicet ad omne propositum suum & facilem & promptum. Veruntamen Dominus Papa de quibusdam, quorum occasione jam pridem inter regnum & sacerdotium non semel sed pluries perniciosæ dissensiones emerferant, a Rege, priusquam ei manum benedictionis imponeret, securitatem sibi præstari postu-

Expeditio
Romana.

lavit. Rex vero ad propositi sui consummationem festinans, de quibuscunque & qualitercunque postulatus fuerat, promittendo, fidem dando, jurando securitatem præstare non distulit, & sic quod affectabat, ad effectum usque perduxit. Proxima igitur Dominica ante festum Michaelis cum multa celebritate cleri ac populi, Principum & Baronum in Ecclesia S. Petri Rex *Otto* imperiali benedictione percepta gloriose coronatus est. Huc usque omnia optato successu processerant, abhinc quod in rebus humanis valde usitatum est, longe aliter quam sperabatur, evenit. Obicuratum est aurum, mutatus est color, optimus. Nam Imperator non solum suæ salutis verum etiam humanæ verecundie nimis impudenter oblitus promissis non stetit, violavit fidem & ad suæ confusionis cumulum pejerare nec veritus est nec verecundatus. Veruntamen Dominus Papa judicem dissimulans & patrem exhibens non potuit non dolere super delinquente filio, fecit quod potuit, monuit, consuluit, postremo sub interminatione excommunicationis, ut respiceret, indixit. Tandem post ammonitiones paternas non respicientem sed de die deteriora præsumentem, cum ex contingentibus nihil esset omisum, tunc demum justo judicio quasi aridum & depravatum membrum ab unitate corporis Ecclesiæ non sine gravi dolore præcidit.

1209.

Otto ex-
communicatur.

1210.

Anno MCCX. hyems dura, prolixa & intolerabilis valde fuit, ita ut veterani homines unanimitè testarentur, tantam frigiditatem suam recordatione non fuisse. Homines quamplures nimio gelu mortui sunt, pecora & apes in magna parte perierunt, vineæ & arboræ annosæ ita læsæ sunt, ut usque ad imas radices areferent.

Anno MCCXI. Elapso tempore cum innumerabilia bellorum atque adversitatum volumina undisonis pressuris & calamitatibus citharam nostram in luctum & organum nostrum in plorationem miseranda alteritate demutassent; Principes regni, scilicet Rex *Boemie*, Archiepiscopi *Mogontinus* & *Magdaburgensis*, *Landgravius* & *Marchio Misnensis* cum deliberatione adhibita unanimitè collecti sunt. Ibi recolligentes inconditos mores Imperatoris, quos arbitrati sunt imperiali auctoritate minime concedere, pro eo quod Ecclesiasticis dignitatibus insultans Archipræfules, simpliciter & vituperiose clericos, Abbates, monachos, reverendas matronas mulieres appellans, universosque, quos Deus honorare præcepit, superbie stimulis agitated in honoravit, atque propterea honoris sui jacturam in eodem Principum concilio, non multo post tempore elapso, cum totius fortunæ adversitate persensit. Inito namque consilio, Jurisjurandi sacramento se coadunantes & colligantes contra *Ottonem* & apicem regiam, omnem, quam potuerunt, confiden-

1211.

Principes
abdicator
Ottone,
Fridericum
eligunt.

(*) Locus corruptus.

1211. confidentiam præstantes se venturos polliciti sunt. Proinde tacite digredientes ceteros Principes ea latuere consilia, donec iidem jurati in oppido *Nuremberg* collecti publice *Ottonem* hominem hæreticum nominaverunt, & publicam facientes ei contradictoriam, *Fridericum*, *Henrici* Imperatoris filium antea ab universitate electum futurum declararent. Ad hanc conspirationem præfatos Principes transmissæ universis & singulis Apostolicæ literæ animaverant, in quibus Dominus Papa cæteris de causis jam dictum *Ottonem* manifeste excommunicatum pronuncia- vit, & ab ejus fidelitate absolvit non solum Prin- cipes & Barones sed & regni Ministeriales, promittens, eos obsequium præstare Deo, si & *Ottonem*, Dei & Ecclesiæ Romanæ inimicum constanter objiciant, & *Fridericum* novo Regi denominato se devotos exhibeant & fideles. Fama volat & factum toti terræ velociter innotescit, lætantur omnes, qui ab *Otzone* animos alienos etiã ante hæc tempora habuerant, hi autem, qui de parte ejus erant, & maxime *Saxones*, occulto dolore & manifesta indignatione movebantur. *Guncelinus* vero, domesticæ familiæ ipsius *Ottonis* univ- & præcipuus officio Dapifer, cui idem *Otto* B ei, cujus fidelitatem & servitum jam pridem fuerat expertus, non solum privata sed & publica regni negotia commiserat, ad quid eum instans urgebat necessitas, quantum poterat, Principum machinationibus parat contraire. Omni igitur, qua poterat, sollicitudine villas regias, scilicet *Norbusen*, *Melbisen*, muris & fossatis sufficienter munitas, armata manu militum præoccupare festinabat, ita inde Landgravium quasi hostem publicum & adversæ partis principalem impugnet. Quod & ita factum est. Nam præfatu *Guncelinus*, coadunatis sibi *Saxonibus*, in *Melbisen* se recipiens, exinde villas finitimas depopulabatur, aut usque denominatum diem eas sub pacto constituens, prout cum eo convenire poterant, pecuniam ab eis extorquebat. Inter hæc idem *Guncelinus* universos *Thuringiæ* Barones convenit & singulos, & quia venales manus invenerat, multa pecunia eos ad hoc induxit & conduxit, ut *Domino suo hæreditario* scilicet *Landgravi* publice renunciarent. Et sic sunt hostes manifesto, qui paulo ante domestici & obsequiosi putabantur. Hujus malignæ discessionis a Principe *Fridericus* Comes de *Bichelingen* præcipuus auctor & incensor dicebatur, quod eo magis videbatur facere, quo, sicut multorum patuit cognitioni, infra biennium jam dicto Principi ab eo CCC. M. sine omni exemptione novis & specialibus se promissis obligaverat, ut contra quemlibet hominem ei conferret auxilium & præstaret obsequium. Sicque Barones *Thuringiæ* coadunati *Saxonibus*, nullo defensione, vastabant provinciam, imbelles colonos spoliantes & casas eorum succedentes. Interea Landgravius castra sua, quantum prævaluit, munire non distulit. Deinde fama prodente affuere, qui dicerent,

Comites
Thuringiæ
deficiunt a
Landgravi-
o.

Ottonem Alemanniæ jam partes adiisse, & circa fines infinitam militum copiam colligere, & ita in manu robusta dicere, se velle *Thuringiæ* partes intrare, oppidis, castris, & omnibus Landgravii munitionibus acriter imminere.

1211.

Anno MCOXII. *Otto* veniens in *Thuringiam* cum tribus castrum Land- *Otto va-*
gravii in *Salza* obsedit & expugnavit. Spe- *stat Thu-*
rans autem per hanc exilem fortunam omnia *ringiam.*
Principis sibi patefieri castella, cum ipsa robusta manu militum, qui ad duo milia & quingentos recentiter æstimabantur, ad antea civitatis, quæ *Albus Lacus* dicitur, castra metati sunt. Interea nuptiarum impendia cum gloriosis expensis *Ottoni* in *Norbusen* procurantur, quæ sereno quidem & læto principio inchoata, tristi fine tabuerunt. Nam celebratis nuptiis eadem Imperatrix scilicet Regis *Philippi* filia, parvo post tempore ad malum *Ottonis*, diem claudit extremum. Siquidem lugubris ac mæstus *Otto* lamentabiles sponse suæ parat exequias, & sicut ante modicum quidem gaudebat, & quasi triumphabat nuptialibus & lætis crepundiis, ita postmodum gravioribus desperabat & acrioribus tabescebat fascibus funeris. Inde reversus ad obsidionem invenit pigros & pugnam, fortuna prosperos mentita successus mutata est in contrarium, ita quod nusquam sibi fides, nusquam fida auxilia. Tamen mediante *Marchione* *Misnensi* pauci adversæ partis, dum multitudine nequirent rebellare, in manus regias eo pacto dederunt civitatem, quæ ad statutum terminum interioris castris diruta refarcirent, & se in eis recipere, donec voluntatem Principis Landgravii experirentur. Recepti vero infra munitionem ad resistendum obpugnantibus se parabant. Landgravius autem audito pacto & conditione, quod potuit pro temporis articulo largitus est militantibus, bonam eis retributionem pro laboribus facturum pollicens. Quo audito, *Otto* infremuit voce, militum copiam adesse præmonuit, & instaurato illo instrumento dyabólico, inæstimandæ magnitudinis saxa conjecit, & illud castrum subvertere cura fatagit. Interea *Bavari* & *Suevi*, audientes hæreditariam suam dominam Imperatricem jam debitum carnis solvisse, furtivis elapsibus nocte sarcinas suas deferentes, & *Ottonem* in confusione relinquentes, repatriarunt. Reliqui etiam inopia coacti cum ab *Otzone* nil reciperent, consumptis vestibus & armis pedites recesserunt, atque ita minorato exercitu in obsidione remanere formidabat, & castrum illud deserens *Erbordia* se recepit. His ita peractis, fama crebrescente de adventu *FridERICI* Regis junioris, castra, civitates & oppida illustrantur, populi ad illum favorabiliter coadunantur, & contra *Ottonem* clamor exoritur, asserentes Regem *Fridericum*, qui electione Principum jam dudum, vivente adhuc patre, declaratus fuerit, jure prævalere, præsertim cum ita Papa disponente, eidem

1212. eidem in posterum imperialem benedictionem promiserit.

1213. Anno MCCXIII. Rex *Boemiae* & Landgravius cum cæteris regni Baronibus ad indictam sibi a *Friderico* Rege curiam in *Frankenfurd* circa Epiphaniam accinguntur, ubi Landgravius gratanter receptus est. Posthæc autem Rex *Franciae* faciem Regis cum benedictione viginti milibus marcarum argenti præveniens, foedus ad invicem pepigerunt, ut quisvis alteri necessitate altaret. Requiritus igitur Rex *Romanorum* a Spirensi Episcopo, quibus in locis eadem pecunia recondi deberet, respondit: *pecuniam illam vel quamlibet aliam minime fore recondendam, sed regni eam Principibus esse erogandam.* Audita itaque munifica Regis liberalitate, omnium clamor in favorem attollitur, Duces de *Ceringen* & *Austria* in ipsius subjectionem ituri concorditer accinguntur & contra sortem *Ottonis* vehementer animantur. Cal. Septembris magnum incendium fuit *Erybor-dia*, cum esset nox Dominica.

*Fridericus
favorem
Principum
sibi conser-
vat.*

1214. Anno MCCXIII. Rex junior condigno favore attollitur, sed tamen variæ & dissonæ nascuntur opiniones. Alii quidem, cum non esse quem Imperator *Henricus* genuerat, sed *Merbotonis* cujusdam aulæ apostolicæ Officialis filium atque eum minime futurum Regem. Dum hic fatalis diversorum labiorum lingua perstrepat, ecce Rex idem junior cum multitudine gravi *Suevorum*, *Bavariorum*, *Boemorum* partis adversæ triumphator adest, nobilitatem generis morum honestate præmonstrans. Proinde in *Merseburg* curia celebranda indicitur, sed cum paucis pro temporis articulo consummatur. Ex tunc *Bobemi* in *Saxoniã* profecti mole prædarum graves repatriaverunt. Rex autem Augustus *Fridericus* & Rex *Franciae*, proxima subsequente æstate provincialibus *Rheni* & fautoribus *Ottonis* imminet, & Rex *Franciae* *Ottonem* in fugam convertens multos suorum Nobilium in campo conclusit & captivos abduxit. Inde fors *Ottonis* a supremo cardine lapsa sine spe recuperandi incredibiliter descendit. Postmodum fortunam circa statum suum videns esse mutatam ad *Colonienses* divertit. Cujus consors *Brabantini* filia alcatix publica cum de ludis variis, plurimis teneretur debitis, cumque infinitis *Otto* ipse ratiociniis obligaretur, nec pateret divertendi locus, sed nec unde redderet, facultas suppeteret; Imperatrix *Ottonis* consilio advocatis *Coloniensibus*, impetrata exspatiandi venia fuga lapsa fuit, quam die postera Imperator secutus simulans venandi studium & ipse creditoribus suis nihil restituendo ingratitude pro gratia sibi impenfa rependit. Quapropter *Colonienses* adversus *Ottonem* vehementer commoti atque ab eo penitus recedentes, ad *Fridericum* Regem diverterunt. Mox & urbs illa regia *Drivels* & ea, quæ *Landescrone* dicitur, a *Philippo* primitus instaurata, Regis *Friderici* potestati subjiuntur. Hoc tempore ipse Dominus

*Ottonis &
uxoris æt
alienum.*

cujusdam perfecti viri excitavit spiritum, insinuans ei, quod terra Sancta proximo lustro, id est, quinquennio a clade *Sarracenorum* cum suis captivis foret liberanda. Exinde Dominus Papa *Innocentius*, missis per universam Ecclesiam literis constituit prædicari, Magistro *Conrado* de *Marburcb* in hoc negotio *Theuroniã* committendo.

Anno MCCXV. *Innocentius* Papa, ut vires Ecclesiæ metiretur, ad cunctas orbis partes etiam remotiores, apostolica accinctus magnanimitate dirigit apices præceptivos, firmiter edicens, ut quisquis Archiepiscoporum, Abbatum, Præpolorum atque quarumcunque Ecclesiarum Prælatorum ad Concilium generale in festo Sanctorum Omnium *Lateranis* celebrandum excitus non occurrat, per censuram ecclesiasticam apostolico se feriendum esse non ambigat. Ecce sagena Petri per mare magnum & spatiosum manibus expansa, pusillos cum magnis exhibens, trahit, millia millium, tamen & si velis Archiepiscopos recensere, eorum numerositas cum diligenti etiam calculatione non queat computari. Denique sub pressura multitudinis Episcopi, Abbates & quamplures alii novissimum in Concilio spiritum exalaverunt, non Papæ sed Deo redditori rationem decunctis, quæ in hac vita gesserunt. Ibi facta primum exhortatione in sermone polito de fide, spe & caritate disseruit, deinde *Fridericum* Augustum futurum Imperatorem publice declaravit, cuique Ecclesiæ sua jura esse servanda innotuit, Regem *Angliæ* & alios Reges suo Apostolatu subjiens, instituta edidit Ecclesiarum. His & aliis modis suum terminavit Concilium, æstimans sui pretium laboris, si præ cunctis suis participibus tam copiosam cleri multitudinem ad sui præsentiam Apostolatus evocasset. Qui post modicum, id est, anno XIX. sui Pontificatus decedens, nec similem sui scientia, facundia, decretorum & legum peritia, strenuitate judiciorum nec adhuc visus est habere sequentem. Posthæc *Otto* dictus Imperator, vires adhuc suas recuperare gestiens, pecunia aggreditur animos Principum, corrumpere præcipue *H. Landgravium* & sibi coadunare, qui scilicet *Henricus* Landgravius, cum exronicis passionibus mortem sibi proximam metiretur, spe tamen pecuniæ parat ad ipsum, sed mors ipsum præveniens desiderium utriusque scilicet dantis & accipientis subito dirimit. Cujus corpus cum *Reinbersbornensis* Abbas pararet secum asportare, & in Mausoleo progenitorum collocare, *S. Landgravia*, defuncti consors Principis vetuit, & a villa *Gora*, in qua obiit, corpus *Isenache* deduci præcipiens in capella *S. Katharinæ*, quam Princeps ipse fundaverat, honorifice sepellivit. VI. Calend. Maji. Hoc etiam anno autumnus obiit *Innocentius* Papa III. cui *Honorius* successit. *Innocentio* III. Papa in agone constituto, contigit quendam grisei ordinis Abbatem proficisci *Romam*, qui dum esset in via, die quadam, dum gra-

1214.

1215.

*Concilium
generale
Lateranense
indicatur.*

*Otto corrupit
Landgravium.*

1215. viter somno premeretur, vidit locum quieti commodum, descendensque de jumento per horam quievit ibidem. Cui dormienti crux & imago Servatoris in ea dependens apparuit, viditque *Innocentium* venientem atque demonem fugientem & ante imaginem se prosternentem ac clamantem: *Miserere mei Deus, miserere mei misericordissime Deus!* Audivit etiam daemone ipsum insequentem ac totiens repetentem: *Judica juste, judica juste, justissime Judex!* Qua ille visione expergetactus eundem diem & horam diligenter lignavit, *Romanque* veniens comperit, *Innocentium* eadem die defunctum. Hoc anno dum per totam *Alemaniam* crucis signum predicaretur, in Diocesi Monasteriensi in villa *Beclom* feria VI. ante Penthecosten, cum predicaretur crux ibidem, triplex forma crucis apparuit in aere, una candida versus Aquilonem, alia versus meridiem ejusdem coloris & (*) cernatis, tertia media colore colorata habens crucis patibulum figuramque hominis in ea suspensam, elevatis brachiis & extensis cum infixione clavorum in manibus & pedibus & capite inclinato. Hæc media fuit inter alias duas, in quibus non erat effigies humani corporis. Alia vice & alio loco in villa *Frisæ Suderbusen* tempore prædicationis crucis apparuit juxta solem crux coerulei coloris, hanc viderunt plures quam priorem. Tertia fuit apparitio in Diocesi Trajectensi in villa *Dokinge*, in qua *B. Bonifacius* coronatus fuit martirio, ubi in die Martyris ejusdem, cum multa millia hominum convenissent ad indictam stationem, apparuit crux alba & magna, ac si trabs ex adverso trabis composita artificialiter fuisset. Hoc anno mense Majo obiit *Otto* quartus hujus nominis Imperator in castro *Hartesburg* ac in *Brunswig* est sepultus. Hoc anno ordo fratrum Prædicatorum confirmatur.

1216. Anno MCCXVI. Hoc anno VI. Calend. Julii *Erphordia* hora XI. incendium magnum fuit usque ad *Temes*. Hoc etiam anno X. Calend. Decembris obiit ibidem *Gerwicus* Plebanus S. Pauli, vir unque bonæ famæ, qui obtinuit, quod in eadem civitate ad S. Petrum in Purificatione S. Mariæ inviolata cantaretur ad processionem.

1217. Anno MCCXVII. Exspirante treuga *Christianorum & Sarracenorum* in primo passagio generali congregatus est exercitus Domini in *Acon* cum tribus Regibus *Jerusalem, Ungariae & Cypri*, qui mystica munera non deferentes parum egerunt memoria dignum. Affuit etiam Dux *Austriae & Dux Meraniae* cum multis Comitibus & viris generosis. Aderant Episcopi peregrini, Archiepiscopus *Nicosiensis, Balocensis, Babenbergensis, Cyzenis, Monasteriensis, Trajectensis*, & cum iis vir nobilis & potens *Walsberus de Avenis*, qui reversus in passagio vernali XL. milites reliquit in servito terræ sanctæ, quibus providit sumptus sufficientes per an-

1217. num. Dux *Austriae* sicut Princeps catholicus, per omnia laudabiliter Christo militavit. Patriarcha vero *Jerosolimitanus* cum magna cleri & populi humilitate tollens reverenter vivificæ crucis lignum feria VI. post festum Omnium SS. profectus ab *Acon* in castra Domini, quæ præcesserant ad *Recordanum*. Hoc autem dulce lignum [post] terram sanctam perditam reservatum fuit ad hæc tempora. Imminente siquidem conflictu *Sarracenorum* cum Christianis tempore Soldani, crux sancta fuit & pars ad prælium delata & ibidem perditæ, pars reservata, quæ nunc exhibetur. Cum tali igitur vexillo exercitus Domini per planum *Fabæ* processit usque ad fontem *Tubaniæ*. Sequenti vero die per montes *Gelboæ* profecti sunt *Bethsaidam*, ubi castra fixerat adversarius. Sed metuens tam ordinate procedentes, tentoria tollens & fugiens, terram vastandam militibus Christi reliquit. Unde *Jordanem* transeuntes in vigilia Martini corpora sua pacifice laverunt in *Jordane*, quiescentes ibidem per biduum. Deinde super litus maris *Galilææ* tres mansiones fecerunt, peragrantes loca, in quibus Salvator noster mirabilia fuerat operatus, sicque reversi sunt *Acon*. Secundo equitatu adierunt pedem montis *Tabor* ac prima Dominica Adventus, cum legeretur Evangelium: *Ite in castellum quod contra vos est*, Patriarcha præcessit cum signo crucis, Episcopis & clero per clivum montis orantibus, licet mons præruptus sit undique, excelsus & quasi impossibilis ad ascendendum extra semitam tritam; milites tamen & satellites viriliter ascenderunt. *Johannes Rex Jerusalem* cum Domini militia Castellorum stravit & unum admirandum impetu primo, sicque defensores castri, qui intrepidi exierant ad defendendum montem, in fugam conversi sunt. Sed Rex quantum meruit ascendendo, tantum demeruit descendendo, alios secum descendere faciens. Porro in primo ac secundo equitatu maximam multitudinem captivorum virorum ac mulierum atque parvulorum, quos prece vel precio Christiani fecum duxerunt, Episcopus *Acon* parvulos, quos prece vel precio potuit obtinere, baptizavit, & distribuens inter religiosas fœminas literis applicare disposuit. In tertio equitatu, cui Patriarcha cum signo crucis & sacri Pontifices non interfuerunt, multa incommoda tam per latrunculos, quam hyemis incommodo peregrini perpessi sunt in finibus *Tyri & Sydonis*.

1218. Anno MCCXVIII. Post Domini Nativitatem exercitus Christianorum quadam diem divisus est. Rex *Ungariae & Cypri Tripolim* profecti sunt, ubi Rex *Cypri* adolescentulus diem clausit extremum. Rex *Ungariae* brevi tempore commoratus cum magno damno terræ sanctæ recessit, peregrinos etiam & galeas, texturarios & jumenta cum armis secum traxit. Alia pars pigrorum & timidorum & eorum.

(*) i. e. *Schemasis*.

1218.

eorum, qui procumbentes ad terram ore pleno dehabundantia temporalium biberunt, remanserunt in *Acon*. Rex vero *Jerusalem* & inclitus Dux *Austriae* cum hospitale S. Johannis, Babenbergense, Cicense, Trajectense & Monasteriense Episcopis, & quibusdam aliis castrum in *Casarea Palaestina* brevi tempore viriliter & constanter firmaverunt. In Basilica Principis Apostolorum Festum Purificationis Patriarcha cum VI. Episcopis solenniter celebravit. Templarii vero cum Domino *Teutonicorum* & Domino *Walebero* de *Avenis* & paucis peregrinis castrum *Filii Dei*, quod olim destructum nunc castrum peregrinorum appellatur, firmare coeperunt, quod situm est in Diocesi Caesariensi inter *Cayphas* & *Casaream*. Monasteriense Episcopus apud *Casaream* obdormivit in Domino, Mag. Theologus & Doctor bonus apud castrum *Filii Dei* defunctus est. Posthac exercitus rediit in *Acon*. Episcopi *Alemanniae* & multi alii properabant ad transfretandum, brevi tempore in terra commorati. Expectabatur passagium secundum & novum & maxime classis ab Aquilone veniens, quae per angustum mare *Chartaginis* navigatura sperabatur a principio praedicationis crucis. Provincia *Coloniensis* studio magno plurimis etiam sumptibus fere CCC. praeparavit naves, quarum quaedam remanserunt quaedam vi tempestatis perierunt, sed major pars pervenit *Lassebonam* cum magna virtute bellatorum. Ibi orta discordia, quibusdam volentibus procedere, aliis hymare cupientibus in obsidione castrum fortissimi, quod *Alcazia* dicitur, & sic classis divisa est pars apud *Gajetum* & *Cornetium* hymavit, pars alia obsedit *Alcaziam*, duos Capitaneos habens, Comitem *Willehelmum de Helantba* & comitem *Georium de Widen*. Quid plura? Captum autem hoc castrum per *Teutonicos*, & cum adhuc essent in obsidione, congregata est contra eos *Sarracenorum* maxima multitudo, contra quam spatarii viriliter pugnaverunt cum militia reginae *Portugalis*. Victi sunt virtute divina *Sarraceni*, Rex eorum unus occisus est & cum eo plurimi trucidati sunt & in captivitate ducti. Igitur mense Martio applicare coeperunt ad portum *Acon* coccones de provincia *Coloniensi*, pauci tamen de *Bremensi* & *Treverensi* provinciis. Tunc confirmatum fuit consilium in Concilio *Lateranensi* cum Papa *Innocentio Romae* habitum de introducenda militia Christiana in terram *Aegypti*. Mense igitur Majo ante Ascensionem Domini praeparatis navibus cocconibus armatis, galeis & aliis naviculis oneratis profecti sunt de *Acon* *Johannes* Rex *Jerusalem*, Dux *Austriae*, Patriarcha cum Episcopis *Nicosiensi*, *Bethlehemitano*, *Alkonensi*, tribus domibus & copiosa Christianorum multitudine. Indicta fuit collectio navigantium apud castrum *Filii Dei*, quidam tertio quidam sexto die ad portum pervenerunt. *Damiata* statimque hostilem terram ceperunt sine san-

Damiata
oppugna-
tur.

Menckenii Scriptor, Res. Germ. Tom. III.

1218.
guinis effusione impensa. Cum enim pauci *Sarraceni* milites concurrerent ad portum, *Friso* quidam, fixo in terram dextro genu, sinistra manu circumferens ancile, dextra spiculum vibrabat ferreum. Intuitus est eum *Sarracenus*, existimans eum ludere, sed subito eques percussus a *Frisone* corruit ad terram, fugientibusque aliis absque omni impedimento castra metati sunt inter litus maris & ripam fluminis *Nili* Christiani. Hoc & mirabile fecit Deus, quod in primo adventu aqua fluminis conjuncta mari dulcis hauriebatur, quae postmodum saepius salsa fuit usque ad *Casale*, quod distat ab *Annata* sursum fere per milliarem. Interim Dux *Austriae* & *Hospitalenses* duas scalas praeparaverunt ad capiendam turrim, in medio *Nili* positam, super duos coccones. *Teutonici* vero & *Frisones* tertiam navem propugnaculis munierunt, castellulo in summitate mali composito absque scalae suspensione. Caput eorum & Judex fuit Comes *Adolphus*, frater *Coloniensis* Archiepiscopi, qui ante turrim captam mortuus est ibidem. Scalae vero Ducis *Austriae* contra turrim sunt erectae circa Festum *Johannis* Baptistae, sed *Sarraceni* turrim descenderunt viriliter. Interim dum pugnaretur, *Hospitaliorum* scala contracta cum malo cecidit, bellatores suos precipitans. Eadem vero hora scala Ducis simili modo contracta XXII. strenuos milites ibidem extinctos martirio coronavit. Igitur *Egyptii* laetati vehementer subsannantes levaverunt vocem, tympanizantes & buccinis perstreptentes, moeror vero & tristitia Christianos invasit. Navis autem *Teutonicorum* & *Frisorum* inter turrim & civitatem anchoris haerebat fixa, damna plurima per balistarias, qui intus locati fuerant, inferens *Egyptiis*, praesertim illis, qui stabant in ponte, inter civitatem & turrim porrecto. Ipsa vero navis a bellatoribus civitatis, turris & pons jaculis & igne Graeco impetebatur. Tandem navis ex parte igne correpta fuit, sed defensores illius viriliter extinxerunt, & suae stationis locum reducerunt. Christiani vero considerantes, turrim non posse capi petrariorum & contributorum ictibus, neque fame propter civitatis vicinitatem, Domino prodeunte & Architecto demonstrante, sumptibus *Teutonicorum* & *Frisorum* coccones conjunxerunt trabibus & funibus, fortissime cohaerentes, & socia compaginatione vacillandi periculum prohibentes, ac in summitate castellum firmum super III. malos collocantes. Sexta igitur feria ante festum S. Bartholomaei nudis pedibus cum devotione ad S. Crucem processionem fecerunt, ubi, implorato divino auxilio, ut res omni careret invidia & vana gloria de qualibet gente, quae tunc erat in exercitu, aliquos ad hujus negotii executionem invitaverunt, licet gens *Teutoniae* & *Frisiae* ad hoc sufficisset opus. Die S. Bartholomaei feria VI. cum *Nilus* vehementer excrevisset, & aquarum impetu negotium plurimum impediretur, cum multa tum difficultate instrumentum

Q 2

1218. tum hoc contra torrentem a loco, in quo fuerat, ad turrim trahebatur. Clerici vero nudis pedibus per littus ambulabant. Dominus supplicantes. Illo autem opere funibus & anchoris stabilito, acriter utrinque pugnatum est, quomodo & de civitate & de turri instar grandinis & fulminis lapides & ignis Græcus jaciebantur, sed per liquorem acetosum & sabulum ac extinctorio subventum est laborantibus. Interea jacuit Patriarcha ante divinæ crucis lignum in pulvere prostratus, clerus nudis stans pedibus indutus soleis clamavit in coelum. Defensores turris anteriorem scalæ partem incenderant, quam nostrates extinguere volentes, quidam cum signifero Ducis *Austriæ* in fluvium corruerunt. *Sarraceni* vero vexillum Ducis *Austriæ* tollentes, ac *Babilonii* se vicisse putantes vociferati sunt. Posthæc miles quidam *Laodicensis* Diocesis primus turrim ascendit, quem *Friso* quidam sequens ac flagello, quo grana excuti solent, ad dextram & sinistram fortissime percutiens quendam tenentem signum croceum Soldani stravit ac vexillum abtulit. Alii post alios successerunt, superatis hostibus, quos resistentes duros seuserant & crudeles. Sicque turris hoc modo capta fuit. O ineffabilis Dei pietas! O inexplicabilis Christianorum hilaritas! quare nostrates post fletum & gemitum, gaudium viderunt & triumphum. Tandem conclusi in turri colloquium petebant & sese sub pacto vitæ dederunt Duci *Austriæ*, præter illos, qui nocte præcedente fuga lapsi sunt captivi & numerati sunt, ad C. viros. Principes vero nostratum ad desidiâ devoluti præparabant se ad recessum. *Frisorum* & *Teutonicorum* abiit maxima multitudo. Passagio S. Crucis instante, in quo etiam ad terram sanctam venerunt *Normani*, & post eos *Pelagius* Albanensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, deinde Magister *Robertus* de *Curzum*, duo Episcopi *Vngariæ*, qui mortui sunt ante transitum fluminis in sabulo *Damiatæ*. *Oliverus* etiam filius Regis *Angliæ* & multi alii equestri ordinis & plebis apud *Damiatam* diem cluserunt extremum. Post captam siquidem turrem, *Sapbadinus* inveteratus dierum malorum, usui pator regnorum *Asiæ* mortuus est. Postmodum in Festo S. Dionysii *Sarraceni* venientes & principia castrorum invadentes modica manu *Christianorum* repulsi sunt, fueruntque ex eis cæsi & submerli ad mille DC. Sane in festo S. Demetrii, qui fuit uterinus S. Dionysii, summo diluculo castra Templariorum invaserunt hostes, & modicum dampnum nobis inferentes, ex ipsis interempti sunt a nostris fere DC. Populus autem Domini, promisso triduo jejunio, quod clerus humiliter in pane & aqua servavit, & multis processionibus ordinatis a Legatis temptavit. Nam in vigilia S. Andreæ in media nocte intumuerunt fluctus maris excrecentes & excursum terribilem facientes usque ad castra fidelium, ab alia vero parte fluminis inundans ipsos

1218. incautos occupavit. Natabant tentoria, perierunt cibaria, pisces pluviales & marini se quali nihil timentes cubiculis ingrediebant, quos Christiani manibus ceperunt, quibus tum delitiis carere voluissent & consilio Spiritus S. ante provisum esset, in fossato tamen, quod ad alios usus factum fuerat, mare conjunctum flumini, homines cum jumentis, naves cum armis & victualibus detraxisset ad hostes. Nec tum hoc periculum quatuor cocones, super quas ædificata erant propugnacula ad capiendam civitatem, qui uno impetu cum quarta nave, quæ inter eos hærebat, ad oppositam ripam vi ventorum præcipitati ante oculos fidelium igne Græco sunt combusti. Pepercit autem Dominus operibus *Teutonicorum*, quibus turris capta fuerat. Naves onerata, quæ in portu maris stabant, repente ruptis funibus perierunt. Duravit autem hæc tempestas per triduum continuum, quo elapso, Deus, qui consolatus est suos in omni tribulatione sua, imperavit ventis & mari, stare faciens ipsum a fervore suo. Invasit præterea de exercitu multos quædam pestis, quum dolor repentinus invalit pedes & crura, & conjunctim caro corrupta gingivos & dentes obduxit mastlicantibus auferens tibias nigredo horribilis fuscavit, & sic longo tractu doloris afflicti cum multa patientia migraverunt ad Dominum plurimi. Post dictam tempestatem naves parabantur & transitus fluminis, quæ cum magno periculo sursum ascendentes inter civitatem & turrim captam, igne Græco & machinis cum jaculis plurimum sunt impeditæ. Vnde accidit, quod una navis Templariorum in torrentes raptâ prope civitatem præcipitaretur ad hostes, qui cum barbatis & uncis ferreis ipsam impugnaverunt, diutius ignem Græcum cum lapidibus desuper de turribus jacentes, & cum sic prævalere non possent propter defensores audaces, certatim naves ascendentes, præcipites in eam descenderunt ad Templarios. Vbi cum diutius pugnaretur, tandem navis perforata, sive a nostris sive ab hostibus incertum habetur, profunda petiit submergens *Ægyptios* cum Christianis. Cives autem *Damiatæ* cruentam victoriam suam fere sex diebus planxerunt. Exinde *Ægyptii* pontem reparantes aperturam adeo reliquerunt angustam, ut naves fidelium sine magno periculo transire non possent, quem *Teutonici* & *Frisones* vix decem numero viriliter confregerunt. Fracto denique ponte & receptis III. navibus, super quas erat pons fundatus, reversi sunt cum triumpho, liberam viam & apertam sursum velificantibus relinquentes.

1219. Anno Domini MCCXIX. *Sarraceni* periculum, quod eis imminerebat, attendentes ripam Christianis oppositam fossatis & machinis munierunt, ac tres ordines armatorum stationi navium nostrarum opposuerunt, duos perditum super ripam, tertium longum & terribilem, lapidibus & telis plurimum vexando stationem Christianorum. Sane nocte B. *Agatha*

1219.

Agathæ, ubi tantum pavorem Soldano & *Babyloniis* Dominus incussit, ut relictis castris, ignorantibus etiam *Egyptiis*, quos ad resistendum ordinaverat, in sola fuga spem poneret. Quidam autem apostata, qui longo tempore legem Christianorum transgressus cum Solidano militaverat, stans in litore ripæ Gallicæ clamabat: *Quare moramini? Quid trepidatis?* Solidanus abiit. Quo dicto, se in naviculam Christianorum recipi postulavit, ut in potestate eorum positus fidem dictis faceret. Summo igitur diluculo cum inchoatum esset officium diei festi per oratoria Christianorum: *Gaudemus omnes in Domino*, nunciata sunt hæc & alia Principibus. Itaque fugientibus *Egyptiis* nostrates certatim ac alacriter absque omni impedimento transierunt. Templarii præduces in ascensum equorum erectis lignis propero cursu ad civitatem pervenerunt, sternentes perfidos, qui audacter portis egressi venientibus occurrerunt, multi bellatores relictis uxoribus & parvulis territi propter inopinatum transitum fugierunt de *Damiata*, & sic per gyrum obsessa est civitas. Post festum vero Annunciationis Dominicæ regina civitatum *Hierosolyma*, quæ videbatur inexpugnabiliter munita, destructa est a *Caradivagio* filio *Saphadinni*, foris & intus muri cum turribus redacti sunt in acervos lapidum præter templum Domini & turrim David. Porrò de sepulchro glorioso destruendo consilium habuerunt *Sarraceni*, sed huic temeritati nemo præsumpsit manum apponere propter loci reverentiam. Sicut enim in Alcorano libro legis eorum scriptum habent, *Jesum Christum* Dominum nostrum credunt de *Maria* virgine conceptum & natum, quem sine peccato vixisse, Prophetam & plusquam Prophetam protestantur coecos illuminasse, leprosos mundasse, mortuos resuscitasse, firmiter asserunt per verbum & Spiritum Dei & vivum ad coelos ascendisse non discredunt. Vnde quando tempore treugarum sapientes eorum *Jerosolymam* ascendebant, Codices Evangeliorum sibi postulabant exhiberi, & osculabantur propter munditiam legis, quam Christus docuit, & maxime quod per Evangelium *Lucæ* missus est *Gabriel*, quod literati eorum sapius repetunt & retractant. Legem autem eorum, Diabolo dictante ministerio *Sergii* monachi & apostatæ ac hæretici *Machometus Sarracenis* dedit *Arabia* scriptam, quæ sic incipit: *A gladio cepit & per gladium terminabitur.* *Machometus* iste illiteratus fuit, sicut ipse protestatur in Alcorano suo, & prænominatus hæreticus dictavit, iste promulgavit, & per comminationes & vanitatem legem statuit, quam carnaliter viventes in parte voluptatis firmiter observant, & sicut legem nostram veritas & munditia muniunt, ita errores ipsorum timor mundanus & humanus ac voluptas carnalis firmissime custodiunt. In die Palmarum anni præscripti hostes fidelium, multa comminatione præmissa, quod se ipsos vel nostrates omnes una die

perderent, collecto terribili & innumerabili exercitu equitum & peditum, irruerunt super Christianos, undique fossatum eorum invadentes. Hostes vero cum electis militibus suis de equis descendentes cum nostratibus atrociter pugnaverunt. Mulieres aquam & vinum & lapides ministrabant bellatoribus fidelium; interea orationi Sacerdotes insistebant, vulnera fauciatorum ligantes & benedicentes. Concideruntque hinc inde mortui multi & vulnerati, qui adeo instabant atrociter, qui venerant studio liberandæ civitatis, ut ab ortu solis usque ad horam fere decimam bellum protraheretur. Tandem hostes retraxerunt se cum maximo damno. Post hoc instabat passagium vernale & III. Calend. Maji magna pars peregrinorum recessit, sed novi recentesque peregrini cum copia victualium & equorum supervenientes Christi milites lætificaverunt circa festum Ascensionis Domini, irruerunt super fideles perfidi, multoties prævalere volentes, sed non poterant. Post diutinos assultus tandem fossatum nostrorum contra militiam templi transeuntes & licias violenter rumpentes, Christianorum pedites in fugam verterunt adeo, quod totus exercitus fidelium periclitaretur. *Sarraceni* liquidem intra moenia nostrorum, fractis munitionibus ligneis, equitum ac peditum acies ordinarunt. Timiditas aucta Christianis, sed Spiritus, qui induit *Gedeonem*, animavit Templarios, quia Magister Templi cum *Morcasco* cæterisque fratribus per exercitum angustum, impetu facto, & viriliter in fugam convertit incredulos, alique de diversis nationibus ipsis tulerunt auxilium. Sic pedites *Sarracenorum*, abjectis clipeis, interficiebantur. *Sarraceni* vero priores recesserunt, occisorumque corpora strata jacebant juxta fossatum plurima. Sic salvavit Deus in die illa sperantes in se. Instrumenta itaque fidelium contra civitatem parata combusta sunt fere omnia, præter scylas. Igitur *Genuenses*, *Pisani*, *Venitiani* firmiter asseriebant, se civitatem expugnaturos, sed ipsi non erant de genere virorum illorum, per quos salus facta est in *Jerusalem*, quia veraciter comprehensum & intellectum est, sola virtute divina *Damiatam* in manu Christianorum fore tradendam. Post fideles, immemores beneficiorum Dei procuraverunt oculos divinæ majestatis contra ipsos & per dissidiam majorum & murmurationes minorum, pedites equitibus improperabant dignam, quomodo equites periculum peditum, quando contra *Sarracenos* egrediebantur, dissimulabant. Vnde factum est, ut communibus culpis exigentibus, in decollatione *Johannis*, licet vix invenirentur, qui in custodia castrorum remanerent, cum exercitus fidelium contra castra *Babylonicorum* tenderet, commisso proelio, multi nostratum captivarentur Nobilium multique occumberent. In quo conflictu Christiani mille peditum & centum milites perdidisse memorantur. Quæ de re fideles miocror occupavit,

1219.

Hierosolyma destruitur.

Turca reverentur Evangelium.

1219.

vir, sed nulla desperatio; quia poena peccati fuit hæc castigatio, & minus erat in poena quam exigerant. Nec ipsi quoque increduli hunc conflictum sine luctuoso damno transierunt, multis ibidem peremptis. Sane Deus, qui non obliviscitur misereri, luctus suorum convertit in gaudium. *Navi* Soklanus unum de captivis fidelium mittens, de pace cum ipsis tractare coepit, in quo tractu Christiani fossatum suum & munitiones reparaverunt. Interim peregrini plurimi ante tempus passagii confecti recedentes, agonistas Christi in summo reliquerunt periculo, quos tum Deus per *Savericum de Malo Leone*, ac bellatoribus plurimis, qui statim applicuerant, benigne consolatus est. Instante vero mense Octobre civitas obsidione, ferro, fame & pestilentia graviter afflicta, adeo ut desiderabiles cibi deessent, panis corrupti abundantia fuit in ea. Durabilis non est annona *Egypti* propter molles glebas, in quibus crescit, nisi superius circa partes *Babylonis* artificiose conservetur in annos. Diversa genera morborum vexabant eos. Soldanus etiam de die in diem vanis promissionibus impios hortatus decepit miseros. Illis etiam, qui foris in exercitu *Sarracenorum* fideles obsederant, copia panis & pabuli coepit decrescere. *Nilus* siquidem, qui post Festum *Johannis Baptistæ*, usque in Exaltationem S. Crucis solet excrefcere, *Egypti* magnam partem siccam reliquerat, quæ nec seminari nec arari poterat suo tempore. Unde Soldanus caritiam timens & famem, etiam amore retinendæ *Damiatæ* talem pacem cum fratre suo *Coredano* obtulit, ut crucem S. quæ olim capta fuit in victoria *Saladini* cum civitate sancta, & omnibus captivis, qui per regnum *Babylonis* & *Damasci* vivi reperiri possent, sumptus etiam ad reparandos muros *Jerusalem* redderet, insuper totum regnum *Jerosolymitanum* restitueret præter *Cracum* & *Montem regalem*, pro quibus retinendis tributum obtulit, quamdiu treuga duraret. Quæ duo castra in *Arabia* sita *Jerusalem*, cum voluerunt, graviter in vineis & agris lædere possunt. Hanc compositionem acceptandam esse & utilem Christianitati, Rex & Francigenæ, Comes *Zestriæ* cum Capitaneis *Teutonicorum* censuerunt, nisi sano consilio eis esset obvium. Legatus autem cum Patriarcha, Archiepiscopis, Templariis & omnibus *Italiae* Capitaneis multisque aliis prudentibus viris efficaciter huic tractatui se opposuit, rationabiliter ostendens, ante omnia *Damiatam* fore capiendam. Opinio enim diversa reperit discordiam, quia scito sedata fuit propter communem necessitatem, quomodo magnam multitudinem perditum clanculo per loca palustria *Soldanus* misit ad civitatem, quorum CCCXL Christianis dormientibus, liceas fuerunt ingressi. Dominica nocte post Festum Omnium SS. tandem per clamorem vigilum occisi sunt & capti, qui ad CC. computati sunt. Igitur Nonas Novembris capta est *Damiata* absque

Pax offertur a *Saladano* Christianis

Damiata capitur.

deditione sine defensione, sine violenta prædatione, ut soli Filio Dei victoria evidenter ascribatur. Et cum caperetur civitas in conspectu Soldani, more solito non fuit ausus bellatores Christi ad defensionem paratos super fossatum ipsorum aggredi, sed confusus castra sua combussit & fugit. Hanc urbem *Virulæ concernanti*, quæ tertio terræ motu subversa est, possumus assimilari. *Virula* enim propter ejus lasciviam (piscibus enim, avibus & pascuis, frumento, ortis & pomeriis abundavit) negotiando, piraticam exercendo, deliciis affluxit, in culpa perfluxit, in gehenna; sed una hora venit iudicium ejus. *Concernantem* dicimus, quia quasi tertio terræ motu habitatores ejus perierunt, ipsa tamen integra remanente. A *Græcis* & *Latinis* primo fuit obsessa, quia ab ea defecerunt, deinde a *Latinis* sub *Almerico* Rege *Jerosolimitano*, qui non profecerunt. Hac autem vice Rex Regum servis suis ipsam tradidit. Tali Duce Christiani *Damiatam* ingressi plateas ejus invenerunt stratas cadaveribus mortuorum, pestilentia & fame deficientium, aurum & argentum nimis, pannos sericos negotiatorum in abundantia, vestes pretiosas & ornatum cum omni suppellectili insuper abundantia.

Hoc etiam anno in vigilia Paschæ *Cunradus* Episcopus de *Sychem Erpbordiae* ordines celebravit in Ecclesia S. Mariæ. Hoc etiam anno Octava S. Martini *Fridericus* Rex a Papa *Honorio* imperiali sublimatur benedictione, & sequenti die Regina in Imperatricem. Hoc etiam anno Nonas Julii translatio facta est S. Thomæ Martyris atque Pontificis *Angliæ* in civitate Cantuariensi.

Anno MCCXX. in regali villa *Northusen* videlicet monialibus depositis Canonici successerunt.

Anno MCCXXI. Judæi in *Erphesfurd* circiter XXVI, a *Frisonibus* peregrinis & ab aliis Christianis, orta seditione crudeliter & veredigne occisi sunt XVI. Calend. Julii. Hoc etiam anno VII. Idus Januarii obiit beatæ memoriæ *Wicelo* Abbas Montis SS. Apostolorum Petri & Pauli in *Erpbordia*; cui successit *Heinricus*, qui fuit Camerarius ejusdem Ecclesiæ. Hoc etiam anno XIII. Calend. Octobr. Mogontinus *Erpbordiae* in Ecclesia S. Petri ordines celebravit ac in sequenti die Dominica Magistrum C. in *Hildenesheimensem* & *Heinricum* in ejusdem Cœnobii Abbatem consecravit. VIII. Idus Novembr. orta seditione inter cives *Erpbordiae* occisi sunt inter eos *Ditericus* & *Conradus* quamplures.

Anno MCCXXII. Tertio Idus Febr. *Erpbordia* incendium magnum, pontem & latam plateam consumpsit. Hoc etiam anno III. Calend. April. *Heinricus Nunnikinus* Præpositus Novi Operis Goslatiensis in *Hil-desheim* a *Cunrado* ejusdem loci Episcopo & C. Prædicatore de *Margburg* examinatus ac sæpius commonitus seculari iudicio pro hæresi est crematus.

Anno MCCXXIII. *Sigefridus* Mogontinus Archi-

1219.

1220.

1221.

1222.

Præpositus Goslar. crematur.

1223.

1223. Archiepiscopus habuit Concilium *Erbordiae* in Ecclesia B. Mariæ, & instituit, quod omne festum habens proprias laudes in novem lectionibus celebraretur. Hoc anno in vigilia Paschæ celebrati sunt ordines in Hospitali a *Wilhelmo* Episcopo. Hoc anno VII. Idus Maji Rex *Dacia* captus est a Comite *Heinrico* de *Zwirin*. Hoc anno in festo S. Martini Minores Fratres *Erbordiam* primo venerunt.
1224. Anno MCCXXIII. ventus excussit in agro [annonam.] Hoc anno Mogontinus *Erbordiae* suspendit divina a Purificatione usque ad Pascha & postea per septem dies in Septimana Reliquiarum. Hoc etiam anno obiit *Ludewicus* Scholasticus S. Mariæ Erphord.
1225. Anno MCCXXV. occisus est *Engelbertus* Archiepiscopus Colonienfis a Comite *Fridericò* de *Alzena* XVI. Calend. Decembr. idemque *Fridericus* sequenti anno in Episcopi anniversario sententialiter a *Coloniensibus* est occisus. Hoc etiam anno, quia in præcedenti ventus excusserat annonam, maxima caristia fuit. Hoc anno captus est Comes *Albertus* de *Orlamunde*. Hoc anno facta sunt organa nova *Erbordiae* in Ecclesia B. Virginis.
1226. Anno MCCXXVI. inundatio maxima fuit in *Thuringia* VI. Calend. Sept. Organa facta sunt ad S. Petrum. Hoc etiam anno factum est mirificum opus in *Erfordia* ad S. Petrum scil. organa, quæ in Sabatho Sanctæ Paschæ primo audita fuerunt. Hoc anno III. Non. Octobr. migravit ad Dominum S. *Franciscus* initiator ordinis Fratrum Minorum.
1227. Anno MCCXXVII. generale Passagium ad Terram Sanctam factum est, in qua expeditione etiam Imperator *Fridericus* transfretavit. Sed Landgravius *Ludewicus* in eadem expeditione III. Idus Sept. decessit in *Apulia* civitate *Ortrand* dicta. Eodem anno destructum est castrum *Eytirsburg* ab *Heinrico* Landgravio fratre *Ludewici*. Hoc etiam anno, *Honorio* Papa defuncto, *Gregorius*, qui & *Hugo* successit, qui eodem anno Sanctimonialium poenitentium S. Mariæ Magdalena ordinem confirmavit. Hoc etiam anno in Passione Domini Sacerdos quidam *Erbordiam* veniens atque benedicendi ac curandi oculos gratiam se habere dicens, petivit a Mogontino ibidem tunc existente licentiam benedicendi, qua accepta, dum missam perageret, terram benedixit & lutum faciens exemplo Domini oculos hominum, linivit, cujus scholaris litterulas - - ac populis distribuens multos denarios fallaciter ab ipsis emunxit. Sed quoniam nulli curati sunt & homines spe sua frustrati atque decepti, idem Sacerdos fuga lapsus latenter recessit. Hoc etiam anno III. Calend. Aug. maxima tempestas juxta cœnobium *Sichen* fuit, quæ magnam cladem villæ proximæ, quæ *Isleiben* dicitur, intulit per torrentem domos ipsorum abducendo ac plurimos homines submergendo. Eodem anno XV. Calend. Januarii *Erbordiae* tripartitos celebraverunt ordines hi Episcopi: Mogontinus ad S. Petrum, Haluerstadenfis ad S. Mariam, Livonienfis ad Capitulam S. Mariæ Magdalena in claustro S. Petri, qui sequenti Dominica pariter Pragensem Electum in Ecclesia S. Petri Episcopum consecraverunt.
1227. Anno MCCXXVIII. IV. Calend. Augusti obiit *Erbordiae* apud S. Andream *Cunradus* Abbas S. Viti in *Oldesleiben*, cui successit *Ditericus* Hospitalarius ejusdem loci. Hoc anno vigilia Paschæ *Wilhelmus* Haverbergensis Episcopus *Erbordiae* ordines celebravit.
1228. Anno MCCXXIX. Prædicatores venerunt *Erbordiam* ac cœnobium ibidem ædificare cœperunt.
1229. Anno MCCXXX. Quinto Idus Sept. *Erbordiae* obiit *Sifridus* Maguntinae Sedis archiepiscopus, ac honorifice sepultus est in Ecclesia B. Virginis ab *Engelhardo* Nuwenburgensi Episcopo. Cui successit *Sifridus* Patruelis ipsius, qui eodem anno cuidam fratri *Danieli* Ord. Prædicatorum Conventus Erphordenfis, qui fuit scientia præclarus, auctoritatem clerum suum vilitandi in Præposituris S. Mariæ *Erbordiae* & *Giecheburg* commisit, qui negotium strenue peragens, & ut plerisque videbatur, districtius exequens quosdam Clericos suspensos disciplina corporali misericorditer punivit, quosdam vero officio & beneficiis privavit, aliquos etiam Episcopatum exire compellebat.
1230. Anno Domini MCCXXXI. mense VII. occisus est *Ludewicus* Dux *Bavaria* a servo cujusdam gentilis Regis, qui dicitur *Senior*. Hoc etiam anno XV. Calend. Decembr. B. *Elizabeth* *Ludewici* Landgravii vidua migravit. Hoc etiam anno II. Calend. Junii in *Thuringia* in tribus castris scil. *Glichen*, *Wosfenburg* & *Mulburgk* turres & propugnacula uno fulmine pariter succendebantur. Hoc etiam anno V. Calend. Sept. Comes *Adelbertus* de *Wie* prædam innumerabilem in jumentis & gregibus abstulit *Erbordensibus*.
1231. Anno MCCXXXII. in *Alemania* perfida hæresis, quæ ibidem diu occulte pullulaverat, est manifestata. Quapropter circa *Rbenum* nec non & alibi innumerales hæretici per Mag. *Cunradum* de *Marburgk* auctoritate apostolica examinati ac per sententiam secularem damnati igne combusti sunt. Fuerunt autem, præsentem eodem *Conrado* *Erbordiae* III. Non. Maji IIII. combusti. Hoc etiam anno Minores Fratres infra muros Erphordenfes cœnobium ædificare cœperunt, dum extra muros ibidem per XI. annos reledissent. Hoc anno discordantibus Archiepiscopo Mogontino & *Cunrado* fratre Landgravii promonte *Heiligenberg* in *Hassia* sito & bella moventibus, idem C. XVII. Calend. Octobr. civitatem *Vitzlarensem* contra multorum opinionem incendio cepit, captivos secum abducens Episcopum Wormaciensem ac *Gumbertum* ejusdem loci Præpositum & quosdam Canonicos cum aliis fere CC. militibus. *Fridericus* itaque de *Drivurte* ac sui complices, ruptis violenter armarii ostiis, magnam inde pecuniam, a civibus ibidem deposti-

1227.

1228.

1229.

1230.

Daniel V.
sitor ri-
gidus Mo-
guntini.

1231.

1232.

Conradi
de Mar-
burg in-
quisitio
hærescos.Fritzlarie
incendium
& popula-
tio.

1232.

depositam manibus sacrilegis auferentes, libros, calices ac Ecclesie ornatum cum Sanctorum reliquiis distraxerunt. Fertur etiam a quibusdam, quod dictum est horrendum, ipsum sacrosanctum Corpus Dom. a maleficis ibidem in terram ignominiose dejectum. Quot autem ibidem occisi vel quot igne consumpti, novit Deus arbiter, cui qui eidem loco per modicam presentis iræ scindillam, æternam tonitruum sui comminatus est corruscationem.

1233.
Inquisitio
contra No-
biles & Il-
lustres.

Anno MCCXXXIII. octavo Calend. Augusti Rex & Magontinus & Mag. C. de *Marburg* *Maguntia* conventum Episcoporum & Comitum atque Clericorum fecerunt pro quibusdam infamatis ab hæresi, inter quos Comes de *Senie* accusatus inducias expurgationis ulteriores obtinuit. Super reliquos vero, qui non comparuerunt, prædictus C. de *Marburg* ibidem populum cruce signavit. Quapropter illi felle amaritudinis commoti jam dicto C. in reditu insidias juxta *Marburg* ponentes, ipsum una cum *Gerhardo* Minoris Ord. fratre, probatæ vitæ viro, XII. Calend. Augusti crudeliter occiderunt. Hoc anno Idus Februarii validissimus fuit ventus & juxta *Simena* audita sunt tonitrua ac fulgura visa. Hoc etiam anno III. Calend. Martii *Erfordia* in Ecclesia S. Petri Magontinus ordines celebravit. Hoc etiam anno III. Idus Martii *Sifridus* Maguntinæ sedis Archiepiscopus *Maguntia* Concilium celebravit Pontificatus sui anno III. Hoc anno fuit Eclipsis lunæ X. Calend. Octobr. Hoc etiam anno *Sifridus* Magontinus habito consilio cum Canonicis Magontinis pro sui prædecessoris debitis, quibus Episcopatus jam dudum *Roma* fuerat obligatus, in tota diocesi sua reddituum viciesimam partem a personis ecclesiasticis colligi mandavit, ac super hoc dato privilegio, se nunquam a clero suo diebus suis quicquam plus petiturum. Canonici etiam matricis Ecclesie Maguntinæ fide juratoria confirmaverunt, se de cætero nullum Pontificem electuros, nisi in idem privilegium consenturum. Hoc anno hæreticorum innumera multitudo per totam *Alemaniam* igne cremata est multoque plures hæresin abjuraverunt.

Sifridus
Mog. A. Ep.
vicefinas
postulabat
in sua Di-
ocesi.

1234.

Anno MCCXXXIII. XV. Cal. Junii Landgravius cepit castrum *Velleche* Comitum *Heinrici* de *Glichen*, ac ibidem XXIII. captos decollari præcepit. Hoc anno *Heinricus* Landgravius peractus malorum, quæ passus est ab *Heinrico* Comite de *Glichen*, ipsum tandem legitime citatum ac postea sententialiter proscriptum, novissime etiam omni suo jure feudali privavit. Quapropter *Magontinus* *Erfordensem* Advocatiam a Landgravio solvendam commutans, Episcopales redditus in *Guteren*, videlicet XL. talenta eidem jure feudali porrexit tamdiu, quousque per alia bona Advocatiæ restaurum faciat. Et hæc pacta VIII. Calend. Aug. facta sunt. Hoc etiam anno II. Nonas Junii regia villa *Noribusen* in parte majori cum Conventualibus Ecclesiis S. Crucis & Minorum Fratrum incendio consumpta est. Quem etiam ignem

Heinrici
Glichenensis
proscri-
ptio.

Incendium
Noribusen.

dum fere XX. homines in quodam cellario evadere niterentur, ex ejusdem domus ruina pariter oppressi sunt. Hoc anno *Erbordenses* ingratitude Domini sui *Maguntini* & offensam graviter incurrebant, ideo a quarta feria ante Palmas usque III. Calend. Augusti divinis caruerunt; quo die medianibus Landgravio atque Prælati *Erbordensibus* compositio statuebatur, satisfactione pecuniaria confirmata, sicque divina resumpta fuerunt. Hoc anno hyems asperrima fuit adeo ut in mediterraneo mari institores *Venetiam* cum oneratis summaris pedestri itinere per glaciem transierunt, quæ scilicet hyems non parvam per totam *Italiam* in vineis atque jumentis & olivetis intulit cladem. Hoc anno *Erbordia* in vigilia Paschæ *Willehelmus* *Hauerbergensis* Episcopus in Ecclesia Scotorum ordines celebravit. Hoc anno XIII. Calend. Maji *Parisus* super Ecclesiam beatæ Virg. visa est imago crucifixi atque iris super ipsam rotensa. Eodem anno in die Penthecosten magna tempestas pluvie & grandinis in *Turingia* non modicam ovibus & fegetibus intulit cladem.

1234.

Anno MCCXXXV. Dominus Papa directis in *Alemaniam* nuntiis ab omnibus Episcopis atque regalibus Abbatibus milites ac subsidium ad *Romanos* impugnandos postulavit. Hoc etiam anno *Mogontini* majoris Ecclesie Canonici, Archiepiscopi auctoritate freti, per totam *Mogontinam* diocesin editum promulgarunt, videlicet quod in omni Ecclesia Conventuali una venderetur præbenda, ad hoc pretio debita Episcopatus solvenda. Eodem anno Imperator *Heinricum* filium suum captivum castro *Heidelberg* custodiendum tradidit, ac post hoc ipsum absumens in *Rechia* castro *Alreheim* servandum commisit. Tandem Imperator adhuc timens, per ipsum ab æmulis suis imperii turbationem moliri, per Episcopos *Salzburgensem*, *Babenbergensem* ac postea per Patriarcham *Aquilegensis* eundem in *Apuliam* transmittens, *Balerne* recipi mandavit. O Sancte *Jeronyme*! Hoc anno *Mogontinus* *Erbordia* a festo S. Martini usque ad Domini Natalem moram faciens, fructum præbendarum ex *Turingia* ibidem collectum ad *Rbenum* transduci mandavit. Celebravit etiam idem Pontifex ibidem ordines solennes in Ecclesia S. Petri XI. Calend. Januarii. Hoc anno Imperator solennem curiam circa Assumptionem *Maguntia* celebravit ibidem coronatus incedendo. Eodem anno Dominus Papa, missis per universam Ecclesiam literis crucem constituit prædicari, per biennium ad terram sanctam expeditionem protelans.

1235.

Fridevicus
II. filium
captivum
tenet.

Anno MCCXXXVI. Calend. Maji *Marburgk* translatio solemniter facta est *S. Elisabeth*, præsentem *Fridevico* Imperatore ac tribus Archiepiscopis *Mogontino*, *Colonienfe*, *Bremenfe*, ubi etiam Dominus laudabile miraculum ostendere dignatus est, videlicet ut de ossibus illius oleum evidentissime exsuderet. Hoc anno XV. Calend. Junii obiit *Cunradus* Cantor

1236.

1236.

Judæi Ful-
de occi-
duntur.

Cantor in monte S. Petri, qui in infirmitate positus, dum aliquid cibi sumere rogaretur, negavit, dicens, se velle expectare adventum Spiritus S. Veniente ergo Dominica, quam sacratissima nox Penthecosten habebatur, ferme media nocte defunctus est. Hoc anno V. Cal. Januarii in *Fulda* Judæi utriusque sexus XXXII. a cruce signatis Christianis sunt perempti, quoniam duo ex eisdem Judæis in Sancto die Christi cujusdam molendinarii extra muros habitantis & interim in Ecclesia cum uxore sua manentis V. pueros miserabiliter interemerant, ac ipsorum sanguinem in sacco, cera linitis susceperant, igneque domui supposito recedentes. Cujus rei veritate comperta & ab ipsis Judæis reis confessa, ut supra dictum est, puniti sunt. Ipso anno III. Non. Febr. obiit *Cunradus* Præpositus S. Mariæ in *Erbordia*. Cui *Arnoldus* Præpositus major Treuerensis successit, qui veniens *Erbordiam* III. Non. Octobr. a clero ejusdem civitatis in processione fuit gloriose cum crucibus & candilenis susceptus & a Decano in loco suo installitus, cantando interim *Alma Redemptoris Mater & Te Deum Laudamus*. Hoc anno Calend. Novembr. *Meinhardus* Comes de *Mulburg* quendam civem *Erfordensem* cognomine Legatum in sancta nocte OO. SS. ad matutinas euntem captivum abduxit. Quapropter Maguntinus apud Imperatorem querimoniam deponens ipsum M. Imperatoris proscRIPTIONI ac suæ excommunicationis sententiæ innodari procuravit. Imperator civitatem *Vincentinam* non sine partium fraude cepit ac fere totam incendit, in ipsa postea præsidium constituendo. Hoc anno adeo calida fuerat hyems, ut vix sedecim dies glaciales in ea computari potuerant, in qua etiam audita sunt tonitrua VI. Idus Martii.

Meinhardus
de Mul-
berg pro-
scriptio.

1237.

Anno Domini MCCXXXVII. pridie Nonas Maji in *Babenberg* dedicatum est Monasterium ab his Episcopis, *Eistadense*, *Nuwenbergense*, *Mersburgense*, Domino Papa ibidem faciente indulgentiam magnam.

1238.

Anno MCCXXXVIII. tertio Nonas Maji orta tempestate circa silvam *Loibin* in villa *Sulte* dicta, super rustici cujusdam solius horreum & curiam pluebat Dominus, non ut filiis Israel quondam in deserto sicut pulverem carnes, sed grossa carniū frusta in modum interioris pinguedinis, quarum partem dum volucres & canes deportassent, reliquæ circa vesperam solis ardore veluti glacies liquefactæ sunt. Cujus autem rei hoc signum fuerit, melius timore quam disputatione discutitur. Hoc anno VI. Idus Julii obiit *Sophia*, mater *Heinrici* Landgravii in *Isenach* ac in Ecclesia B. *Katharinæ* sepulta est. Eodem anno adhuc illis duobus electis Præpositis *Magdeburgensibus Alberto & Brunone* inter se conflictum habentibus, nec ullo consilio vel arbitrio cedentibus, contigit servos *Brunonis* in *Magdeburg* manentis ad castrum vicinum, in quo prædictus morabatur *Albertus*, insidias ponere & prædam venari, quos ipse perniciousiter fugando persecutus usq;

Menckenii Scriptor. Rec. Germ. Tom. III.

ad muros civitatis unum ex eis graviter vulneravit. Quod videns quidam partis adversæ stans in muro sagittam direxit ac Præpositum *Albertum* letaliter vulneravit, qui mox accito confessore confessus ac defunctus est V. Idus Martii. Hoc anno in Ecclesia B. Petri *Hildenesheimensis* Episcopus ex mandato *Mogontini* XIII. Calend. April. ordines celebravit, & eodem die *Wircebergenlis* Episcopus in Ecclesia S. Mariæ & *Havelbergenlis* in Ecclesia S. Augustini tunc Episcopi in tribus monasteriis in Sabbatho *Sitientes*, posthac *Mogontinus* Dominica *Palmarum Maguntinæ* Curientem consecravit Episcopum. Hoc anno VII. Calend. Julii *Erbordie* in Basilica B. Virginis magnificum opus meritis, ut creditur, ejusdem gloriosæ Virginis Dominus operatus est. Siquidem puer scolaris a summitate laquearii ante suum altare super illud lapideum fundamentum corruens mortem contra humanam opinionem evasit, ita ut VII. die ambularet & postea plane convalesceret.

1238.

Alberti
Præpositi
Magdeb.
causes.

Anno MCCXXXIX. adeo lenis exitit hyems, ut a festo Thomæ fere usque ad Purificationem, exceptis montanis, nix visa non fuerit nec glacies. Hoc anno VI. Calend. Januarii validus erat ventus & contra morem visa sunt fulmina & audita sunt tonitrua. Eodem anno mense Majo in *Campania Francia* juxta civitatem *Prouisnam* hæretici combusti sunt numero CC. minus XVI. qui, ut ipsi confessi fuerunt, ex eorum progenie erant, quos Imperator *Theodosius* temporibus *Augustini* de *Africa* expulerat, qui etiam de secta *Manichæorum* fuisse creduntur. Hoc anno Imperator per totam æstatem *Longobardos* impugnans omnia circa *Bononiam* vireta atq; vineta cum aliis arboribus succidit, indeq; *Mediolanum* divertens obedit ac multa mala illi inferens duo propugnacula in valli sita expugnavit ac ipsorum defensores suspendi præcepit. Dicitur etiam ex eisdem civibus plusquam octingentos occidisse. Hoc anno *Maguntinus* in *Thuringia* ad annonam *Maguntinam* deferendam a cœnobiis vecturam exegit. Hoc anno magnus lapis ad lavatorium multo labore apportatus, præcisus & fossus Cal. Febr. suo loco est aptatus in clauetro S. Petri. Eodem anno obiit *Ditericus* Abbas S. Viti in *Oldesleben*, cui successit *Ditericus* Cappellanus ejusdem, juvenis quidem ætate sed sensu maturus, moribus ornatus, factis discretus. Factus enim Abbas multa in ædificiis Ecclesiæ suæ, in quibus Antecessores sui minus laboraverant, & ideo dissipata & destructa, sicut coram positi vidimus, magno sumptu renovavit.

1239.

Anno Domini MCCXL. perniciose adhuc Ecclesiæ inter Papam & Imperatorem discordia cunctis fidelibus non modicum incussit timorem, maxime cum frater *Cunradus* Magister Domus Teutonicæ, qui Principum *Alemaniam* consilio ad ipsos concordandos missus, occulto Dei judicio *Roma* VII. Calend. Augusti clausit extremum. Eodem anno tempore autumnali *Maguntinus* in qualibet Ecclesia *Erbordie* unam campanam vel ipsius redemptionem accepit.

1240.

(23)

R

Anno

1241.

Cardinalium inclusio.

Judæi occiduntur Francofurti.

Anno MCCXLI. pridie Nonas Octobr. facta est eclipsis solis generalis hora undecima. Hoc anno XI. Cal. Septembr. *Gregorio* Papa defuncto, Romanus Senator X. Cardinales ad Romanum Pontificem eligendum in domo quadam, sicut est moris, reclusit, ubi dum XI. ebdomadas in electione laborantes non concordassent, ita ut etiam unus eorum scil. *Rubertus de Curtzim* ibidem per aeris intemperiem, quæ in urbe tunc invaluerat, extremum exalaret spiritum. Tandem VII. Cal. Novembr. in Dominum *Gamsfredum* Sabiensem Præfulem consenserunt & *Coclestinum* nuncupaverunt, qui statim tertio die morbo correptus nec pallio nec infusa vel bulla functus XVII. die III. Idus Novembr. diem clausit extremum, sicque quidam Cardinales ab urbe dilapsi metuebant iterato recludi. Hoc anno in villa regia *Franckensfurt* cujusdam Judæi filius Christianæ fidei baptismum suscipere deliderans, a parentibus & amicis prohibitus est. Quapropter altercatione inter Christianos atque Judæos exorta, XI. Calend. Junii valide inter ipsos dimicatum est. Tandem paucis Christianis occisis Judæorum circiter CLXXX. gladio & igne, quæ propriis manibus imposuerant, consumpti sunt, ipsoque igne post hoc invalesciente, media fere pars ejusdem civitatis est concremata. Videntes itaque reliqui quidam Judæorum, sibi mortis imminere periculum, baptizati sunt numero XXIII. inter quos etiam ipsorum quidam Episcopus traditur extitisse. Anno ipso III. Non. Januarii obiit Landgravius *Hassia*, filius S. *Elizabeth* in *Crüceburg*, sepultusque est in *Reinbersburn*. Hoc anno in vigilia Paschæ *Wilhelmus* Hauerbergensis *Erphordia* apud Prædicatores ordines celebravit. Eodem anno *Tartari* in *Vngaria* Terra scil. VII. castrorum civitatem dictam *Hermanni Villam* in Aprilis expugnantes usque ad C. peremerunt Prædicatorum coenobium ibidem incendentes.

1242.

Ditericus factus sit Episcopus Numburg.

Anno MCCXLII. mense Februarii obiit quondam Rex *Henricus* Imperatoris filius. Eodem anno obiit Archiepiscopus Treuerensis *Theodericus*. Eodem anno obiit *Engelhardus* Nuwenbergensis Episcopus, cui successit *Ditericus* frater Marchionis Misnensis, ipso Marchione agente, ut a quibusdam licet paucis eligeretur. Nam *Petrus* Magister in studio positus canonicè fuit electus, & dum nuncii, ut rediret, missi fuissent, prædictus *Ditericus* Archiepiscopum adiens, muneribus datis in Episcopum se confirmari obtinuit, egressoque eo veniens Magister *Petrus*, dum super sua rata electione multa allegaret, nisi taceret, baculandum se esse intellexit, sicque confusus abscessit. Hoc anno Maguntinus *Erphordensibus* offensus ibidem a festo Penthecostes usque Assumptionem tertii anni divina suspendit.

1243.

Anno MCCXLIII. VII. Calend. Julii *Innocentius* Papa electus est, cum sedes vacasset anno uno & VIII. mensibus. Qui statim *Fridericum* Imperatorem denunciavit. Hoc anno VIII. Idus Januarii *Rudolphus* Merse-

burgensis Episcopus in *Lipzick* ordines celebravit.

1233.

Anno MCCXLIII. Maguntinus, ut *Erphordenses* adhuc durius arceret, in octava Epiphaniæ omnem clerum cum religiosis civitatem exire compulit, qui postea in sequenti proxima Dominica Latere in villa *Wimaria* cleri ac populi conventum statuens, *Fridericum* Imperatorem cum *Erphordensibus* denunciavit, ac post hoc III. Calend. Junii in *Krisslaria* concilium faciens eadem confirmavit. Eodem anno Moguntinus auctoritate Domini Papæ quintam redituum partem a Clero exegit. Hoc anno III. Nonas Sept. obiit *Sophia* Comitissa, mater Comitis *Henrici*. Hoc anno commotione nec dum sedata inter Maguntinum & cives *Erphordie*, dato mandato Maguntinus præcepit, ut omnes religiosi tam conventuales quam & Capellani, relictis propriis mansionibus, ad opprobrium civium II. Idus Jan. civitatem *Erfordiam* exirent, inter quos conventus montis S. Petri, relicto clastro, in allodio ejusdem Ecclesiæ per duos menses & dimidium se recepit. Postea appropinquante festivitate Paschali, ut divinis non carerent, in coenobia circumjacentia civitatem Conventus divisus est, alii ad S. Martinum prope flumen *Werra*, alii ad *Cellam Paulinæ*, alii in *Reinbersburn*, alii vero ad S. Vitum in *Holdesleben*, quos per quatuor menses & amplius honestissime tenuerunt.

1244. Interdictum Erfurti.

Anno MCCXLV. in mense Julio *Lugduno Gallia* celebratum est Concilium, præsentate Domino Papa *Innocentio* cum CCL. Episcopis, ubi per sententiam *Fridericum* quondam Imperatorem ab omni jure regni destituit, eandemque sententiam Prædicatoribus atque Minoribus Fratibus denunciandam commisit. Idem Papa *Innocentius* in eodem Concilio statuit, octavam Nativitatis B. Virg. Mariæ ab omnibus clericis & religiosi annuatim solenniter celebrari. Tempore hujus Papæ *Ludewicus* Christianissimus Rex *Francia* cum Christiano exercitu contra consiliurn Domini Papæ transfretavit, & fugientibus barbaris a facie ejus, cepit & in possessione pacifica habuit *Damiatam*. Postea in brevi ipse Rex *Francia* a *Soldano* *Babylonia*, id est, a *Pharaone* Rege *Egypti* captus est, & suus Christianus exercitus totus dissipatus & occisus est. In eadem pugna frater cujusdam Regis, validus animo & corpore, cum cæteris occubuit. Rex autem *Ludewicus* pro redemptione sua dedit *Soldano* C. milia marcarum argenti & civitatem *Damiatam*, verum arma, tentoria, vasa pretiosa, equos electos, alimenta Christianorum *Sarraceni* nullo prælio obtinuerunt. Eodem autem tempore cum idem Rex *Francia* moraretur ultra mare ubi sicut dictum est, captus & ad plurima damna perductus est, venerunt congregati in regnum *Francia* plura millia pastorum, dicentes, se velle venire in adiutorium *Ludewico* Regi *Francia* ultra mare. Hi unum Capitaneum Magistrum habuerunt nomine *Jacobum*, peritum in pluribus linguis, hic fuit

1245.

Expeditio cruciata Regis Francorum.

1245. fuit apostata *Cisterciensis* Ordinis & celebratissimus. Iste in *Francia* manus temerarias violenter in Clericos injecit per diversa loca. Istum facinorosum *Jacobum* sequebantur meretrices, latrones, magi & malefici, qui *Jacobus* apud *Bituris* civitatem sententialiter a Christianis occisus est, & omnes quotquot sequebantur eum, occisi & dissipati sunt.

Iste Papa *Innocentius III.* inter omnes Apostolicos a *S. Petro* primo Papa, ditior fuit, sicut refertur, & opulentior in pecunia & thesauris. Nam, sicut multis constat, eo tempore, quo *Henricus* Landgravius

Thuringia regni gubernacula suscepit, eidem ad supplementum regni XXV. milia

Bertholdus de Kefernburg capit Bambergensis Episcopus.

1246

argenti transmisit. Eodem anno captus est Episcopus *Babenbergensis* a *Bertholdo* Comite de *Keuernberg*, qui eum etiam in custodia per tempus tenuit. Cujus castrum videlicet *Keuernberg*, in quo idem Episcopus tenebatur, brevi tempore postea transacto, justo Dei judicio flamma consumpsit & inhabitabile reddidit. Quem Episcopum postea Landgravius *Henricus* in Regem electus a vinculis absolvit.

1246.

Anno Domini MCCXLVI. XVII. Calend. Maji inchoata est structura lignei aedificii in turri, ubi majores campanae pendent, in monte *S. Petri*, & in autumnò stanno operata & consummata est. Hoc etiam anno III. Calend. Novembr. in honore Omnipotentis & dilecti sui Apostoli *Andreae* fusa est campana multum sonora ab *Heidrico* magistro de *Abin*, parvoque intervallo postea in die *S. Leonhardi* in laudem & gloriam Apostolici tyderis *S. Pauli* fusa est alia minor campana & ipsius Apostoli nomine nuncupata. Eodem anno mortuus est Dux *Austriae* *Friedericus* nomine, ob multam crudelitatem famosus. Hoc etiam anno IX. Calend. Junii media nocte ortum fuit incendium *Erpbordiae*, & ita pene usque ad mediam diem perduravit, de quo incendio dixerunt seniores civitatis, tam saevum se nunquam vidisse. Ipsa etiam nocte simile fuit incendium in *Meigdeburg* & aliis pluribus civitatibus.

1247.

Anno MCCXLVII. *Henricus* Landgravius *Thuringia* in Regem eligitur. Qui Landgravius in Regem electus juxta *Rennum* cum magno exercitu cum *Conrado* filio *Friederici* quondam Imperatoris confligit, & eum cum suo exercitu apud *Franckensfurt* in die *S. Dominici* vicit & confudit. Eodem

Henrici Raponis mort.

anno praefatus *Henricus* Landgravius post secundam profectionem in *Sveviam* ad propria reversus immatura morte obiit profluvio ventris & sepultus est juxta *Fsenachum*. Defunctus est quamvis feliciter, tamen plurima bella & dira verrarum turbatio in *Thuringia* & *Hassia* exorta est & in aliis finibus ejus pro habendis possessionibus ejusdem. Eodem anno ad laudem Dom. nostri *Jesu Christi* & ad praedicandam gloriam magnificentiae Principis Apostolorum fusa est campana mira dulcedinis a praedicto fusore in honore Principis Apostolorum & ipsius Apo-

Menzenii Scriptor. Rec. Germ. Tom. III.

stoli nomine nuncupata, quam videlicet campanam *Theodericus* Nuwenburgensis Episcopus consecravit. Qui videlicet Episcopus XI. Calend. Octobr. ibidem ordines celebravit. Hoc anno mortuus est Comes *Hermannus* de *Horlamunde*.

Anno Dom. MCCXLVIII. turbationem

adauxit discordia, quae facta est inter Comites *Thuringia* & *Pincernam* dictum de *Varila* *Rudolfum*, qui multas villas Comitum depopulans igne consumpsit, per quod factum eosdem Comites ad resistendum provocavit. Veniens autem *Pincerna* cum suis

occurrit illis & cum eis pugnam commisit.

Pincerna igitur prosperis successibus de praeteritis factis exhilaratus, Comites inimicos suos non solum devicit, sed etiam quatuor ex iis, scilicet *Guntberum* Comitem de *Keuernberg* & filium ejus *Bertholdum* & *Henricum* & *Guntberum* Comites de *Schwartzburg* captos secum deduxit & in vincula conjecit.

Sigefridus Mogontinus apud Papam obtinuit, ut vacantes praelaturae & praebendae per biennium Episcopatu deservirent, & hoc factum per quinque annos perduravit. Hoc

etiam anno III. Non. Maji flebilis fama insonuit, quod nobilis illa campana nuper fusa, in monte *S. Petri* esset contracta. Hoc anno in vigilia *S. Jacobi* Apostoli *Marchio* *Misnensis* veniens prope civitatem *Erpbordiam* resedit, ita ut ex civitate ad suos & a suis jacula in civitatem jacerentur. Hoc anno civitas *Wiczense* captis & depulsis habitatoribus, praedae patuit & igne succensa est. Eodem anno *Conventus* *S. Petri* aliam fuderunt campanam, sed ignotum est, per quam negligentiam aë in terram defluxit & campana periit, quam tamen postea perfectam & integram perfecerunt. Ipso anno, V. Kal. Novembr. *Ditericus* Episcopus Nuwenbergensis in monte *S. Petri* Sanctimonialibus benedixit, & ad serviendum Deo in puritate & munditia cordis dedicavit. O Virgo virginum confer auxilium tuum!

Anno MCCXLIX. *Sifridus* Mogontinus in *Pingvia* moritur & *Mogontia* sepelitur. Quo defuncto, bellis undique adhuc frementibus, & crudelitate praedonum in depopulationibus Ecclesiarum, civitatum & villarum adhuc ingravescente, prospexit de excelso sancto suo Dominus & de coelo in terram aspexit, ut audiret gemitum competitorum in eo, videlicet quod Clerus Mogontinus ad Pastorem & Rectorem ejusdem sedis elegit fide & opere *Christianum*, qui omnibus viribus studuit Ecclesiae, cui praesesse debuit, pacem providere, revolvens animo illud dictum Salvatoris: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*. Fuldenses monachi, audito obitu *Sifridi* Maguntini Episcopi Abbatem sibi de congregatione statuerunt. Hoc anno corpus dominicum furto sublatum est in Ecclesia *S. Martini* & in cujusdam Canonici curia reconditum, pro quo inveniendò omnis Clerus processionem egit in montem *S. Petri*. Sed furto a fure prodito

R 2

1247.

1248.

Rudolphus de Varila nobilis victoria.

1249.

1249.

1249.

1249.

1249. dito & loco, omnis clerus civitatis domini cum corpus per quatuor menses reconditum, Episcopo *Cristano* præsente, in Ecclesiam S. Mariæ honorifice deportavit. Hoc anno

Lambertus Lampertus clericus, frater *Ernesti* & *Heinrici de Gleichen* Comitem de *Glichin*, adjutorio *Hermanni* Herbipolensis Episcopi & amicorum suorum, Præposituram *Erfordia* a Domino Papa impetravit. Eodem anno *Christianus* Mogontinus Episcopus in vigilia Christi ab omni clero in monte S. Petri honorifice susceptus est.

1250. Anno MCCL. facta visitatione ab Episcopo *Christano Erfordia* in monte S. Petri, Abbas *Heinricus* ab Abbatia destitutus est & *Voltmarus* Abbas Bursueldensis loco substitutus. Eodem anno multi Nobiles cum magno exercitu intraverunt oppidum *Molbusen*, volentes ipsum expugnare, ibidem interfecti sunt scil. in die *Triburtii* & *Valeriani*, quod fuit VI. feria ante Palmarum.

1251. Anno Domini MCCLI. *Christianus* Episcopus Mogontinus Episcopatum sponte resignavit, cui *Gerhardus* successit. Hoc etiam anno in jejuniis autumnali solennes celebrati sunt ordines *Erbordia* in Ecclesia S. Petri ab *Heinrico* Hildenesheimensi Episcopo.

1252. Anno Domini MCCLII. *Gerhardus* Episcopus electus *Erbordia* suscipitur. II. Nonas Febr. in monte B. Mariæ Virginis. Eodem anno mortuus est *Heinricus* quondam Abbas Montis SS. Apostolorum Petri & Pauli in *Erbord*. Ipso anno Mogontinus a clero suo vicissimam exegit. Eodem anno *Fridericus* quondam Imperator sed anathematizatus & imperiali honore privatus, veneno interit & misere mortuus in die Lucie Virg. & Mar. sepultus est apud *Fogiam*. Iste *Fridericus* Imperator, sicut præfatus Papa *Innocentius* in decreto Lugdunensi scribit, irritavit multociens pacem inter Ecclesiam & Imperium reformatam temere violavit. Per-

Friderici II. mors & crimina.

petravit etiam sacrilegium, capi faciens duos Cardinales S. Rom. Ecclesie, *Ottone* Portuensem & *Jacobum* Prænestinum Episcopos, ac aliarum Ecclesiarum Prælatos & Clericos, religiosos & seculares, venientes ad Concilium, quod Papa *Gregorius IX.* Romæ duxerat convocandum, quodque ipse Imperator petiverat convocari. Hos Prælatos cum Clericis in *Sicilia* fecit diris carceribus mancipari, quibusdam in mari merlis, Ecclesias XI. Archiepiscopales & multas Episcopales, Abbatis quoque ac alias Ecclesias Prælatorum regimine destituit in regno suo, in grave ipsarum præjudicium & periculum animarum. Ecclesiarum non solum facultates & bona fecit, prout voluit, occupari, sed etiam cruces, calices & thuribula & alios sacros eorum thesauros & pannos sericos velut cultus divini contemptor auferri iussit. Clericos quippe collectis & talliis multipliciter affligi procuravit, nec solum trahebantur ad iudicium seculare, sed cogebantur subire duella, incarcerationibus in confusionem & obprobrium ordinis clericalis. De hæresi quoque suspectus habe-

batur. Nam postquam *Gregorius* Papa IX. ipsum anathematis vinculo innodavit, & post captivationem Cardinalium, Prælatorum & Clericorum, ad sedem apostolicam venientium, claves Ecclesie contempsit, sibi faciens celebrari, vel potius, quantum in eo fuit, prophanari divina scripsit, & asseruit, se *Gregorii* Papæ sententias non vereri & coegit alios, sententias papales non servare. Præterea conjunctus amicitia detestabili *Sarracenis*, nuntios & munera eorum cum hilaritate & honorificentia recepit, & munera eis pluries destinavit. Ritus eorum amplectens illos in cotidianis ejus obsequiis secum tenuit. Existens enim ipse in partibus transmarinis, facta compositione quadam imo collusionem verius cum Soldano, *Machometi* nomen in templo Domini diebus ac noctibus proclamari permisit. *Bacario* Regi scismatico, Dei & Ecclesie inimico & solenniter excommunicato suam filiam tradidit in uxorem. Ducem *Bawaria* fecit per asinos occidi. Nec Ecclesias nec Hospitalia seu alia pia loca construxit, sed destructioni Ecclesiarum institit. Manum suam, sicut decet Principem, ad elemosinas non extendit. Neglector salutis & famæ suæ pietatis operibus non intendit. Possessiones Romanæ Ecclesie, videl. *Marchiam*, *Anconetanam*, *Ducatum Spoletanum*, nobilem civitatem in *Apulia* scil. *Beneventum*, cujus Archiepiscopus habet sub se XII. suffraganeos, eosdem destruxit, præter alias civitates *Tuscia*. Hæc scribit *Innocentius* Papa in decreto Concilii Lugdunensis. Iste *Fridericus* Imperator obtinuit asinos, homines mortiferos, perfidos & maleficos, a quodam Rege Barbarorum, ut fertur, qui appellatur *vetustus de montanis*, quos militi quo voluit ad occidendum. Hic iniquitatem in excelso locutus est, ponens

os suum in coelum dixit, audiente *Heinrico* Landgravio: *Tres* inquit, *seduxerunt totum mundum, videlicet Moyses Hebreos, Christus Impostoribus mundi.*

Christianos & Machometus barbaros. Quomobrem si Principes Imperii institutioni meæ assentirent, ego utique multo meliorem modum credendi & vivendi cunctis nationibus ordinare vellem. Rex *Cunradus* filius ejusdem *Friderici* post breve tempus etiam misere mortuus sepultus est apud patrem. Hoc etiam anno quidam Comites *Thuringia* & *Saxonia* & alii militares viri contra regiam villam *Molbusen* conspirantes, quosdam armatos curribus impositos occulte circa solis ortum eidem villæ inducentes, portas civitatis nitabantur occupare. Quod ut cives agnoverunt, sonantibus campanis ad arma concurrebant, & viriliter se defendentes, quosdam ex adversariis trucidabant, cæteros a moenibus fugantes cum magna eorum jactura a se repulerunt. Illos vero, quos peremerant, in fossam jactantes humo cooperuerunt.

Anno Domini MCCLIII. tertio Nonas Octobr. dedicatum est Monasterium beatæ & gloriosæ Dei genetricis & perpetuæ Virg. Mariæ in *Erbordia* ab Episcopo Nuwenbur-

gense

1252.

1253.

Molbusen civitati parantur insidia.

Calumnia de Tribus

1253. genſe, tribus aliis cooperantibus, quorum unus erat de ordine Cifterciensium, alius de ordine Minorum Fratrum, tertius de ordine Domus Teutonice.

1254. Anno MCCLIII. *Innocentius* Papa IV. decessit, cui *Alexander* IV. successit. Hoc anno Conventus S. Petri in *Eyphordia* inchoavit ligneam structuram turris, in qua minores campanæ pendent. Eodem anno mortuus est *Hermannus* Wirceburg. Episcopus, cui successit *Irin* Canonicus Ecclesiæ S. Kiliani, quem *Gerhardus* Mogontinus Episcopus consecravit in vigilia Paschæ in monte S. Petri in Presbyterum & sequenti die in Ecclesia S. Mariæ Episcopum ordinavit. Hoc anno *Willelmus* Comes *Hollandiæ* in Regem eligitur, qui in divinatorum officiis cum tanta devotionis reverentia ac morum disciplina frequenter interfuit ac in prosecutione justitiæ tam studiosus & districtus apparuit, quod in ipso tam devotionis humilitas quam justitiæ æquitas poterat non immerito commendari. Et quia Dominum in omnibus factis suis semper præ oculis habuit, timuit & amavit, ideo ipse, qui se diligentes diligit ac honorantes honore condigno remunerat ab sublimat eundem *Willelmum* multiplicitate sublimavit victoria. Nam cum *Margaretha* Comitissa *Flandriæ*, quæ tota bellis ac cædibus inhiabat, ad Ejusdem *Willelmi* terminos depopulandos validum emisisset exercitum, ipse utpote vir in armis ac strenuitate conspicuus, licet pugnatorum numero longe minor esset, tamen cum eodem congressus exercitu, de ipso, divina annuente clementia, victoriosum obtinuit triumphum. Præterea etiam cum *Aquisgrani* civitatem cum magna Principum multitudine obsedisset, ipsam ad deditionem absque longo temporis dispendio violenter ac magnifice compulit ac cœgit. Nam ex industria & auxilio *Frisonum*, cujusdam aquæ restringendo decursum, tantum in ipsa civitate fecit inundationis profluvium, quod diutius resistere seu subsistere aliquatenus non valebant. His itaque habitis victoriis una cum venerabili patre *Hugone*, Apostolicæ sedis Legato, ad partes accessit *Saxoniæ*, ubi filiam illustris Principis *Ottonis* de *Brunschwigk* duxit in uxorem. Cum igitur jam peragerentur tædæ, ac nuptiarum solennia cultu celebrarentur magnifico, prout regalis excellentia exposcebat, ecce in ipso noctis canticio ex quadam ministrorum incuria ipsa aula, in qua Rex accubuit, succenditur, ita quod ipse Rex cum nova conjugæ sua vix nudus evasit incendium. Omnia vero ornamenta sua, quæ multa secum adduxerat, incendio perierunt. Postmodum vero ad civitatem *Hallis* pervenit, ubi cum magno honore, sicut regiam majestatem decuit, susceptus est, quamplures etiam Principes *Alemanniæ* ibidem ab ipso, sicut a *Romanorum* Imperatore, pœoda sua receperunt. Usque ad hæc ergo tempora fortuna, quæ in rebus humanis utique discurrit, incerta ipsi Regi mater extiterat, sed nunc nimium

novocari incepit, quia lætam ac serenum ipsius principium, sicut eventu patuit, tristissime conclusit. Nam cum idem Rex *Willelmus* cum exercitu suo terram devastaret *Frisonum*, ut ipsam imperatoriam subiceret ditioni; heu nimia seductus animositate quosdam *Frisones*, quos aspexit in littore, cum paucis insecutus ab ipsis, morte miserabili interemptus est. Hoc etiam anno *Volmarus* Abbas Montis S. Petri in *Eyphordia* resignavit Abbatiam, cui successit *Andreas* Cellerarius Ecclesiæ.

Anno Domini MCCLV. *Alexander* Papa a B. *Petro* CXCI. ordinatus sedit annis VI. Eodem anno ortum fuit incendium *Erfurdie*, quod simile vel majus fuit illis incendiis, quæ præscripta sunt. Hoc etiam anno III. Cal. Nov. in honore S. & individuae Trinitatis & gloriam Principis Apostolorum fusa est campana, quæ ipsius nomine nuncupata est, quæ campana, dum cuidam hospiti pulsaretur, in ipso motu cecidit, & Domino protegente, dum tanta moles caderet, nec ipsa campana læsa fuit, nec illi, qui pulsabant, aliquid periculum sustinuerunt. Eodem etiam anno cives, qui *summi Burgenses* dicti sunt, quibus ab antecessoribus suis cura civitatis commissa fuit, statuerunt, ut singulis annis XII. ex omni ætate seniorum, videlicet medicorum & juvenum, eligerentur, qui Consules nominarentur, & super illos duo seniores, ut quod major pars illorum faciendum decernerent, hoc ipsi approbantes, ab omni populo civitatis firmum deneretur.

Anno MCCLVI. Rex *Willelmus* in *Fresiam* veniens occiditur. Hoc etiam anno XVII. Calend. Febr. quæ tunc fuit Dominica dies; captus est *Gerhardus* Mogontinus Episcopus & plures cum eo Comites & alii Nobiles in villa dicta *Bolleſtede* in prædio Monachorum de *Volckolterode*, quos homines Ducis de *Brunschwig* eidem in *Brunschwig* præsentaverunt. Paucis vero diebus deinde transactis, idem Dux Comitem de *Eberstein* dictum, patrum videlicet ejusdem Episcopi, ob multas eidem Duci exhibitas contumelias suspendio fecit interire. Hoc etiam anno XI. Calend. Febr. universus clerus civitatis *Eyphordiæ* processionem fecit in montem S. Petri, ubi missam pro absolutione Episcopi de vinculis S. Petri celebravit. Eodem anno *Ericus* Rex *Daciæ* occiditur. Hoc etiam anno Ducissa, uxor videlicet Ducis *Bavariæ*, apud ipsum ream transgressionis accusata; ipso jubente, gladio necata est. Eodem anno Papa *Alexander* *Ezelinum* deterrimum tortorem Christianorum & interfectorem LX. Minorum Fratrum & aliorum fidelium plurimorum, persecutorem sacre fidei catholice, pro hæretico, & omnes fautores suos sententialiter condemnavit & excommunicavit, & a sancta Dei Ecclesia tanquam membra putrida & morbida præscidit in littera apostolica, quæ sic incipit: *Scandalum fidei malum Italiæ & macula populi*. Iste *Ezelinus* hæreticus publicus, hostis Christiani nominis captivatus est, cum crux contra ipsum

Willelmi
Mollandi
electio &
laudes.

1253

1254

1255

1254.
Occiditur.

1255.

Mutatio
in Senatu
Erfurten-
si.

1256.

Gerhardus
A. Ep.
Mog. captus.

Ezelini ex-
communicatio.

1256. ipsum prædicaretur, cum plena indulgentia omnium peccatorum, quæ transeuntibus fame & inedia, traditus in reprobum sensum, nequaquam volens cibum sumere, [se] interfecit. Hostes sævissimi & oppressores crudelissimi omnium nationum, *Tartari* videlicet; potenter expugnaverunt partes Orientales, videlicet regnum *Indiae*, regnum *Armeniae*, regnum *Ninive*, regnum de *Baldach* potentissimum, interfecto eorum Papa *Kalifa*, regnum de *Halap*, regnum Jerosolimitanum, *Antiochiam* & *Tripolis*, & partes Christianorum ultra mare, & fugatis tam Christianis quam *Sarracenis Jerusalem* & *Arabiam* possederunt. Porro Soldanus *Babiloniae*, qui est *Pharao*, Rex *Aegypti*, resumptis utcumque viribus, cum exercitu barbarorum clam irruit in castra *Tartarorum* & multa millia ex eis interfecit. Soldanus *Babiloniae* ideo dicitur, qui in tertia mansione in exitu *Jerusalem* de *Aegypto* scil. *Erbam* Rex *Pharao* construxit Civitatem munitam, quam appellavit *Novam Babiloniam*. Quidam Magistri Theologi Parisienses duplici corde composuerunt eodem tempore libellum infamiae contra *Minores Fratres* & Prædicatores, qui tale habuit initium: *Ecce videntur clamant foris*. Hunc librum, ipsis Magistris presentibus, *Anagninae Alexander* Papa III. sententialiter condemnatum combussit, in audientia destituit quoque eosdem Magistros ab officiis & beneficiis; fratres autem utriusque ordinis idem Papa restituit famæ suæ.

1257. Acta sunt hæc anno Dom. MCCLVII. Eodem anno *Gerhardus* Magontinus Episcopus a captivitate, qua per annum detentus erat, solutus est. Quidam namque Comes, frater Regis *Angliae Richardus* nomine, cupiditate regali ductus, cum esset multum locuples, Principes *Teutoniae*, ad quos electio pertinebat imperii, magnis muneribus flectere temptabat, ut eum ad regni gubernacula eligerent, propter quod *Gerhardum* Magontinum Episcopum, datis VIII. milibus marcarum, a vinculis liberavit, ea scil. ratione, ut eum eligeret in Regem *Romanorum*, & aliis Principibus idem facere persuaderet. Eodem etiam anno Capitulum Abbatum Ordinis S. Benedicti per *Thuringiam* & *Saxoniam* celebratum est *Erbordiae* in monte S. Petri super reformatione Ordinis. Hoc etiam anno Comes *Heinricus* de *Glichin* senior obiit & apud S. Petrum honorifice sepultus est.

1259. Anno Domini MCCLIX. *Gerhardus* Magontinus Episcopus *Erbordiam* veniens ibidem moritur & apud *Minores Fratres* tumulatur, cui *Wernberus* Mogont. Ecclesiae (*) electus *Romam* proficiscitur, ut beneficium confirmationis consequatur. Eodem anno inter *Bohemiam* & *Vngariae* Reges grande bellum oritur. Ungarus equidem *Rutenos*, *Comanos* ac alias diversas barbaras nationes cum innumera multitudo secum eduxit ad prælium, Bohemos vero divitiarum suarum thesauros aperiens tam larga militibus satellitia

ac donativa distribuit, quod ad se non modicam *Teutonicorum* evocavit militiam. Cum igitur ex utraque parte apud *Maram* fluvium convenissent exercitus & castra fixissent ibidem, Ecce Rex *Boemus*, *Orionis* Marchionis *Brandenburgensis*, qui eidem in adiutorium venerat, utili acquiescens consilio, quibusdam armatis post tergum relictis, tanquam fugiendo secessit retrorsum. His siquidem visis, *Vngari* quasi jam de belli certi victoria, subannando ac vociferando cum magna multitudinis fluvium transierunt, nec non eos, quos relictos invenerant, gravi fortitudine occupantes ex ipsis multos occiderunt. His vero cognitis Rex *Bohemiae* cum toto revertitur exercitu atque ipsos *Vngaros*, qui flumen transierant, in manu conclusit hostili. Plurimi quidem ex ipsis gladiatorum extermino perierunt, quamplurimi etiam, qui gladiatorum procellas effugerant, aqua non evaserunt periculum. Cum igitur Rex *Vngariae* tandem cladem suorum aspiceret, non ultra morari sustinens cum residuo exercitu in fugam conversus est.

Anno Domini MCCLXI. plura millia flagellatorum prodierunt in mundum. Eodem anno, jubente Papa *Alexandro*, celebrata sunt concilia in *Mogontia* a Domino *Wernbero* Archiepiscopo & alias ab Archiepiscopis contra *Tartaros* & alia pericula, ut per orationes fidelium resistatur inimicis Ecclesiae in nomine Domini nostri Jesu Christi. *Heinricus* Comes Junior de *Glichin* obiit.

Anno MCCLXII. Rex *Tartarorum* missi solennes nuntios circiter XXIII. nobiles *Tartaros* cum duobus *Fratribus* Ordinis *Prædicatorum*, qui essent interpretes linguarum, ad Regem *Franciae Ludewicum*, ut se & totum regnum *Franciae* ditioni subiceret *Tartarorum*, alioquin *Franciam* impugnare se velle tempore procedente comminati sunt. Quod *Ludewicus* Rex, habito consilio cum *Primoribus* regni sui, constanter tenuit. Ipsos tamen nuntios honorifice *Parisiis* tenuit & usque ad Papam *Alexandrum* pacifice remisit. Eodem anno Papa *Alexander* in die S. Urbani Papæ defunctus est in *Bitervio* & ibidem sepultus, & cessavit vel vacavit Episcopatus usque ad Decollationem S. *Johannis Baptistæ*, discordantibus Cardinalibus in electione. Tunc elegerunt Patriarcham *Jerosolymitanum Jacobum* in Papam, & vocatus est *Vrbanus* Papa III. Ipso anno frater *Theodericus* Ordinis *Prædicatorum* ictu tonitruum percussus ilico defunctus est. Eodem anno defunctus est *Volmarus* Abbas quondam, & in monte SS. Apostolorum *Petri & Pauli* honorifice tumulatus.

Anno Domini MCCLXIII. venit quidam cum exercitu magno, dicens se esse *Fride-* *Pseudo-Fridericum* Imperatorem, qui ante X. annos mortuus fuerat. Hic impugnans *Menfridum*, Principem *Apuliae*, eum strenue persequabatur, asserens se velle habere regnum *Apuliae* & *Siciliae*. Eodem etiam anno fuit eclipsis lunæ fere a media nocte usque

(*) Desunt quædam.

1263.

usque ad diluculum & in sanguineo colore diu laboravit. *Urbanus* Papa III. congregata multitudo tam cleri quam populi, cum cardinalibus & Pontificibus, XIII. Calend. Decembr. incepit prædicare solenniter crucem in succursum Terræ Sanctæ, & Fratribus Minoribus ac Prædicatoribus per literas Apostolicas datas, *Viterbii* strictæ dedit in mandatis, eandem crucem instanter & diligenter per Dei Ecclesiam prædicare cum largâ indulgentia, in subsidium Terræ Sanctæ. Eodem anno in sancta festiuitate Paschali scilicet, quæ erat III. Calend. Aprilis, Soldanus *Babyloniæ* armata manu obsedit civitatem *Ac-*

Res Christianorum
in Palestina.

con. Tunc populi Christiani coadunati in unum, de adiutorio Dei confisi, bellum commiserunt in octava Paschæ cum Soldano, multis *Sarracenis* in certamine interfectis, hostes de sua vicinia strenue fugaverunt. Soldanus proinde in furorē versus Ecclesiam Dominæ nostræ Virginis gloriosæ ubi salutata fuit ab Angelo, in *Nazareth* funditus subvertit & destruxit. Quod Domina nostra notabiliter ulciscēte, seditione orta in exercitu Soldani, mutua se cæde invicem crudeliter occiderunt, & magna ibi strage facta, iusto Dei iudicio *Sarraceni*, qui *Jerusalem* ex parte præfati Soldani custodiebant, nimio timore perterriti, ipsam civitatem *Jerusalem* relinquentes, omnes pariter fugerunt. Quod Christiani audientes, civitatem *Jerusalem*, nullo impediēte, intraverunt & ipsam possederunt. Eodem anno, illucescente vigilia *Johannis* Baptistæ, orta tempestate cum inundantia pluviarum in quadam villa, dicta *Apolde* & vicinis villis ac in civitate dicta *Gene*, quæ sita est super fluvium *Salam*, nocturno tempore homines promiscui sexus XXXV. submersi sunt, domicilia deducta sunt, & pecora plurima perierunt. Item Non. Augusti post horam nonam fuit eclipsis solis generalis, ut videri poterat in Teutonica regione. Eodem etiam tempore cum inter Nobiles Viros *Albertum Thuringiæ* Landgraviū & *Heinricum* Comitem *Halsæ*, filium Dominæ *Sophiæ*, quondam Ducissæ *Brabantiæ*, quæ fuerat filia *S. Elizabeth*, super *Terra Thuringorum* gravis discordia orta esset; Illustris Princeps, Dux de *Brunschwig* prædicto Comiti sororio suo, eo quod ad resistentem præfato adversario suo, viribus impar esset, sedulo ac diligenti assistebat auxilio. Nam per Advocatos suos adeo terram oppressit *Turingiæ*, ut ipsam, quæ provinciarum Domina fuerat, & mater villarum optimarum, ipsis *Saxonibus* tan-

Inundatio
in Thuringia.

Thuringia
vastatur a
Brunsvicensi.

quam tributaria subjaceret. Posthæc vero Dominus de excelsis sancto suo terram *Thuringorum* aspexit & redemptionem misit. Nam diutinam eorum tribulationem & angustiam læto exitu & sine laudabili terminavit. Nam præfatus Dux, cum jam quasi potens in gloria & fortitudine gloriaretur, ex continuis procliorum successibus animatus, ad tantam erectus superbiam & utique mentis vesaniam, ut *Orientalis* & *Thuringiæ* milites inclitos & ad bella doctissimos, tanquam iner-

mes & luteos & sine omni strenuitate viros æstimaret. Vnde contigit, quod cum paucis videlicet sexcentis armatis partes *Orientalis*, invalit, atque eas graviter devastare coepit incendiis & rapinis. Cum igitur jam tantæ devastationis malum in partibus præmissis degrassaretur, Illustrissimi Principes *Theodericus* Marchio *Misnensis* Junior & *Landgravius Adelbertus* subito exercitum colligendo cum sæpedito Duce juxta *Witin* in vigilia *Simonis & Judæ* configere coeperunt, de ipso gloriose & magnifice triumphantes. In quo conflictu crudeli & hostili odio ferocissime dimicatum est a mane scilicet post solis ortum usque circa nonam horam diei. In hoc bello *Albertus* Dux de *Brunschwig* vir strenuus in armis & vir bellator vulneratus & captus est. Ibi etiam *Heinricus* Comes de *Hanald* vulneratus & captus est. Insuper Comites de *Zwirin* & de *Eberstein* & omnem exercitum, paucis vel nullis effugientibus, Deo permittente, cum maximo damno suo scilicet equorum electorum & armorum apparatu ceperunt, & in *Merseburg* secum captivos abduxerunt. Ipsum vero Ducem in vincula conjecerunt & alios nobiles Comites & quosdam Advocatos Ducis, reliquos vero captivos data non modica pecunia pro redemptione sua, liberos abite permiserunt.

Dux
Brunsvici
capitur
cum aliis.

Anno Domini MCCLXIII. orta gravi discordia inter Regem *Angliæ* & universitatem regni ejusdem, congressi sunt cum multitudine pugnatorum in quo conflictu duo Reges scilicet Rex *Angliæ* & Rex frater suus & duo filii ipsorum a populo captivi ducti sunt cum aliis multis Nobilibus & ibidem ceciderunt plura millia occisorum. Nova enim & inaudita hætenus in pecunia & in aliis Rex violenter contra morem exegit a populo, unde cives & rures hujus violentæ exactioni viriliter & pariter restiterunt. Eodem etiam anno inter Papam *Urbanum* III. & *Menfridum* Principem *Apuliæ*, filium *FridERICI* quondam Imperatoris, magna & quasi per stipendiarios continua concertatio habita est pro regno *Siciliæ*, sed Dominus Papa *Urbanus*, sicut multis claudit, se defendere non prævaluit, cum tamen singulis septimanis suis stipendiariis distribueret circiter mille marcas. Ipso etiam anno stella, quæ dicitur *Cometa*, apparuit, videlicet in oriente ante ortum diei post stellam matutinam, sed ante auroram, & visa est cum radiis multis. Ipsi autem ejus radii longe lateque apparuerunt, antequam oriretur ipsa stella *Cometes*. Igitur veloci cursu laboravit ita, quod præcurrit & longe versus meridiem præcessit stellam matutinam, id est, *Luciferum*. Visa est autem circa Festum *S. Mariæ Magdalene* primo, & usque ad octavam *S. Augustini* apparuit. De hac *Isidorus* in *Libro Etymologicarum* scribens dicit: *Cometes stella est dicta, eo quod comas luminis ex se fundat. Quod genus syderis quando apparuerit, aut pestilentiam, aut famem aut bella significat.*

1264.
Seditio in
regno An-
gliæ.

1264. *cat.* Cometes autem Græce, Latine crinitæ appellantur, quia in modum crinium flammæ spargunt, quas Stoici dicunt esse ultra triginta, quorum nomina, & affectus quidam Astrologi scripserunt. Eodem anno Dux Albertus de Brunshwig, cum per annum captivus detentus esset, redemit se a captivitate cum octo millibus marcarum & VIII. munitionibus. Ipso etiam anno Urbanus Papa III. defunctus est. Eodem etiam tempore pluviee repentinae & inundationes aquarum circa festum B. Nicolai multas villas in Saxonia miserabiliter submerserunt.

1265. Anno Domini MCCLXV. Clemens Papa III. a B. Petro CXIII. ordinatur, qui ante vocabatur Wido, & fuerat Archiepiscopus Narbonensis, & factus Cardinalis electus est in Papam. Iste Papa priusquam fuerat Clericus, habuit legitimam & per eam habuerat filiam, sed & in tantum profecerat in Jure Civili, ut Dominus Legum vocaretur. Mortua vero uxore, Clericus effectus est, & in tantum per Dei gratiam profecit, ut de gradu ad gradum ascenderet. Eodem tempore ingravatum est bellum inter Papam Clemensem & Menfridum, Principem Apuliae pro patrimonio S. Petri, quod praefatus Menfridus violenter tenuerat. Eodem etiam anno multae naves magnae omiscae, tam trieres quam coccones in mari mediterraneo ac in Dacia submersae perierunt. Soldanus etiam Babyloniae in diebus illis, impugnans Christiano in Terra Sancta, cepit Acorum castrum firmissimum Domus Hospitalis, quod alio nomine Assur vocabatur, in quo habitabant duo millia hominum, quos omnes gladio peremit. Sed & fratres milites Domus Hospitalis & Domus Templi CLXXX. captivos ac vinculatos deduxit in Egyptum. Cepit etiam castrum & civitatem Casarem, nec non & civitatem, quae vocatur Caiphas, & violenter eas detinet, & nimis invaluit contra cultores Christiani nominis. Eodem etiam anno Albertus Landgravius Thuringiae & Otto Marchio de Brandenburg cum filio suo, Albertus etiam Dux de Brunshwig atque multi alii in Prussiam peregrinando contra paganos cum signo crucis profecti sunt. Et quia hyems lenis erat, eodem tempore nihil proficientes ad propria reversi sunt.

1266.

Anno Domini MCCLXVI. Clemens Papa missis litteris dedit in mandatis per regnum Alemaniae Fratribus Praedicatoribus & Fratribus Minoribus, praedicare crucem fideliter & instanter contra Soldanum Babyloniae, qui est Pbaroo Egypti, & contra Sarracenos ultra mare, ut succurratur afflictioni Christianorum, in subsidium terrae sanctae. Eodem etiam anno Clemens Papa, congregato magno exercitu, instituit eis Principem militiae, Ducem ac Capitaneum, videl. Comitem Carolum, germanum Regis Franciae Ludewici venerabilis viri, qui profectus in Tusciam & deinde Apuliam contra Menfredum, Principem Apuliae, filium Friderici quondam Imperatoris, quem aggressus bello vicit cum

glorioso triumpho. In hoc confictu vulneratus cecidit Menfredus & cum pluribus militibus occisus est. Occiso autem hoste Ecclesiae Menfredo & interfecto, ejusque dissipato exercitu, Dominus Papa Clemens praefatum Carolum Comitem gloria & honore sublimavit & fecit eum Regem Siciliae. Ipso etiam tempore Soldanus Babyloniae praedictus obtinuit quoddam castrum Templariorum ultra mare nomine Sappar, & occidit apud idem castrum mille quingentos & aliquos Praedicatores & Minores Fratres occidit, & fecit ibi magnam caedem Christianorum. Et accepit in eodem castro arma quatuor millium virorum, & multas balistas, sed & multa victualia invenit ibi & collocavit ibi Sarracenos, & de eodem castro totam terram illam sibi subjugavit. Eodem anno mortuus est Erwinus Comes de Glicbin. Illis diebus mortuus est Iringus Episcopus Herwipolensis, quo defuncto, duo per discordiam electi sunt, unus videlicet frater Comitis Hermannii de Hennebergk, alter vero de Trimberg, Praepositus ejusdem Ecclesiae, quem major pars Capituli concorditer elegit, ex qua causa, maxima discordia inter Comitem Hermannum & Cives Herwipolenses exorta est. Nam idem Comes, collecta non modica militia, veniens prope civitatem Wirceburg, conabatur eosdem cives ad propositum suae voluntatis inclinare. Sed Herwipolenses non minus muniti ex improvise cum valida manu hostibus occurrerunt in die S. Ciriaci prope Kitzingen cum reliquiis & vexillo S. Kiliani, & commisso proelio multos ex parte Comitis ceperunt, & multos ex illis similiter occiderunt. In tantum vero aggravatum est bellum, quod ex utraque parte plusquam sexcenti gladio caderent. Quidam vero flumini Mago se immergentes ibidem miserabiliter perierunt. Multos etiam tam Comites quam Ministeriales Thuringiae ceperunt, Herwipolenses Fridericum Comitem de Bichelingen & Comitem de Glichenstein, reliqui vero fuga lapsi sunt. Ipso anno obiit Albertus Episcopus Misneriensis, cui successit Witego Praepositus Northusensis, qui fuerat Canonicus Erphordensis. Ipso tempore obiit Rupertus Archiepiscopus Magdeburgensis, cui successit Cunradus de Sterenbergck ejusdem Ecclesiae. Eodem

1166.

Diffidium de Episcopatu Herwipol.

Turcarum successus contra Christianos

Bellum Bohemi cum Bazaris.

Expeditio contra Manfredum.

1267. Expeditio cruciata.

Nava.

1267. *Nawaria*, Rex *Siciliae*, Comes frater Regis *Franciae* & filii Regis *Franciae*, Archiepiscopus *Rothomagensis* & multi alii Comites & nobiles milites & cives ac virorum bel-latorum multa millia. Hoc anno vitæ ve-nerabilis Ducissa olim *Poloniae Hedwigis* felici transitu ex hac luce migravit, quæ plurimis miraculorum resplenduit prodigiis, hanc *Clemens* Papa canonisavit hoc anno & cathalogo Sanctorum ascripsit. Cujus translatio per Cardinalem *Widonem*, Legatum Sedis Apostolicæ cum magna multitudine fidelium utriusque sexus tam religiosorum, quam etiam secularium in *Wradeslauiensi* Episco-patu celebrata est VII. Calend. Septembr. Hæc S. *Hedwigis* fuit matertera S. *Elizabethæ* de *Martburcb*, ac *Bela*, illustris Regis *Un-gariae*, fuitque mater famosi *Heinrici* Ducis *Poloniae*, quem strenue pugnantem pro pa-tria atque pro populo Christiano, in confli-ctu *Tartari* occiderunt. Hæc S. *Hedwigis* fuit filia Ducis de *Meran*. Ipso anno fuit hyems dura & sicca, & æstas similiter nimis calida & sicca. Eodem anno apud *Coloniam Agrippinam* in crastino S. Lucie in proelio captivi ducti sunt Archiepiscopus *Coloniensis Engelbertus*, Episcopus *Paderburnensis*, Episcopus *Osnaburgensis*, major Præpositus *Maguntinae Ecclesiae*, Comites plures & alii No-biles, atque alii armati milites & armigeri ul-tra mille, sed centum & quinquaginta ibidem occisi sunt, Comite de *Juliaco* & Civibus *Co-lonienlibus* ac multis *Nobilibus* & Episcopis victorioso triumphantibus de præfato Ar-chiepiscopo & Episcopis memoratis, ac ipso-rum exercitibus, quos armatos plures quam mille captivos in illo conflictu duxerunt in castro *Flidecke* plures ex ipsis in vin-culis detenti sunt. Eodem anno infra Assumptionem gloriosæ Virginis *Mariæ* qua-tuor gnari maris a portu *Rodestock* navigan-tes eduxerunt pro mercede nautica XL. me-ritrices versus *Sebone* in *Daciam*, cupientes ibi in captura allecum suas spurcicias exerce-re. Qui cum venissent super altum pelagus, flante ira Dei, operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus, omnes vero alii naves, quæ cum eis naviga-bant, a periculis marinis gratia Dei liberatæ sunt. In *Jerusalem*, in templo S. Sepulchri ad introitum ipsius Ecclesie ad dexteram est mons *Calvarie*, ubi crucifixus est Dominus, ubi sepultus est. *Golgata*, ubi sanguis Do-mini, potenter sibi canalem faciens, scidit rupem, & cecidit sanguis de cruce Salva-toris de ejus vulneribus super caput *Adam*, sicut dicitur & pingitur. *Adam* primo se-pultus fuit in *Ebron*, sed translatus fuit in *Golgata*; Domino disponente, sicut multi alii Sancti translati sunt, & etiam *Joseph*. Ab inde venit ad columnam, ubi Domi-nus flagellatus est. Inde itur ad locum in-ventionis S. Crucis, deinde ad cathenam, ad quam Dominus fuit ligatus, postea itur ad chorum Canonorum, ubi lotum fuit cor-pus Christi a *Joseph* & *Nicodemo*, & unctum aromatibus myrrha & aloë, & involutum

1267. *lindone* nova. In medio cujusdam chori, in quodam loco habetur scriptum: *Hic est medium mundi*. Abinde ad sepulchrum Do-mini, ubi sacratissimum corpus ejus jacue-rat, ante introitum ejusdem sepulchri, est lapis, qui jacuerat super sepulchrum, super quem sedit Angelus. Retro majus altare est locus, ubi Dominus spinis coronatus fuit. Deinde ad capellam S. *Helene*, ubi crux Do-mini adoratur. Deinde itur ad balneum Do-mini, deinde ad portam, ubi Dominus in-travit in die *Palmarum* sedens super asina. Inde ad portas dolorosas, ubi Dominus in-travit manibus ligatis nocte *Passionis*. De-ince ubi B. *Stephanus* extra portam *Jerusa-lem* lapidatus fuit. Postea ad S. *Annam*, ma-trem Dominae nostræ, deinde ad probaticam piscinam, ubi qui prior intravit, sanabatur, post motionem aquæ ab Angelo. Inde igitur ad S. *Jacobum Zebedæi*, ubi decollatus fuit jussu *Herodis Agrippæ*, deinde ad S. *Jacobum Alphæi*, ubi præcipitatus & pertica percellus fuit, deinde ad montem *Sion*, ubi Dominus pedes discipulorum lavit, ubi ser-monem de charitate prædicavit, ubi corpus suum & sanguinem suum sub speciebus panis & vini dedit & hoc fieri in Ecclesia constituit, ubi Spiritum S. in linguis igneis super cen-tum & viginti misit, ubi Domina nostra B. *Virgo Maria* ad coelos assumpta fuit. In Sabbatho S. *Paschæ* hora consecrationis cerei venit ignis de coelo visibiliter & accendit tres lampades S. Sepulchri clausas & custoditas a multis videntibus fratribus Minoribus & Chri-stianis, multis & *Surianis* & etiam *Sarrace-nis*, quando nullus fuit ignis in ipso templo, & ex hoc magna admiratio & exultatio omnibus videntibus fuit. Prope *Jerusalem* locus est, ubi Dominus *Lazarum* resuscitavit, *Bethania*, ubi Dominus cum *Martha* coenavit, ubi Do-minus ad coelos ascendit, relictis vestigiis in marmore. Deinde itur in *Bethlehem*, ubi Dominus natus fuit de S. Virgine, deinde in *Vallem Josaphat*, ubi sepulchrum S. Dei ge-netricis cernitur vacuum, inde ad torrentem *Cedron*, ubi Dominus oravit, traditus, osculo captus & ligatus fuit, aurem *Malcho* resti-tuit, ubi Dominus in novissimo die judicium faciet. Dominus sedebit ad judicium non in terra, sed in spatio hujus aeris contra locum montis *Olivet*, ubi ascendit ad coelos.

1268. Anno Domini MCCLXVIII. magnum fuit bellum in *Italia* inter *Cunradum* & *Carolum* Reges, ita quod amplius quam sex millia utriusque partis occisa sunt. Eodem anno *Johannes* Marchio de *Brandenburg* in torneamento apud *Merseburg* cum lancea misera-biliter est occisus. Ipso die redeuntes de eodem torneamento *Theodericus* Præfectus de *Kirchberg* in *Sala* apud *Nawenburg* cum tribus armigeris miserabiliter submersus est. Ipso anno terræ motus magnus in *Padua* & *Kienna* fuit. Ipso anno etiam Marchionissa *Agnes* de *Misna* vidit in somnis Angelum Dei propinare sibi in citho aureo, & cum bibisset, ipsa dixit: *Heu quam amarus potus!* Qui respon-

Canonisa-
tio Hedwi-
gis.

A. Episcopi
Coloniensis
clades.

Situs S. Se-
pulchri in
Palestina.

1268.

Tornea-
mentum
Martis-
burgi lu-
Etuosum.

1273. voce concorditer in die S. Remigii Episcopi, Sancto Spiritu inspirante, Comitem *Rudolphum* dictum de *Habisburgh* in *Romanorum* Regem *Aquisgranum* in throno *Caroli Magni* Regis a *Coloniensi* Archiepiscopo *Engilberto* cum Principum ac maxima Nobilium multitudine gloriosa & unctus & solemniter coronatus. Usque ad hunc Regem *Rudolphum* tanquam oblivioni traditum *Romanorum* regnum jacuit absque Imperatore & absque Rege confusibiliter per XXII. annos multis bellis a Soldano & hostibus fidei, & quod turpius, spoliis, incendiis, homicidiis, monasteriis & Ecclesiis dissipatis, Deo permitte, atrociter laceratum, juxta illud: *In diebus illis non erat Rex in Israel, sed unusquisque, quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.*

1274. Anno Domini M CCLXXIII. Imperator Constantinopolitanus *Baldemius* quosdam Nobiles VII. numero invitaverat secum ad mensam suam liberaliter ad prandendum. Sed hæc extrema gaudia luctus occupavit. Nam in ipso eodem prandio præfato reverendo atque catholico & christiano Imperatori acutissimum ac mortiferum venenum propinatum est, de quo tam ipse quam alii, qui secum epulabantur, comedentes communitè intoxicati eodem die mortui omnes carnis debirum persolverunt. Quod audiens Papa *Gregorius X.* missas de defunctis pro animabus eorum *Lugduni* solemniter celebravit. Eodem anno *Gregorius* Papa X. scripsit *Rudolpho* Regi salutem & cætera: „*Sicut sperasti, Præpositum S. Gwidonis Cancellarium tuum coram Fratribus nostris audivimus. Proposuit enim ex parte tua coram nobis, quod ad Dei honorem & Ecclesiæ Romanæ totis conatibus intendis, Ecclesias & Ecclesiasticas personas amoris continuatione fovere, ipsis in suis immunitatibus assistere, illarum injurias propulsare, jura pro viribus augmentare, ad universalem orbis pacem laborare studio efficaci, terræ sanctæ partes visitare, & ei, ut ejus poscit necessitas, subvenire. Ideoque Magnificentiam Tuam monemus, rogamus & hortamur in Domino, ut quæ offers in verborum dulcedine, in operis gratitudine prosequaris, Deo gratum te reddas & ei gratias agas, ac instanter de his, quæ concepisti, devoto animo persistas, ut sic Deus dirigat gressus tuos. Datum Lugduni.*” Hoc anno *Gregorius* Papa X. indictum Concilium generale coepit celebrare *Lugduni* in Festo *Philippi & Jacobi*, ubi in Concilio ipse Papa narravit somnium suum dicens: *Quando navigavi super mare, & videbatur mihi, quod omnes deberemus submergi, sed Christus apparuit mihi & manu me apprehendens dixit: Gregori, nolo quod submergaris, volo quod vivas, volo quod sis Papa, & quod Ecclesia per te recuperet terram sanctam atque Græcos.* Huc usque visio Papæ. Ita nomen Papa & officium papale sibi fuit revelatum, antequam eligeretur in Papam. In hoc Concilio Papa statuit quod per VI. annos debeat dari decima reddituum & proventuum in subsidium terræ sanctæ ab omnibus Prælatibus & ab omnibus claustris & ab omnibus beneficiatis & religiosis, habentibus possessiones, ipse etiam Papa & Cardinales decimam dabunt similiter. Cum eadem indulgentia eodemque privilegio terræ sanctæ crucem instituit prædicari instanter ultra mare a Festo *Johannis Bapt.* ad duos annos contra Soldanum *Babyloniam & Sarracenos*. Passagium ultra mare a Festo *Johannis Bapt.* ad duos annos Papa indixit. Quosdam Episcopos infames de incontinentia & alios facinorosos ab onere & honore Episcopatus sententialiter Papa deposuit. Solennes nuntii *Tartarorum*, fulgentes vestibus auro textis fuerunt in Concilio pro confederatione facienda inter Ecclesiam & ipsos *Tartaros*, ex quibus unus Princeps, filius Regis, fuit ibidem baptizatus, quem & Papa ipse levavit de sacro fonte. Igitur *Tartari* per litteras Imperatoris sui, Arabice scriptas, Papæ & Ecclesiæ promiserunt, in expeditione cum XX. millibus armatorum in bello Christianis assistere contra Soldanum *Babyloniam & Sarracenos*, & in secundo passagio cum toto exercitu *Tartarorum*. Sancti Spiritus gratia suggerente, *Græci* vocati a Papa ad Concilium gloriose suscepti sunt, ita quod Cardinales & Archiepiscopi & Episcopi & Prælatorum maxima multitudo, ipsis *Græcis* ad dimidiam leucam obviam exiverunt, quos & Papa cum lacrimis & osculis lætissime suscepit. Hi Prælati & solemnibus nuntiis Imperatoris *Græcorum* Logotheta, gloria indumentorum mirifice adornatus, cum literis & bullis aureis, Concilio exhibitus, tactis sacrosanctis Evangeliiis pro se & pro eis, qui miserunt ipsos, videlicet pro quinquaginta Metropolitanis Archiepiscopis, & pro quingentis Episcopis & eorum synodis & subditis, ac Logotheta pro Imperatore *Græcorum* publice juraverunt juxta formam, quæ habetur de jure X. *Ego Episcopus*. Confitentur, Papam esse caput & summum Prælatum omnium Prælatorum & omnium Ecclesiarum, & ei reverentiam & obedientiam promiserunt, articulos sacre fidei cum Ecclesia Latina eisdem verbis confitentur, recipiunt & credunt. Sic *Græci* Orientalis Ecclesiæ, qui in schismate schismatici fuerunt, ab anno Incarnationis Domini MXXVIII. hoc est per annos CCXLVII. usque modo, ad unitatem Ecclesiæ redierunt sub isto Papa *Gregorio X.* qui sub Papa *Gregorio VI.* & sub Imperatore *Cunrado Salico* ab unitate Ecclesiæ contumaciter recesserunt. Itaque redierunt subiacientes se humiliter S. Romanæ Ecclesiæ eo tamen salvo, quod permittantur servare & tenere consuetudines *Græcorum*, quæ non sunt contra divina mandata & contra sancta Evangelia. His ita peractis, Papa cum toto Concilio ingenti exultatione & lacrimatione perfusi, clara voce in excelsum resonantes &

1274. Concilium Lugdunense.

Tartari promittunt auxilia adversus Turcas.

Græci Concilio intersunt.

Eorum professio.

1274. Anno Domini M CCLXXIII. Imperator Constantinopolitanus *Baldemius* quosdam Nobiles VII. numero invitaverat secum ad mensam suam liberaliter ad prandendum. Sed hæc extrema gaudia luctus occupavit. Nam in ipso eodem prandio præfato reverendo atque catholico & christiano Imperatori acutissimum ac mortiferum venenum propinatum est, de quo tam ipse quam alii, qui secum epulabantur, comedentes communitè intoxicati eodem die mortui omnes carnis debirum persolverunt. Quod audiens Papa *Gregorius X.* missas de defunctis pro animabus eorum *Lugduni* solemniter celebravit. Eodem anno *Gregorius* Papa X. scripsit *Rudolpho* Regi salutem & cætera: „*Sicut sperasti, Præpositum S. Gwidonis Cancellarium tuum coram Fratribus nostris audivimus. Proposuit enim ex parte tua coram nobis, quod ad Dei honorem & Ecclesiæ Romanæ totis conatibus intendis, Ecclesias & Ecclesiasticas personas amoris continuatione fovere, ipsis in suis immunitatibus assistere, illarum injurias propulsare, jura pro viribus augmentare, ad universalem orbis pacem laborare studio efficaci, terræ sanctæ partes visitare, & ei, ut ejus poscit necessitas, subvenire. Ideoque Magnificentiam Tuam monemus, rogamus & hortamur in Domino, ut quæ offers in verborum dulcedine, in operis gratitudine prosequaris, Deo gratum te reddas & ei gratias agas, ac instanter de his, quæ concepisti, devoto animo persistas, ut sic Deus dirigat gressus tuos. Datum Lugduni.*” Hoc anno *Gregorius* Papa X. indictum Concilium generale coepit celebrare *Lugduni* in Festo *Philippi & Jacobi*, ubi in Concilio ipse Papa narravit somnium suum dicens: *Quando navigavi super mare, & videbatur mihi, quod omnes deberemus submergi, sed Christus apparuit mihi & manu me apprehendens dixit: Gregori, nolo quod submergaris, volo quod vivas, volo quod sis Papa, & quod Ecclesia per te recuperet terram sanctam atque Græcos.* Huc usque visio Papæ. Ita nomen Papa & officium papale sibi fuit revelatum, antequam eligeretur in Papam. In hoc Concilio Papa statuit

Baldemius Græcorum Imp. vene. no perit.

Papa ad Rudolphum epistolam.

6751

1274. & cantaverunt ad laudem Dei *Te Deum laudamus* usque in finem, & similiter *Credo in unum Deum* per totum. Continuo *Græci* per se Græca lingua id ipsum: *Credo in unum Deum*, sed illum articulum, *qui ex patre filioque procedit*, tribus vicibus successive cantaverunt, informati ab ipsorum interprete. Et merito gaudendum fuit omnibus Christi fidelibus & præ gaudio flendum, quod filius prodigus de regione dissimilitudinis ad patrem & ad scholam primam reversus est. Adeoque Papa cum omni Concilio hortatur & monet omnes Christi fideles, multum gaudere de hoc, quod tam solenne membrum universalis Ecclesie, videlicet L. Archi-Episcopos nec non & D. Episcopos cum suis synodis & subditis simul & Imperatorem *Græcorum* cum suo regno misericors Deus per ipsum Papam reducere dignatus est a schismate & errore. Defuncto Antistite Lugdunensi Papa *Gregorius X.* virum approbatum & religiosum & per omnia scientia eruditum Priorem de Ecclesia Cloniacensi nutritum in Episcopum constituit. Idem *Gregorius* Papa in Concilio diligenter commisit fratribus prædicare crucem in subsidium terræ sanctæ & ut plus ad hoc eos alliceret, libellum delicatum Papamisit ad perlegendum, cujus tenor talis est. „Olim *Constantinopolitani* a *Sarracenis* violentissime oppressi, a *Carolo M.* Imperatore auxilium suppliciter postulantes, impetraverunt, quod ipse *Carolus* cum exercitu Christianorum personaliter in adiutorium venit eis. Quod timentes *Sarraceni*, pace facta, *Constantinopolitanos* impugnare de cætero non audebant. Post quorum recessum *Carolus* ex devotione sibi & suis ostendi rogavit crucem Domini & spineam coronam, quibus cum reverentia monstratis, immensi odoris suavitas tanta exinde resperfa est, quantam nullorum ætas hominum tunc temporis meminerat se sensisse, ut putarent se præsentem in amoenitate Paradisi positos, & in ipsa hora de suavitate odoris illius plurimi curati a diversis infirmitatibus, & plures, qui erant sepeliendi, mortui sunt resuscitati. Cum autem *Carolus* coronam Domini spineam manibus devote tractaret, albi flores miri odoris ex spinis, omnibus videntibus, mox exorti sunt, quos colligens *Carolus* Rex jam maturos in circotecam suam honorifice deposuit, qui paulo post in manna conversi sunt. Igitur lecto libello illo in *Lugduno*, statim Papamisso suo nuntio eundem libellum repetiit. Decevit etiam Papa cum Concilio, quod tantummodo in Ecclesia sint duo Ordines Mendicantes, alii autem se ad claustra & religiones transferant, sin autem, plures non recipiant, sed paulatim deficiant. Hic Papa *Gregorius X.* statuit, quod Episcopi, qui ordinant clericos alienæ Parochiæ sine licentia Episcoporum suorum scienter, per annum a collatione Ordinum sint suspensi. Tamen Clerici ipsorum possunt alibi canonicè

Papa sollicitat quovis modo Christianos in Turcis.

Canones & statuta Concilii.

1274. ordinari. Statuit etiam Papa, quod omnes Advocacionis officium in causis ecclesiasticis habentes, sive Procuratores apud sedem Apostolicam sive alibi, tactis sacrosanctis Evangeliiis præstent juramentum, quod omnia sua virtute & omni ope, quod æquum & iustum est, suis clientulis inferent, quod si huiusmodi juramentum violare præsumserunt scienter, aut iniquam causam fovere, duplum restituant, quod tam pro iniqua advocacione vel procuracione receperunt. Item Papa *Gregorius X.* prohibuit, ne aliquis Advocatus in quacunque causa ultra XX. Procurator vero ultra XII. libras salarii recipere præsumant, qui autem ultra receperint, ad restaurationem integram eorum, quæ receperunt, teneantur. Item statuit Papa, ut Prælati, qui ob procuracionem sibi debitam ratione visitationis, pecuniam exigunt & recipiunt, ut avari Archiepiscopi & Episcopi aut alii Prælati duplum, quod receperunt, Ecclesie, a qua receperunt, infra mensem reddere teneantur, alioquin extunc ingressum Ecclesie, sibi noverint interdictum & sententiam a nobis contra tales & c. Inferiores vero ab officio & beneficio noverint se suspensos, quousque in duplo huiusmodi Ecclesiis gravatis satisfaciunt, nulla eis in hoc dantiuin remissione, liberatione seu gratia aliqua valitura. Personis Ordinum Mendicantium prohibet Papa in Concilio omnino prædicationis & audiendæ confessionis officium absque licentia Prælatorum, qui Ecclesiis præstunt, & admittendi sepulturam mortuorum in præjudicium aliorum. Et prohibet, ne aliquis de cætero novum Ordinem & religionem inveniat aut habitum novæ religionis assumat. Reprobat etiam omnes post Lateranense Concilium institutos Ordines, nec a Sede Apostolica approbatos, ita ut nullum deinceps ad Ordinem eorum recipiant, nec domum, vel aliquem locum deinceps acquirant, nec res eorum aut domos alienare valeant absque licentia, & quod contrarium facientes sententiam excommunicationis incurrant. Cæterum ipse Papa decrevit in Concilio, de Ordinibus Mendicantium & non mendicantium ordinare, prout animarum saluti & eorum statui viderit expedire. Item *Gregorius* Papa X. statuit de electione Papæ in Decretali, ubi periculum majus, quod defuncto Papa, Cardinales convocentur in X. diebus & claudantur, quilibet cum uno serviente Clerico vel laico, & non egrediantur nec mittant nuntios aut literas, nec alicui extra loquantur, sed eligant Papam. Si autem infra tres dies non eligunt, in aliis quinque diebus subsequentibus unum solum ferculum detur eis, & si non eligunt Papam, nihil plus postea detur eis, nisi solummodo panis & aqua, donec provideant Ecclesia de Papa. Cardinales, qui claudi contemnunt, careant electione ipsa vice, & irrequisitis eis eligatur Papa. Cardinales qui contra fecerint, vel nuntios miserint vel literas, ipso

De inclusione Cardinalium.

1274.

pfo facto excommunicationis sententiam incurrunt. Rectores autem civitatis, quibus data est potestas ista claudendi Cardinales, si contra prædicta fecerint, ipso jure excommunicationis sententiam incurrunt & infames sunt, & illa civitas est statim interdicto supposita, & pontificali dignitate semper privata. Statuit etiam Papa, quod Canonici vel Ecclesiæ, volentes cessare a divinis, publico instrumento sigillato causam cessationis exprimant & ei exhibeant, propter quem cessare intendunt. Quod si non fecerint, vel si causa non fuerit inventa canonica, omnibus proventibus & redditibus, quæ illis debentur, illo tempore cessationis carebunt, & si receperint, restituent, si autem causa Clericorum vel Ecclesiæ justa judicata fuerit, ille, pro quo officium divinum substractum est, ad omne interese tenetur & a Judice condemnatur. Sententiæ excommunicationis decrevit subjacere idem Papa eum, qui per vim vel per metum absolutionem excommunicationis vel renovationem vel suspensionis vel interdicti sententias extorsit. Prohibuit etiam stricte, quod nullo modo imagines Sanctorum pro aggravatione sententiæ prosternantur super terram in spinis & urticis, & qui fecerint, sicut reprobantes graviter puniantur. Bigamos mundanos prohibet Papa ferre tonsuram & habitum clericalem, nutando eos omni privilegio clericali & quod coerceri debeant judicio seculari non spirituali. Statuit etiam idem Papa in Concilio, quod nullus Presbyter manifestos usurarios ad confessionem admittat sive ipsos absolvat, nisi usuras restituant vel promittant idoneam cautionem. Omnes religiosi vel alii Clerici, qui manifestos usurarios in sepultura Ecclesiastica recipiunt, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi suspensionis, minores vero Clerici excommunicationis vinculum, collegium autem vel universitas interdicti sententias incurrunt. Nam usurarii manifesti sunt excommunicati. Item prohibet Prælatos omnes Ecclesias sibi commissas, bona immobilia seu jura ipsarum Laicis submittere seu supponere absque Capituli sui consensu & sedis Apostolicæ licentia speciali in emphitevsin. Hujusmodi *Advocati* dicuntur. Clerici & Prælati Episcopis suis, cum gravantur a talibus, denuntient, quod si neglexerint, per triennium a beneficiis sunt suspensi. Si ultra debitum receperint *Advocati*, nisi moniti restituant, eo ipso excommunicationis incurrunt sententiam, & extunc terra eorum interdicto supponatur. Multas etiam alias Decretales & statuta fecit in Concilio ipse Papa. *Gregorius* idem Papa in Concilio Lugdun. destituit *Beroldum* de *Hennenberg* de Episcopatu Herbipolensi, provisione temporalium honorifice sibi facta & Decanum præfatæ Ecclesiæ nomine *Beroldum* ibidem instituit Episcopum. Eodem anno Illustris ac Venerabilis *Hassia* Landgravia, cognata *S. Elizabeth*, obiit in mense Junio ac in *Marchburg* tumulata est prope sepulchrum *S. Elizabeth*.

Hæc fuit soror Ducis *Alberti* de *Brunswig*. 1274.
Eodem anno *Rudolphus Romanorum* Rex auctoritate regia convocatis Episcopis ac Principibus ac Magnatibus regni, in *Nurnberg* celebravit curiam suam in Festo B. Martini, ostendens ibidem robur virtutis suæ, cum duobus millibus militum armatorum & insuper quingentorum militum, similiter armatorum vallatus præsidio, qui contradictorum & inimicorum rebellantium, si qui forsitan apparent, machinationes & sævitiam propulsarent, sive *Ozbocarii* Regis *Bobemia* adversarii sui sive aliorum. Sed, Deo disponente, nullus sibi contradictor vel adversarius audebat resistere ipsi *Rudolpho* Regi *Romanorum*, quia ipsum hic *Gregorius* Papa X. & Ecclesia favore permaximo consovebat.

Anno Domini MCCLXXV. cives Erfordenses provocati a Comitibus vicinis rebellantes tribulaverunt Comites & alios quosdam Barones usque ad cineres per militiam & armatos circiter CCC. aliunde conductos. Adhuc durante eodem proelio cives Erfordenses de communi consilio auxilium venerabilis Domini sui Archiepiscopi Mogontini implorare decreverunt, & eundem advocare personaliter studuerunt. Quo adveniente, universitas cleri præfatæ civitatis cum crucibus & candelis & aliis apparatibus & solenni processione in monte Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli eundem honorifice susceperunt. Qui etiam mansionem ibidem in quodam habitaculo fratrum per III. ebdomadas habuit, & in Cœna Domini pœnitentes reconciliavit & sacrum crisma consecravit, & eodem die ad mandatum fratrum personaliter affuit. Insuper in Sancto die Paschæ summam missam in eodem monasterio, nonnullis astantibus celebravit. Eodem anno mortuus est *Engelbertus* Archiepiscopus Colonienis, cui successit *Sifridus* dictus *Rünchel*, Præpositus majoris Ecclesiæ in *Maguntia*, consanguineus videlicet Domini Archiepiscopi Moguntini. Eodem anno in *Marchia Misneni* factæ sunt inundationes aquarum videlicet in *Albia* & aliis fluminibus de nimietate pluviarum, circa Festum S. Bartholomæi, ita quod multæ villæ & multi homines submersi sunt, montes magni destructi sunt, & pecora, frumenta quoque plurima perierunt, Domino permittente. Ipso anno grisei monachi in suo generali Concilio vel Capitulo Cisterciensi prohibuerunt, pœna taxata districtius statuentes, quod in toto ipsorum ordine per mundum neque in domibus neque in *grandiis* ulli de ordine Fratrum Minorum ad comedendum vel hospitandum nullatenus recipiantur, nec eis in aliqua elemosina succurratur. Eodem anno *Mediolanensium* cives unanimi consensu omnes pariter præstiterunt juramentum fidelitatis per interpositas personas regi *Romanorum Rudolpho*. Hoc anno tempora mutata sunt & intemperies aeris prævaluit in tantum, quod vana & multæ fruges ex abundantia pluviarum & ex defectu æstivi caloris imma-

1275.
Bellum Erfordensium cum Comitibus vicinis.

Mediolanenses fidem jurant Rudolpho.

1275. immatura permanserunt. Eodem anno Soldanus *Babylonia* in odium Ecclesie *Armeniam* vastavit & populum regni illius in ore gladii, cum tamen essent treuge inter ipsos & ipsum, quas idem Soldanus impie contra fas crudeliter violavit, nec *Armenis* fidem tenuit, quam promisit. Ipso anno in festo S. Margarethæ in *Trajecto Superiori* clerici & populi multi processionem facientes solennem, dum quidam jam transissent pontem fluminis, & posterior multitudo magna sequeretur, ipse pons fractus ex pondere multitudinis, Deo permittente, cujus iudicia incomprehensibilia sunt, in fluvium trecenti circiter vel plures utriusque sexus homines submersi sunt.

Prædium superflucio.

Hoc anno circa Festum S. Galli Papa *Gregorius* & Rex *Rudolphus* cum Procerum multitudine gloriosa & cum grandi lætitia ad invicem convenerunt in civitate *Lofania*. Tunc ibidem præfatus Rex & Regina conjux sua & Dux *Lotharingia* & Dux *Bavaria*, nec non & quingenti milites expediti in plenis armis cruce lignati sunt omnes pariter de manu Papæ, ad transfretandum personaliter ultra mare in subsidium Terræ Sanctæ. Eodem anno *Theodericus* illustris Marchio *Misnensis*, zelum habens pacis & tranquillitatis, in patria persequens maleficos raptos & comprehensos numero XXXIII. decollavit. Ipso anno de civitate, quæ vocatur *Heidelberg* *Spirensis* Diocesis, in qua tunc generale fuit interdictum, multi cives cum suis uxoribus & familiis navigaverunt ultra fluvium *Neckarum*, ut audirent cujusdam sacerdotis celebrantis suam primam missam in quadam capella. Quibus redeuntibus, in prædicto fluvio navi periclitante ex nimia multitudine tam hominum quam equorum, plures quam centum homines utriusque sexus divites, permittente Domino, submersi sunt. Eodem anno *Sarraceni* & Barbari cum aliis paganis in multitudine graviter irruentes in *Hispaniam*, videl. in regnum *Castellæ*, *Toletanum* Archiepiscopum, Primatem illarum regionum nomine *Sanctium* interfecerunt, & multos alios Christianos, præterea ipsum regnum crudeliter devastantes multa spolia asportaverunt & hoc in vindictam. Nam pridem Rex *Castellæ* cum exercitu valido Christianorum, *Sarracenorum* regiones & *Sibilliam* magnam civitatem cepit, alias quoque multas eorum munitiones sibi potentissime subegit & tributarios sibi fecit. Hoc anno tribunal *Philippi* Regis *Francia*, quibusdam disceptantibus pro quodam opulento prædio cujusdam divitis defuncti, præfatus Rex de falsis testibus unum quamvis pauperem modico & despectum vocavit ad se, dicens ei: *si scis, dicas mihi occulte Pater Noster*. Qui dixit Regi Dominicam Orationem usque ad finem. Tunc exclamavit Rex coram omnibus dicens: *Ecce iste narravit mihi totam veritatem*. Quo audito, alii undecim testes falsi multum exterriti narraverunt unus post alium successive to-

Philippi Regis Franc. Sapiens in iure dicendo.

tum progressum, dicentes, se per pecuniam fuisse conductos & subordinatos ab actore auro & bibisse mercipotum, quod vulgare dicitur *Leinkaif* circa corpus defuncti, cuius fuerat prædium, & ei postquam fuerit mortuus, vinum in os fuisse. Idcirco Rex condemnans actorem convictum & iniquum, relictæ defuncti & liberis ejus restituit prædium cum pace. Præfatus idem Rex *Francia* *Philippus* duos coecos solebat pascere cotidie elemosyna, ex quibus unus semper gratias egit Deo, alter vero coecus non Deo, sed semper gratias egit Regi *Francia*, atque in hunc modum pluries contendebant, unus Deum laudando, alter Regem *Francia*. Hoc audiens Rex a ministris sibi astantibus iussit infra prædium parari duo pastilla de carnibus aqualiter bona, sed in uno poni & superaddi iussit colligatam paniculo marcæ auri. Quo facto dixit Rex: *Date coeco, qui me laudat, pastillum cum marca auri & aliud pastillum date alteri coeco*, & adjunxit Rex dicens: *Scio tamen, quia Deus prævalebit*. Coeci illi, ignorantes de marca auri permutationem fecerunt de pastillis. Tunc coecus, laudator veri Dei superaddit unum denarium *Parisiensem* alteri coeco pro suo pastillo, in quo reclusa fuit marca auri & sic omnibus cum Rege mirantibus, coecus Christi laudator prævaluit juxta verbum Regis, alter vero coecus, venditor marcæ lamentabatur & nimio dolore, postquam cognovit rem gestam, plurimum se afflixit.

1275. Mercipotum bibere.

Anno Domini MCCLXXVI. *Gregorius* Papa X. obiit in *Arecio* post Festum *Epiphaniæ*. Huic Papæ datum fuit venenum, per quod & mortuus est. Ad ejus sepulchrum in *Arecio* multa miracula & magna Dominus operatur. Ipso anno *Innocentius* Papa V. ordinatur, sedit mensibus VI. veneno interfectus est. Hic vocabatur *Petrus* & assumptus fuit de ordine Prædicatorum in Cardinalem, postea electus in Papam. Hic frequenter & personaliter prædicavit crucem contra *Sarracenos* in subsidium Terræ Sanctæ. Iste Papa excommunicavit solemniter omnes præsumptuose possidentes redditus & possessiones imperii Romani, invito *Rudolpho* Rege *Romanorum*, sicut *Odoackar*, Rex *Bobemia* nec non & *Carolus* Rex *Siciliæ* injuste munitiones & dignitates ac terras imperii multas tenent, & alii quamplures similiter. Nam *Clemens* Papa III. jampridem dedit ipsi *Carolo* regnum *Apuliæ* & fecit eum Vicarium & Præsidentem imperii Romani, & quod juratus deleret dignitatem senatoriam urbis *Romæ*. Propter hæc discordia & bella atque homicidia plurima sunt secuta. Eodem etiam anno Rex *Castellæ* & Rex *Francia* bellant ad invicem pro regno *Arrogonia*, sed exercitus Regis *Francia* victus in fugam conversus est. Hoc anno, quod mirabile dictum est, tres Papæ, videl. *Gregorius* Papa X. & *Innocentius* Papa V. & *Adrianus* Papa V. infra dimidium annum immatura morte defun-

1276.

1277. *Kelheimster*, cujus patrem in carcere interfici fecerat, videns eum scrutandoque cognoscens, præcepit seruo suo, ut tolleret locricam ipsius Regis ipsumque gladio transfoderet. Cujus jussioni servus obediens prædicto modo ipsum miserabiliter occidit. O Deus, quanta & qualia & quam inscrutabilia sunt judicia tua, quare, cujus potestas antea in multis mundi partibus timebatur; qui etiam inter *Tartaros Ferreus Rex* vocabatur, cui divitiæ & honores fuerant, quales nullus Regum nostris temporibus habuit, jacet mortuus & nudus, ut digitus, nec aliqua misericordia respicitur! Quod cum Rex *Rudolphus* percepisset, jussit eum lavari, corpusque ejus deduci ad civitatem Winensem, ubi multo stans inhumatus, tandem perductus est in *Bobemiam*, nec ibi ausus est sepeliri. Quæ postea ibi miseria a *Comanis* & *Vngaris* facta sit, captivis Nobilibus, dicentibus, se non esse Nobiles, sed & humilibus, dicentibus se ignobiles esse, ut mortem evadere possent, nullus nisi qui vidit, per singula effari potest, nec nostris temporibus tanta tribulatio in multis mundi partibus unquam facta fuit. Postea *Rudolphus Rex Romanorum* venit *Bobemiam* cum magno exercitu, ibi omnia secundum velle suum ordinavit atque disposuit. O gloriose S. Jeronime mihi succurre!

Anno Domini MCCLXXVII. Comes *Juliacensis* nimium confidens in divitiis suis & in multitudine sui exercitus, cum jamdiu cives *Aquisgranensium* bellis incendiis & rapinis & variis calamitatibus lacessisset, tandem ausu temerario sub ficta pace eandem civitatem ingressus, ab eisdem civibus cum CCC. militibus miserabiliter occisus est. Unde quidam rogatus hos versus dictavit:

Dudum passa scæcum mactavit Aquis Juliacum

Dumque Quiris peditem captat, caput ipse Quiritem.

Eodem anno, mortuo Papa *Johanne, Nicolai* Papa ordinatur, senatoria stirpe progenitus, qui juxta monasterium S. Petri palatium miræ magnitudinis & pulchritudinis ex proprio domate fabricavit.

1278. *Colonienfis* Archiepiscopus *Colonienfis Sifridus*, dictus *Runcbil*, opposuit se Domino Regi *Rudolpho*, a quo humiliatus coactus est resignare quoddam castrum munitissimum *Starckinberg* dictum, ad quod attinebant redditus quinque millia marcarum, quod vi detinebat ipse Episcopus & multi antecessores sui Romano Imperio.

1279. *Inferdi-* Anno Domini MCCLXXIX. Cives *Erphordenses* incurrerunt ingratitude Domini Archiepiscopi Mogontini *Wernberi*, qui directo mandato, Clero civitatis præcepit, ibidem suspendi divina, quod per duos annos & dimidium a sibi astantibus & obediens inviolabiliter observatum est.

1280. Anno Domini MCCLXXX. Episcopus *Magdeburgensis* cepit *Marchionem Misnensem* cum pluribus *Thuringia* Nobilibus.

1281. Anno Domini MCCLXXXI. gravis gwer-

ra orta est inter seniore *Landgravium Albertum* & filium ejus *Theodericum*, civibus *Erphordensibus* astantibus *Landgravio* seniori quibusdam vero *Ministerialibus* adjutantibus partem junioris *Landgravii*. In qua etiam guerra Dominus *Cristianus* Episcopus *Domus Teutonicæ* captus est a juniore *Landgraphio* & aliquandiu detentus in castro *Schlarbeim*, qui tandem coactus redemit se cum trecentis marcis. Quo soluto, & ipse juvenis *Landgravius* captus est a *Comite de Kevernberg* & traditus est patri suo, qui per integrum annum detinuit eum in castro *Wartberck* juxta *Isenachum*, donec a quibusdam commilitonibus & servis ejusdem junioris *Landgravii*, quibus aditus ipsius castri notissimus erat, noctu furtive intrantibus, eundem ablatis omnibus, quæ deferri poterant, ex captivitate viriliter eripuerunt. Eodem anno *Erfordenses* destruxerunt *Novum Forum* in die B. Pangracii. Eodem anno mortuus est Papa *Nicolaus*, pro quo *Martinus* Papa ordinatur, quo mortuo successit *Honorius* quartus.

Anno Domini MCCLXXXII. compositione facta inter Dominum Archiepiscopum *Mogontinum* & cives *Erphordenses*, Dominus Abbas *Montis S. Petri* cum clero civitatis *Erphordie* feria III. post *Palmas* honorifice revocatus est a Consulibus & potioribus ejusdem civitatis, qui etiam pro emenda Domino Archiepiscopo circa mille marcas & clero civitatis pro eorum damno, quod pene per biennium pertulerant, trecentas marcas dederunt.

Anno Domini MCCLXXXIII. magna mortalitas defecit in Nobiles *Thuringia*. Nam vix infra dimidii anni spatium Nobilis *Vir Marchio Theodericus de Landisberg*, & Comes *Albertus de Orlamuide* & frater ejus Comes *Otto*, Comes *Heinricus de Schwarzburg* & Comes *Albertus de Glichinstein* & multi alii Ministeriales & Nobiles mortui sunt. Eodem anno quidam civis *Erphordensis*, nomine *Volradus de Gota*, spiritu diabolico inflammatus, seditionem maximam excitavit inter cives *Erphordenses*. Si enim maxima bonitas divinx pietatis non affuisset, idem *Volradus* cum infinita populi multitudine, quam sibi allegerat, tantam eadem in divites & nobiliores quosque civitatis exercuisset, ut vix hoc effari quisquam valuisset. Eodem anno tempestates & grandines tales fuerunt, quales ante longa tempora non fuerunt audita, multos homines submerserunt, & præcipue Dominum *Plebanum de Cymmern* prope *Cyzerberg*.

Anno Domini MCCLXXXIII. Dominus *Wernberus* Archiepiscopus *Mogontinus* obiit, & vacavit sedes per duos annos & tres menses. Nam duo electi per discordiam, ambo *Romam* pro confirmatione perrexerunt, & ibidem infinitam pecuniam expenderunt, & tamen neuter eorum obtinuit, quod volebat, Nam Rex *Rudolfus* Episcopum *Basiliensem*, Fratrem videl, *Heinricum* de Ord. Minorum Fratrum

1281. *Bellum civile in Thuringia inter patrem & filium.*

1282.

1283. *Illustris morces in Thuringia.*

Seditio Erfurti.

1284.

Discordia Romam pro confirmatione de Sede Mogontina.

1284.

Fratrum Romano Pontifici direxit, petens pro uno electorum predictorum. Qui omnia callide agens, quantum pro illo laborare in manifesto videbatur, pro quo Rex miserat eum, tanto sibi ipse diligentius eundem Archiepiscopatum obtinere conabatur, quod & fecit. Nam Dominus Papa, electione cassata, Archiepiscopatum Mogontiacensem cum pallio & confirmatione predicto Domino Episcopo Basiliensi, Fratri *Henrico* favorabiliter perrexit, illique, pro quo Rex petiverat, Episcopatum Basiliensem donavit.

1285.

Anno Domini MCCLXXXV. Judæi quendam puerum Christianum *Mogontiacem* miserabiliter occiderunt.

1286.

Anno Domini MCCLXXXVI. Dominus Episcopus Basiliensis, Frater *Henricus* datus est *Mogontinensibus* in Archiepiscopum a Domino Papa *Honorio*. Eodem anno quidam senex triumphator, veniens circa *Renum* in civitatem, quæ vocatur *Nus*, dixit se esse Imperatorem *Fridericum*, qui pene transactis XXXVI. annis ex hac luce migravit, ad quem Nobiles confluebant, quos omnes per Nicromantiam propriis nominibus suscipiebat. Multi etiam ex variis provinciis illuc advenientes, ab eo benigne suscepti sunt & honeste in cibo & in potu tractati, nec solum his sed & verbis & factis & variis donariis. Quod postquam aliquo tempore duravit, tandem a Domino Archiepiscopo Coloniense ab eadem civitate fugatus venit in aliam civitatem, quæ dicitur *Wetzlaria*, ubi tandem a Domino Rege *Rudolpho* miserabiliter igne crematus est.

Pseudo-Fridericus II.

1287.

Anno Domini MCCLXXXVII. Dominus Archiepiscopus Mogontinus Frater *Henricus*, veniens in *Thuringiam*, honorifice susceptus est ab omni clero & populo totius civitatis *Erford*. Vocatis igitur ab eo Principibus terræ & liberis & ministerialibus, multisque Nobilibus, coepit cum eis tractare de pace, quia jam per multos annos incendia & rapinæ & vastationes in eadem provincia per malos homines exercebantur. Qui, cooperante Spiritus S. gratia, ita omnes Principes & Nobiles sibi dulcibus suis exhortationibus subjugavit, ut omnes firmissimam cum eo per totam *Thuringiam* pacem firmaverunt. Sed heu! eadem pax parvo tempore duravit. Eodem anno circa Mediam Quadragesimam generale Concilium celebratum est *Herbipoli*, præsentem Legato Domini Papæ, *Johanne Tusculano*, cui Concilio interfuit etiam Dominus Rex *Rudolphus* cum multis Nobilibus multarum provinciarum, aderant etiam ibidem Archiepiscopi Mogontinensis & Coloniensis & multi alii Archiepiscopi, Episcopi, Abbates nigri ordinis & grisei, Præmonstratensis, & multi alii Præpositi & Prælati diversorum ordinum ex multis terrarum provinciis. Sed hoc Concilium annihilatum est, *universitate Cleri se opponente eidem Legato*. Eodem anno in *Fresia* submersi sunt per inundationem aquæ pene octoginta millia hominum. Ipso anno Episcopus *Herbi-*

Pax publica in Thuringia.

Concilium Herbipol.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

polensis, de *Sternberg* obiit. Eodem etiam anno Judæi quendam servum nomine *Wernberum* dictum *benum*, qui eis pro mercede servierat, in die Parasceve martyrio decoraverunt, omnia genera contumeliarum explentes in eo, quæ Dominus noster *Jesus Christus* passus fuit, excepta crucifixione, alias vero crudelissima morte cum interfecerunt. Quod postquam Christianæ plebi innotuit, omnes Judæos, quos invenire poterant, in civitatibus & villis circa mille viros interfecerunt, exceptis parvulis & mulieribus, & omnia eorum bona diripuerunt. Tres vero Ecclesias eidem *bono Wernbero* Christiani construxerunt, in quibus Dominus multa miracula propter eundem operari dignatus est circa *Renum* in civitate, quæ dicitur *Bacharach*, ibi requiescit in Christo. Eodem anno Archiepiscopus Mogontinus, Frater *Henricus* transposuit dedicationem Ecclesiæ Montis Sanctorum Apostolorum *Petri & Pauli* in *Erford* in Dominica Quasimodogeniti, quæ ante fuerat in Festo Sanctorum *Aurci & Justinae*. Ipso anno idem Mogontinus celebravit ordines. Charitas Dei apud confratres suos Minores in *Erford*. Eodem etiam anno circa Adventum Domini *Tartari* terram *Vngariæ* ingressi, multa claustra religiosorum cum variis Ecclesiis everterunt, & ipsos religiosos ab inde miserabiliter fugaverunt. Senes vero qui effugere non poterant, occiderunt. Civitates etiam ac villas succenderunt, occisis hominibus & captivis ductis circa octoginta millia. Tandem vero, propitiante Deo, turpiter fugati sunt ab illa terra, occisis ex eis pene centum milibus.

1287.

Judeorum occiso

Tartarorum crudelitas in Vngaria.

Anno Domini MCCLXXXVIII. Dominus Episcopus *Wratlaviensis*, postquam per aliquot annos a Duce *Poloniæ Henrico* a sua sede expulsus fuisset, & non solum ipse, sed & plures religiosi & clerici, qui eidem Episcopo astiterunt, a suis Monasteriis & Ecclesiis ejecti fuissent, tandem, Domino disponente, ab eodem Duce ad suam sedem revocatus, gloriosissima satisfactione honoratus est. Eodem anno Frater *Henricus* Archiepiscopus Mogontinus obiit & vacavit sedes per annum & tres menses. Ipso anno *Honorius* Papa mortuus est, pro quo *Nicolaus* Papa de Ordine Fratrum Minorum eligitur. Hoc etiam anno gravis dissensio orta est inter Dominum Archiepiscopum *Sifridum* Coloniensem, dictum *Runchil*, & suos cives *Colonienses*, quibusdam Nobilibus foventibus partem *Coloniensium*. Quæ in tantum excrevit, ut exercitu ex utraque parte congregato, grave proelium conferreretur, in quo multi de exercitu Archiepiscopi perempti sunt, ipsum vero Episcopum deducen-tes, ita ut erat armatus, in vincula conjecerunt.

1288.

Ipso die, quo hæc *Coloniæ*, hoc est in die S. Bonifacii Archiepiscopi & Martyris occisi sunt *Saxoniæ* in civitate, quæ vocatur *Helmistete*, crudelissimi Tyranni & prædivites raptores, *Anno & Heino* dicti de *Lapide* &

Proelium inter A.E. pise. Etives Colon.

Duo raptores Helmisteti occiduntur.

Advo-

1288. *Mors Henrici Illustris.* Advocatus *Hildemar*. Eodem anno mortuus est illustris Princeps *Henricus* Marchio Misnensis, post cuius mortem maxima discordia orta est inter Marchionem *Fridericum* de *Landisberg*, filium *Theoderici* Marchionis & Episcopos *Merseburgensem* & *Nuwenburgensem*, astantibus Episcopis juvenibus *Landgraviis Friderico & Ticemanno*. Ipso etiam anno *Landgravius Albertus* senior captus est a filio *Friderico* & aliquanto tempore ab eo detentus. Eodem anno circa Festum *S. Michaelis* per nimiam vim ventorum multa milia hominum in aqua, quæ vocatur *Lacus*, prope civitatem *Lubecensem* cum omnibus, quæ habebant, simul cum navibus miserabiliter submersi sunt.

1289. Anno Domini *MCCLXXXIX*. duobus Electis adhuc *Romæ* altercantibus de Episcopatu, tandem Domino disponente, Dominus Archiepiscopatum *Mogon.* cum debita confirmatione & consecratione, nec non & pallio porrexit Domino *Gerbar*do de *Eppenstein*, omniaque illius beneficia multa & valde bona distribuit, sicque ad partes *Germaniæ* ire præcepit.

1290. *Rudolphi Regis præsentia Erfurti.* Anno Domini *MCCXC*. *Rudolphus Romanorum* Rex cum regni sui septimo decimo perveniens *Thuringiam*, intravit *Erfordiam* in crastino *S. Lucie* cum maximo comitatu Principum ac Nobilium plurimorum, & susceptus est cum maxima solemnitate in Ecclesia *S. Mariæ* ab omni clero & populo civitatis cum crucibus & reliquiis Sanctorum. Qui gloriose susceptus præcepit districte servari pacem, faventibus sibi ad hoc civibus *Erfordensibus*, qui cum militibus ipsius Regis armati exeuntes comprehenderunt in *Ilmina XX.* & novem prædones, quos prædictus Rex personaliter sedens pro tribunali, in vigilia *S. Thomæ* præcepit sententialiter extra muros *Erford.* decollari. Ex quo facto terror ipsius irruit super omnes malefactores & fugerunt a facie ejus, audientes edictum Regis, super pace promulgatum, cum gladiis confirmari. Ipso anno Dominus *Gerhardus*, Archiepiscopus *Mogontinus*, in vigilia *S. Thomæ Erfordiam* veniens, ab universo clero ac populo civitatis honorifice est susceptus. Eodem anno Dominus *Rudolphus* Rex curiam suam *Erfordia* celebravit in Festo Natalis Christi proximo, ad quam vocati convenerunt de vicinis & longinquis regionibus multi Principes spirituales & seculares, & plurimi Nobiles ac Barones, & qui venire non poterant, per solennes Legatos suam absentiam coram Rege excusabant. Principes spirituales hi fuerunt: Dominus Archiepiscopus *Mogontinus*, Archiepiscopus *Salzburgensis*, Archiepiscopus *Magdaburgensis*, Episcopi simplices *Herbipolensis*, *Babenbergensis*, *Hildensheimensis*, *Paderburnensis*, *Nuwenburgensis*, *Merseburgensis*, *Misnensis*, *Colnensis*, *Laurentinensis*, *Halberstadtensis*, *Eichstedensis*, *Werdumensis*, *Con-*

stanciensis; Abbas *Fuldensis*, *Hersueldensis*. Principes seculares hi erant: Marchiones de *Brandenburg Longus* & cum rebo & frater ejus, Marchio *Fridericus* Misnensis, *Landgravius Albertus* cum filiis suis, *Friderico* & *Ticemanno*. Dux *Henricus* de *Brunschwig* & frater ejus *Albertus* & *Wilhelmus*, *Henricus* *Landgravius Hassiæ*, Rex *Boemiæ*, Dux de *Lunenburg*, Dux *Saxoniæ*, gener. Regis *Rudolphi*, Comes *Giunczelinus* de *Zwirim*, Comes de *Kaczinellebenn* & filius ejus, qui ibidem obiit, Item filius ejus Comes de *Bren* juvenis, qui ibidem obiit sine hærede, cuius bona omnia dedit Rex genero suo Duci *Saxoniæ* & uxori, suæ filiz, videlicet ejusdem Regis, valentia duo milia marcarum annuæ pensionis. Dux de *Meckilburg*, Comes de *Anbald*, duo fratres de (*) *Holloch*, quorum unus ibidem obiit quem tamen frater suus in patriam mortuum reduxit; item alius de *Hollo* fratruelis prædictorum fratrum, item *Burggravius* de *Nurnberg* & multi alii. Eodem anno Dominus Rex *Rudolphus*, ut pacem indictam plenius stabiliret, missis militibus suis cum civibus *Erfordensibus* & cum populo *Thuringorum* in Media *Quadragesima* mandavit destrui fere sexaginta & sex munitiones, in diversis locis *Thuringiæ* sitas, in quibus se recipere soliti erant iniqui homines, rapinas & latrocinia exercentes. Item in crastino *Dedicationis* nostræ, quæ celebratur in *Octava Paschæ*, idem Rex invitavit ad prandium *Reginam Boemorum*, filiam suam & procuravit eam & *Ducissam Saxoniæ* sororem ejus in pomerium nostrum, & omnes milites ac famulos & famulas earum tam splendide, sicut regali magnificentiz credit expedire. Eodem etiam anno, tertia feria post *Dominicam Exaudi* veniens ad *Rudolphum* Regem Dominus *Rudolfus*, Archiepiscopus *Salzburgensis* cum *Suffraganeo* suo Episcopo *Laentino Cunrado* & magno comitatu honorabilium Clericorum, militum ac servorum, hospitatus est nobiscum in claustrum nostro cum Clericis suis, reliqua familia extra claustrum in officinis Ecclesiæ nostræ melius collocata. Cui Domino *Rudolpho* Archiepiscopo testimonium perhibemus, quod plenus charitate & dilectione *Congregationem* nostram, tam professos quam novitios, idem scolares, more gallinæ foventis pullos suos, multis beneficiis nos fovit & cotidie ad mensam suam nos invitans satis largiter nos refecit per undecim septimanas, quibus apud nos fuerat hospitatus. Item infra octavam *Ascensionis Domini*, Dux *Austria*, Regis *Romanorum* filius obiit *Pragis* apud Regem & *Reginam Boemorum*, sororem suam, cui ad petitionem dicti Regis celebravimus solennes exequias, tanquam præsentati in choro nostro, præsentibus omnibus *Conventibus religiosorum* & *Capitulis Clericorum* & populo civitatis. Cui celebravit primam missam Episcopus *Laentinus*, secun-

1290.

Obitus Comitis de Brene

Pietas & liberalitas Rudolphi A. Ep. Salzburg.

(*) i. e. *Hohenlohe*.

1290.

secundam *Christanus* Episcopus Samniensis, tertiam Dominus Archiepiscopus Salzburgerensis. Eodem etiam anno die sequenti S. Bonifacii consecratus est novus chorus Capellæ B. Virginis a Domino *Cunrado* Episcopo Laventino, præfente Venerabili Domino Archiepiscopo Salzburgerensi. Item in die S. Barnabæ consecratum est altare S. Leonhardi a prædicto Domino Episcopo Laventino, præfente Domino Archiepiscopo Salzburgerensi, & eodem die facto prandio, ab Episcopo introducti sunt poenitentes & duomillia & eo amplius diversi sexus & ætatis sunt confirmati. Hoc etiam anno in Octava Penthecosten *Albertus* Landgravius *Turingiæ* fecit in monte S. Petri fedecim novos munites, præfente Rege *Romanorum*, ac singulos singulis gladiis præcingente, in præfentia militum plurimorum. Item in die S. Vdalrici Confessoris Rex *Romanorum* desponsavit unam virginem consanguineam suam, de longinqua regione per Constantinensem Episcopum sibi adductam, cuidam præcellenti Comiti de *Cleven*, quam Dominus Salzburgerensis mane introduxit in Ecclesiam nostram cum maxima solennitate, & celebravit ei missam, præfente eodem Rege & duodecim Principibus spiritualibus & secularibus, Comitibus ac aliis Nobilibus & militibus, quibus omnibus ad nuptias invitatis Rex convivium magnum, prout regalem magnificentiam decuit, præparavit, & eos cum nobilibus Matronis sponsæ attingentibus & aliunde advenientibus, constituit splendide epulari, mensis in circuitu claustris nostri, & in omnibus nostris compolite collocatis. Eodem anno in ad Vincula S. Petri Dominus *Rudolphus* Archiepiscopus Salzburgerensis morbo apoplexiæ mane post missam subito prægravatus, decubuit, omnium membrorum & maxime linguæ officio destitutus, qui tertio die ex hoc seculo intestatus non sine magno luctu clericorum suorum ac famulorum, & cum magno dolore Congregationis nostræ, quia patrem misericordiarum & consolationis nostræ cum damno irrecuperabili amissimus. Cujus corpus sine ossibus cum magna exequiarum devotione, præfente Domino Rege, Clero ac omnibus Collegiis Religiosorum & populo totius civitatis, sepelivimus ante altare S. Dei Genetricis Mariæ, ossibus suis ad urbem Salzburgerensem a suis clericis & famulis cum magna moestitia deportatis. Hoc etiam anno in Sabatho post Assumptionem B. Virginis venit ad Regem Romanum patrem suum, Dux *Austriæ* cum maximo comitatu Baronum, militum & servorum, & maximo apparatu divitiarum & diversarum rerum, qui de mandato Regis hospitatus est in claustris nostro cum Ducibus *Bavariæ* ac *Karintiæ* & aliis Nobilibus per quatuordecim dies, & repletæ sunt per eos & familiam ipsorum omnes officinæ nostræ, intra & extra claustrum existentes, solum dormitorium & refectorium hyemale Conventui reliquerunt. Qui Dux *Romanorum* & *Boemorum*

Reges & eorum militiam ad convivium invitavit, & in refectorio nostro æstivali ac in circuitu nostri claustris ordinate collocatos, prout decebat honorem suum, gloriose ac splendide procuravit. Ipso anno obiit Comes *Albertus* de *Glichin* in Vigilia Annuntiationis Dominicæ ac in Ecclesia nostra est honorifice tumulatus, quia omnia mobilia sua Ecclesiæ nostræ contulit, valentia plus quam quadraginta marcas. Item eodem anno, quinto die mensis Septembris circa horam tertiam facta est eclipsis solis particularis, quam quidam Astrologus, cum Marchione de *Brandeburg*, *Erfordiam* ad Regem veniens, longo ante tempore prædixerat & scripserat in quadam apoteca, tali mense, tali die ac tali hora esse futuram, quod & ita factum est, sicut prædixerat. Eodem anno in Vigilia Omnium Sanctorum Rex *Romanorum* cum omni familia sua recedens de *Erfordia* terram in firma pace reliquit, & commisit vices suas cuidam strenuo militi suo dicto de *Bruberg*, qui violatores pacis, regali auctoritate coerceret, & abiit ipse cum suis in *Provinciam Orientalem*, resumens imperiale castrum & oppidum *Aldenburg*, quod Landgravius *Albertus* senior & filii ejus multo tempore titulo pignoris possederunt. Hoc etiam anno facta est Eclipsis Lunæ in nocte S. Valentini ante tempus matutinum.

Anno Domini MCCXCI, propter frequentiam hospitem & eorum insolentias, ut timebamus, ad majorem cautelam & certitudinem reconciliatum est monasterium nostrum Dominica *Exurge* a Domino *Christiano* Episcopo Samniensi de ordine Domus Teutonicæ. Eodem anno Idus Aprilis, hoc est, Vigilia Tiburtii & Valeriani, circa meridiem incepit incendium in *Erfordia* in curia claustris Novi Operis, quod consumpsit fere tertiam partem civitatis a prædicta videlicet curia ultra valvam, quæ dicitur *Campintore*, in quo incendio monasterium Minorum Fratrum est exustum, & monasterium S. Augustini ac Albarum Dominarum nec non Ecclesia Saccitarum extra portam prædictam, quam Sanctimoniales de *Bercha* eodem anno ex voluntate Domini Mogontini possederant, cum officinis & curiis ipsorum pariter sunt exusta. Ecclesia etiam S. Bartholomæi periit incendio. Anno eodem Draco Egyptius, Soldanus videl. *Babylonis*, sperans se posse delere totam ecclesiam transmarinam, & proponens in proxima hyeme ejusdem anni *Tyrum* & *Sydonem* obsidere, & priusquam succursus posset accidere, *Accon* & castrum *Peregrini* in Martio vel Aprilis proxime instantibus totaliter extirpare, fertur in spiritu furoris & jactantiae verba hujusmodi protulisse: *Si totum thesaurum & populum Sarracenicum ad granum salis vel milii deberem reducere & consumere, utique volo Accon & cætera Christianorum loca radicibus extirpare.* Sed gloriosus ille & manu fortis Deus, qui reprobat consilia Principum, humilitatem Ecclesiæ transmarinæ liberavit

1290.

Mors Alberti Com. Glich.

Brubergius confessor pacis a Rege restitutus.

1291.

Intendium Erfurti.

Soldanus reliquias regni Christiani in Palestina delaturus.

Equites creantur.

Nuptia Comitum Clivensis.

Mors A. Episcopi Salzburg.

1291. beravit a cornibus unicornis. Nam cum dictus Tyrannis, Christianorum sanguinem nimium sitiens, ea quæ mente conceperat, etiam opere satageret adimplere, quidam de Baronibus ejus, qui dicuntur *Amirati*, quem olim turbaverat, venenum sub sella equestri virulento serpenti subtiliter propinavit, qui mox acerbo viscerum dolore afflictus de temporali poena transivit ad æternam mortem animæ morti corporis continuando. Cui successit filius perditionis, de ipso natus, ante biennium coronatus, qui timetur impiissimus patrem facinorosissimum secuturus, & nefandissimum illius propositum impleturus. Sed in Deo potenti sperandum, qui quondam quadrigas *Pbaraonis* subvertit, quod populum suum de ore leonis liberet & conservet, quem suo sanguine est mercatus.

Anno Domini MCCXCI. civitas *Acconensis*, quæ per Soldanum *Babylonæ* IV. die Aprilis fuerat obsessa per eundem Soldanum, XVIII. die mensis Maji, id est, in vigilia S. *Potentianæ* fuit capta, ubi Patriarcha *Jerosolymitanus* & Magister militiæ & templi & multi Christiani utriusque sexus diversimode perierunt. Nam alii in Ecclesia & Hospitalibus & domibus per *Sarracenos* conclusi sunt ignibus concremati, alii in mari submersi, alii equorum unguis conculcati, & alii sunt *Sarracenorum* gladiis trucidati. Et sic ibidem ingens multitudo Christianorum periit, exceptis mulieribus & juvenibus, qui in captivitate sunt deducti, & exceptis illis, qui ad naves fugere potuerunt. Dicitur etiam, quod ad Domum Templariorum pene septem milia hominum confugerunt, quæ domus, eo quod in forti loco civitatis super litus maris sit locata & bonis muris circumdata, duodecim forsitan diebus post captionem civitatis a *Sarracenis* viriliter defendit. Sed tamen Templarii & alii, qui illuc confugerant, se viderunt deficere in expensis, nec sperarunt humano subsidio liberari, orationibus devotis & confessionibus præmissis, de necessitate facientes virtutem, Jesu Christo suas [animas] committentes, in *Sarracenos* strenuissime irruerunt, & multos valde ex adversis prostraverunt. Sed tandem ipsi omnes a *Sarracenis* finaliter occisi sunt. Omnes etiam Fratres Prædicatores de conventu ac conversi præter septem & omnes Fratres Minores, præter quinque & alii religiosi diversorum ordinum sunt ibidem, ut dicitur, interfecti. Acquisita ergo civitate *Acconense*, Soldanus obsedit civitatem *Tyri*, quæ infra paucos dies a *Sarracenis* similiter capta fuit. Quod audientes Christiani, qui erant in aliis parvis locis, munitionibus & castellis, relinquentes habitationes suas ad Insulam *Cypri* & alias fuerunt, & sic Soldanus totam terram ultramarinam, quam Christiani habuerant, occupavit, exceptis Insula *Cypri* & duobus castris scilicet castro *Peregrini* & castro *Sidonis*, quæ adhuc retinent Christiani. Dominus igitur Papa & Domini Cardinales, audita tanta desolatione

Terræ Sanctæ & Christianitatis, planctum maximum fecerunt, & fuerunt gravissime perturbati. Propter quod quasi omni die faciunt Consistoria, tractantes & quærentes consilia, qualiter illi *Terræ Sanctæ* debeat subveniri. Creditur a plerisque, quod ordinare de celebrando Concilio generali. Modus autem, quomodo *Sarraceni* civitatem *Accon* ceperunt, ut dicitur, iste fuit: Habuerunt enim forsitan XX. vel XXX. milia camelorum, equorum & mulorum, qui nihil aliud faciebant, nisi quod ligna & arbores portabant, de quibus fossata civitatis continue replebantur. Quibus repletis, fecerunt subterraneum meatum & suffossiones ad usque murum civitatis pertingentes, de quibus nulla penitus a Christianis suspicio habebatur. Et sic in vigilia S. *Potentianæ* scilicet XVIII. die mensis Maji summo mane in aurora, cum adhuc homines pro magna parte dormirent, & nihil periculi suspicarentur, Ecce subito corruit fortior & melior turris civitatis, & juxta ipsam aliqua pars murorum. Et tunc *Sarraceni* in continenti cum maxima multitudine præparati, per illam aperturam, civitatem intraverunt, & statim muros ascenderunt & sua vexilla erexerunt. Christiani itaque audientes maximum clamorem, & civitatem ex improvise esse captam, tanto timore sunt perculli, quod nec simul poterant congregari nec ad defensionem civitatis pariter convenire. Sed unusquisque coepit fugere & curam habere, qualiter se & sua posset tutius conservare. Et sic *Sarraceni* prævalentes occupaverunt civitatem, de quibus fuisse dicitur maxima multitudo. Itaque ducenta millia equitum, exceptis peditibus, a plerisque & relatione plurimum computantur.

Anno Domini MCCXCI. quinta Idus Julii, ^{Datum in} vigilia Penthecosten, media die, adhuc cunctis in mensa residentibus ^{Erfurti ex} Capellæ Omnium ^{fulmine.} Sanctorum inter turres inferiores super restudine, repente ictu fulminis & tonitruï altare medium scissum est & contracta & tabula desuper deaurata inflammata & lapides cristallini excussi & comminuti sunt, & pro parte quidam incinerati, purpura etiam ante altare quasi matta per ignem visa, & omnia indumenta altaris, inanitergia, ipsa etiam corporalia molesta, & duo gradus ante altare concussi & perforati, organa etiam ex opposito magna ex eodem ictu fulminis vel tonitruï sic sunt contusa, ut pro plurima parte ea oportuerit denuo reparari. Eodem anno *Rudolphus* Rex *Romanorum* circa festum S. *Johannis Baptistæ* in *Franckensurd* ^{Comitia} proch. dolor ultimæ curiæ suæ præsedit, ad ^{Francofur-} quam ^{dia Rudol-} Episcopus *Mogontinus* & *Coloniensis* & *Treverensis* cum aliquibus *Principibus* ^{pho habita-} ^{desuccesso-} ^{re regii.} *secularibus*, ad electionem spectantibus, ac aliis plurimis *Principibus* ac *Nobilibus* conveniant, cum quibus idem gloriosus Rex de successore imperii pro habenda perpetua pace tracta-

obit vene-
no.

Accon a-
micetur.

Christiano-
rum fuga
ex Pale-
stina.

1291.

tractaverat, sed Electoribus inter se discordantibus eadem electio est anichilata. Sed postea, ut lamentabiliter dicam, obiit anno regni sui XVIII. absque successore in Divisione Apostolorum, atque in *Spira* secundum regiam magnificentiam est sepultus. Ipso anno obiit *Fridericus* Marchio Misnensis dictus *Tuto* sine filiis, cui successit in Principatu *Fridericus* filius patris sui *Alberti* Landgravii *Thuringorum*. Item ipso anno in die S. Lamberti ortum est grande incendium *Erphordiae*, in quo concremata fuit valva S. Johannis Bapt. & fere centum curiae sibi adjacentes.

Mors Regis.

1292.

Anno Domini MCC LXXXII. obiit Papa *Nicolaus* in Coena Domini. In eodem anno in die S. Johannis ante Portam Latinam Comes *Adolfus* de *Naczbowe* electus fuit in Regem in civitate regia, quae dicitur *Frankensfurt*, ad cujus electionem convenerunt multi Principes, tam spirituales, quam seculares, & cum eis tanta multitudo militum ac diversorum hominum, ut ipsorum vix posset numerus aestimari. In hac etiam electione adimpletum est illud propheticum: *Quomodo dominatur excelsus in regno hominum & cuicumque voluerit, dabit illud & humillimum hominem constituet super eum.* Cum enim plures Principes fortes & potentes vocati venissent illuc & se sperarent esse eligendos, eo quod ab *Electo*ribus quibusdam spes eis facta esset, contra opinionem multorum & divino, ut creditur, nutu praefatus *Adolfus* Comes, amator pacis & justitiae, regni apicem adeptus est. Item electus Rex in Festo S. Johannis Bapt. cum gloria & honore & debita solennitate coronatus est. Eodem anno in nocte S. Mathaei quidam malefactores monasterium *Reinbersburn*, id est, cappellam Dominae nostrae cum dormitorio & refectorio & aedificiis, ad Abbatiam specialiter spectantibus, succenderunt, sacristiam etiam cum omnibus rebus ibi repositis vel ad eam pertinentibus, id est, campanis, altaribus ac ornamentis eorundem, curiam cellerarii & alia quaedam (*) beneficia claustrum igne tribus locis oppolito, saevissime cremaverunt.

Adolfus Nassovius elegitur.

Reinbersburnense coenobium incenditur.

1293.

Anno Domini MCCXCIII. Dominus *Witego* Misnensis Episcopus in Dominica Lætare obiit, ac in propria Ecclesia cum honore est sepultus. Sequenti nocte post Festum S. Laurentii incendium *Erphordiae* exortum, pontem Apotecarum penitus absumpsit, cappellamque S. Egidii cum nonnullis adjacentibus aedificiis concremavit. Eodem anno Consules *Erphordenses* ipsius anni, quorum nomina inferius sunt annexa, *antique* illud nobilitatis jus sive libertatem Ecclesiae Montis S. Petri, qua per multos retroactos annos in domunculis, sitis in pede ejusdem montis, quae ab omni exactione aliorum libere penitus ac secure S. Petro totaliter dinoscuntur adhærere, eadem Ecclesia est gavisata, violare imo violenter præripere sunt

Senatus Erfurt. discordia cum Monachis S. Petri.

aggressi deque singulis *domunculis* sive *Jaribus*, quod vulgo *ein Herdt* nuncupatur, exactiones alibi solitas extorquere, quasi hoc, ut ajebant, in subsidium proficeret civitatis. Ac Domino Abbate suoque Conventu humillime ipsis instantibus, quatenus pro amore S. Petri eo jure & libertate, quae egregiis, sacris & authenticis privilegiis confirmata, quanquam simile saepius fuerit attemptatum, hactenus tamen perdurasset, præfuerent & gaudere, ipso etiam Domino Abbate ætatis suae gravedinem respici supplicante; Consules nil his moti, ad tantam sunt fecem oblivionis justitiae devoluti, ut stomachanti voce tumultando garrissent, futurum asserentes, quod non solum domunculae supradictae, verum etiam omnes officinae & ipsum monasterium cogerentur exactionibus subjacere. Incepti igitur violenti perfectores contra ipsum coeli clavigerum consurrexerunt, habitatoribus ipsarum domuncularum coram se comparere jussis, ipsisque timore eorum comparentibus exactionem secundum facultatem singulorum singulis extorserunt, quosdamque renitentes aut non habentes Abbatis pignoribus ad propria cum dedecore remiserunt. *Henricus* de *Biltesleibin* & *Tylo* de *Sachsa* Magistri Consulium, *Hermannus* de *Alth Goters* Magister Fori, *Gotefridus*, qui supra *Goters*, *Lubilin*, *Hartungus* de *Friestede* *Theomurer*, *Vlricus* *Rabenoldi*, *Beroldus* de *Tutlstede*, *Henricus* de *Heilingin*, *Hugo* de *Cimmirn*. Eodem anno circa Festum S. Margarethæ, exceptis Conventu S. Petri sanctique Jacobi Scotorum & Capitulo S. Severi Erford. cum Præpositura sua, ad instantiam Canonicorum S. Mariæ ibidem totus Clerus civitatis & aliarum Præpositurarum *Thuringia* ad curiam Romanam contra Mogontinum appellat, *Erfordensibus* civibus in facto sibi invitis, unde circa Festum Michaelis pro eadem causa legatos ad curiam miserunt.

1293.

1294.

Anno Domini MCCXCIII. feria secunda post Festum Apostolorum Petri & Pauli, quibusdam Cardinalium pro quibusdam negotiis convenientibus, ex improvise orta tristi conquectione de damnosa vacantis sedis Apostolicæ destitutione, subito divini Spiritus, qui & quando & ubi vult, spirat, ut creditur, inspiratione omnes Cardinales tam praesentes quam absentes, postquam vocati venerunt, in electionem *Petri* dicti de *Moron*, Nigri Ordinis heremitæ, unanimiter consenserunt. De quo cum multa memorabilia & pene incredibilia ferantur, hoc ad praesens de eo dixisse sufficiat, quod XL. annis & amplius semper stetit in heremo in quodam deserto monte in *Apulia*, centum domos ordinis sui, quae in optimo sunt statu, construxit, quolibet anno quatuor *Quadragesimas* in pane & aqua & jugi silentio fecit, asperrimam vitam instar antiquorum Patrum duxit, adeo ut nonnulla signa per eum visa fuerunt.

Coelestini V. electio.

(*) Leg. forte: aedificia.

1294

fuerunt: Verum post electionem suam, missis ad se cum decreto tribus Cardinalibus, per dies quindecim non respondit; post quos iussu sui Abbatis, recepto decreto, humiliter consensit, moxque se de omnibus administrationibus Papatus intromittens seque in Octava Assumptionis contra voluntatem Cardinalium in *Aquila* in regno *Siciliae* coronari faciens; cum miserabilis esset in persona, furdus, multumque debilis, utpote octogenarius, & tamen omnia de plenitudine potestatis; invitis eis, faceret, ipsos Cardinales vehementer in sui vertit timorem pariter & stuporem: Iter etiam sedens asino faciebat, vinum non gustans [ac] panem, tantum fabas & radices manducans, in terra nuda jaccens; sextamque feriam perpetuo silentio dedicans. Unde sperabatur, Deum per ipsum suae Ecclesiae provisorum. Sed o iudicia Domini abyssus multa! Hæc enim spes subito decedit. Quorundam enim calliditatibus circumventus, Papatum parvo post tempore, videlicet circa Festum Luciae resignavit. Dicunt quidam, ipsum ab ejus successore *Bonifacio*, aliquandiu detentum in brevi presentibus feliciter emigrasse. Vocabatur autem *Coelestinus*. V. Hoc anno Rex *Adolfus* ad terras *Thuringiae* receptandas, quas a seniore *Thuringiae* Landgravio, promissis, ut ajunt, eidem duodecim milibus marcarum puri argenti, coemerat, reclamantibus tamen ejusdem Landgravii filiis, maxime . . . (*) juniore Landgravio, cui eadem provincia non solum hereditatis, imo & emptionis jure debuerat obvenire. Rex inquam, coacto undique exercitu gravi histriionum peditum, ut aliolet, multitudine comitante, nonnullis Nobilium eidem suffragantibus, circa Festum S. Mauritii in *Thuringiam* movens iter, cum secus villam *Eislebin* fixis tentoriis consedisset, regali clementia, quam non habebat, in Tyrannicam rabiem commutata, pace prohdolor! in regione longinqua, ubi non est lis neque discordia, constituta, quot quantumque miseriarum, rapinarum videlicet incendiiorum caediumque per XIII. prope dies ab ipsius sequacibus quotidie fuerit actitatum, incredibile videtur expertis. Equidem cruentis satellitibus, utpote capite carentibus, pro victualibus conquirendis circumd

teream, quod ab asserentibus dici solet. Ajunt enim, a quibusdam ipsorum annum quandam seu vetulam comprehensam ungentoque, quo curruum rotæ ungi solent, toto corpore perlinitam seu perunctam, ac deinde in plumis disrupti plumarii totaliter volutatam, sicque coherentibus ei undique plumis, in bestialem similitudinem deformatam, monstruosum ridiculum ab ipsis per exercitum quasi ad spectaculum circumductam: Initium doloris hæc. Cæterum quod omni est miseria miserabilius, claustra sanctarum Monialium invaduntur, pro pudor! crudum & crudele spectaculum! Deo sacratæ virgines protrahuntur, & ab immundis hominibus imo impudentissimis canibus prostituantur. Sed nec vel sic cessatur. Sanguis sanguinem tangit. Cum famelici canes in villis jam exhaustis nil rerum victualium invenirent, ad Ecclesias convertuntur, fores effringuntur, vix a sacerdote celebrante manus cohibentur; altaria nudantur, vestes sacræ, missales libri cum calicibus distrahantur. Et, o amarissimi sceleris immanitas! jam [nec] ab ipsius Domini Dei universorum (***) injuria humana imo beluina hominum rabies temperatur. Scelus inquam a modernis seculis inauditum, & quod Christianæ aures exhorrescunt, pixidem hostiarum vivifici corporis Christi, in quo totius humanæ salutis summa consistit, si cujus precio forent, abjecto nonnunquam ubicunque sacramento abripiuntur. Quid multa memorem? Plane impossibile est dictu & pene incredibile, in quem miseriarum miseriarum gurgitem hæc nunc infelicia *Thuringorum* tempora fuerunt devoluta. Deo autem gratias, qui naviculam Erphordensem inter tot tantarumque miseriarum tempestuosam procellam sua misericordia conservavit, cum utique & ab his, qui cum Domino Episcopo Maguntino advenerant, & intra urbem ficta pace & amara, ut post patuit, intentione commanebant, nec non ab aliis extra urbem constitutis contra ipsam multipliciter fuerit machinatum, quanquam monasteria ejusdem civitatis & nonnulli civium, in bonis suis extra urbem sitis, damna gravia pertulerunt, interque [alia] monasterium S. Petri ad CCC. talenta damnum noscitur incurrisse. Sed pius Deus, qui etiam antiquiori tempore per feryum suum *Nabuchodonosor* *Israhelitas*, & nuper per *Attalam* populum Christianum aliquandiu flagellavit, quique tales ministros mercede obsecundationis hujusmodi non fraudavit, licet duritia *Thuringorum* hætenus cervicosa ipsarum sibi auctrix extiterit ærumnarum. Ne tamen & hi cruenti satellites impune evasisse penitus viderentur, cum ipsi funesti nullas ponerent insolentiæ suæ metas, nulli honori seu religione deferrent, nulli ætati miseriarum parcerent, quibusdam ex desperatione

1294

& mors.

Adolfus
natus de
acquiren-
da Thuringia.

Querela
de ejus
crudelitate.

(*) Supplendum puto: *Friderico* scilicet *Adnorsio*.

(**) Sensus hiulcus & difficilis.

1294. ne rerum vel vitæ fiduciam fumentibus, & quorum res & homines diripiebantur, impudici homines vagabundi passim invadebantur, cædebantur, abducebantur & crebris incurribus, licet furtivis regius exercitus minuebatur. Dicitur etiam & adhuc vulgares clamant *cantilenæ*, nonnullos Nobilium de *Rbeno*, Regi fidelium ante castrum *Raspinberg*, exectis, ut vulgari loco dicitur, *Halensibus* ad suorum ignominiosum satis spectaculum reverti fuisse permisos. Visa fuit hoc anno a nonnullis Cometa stella, effusionis humani sanguinis & harum prænuntia arumnarum.

Foci & di-
stria in
male mul-
tuos Adol-
f. milites.

Rex igitur exercitus sui fieri sentiens detrimenta, seque pro rebus male gestis, pro tot scilicet ac tantis suorum insolentis perpetratis, ab omnibus notari jamque omnium pene obnoxium maledictis, *Thuringia* tantarum calamitatum miseris opletâ, inactus reverti statuit. Sublatis itaque tentoriis, a villa *Mirelbusen*, ubi post recessum a prædicta villa *Eisleben* diebus non paucis confederant, ventum est ad villam *Virpeche*, ubi dum quidam non ignobilium de exercitu Ecclesiolam S. Andreae ibidem sitam, effractis foribus; irrupissent, cunctaque inibi reposita cum ornamentis altaris librisque & calicibus diripere temptassent; mox violentos invasores manifesta Dei ultio subsecuta est. Nempe eisdem nondum ab eadem Ecclesiola egressis, clamore ad Regem cum querimonia perlato, Rex quasi in hoc suam innocentiam de prioribus insolentis, tanquam inscio eo factis, comprobaturus, quin potius divino judicio B. Andreae, Ecclesiae suae vastationem non serente, ad Ecclesiae præfatæ fores se applicuit, ac prædictis invasoribus singulis de Ecclesia protractis uni post alium manum dextram amputari fecit. Inde autem se convertens *Mulbusin* se recipit, ubi cum aliquantisper commoraretur, tumultu gravissimo propter consuetas sequacium Regis insolentias, & maxime ob debita seu refusionem expensarum negatam civibus excitato; tota pene civitas concitatur, ad arma convolatur in quiete satellites cæduntur, propelluntur adeo, ut ipse Rex vix evalisse, vita comite, referatur. Sic itaque Rex *Thuringia* fines transgressus, ad *Terram Orientalem* se convertit, pari modo omnia devastando, ubi etiam nonnullas obtinuit munitiones seu castella. Inde civitatem *Friberg* obsessam aliquandiu prodicione quorundam civium cepit, quos tamen postea in multis milibus marcarum damnatos vix vita comite evaserunt. Castrum nihilominus *Fribergense* captum evertit, quamplures civium & castrensiurn ignobiliter & miserabiliter vita privavit. Quanam crudeli autem immanitate & immani crudelitate in reliquos ibi & ibi & alias Rex humanitatis oblitus defaverit, qualiter ve. *Misnensem* Marchionem *Fridericum* honore patriæque privaverit, quantis-

Adolf ul-
tio simula-
ta in sacri-
legos.

Fugit ex
Thurin-
gia.

Vastat
Misniam.

que & quot amarissimis cladibus, incendiis & rapinis etiam illam provinciam compleverit, pro sui honore & immanitate singula dicere superfed. At ne vel ibi quidem divina ultionis expers cruentus exercitus remaneret, adeo hyemis austeritas, quæ eo anno inhorruerat satis dura, in impios homines defaverit, ut inedia frigoreque plurimis tabefactis & extinctis, idem exercitus Regis non modica ex parte fuerit imminutus.

Anno MCCXCV. Rex ubique regnum pervertens fas nefasque confundens, tanquam mala in *Thuringia* præterito anno facta minus suæ impietati crudelitatiq; sufficerent, reparato denuo exercito, in *Thuringiam* iterum properavit, castrumque *Franckenstein* obsessum aliquandiu, non sine magno sui exercitus dispendio, tandem, facto castrensi discidio, in deditionem recepit, salva castrensis vita & libertate. Eo effectu animolior Rex effectus, *Cruceburg* contendit, castrum vero ibidem cum diebus non paucis obsidisset, incensa urbe, cum plurima multitudo utriusque sexus super castrum confugisset, coeperunt castrenses, dum, multitudine faciente, nimiam aquæ penuriam sustinerent, a quibusdam de exercitu aquam clanculo comparare. Quo prodito, & auctoribus hujus venditionis jussu Regis miserabiliter trucidatis, cum hi, qui super castrum erant, tanta aquæ carentia urgerentur, & ut equis cerevisia potus esset, & panes cum cerevisia coquerentur, cum fortissime non absque damno regii exercitus hætenus restitissent, hac una compulsi necessitate, castrum dederunt, permisa sibi & rebus & vita ac libertate. Itaque Rex, dum etiam alio similia facturis pertendere cogitasset, quo nescio obstaculo præpediente, cum id perficere nequivisset, iterum de *Thuringia* egredi statuit. Sic Rex pupillorum viduarumque cæsor non defensor, pauperum desolator non consolator, Ecclesiarum violator non edificator, Rex inquam non jam Rex sed (*) regnifex e *Thuringia* est egressus, tot in ea egregiis facinorosa crudelitatis insigniis derelictis, ut & ipsum nomen ejus cotidiana & pene quotidie nova inversione turpètur, & omnium sputis seu maledictis obnoxium amarissimis imprecationibus oneretur. Reliquit autem militem de *Bruberg* ad ea, quæ ipse cogitaverat, exequenda, qui qualiter Regi paruerit, quæve fecerit, pro rerum incertitudine dicere superfluum esse reor. Eodem anno in castro S. Jacobi, cum & tonitrua terribili fragore mugirent, Frater quidam Augustinensis in Ecclesia *Erfordia* infra vespertinales laudes occulto Dei judicio ictu fulminis tactus cecidit & expavit.

Anno Domini MCCXCVI. incendium grande exortum *Erfordia* sequenti nocte post Divisionem Apostolorum plateas fori rapularum & pergamenorum, absumens numerosa admodum aedificia concremavit. Ipso anno triste

(*) Legere malo: *carnifex*.

1296. triste infortunium & flebilis admodum eventus Conventum S. Petri omnesque amicorum cives Erforden. graviter contristavit; quia nobilis & dulcifona illa major campana ibidem in Festo Omnium Sanctorum infra pulsationem, nescio quo Dei iudicio, fracta fuit.

1297. Anno Domini MCCXCVII. Conventus S. Petri habitis gravibus & magnis expensis, in Vigilia innumerabilium Martyrum aliam campanam, & quantitate & sonoritate priorum superantem, ad honorem ipsius Apostolorum Principis fuderunt, aliam nihilominus ad laudem B. Patris Benedicti post paucos dies fundi procurarunt. Hoc anno, III. Nonas Martii ignis nocte exortus in pedemontis S. Petri *Erfordiae* pene ecclesiam S. Leonhardi (*) in tantum violentia ventorum convaluit, ut maximam partem aedificiorum & ibi & ex adverso usque pene ad domos clypeariorum sitorum conflagraret. Eodem anno Rex *Bobemorum Wenczlau*, filius *Ottakkerii* Regis interfecti, in *Praga* coronatus & unctus est in Regem, cum illa nobili conjugate sua, *Romanorum* Regis *Rudolphi* filia, in die sancto Penthecostes a venerabili *Gerbar* Archiepiscopo Mogontino cum maxima solemnitate & lætitia, presentibus Archiepiscopo *Magdaburgensi*, *Pragensi* & *Vlmu* censi & aliis duobus Episcopis de *Vugaria*. Ipse enim Rex, ut legitur de Rege *Asvero*, ostendere volens magnitudinem potentiae suae & divitias regni, fecerat grande convivium in ipso die sancto, durante per quatuor dies, & omnia, quae convivantibus necessaria erant, prout magnificentiam regiam decebat, copiosissime amittabantur. Dux etiam *Austriæ Albertus* cum septem milibus equitatus illuc venit; habens in comitatu suo Ducem *Carinthiae* & generum suum Marchionem *Longum* juvenem & multos Comites, Barones & Nobiles *Austriæ*, *Carriole* & *Carinthiae*. Sed & Marchio *Brandenburgensis cum zelo* cognomento, rogatus ibi affuit cum Duce *Saxoniae* & Duce *Poloniae* de *Polonia* cum plurimis potentibus multarum terrarum. Ut igitur transierunt dies iocunditatis & lætitiæ, Principes soli cum Rege per aliquod tempus remanentes, tractaverunt, qualiter regnum Romanum in suo honore atque potentia persistere posset, Regisque *Adolphi* confusionem & ærumna (**): quod postea rei probavit eventus. Inter cætera rem flebilem narrabo, quod tantam exultationem tantus fuit luctus subsecutus. Nam illa nobilis Regina, Regis *Rudolphi* filia, coronata simul cum Rege *Boemorum*, infra anni spatium diem clausit extremum. Nec etiam prætereundum esse puto, quod idem Rex *Boemorum* in eadem septimana Penthecostes quoddam claustrum *Cisterciensis* Ordinis ab eo antea constructum cum quadringentis marcarum redditibus dotavit annuatim. Eodem anno in die S. Johannis Ba-

ptista post nonam, quidam juvenis in monte S. Petri nomine *Rudigerus*, adhuc in scolis existens, dum funem lampade Capellæ S. Mariæ reparare deberet, ex improvise de trabibus corruens ad pavimentum mediæ Capellæ, miserabiliter vitam finivit ibidem.

Anno Domini MCCXCVIII. *Albertus* Dux *Austriæ*, Regis *Rudolphi* filius circa initium Quadragesimæ expeditionem ordinavit de *Austriæ* versus *Renum* contra *Adolfum* Regem *Romanorum* cum maximo exercitu, quæ expeditio duravit usque Processi *Martianique*. Veniente igitur Duce *Alberto* ad confinium *Bamariae*, Dux *Otto* ejusdem provinciae habuit conflictum cum aliquibus ab exercitu sequestris, in quo amicissimus Ducis *Austriæ* ac avunculus ejus *Albertus* Comes de *Heyrlo* nobilis ac liber cum aliis ferme centum occisus est. Dux igitur *Austriæ* his nihil veritus, sed spem suam ponens in Domino, ultra cum exercitu suo progressus, cum tamen plurimi assererent, ipsum cum suis gladio Regis *Adolphi* fore lacerandum, ad confinium *Sueviæ* tandem pervenit. Vbi cum propter viam longiorem repausaret exercitum, ad aures Regis *Adolphi* ejus adventus usque pervenit, qui per idem tempus in *Franckenfurd* existens preparavit se, Duci *Austriæ* viriliter occurrere aut cum dedecore vitam finire. Interea Dux *Austriæ* de confinio *Sueviæ* movens exercitum, paucis diebus peractis, juxta *Wormatiam* ad litus *Reni* fluminis usque devenit. Quid multis moror? rem dicam seculis mirandam, quam incomprehensibilia enim sunt judicia domini & investigabiles viæ ejus? *Mogontinus* namque existens consanguineus Regis *Adolphi*, qui etiam cum ad Regem regni dignitatem exaltaverat, & in omnibus ejus coadjutor ac fautor fuerat, nunc inimicus ejus per omnia, audito, quod Dux *Austriæ* esset prope *Wormatiam*, collecta maxima multitudine, in auxilium ejus properavit. Cum igitur venisset ad Ducem & secum aliquos Principes spectantes ad electionem reperisset, habito cum eis consilio, Ducem prædictum ad regni gubernacula elegit, in confusionem Regis *Adolphi* & obprobrium sempiternum. Quod cum Rex *Adolfus* nuntiatio didicisset, animo consternatus magis eligit mori quam cum confusione vivere. Veniens igitur in *Oppenheim*, postera die cum exercitu forti castra metatus est contra Ducem *Austriæ* ac electum in Regem *Romanorum*. Interim plurimi de Ducis exercitu, propter temporis prolixitatem & suorum domi manentium affectum clam recedentes, ad sua redierunt, sicque factum est, ut die in diem populus Ducis minoraretur, Regisque *Adolphi* vulgus multiplicaretur. Quo viso, Ducis Nobiles & amici, calliditate usi, cum adhuc exercitus eorum esset satis copiosus, consilio cum Duce habito, fugam simulave-

1297.

1298.

Alberti Austriaci expeditio in Adolphi.

Mogontinus defecit ab Adolphi.

Ottocari Regis coronatio.

(*) Dicit forte: *consumpsit*, aut *simile*.

(**) Sensus mutilus.

1298. mulayerunt, ponentes infidias, ut sic Rex *Adolphus* deceptus cum ipsis citius bellum iniret, ne tardior mora ipsum faceret fortio- rem: Quod & factum est. In die namque Processi & Martiniani cum Rex *Adolphus* ad- ventum plurimorum præstrolaretur, subito Ducis exercitus de loco motus terga vertit Regi *Adolpho*. Vnde Rex attonitus, sangui- nem Ducis ac suorum quamplurimum liti- ens, insequitur eos viriliter & potenter, cumque transissent infidias, Dux cum omni- bus suis se contra Regem *Adolphum* vertens coepit proeliari proelia *Machabæi*. De infi- diis etiam exilientes circumvallabant exerci- tum undique Regis *Adolfi*. Vnde commisso proelio, maxima cædes hominum facta est, & multi de exercitu Regis captivi, inter quos & Regis filius, captivatur, simulque Rex *Adolphus* est occisus, ut adimpleretur; *Quid superbit lutum & cinis?* Et illud: *Si ascen- derit usque ad coelum superbia, in puncto ut- sterquilinum erit.* His ita peractis, rumor extollitur, Ducem *Austriæ* non posse esse Regem *Romanorum*, quia Rex *Adolfus* non fuisset rite depositus, nec potuisse duos Re- ges simul regnare, & quia ipse Dux occi- disse Regem *Adolphum*. Vnde ad nutum Principum, ad electionem spectantium Dux per triduum regno cessit & postea ab eis- dem solemniter est electus, ac cum magna gloria *Aquisgrani* perductus intronizatur & ad regni sedem usque pervenit cum maxima pompa tam clericorum quam laicorum, Deum laudantium, qui facit mirabiles res: Sicque cum consilio Principum curiam suam primam indixit in Festo S. Martini in *No- renberg*, & recesserunt læti, dicentes: *Vivat Rex in æternum! Alleluja!*

Eodem anno circa Festum Penthecosten quædam pestis vehemens & valida nutu Dei in *Franconia* Judæos invalit, quæ in tantum invaluerat, quod omnes Judæi *Almania* extinxisset, si non ipsorum infinita pecunia cir- ca aliquos Principes & Civitatenfes interces- sisset. Nam in præcipua civitate Herbipo- lensi in *Rozinbruch* ita omnes fuerunt occisi, quod a majore usque ad minorem, a mascu- lo usque ad foeminam unus non fuerit dere- lictus. Vnde aliæ civitates minutæ, exem- plo eodem gavise, plurimos sibi comman- dentes occiderunt. Dicitur etiam, quod dum Judæi viderent, se non posse manus e- vadere occisorum, (*) quod pro quadam sanctitate secundum legem ipsorum, ne tra- derentur manibus incircumcisorum, se mu- tuo interfecerunt. Hujus interfectionis ini- tium referunt fuisse quendam Nobilem di- ctum de *Rinberg*, qui coadunatis sibi aliqui- bus ad hoc idem similibus per quendam fa- vorem civium hæc eadem exercuisse. Timen- dum namque est, quod absque gravi moero- re dicere non possumus, ut quidam pro ve- ro asserunt, quod propter divini cultus irre- verentiam corporisque Christi subsannatio- nem hæc omnia eis digne evenisse. Refe- runt namque corpus Christi eos in synago- gis ac in secretioribus suis furtim recondi- tum habuisse, illudque cultellis & subulis suis confodisse novoque inaudito martyrio Christum crucifixisse, ut paternis execra- tionibus viderentur esse participes. Chri- stiani namque, ut dicitur, post interfectio- nem ipsorum, ipsa secretiora eorumdem purgantes invenerunt corpus Christi pluri- mis locis confossum, illudque pro sacramen- to habentes loca eadem dicunt miraculis cho- ruscare.

Anno Domini MCCXCIX. Rex curiam suam *Fuldæ*, præsentibus illic Archiepiscopo Mogontino nonnullisque aliis [tam] spiritua- libus quam secularibus Principibus circa Fe- stum S. Jacobi celebravit, ubi etiam legati cleri seu civium *Erfordensium* advenientes, obtentu Regis ac aliorum Principum, gra- tiam ejusdem Domini sui Archiepiscopi Mo- gontini, qua jam per annos quinque caruerant, habita pecuniaria satisfactione, datis scilicet ex parte cleri CCC. ex parte vero civium M. CCC. mar- cis argenti, coemerunt. Quam tamen sum- mam ex parte inobedientis colligendam, versa imo perversa vice hætenus obedientes gravius pendere sunt coacti. Eodem anno civitas *Wimar* per quosdam malefactores succensa, igne faviente & vento opitulante, in tantum exusta est, ut paucissima ædificia cum castro remanerent. Item eodem an- no orta est discordia inter Dominum *Ger- bardum* Archiepiscopum Mogontinum & *E- berhardum* Comitem de *Hayno*. Comes igitur collecta suorum complicum manu, res Episcopi rapinis & incendiis devastabat. Archiepiscopus autem non ferens suorum injuriam, congregato exercitu quasi quin- gentorum virorum, omnia, quæ ipsius Co- mitis erant, depopulabatur in tantum, ut una die quinquaginta villas Comitum igne consumeret, & omnia, quæ ibi invenire po- terat, sibi suisque fociis [abriperet]; ad ulti- mum vero ipsum Comitem in castro suo *Hayno* obsedit & obpugnavit. Comes igitur videns, se ei non posse resistere, gratiæ ejus se tradens captivus abducitur & in *Binge* civitate Episcopi custodiæ mancipatur, ubi per multum tempus degens, cum nullam gratiam Episcopi inveniret, occulte inde di- citur fuga lapsus. Eodem anno *Albertus* Rex *Romanorum* *Tholerum* pergens, duxit se- cum *Rudolphum* filium suum, Ducem *Au- striæ*, cui desponsaverat sororem Regis *Fran- ciæ*, habens secum in Comitatu *Gerbardum* Archiepiscopum Moguntinum & alios mul- tos Nobiles *Austriæ* & *Almania* Comites & Barones. Elegerat autem ipse Rex quin- gentos milites, forma & moribus egregios, quos uniformibus paribus vestium exorna- vit, exceptis his, quos illi Nobiles, qui se- cum erant, in honorem regis magnificentis vestierant in suo quilibet comitatu. Cum autem

(*) Vocula quod est superflua.

Menckeni Scriptor, Rec. Germ. Tom. III.

1299. autem *Tboletum* attigissent, Rex *Francia* ibi cum virgine expectans eis occurrere festinavit. Erat autem multae pluviae dies ille. Rex ergo *Romanorum* mandavit omnibus suis, ut melioribus, prout habebant, vestibus vestirentur; quod si quis negligeret, hac sententia multaretur, quod nil pabuli de regia curia reciperet illa die. Intraverunt igitur ipsam civitatem cum magna gloria & comitatu circa Festum S. Andreae, nuptias filio suo, cui copulaverat sororem Regis *Franciae*, festivissime celebrantes. Sed heu extrema gaudii luctus occupat. Nam Rex *Franciae* Regem *Romanorum* hortatur, ut *Electores regni* induceret, quatenus filium suum in Regem eligerent & ipse *Romam* pergeret pro imperiali benedictione ab Apostolico experenda. Sed Mogontinus, qui tunc aderat, hoc reclamavit dicens: *se nunquam assensurum, ut regni Romani gubernacula in alicujus viventis heredes transferrentur.* Rex *Romanorum* his commotus, omnibus Nobilibus, qui secum venerant, redemit sua pignora obligata, solius Episcopi pignoribus non redemptis. Mogontinus autem, quamvis cum penuria suorum, redemit sua pignora obligata. Rege autem cum suis omnibus ad propria reverso, Archiepiscopus ob hoc, quod ei Rex fecerat, commotus Archiepiscopos Colonensem & Treverensem cum *Rudolpho* Duce *Bavariae* contra Regem *Romanorum* secum induxit conjurare. Rex his auditis, manu valida *Bavariani* intravit, omnia rapinis & incendiis devastans, munitiones capiens, ipsum ad ultimum Ducem ad deductionem coegit. Cui postea gratiam suam petenti sua omnia redonavit. Hinc se convertens ad superiora *Reni* fluminis processit & *Binge* civitatem Episcopi cepit, omnia, quae ejus erant, rapinis & incendiis devastans, munitiones capiens, omniaque bona Episcopi & feoda imperiali protectione privans, quicumque Nobilium ea acquirere possent, suis literis ipsis ea confirmavit. Quae pestis totius fere *Alemanniae* fines infestavit. Ad ultimum tamen, Rege praevallente, Episcopus talem compositionem meruit, ut quatuor castris munitissimis loco obsidium datis quinquennio ipsi ad quavis regni necessaria assisteret, nec se ultra ei opponere conaretur. Postea ad terras *Coloniensis* & *Treverensis* Episcoporum veniens & similia faciens, compositionem pro suo placito expetit; & eos suae amicitiae adnavit.

Discordia cum Mogontino.

Albertus conspirationem Principum compescit.

1300. Annus Jubileus.

Anno Domini MCCC. *Bonifacius* Papa omnibus ad limina Apostolorum *Romae* accedentibus reverenter, vere poenitentibus & confellis, vel qui vere poenitebunt & confitebuntur, in hujusmodi presenti anno videlicet MCCC. Dominicae Incarnationis & quolibet centesimo secuturo non solum plenam & largiorem imo plenissimam omnium suorum veniam peccatorum concessit, statuens, ut voluerint hujusmodi indulgentiae fore participes, si fuerint Romani, ad minus

triginta diebus continuis vel interpolatis & saltem semel in die, si vero peregrini fuerint aut forenses, modo simili diebus XV. ad eadem limina accedant. Hujusmodi constitutionis seu indulgentiae gratia incitata innumeralis multitudo hominum diversae conditionis, sexus & aetatis de diversis mundi partibus eo ipso anno *Romam* gregatim dicitur properasse, adeo ut similiter factum nulla antiquorum recordatio vel sui ipsius memoria vel a scripturarum notitia potuerit meminisse.

Anno Domini MCCC. obiit Dominus *Andreas* Abbas Montis Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in *Erfordia*, cui successit *Johannes* Monachus ejusdem coenobii.

Anno Domini MCCCII. obiit Dominus *Bonifacius* Papa, vir per omnia laudabilis & peritus. Hic constituit, omni festo Paschali, Penthecosten, Nativitatis Domini, Assumptionis B. Virginis, nullo interdicto vel excommunicatione obstantibus, ab omni Ecclesia divinum officium solemniter celebrari. Cui successit *Benedictus* undecimus, de Ordine Fratrum Praedicatorum assumptus, quo post annum & dimidium defuncto successit *Clemens* quintus.

Anno Domini MCCCIII. cives *Erfordenses* castrum dictum *Hopgartbin* captum funditus everterunt. Eodem anno impii Judaei, sequentes vestigia patrum suorum, cujusdam castrensis filium in *Wiczense* comprehendentes, secrete morte miserabili occiderunt. Quem in tugurio cujusdam vineae prope dictam civitatem in proprio cingulo suspenderunt, quasi se suis manibus suffocasset. Qui post triduum ibidem inventus & in civitatem reductus multis miraculis a Domino insignitur, pro qua re omnes Judaei in eadem civitate sunt occisi & in aliis quibusdam civitatibus. Quod idem *Erfordia* evenisset, nisi quod eorum multa pecunia apud Magistros Consulium & reliquos meliores civitatis defensavit. Eodem anno orta est discordia inter Regem *Franciae* & *Flandrenses*, cujus causa dicitur haec fuisse: Rex *Angliae* inimicitias habens ad Regem *Franciae*, Ducem *Brabantiae* & Comitem *Flandriae* sibi pro auxilio foederavit, quod ut firmiter perstaret, filio suo filiam Comitis *Flandriae* desponsavit. Quae cum ipsi deferretur, Rex *Franciae* audiens foedus, quod Comes *Flandriae* cum Rege *Angliae* fecerat, viam praecipuam ipsam cepit, insuper expeditionem in *Flandriam* faciens, Comitem cum filio suo & cum aliis multis Nobilibus capit provinciamque graviter deprædatur. Cunctis igitur sibi subjectis, Advocatos in civitatibus & castris instituit cum manu valida, ipse vero ad propria remeavit. *Flandrenses* vero videntes, graviter se opprimi, filiasque suas vel sorores virgines vel relictas tradi nuptiis *Francigenum* violenter, ab imo gemere coeperunt, & quid facerent, cogitare. Omnes igitur civitates *Flandriae* aequalia patientes secretis literis se invicem obligabant, & unum Capita-

1300.

1301.

1302.

1303.

Judaei Weissenshae occisi.

Bellum inter Gallum & Flandros.

1303. neum nomine *Petrum* eligentes decreverunt una die in singulis suis civitatibus omnes *Francigenas* occidendos, quod & efficaciter impleverunt. Hæc discordia multis annis perduravit. Postea ad Capitaneum suum congregati elegerunt omnes, qui vel pro senectute vel iuventute arma ferre poterant, & eos armis instruentes primo obsederunt quandam civitatem, quæ sibi contraria *Francigenis* noluit rebellare. Rex *Francia* audiens, quod *Flandrenses* fecerant motus, congregat exercitum valde copiosum, pergens civitatem a *Flandrensibus* eripere, & ipsos *Flandrenses* penitus extirpare. Qui hæc audientes, Ducem *Brabantia* vocant in auxilium, se suaq; audacter defendere cogitantes. Rex itaq; *Francia* cum exercitu suo veniens, *Flandrensi* castra, utpote sibi inæqualia vilipendit. *Flandrenses* videntes se tanto exercitui non posse resistere, fossatum amplum & profundum fecerunt, quod lignis superpositis terra detegentes, ex altera parte castra sua firma posuerunt. *Francigenis* igitur cum Rege suo primo mane ad bella procedentibus, & contra *Flandrenses* super fossatum magna virtute venientibus, ligna rumpuntur & in fossatum cadentes a suis post se venientibus opprimuntur, a *Flandrensibus* occiduntur. Nec ultimi *Francigenum* præ multitudine scire poterant periculum, quod antecessores sufferebant. Multitudine itaque *Francigenum* oppressa & occisa, cæteri fugam incunt, quos *Flandrenses* magna virtute persequentes a suis finibus expulerunt. Inde ad castra redeunt & occisorum spolia detrahentes, incredibiliter sunt ditati. Secundo iterum cum Rege *Francia* sunt occisi. Inter quos filius sororis Regis *Francia* & ipse existens Rex occiditur. Rex vero *Francia* cum magno periculo est salvatus. Tertio omnes vires regni sui congregans & exercitum innumrabilem reparans contra *Flandrenses* properavit. Qui omni virtute sua congregata contra Regem ad pugnandum procedunt. Bello itaque inito, *Flandrenses* viriliter se defendunt, *Francigenæ* fugere præ multitudine non sinuntur. Hinc inde itaque multis vulneratis cadentibus, ex parte tamen *Francigenum* pluribus, *Flandrenses* terga dederunt & in munitiones suas se receperunt, tantæ multitudini resistere non valentes. Miserunt tamen ad Regem Legatos honorabiles, pacem petentes & emendam, magnificentia regis debitam pollicentes. Rex igitur animadvertens suorum casum & virtutem animi illorum, & quia parati sunt aut viriliter mori aut vivere, Legatos suscipit, emendam pollicitam acceptavit, Comitum cum filio suo & filia sua ipsis restituit & sic omnia sunt pacata.

1304. Puer a lupis educatus.

Anno Domini MCCCIII. quidam puer in partibus *Hassia* est deprehensus. Hic, sicut postea cognitum est, sicut ipse retulit, cum trium esset annorum, a lupis est captus & mirabiliter educatus. Nam quamcunque prædam lupi pro cibo rapuerant, semper

1304. meliorem partem sumentes & arbori circumcutientes ipsi ad vorandum tribuebant. Tempore vero hyemis & frigoris foveam facientes, folia arborum & alias herbas imponentes, puerum superponebant & se circumponentes sic eum a frigore defendebant, ipsum etiam manibus & pedibus reperere cogebant & secum currere tamdiu, quod ex usu eorum velocitatem imitabatur & saltus maximos faciebat. Hic deprehensus lignis circumligatus erectus ire ad humanam similitudinem cogebatur. Idem vero puer sæpius dicebat, se multo carius, si in se esset, [cum lupis] quam cum hominibus diligere conversari. Hic puer in curiam *Heinrici* Principis *Hassia* pro spectaculo est allatus. Eodem anno obiit *Gerhardus* Archiepiscopus *Mogontinus*, duobusque electis per dissensionem Capituli diuque in curia Romana litigantibus, quorum unus erat Scolasticus ejusdem Ecclesie, alter Canonicus, dictus de *Spanheim*. Tandem Dominus Apostolicus Domino Petro *Basiliensi* Episcopo contulit eundem Episcopatum, electis spem auferens litigandi. Eodem anno cives *Erfordenses* manu valida castra firmissima obsederunt & ceperunt *Kirchberg*, *Wintberg* & *Grisinberg*, quorum duo *Kirchberg* & *Wintberg* funditus everterunt & *Leinheim*, quod ante ceperant, quæ omnia erant *Burggravi* de *Kirchberg*, qui eorum offensam incurerat. Cui tamen postea eorum gratiam & amicitiam impetranti *Grisinberg* reddiderunt. Eodem anno in vigilia Octava Assumptionis B. Virginis baptizata est maxima campana in monte Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in *Erfordia*, in honorem ipsius Principis Apostolorum ac ejus nomine nuncupata. Eodem anno in die Sanctorum Sergii & Bachi baptizati sunt duo *Scbella* in honorem Sanctarum Virginum *Petronellæ* & *Scolasticæ* ac eorum virginum nominibus nuncupata.

Anno Domini MCCCIV. Rex *Romanorum* collecto exercitu *Boemiam* intravit contra *Wenzlaum* Regem *Bobemie* sororium suum, qui ei rebellare nitebatur. Cum vero ante montes, quos vulgariter *Kutbin* vocant, venisset, & totam *Boemiam* variis cladibus opprimeret, supervenientis hyemis asperitate victus & inopia regredi est compulsus, proponens futuro anno expeditionem iterare. Sed, divina permittente voluntate, longe aliter accidit. Nam inclytus Rex *Bobemie* *Wenzslaus* intoxicatus diem clausit extremum, omnibus suis luctum & moestitiam derelinquens. Fuit enim idem Rex amator cleri, & orphanorum & viduarum defensor, pauperum nutritor, divini officii cultor, pacis amator & omnes antecessores suos terrarum adjectione, divitiis & gloria supercellens. Cui successit filius suus *Boleslaus*, filius sororis Regis *Romanorum* *Alberti*, qui ante etiam fuit electus in Regem *Ungariae* sed *Ungaris* eum non, ut decebat, tractantibus, a Patre fuerat revocatus. Qui pacem cum avunculo suo Rege *Romanorum* fecit, qui pax bre-

1305.
Item filii
Boleslai.

vi tempore perduravit. Nam sequenti anno in mense Augusto, dum quiesceret in meridie in civitate quadam *Moragun*, quæ *Olmuncz* dicitur, a quodam dicto *Johanne* de *Borilstein* cultello a vertice usque ad mentum transfixo, occiditur fraudulenter.

1306.
Ismacenses
Albertum
vocant in
Thuringiam.

Anno Domini MCCCVI. cives *Ismacenses* castrum, quod erat in sua civitate, de voluntate *Alberti* senioris Landgravii *Thuringia*, data ei pecunia, funditus everterunt. Insuper literas ad *Albertum* Regem Romanorum mittentes, ei ad memoriam revocabant, quod *Adolfus* Rex prædecessor suus *Thuringiam*

pro multis milibus marcarum comparaverat a dicto Landgravio, & quod se regno Romanorum per foedus & jusjurandum subdidissent. Conquerebatur etiam, quod filii dicti Landgravii *Fridericus* & *Theodericus* se de *Thuringia* intromittentes quali de hereditate paterna, eos sibi confederari volentes, graviter infestarent, contra eos auxilium Regis postulabant. Eodem anno Rex *Fuldæ* colloquium cum Principibus habuit, ubi Landgravius *Thuringia* *Albertus* affuit, qui a Rege de filiorum suorum contumacia arguitur & pro emptione *Thuringia* ammonetur. In eodem igitur colloquio expeditio in *Thuringiam* a Rege Romanorum proclamatur circa Festum ad Vincula S. Petri, contra filios Landgravii faciendam. Sed longe aliud accidit.

Expeditio
alia Bob.

Nam eodem tempore Rex, audita morte *Boleslai* Regis *Boemia*, avunculi sui, ipsam expeditionem in *Boemiam* divertit, ubi jam duo fuerant per dissensionem electi, videlicet *Rudolphus* Dux *Austria* filius Regis Romanorum & alter Dux *Carinthia*. Sed Rege veniente, Dux *Carinthia* cessit. Filius vero Regis a *Boemis* in Regem ipsius terræ solemniter est electus, cui Rex pater suus filiam Ducis *Calisia* uxorem dedit, quæ ante fuerat in matrimonio Regis *Wenczlai*, quam, Sorore Regis Romanorum mortua duxerat in uxorem. Quæ nuptiæ circa Festum S. Galli solemniter iunt celebratæ. His peractis, Rex

Item Misnica.

Boemiam exiens, *Terram Orientalem* intravit contra *Fridericum* seniore filium Landgravii *Thuringia*. Sed propter hyemem instantem nihil ibi dignum egit, sed recedere est compulsus. Interim ergo *Ismacenses* *Albertum* seniore Landgravium, filiis suis contra eos consentientem, in castro *Wartberg* obsederunt, & ad magnam inopiam victualium deduxerunt. Filii sui, his auditis, congregata omni, qua poterant, armorum manu, vocato etiam in auxilium *Heinrico* Duce de *Brunschwig*, sororio suo, comparataque multa farina & aliis victualibus, & ipsum castrum perrexerunt. *Ismacenses* videntes, se eorum virtuti non posse resistere, intra muros suos inclusi ipsos tuebantur. Illi vero omnia ad castrum duxerunt, patris & aliorum, qui ibi manebant inopiam relevantes.

Albertus
Degency a
filiis obsi-
dione liberatur.

Deest folium in Cod.

filiam habebat in matrimonio & alias interpositas personas multa pollicitatione pe-

cunia habita, dictum castrum obtinuit traditi suæ ditioni, quod *Ismacensibus* & toti *Thuringia* maximæ cladis causa fuit.

1306.

Anno MCCCVII. cives *Ismacenses* videntes, se opprimi, a Rege auxilium contra filios Landgravii frequenter postulabant, qui eorum petitionibus annuens, in Quadragesima quendam Nobilem dictum de *Wihove* cum manu valida eis milit, qui fultus adjutorio Abbatis *Fuldensis* totam *Thuringiam* incendiis & rapinis devastabat, nullusque ei saltem pro modico resistebat. His fretus in loco, qui *Ismachirburch* dicitur, munitionem crexit, in qua machinam fecit, unde in *Wartberg* habitantes lapidibus & jaculis affligebat. Postea etiam castrum *Winterstein*, quod Marchio tenebat, obsedit cum adjutorio *Ismacensium*, nihilque dignum memoria ibi agentes, octo diebus transactis, recesserunt. Idem igitur Nobilis, cum multa

1307.

Clades Re-
malæ *Thuringia* intulisset, quadam die cum quatuor militibus pergens ad munitionem, quam fecerat, a famulis Marchionis circumventus & in *Wartberg* captivus est deductus. Eodem anno circa Festum S. Trinitatis dicti filii Landgravii cum Advocatis Regis Romanorum, qui *Terram Orientalem* incendiis & rapinis devastabant, bellum prope civitatem *Luckove* habuerunt, multisque hinc inde occisis, filii Landgravii victoriam obtinuerunt, ex alia parte multis Nobilibus captis. Eodem anno circa mensem Augustum filius Regis Romanorum, tunc existens Rex *Boemia*, obiit intoxicatus, ut dicitur, fraudulenter. Hic multum laudabilis & omnibus carus fuit. Quo defuncto, *Boemi* contra jusjurandum, quod Regi Romanorum fecerant, Ducem *Carinthia* in Regem sibi met elegerunt. Rex igitur magnam expeditionem contra *Boemos* movit, & tempore messis *Thuringiam* veniens multa depopulatur, multæque placitationes per interpositas personas inter se & *Fridericum* seniore filium Landgravii *Thuringia* propter captivos, quos in bello ceperat, habebantur, sed casto conamine nihil penitus diffinitur. Eodem tempore Dominus

Petrus Archiepiscopus *Mogontinus*, qui cum Rege in expeditione erat, proxime veniens *Erbordiam* a clero & populo ejusdem civitatis cum crucibus & vexillis honorifice suscipitur in monasterio B. Virginis. Inde in Montem S. Petri veniens tribus diebus ibi mansit, postque digna sponcione subjectionis a populo *Erfordensi* sibi facta, ad Regem, unde venerat, est reversus. Rex igitur per *Thuringiam* & *Terram Orientalem* transiens, *Boemiam* adiit, variis cladibus eam opprimens, ubi filius suus Dux *Austria* ei cum valida manu in auxilium venit. Sicque quibusdam civitatibus & munitionibus se Regi tradentibus, pluribus vero repugnantibus, propter victus inopiam regredi sunt coacti, dimissa tamen in expugnationem illius terræ in traditis munitionibus manu valida armorum. Quibus digredientibus occurrit Dux *Stephanus* *Bavaria*, qui, inito certa-

Thuringia
vastatur.

*Clades Re-
malæ*

Boemia
vastatur.

1307. certamine cum exercitu Regis multis suis occisis, pluribus vero captis in fugam est conversus, & sic Rex in *Nornberg* properavit. Eodem anno in vigilia S. Maræ Magdalenæ res accidit, omni cum tristitia edicenda. Nam civitas *Pegavia* cum egregio monasterio S. Jacobi per complices *Theoderici* Junioris Landgravii est succensa, & vehementia ventus exurgente, magnum dispendium est perpessa. Ingredientes igitur civitatem multos ibi ceperunt, plurima diripuerunt. Omnem igitur ornatum illius Ecclesiæ cum privilegiis & libris, sacrilegis manibus auferentes, ædificia succenderunt. Dicam quoddam detestabile. Pueri, Deo ibidem oblato, per turpes malefactores vestibus abstractis ubique circumcurrebant, quid facerent, nescientes. Scrinia sancta franguntur, reliquiæ Sanctorum per pavementum disperguntur, & quod his omnibus pejus est, corpus dominicum, spes nostræ salutis & firmamentum, cum dedecore abjicitur manibus pollutorum. Heu, heu, scelus inauditum, nostris vero temporibus assuescitum! Eodem anno circa adventum Domini obiit *Theodericus* Junior Landgravius *Thuringiæ* & in *Liptzigk* apud Fratres Prædicatores est sepultus. Cujus morte Frater ejus *Fridericus* Marchio audita, Advocatis illius vocatis, multa que pecunia pollicita, de omnibus, quæ frater ejus habebat, se quasi de hereditate paterna intromisit.

Pagavia
incenditur
a *Dicemanno*.

Mors *Dicemanni*.

Henrici
Com. de
Hohenstein
infelix
contra
Abb. Fuld.
expeditio.

Virginei partus anno Millesimo tricentesimo quarto *He.* Comes junior de *Honstein*, congregata electa manu *Thuringorum*, partes *Buchoniæ* ingreditur in præjudicium Abbatis *Fuldensis*, incommoda illaturus. Advocati vero prædicti Abbatis hoc cognito, parva manu suorum utpote in brevi adunata, sed tamen communitate rurensium conclamata, ei occurrunt, quoslibet occidunt, plurimos abducunt captivos, ubi ipse Comes & Comes de *Bichelingen* junior cum multis aliis captivantur, multis, ut præmissum, sic occisis. Qui postea multa pecunia se redemerunt. Hoc anno fusa est dulcisona campana *Gloriosa* nomine apud B. Virginem, & hoc in translatione B. Benedicti Abbatis.

1308.
Fridericus
Admorvus
fratris servas occupat

Anno Domini MCCC VIII. *Fridericus* dictus Marchio Misnensis post mortem fratris sui *Theoderici* Junioris Landgravii singulos Advocatos Terræ *Thuringiæ* & *Orientalis* multosque alios Nobiles Terræ ad se litteris petitoriis convocavit, cum quibus ante Carnisprivium placitationem habuit *Erpbordia* in monte S. Perri, eos sibi promissionibus annectens, ut sibi singula castra & munitiones sui fratris contradarent, eos sibi confederaturus, cuilibet ipsorum quodlibet damnum suum & expensas refundere pollicens ad perfectum. Quibus omnibus sibi annuentibus, omnia castra & munitiones recepit, sibi que confederatos Advocatos, sicuti ante fuerant fratris sui, constituit in eisdem. Circa idem tempus *Albertus* Rex Romanorum, prædicti Landgravii morte audi-

Alberti *Regis* *inanis* *machinatio*.

1308. ra, iterum *Isnacbe* veniens, literas suas Nobilibus terræ mittens & Advocatis, suum propositum perducere non potuit ad effectum, dum Nobiles terræ magis fovèrent partem Marchionis, ut post patuit, & Advocati sibi essent, ut diximus, foederati. Quapropter satis commotus, dum *Isnacenses* suum auxilium continue expeterent, se pluribus malis circumdatos asserentes, qui se auxilium eis futurum promittens, disposuit, ut quanto citius posset, expeditionem quanto posset fortiolem colligeret contra dictum Marchionem, & Terram *Thuringiæ* quasi ad nihilum deduceret devastatam. Et sic ad partes *Reui* rediit, hæc intendens ducere ad effectum, sed longe aliud divina providentia ordinavit. Eodem anno *Albertus* Rex Romanorum superiora *Rheni* peragrans expeditionem circa Festum S. Johannis Nobilibus & Baronibus cæterisque Ministerialibus terræ in *Thuringiam* promulgavit. Cum igitur in initio Maji mensis a *Spira* digrederetur, & *Hausburg* tenderet, unaque dierum in civitate *Rinsede* se reciperet, habuit tunc in comitatu suo Dominum *Petrum* Archiepisc. Mogontinum & *Johannem* fratricolem suum, Ducem *Austriæ*, multosque alios Nobiles & Barones. Cum itaque ad fluvium dictum *Rucce* Rex cum fratre alisque familiaribus utriusque cæterisque subsequenter a longe, pervenisset, navem uterque, ut transiret, citius est ingressus. Ordinaverat itaque dictus *Johannes*, ut sui familiares secum insilirent navem, Regis familiaribus sic exclusis. Cum autem ipsum fluvium transfretassent, ipse cum suis complicibus, quos ad idem sibi confoederaverat, Regem circumdedit nihil talium suspicantem. Quem primo verbis procacibus aggreditur, deinde extracto gladio, unam partem capitis cum oculo & maxilla abscidit ei, cæteri vero cum gladiis confoderunt. Quod hac de causa dicitur esse factum, quia cum prædictus Rex ante electionem Dux esset *Austriæ* & frater suus, pater prædicti *Johannis*, qui ante aliquot annos obierat, similiter ipsius *Austriæ* Dux fuisset, Rex filio suo *Austriam* tradiderat, *Johannem* vero secum derinchar, in omnibus ei providendo. Qui cum adultam ætatem pervenisset, Regem precibus movit, quatenus ei sua pars hæreditaria redderetur, ut tunc ipse per se dominaretur, de suis indigentis ad ipsum respectum non haberet. Rege vero ejus precibus dissimulante & pollicitationibus referente, intime super his dolens, tantum nefas est aggressus, ipsum Regem patrum suum, a quo a juventute nutritus fuerat, nihil mali de ipso suspicantem, fraudulentissime occidendo. O rerum instabilitas humanarum! qui gloriabatur in virtute exercitus sui, nobilitate generis, affinitatis amplitudine, qui multos Principes sua potentia devicerat, Nobiles subjecerat, terras intraverat & vastaverat perlonginquas, ecce! in paterno dominio, in natali solo a fratris filio dolose occiditur circumventus.

1308.

Alberti
sedes.

Prædi.

1308.

Prædictus vero *Johannes* cum suis complicitibus in quasdam proximas munitiones se recepit, hujusmodi scelere perpetrato. Regina vero relicta quasdam munitiones complicitum ejus in terminis *Austriæ* cepit, & omnes inibi captos capite plecti fecit. Morite itaque Regis undique audita *Isinacenses* tali nuntio attoniti omnique solatio destituti, quibusdam Nobilibus Terræ mediantibus, ne quid adversi paterentur, se & civitatem Marchioni dederunt, ejus jurisdictioni a modo subjacentes. Marchio ergo *Fridericus omnem Thuringiam, Terram Orientalem & Misnensem & quasdam civitates regni* in eisdem partibus sitas, scilicet *Aldenbergh, Kembnicz, Zwickowe* & alia, nullam habens resistantiam, suo dominio subjugavit, insuper plebiscito indicto omnes Nobiles *Terræ Thuringiæ* cum civitatibus advocans cum eis pacem verbotenus est aggressus, quia ipsam exactiones nimix foedaverunt. Eodem anno Venerabilis Dominus *Petrus*, Mogontinus Archiep. *Erfordiam* venit in vigilia Inventionis S. Stepliani, & in monte SS. Apostolorum Petri & Pauli ultra Nativitatem B. Virginis commorans, frequenti accessione tam Nobilium quam civium pro quibuscunque expediendis negotiis frequentatur. Postea vero civitatem *Gerba* veniens, a prædicto Marchione honorifice suscipitur, ipse sui que multis dotibus honoratur. Quod vulgi rumor eum spe & ambitu electionis regni, quæ proxime futura erat, fecisse maxime murmurabat. Eodem anno Principibus Electoribus regni multisque aliis Principibus Nobilibusque totius *Alemanix* circa Octavam B. Martini ad curiam indictam in *Franckenfurd* convenientibus, *Henricus* Comes de *Luczelburg*, amator pacis inclytæque famæ in Regem *Romanorum* concorditer est electus, ac postea in brevi *Aquisgrani* in sede regni locatus a Venerabili Domino *Petro* Archiep. coronatur.

*Isinacenses
Marchioni
se dedunt.*

*Admorsus
imperiium
ambire
dicuntur.*

*Heinrici
electio.*

1309.

Anno Domini MCCCIX. orta est discordia inter *Fridericum* Marchionem *Misnensem* & cives *Erfordenses*, quæ toti *Thuringiæ* causa maximæ cladis fuit. Cujus discordiæ efficiens causa ista fuit. Nam cives *Erfordenses* ac eorum progenitores ab *Alberto* seniore Landgravio, hujus *Friderici* patre & a pluribus Nobilibus *Thuringiæ* quasdam *Advocatas* sive *Jurisditiones* sibi comparaverant in circumjacentibus villis *Herphord* circumquaque, quas, pace facta, prædictus *Fridericus* & sui *Advocati* sibi usurpabant, dicentes: *Burgenses* debere *Jurisditiones* & *Advocatas* minime possidere. Ei contra *Erfordenses* sua patrimonialia sive quæ comparaverant, defendere omnibus modis conabantur. Multis itaque placitationibus habitis sed incassum, cum strætæ publicæ spoliarentur, *Erphordenses* circa Purificationem B. Mariæ munitionem in *Andisleibin*, in quo se Marchio recipere solitus erat, destruxerunt, deinde conjuratione habita cum *Hermanno* Comite de *Wimar* & civibus de *Mulbuse*, datis utrobique salariis, multis se armi-

*Admorsus
bellum cum
Erfurdensibus.*

geris tutaverunt. Sicque tota *Thuringia* rapinis & incendiis desolatatur. Post hoc Marchio congregata manu valida munitionem *Cumitis* de *Wimar* nomine *Wie* obsedit, sed incassum. Postea *Erfordenses*, congregata manu valida, cum suis adjutoribus procellionatiter ac omni clero civitatis & religiosis ante civitatem deducti, munitionem *Vistede* quinque diebus obsessam & deditam funditus destruxerunt, inibi inventis vita datis. O dies confusionis & luctus *Erfordensium* notandus! Nam si processissent, multa utique castra Marchionis & quasi omnimodo prævaluissent, sed amillis omnibus ad propria sunt reversi. Tandem cum nec sacris diebus nec cimiteriis nec Ecclesiis parcerent, in Octava Ascensionis Domini LXX. armigeri eorum cum Capitaneo dicto *Ludewico* de *Gutirn*, omni defensione postposita, foeminea mollitie decorese captivantur a Marchione suisque, apparatu armorum & equorum absque labore sic potitis. Pauci vero ex eis, equis armisque rejectis, fugæ præsidio sunt elapsi. Nec tamen sic a divina injuria cessaverunt. Nam religiosos & clerum multis injuriis infestabant, eorum curiis & domibus armigeros imponentes, nec a Virgine gloriosa nec a cœli clavigero temperando. Nam cujusdam Canonici dicti de *Malsleibin* *Henrico* *Milizi ministeriali* de *Ebeleibin* suo adjutori hospitium fecerunt, Monialibus Novi Operis in curiam suam armigeros inducentes procurandos, filiis vero Ecclesiæ *Coeli* clavigeri introitum & exitum civitatis negantes, ne in molendinis suis, ante civitatem sitis vel ipsi vel qui cum ipsis, molere solebant, violenter prohibentes. Postea dum rursus rapinis intenderent, a complicitibus Marchionis circa villam *Zimmirn* congressi pugna, ex eis plurimi. Quo rumore communitas attonita, de civitate egressi victores insequuntur, quosque invenire poterant, captivabant. Hinc igitur *Erfordenses* tanta calamitate tacti nec resistere alicqualiter a modo attemptabant. Unde Marchio expeditione valida *Wimar* civitatem obsedit, ipsum Comitem ad deditorem compulit. Inde circa Decolationem S. *Johannis* civitatem *Erfordiam* aggressus, castra ponens in villa *Hochbeim*, non longe ab ipsis moenibus civitatis. Inde feria VI. quæ tunc in vigilia B. Magni erat, ipsam civitatem aggressus, ortos & domos, extra civitatem sitos in partem, quæ vulgariter *Brul* dicitur, & ex aliis partibus, fossatis & sepibus valde munitos, vento vehementi exurgente, ignibus conflagravit. Tanta etiam amentia & hebetudo omnes civitatenfes invaserat, quod nisi divina clementia subvenisset, ipsam civitatem periculose afflixisset. Tantum ergo periculum *Erfordenses* experti, postea muros suos tutius munierunt, tam Christianos quam Judæos in turribus & propugnaculis collocantes. Sequenti etiam Dominica, videlicet Nativitatis B. Virginis, cum quidam de exercitu iterum civitatem aggredierentur, similia prioribus attemptantes,

1309.

*Erfurii
obsidia.*

1309. ptantes, civitates viriliter prorumpentes, balistis & cæteris generibus machinarum quosdam vulnerantes, quosdam occidentes, & præcipue equos vel dextrarios impetentes, eos viriliter repulerunt. Postea Marchio omnia vineta circumposita succidi fecit, damna qualiacunque a longe intulit, interque [ea] execrabile & facinorosissimum, cannas plumbeas, per quas fons ductilis longe a civitate usque ad Montem S. Petri ab antiquis temporibus magnis impensis est ductus, execrandis suis manibus effoderunt impudentes satellites, eas in exercitu undique circumferentes vendiderunt, quæ postea in diversis & longinquis partibus sunt inventæ. His itaque omnibus perpetratis per XIII. dies, quæ ante civitatem resedit, postea sunt dispersi. *Erbordenses* super his omnibus *Romanorum* Regis auxilium implorabant, insuper *Johannem* Landgravium *Hassie* vocaverunt, multis armigeris aliis expensis propriis conquiritis. Qui Landgravius cum suis veniens *Ersfordiam*, omnino vi actus contra spem post aliquot dies ad propria est reversus. Postea rursus vocatus venit cum quodam Nobili de *Nuremberg*, quem Rex *Romanorum* ad auxilium eorum miserat, qui insimul congregati villam *Sumeringen* rapinis & incendio vastaverunt. Postea Landgravius ad propria rediit, Regis Advocato remanente, qui dum nil dignum memoria agerent, etiam ipsi ad propria repedarunt. Orta est etiam dissensio in civitate, communitate divites variis murmurationibus laceffente, per quod ad tantam infamiam sunt deducti, ut quicumque volebant, eorum vicinitates infestabant, in tantum, ut tres vel quatuor usque ad fossatum civitatis devenisse in equis sæpius viderentur, quoslibet ad valvas usque persequentes; ut in eis scriptum impletum videatur: *Quomodo persequeretur unus mille & duo fugarent decem millia, & item: fugient, nemine persequente.* Sequenti anno cum Consules futuri secundum consuetudinem essent promulgandi, communitas congregata tam veteres Consules quam promulgatos exterruit & coegit, ut quæ ipsi dictaverant, publice legerentur, & ipsæ literæ sigillo civitatis in futurorum certitudinem munirentur, quæ tamen ipsimet postea penitus infregerunt, quorum quædam hic infero. Scilicet ut omni anno quatuor de communitate eligerentur, qui in Prætorio ante æstuarium sedentes advenientium causas discerent & Consulibus inferentes citius facerent diffiniri. Item ne unquam pro quacunque exactione in propria domo tollatur vadimonium violenter. Post hæc *Ersfordenses*, communitate quasi cogente, pacem a Marchione expetunt, quam tandem data magna pecunia meruerunt. *Molbusenses* *Nortbusensesque* idem facere sunt coacti. Marchio etiam *Ersfordensibus* petentibus quædam jura concesserat, & scriptis firmave-

rat, quæ pecunia persoluta, penitus sunt infracta.

Eodem anno facta est Eclipsis solis particularis in vigilia S. Brigittæ. Magna inundatio aquarum facta fuit circa diem S. Alexii. Corpora duorum Regum *Romanorum*, scilicet *Adolfi & Alberti* in præsentia *Heinrici* Regis *Spiram* delata & honorifice sunt sepulta. Nam *Albertus* *Adolfum* Regem occidens eum inter Reges tumulari noluit. *Spiræ*, dicens, eum regno depositum & occisum. Postea idem *Albertus* a suo patrulo fraudulenter occisus, nec ipse sepulturam *Spiræ* meruit, civibus reclamantibus, donec per interventum *Heinrici* novi Regis *Adolfus* exhumatus a loco, quo sepultus fuerat, *Spiram* delatus cum prædicto *Alberto* ibidem meruit sepulturam.

Anno Domini MCCCX. cum quidam Fratres Hospitalarii ad Capitulum generale pergerent, unus eorum dictus de *Ebeleibin*, qui commendator *Ersfordiæ* fuerat, quandam paludem cum equo, quo sedebat, ingressus divino judicio submersus est. Eodem anno *Heinricus Romanorum Rex Italiae* partes omni, qua potuit, virtute congregata, adiit, quasdam civitates munitissimas cepit, multis inibi occisis, cæteris ad deditio- nem coactis. Inter quas cum *Mediolanensem* Civitatem adiens primo dolose suscipitur, civibusque nova molientibus, Rex [de] his per Ducem *Austriæ Lupoldum* certificatus, cum suis ad arma convolat, & sic multorum morte molimine sopito, *Mediolanensibus* humiliatis, suæ subjacere compulit ditioni. Postea *Brixiam* civitatem adiens ob- sidione conclusit, quibus resistentibus, & vineta, aquarum fluentia & omnia, quæ ad usus humanos pertinent, veneno intoxicantibus, innumerabilis multitudo regii exercitus veneno dicitur interiisse. Ibi etiam frater Regis *Walrabin* nomine, miles egregius, muris nimis appropians jaculo dimisso faucibus expiravit. Rex vero cum suis civitatem fortiter oppugnans ad tantam deditio- nem eos coegit, ut etiam matronæ nobiliores, miserrimo cultu exeuntes, ejus pedibus se prosternerent, nec tamen sic ejus gratiam obtinuerunt, donec ditioribus plurimis, vario mortis genere occisis, muro solotenus destructo, hospitii minutis destructis, & inæstimabili pecunia multatis, tandem inde recedens, præsidio ibi relicto, non sineret a- ctenus rebellare. Dicitur etiam, quod Monasterium construere promiserint & multas ibi personas sufficienter dotare, ubi fratris ejus memoria continua habeatur. Plurimæ itaque civitates *Italiae*, percipientes *Mediolanensem* & *Brixianorum* horrendum excidium, Legatos honoratos mittentes Regi se dederunt, ipsum magnifice honorantes, qui postea *Januam* veniens honorifice susceptus, ibidem dicitur hyemasse. Eodem anno Marchio *Fridericus*, congregato exercitu, resedit in villa *Tumgêde* in autumnò,

Adolfus & Albertus
Solemniter
sepelium-
tum.

Heinrici
Regis ex-
peditio Ita-
lica.

Brixenses
crudeliter
resistunt.

Murico-
rum de-
struuntur.

Ersfurdenses
pacem
petunt.

1310. disponens ire in *Buckoniam* in præjudicium Abbatis Fuldenſis, quo tempore natus est ei filius in *Gotha* nomine *Fridericus*, quod audiens; gaviſus valde conſilium habuit cum Nobilibus terræ & Baronibus de expeditione ſua, qui nolentes ei aſſentire, illa expeditio annihilata eſt.
1311. Anno Domini MCCCXI. *Heinricus* Rex a civitate Januenſi digrediens, *Italiam*, *Tuſciam*, *Liguriam* *Longobardiamque* peragrans venit *Veronam*, omnesque civitates munitas obtinuit. *Veronenſes* vero cum Advocato Imperii dicto *Tane de Verona* Regem cum gaudio ſuſceperunt ipſumque ad *Romam* cum multis auxiliariis deduxerunt. Ipſo anno *Fridericus* Marchio Miſnenſis multa caſtra *Heinmanni* Comitis de *Wimar* cepit ipſumque ad deditorem coegit.
1312. Anno Domini MCCCXII. *Heinricus* Rex cum multa gloria *Romam* ingreſſus imperialem adeptus eſt dignitatem maximo cum honore. Poſt hæc digreſſus eſt *Roma* cum omni exercitu ſuo, & auxilio *Romanorum* *Florenſem* civitatem attigit, eamque obſidione concluſit; quod videntes civitateneſes, timore perterriti, ſibi que reſiſtere non valentes, miſerunt nuntios cum immenſo pondere auri ad *Papam Clementem*, ut eis ſuccurreret auxilio vel conſilio, qui, ut dicitur, egit cum quodam Prædicatore, ut Imperatori mortis poculum propinaret. Ipſo anno facta eſt diſcordia inter Marchionem *Brandenburgenſem* *Woldemarum* & *Fridericum* Marchionem Miſnenſem, in qua multa damna, cædes hominum, rapinas, incendia faciebant. Tandem pervenitur ad pugnam, ubi *Fridericus* Marchio captivus abducitur apud civitatem, quæ vocatur *Hagen*, quam idem Marchio ceperat; indeque educus Marchioni *Woldemaro* cum ſuorum gaudio præſentatur, qui ipſum diræ cuſtodix tradidit vinculatum.
1313. Anno Domini MCCCXIII. cives *Erfordenſes*, audientes captum Marchionem *Fridericum*; in unum coadunati, caſtrum Marchionis *Rinckeleiben* funditus everterunt. Similiter Abbas *Fuldenſis* & Abbas *Hersfeldenſis* pariter coadunati, caſtra Marchionis *Rozinberg* & *Bretinbach* pariter destruxerunt. Marchio *Fridericus* audiens per *Erfordenſes* Abbaſesque prædictos caſtra jam dicta ſubverſa, ut eiſdem, ſi lætior arderet fortuna, meritum condigna ratione refunderet, pro ſui liberatione modis, quibus poterat, ſerventius laborabat. Unde factum eſt, ut unam de filiabus *Elizabeth Alberto* de *Kotin*, filio ſororis Marggravii *Woldemari* in legitimam conthoralem traderet, & inſuper omnes munitiones, quas in *Terra Orientali* habebat, eidem tradidit, ſequè ſimiliter *Plisnenſis Terræ* munitiones, quarum etiam tunc poſſeſſor extiterat, ſe daturum fidelius repromiſit. Subactis ex Advocatorum præſentatione mandatoque Principis *Orientalis Terræ* munitionibus alienis manibus, Advocati munitiones *Plisnenſis Terræ* ex mandato Domini & caſtra, quibus præfecti fuerant, ut *Orientalis*, captivatoribus contradere renuerunt; dicentes, *mandatum ſui Domini, niſi viva voce ſanusque corpore id eis præciperet, minime ſe explere*. Quapropter termino ad hoc deputato, Marchio Miſnenſis ad id præcipiendum in ſuorum Advocatorum valida manu collectorum ab hoſtibus abducitur, ſed ab eiſdem ſuis Advocatis, cum validas tendiſſent inſidias, eodem loco & die placiti captivatur. Ductus igitur in caſtrum *Aldenburgis*, qui cum ceperat, ſic cum alloquitur, *ut motu voluntatis propriæ, cum jam liber ſit ab hoſtibus propriæque in munitione receptus, in ſui detrimentum perpetuum hoſtibus vinculis, ſi liberat, recludatur*. Grates igitur ſuis pro hoc facto refundens quam intimas, de reddita ſibi libertate non modicum gaudebat, munitionesque *Orientalis* hoſtibus ſubactus, validaque manu per eum poſtea expugnationibus reobtentas denuo pacifice poſſidebat. Per idem tempus *Heinricus* Imperator Romanus obſidebat civitatem *Florenſem*. Cives vero videntes, ſe reſiſtere non poſſe, ipſum, ut poſt patuit, in dolo honorifice ſuſcipiunt. Hic in Eccleſia Prædicatorum ſubmendo *Euchariftiam* a Fratre *Bernbardo* de *Monte Politiano* in die *Assumptionis* B. Virg. intoxicatur, & in die *S. Bartholomæi*, ut creditur, ad ſiderea regna transmittitur. O ſcelus immaniſſimum! O crimen deteſtabile! O nephas & miseria a ſeculo inaudita! Angeli perhorreſcunt, homines contabescunt, Dæmones contremiſcunt, *Judæi* derident, cum vident ſpem & vitam & gloriam per *Christianos* in mortis amaritudinem commutatam. Idem *Heinricus* Imperator vere catholicus & vir per omnia laudabilis, victorioſus, pacificus & devotus. Nam omni feſto die communicabat corpore & ſanguine Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, in judicio juſtus, in conſilio providus, in commiſſo fidelis, in univerſa morum honeſtate præclarus. Nam mortis ſuæ auctores abduci fecit eosque a mortis periculo liberavit, qui in civitate *Pysana* honorabiliter eſt ſepultus.
- Anno Domini Incarnationis MCCCXIII. audita morte Imperatoris, Principes *Alemania* & Electores Regis in *Franckenfurdt* in unum conveniunt, Regem electuri, ſed facta diſſenſione inter eos, ſine electione recedunt. Marggravius *Woldemarus* *Heinrico* patruo ſuo, cuius erat electio Regis, [eam] dedit perpetuo poſſidendam. Poſtea vero per Archiepiſcopum *Petrum* *Mogontinum* Principes convocati in *Franckenfurdt* ad eligendum Regem, per diſſenſionem duos elegerunt. Nam III. ex ipſis *Ludovicum* Ducem *Bavariæ*, alii vero *Fridericum* Ducem *Auſtriæ* in Regem *Romanorum* contumaciter elegerunt, qui inter ſe multis annis atrociter dimicarunt. Eodem anno *Fridericus* Marggravius Miſnenſis vi & arte omnes munitiones, quas Marggravius *Heinricus* habebat, quæ antea fuerant ſuæ poteſtatis, obtinuit, ſcil. *Kempnicz*, *Oſchitz*, *Leipzck*, *Grimme*, *Dorgau*, *Hain*, *Ober-Elbe* &

1313.

Marchio a ſuis liberatur.

Mors Imperatoris.

Laudes ejus.

1314.

Discors electio Regis Rom.

Admoſſus ſuſſus.

1314. *be* & alia multa oppida suæ subdidit ditioni.
1315. Anno Domini MCCCXV. factum est diluuium in *Grimmis*, ubi multi homines perierunt, sed & Ecclesia Augustinensis inibi per inundationem aquarum est abducta. Eodem anno *Albertus* senior Ländgravius *Erfordiae* in multa egestate & paupertate diem clausit extremum, sepultusque est ibidem apud B. Virginem. *Clemens* Papa hoc anno vita decessit, qui in extremis positus, lacrimabiliter deplorabat, se reum esse in morte *Henrici* Imperatoris & quod Ordo *Templariorum* & *Begkinarum* ab eo destructus fuisset. Post quem *Johannes* Papa XXII. canonicè est electus, qui *Septimum Decretalium* a Prædecessore suo compilatum, aliqua adiciendo auctoritate apostolica confirmavit.
1316. Anno MCCCXVI. fames valida, quæ jam per tres annos invaluerat, tam magna facta est, ut multi fame perierunt. Nam in strata publica, in civitatibus, in opidis, in villis innumerabiles exanimés jacere videbantur. Unde cives *Erfordenses* misericordia moti quinque magnas foveas ante civitatem fecerunt, ubi quotidie projecta sunt innumerabilia cadavera mortuorum. In *Smedestede* sepeliebantur centum XXXI. sexagenæ cum quinque hominibus.
1317. Anno Domini MCCCXVII. emta est villa dicta *Flensingen* a quodam monacho *Henrico* dicto *de Mila*, tunc Præposito in *Ellende*, & a *Friderico* Marchione in crastino S. Thomæ Apostoli B. Dei genetrici *Mariæ* Sanctoque *Johanni* Evangelistæ & Ecclesiæ *Reimbersburienfi* solemniter appropriata.
1318. Anno Domini MCCCXVIII. *Fridericus* Marchio quendam militem dictum *Knut* pro aliquibus frivole & indocte prolatis captum, in *Warperg* fame miserabiliter necavit, qui apud Prædicatores secretius est sepultus. Eodem anno ædificia in majori turri in *Warperg* ictu fulminis sunt incensa.
1319. Anno Domini MCCCXIX. *Fridericus* Marchio reædificavit turrim incensam in *Warperg* & construxit magnum æstuarium ibidem, fecitque adduci ex *Provincia Misensensi*, *Orientali* & *Plisensensi* in *Warperg* multa pondera argenti cum curribus oneratis. Eodem anno dedit filiam suam *Elizabeth* *Henrico*, filio *Otonis* Landgravii *Hassæ*, quam receperat consilio & auxilio reverendi Domini *Burchardi* Archiep. Magdeburgensis. Hic Episcopus erat frater nobilis viri de *Zrapbela* & miræ paritatis, Ecclesiam tamen suam omnibus in quantum poterat, ditavit, multas munitiones illi, caltraque & opida procurando. Sed quæ provenerit illi gratia pro meritis, hic non reor esse silendum. Nam cum cives *Castri Palladis*, id est, *Meideburg* multas illi insidias tenderent, & multis eum injuriis lacefferent, ille fretus Dei auxilio, coadunatis multis auxiliariis, cum *Friderico* Marchione ipsam civitatem obsedit, multa damna civibus inferendo. Videntes autem, se resistere non posse, manum dederunt &
- homagium facere eidem debitum sunt coacti. Unde felle amaritudinis commoti, quæ superare non poterant manifeste, dolo agrediuntur, ipsumque precibus & promissionibus invitant ad civitatem. Archiepiscopus *Burchardus* sic venenosus & diabolica fraude dulcoratis precibus acquiescens, venit, in *Meideburg*, ubi primo a civibus deinde a Clero, exinde ab omni populo cum crucibus & candelis ardentibus & Sanctorum reliquiis & cantu gloriosissime est susceptus & cum magna lætitia ad summam cathedralem Ecclesiam est deductus. Postera die omnibus suis amicis & fidelibus ab eo elongatis, Magistri Consulium per suos sibi parvo tempore ministrabant. Postea vero, ut dicitur, securi percussus mortem subiit temporalem, deinde ibidem sepultus, & ut dicitur, miraculis claret. Et hoc vere contigit anno Domini MCCCXXV. in vigilia S. Matthæi Apostoli.
- Anno Domini MCCCXX. Marchio *Fridericus* facta expeditione in *Orientali* & *Plisensensi* Provincia multa castra & oppida destruxit, aliqua sibi muniens reservavit.
- Anno Domini MCCCXXI. obiit Dominus *Johannes* Abbas de *Brubeim*, vir magnæ probitatis. Cui successit Dominus *Beroldus* dictus *Kolner* ejusdem Ecclesiæ Cœnobita. Eodem anno in *Thuringia* *Fridericus* castrum inexpugnabile *Raspenberg* destruxit, castrum vero *Eckersberg* expugnans fautores suos in eo collocavit. *Beringerus* vero de *Schidingen*, cujus castrum *Eckersberg* erat, collectis multis auxiliariis, dum expugnaretur dictum castrum, clam nocte irruit in castra, cædendo & incendiando hostes fortissime expugnat. At illi expergefacti & præcipue *Erbordenses*, qui semper parati erant ad pugnam, ad arma convolant, hostesque versa vice cædunt, capiunt & affligunt. Tandem *Beringerus* cum suis victus ad castrum fugere compellitur & ibi fame & siti & inedia nimium coarctatur. Videntes autem hi, qui in castro erant, sibi periculum imminere; rebus & vita sibi concessis, castrum hostibus tradiderunt. Quod audiens Marchio, cum ibi non esset, maxime sibi displicuit multumque in suos Advocatos iracundia est commotus. Et merito. Nam si voluissent, omnes suos adversarios captivassent. Eodem anno facta est eclipsis solis hora prima in die SS. *Johannis* & *Pauli*.
- Anno Domini MCCCXXII. feria 2. post Misericordia Domini, dum in eadem die Dominica dedicatio fuisset Prædicatorum, ludus est factus apud *Isnacb* in ortu ferarum a Clericis & a Sclaribus de X. Virginibus, cui ludo Marchio tunc intererat. Ubi dum V. virgines fatuæ precibus B. Virginis *Mariæ* & omnium Sanctorum non possent gratiam invenire, Marchio iratus recedebat, dicens: *Quæ est fides Christiana? si peccator precibus B. Mariæ Dei genetricis & omnium Sanctorum non potest veniam obtinere.* Et sic furens secum per quinque dies, quinto die idem Sabbatho mane primo dicit Marchionissæ: *Surge & fac escas præparare jejunitibus*

Clemens
VI. auctor
mortis
Henrici.

Occiditur.

1320.

1321.

Obsidioar-
cis Ec-
kardsberg.

1322.

Admors
ultima
fata.

Burchard
di A. Ep.
Magd. dis-
cordia cum
civibus.

1322. *tibus pisces, non jejnantibus vero carnes, facque Sacerdotem me expectare cum missa. Nam oportet me paulisper requiescere & dormire.* Ac illa surgens, quod iustum fuerat, adimplevit. Hora vero VI. rediens excitavit eum, dicens: *Surgite velociter, jam enim hora præterit & populus vos expectat.* At ille oculos aperiens loqui non poterat. Nam morbo apoplexiæ percussus semivivus jacuit, eademque per tres annos & dimidium quam maximum dolorem in infirmitate suæ generosæ conthorali, quem gemitibus ac fletibus quotidianis explicuit laboravit. Audiens itaque *Heinricus Comes de Schwartzburg* ululatus Marchionissæ insolitos, verbis consolatoriis eam adeundo alloquitur, per eundemque Dominæ Marchionissæ & ejusdem filio a civibus & Advocatis civitatum & castrorum homagium fieri procuratur.

1323.

Bellum decretorium inter Ludovicum Bav. & Frid. Austr.

Anno Domini MCCCXXIII. desponsata est filio Marchionis *FridERICI* filia Regis *Boemæ* adductaque est in *Warperg*. Eodem anno, ingravescente discordia inter Ducem *Bavariæ* & Ducem *Austriæ* propter discordiam electionem Regis, tandem certus dies prælii indicitur ab utrisque in crastinum S. Michaelis. Convenientes in prælium e diverso manu valida in vigilia S. Michaelis Duces memorati, ex consilio Regis *Boemæ* Dux *Bavariæ* suo cum exercitu, ponte facta, flumen in occursum partis adversæ transtulit, anticipatoque præfixo termino, ponte dejecto, pugnam inchoavit. Quod videntes *Vngari* & pagani, [quos] Dux *Austriæ* vocatos sibi in auxilium adduxerat, terga vertentes fugam arripunt, huncque, qui eos adduxerat, armis miserabiliter occiderunt. Interea ex altera parte fluminis *Lupoldus* Dux *Austriæ*, frater *FridERICI* Ducis prædicti, collecto magno exercitu, in auxilium fratris advenerat, sed interceptus a flumine, cum fratri subvenire non posset, eumque suo cum exercitu hostibus succumbere cerneret, exitum rei lugubriter expectabat. Nimio enim dolore compulsus, tanta amentia capitur, ut nisi a suis prohiberetur militibus, ad se ultro interficiendum nudato gladio insanire suo admoto gutturi videretur. Itaque capto *Frideric*o Duce per quendam Franconem nomine *Eberbardum* de *Masbach*, presentatoque Nobili viro de *Norenberg*, ab eodemque desensato & in præsentiam Ducis *Bavariæ* perducto, salva vita ejus, jam dicto Duci *Bavariæ* victoria ascribitur, & ab eo suoque exercitu devictis hostibus proprio cum gaudio repetuntur. Eodem anno orta seditione inter cives *Nortbusenses*, se mutuo suspenderunt, interfecerunt, rotaverunt, & hoc in die Divisionis Apostolorum. Hoc iterum contigit anno Domini MCCCXXIII. in die S. Valentini, quod multi simul decollati, expulsi & eorum bona accepta.

1324.

Anno Domini MCCCXXIII. Petrus Mongontinus Archiepiscopus obiit. Hic provincialia jura composuit, quæ *Johannes* Papa

confirmavit. Cui idem Papa *Matthiam* monachum sub regula S. Benedicti custodem in *Morbach* omni dignitate Pontificali cum pallio substituit sublimatum. Eodem anno facta est magna discordia inter cives *Erfordenses* & Clerum, quia cives quendam Clericum de furto diffamatum fecerunt suspendio interire. Quade re statim a divinis Clerici cessavere. Unde commoti, curias dejicere, domos destruere, bona diripere Clericorum per nephandos homines procurarunt. Quapropter circa Festum S. Bartholomæi Archiepiscopus *Matthias* veniens *Erfordiam*, cum processione & crucibus, candelis & reliquiis Sanctorum honorifice est susceptus, qui inter Clerum & cives pacem faciens eos concorditer reformavit.

Anno MCCCXXV. *Lupoldus* Dux *Austriæ*.

multa damna Regi *Romanorum* inferens, tandem obiit tali modo, ut dicitur. Cum quidam nigromanticus sibi præsentatus fuisset, interrogavit eum, si posset sibi dyabolum in propria persona demonstrare? At ille: *Possim, inquit, sed nullus homo sine periculo corporis potest eum videre.* Quo contumaciter respondente: *Volo eum utique videre,* & fidejussores nigromantico statuit, ne in aliquo læderetur. Introductus est igitur in coenaculum, & ibi pariter residentes, vident hominem aspectu nigrum & deformem introeuntem. Quo viso, Dux dixit: *Satis est,* & statim ad lectum deductus mortuus est. Eodem anno *Matthias* Archiepiscopus cum magna pompa primam missam *Erbordia* celebravit. Ipso anno *Fridericus* Marggravius in *Warberg* diem clausit extremum, sepultus in *Isnache* ad S. Katharinam. Ipso tempore desponsata fuit *Frideric*o juniore Margravio *Mechtrildis*, filia Regis *Romanorum* *Ludewici*, per Advocatos *Thuringiæ* adductaque est in *Warperg*, filiaque Regis *Boemæ* reducta est ad patrem. Per idem tempus quidam scilicet *Wicelo* de *Buchonowe* & *Otto* de *Stuternheim* cum eorum complicibus, cupiditate sacrilega capti, quendam electum in Episcopum in *Meideburg* in strata publica spoliantes, captivum pro dolor! abduxerunt eumque *Brandensfels* detentum, virum provectæ ætatis & canicie venerandum, per unum annum & dimidium custodiæ manciparunt, qui in vinculis diem clausit extremum. Quod audiens *Otto* Landgravius *Hassie*, consilio suorum venit ad Papam *Johannem* ibique obtinuit Archiepiscopatum *Magdeburgensem* filio suo juniore *Ortoni*, civibus *Meideburgensibus*, pro nece sui Præsulis magna pecunia multatis veniam apud Papam & gratiam acquisivit, veniensque domum, requievit in Domino. Eodem anno factus est lapideus pons mercatorum in *Erbordia*.

Anno Domini MCCCXXVI. facta est magna discordia inter Archiepiscopum *Matthiam* & *Henricum* Landgravium, qui bona feudalia ab Episcopo, ut moris est, non susceperat. Unde multa homicidia, rapinæ, incendia ab utrisque partibus facta sunt. Sed

Archie-

1324.

Erbordensium ira in Clericos sua civitatis.

1325.

Mors Lupoldi Ducis Austriæ

Mors FridERICI Admors.

Electus Magdeburgensis capitur in Thuringia.

1326.

Bellum inter Moguntinum & Hassum.

1326. Archiepiscopus oppidum quoddam *Gissen* obsedit & cepit, & fautores suos in eo locavit, qui multa crudelitate bachantes, in cadibus hominum & rapinis & violationibus virginum & puellarum, oppidanos multis calamitatibus oppresserunt. Quod videntes iidem cives, expulsi illis, priori suo Domino Landgravio dictum oppidum reddiderunt. Eodem anno *Heinricus* Comes de *Schwartzburg* veniens cum exercitu in Marchiam, ante quoddam castrum ictu sagittæ a tergo est hostiliter interfectus. Quod audiens Marchionissa, relicta *Fridericus* Marchionis, quendam *Virum Nobilem dictum de Plauen* in protectorem & advocatum suarum constituit regionum, qui sapienter & fideliter præfuit, pacem & justitiam in omnibus provinciis faciendo.

Ruthenus de Plauen Advocatus Misnia &c.

1327. Anno Domini MCCC XXVII. *Ludewicus* Rex, congregato exercitu, *Longobardiam Italianque* petiit, veniensque *Roman* cum auxilio *Capis Veronensis*, qui tunc erat Advocatus Imperii, imperialis dignitatis apicem est adeptus. Sub eodem tempore *Fridericus & Hermannus* fratres de *Drivordia*, condunato exercitu, venerunt in *Sunneborn*, volentes terram rapinis & incendiis devastare. Vnde *Fridericus* de *Wangebeim* cum adiutorio Marchionissæ, congregato exercitu, cum civibus *Gotensibus* fortiter adversariis resistebant. At illi videntes, sibi periculum imminere, omnes pariter fugerunt. Advocati vero hinc & inde hostes cedentes *Fridericum* de *Drivordia* & fratrem dictum de *Hartenberg* & de *Zandern* & fere omnes sine defensione captivos pariter abduxerunt. Ille vero de *Wangebeim* benigne faciens, licet non merito, cognatum suum dictum de *Trivordia*, licet sævum hostem, abduxit in *Wangebeim*, ne ab Advocatis vel Margravio ut raptor subiret sententiam capitalem. Alii vero omnes in *Gota* ducti, septem ex eis potiores sunt suspendio interfecti, alii nimia pecunia data, vix mortis supplicium evaserunt.

Fratrum de Drivordia rapina & supplicium.

1328. Anno Domini MCCC XXVIII. Marchio *Fridericus* junior celebravit nuptias solemnes in *Norenberg* cum filia Regis *Romanorum Mechtilda*.

1329. Anno Domini MCCC XXIX. *Matthias* Archiepiscopus Mogontinus cum *Heinrico* Landgravio *Hassia*, adhuc faciens multa bella, tandem, ut dicitur, intoxicatus obiit. Eodem anno ipse *Ludewicus* Imperator filium suum primogenitum *Ludewicum* in Marchia *Brandenburgensi* constituit Marchionem fecitque tutorem & adiutorem Marchionem *Fridericum* Landgravium *Thuringorum*.

Novus Marchio Brandenburg.

1330. Anno Domini MCCC XXX. facta est in Diocesi Mogontinensi maxima dissensio inter Clerum. Nam mortuo *Matthia* Archiepiscopo Dominus Apostolicus præfecit Ecclesiæ Mogontinæ *Heinricum* dictum de *Vernberg*,

Præpositum in *Byune*, dans ei pallium. Sed & Canonici S. Martini majoris Ecclesiæ in *Mogontia* unanimi consensu Capituli postularunt Archiepiscopum *Balduinum* Treverensis Ecclesiæ, præsentantes sibi munitiones & castra omnia Ecclesiæ *Mogontinæ*, factumque est, ut Capitulum *Maguntinum* cum maxima parte Cleri ejusdem Diocesis contra prædicti Domini *Heinrici* provisionem ad sedem Apostolicam appellarent. Vnde plures adhaerentes appellationi & plerique ab Apostolico Ecclesiæ *Mogontinæ* provisoro utroque gladio, spirituali scilicet & temporali, oppressionibus & mortibus livoris agitati stimulo sub utriusque partis ignominiose se mutuo lacerarunt. Eodem anno hi, qui electum in Archiepiscopum *Magdeburgensem*, ut prius dictum est, captivaverant, Ecclesiastica coacti censura, pro obtinenda venia liminibus se Apostolicis præsentaverunt, ubique toto corde contriti se pedibus advolverunt Apostolicis, consequentes quamquæsierunt gratiam, post fustibus tamen accerrime prius agitati ad propria remearunt. Eodem anno natus est *Fridericus* Marchioni primogenitus nomine *Fridericus* in *Roche-licz*, ubi [mater] ob difficultatem partus periclitari coepit. Sed precibus B. Mariæ Dei genetricis & omnium Sanctorum ipsa quidem mortis (*) piaculum vix evasit. Puer vero in albis decessit circa Festum S. Nicolai, sepultus in *Misenen*. Eodem anno *Consules Erfordenses* inceperunt ædificare magnam turrim apud prætorium.

1330.

Anno Domini MCCC XXXI. *Fridericus* Marchio juvenili ætate & levitate seductus per nepharios Consiliarios & iniquos & perversos, oblitus progenitorum suorum circa monasteria diligentiam & fidelem promotionem, venit in *Reinbersborn* cum multo comitatu, cum sororio suo *Heinrico* Landgravio *Hassia* & *Heinrico* Duce *Saxonie* & Comite *Bertholdo* de *Hennenberg*, & cum omnibus Comitibus & Baronibus & Ministerialibus Provinciae *Thuringie*, ibique per quatuor dies in *Dominica*, qua cantatur *Omnia terra* cum ostingentis equis cum magno dampno Ecclesiæ est damnabiliter hospitatus, quod ab eorum prædecessoribus, longis retroactis temporibus, aliquem Principem tanto gravamine apud eos recepisse hospitium, didicimus non expertum. Marchio vero in Carnisprivo in *Bigaviam* veniens in Torneamento in secretioribus læsus in eodem loco per IIII. fere ebdomadas decubuit. Et postea eodem anno fama adventus Imperatoris in *Thuringiam* circumquaque volitans eundem Marchionem *Fridericum* per adventum ejusdem Imperatoris ad præparandas sumptuosas exegit expensas, quæ post frustrato eodem adventu pene inutiliter sunt distractæ.

Primogenitus Fridericus Severi

1331.

Fridericus Sev. magni comitatu Reinhardshornensis gravit.

Anno Domini MCCC XXXII. facta est discordia inter *Fridericum* Marchionem & matrem

1332. *Lisiner*

(*) An periculum?

1332. trem ipsius Marchionissam pro dote ipsius
Fridericum Marchionissæ. Nam Marchio impetebat
Matrem. *Gota & Wisenfels*, dicens sibi magis quam
 matri illas competere civitates. Illa vero
 his turbata Illustris Comitis *Bertoldi de Hen-*
nenberg & Civium Erpbordensium auxilium
 quærit anxia, consiliumque pariter & juva-
 men. *Erpbordenses* etiam & *Molbusenses* ci-
 ves a promotione Marggravii *Friderici* pro-
 pter aliquas simultates simul ab amicitia dis-
 cesserunt. Quæ omnia fiunt nota Impera-
 tori nuntios per veraces, quibus per suas lit-
 teras mandat, cum firma pace universa hæc
 suæ audientia reservari.

1333.

Compositio
ejus.

Anno Domini MCCCXXXIII. *Ludewicus*
 Imperator *Romanorum* circa Festum Pen-
 thecostes venit in *Warperg*, pacem & con-
 cordiam faciens inter Marchionem & ma-
 trem ejus, & inter cives *Erpbordenses & Mol-*
busenses, mediante & interloquente *Bertoldo*
 Comite de *Hennenberg* tali modo discordiam
 inter Marchionem & civitates induciavit a
 festo Jacobi venturo usque ad Festum Ja-
 cobi futuri anni. Marchionissæ vero matri
 suæ dimisit Marchio civitates *Gota, Gene,*
Teimeberg cum adjacentibus castris & advoca-
 tias earum & monasterium *Reinbersborn*
 cum adjacentibus sibi bonis, *Wisensfels* vero
 ipse obtinuit. Per idem tempus Castrenses
 in *Nuwenburg* coadunati cum aliis militari-
 bus viris, concilio Domino suo Episcopo *Mer-*
seburgensi Geberbardo, magnam tulerunt (*)
 argenti & auri, negotiatores divites de *Bo-*
hemia, de *Polonia & de Moravia* in via re-
 gia spoliantes. Vnde Marchio ex mandato
 Imperatoris cum Nobilibus terræ & civitati-
 bus, coadunato exercitu, castrum *Nuwen-*
burg obsedit ipsumque in suam deditionem
 recepit, prædam ex integro reddi fecit. Sub
 eodem tempore causa multum flebilis oritur
 in *Hassia*. Nam Landgravius *Hassia*, di-
 ligens unam de pedisequis suæ conjugis, ipse
 suæ conjugis, sorori Marchionis lamentabile
 crimen ingerit, ipsam ubique quasi adulte-
 ram diffamando. Ipsa vero non ferens suum
 obprobrium & videns, despectui se haberi,
 consilium fratris quærit lacrimabiliter & ju-
 vamen, qui per suos Advocatos ipsam suam
 sororem, quali (**) oraturam euntem clam
 tollentes abduxit, eamque in *Gorba* ad ma-
 trem suam cum debito honore perduxit.
 Landgravius vero *Hassia* hæc audiens do-
 luit, & adiens Imperatorem, querimoniam
 fecit, quod Marchio *Fridericus* suam conju-
 gem abstulisset. Marchio vocatus, se soro-
 rem non vi sed propter infamiam & obpro-
 brium & contemptum, quem sibi idem vir
 suus innocenter ingesserat, se vocasse. Vnde
 consilio habito cum Principibus, Imperator
 decrevit, ut Landgravius uxorem reciperet
 & eam cum honore debito, ut decet, ma-
 gnificentius procuraret, quod & factum est.

Castrum
Nuwen-
gense a
Marchione
occupatur.

Inimicitia
Landgra-
vii contra
uxorem.

Cum multo tempore *Fridericus* electus in
 Regem in vinculis detentus fuisset, tandem
 cum multo detrimento suorum bonorum ab-
 solutus, veniensque ad propria, post breve
 tempus consumptus a vermibus, id est,
 pediculis miserabiliter diem claudit extre-
 mum. Sequenti anno Dominica die ante
 Festum Omnium Sanctorum fuit magnus
 ventus, & corruit turris in monte S. Petri,
 in qua pendent parvæ campanæ cum aliqui-
 bus campanis, & multa alia ædificia *Erfordiæ*
 per eundem ventum sunt destructa.

Anno Domini MCCCXXXIII. *Erpbor-*
denses non servantes pactum pacis, quod
 Imperator fecerat, Marcioni iterum se oppo-
 nunt, aliquos de ipsius familia captivantes.
 Quod ille dissimulans, Imperatoremque ad-
 iens, hanc suam injuriam querulosis voci-
 bus nuntiavit. Imperator vero his commo-
 tus dixit: *Oportet te hoc dissimulare, Fili*
Charissime, quia aliis negotiis arduis occupa-
ri Tibi ad præsens non possumus subvenire,
sed auxilio Dei, post breve tempus ad bonum
finem tuas injurias perducemus. Eodem an-
 no *Johannes* Papa quadam infirmitate de-
 pressus, cum se moriturum videret, cum
 antea aliquatenus dubitasset de gaudiis & re-
 quiete animarum, cum Deo gaudentium, tan-
 dem in fine correctus hanc paginam suo ore
 prolatam describi fecit: „*JOHANNES* *Decretum*
servus servorum Dei ad perpetuam rei me- „ *Johannis*
moriam. Ne super his, quæ de animabus, „ *XXII. de*
beatiss, separatiss a corporibus & purgatis, „ *animabus*
an circa resurrectionem corporum divinam „ *beatorum.*
continentiam illa Dei visione videlicet, quam,
vocat Apostolus faciem videant, jam per,
illos alios in presentia nostra recitando &
allegando sacram Scripturam ac originalia,
& dicta Sanctorum vel alias ruminando sa-
pientius dicta sunt, aliter per nonnullos quam,
per nos dicta & intellecta fuerant, & intelli-
gantur & dicantur, auribus valeant fidelium,
inculcari. Ecce quam nostram intentionem,
quam cum Sancta Ecclesia Catholica circa,
hujusmodi habemus & habuimus, serie præ-
sentium, ut sequitur, declaramus. Fatemur,
siquidem & credimus, quod animæ purgatae,
& separata a corporibus sunt in coelo, coe-
lorum regno & paradiso & cum Christo in,
consortio angelorum congregatae, & videant,
Deum ac divinam essentiam a facie ad faciem,
clare, in quantum conditio & status compa-
ritur animæ separatae. Si vero alia vel a-
lia contra materiam hujusmodi, per nos di-
cta, prædicata vel scripta fuerunt, quæ quo-
modo illa diximus, prædicavimus, vel scri-
psimus, contra præmissa vel alia, quæ fidei,
conservant catholicam, Sacram Scripturam,
aut bonos mores, & in quem, scuti consortia,
fidei catholice determinationi Ecclesie, sa-
cræ Scripturæ aut bonis moribus approbavi-
mus, alias autem illa habemus & habere vo-
 lumus

1333.
Friderici
Austriaci
libertus &
mors.

1334.
Erpbor-
denses via-
lant pa-
ctum cum
Marchione
initium.

Decretum
Johannis
XXII. de
animabus
beatorum.

(*) Inferendum videtur: *vim.*

(**) Forte: *oratum.*

1334.

„Iunus pro non dictis & scriptis eaque revo-
camus expresse ad prædicta omnia & alia,
quæcumque dicta & prædicata fuerint vel scri-
pta per nos de quacunque materia, ubicun-
que & in quocunque loco & in quocunque sta-
tu quem habuimus vel habemus vel habueri-
mus, submittimus determinationi Ecclesie ac
successorum nostrorum. Nulli ergo omnino
hominum liceat &c. Datum III. Nonas Dec.
Pontificatus nostri anno XVIII. „ Johannes
itaque hujus nominis XXII. Papa obiit
in die S. Nicolai, sepultus in ibidem in Aviona.
Cui successit Dominus Jacobus de Ferrerio, A
Cardinalis & Abbas Ord. Cisterc. & vocatus
est Benedictus XII. Fuit autem electus in
vigilia Thomæ Apostoli & tenuit statim
Consistorium in die Thomæ, in quo Consisto-
rio puncta, quæ sequuntur, statuit & decrevit:

Articuli a
Benedicto
XII. pro-
missi.

„Primo quod non vult toto tempore suo
Romanam Ecclesiam, vel aliquam aliam con-
tra aliquem hominum, materialem gladium
exercere vel facere guerras, sed curare de
pace.

„Secundo non vult Marscalcum curiæ ultra
sex menses in suo remanere officio, ne dura-
tione multa propter divitias in superbiam
extollatur.

„Tertio non vult, quod aliquis & præci-
pue religiosus ad curiam pro aliquo beneficio
impetrando venire præsumat, sed quod dis-
positionem & ordinationem expectent & sus-
tineant in omnibus suorum voluntatem Præ-
latorum.

„Quarto non vult religiosorum appellatio-
nes & fugas venire ad curiam, sed a corre-
ptionibus suorum Prælatorum dimittere.

„Quinto Elemosinam mense Papali restituit
pauperibus, quæ ante per familiares diripie-
batur, de qua possunt centum personæ resciri
multum laute.

„Sexto, quemlibet hominem arrestatum in
curia solvit.

„Septimo omnibus Prælatibus in curia pro qui-
buscunque negotiis existentibus generalem
dedit licentiam recedendi, & quemlibet vult
in suo beneficio seu Ecclesia residere.

„Octavo omnibus Clericis in curia infirmis
vel de cætero infirmis dedit liberam fa-
cultatem condendi testamenta, ne bona ab
eis relicta indebitè per aliquem occupentur.

„Nono ipse Papa collegio Cardinalium tra-
didit centum milia florenorum & ultra, &
pro suo tempore medietatem reddituum &
proventuum patrimonii Ecclesie Romanæ,
ad istum finem, ut creditur, ne teneant sed
dimittant alia beneficia, quæ tenent ubique
per orbem terrarum.

„Decimo vult, quod nomina Guelphini &
Gebelini sint anathema nec ab aliquo nomi-
nentur, cum non sint pacis sed discordiæ in-
citamentum.

„Undecimo vult, quod omnes Capellani sui
horas Canonicas dicant cum nota, & quod
omnes dormiant in uno dormitorio, ac etiam
comedant coram eo, quod dormitorium jam
est in fieri pro eisdem, nec ipsi Capellani ha-

bebunt redditus alios quam victum mense Pa-
pali & vestitum. Et si aliqui Capellani a-
liquibus aliis indigent, possunt ab ipso Do-
mino Papa requirere & non recipere a-
liunde.

Postea in crastino B. Thomæ tenens ite-
rum Consistorium permisit primo religiosos
ad se venire Prælatos, eorumque quatuor or-
dinum Mendicantium cum fratribus suis,
quorum quilibet ipsum Dominum Papam
renunciavit cum VII. missis a quolibet Sa-
cerdote doctorum ordinum. Postea vero <sup>Expostula-
tio Papa
cum Ordini-
bus.</sup> Generalis Minorum proponens verbum alio-
rum sumpsitque thema, *quatuor sunt mini-
ma terræ*, quo gratiose deducto, formavit
coram omnibus istam supplicationem reli-
giosis, quintam decretalem supra Cathedram
amoveret, & per hoc faciens finem di-
ctis, respondit Papa immediate, quod contra
Decretalem prædictam nil vellet penitus
immutare. Postea Papa, accepto themate,
vidi & ecce quatuor fabri, applicavit sine de-
ductione ad religiosos, qualiter ipsi sint fa-
bri, deberent deponere scoriæ hæreticæ
pravitatis & inferere pulchritudinem hône-
statis. Et cum hoc fecisset, principaliter,
B prout sibi constaret inter capita omnium or-
dinum B. Dominicus caput Prædicatorum,
quam aliorum, & incepit legere horribilem
lectionem, dicens: *se noscere aliquos coram
eo stantes in præsentia, de quibus certus es-
set, quod in brevi contra Deum, contra suum
statum, contra bonos mores, contra statuta
Sanctorum, contra S. Scripturam, & quod
magis reputaret, contra suam conscientiam
tenuissent, prædicassent ac scripssissent hæreti-
cas conclusiones turpis lucri gratia, scilicet pro-
pter affectum seu potentiam talia prædicau-
res.* Et addit: *Cavedur tales, ne in manus
nostras incidant cum talibus suis scriptis &
scire debent, nos non fore patientes.* Et
intellexerunt astantes, quod de nullo ita
principaliter intenderet, sicut de Gene-
rali Minorum, quem summe odivit ante
Papatum propter suam determinationem
de animabus. Sint & omnes de tali ma-
teria loquentes pro opinione Papæ mor-
tui. Ipse Papa restituit Ecclesiis Cathedra-
libus electionem Archiepiscoporum & Epi-
scoporum. Item misit C. milia florenorum
pro refectioe Ecclesie R. Johannis in Late-
rano & Palatii S. Petri.

Anno Domini MCCCXXXV. post disces-
sum Imperatoris de Thuringia Archiepisco-
pus Treverensis cum magno exercitu, ex
consilio Decani S. Mariæ Erphord. faventi-
bus sibi ejusdem [civitatis] Consulibus, Thu-
ringiam petiit, ubi juncta manu Erfordensi
Terram Comitis de Honstein, qui fautor
Bunnensium fuerat, dejecta turri Ecclesie in
majori Sumerde, incendiis, rapinis depopu-
lans, tandemque munitionem in Tullestede
oblidens, sed minime ibidem, subtrahamã-
nu Erphordie, perficiens, Erfordensibus libi
suisque in victualibus subvenire nolentibus,
ad propria remeavit. Eodem etiam tem-
pore

1335.

Treviren-
sis impu-
gnat Comi-
tem de Ho-
benstein.

1335. pore cum idem Episcopus Comitem de *Honstein*, ut dictum est, incendiis & rapinis intestaret, quidam Comes dictus *Karcelleboin* cum non paucis in auxilium Treverensis *Tburingiam* adveniens, ab Advocatis Marchionis *Tburingia*, ut nec unus ex his aufereret, occiso tamen bonæ indolis juvene, dicto *Brunone de Weberstede*, qui in parte Advocatorum fuerat, apud *Salza* extitit captivatus. Unde factum est, ut permoti *Erfordenses*, eo quod exili propter Treverensem, quem terris, ut dicebatur, induxerant, ab omnibus fere incolis haberentur, Decanum S. Mariæ iidem cives captivantes, turræ, ubi nec lumen videre poterat, custodiæ manciparent. Eodem anno fertilior pars terræ per *Treverenses* devastatur, frugesque terræ & vinea, quæ ad maturitatem propter nimiam imbrium inundantiam non venerant, terram aliquali caristia deprefferunt. Ventus etiam validus hora vesperarum in vigilia Apostolorum Simonis & Judæ irruens, fortia subvertit ædificia, quæ tria memorabilia eodem anno, ut prædicitur, contigerunt. Item ventus dejecit turræ in monte S. Petri in *Erbordia*, in quo pendent minores campanæ cum nobili campana, nola nomine. Eodem anno ducta est aqua super montem S. Ciriaci.

1336. Anno Domini MCCCXXXVI. post Festum *Walburgis* Episcopus Treverensis nomine Mogontini Capituli cum Principe ac fere omnibus terræ Nobilibus adunatus, propter Decanum detentum, ut fama sparserat, *Erbordiam* obsident a Vigilia Margarethæ Virg. usque ad vigiliam S. Jacobi, habito prius magno bello in die S. Alexii in dem *Espich* vulgariter, non sine morte plurimorum. Ibi que e diverso damnis a partibus illatis solutoque Decano prædicto, non modica ab *Erfordia* Principi & Treverensi prædictis ex Marchionissæ consilio pacta pecunia, relicta *Erbord*, pace pristina omnes ibidem collecti ad propria remeabant. Eodem anno facta est discordia magna inter Imperatorem *Ludewicum* & Regem *Bobemiæ* ob provinciam *Karintbia*. Nam Dux *Karintbia* sine filiis obierat, cujus filia desponsata fuit Regis filio *Bobemorum*. Quapropter Rex *Bobemiæ* partem nurus suæ defendens, quia terram prædictam ad eam pertinere successione hæreditaria asseruit, se Imperatori opposuit, qui dictam terram ad se imperiali jure, cum *herede careret, devolutam* Duci *Austria* filiam Regis *Bobemiæ* habenti pro conjugæ imperiali munificentia infeodavit. Rex itaque magno exercitu collecto, terram sæpe dictam, ut vi eam subjugaret, intravit. Sed Imperator non cum paucis sibi in oppositum veniens eum exire de finibus supervenientium timore percussus ocus compulit & coegit. Imperator itaque Regem cum suis persequens, ob victus penuriam, persecutione postposita, cum suis ad propria est reversus. Hæc itaque discordia induciata est per Principes a Festo

Bellum Ludovici Bav. cum Rege Bbb. de Carinthia.

1336. Michaelis usque ad futurum Festum S. Jacobi. 1337. Anno Domini MCCCXXXVII. in die B. Ambrosii obiit Dominus *Volmarus* Abbas piæ memoriæ *Erbordia*, sepultus est a Venerabili Abbate *Hafungenlis* Ecclesiæ, tunc apud nos existente, in Capella Sanctæ Dei genitricis Mariæ perpetuæ Virg. Cui successit Dominus *Hermannus de Eichelborn*, pro tunc Cantor hujus Ecclesiæ. Eodem anno, durante rixa inter Capitulum Mogontinum & *Heinricum de Vernborg* datum Episcopum, in *Bunne* Præpositum, tandem Dominus Archiepiscopus Treverensis, defensor ac provisor Ecclesiæ Mogontinæ, una cum Capitulo ejusdem Ecclesiæ defensionem & tuitionem & provisionem Domino Apostolico *Benedicto* suæque potestati aut optioni, per patentes literas resignavit. Videns autem Papa periculum Ecclesiæ, duos Legatos misit in *Germaniam*, ut auctoritate sua pacem facerent inter Clerum. Qui venientes *Mogontiam*, una cum consilio & auxilio *Ludewici* Imperatoris hanc fecerunt concordiam inter Clerum, quod Dominus *Heinricus de Vernburg* voluntate Capituli Mogontini Archiepiscopatum suscipere essetque fidelis regni & imperii coadunator, juraque & constitutiones prædicti Capituli conservaret inviolabiliter. Circa idem tempus Imperator *Ludewicus* curiam suam habuit in *Frauckensurd*, ubi Rex *Angliæ* & Rex *Bobemiæ* & omnes Principes *Alamania* intererant, ubi etiam Imperator & Rex *Bobemiæ* sunt reconciliati. Eodem anno facta est magna discordia inter Regem *Angliæ* & Regem *Francia*. Imperator *Ludewicus* erat in auxilio Regi *Angliæ*, Rex vero *Bobemiæ* auxiliabatur Regi *Francia*, qui inter se multa prælia committebant, in quibus semper Rex *Angliæ* victoriam obtinuit, quia erat vir justus & bonus & misericors & Cristianissimus. Ubi quoddam mirabile dictu contigit. Nam duas naves oneratas argento & auro a Rege *Siciliæ* & a paganis missas Regi *Francia*, divino nutu ventus vehemens ad terram *Angliæ* per mare transduxit. Quæ discordia induciata fuit ad Festum S. Martini futuri anni. Ipso anno *Heinricus* Archiepiscopus circa Festum OO. Sanctorum misit in *Erfordiam* *Johannem* Præpositum S. Severi in *Erbordia*, dictum de *Bebinburg*, & Prothonotarium suum de *Spiegelberg* & fratrem suum de *Vernburg* ad reconciliandum Clerum. Qui omnes Prælatos *Tburingia* convocantes, talem compositionem inter Clerum fecerunt, ut omnes suas præbendas & dignitates, sicuti prius ante discordiam habuerant, reciperent. Ipsi Excommunicatos auctoritate Apostolica relaxabant. Eodem anno obiit *Heinricus* Comes de *Schwarczburg* cum multis aliis in peregrinatione Jerosolymitana. Hoc etiam anno fertilitas magna fuit in frumento & vino & ordeo & avena atque in leguminibus. *Benedictus* Papa omnibus religiosis, sub regula degentibus, novas constitutiones edidit, præcipue vero monachis

Bellum inter Reges Angliæ & Francia.

1337. chis secundum regulam S. Benedicti viventibus, id est, nigri ordinis, quibus indixit, Capitulum frequentare.

1338. Imperator indicis Capitulum Ord. S. Bened. Anno Domini MCCCXXXVIII. in crastino B. Johannis Bapt. iustitarius Imperatoris dictus de *Eppenstein* Imperatoris jussu Capitulum primum provinciale Monachorum Ord. S. Benedicti celebrandum in *Fulda* sub periculo rerum & corporum fieri præcepit, ad quos quamplures Abbates convenerant, secundum formam constitutionum; de Ordine S. Bened. per Papam Benedictum XII. nuper editarum tractaturi. Hoc etiam anno *Ludwigus* Imp. curiam suam in *Franckenfurd* habuit; ubi non coactus sed sponte in præsentia Archiepiscoporum, Episcoporum aliorumque Prælatorum, nec non in præsentia Principum, Comitum, Nobilium ac vulgi, se esse verum Criticolam; per veræ fidei confessionem dicens Orationem Dominicam; salutationem angelicam & symbolum, voce publica declaravit. Nam Papa ei hæresin imputavit. Eodem tempore circa Festum S. Laurentii anno Domini MCCCXXXVII. apud *Tuberam* & civitatem *Herbipolim* & in paribus adjacentibus multitudo locustarum, inauditam miramque habentium magnitudinem, visa est, quæ fructus terræ in locis plerisque depascentes, sed vineas non lædentes, quasdam civitates per dies aliquot operuerunt, ut in eas sol radios suos projicere non valeret. Item eodem anno Rex *Tartarorum* nuntios honorabiles ad Papam mittens, petiit sibi viros religiosos, in lege divina apprime eruditos, pro salutifera suæ gentis sacræ fidei instructione transmitti. Eodem anno obiit Dominus *Wolframus* Herbipolensis Episcopus morbo apoplexiæ percussus & quidam Canonicus S. Kiliani, dictus *Otto Wolfskele* dolose circumvenit quosdam, qui ipsum in Episcopum elegerunt, sed pars major canonicè elegit Dominum *Hermannum* dictum *Hummel* Cancellarium *Ludewici* Imperatoris, qui tunc præsens erat, quos idem Imperator concordavit ita, quod Cancellarius Episcopatum obtinuit, qui postmodum miserabiliter intoxicatus periit, & Dominus *Wolfskele* Episcopatum sibi usurpavit. Eodem etiam anno natus est puer cum duobus capitibus in villa *Hertingsfeldt*, mortuo uno capite, aliud per quindenam super vixit.

Ejus confessio fidei.

Discordia de Episcopatu Herbipol.

1339.

Anno Domini MCCCXXXIX. constructa est lignea turris, in qua pendent minores campanæ, quæ per ventum validum dejecta fuerat, per Venerabilem Abbatem Dominum *Hermannum* de *Eichelborn*. Novam etiam schellam magnis sumptibus procuravit, pallium etiam quoddam miræ decentiæ Ecclesiæ nostræ comparavit.

1340. Præpositus Augustin.

Anno Domini MCCCXL. quidam juvenes in clastro Regularium S. Augustini *Erfordie* Præpositum suum dictum *Vigeler* pro-

pter quandam suam concubinam, nocte sibi conjacentem, oculis privaverunt. Candellam namque ardentem quæ ad corpus Christi accenditur, ante suam cameram ponentes, ipseque claustrum ardere putans januam aperuit, & ita per ipsos mutilatus est nec non & concubina.

Anno Domini MCCCXLI. obiit *Benedictus* Papa XII. hujus nominis, cui successit *Clemens* VI. Eodem anno obsessum est oppidum & castrum dictum *Nerberg* per *Fridericum* Marchionem & Dominos & Civitacenses *Thuringiæ*, & oppidum penitus exustum per ignea jacula, castrum vero captum & datum salva vita hominum in eo existentium.

Anno Domini MCCCXLII. fuit tanta inundatio aquarum in *Erfordia* in die Prædis Virg. ut nemo in (*) runcino equitare posset, & destruxit longas cemetes *Erfordia*, pontem ante valvam S. Augustini, S. Johannis, ante Kramphentore, pontem in *Herbipoli* cum magna turri, pontem in *Ratispona*, in *Dreseden*, in *Franckenfordia*, in *Wenczenndorf*, in *Babinberg*, & multa alia damna peregit. Eodem anno in vigilia Sanctorum Apostolorum Simonis & Judæ factus est magnus conflictus prope civitatem *Arnstede* inter Dominum *Fridericum* Marchionem Misnensem & Comitum *Guniberum* de *Arnsted*, in quo conflictu plurimi perierunt, & præcipue Dominus *Wicelo* miles, dictus de *Lapide*, & Dominus *Heinricus* de *Ekoldesbusin* miles, idem *Theodericus* de *Tensfede*, dictus *Biderkerchin*, qui viri strenui sepulti sunt in Capella Virginis gloriose ad S. Petrum *Erfordia*.

Noch Gotes geburte tusent Jar IIc. und XLVIII. Jar wart czu Keiser gekorn Graue *Willeken* von *Holland*, By siner geczite waz eyn Bobist czu *Rome* *Innocencius* und eyner *Stephanus*, und eyner *Alexander*, By sinen gecziten waz eyn Bischoff czu *Meideburg* genant *Rudolfus*, und waz doran VII. Jar, und entphing sinen pallium von Bobiste *Innocencio*. Noch em wart czu Bischoff gekorn

Wilhelmus

Rudolphus
A.Ep.

Rupertus gekorn Rupertus von Numenfort, der wart gewiet von deme Bobilte. *Alexandro. &c.*

F I N I S.

Quoniam in præcedenti Chronico sub Henrico VI. Jus Ministerialium memoratur, ex antiquissimo Cod. membran. Biblioth. Paulinæ Lipsi. (Felleri Catal. p. 239. n. 26.) Jura Ministerialium Magdeburgensium placuit adjungere. Inseruit illa quidem nuper CL. Dns LVNIGIVS Corpori suo Juris Feud. T. II. pag. 1022. sed vitiose & mutila, ut ex collatione facillime patebit.

Jus Ministerialium Magdeb. Diz ist der Dinstmanne recht von Magdeburg. Diz ist daz erste daz die Dinst lute von Magdeburg geminnen haben daz neman usse sie urtheil gevinden en mac, her en sie zu deme berschilde gebörn.

Ob ich ein vrteil beschulden wirt. daz sal man bringen an die phalzen. vnde der bischof sal senden vmme die gewere, die ambacht haben.

Der Dinstman sal geben deme bischofe ein pfunt vmme daz gewette. vnn die Dinstmanne suln dri pfunt gebn vnder in zu buze.

Daz bose len sal erben usse sunz, tochtere, brudere, swestere, vater, muter.

Uffe daz bose len der Dinstlute en hat der bischof nitem angezelle.

Ob ein Dinstman stirbt, sin nechste swertmag sal siner kindere vormunde sin.

Der Bischof en mac nich einen Dinstman veruesten, her en habe ez vor verlorn mit rechtem boberecht.

Ob ich ein Dinstman uf den andern hat eine gemeine clage, der bischof sal jenen bescheiden einen tag uber vnzehn nacht in swilche stat die des bischoves ist...

Ob der Bischof spricht usse ichem gut daz ein Dinstman hat vnder ime unu in siner gewalt, der bischof sal ime bescheiden einen bescheidenen tag in eine stat vorzukomene.

Ob ein Dinstman hat gut in siner gewalt, der bischof en mac ez ime nicht nemmen an Vrteil.

Nich ein Dinstman die wile her ein kint ist, mach her verkoufen sin gut ane siner vormunden willen.

Ob ich ein Dinstman wib nimt, die Dinstwib ist, ez si zu MAGDEBURG oder zu ALSLEUE, oder zu ENGERE, oder zu BEUERA oder zu BERGE, die kindere volgen deme vater vnn behalden doch in beidenthalben ir recht.

XII. COLLATIONES CHRONICI MAGDEBURGENSIS

A MEIBOM. T. II. SCRIPT.

EDITI

CVM CODICE MSC. IN ARCHIVO ELECTORALI SAXONICO
DRESDÆ EXSTANTE,

QUIBUS

CRASSI ERRORES ET HIATVS EDITIONIS
MEIBOMIANÆ

FELICITER EMENDANTVR AC SVPPLENTVR.

Nota :

De Scriptore hujus Chronici quis fuerit, nil habet Meibomius. Vixit sub Ortone XXVIII. A. Episcopo circa an. MCCCCL. quia in ejusd. Præfulis vita pag. 341. (Edit. Meib.) testatur: *Hunc virum (scil. Pseudo-Waldemarum) iste Dominus Otto A. Episcopus te-*

nuit pro vero Marchione, asserens in fide sua, ME AVDIENTE, quod ipse esset ille verus Marchio Waldemarum, qui putabatur sepultus. Et in nostro Codice definit hoc Chronicon cum vita Alberti XXX. A. Episcopi, ut itaque illa, quæ in Meibomio p. 347. sequuntur, sint recentioris alicujus continuatio.

Prologus hujus Libri.

NE actus hominum veterum in oblivionis nebulam deducantur; utile utique arbitror & honestum, ut certa memoria vivacis scripti calamo derivetur, ut & boni ex beneficiis virtutis sumant exemplum & a male

gestis discant salubriter abstinere. Hac igitur consideratione motus ad honorem Dei & laudem sancte Magdeburgensis ecclesie gesta Pontificum, qui eidem ecclesie a principio foundationis suæ presuerunt, ordinem quoque ipsorum nec non & sub quibus Apostolicis & Imperatoribus sive Regibus presederunt

*Auctoris
proposi-
tum.*

runt, & in quibus Principum liberalitate ecclesia profecerit, pro eosdem, prout ex diversis Cronicorum scriptis & antiquorum dictis colligere & investigare potui, congrua brevitate scribere curavi. Verum quia eadem sacrosancta *Magdaburgensis ecclesia* sicut & civitas a magnificis Imperatoribus fundationis originem sumpsit (nam a *Julio Cesare* civitas contrita, a *Magno Karolo* ad fidem conversa & ab *Ottone Magno* sedes archiepiscopalis in ipsa civitate postmodum est erecta.) Quapropter ab eisdem fundatoribus dignum duxi exordium sumere & exinde ad Pontifices me transferre &c.

Meibonii Edit. pag. 269. sine: *primo civitatis nostrae*] Codex hoster: *primo civitatis ipsius.*

de Archiepiscopatus nostri] In Codice deest *nostri.*

Meibom. p. 270. *stirpis derivatione cognominatus*] Codex: *stirpis deriv. descendens, cum Crasso & Pompeio &c.*

circumposita nationis] Codex addit: *gratia. praedicti fluminis*] Codex: *Albae fluminis.*

ex hoc facto civitas nostra] Cod. *ex hoc facto civitas ipsa.*

exemplar ejus Karolus] Leg. ex Cod. *exemplar pius Karolus.*

Sed jam Albae flumine] In Codice legitur corrupte: *Sed jam dicte abbacie. s. Vera lectio: Sed jam dicte. Albie*

tandem mentem] Lege ex Cod. *tandem ruentem.*

non sua sed &] Cod. *non solum sua sed &*

divinae servitutis] Cod. *divinae veritatis.*

(Quod minus placet.)

Meibom. p. 271. *eique erbuimus*] Lege: *eique Osbumus.*

superna redarguit] Codex inferit: *bunc. corroborabat*] Leg. *corroborat.*

Sed eo quod bis eidem] Cod. melius: *Sed eo quod eidem.*

ab ea] Leg. *ab eo.*

antea ipsius tempora] Lege cum Cod. *aurea ipsius tempora.*

Meib. p. 272. *regalem sui juris aulam*] Codex bene: *regalem suis viris aulam.*

Richardus] Codex noster vocat *Richardum*, uti & Meibomius in sequentibus:

arrecta aure & mente praestulansibus] Haec lectio melior quam Codicis: *recta aure & mente postulansibus.*

Slavorum nationum] Leg. *Slav. nationes. populi quantitatem*] Cod. *populi qualitatem. integro & dimidio*] Cod. *integro revoluto.*

Meibom. p. 273. *Heroldesfelt*] Codex: *Heroluesvelt.*

968.) Hic verior numerus anni. In Codice perperam 948.

babeatur famulatura] In Cod. deest *famulatura.*

sicut nunc servatur, statuit) Cod. *sicut nunc, servare statuit.*

ius familia] Cod. *ius familia*, Et recte.

non dispari ratione] Codice: *non dispari ratione.*

in omni ordine] Cod. *in omni loco.*

Meibom. p. 274. *Pornam*] Cod. *Ponam. Forne Poznam* ut inferius.

sedis suae] lege: *sedis suae.*

ab internis & specialibus] legendum ex Cod. *internis & spiritualibus.*

Meib. p. 275. *Wogieteh*] Cod. *Wogirech. Rusie & Lituæ regionum martyrisatus est.*

Codex: *Brussie & Lituæ regionum laureatus est.* Inferuntur ibidem sequentia:

Hic sanctus Bruno, qui & cognomento Bonifacius dictus est, de castro Qverevorde oriundus, sicut pater ejus Bruvo dicebatur, mater Yda, frater Gerbardus, prius quidam Scti Mauricii Magontie Canonicus, postea vero in pallacio regio, assumptus sed fugiens seculum cum deliciis suis, ut sibi lucrifaceret, apud Ptalie heremum cum beatis consociis Benedicto atque Johanne in monastica religione perfectissime conversatus, deinde a Romano Pontifice ad Regem Hunicum & Archiepiscopum Daghbenem directus, ab ipso Archiepiscopo in Archiepiscopum gentium est consecratus, quibus dum fidem Christi predicaret, ab ipsis gentibus est martirizatus, sicut indicat Liber gestorum ejus, &c.

est reverentia] leg. & *reverentia.*

Illic ergo secunda feria idem XVI. Cal. Aprilis confirmante ac favente presentia omnium multiplicavit &c.] In Cod. *Illic ergo sua presentia multiplicavit &c.*

Meib. p. 276: *ad coelica regna paratur*] leg. ex Cod. *ad celica regna vocatur.*

Vnsburg] Cod. *Vrisburch.*

Cruivati] Cod. *Cbruvatin.*

Meib. p. 278. *nec non ac Turburim pagos cum villis*] Codex ita: *& Plifin, Vedu ac Cbutburim pagos*

& Loffatanna] Lege cum Cod. & *Loffatanna.*

Gutici] Cod. *Sutizi, forte Scutizi.*

Volraldo] Cod. *Volcoldo.*

Gorung] Cod. *Corug.*

Worcun] Cod. *Witin.*

Pungzi] Cod. *Pouch.*

Linbenici] Cod. *Liubani.*

Vltro divina] Cod. *Vltio div.*

Dedilonem] Cod. *Godilonem.*

Meib. p. 279. *Mistowi*] Cod. *Miscowi.*

Tongeram] Cod. *Congeram.* In margine notatum: *Tanger'a s. ut puto.*

tervo evertens] leg. *torvo avertens.*

latialiter] vox prava, quæ & in nostro Cod.

fatis legi non potest. Forte: *lacrimaliter.*

Meibom. p. 280. *stans benedicit*] Deest *stans* in Cod.

justitiam mundi] Ita & Codex.

mutilate manice] Cod. *mutilitate manica.*

suspensione directa] lege: *suspensione, directa.*

Romani] leg. *Romam.*

Poznantiensis] Cod. *Pornamensis.*

dimivis] leg. ex Cod. *inducias.*

impedita res] Cod. *impedita nec terminata res.*

- ab ore) Leg. ex Cod. ab uxore.
 pustellis) Cod. pusellis.
 Meib. p. 281. Dorveburg) Cod. Torneburgk.
 correptionis) Cod. correctionis.
 male ditata) Melior Codicis lectio: male
 dilata.
 contra Dominum) Cod. contra mortem.
 Meibom. p. 282. Gufstein) Cod. Gustzen.
 Nuendorff) Cod. Nyendorp.
 Meibom. p. 283. Morzan) Cod. Moizan.
 curam ipsorum habebat) Legend. cum Cod.
 curam ipsorum negligebat.
 Meib. p. 284. perfectiori) Cod. provectori.
 Osulffide) Cod. Osulffede.
 Meibom. p. 286. mutiles manus) Leg. inutiles
 manus.
 Ecclesie offerens) Cod. Eccl. offerens.
 Meibom. p. 287. Herbipolensis) Cod. Wer-
 ceburgensis.
 antecessorum ipsis) Cod. rectius: antecess. ejus.
 privilegii) Lege: privilegii.
 Nendorff & Opplingen) Cod. Nectorp & Vp-
 plingin.
 2. Calend. Martii) In Cod. pridie Kl. Marcii.
 II. Non. Junii) Cod. pridie Nonas Junii.
 Meib. p. 288. excellentissimis humilissimisque) Cod.
 excellentissimis humilibusque.
 sufficimus) Cod. sufficeremus.
 Quensticli) Cod. Quenstede.
 non satis resistens) In Cod. satis deest.
 MLXIII.) In Cod. MLXVIII.
 Guntberum) Cod. Wintberum.
 Dei & permissione) Deleatur &
 in violenta) Cod. in violata. Quod rectius.
 Gerbstedt) Cod. Gerbizstede.
 Congregationem) Cod. Congregationis.
 Domini ML.) Cod. Dom. MLVI.
 Meibom. p. 290. integra cute contuderat)
 Cod. melius: integraliter contuderat.
 Si quam) Cod. recte: Si qua.
 alicubi) Lege: alicui.
 Meibom. p. 291. inedia nocte) Lege: media
 nocte.
 Et p. 292. ut ipse major) Leg. ex Cod. vel
 ipse major.
 quorum venter) Incepta lectio. Codex habet:
 quorum neuter.
 primum ex more) Leg. ex Cod. primam ex
 more.
 non quasi prohibebant) Deest quasi.
 portenderent) Cod. pretenderent.
 tyrannidi vires in se ipsos tribuebant) In Co-
 dice hæc sequuntur: Cumque procedente
 tempore de die in diem tota Saxonia &
 quamplures alie nationes a rege ipso multis
 injuriis, dampnis, violentiis & calamita-
 tibus lacefferentur; Tandem Episcopi, du-
 ces & Principes & Comites cum omnibus
 Saxonibus ad locum statutum convenien-
 tes, propositis oppressionibus & injuriis, quas
 singuli a rege sustinuerant, omnes conjura-
 verunt, quod libertatem suam contra omnes
 homines defenderent, terramque suam nul-
 lam deinceps violenter predari permitte-
 rent. Nec multo post recta via ad Haries-
 burg, ubi rex erat, cum magno exercitu
 perreverunt - Pergit Editio Meibomii
 pag. 296. ubi mox sequitur: ita ut non
 possent violari) Codex noster: ita ut in-
 de possent videri.
 sive vel bona sua) Cod. sive bona sua.
 Meibom. p. 297. quæ cum patria hereditate)
 Cod. quod hereditate.
 placidum) Cod. placitum.
 quorum consilio) Cod. quorum malo consilio.
 Meibom. p. 298. castellum majusque manere
 volebat) Cod. recte: castellum majus scilicet
 Hartisburgh, quod manere volebat.
 permittebant) Lege: promittebant.
 ejus tum) Codex: ejus tantum.
 summos tamen) Lege cum Cod: summos
 tantum.
 Itaque) Cod. Ita quoque.
 ut quaslibet) Cod. bene: vel quaslibet.
 Meibom. p. 299. male lata mente transiit)
 In Codice adduntur hæc: Et ibi omnes
 Principes, quantum potuit de diversis mun-
 di partibus sibi astringere contra Saxones
 conabatur, sed fere omnibus preter Bobe-
 mos fraudatus pessimum, quod bene sciebat,
 consilium invenit, ut Saxoniam divideret,
 ut Saxonibus contra Saxones pugnantibus,
 qualibet parte prostrata, ipse victor exul-
 zans triumpharet, quod & in magna par-
 te bene effecit.
 Meibom. p. 300. quæ causas nescit) Codex
 addit: pensare.
 tertia secum) Codex: tertia vix secum.
 cederent) Cod. caderent.
 nimio astivo) Cod. ymo estivo.
 perusto) Cod. peruste.
 Meibom. p. 301. adhuc venerabiliter servatur)
 Cod. adhuc in sarcello argenteo venerabili-
 ter servatur.
 Beringa) Cod. Beringa.
 Nechilstedt) Cod. Wichelstedt.
 Meibom. p. 302. fuere diversi) Cod. fuere
 diversi.
 numero quam pauci) Cod. numero quidem
 pauci.
 metus disperferat) Cod. metus discerpserat.
 Obvia quoque) Cod. Obvia queque.
 non ita vicissent) Deleatur non.
 circuire fecimus) Cod. circuire fecit.
 comperimus) Cod. compertum est.
 capere valebat) Cd. capere volebat. minus recte.
 Meib. p. 303. nobis tunc) Cod. terre tunc.
 ita ut jam) Lege: ita ut eam.
 habebat Saxonia) Deest vocula in.
 Meibom. p. 312. ad Machelrikestar) Codex
 habet: Machelrikestad.
 fortibus fortes resistentes) Cod. fortibus for-
 tius insistentes.
 deridere nomen) Deest nomen in Cod.
 Meibom. p. 314. solida calliditate) Cod. so-
 lita call. Legendum: solita call.
 inciperet non refugiat) Cod. legit incipere.
 Falmarus & Prag.) Cod. Volmarus etiam
 Prag.
 & ci cum) Cod. & cis cum.
 Erpbesfort) Leg. & Cod. Erpbesfort.
 Meibom. p. 315. Neuburg Episcopatum) Cod.
 enimque

- eumque in Warmburg episc. Legendum: Naumburg.
- Gronab) Cod. Grona.
- utrimque) Cod. recte: utrinque.
- mendacii) Cod. mendaci.
- plenam se sperantes victoriam) Cod. plenam se sperantes habere victoriam.
- Henricus de Lacha) Puto de Lucia.
- Meib. p. 316. fructicetis) Cod. fructectis.
- Elstrad) Leg. ex Cod. Elstrad.
- quod Henricum) Cod. quod Henricus. Recte: Post Bobemos mittere Germanismum sapit. virtute suam defensuri patriam) Ita bene Codex virtutem suam defensuri paternam.
- Meib. p. 317. Henricus Ex rex) Cod. Henr. Rex.
- Wasara) Cod. Wisera.
- referens honoris) Cod. conferens honoris.
- sacerdotes sancti) In Cod. deest sancti.
- ne nullo) Cod. de nullo.
- perfecerimus) Cod. profecerimus.
- Meib. p. 318. nec res vestras, ut velleis, ab Italia) Cod. nec vestras ut velleis urbes ab Italia.
- Milites ergo) Cod. Milites vero.
- Meibom. p. 319. prediis) Leg. predis.
- Moguntiam malignam cum consilio) Cod. rectius: Moguntiam malignantium consilio.
- anno Domini MCIX.) Leg. ex Cod. M. XCIX.
- animæ suæ) Cod. animæ ejus.
- Meibom. p. 320. castrum quoddam Swinevordia) Cod. castrum quoddam suum Swin-vorde.
- Vadderot) Cod. Wadderob.
- longe hinc) Cod. non longe hinc.
- notetur) Cod. nocet.
- ut pareant) Cod. recte: ut parcant.
- fidelis constituti) Cod. fideles constituti.
- sacra de sacro sacrilega temeritate) Cod. sacra de Deo sacrilega.
- si servus) Cod. sed servus.
- Patrburnensi Pastore) Cod. Padelbornensi ecclesie pastore.
- Meibom. p. 322. imperatorii terrore) leg. imperatorii terroris.
- intromiserunt) In Cod. sequitur: Quod percipiens Henricus rex in hunc, tanquam absque sua institutione institutum tyrannica persecutione deservit.
- Meibom. 323. synodallyter positos) Cod. synodallyter depositos.
- prædictus. Geberbardus) Cod. bene: predictus Geuebardus.
- quo claritas) Cod. quo charitas.
- præcessere) Cod. processere.
3. Idus Junii) Cod. tertio Junii.
- Et quia initium est sapientia Domini timor) Codex rectius: Et qui est initium sapientie Domini timore.
- Nienburg) Cod. Numburg.
- exstationis) Lege separatim: ex stationis.
- MC. obiit) Lege ex Cod. MC. VII. obiit.
- HETELONE) Cod. Hazelone.
- Meib. p. 324. Et clero) Cod. in clero.
- Stuvi) Cod. Stuvi.
- dicitur Archipræsulis) Cod. dicitur tempore Archipræsulis.
- ipsa morte) Cod. ipso morte.
- in caetera) leg. inter caetera.
- Evemberto) Cod. Fremberto.
- victus adsuit) leg. victus aufugit.
- amicis) lege: occisis. Cod.
- incensor) Cod. falso: intentus.
- præpositura Benarensi) Cod. Præpositura Byuarensi.
- Wiperri Vobis) Locus corruptus. In Cod. legitur: Wiperri Vrbs. Excidit re Praefecti.
- A in diebus Pontificis sui) Leg. ex Cod. in diebus Pontificii sui.
- Meibom. p. 325. Tagmonis) Cod. Dagenonis.
- in concione) Leg. ex Cod. in communionem.
- ad placita) Cod. ad placiti.
- turma) Cod. turmas.
- concione) Cod. concionis.
- arque qui qui a nobis) Leg. atque equi, quia nobis.
- Leininge) In Cod. perperam: Lunggen pro Leiningen.
- suburbano) Cod. suburbio.
- B Bobowa) Cod. Bösowa.
- meliortaus) leg. melioratus.
- eripuit) Cod. erupit.
- ejusdem Rodenburg) Codex inserit de.
- in castello Trifels) Cod. in castello Treueris.
- sacramentum) Cod. sacramentorum.
- Meib. p. 326. non solum nobilitate) Cod. non solum scientia.
- subvertione a selli humilis) Cod. subvectione aselli humilis.
- habitans) Cod. habitus.
- frustratus) leg. frustratus.
- Roccaro) Cod. Rockardo.
- posset reduci) Cod. possent reduci.
- C majoris Ecclesie) Cod. majores ecclesie.
- accitis) leg. accersiti.
- Vdone Oleni Episcopo) leg. Vdone Cicensi Ep. sacerdote) Cod. sacerdoti.
- seu prædicare) Cod. semper predicare.
- missarum) leg. missarumque.
- Polidem) leg. ex Cod. Polidensem.
- Meib. p. 327. coepit concitare) In Cod. in tantum, quod ordinaverant eum occidere. Cum enim in bona quinta feria archiepiscopus intromiseret penitentes, quidam vir admiscens se calvestricibus sub habitu penitentis, cum aliis voluit accedere ad archiepiscopum. Sed archiepiscopus in visione premonitus videns illum, dixit familie sue, ut togam illius sublevaret. Quo facto inventus est, cultellum euaginatam, qui RVTELING dicitur, sub toga habere. Qui apprehensus ferebatur ad interficiendum archiepiscopum se fuisse conductum, & veniens petiit veniam ab archiepiscopo, reconciliatus est. Posthec ipse archiep. quorundam suggestionem &c.
- D habitum) Cod. habitu.
- Azelenburg) Cod. Anelenburgk.

- Revenigge) Cod. Rebeningge.
 Deo S. Mauritio) leg. ex Cod. Deo & S. Maur.
 & quibus in loco) leg. ex quibus &c.
 Dedit enim) Rectius: dedit etiam.
 multis honeste dereliquis que habebat vacan-
 tia Locum prædictum) Cod. emendate:
 multis, de reliquis, que habebat vacantia,
 locum &c.
 in illo sitam) leg. in illa &c.
 seu studio) Cod. an studio.
 ejus capta) Cod. ejus accepta.
 nulla expeditione) Cod. recte: in illa exped.
 iterato suscepisset) Codex egregie: iterato
 exinde a Papa Innocentio privilegii confir-
 mationem, que apud nos conservatur, sus-
 cepisset.
 infirmam) leg. infirmari.
 sex menses) Cod. VII. menses.
 Meibom. p. 328. in Confessione nominis Ihesu
 Christi animam reddidit) In Codice manus
 recentior adnotavit: Das laut.
 censuerunt) leg. ex Cod. senserunt.
 idem Godeboldi) Cod. id est Godeboldi.
 Adelbronem. etiam) leg. ex Cod. Adelberonem.
 etiam.
 Frekenleve) Cod. Frekeleue.
 Eftede) Cod. Ekftede.
 Sleswig) Cod. Slieswib.
 Episcopo autem viam) Cod. Episcopo autem
 Adelgoro.
 afferrent) Cod. affererent.
 & confirmatur) Deleatur &.
 procerum Ammenesleve) Codex inserit: de
 vinculam) Cod. vinculam.
 Meibom. p. 329. 4. Non. Augusti) Cod. III. Idus
 Augusti.
 Barum) Cod. Baram.
 Calend. Septembris) Cod. VIII. Kl. Sepr.
 a valva strodorum) Cod. a valva strodorp.
 & hominibus: Item castrum Scraplaw ipse con-
 struxit, castrum Somerschenborg fregit Wer-
 berge) Codex ita distincte: & hominibus,
 item castrum Scraplowe, Ipse construxit ca-
 strum Somersborg, fregit Werwergbe &c.
 Hessewig) Cod. Essenick.
 sigillaret) Inanis lectio. Cod. habet: sigillaret.
 Forte: fistularet sive fidellaret.
 castrum Burgravii) Cod. claustrum Burgra-
 vii.
 Meib. p. 330. volvit) Cod. volavit.
 Hivelgerode) Cod. Hilbelgberode.
 Womeldesburg) Cod. Wymoldesburg.
 super planum fluvium) Cod. super Plavam
 fluvium.
 ad ister) Leg. ad istos.
 in plava) Cod. in Plana.
 Spandoviam) Cod. Spandowe.
 Belitz) Cod. Beltiz.
 Coppenio & Mittelwalde) Cod. Koppenik &
 Middenwalde.
 Sturzberg) Cod. Struzberg.
 Coppeint) Cod. Koppenik.
 Meibom. p. 331. Bessam) Cod. Besam.
 contra Misneam) Cod. contra Misnensem.
 collectio) Cod. collecta.
 Bessa) Befa.
 excussit) Cod. exussit.
 Rogentz) Rogezt.
 miricam) Cod. mericam.
 contra ministeriales suos) Cod. eleganter:
 contra Misnensem in nova terra assiduis in-
 festationibus occupatus misit Ministeriales
 suos cum valida &c.
 Plauen) Cod. Plawe.
 & ut de redemptione) Cod. & ut dicitur de -
 parti Liscensi) Cod. parti Lickensi.
 Ecclesiam) Cod. electum.
 impeditur) Cod. impetivit.
 æstivarium) Cod. æstuarium.
 Haveesburg) Cod. Haukesburgk.
 bene se habuit) Cod. strenue se habuit.
 jactantes glorians) Cod. jactanter glorians.
 Meibom. p. 332. Pauli eremitæ) Cod. Pauli
 primi beremite.
 de eorum consiliorum) Lege: consilio.
 in promptu) Cod. in prompta pecunia.
 conquæri) Cod. conquiri.
 in Angermunden) Cod. in Angermundis.
 quod sit) Cod. quod sic.
 Meibom. p. 333. procurata) Cod. preparata.
 Harliberge) Cod. Harligbeberg.
 Lusaria) Cod. Lusicie.
 B vel obligavit) Cod. & obligavit.
 Cum enim Episcopus Guerram contra Mini-
 steriales Ecclesie concitasset in obsidione ca-
 stri Niengatersleuen &c.) Codex ita:
 Cum enim idem Episcopus haberet guerram
 contra Ministeriales ecclesie & esset in obsi-
 dione castri Niengatersleue -
 hæc duo ipsi) Cod. & hæc duo officia ipsi.
 Meibom. 334. Parding) Cod. Varding.
 Randolve) Cod. Randowe.
 Ipse enim) Lege: Ipse etiam.
 qui solum) Cod. qui tamen solum.
 Kervenhoffe) Leg. ex Cod. Nyeuboue.
 Avagnia) Cod. Anagnie.
 C depradatus) Leg. depradata.
 Schoenbeck) Cod. Sconebecke.
 Meibom. p. 335.
 agnetas) Cod. agnellas.
 de Schrapelawe) Cod. de Scraplowe.
 Domini iudicio) Cod. divino iudicio.
 Romæ Apostolorum) Leg. ex Cod. Rome in
 festo apostolorum.
 præstitissent) Cod. perstitissent.
 finaliter tum) Cod. finaliter tamen.
 de jure Romani Principis) Cod. de jure juran-
 do c. Romani Principes.
 mirabiliter) Leg. miserabiliter.
 D a se ipsis) Cod. in se ipsis.
 Meibom. p. 336. Episcopum sive Coromacen-
 sem fratrem Episcopum de Bolenum,)
 Legendum ex Cod. episcopum scilicet Coro-
 macensem fratrem Johannem de Bokenum -
 ad studia generalia) In Cod. deest: generalia.
 Barbei) Cod. Barboye.
 reedificavit) Cod. inserit: Item edificavit ca-
 strum in salina, quod cives admiserunt.
 Jemi destructa) Cod. semideserta.
 A. Episcopi si solverent exacta) Cod. A. Epi-
 scopi, solverunt exacta.
 Cives enim) Cod. Cives ergo.

- Meibom. p. 337. *Watersleue*) Cod. *Waurzleue*.
placitando) Cod. *placitando*.
Lusatia) Cod. *Lusacie*.
castro qui) Cod. *castro quod*.
reliqui remanserunt) Cod. *reliquie*.
MCCCXVIII.) Cod. MCCCXXIII.
Holsatia) Cod. *Holsatia*.
Meibom. p. 338. *fed eodem*) Cod. *sub eodem*.
atrocissus) Cod. *atrocis*.
Wernigerod) Cod. *Werningrode*.
Gardinius) Cod. *Gardunus*.
Hadnersleben) Cod. *Hadmersleue*.
accediarentur) Leg. ex Cod. *attediarentur*.
in Christum Domini) Cod. *in cristum Domini*,
i. e. unctum.
vel illis) Cod. *ve illis qui* - -
viri sunt desperati) Cod. recte: *viri scilicet*
tam desperari.
errasse) Cod. *oberrasse*.
Meibom. p. 339. *cessavit*) Leg. *cessavit*.
habitudine) Cod. *habitatione*.
Heydenricum Eipen) Cod. *Heydenricum de*
Erpez forte de Erfa. In Cod. nostro igno-
ta manus annotavit: *Hic itaque inseritur*
ab aliis Herdwicus de Erpeden dictus, teste
PANTHAL. Sed AND. WERN. eum B
Heiderum appellat, qui Romam pallii cau-
sa profecturus in itinere captus fuerit, ideo-
que in morbum incidit & mortuus Ihenaci
sepultus sit. PIRNENSIS MON. nomi-
natum hunc dicit fuisse de Brandefels Do-
ctorem Francicum, & in itinere versus Ro-
mam captum ab Ottone de Stuterheim Tu-
ringo & in vincula coniectum post duos an-
nos obiisse, quare & Stuterbemia familia
ex Turingia ejecta.
& licet aliquando: *duros tractatus fuerit, ci-*
tra ipsos nunquam tamen movit eis guer-
ram.) Corrigendum ex Cod. & licet ali-
quando *duros tractatus habuit contra ipsos,*
nunquam tamen movit eis gwerram.
parator) leg. *paratos*.
ad incendium thecas) Cod. *ad incendendum*
tecas.
pannicidarum) Cod. *pannicidarum*.
Lobio) Cod. *lobio*.
Meibom. p. 340. *in sua novitate*) Cod. *esset*
in sua - -
in totum hoc negotium fratri) Cod. *in totum*
hoc negotium fratrem.
quod Ecclesia eorum) Cod. *quod Ecclesie eo-*
rum.
reconciliari) leg. *reconciliari*.
Ecclesiastica recipienda ab illicaverunt) Cod. D
ecclesiastica & feoda habilitaverunt.
induxerunt) Cod. *indixerunt*.
in executoribus) leg. & *execut*.
magnum ventorum) Cod. *magnorum vento-*
rum.
de caelo ad locum) leg. ex Cod. *de loco ad lo-*
cum.
custodi) Cod. *custodie*.
Magistro Vinearum) In Cod. *magistro Viniar*.
debet esse nomen proprium.
Luciferanorum) Cod. *Luciferianorum*.
asseveravit) Cod. *assertive tenuit*.
Menckenii Scriptor. Rec. Germ. Tom. III.
- Meibom. p. 341. *Henrici filius*) Cod. *Henri-*
ci filii.
est perorta) Cod. *regnavit*.
per ferrum & ignem & aliis) Cod. *ferrum &*
igne & aliis - -
honore) leg. *honori*.
Multi etiam) Cod. *Multi tamen*.
Meibom. p. 342. *Unde isto*) Cod. *Unde iste*.
Fercham) Cod. *Ferichow*.
delata) Cod. *velate*.
faciebus autem) Cod. *faciebus etiam*.
Hac facta periculose erant) Cod. *Hec secta*
A *periculosa erat*.
dictum est propter) Cod. *dictum est, & pro-*
pter.
Angheru) Cod. *Angheren*.
Saltrenbagen) Cod. *Stoltenbagen*.
captivos duces) Cod. *captivos ducens*.
munitionem) Cod. *munitionum*.
letator) Cod. *zelator*.
illum Imperatorem) Cod. *illustrissimum Imp.*
Meib. p. 343. *Jutenburg*) Cod. *Juterbok*.
intra) Cod. *infra*.
redemit hoc castrum) Cod. *redemit bec. Ca-*
strum &c. B
Loborg) Cod. *Louburgh*.
Croszig) Cod. *Croszewic*.
Langenboge) Cod. *Langebowe*.
Weddinge) Cod. *Widdigbe*.
Dalewestlebe) Cod. *Dalewersleue*.
tamen propter magnitudinem) Cod. *tum pro-*
pter - -
Gebichenstein) Cod. *Geuekesten*.
Buxdorf) Cod. *Bruxdorp*.
Conir) Cod. *Conre*.
in Specialibus) Cod. *in spiritualibus*.
secularium) *secularium*.
nimis caute) leg. *minus caute*.
C Meibom. p. 344. *abortivo*) Cod. *abortivo*.
Ostenburgensis) Deest in MSc.
Duces Sax. tres Marchiones Misnen: duo Du-
ces Brunsvigenses, tres Comites de Anhalts,
4. nobiles de Hartmersleue, tres nobiles de
Querfort, 5. de Scrapelaw; tres Comites de
Swartzburg, duo Com. de Regenstein, duo Co-
mites de Honstein - -) Cod. ita distinguit: *Du-*
Sax. tres, Marchiones Misnenses duo, Du-
ces Brunsw. tres, Comites de Anehalt qua-
tuor, Nobiles de Hademersleue tres, No-
biles de Quernuorde quinque, de Scrapeloue
tres, Comites de Swarzeborg duo, Com-
de Regenstein tres, Comites de Honstein
duo - -
cum suis comitibus) Cod. *cum suis comitivis*.
mensa sua Episcopis) Cod. *mensa sua cum Ep.*
Et hic solemnitaris) Cod. *Et sic solemnitaris*.
quo assumpro) Cod. *qui assumpro*.
bene largam) Cod. *satis largam*.
nova signa) Cod. *nova insignia*.
Meib. p. 345. *fuerit 23. a tempore*) Cod. *Jue-*
rit videlicet a tempore.
Sed nunc isto) Ingens ille hiatus, qui est in
Editione Meibomii, feliciter ex Codice
nostro suppletur hoc modo: *Sed nunc isto*
tempore Urbanus Papa quintus cum colle-
gio Cardinalium de Avinione se transferre
Aa digna

Sec̃ta Beg-
hardorum
& Begina-
rum inquisi-
turus.

dignatus est Romam anno Domini MCCC
LXVII. Sub ejusdem decursu temporis se-
cta Beghardorum & Beginarum, que li-
cet dudum in Viennensi concilio a Clemen-
te Papa quinto damnata & reprobata fue-
rit, adhuc tamen secte relique (forte: re-
liquæ) sub quodam fuce religiositatis in
quibusdam partibus Alamanie remanse-
rant. Nunc per inquisitorem heretice pra-
vitatatis videlicet Magistrum Walterum
Kerlingber, ordinis Predicatorum, sacre
Theologie Doctorem, ad huiusmodi inquisi-
tionis officium auctoritate apostolica in cer-
tis partibus Alamanie deputatum, isto tem-
pore in Magdeburg & in Erfordia & in par-
tibus est abolita & deleta propter articulos
nefandos & hereticales in Constitutionibus
Clementinis titulo de hereticis capitulo:
Ad nostrum dudum damnatos. Quos qui-
dem articulos plurime persone de secta me-
morata adhuc inquisitionis tempore sapere
& tenere damnabiliter sunt invente. In-
ter huiusmodi autem utriusque sexus perso-
nas quodam, licet statui quidam illius secte
exteriori habitu & conversacione videren-
tur conformes, ab erroribus tamen insones
extiterunt, quedam vero licet ab erroribus
infecte, corrupte tamen resilierunt, fidem
catholicam profitentes. Et hec utroque in
statu simplici Cristiane religionis sunt di-
misse. Nonnulli vero in sua vesania per-
tinaciter perdurantes, maxime in Erfor-
dia & partibus ibidem vicinis sunt crema-
te. Insuper in isto Domino archiepiscopo
erat illud bonum memoria dignum, quod li-
cet ipse austerus ad extraneos videretur, ad
intraneos tamen terre satis placabilem &
tractabilem se exhibuit ad ea que sunt pa-
cis: Unde ipse cum civitate Magdeburg
semper in bona pace stetit, & si quando quid-
quam scrupulositatis & discidi inter eos
subortum fuerit, hoc mox per unum utriusque
parti placitum atque fidum mediatorem in-
tercipiebatur & intervenientibus placitis
amicabilibus absque commotionis turbine ad
amicabilem concordiam reducebatur. Fuit
etiam iste Dominus zelator pacis non solum
per totam terram suam sed etiam per terras
vicinas quantum potuit. Unde cum in ca-
stro Stekelenberg prope Bodam, quod erat
Domini de Haldemersleue, residerent rap-
tores, qui spoliabant undique viatores!
ipse Dns Archiepiscopus cum gente sua ob-
sedit illud castrum & obtinuit atque fregit.
Item cum Dominus de Sculenburg in via ad-
eundi ad Dominum archiepiscopum captus
esset a Domino de Egbelen, illius publico in-
imico; Ipse Dns archiepiscopus vadens in
Egelen, ipsum Dominum de Egbelen ar-
avit in tantum, quod oportuit sibi illum ca-
ptivum liberum presentari ad currum suum,
eo quod conductu suo & itinere veniendi ad-
eum captus esset. Preterea cum de quo-
dam castro Domini Episcopi Hildense-
mensis scilicet Walmede per residentes in eo

Theodori-
cus A. Ep.
predones
persequi-
tur.

in quoslibet transeuntes per vias multa
spolia committerentur, nec Dominus Hil-
densemensis requisitus a Principibus reme-
dium haberet vel adhiberet; Tandem iste
Dominus Theodericus archiepiscopus una
cum Domino Alberto Halberstadeni episco-
po & Duce magno de Brunswic consilio in-
vito pro communi pace terre copiosum ex-
ercitum congregaverunt, & terram Hil-
densemensem intraverunt. Ubi postquam
per duos dies devastaverant terram incen-
diis & rapinis, tertia die locaverant se
prope civitatem Hildensemensem ad unum
miliare. Egressus ergo Episcopus Hilden-
semensis cum sua gente pauca quidem in-
comparacione istius exercitus, illi pedestres
aggressi sunt istos. Isti autem de exercitu
partim erant equites & partim pedestres,
sed absque ordine acierum, qui ad bella re-
quiritur, & ideo bellum perdiderunt. Nam
ut dicit quidam sapiens, in omni prelio non
tam multitudo quam ars & ordo solet pre-
stare victoriam, & multum copiosus exerci-
tus magis propria multitudine quam bo-
stium virtute deprimitur, quando non bene
castrorum acies ordinatur. Hec ille. Igi-
tur isti in exercitu de sui multitudine confi-
dentes inordinatu tumultu in hostes insilie-
runt. Ex quo tumultu plures pedestres in ex-
ercitu per equestres ejusdem partis fuerunt
pedibus equorum conculcati & mortui.
Multi etiam de exercitu fuerunt ab hosti-
bus captivati & plurimi interfecti, & sic
bello perditio, reliqui, qui potuerunt, fugam
acceperunt. Hoc factum est anno Domini
MCCCLXVII. tertia die Septembris. Sed
unum divine propitiacionis beneficium ibi
prestavit Deus, quod vexillum beati Mau-
ricii, quod in ipso exercitu habebatur, cau-
relose fuit conservatum & salvum ad lo-
cum suum in Magdeburg reportatum. Un-
de bene verificatum fuit illud vulgare pro-
verbium, quo dicitur, quod vexillum Scti
Mauritii suffragatur non ad invadendum
sed ad defendendum, vulgariter:
Dey en wil nicht herenn
Sunder sy wil werenn.
Porro inter mortuos in bello precipue fuerunt
isti: Dominus Woldemarus Comes de Anbalt
de subpedibus conculcatis) Cod. de sub pedibus
equorum conculcatis.
(Henricus Gryben de Wernlinge) Cod. Hin-
ricus Griben. Hinricus de Wenerlinge.
(Joannes de Oberge) Cod. Jan de Oberg.
Werden) Cod. Wederden.
Hacseborne) Cod. Hakeborne.
Dismarke) Cod. Bismarke.
miraculosum) Cod. miraculose.
Domini) Cod. Addit. Magdeburg.
placitum est) Cod. placitatum est.
Theodorus) Cod. Theodericus.
Meibom. p. 346. per centum) leg. per certum.
quod presentia) Cod. pro presentia.
ferronem) Cod. ferronem.
marcarum) Cod. marcas.

omni-

omnibus pauperibus) Cod. communibus pauperibus.
 Luchtmostensem) Cod. Luthmoschblensem.
 & consensu & Canoniorum) Cod. & consensu Prælatorum & Canoniorum.
 balteorum) Cod. balteorum.
 conscientiam ferre) Cod. Conscientiam ferire.
 fallere) Cod. false.
 aues mansuetas) Ridicule! Cod. aures mansuetas.

destinas) Cod. destinans.
 defectos) leg. defectus.
 Luthbomischemensem) Codice: Luthbomischemensem.
 Rom. Ecclesiæ) Cod. Romana ecclesia.
 Meib. p. 347. volatiles reliquias) Cod. notabiles reliquias.
 Vexilli) Cod. vexillum.
 nunc & in futurum) Hic finit Codex noster.

XIII.

GEORGII TORQVATI, MAGDEBURGENSIS,

PONTIFICUM ECCLESIAE

MAGDEBURGENSIS

SERIES ET ORDO AB EXORDIO FVNDATIONIS SVAE VSQVE IN PRAESENS VIDELICET AD ANNUM DOMINI 1513.

EX CHRONICA ARCHIEPISCOPORUM QUAM BREVISSIME
 A. 1562. EXCERPTUS PASSIMQVE AVCTVS,

NUNC

CVM CHRONICO MAGDEBURG.
 MEIBOMIANO

COLLATVS.

Magdeburgensis Ecclesiæ Pontificum series & Ordo ab exordio foundationis suæ usque in præsens videlicet ad annum Dni 1513. ex Chronica Archiepiscoporum quam brevissime collectus.

I.
 Adelbertus
 primus
 A. Ep.
 967.

A Delbertus primus Archiepiscopus Magdeburgensis de anno Domini 967. presedit annis XIII. Menses VIII. Vir magni meriti ac nominis de Cenobio Trevirensi S. Maximi ad Abbatiam in *Weissenburg* assumptus. Deinde ab *Ottone* primo, quem *Magnum* dicunt, Cæsare fundatore ad Ecclesiam Magdeburgensem promotus & cum literis commendaticis *Roman* pro pallio atque privilegiis Apostolicis super Archiepiscopatu & primatu aliisque ad Ecclesiam impetrandis missus, cum quibus obtentis rediit tempore papæ *Joannis XIII.*

II.
 Giselarius II. Archiepiscopus Anno 982. Giselarius sedit annis XXII. Hunc *Otto* secundus de clastro Magdeburgensi assumpsit, & eum (a) defuncto *Buffone* Mersburgensi primo Episcopo eidem Ecclesiæ præfecit. Hic cun-

ctos Principes & Cardinales pecunia corripit, Archiepiscopatum ambiens, votoque potitus promotionem *Ottonis* secundi pallium suscepit a Papa *Benedicto VII.* Ecclesiam Mersburgensem simul ac Magdeburg. tenuit, dilapidator Ecclesiæ Mersburgensis fuit, ut Archiepiscoporum Cronica, persequitur. *Dagena III.* Archiepiscopus Anno Dni M. X. sedit annis VIII. Mensibus 4. diebus 8. pallium a Papa *Joanne XIX.* suscipiens. Hic pro restauratione bonorum Ecclesiæ Mersburgensis animum intendebat auxilio Regis Romanorum *Heinrici*, qui ipsi Ecclesiæ *Guilbertum* Capellanum suum in Episcopum prescit, quem *Dagena* Archiepiscopus consecravit in Episcopum, assistantibus sibi suffraganeis suis Episcopis.

III
 Dagenæ
 1010.

WALTHARDUS III. Archiepiscopus Anno Dni M. XVIII. sedit per hebdomadas septem, diebus duobus. Hic nobilissimis parentibus ortus, patre *Erep.* & matre *Amulrat* vitæ laudabilis, ab *Adelberto* primo honoratus, pariter a *Giselario* quoque, qui præposituram ei contulit, cui laudabiliter præfuit. Ipse ecclesiam rotundam post Magdeburg.

IV.
 Walthardus.
 1018.

(a) Chron. Magdeb. Meibom. p. 278. clarius ita: *Imperator eum de clastro Magdeburg. assumptum capelle suæ præfecerat, postea quam defuncto Mersburgensi Episcopo Buffone quorundam interventu ipsum illi substituerat.*

leb. civitatis incendium incineratam a fundamentis crexit, ubi congregationem Canonicorum institueret proposuit sub dotē proprietatis suæ de prædio in (b) *Osulffede*, sed morte preventus hæredum suorum dispositioni hujusmodi exequenda reliquit.

V. *Gero.*
1018. GERO V. ARCHIEPISCOPUS Anno Dni M XVIII. sedit annis 10. mense uno. Hic baculum pastorem a Rege *Heinrico*, pallium a Papa *Benedicto* accepit.

VI. *Humfridus.*
1028. HUMFRIDUS sextus Archiepiscopus Anno Dni MXXXVIII. sedit annis XXVIII. Mensibus duobus. Hic primum Wirtzburgensis fuit Episcopus a Rege *Heinrico II.* Magdeb. Ecclesiæ pontifex sublimatus, Vir vita ac Religione pollens, Sanctuarium Majoris Ecclesiæ majus & competentius erexit, sub quo Criptam in honorem S. Kiliani prioris sui patroni construxit & fundavit, quod una cum *Husoldo Mersburg.* & *Godescalco Havelburg.* Episcopis dedicavit. Idem quoque præbendas fratrum adauxit. Et ecclesiam S. Petri & Nicolai a fundamentis erexit. Corpora etiam Antecessorum suorum *Dagononis* & *Waltbardi* de Occidentali Choro transferens juxta *Adelbertum* & *Geronem* in medio Monasterii tumulavit. Ipse vero in Orientali choro ante gradus Sanctuarii, quod adificaverat, sepelitur Anno 1059.

VII. *Engelbardus.*
1059. ENGELHARDUS Septimus Archiepiscopus Anno Dni MLIX. sedit annis XII. Capellanus fuit *Heinrici III.* a quo suscepit baculum pastoralis officii, pallium a *Leone* papa IX. transmissum accepit. Vir erat omni genere probitatis præditus, Archiepiscopali (c) dignissimus, in oculis Regum ac Principum gratiam habens & acceptus. Vitio tamen carnis prorsus non resistebat, ut fertur. Cujus corpus in medio Monasterii requiescit.

VIII. *Weinerus.*
1064. WERNERUS Octavus Archiepiscopus Anno Dni MLXIII. sedit annis XIV. Hic summum altare consecravit Anno MLXXVII. in ecclesia summa. Et eodem anno Idem Archiepiscopus in prelio fugiens occiditur. Sub idem tempus *Heinricus* tertius Imperator in *Hercinia Sylva* juxta pagum *Botfeldt* subita morte occumbens moritur. Cui filius *Heinricus* quartus, [quem plerique tertium appellant, eo quod primus *Heinricus*, *Ottonis* D magni pater, in linea imperatorum numerari non solet, quia in *Germania* tantum, non in *Italia* imperavit, nec a Papa coronatus fuit] successit. Puer hic quinquennis unanimi Principum Electorum decreto in regnum paternum susceptus est, sub datis tutoribus matrisque *Agnæ* Imperatricis Cura Romani Imperii gubernacula tenens. Qui dum molliter educatus Vitio carnis a teneris infectus, libidinofam adolescentiam petulantis-

sime egit ad constuprandas feminas quaslibet speciosas & honestas animum intenderat, supra id quod duas aut tres concubinas in suo contubernio secum foveret. Parum etiam absuit, quin a foeminarum honestissimarum parentibus atque maritis, dum noctu plerumque clanculum matronarum congressum peteret, vita quandoque periclitaretur. Conthoralem suam genere formaque præstantem, quam Principum consiliis persuasus animo parum tum inclinato duxerat, post consummatas nuptias mox adeo sibi exosam fastidivit, ut nunquam, nisi invitus vultum ejus intueretur, crebro divorii causas appetens, quo liberius per solita adulteriã grafaretur. Qua de re quendam suorum Aulicorum instruxit, qui Reginae concubitum expeteret, ingenti premio illi promisso, si ea potiretur, animo secum reputans, conjugem juvenulam illi concubitum non denegaturam. Regina vero cordata mulier has structas insidias intelligens, huic aulico pudicitiam ejus crebro importuniusque tentanti, se tandem votis suis ad noctem insequentem velle annuere simulat, quod ille Regi lætaturus insinuat. Pergunt igitur alacres ambo ad horam statutam, addens se socium Rex, idcirco ut conjugem coeuntem cum adultero deprehenderet, qua occasione suscepta, illam repudiaret aut forsitan interimeret. Pulsante vero jam ad ostium Reginae adultero, & ea mox aperiente, Rex veritus ne altero intromisso secluderetur, ipse prope & latenter ad thalamum irrumpit, quem ilico Regina agnoscentes, adultero foras secluso, puellarum auxilio petito, regem clausis foribus pro adultero scabellis, fustibus, (d) hastis, & quicquid puellares manus arripiunt, usque ad necem pene immanissime feriunt. Ipso autem inter verbera vociferante, ut insanire desinant, & se regem ad reginæ thalamum properantem tantis opprobriis ne afficiant; Illa reclamans, *mentiri te regem audes furcifer desperatissime; regiam thorum violare tentans. Non sic Regii moris est, clandestinæ Reginae thalamum petere.* Multis interea verberibus dirissime Rex pulsus, semivivus camera ejicitur, hostio clauso, Regina quieti nocturnæ se committit. Ille vero hanc ignominiam ingenti cum pudore susceptam, nemini a se referre ausus, & adversa valetudine alia simulata spacio mensis integro in lecto æger decumbebat. De quo, cum restitutus surrexisset, odio majore in conthoralem contracto, mox ad solita flagitia perpetranda rediit, cuius mulieri, cuicumque etiam nupta esset, vel justitiam vel gratiam ab eo petenti, si ad ejus concubitum admitteretur, ad vota quæque petita etsi injusta, facile concessit. E diverso autem, adulterii congressu sibi

Tantat
pudicitiam
uxoris

Male mul-
satur.

(b) Chron. Meibom. p. 284. corrupte: *Osulffide*.

(c) Omissum est: *Officio*.

(d) *Hæste* desunt ap. Meibomium p. 289. & improbabiliter hic inter arma Reginae referuntur.

sibi denegato; petentibus foeminis quæque iusta pro iniustis damnavit. Sorori propriæ Sanctimoniali hanc nefandam ignominiam intulit, quod ulnis suis propriis corpus ejus tenuerit ad concubitum, ut a quodam sacrilego mandato suo ad id coacto, eo spectante, violenter stupraretur. Horridum ac stupendum sane facinus in sororem unicam, Sanctam Christi sponfam, quod hic atrox animus, timore Dei postposito, tam impie admittendum præsumserit. Vendidit hic *Henricus* sedulo Episcopatus precio cariori, quo potuit, non pro qualitate meritorum quæquam instituens, sed qui plus auri contulit, hic dignior apud eum quolibet Episcopatu fuit. Addidit quoque, si quis Ecclesiam non vacantem, cui jam Episcopum præcessisset, peteret, majore largitione promissa, quam a priori promotio acceperat, exorbitantibusque suis facinoribus collaudatis, hunc in locum Episcopi jam instituti præfecit, altero exinde amoto, illumque ut virum venerabiliorum consecrari iussit. Accidit ergo, plures Episcopos eo tempore Ecclesiis civitatibusque prælidere, viros Episcopali quidem Vocabulo indignissimos. Bambergensem Episcopatum idem *Henricus* pro immensa pecunia uni contulit, qui nummorum characteres monetæ cujuslibet alacrius quam Pfalterium legere potuit. Hic ad vigiliam paschæ primam lectionem in officio divino pronuncians legit: *Terra autem erat inanis & vacca*. Ipse quidem vacca, bipes bestia, virtutibus vacua! Arces quam plurimas ultro citroque hic *Henricus*, non in tuitionem terrarum, sed grassatoribus suis ad spolia rapinasque fovendum locavit, depredationibus gaudens, de quibus passim *Saxonia* tota aliisque circumvicini populi cedibus ac rapinis assiduo afficiebantur. Tandem injuriis gravissimis crebro lacessiti Episcopi; Duces, Principes, Comites cum omni *Saxonum* gente, maximo exercitu conflato, Castrum *Hartzborg* fortissimum, quod erexerat & habitavit, obsidione cingere tentant, *Hinrico* per legatos nunciantes, ut arcem una cum cæteris, in quibus prædonum universam provinciam depopulantium receptacula forent, ilico demoliri mandaret, alioqui se ipsos ad destruendum illas, auxiliante Deo, jam accinctos adesse. Rex vero animos universorum in se concitatos videns, seque tam numerofo exercitu circum vallatum, dum has copias militares ad pacem flectere nequiret, celeri fuga rebus suis consuluit, ad *Franciam Orientalem* mox se se propiciens. Facta est hæc fuga anno Christi septuagesimo tertio supra Millesimum. Subinde rustica turba eadem castra sequens, ex terris circum vicinis collecta, ob graves injurias susceptas, damnaque passa ad vindictam prona arcem memoratam *Hartzborg* ilico demolitur; eam solo æquando simul cum monasterio de prope fundato, ut pene lapis super lapidem relictus non videretur, omnis regia gaza, & quicquid preciosi, tam in arce quam in ecclesia serva-

batur, diripitur, expoliatur, campanis contractis & concussis. Ossa filii Regis fratrisque defunctorum illic sepulta effodiuntur, quæ luto ignominose contaminata per aera projecta sunt & dispersa. Rebus illis demum pacatis, Rex arcem solotenus dirutam intuitus interno dolore (etsi nullo exteriori indicio dato) motus, iussit & reliquas arces munitissimas ad tuitionem Regni constructas demoliri, *Saxonibus* in odium inter quos seditiones seminare studuit, ut tanto facilius, ipsis divisis, vindictam ab eis sumere posset; quod opera & per medium unius Cenobitæ tandem majori & parte effecit. *Wernero* archiepiscopo Magdeburgensi prememorato pulverem pigmentarium egregiæ laudis misit contra plurimas infirmitates utendum; quem sibi a matre sua ex *Italia* transmissum finxit. Cujus portionem Archiepiscopus catulo dedit, qui mox, eo delibato, moritur. Varia portenta hoc tempore contigerunt undique. Celebrante *Wernero* Episcopo, Mersburgensi officium Missæ, & posita particula corporis Christi in calice, quæ subito fundum petiit, quasi ea pars hostiæ fractæ in plumbum redacta esset. Insuper in Villa *Weddingen* presbyter vitæ ac moribus laudabilis inter celebrandum vidit vinum in calice consecratum in sanguinem verti colore sanguineo, quem ad civitatem Magdeburgensem attulit, ubi adhuc hodie sanguis illæ guttæ apud Ecclesiam majorem in reconditis cum veneratione servantur. Atror subinde prelium inter *Saxones* disidentes subortum est, procurante rege, eos in graves discordias per medium monachi predicti perducente; unde ad ingentem conflictum simul insurgunt, ut pater filium, & filius patrem occidere non erubesceret. Interea rex amplo exercitu collecto in medios confluentes *Saxones* irrumpit, dum tanta coeli esset ariditas, pulverumque facta commotio, ut alius alium, an hostis aut civis, aut amicus foret, non agnosceret. Anno post Christum natum septuagesimo quinto supra Millesimum Idus Juny, Rex tandem victor lætus in *Saxoniam* reversus iterum ab adulteriis minime temperans, libidine sua passim in Ecclesiis cum foeminis expleta, ipsas pollutas foeminas una cum Ecclesiis incendiis factis incineravit. Unde tota fere *Saxonia* magna ex parte devastata visa est, dempra Diocesi ac civitate Magdeburgensi, quæ sanctorum meritis, aut precibus, quorum reliquiarum ossa ibi venerantur, ab hac tyrannide defensa videbatur. Nam sanctæ ancillæ cuidam Cenobitæ ante prælii inirium revelatum extitit, si ad terminos quoslibet diocesis caput Sancti Sebastiani ibidem servatum deportaretur, Rex ingredi nequiret, quod ea delatione ad Dioceseos confinia exportatum est, ipso rege appropinquante ad eodem fines, qui terrori concitus retrocessit, Magdeburgensem Archiepiscopatum non intrando. Altero vero bello subsequente restaurato, *Wernerus* Archiepiscopus Magdeburgensis fugiens, dum pro parte Regis *Rudolfi* electi cum *Saxonibus* ad pugnam venerat,

Ejus simonia.

Insidiatur *Wernero* A. Ep.

1075.

Hartzburgum destruitur.

Weneri
mors.

rat, post incertam Victoriam, ab utraque parte fugientibus cerratim in sylva (e) quæ *Loyne* appellatur, ab insidiatoribus est interemptus. Cæterum *Wernerus* Episcopus Mersburgensis, veste rebusque omnibus expoliatus ad propria nudus rediit. Capti sunt in eadem fuga (f) *Berna* Romanæ sedis archidiaconus, *Sifridus* Archiepiscopus Moguntinensis, *Albertus* Episcopus Wormaciensis. Corpus *Weneri* archiepiscopi Magdeburgensis in Monasterio S. Mariæ Magdalenæ, quod erexit, celebriter est sepultum. Ex parte nostra præter Archiepiscopum, nemo magni nominis interiit in hac pugna, per regem *Hinricum* a Papa *Gregorio* VII. excommunicatum ex una & ducem *Suevorum Rudolfum*, contra hunc *Hinricum* in Regem a principibus in *Moguntia* electum, postea tamen ab eo prelio victum & interemptum ex altera partibus. Commissum est hoc prelium anno Christi 1070. Captus demum hic *Hinricus* tertius, postquam *Saxones* sub jugum miserat, ab *Hinrico* filio proprio quem Principes Casarem creaverant, in pedore & situ carceris defunctus est, & in templo Spirensi sepultus. Itaque tandem impii patris impius filius *Hinricus* IV. qui & hostis Ecclesiæ fuit, in Romano imperio successit. Fuit hæc digressiuncula aliquanto prolixior ob hujus *Hinrici* Cæsaris detestandam ac pene Neronianam seviciam, quam hic commorare libuit incidenter, de cujus ingenii ferocia plerique scriptores alia non pauca meminerunt.

IX.
Hardewicus.
1079.

HARDEWICUS Nonus Archiepiscopus Anno Domini MLXXIX. fedit annis XXII. mensibus X. diebus X. Hic fuit Moguntinæ Ecclesiæ Canonicus, & Præpositus Erfurdensis, Vir illustris ex genere Principum *Francorum* exortus. Visionem quandam vidit nocturnam, & in somno religiosus quidam frater Magd. tempore mortis hujus Archiepiscopi fere per similem huic, quæ de *Udone*, Archiepiscopo fabulari solet, ut puta coelum Sanctorum cum S. Mauricio patrono in Ecclesia congregari, ubi prefatus Archiepiscopus *Hardewicus* in medium productus, accusatus est, quod bona Ecclesiæ male dispensaverit. Hic vestibibus episcopalibus spoliatus ab eisdem ex choro detenditur expulsus. Ille terrore expergefactus, subinde quibusdam Dominis de Capitulo senioribus visionem enarravit, qui mox per Capitulum ad Archiepiscopum mittitur ad exhortandum ipsum de emendatione vitæ; Cui in medio itineris corpus Archiepiscopi jam defuncti ea nocte, qua hanc Visionem ipse frater viderat, obviam defertur ad sepulturam Ecclesiæ Magdeb. faciendam.

X.
Heinricus.
1103.

HEINRICUS Decimus Archiepiscopus Anno Dni 1103. fedit annis 4. Mensibus 8. unanimi consensu chori, populi ac Principum terræ electus, quod ille dum intelligit, medio no-

cte aufugit, qui postea per medium Nobilium quorundam Legatorum reductus est invitus, quem *Hinricus* quintus Rex confirmavit electum. Hic a Magd. cum cantico lætitiæ suscipitur: *Aduenisti desiderabilis*, & jocunde intronifatur.

ADELGOTUS XI. Archiepiscopus Anno 1108. fedit annis XI. mensibus XI. diebus XXI. Virgam pastoralem ab *Hinrico* V. Rege Romanorum suscepit, pallium a Papa *Pascali*, consecratus ab *Heselone* Episcopo Havelburgensi assumptus ex præpositura Halberstadenfi, utrobique visceribus pietatis Christi fideliter inserviens, dum hos ad meliora accenderet, illosque a pravitate compefceret. Hic duas congregationes clericorum instituit, unam in Magdeb. sub titulo Beatorum (g) Petri & Pauli & Nicolai in Ecclesia, quam olim prædecessor suus fundaverat, alteram in *Hallis* ad honorem B. Mariæ Virginis a fundamento erexit *Novum Opus* Anno 1119.

BOCKARDUS (h) XII. Archiepiscopus Dni 1119. fedit annis sex, qui a Bambergensi Ecclesia de licentia sui Episcopi *Adelgato* Archiepiscopo Magd. præsentatus congregationi fratrum aggregatus est, baculum a rege *Hinrico* quinto tunc excommunicato ex more non suscepit. Consecratus ab Episcopo *Hedwigo* Misnensi, Pallium vero a Papa *Calixto* accepit. Hic variis corporis ægritudinibus laboravit.

NORBERTUS XIII. Archiepiscopus Anno 1126. fedit annis septem, mensibus 10. diebus 20. Hic vita laudabilis in Cilicio asperimo, tunica lanea coopertus, limina S. Petri & Pauli ante Episcopatum ademptum in urbe *Roma* nudis pedibus adivit, gravem fatis poenitentiam pro nonnullis excessibus peregit. Miræ vir eloquentiæ, doctrinæ & ingenii plurimos sibi attraxit prædicatione Verbi Dei, sicque per annos septem in Evangelio Pacis nudis pedibus ambulans, tandem de mandato Papæ calceis usus. Postremo in *Francia* sibi ac discipulis suis pauperibus in heremo quodam monasterium Præmonstratensium construxit, ut pariter in *Colonia* fecit ex regula S. Augustini Regularis vitæ modum eliciens. Defuncto autem Archiepiscopo Magd. *Bockardo*, Clerus ac populus de novo pastore deligendo in discordiam versi graviter, unde majores Ecclesiæ a legatis Apostolicis *spiram* accersiti accedunt, abdicatisque hinc inde in dissensione personis electis, (tres namque elegerant) communicato régis ac legatorum Papæ Consilio & assensu, hunc *Norbertum* quamvis renitentem elegerunt. Qui mox regalibus suis a Rege investitus est, & a Havelburgensi & Brandenburgensi Episcopis consecratus est, a Clero denique & a populo ingenti cum gaudio susceptus, accepto pallio ab *Honorio* Papa. Hic res & bona Ecclesiæ adaugere coepit. In civitate Magdeburgensi apud monasterium

(e) In Meibomio p. 312. describitur locus: *ad Mæhelrikestat.*

(f) Ibid. *Bernhardus.*

(g) In Meibom. p. 324. sub honore. SS. Petri & Nicolai.

(h) Ibid. dicitur: *Roccardus.*

1126. nasterium B. Mariæ congregationem magnam suorum discipulorum adunavit. Et *Polidensium* Ecclesiam pene dilapsam restauravit. Sed Magdeburgensis in ejus odium (malo Dæmone omnium bonorum osorum instigante) exardescere ceperunt, ut de ipsius nece procuranda cogitarent. Cum enim die quadam Jovis Sancta Archiepiscopus poenitentes de more apud Ecclesiam intronifaret, quidam nefarius vitæ Pontificis insidiator numero poenitentium se ingerens, quem Episcopus in Spiritu cognovit ministranti familiæ demandans, ut huic toga sublevaretur, quo facto nudo ense sub veste ejus viso deprehensus, sicarium se fassus est pro nece Archiepiscopo inferenda subordinatum, veniam tamen ab eo depostulans reconciliatus est. Volens subinde Archiepiscopus Ecclesiam majorem execratam tempore nocturno propter metum insidiarum civium reconciliare, pulsatis campanis a civibus undequaque concurritur strepitu cum ingenti, Archiepiscopum in sua structura veteri, una cum Misnensi & Havelburgensi Episcopis, atque Præposito Majoris Ecclesiæ osessum detinent a media fere nocte usque ad meridiem, ipsum oppugnantes hostiliter & atrociter. Quidam ex eis cum ipsum pontificali habitu indutum coram se stantem vident, facie venerandum exterriti, sunt ipsius defensores facti. Alii furis plus concitati cum colaphizabant gladiis suis, adversatum acie Pontificem suum, Virum sanctum duriter ferientes, & militem quendam ex ministris ejus multis vulneribus in ipsius conspectu confectum, semivivum reliquerunt ex quibus etiam vulneribus acceptis cruor in personam ac vestes Antistitis prosiliebat. Tumultu tandem isto ab urbis præfecto sedato, Archiepiscopus liberatur, Missam eodem die in altari summo celebrans, postea criminis reos ad satisfaciendum illos pro contumacia excommunicando, quos nemum sex septimanis effluxis poenitentes absolvit, & in numerum suorum fidelium restituit. Idem *Norbertus* Monasterium prope *Caluis* (cui *Gratia Dei* nomen est) ædificavit, quod in honorem S. Victoris consecrat. Donavit idem Antistes Ecclesiæ Magdeburg. centum & mille mansos agrorum cum ministerialibus & attinentiis, multis. Sepelitur in Monasterio B. Mariæ Virginis Magdeburg. Anno Domini MCXXXIV.

XIV. *Conradus* 1134. CONRADUS XIII. Archiepiscopus Anno 1134. sedit annis septem, mensibus decem, diebus duobus. Hic ex Nobilioribus generis *Saxonum* ortus fuit patre (i) *Everbar-do* de *Qvernfurt*, nepote *Lotharii* Imperatoris, matre *Oda* vocata, de ipso a Clero & a populo atque Principibus concors electio facta fuit, quam irritam fecit Dominus *Arnoldus* Abbas, una cum *Friderico* Majoris Ecclesiæ præposito, ab eo ambo dissentien-

tes, negotium ad Imperatorem *Lotharium* 1134. devolvitur, per annos septem, menses decem, dies viginti in lite perdurans, donec Imperatore svadente iterum nova electio celebraretur, in qua idem *Conradus* denuo a Clero atque populo eligitur, & a Rege *Lothario* confirmatur. Ille *Conradus* tertio sui pontificatus anno cum Imperatore ad *Italiam* perrexit, secum ab Ecclesia LII. libras auri, quadrantem & pondus octo denariorum auri deferens pro ulibus suis & impensa, de consensu tamen Cleri & Comitum *Rudolphi* & *Bernardi* cæterorumque laicorum nobilium & ministerialium, ea conditione ut hæc summa æquali æstimatione restitueretur. Imperator ann. 1138. obiit in faucibus Alpium circa *Tridentium*, Archiepiscopus autem Anno 1142. Pallium ab *Innocentio II.* habuit.

FRIDERICVS XV. Archiepiscopus successit Anno Domini 1143. sedit annis novem, mensibus octo, diebus septem. Et obiit Anno Domini 1152. Pallium a Cælestino Papa II. obtinuit.

WICHMANNUS XVI. Archiepiscopus successit anno Domini MCLII. Hic comes palatinus fuit, Pallium a Papa *Eugenio III.* accipiens, in cujus (k) electione gravis discordia Canonicorum verlabatur. Unde *Fridericus* primus Rex cognomento *Enobarbus*, aut *Barbarossa* Dux *Svevorum* illi de Ecclesia Zitenfi providit, subinde cum vi ac potentia Magdeb. Ecclesiæ præfecit. Fuit hic *Wichmannus* ex illustri profapia *Bavarorum* & *Saxonum* oriundus, cui pater *Gero* comes de *Seborch* & mater *Mecbuldis*, *Conradi* Comitis de *Meysen* soror. Ipse Monasterium montis S. Petri prope *Hallis* fundavit addiditque Ecclesiæ Magdeb. *Lobichun*, *Byerum*, *Nuen-*

borg, cum suis attinentiis, quæ loca jure hæreditario illi cesserant. Bello quoque civitatem *Juterbock* superavit, approprians Ecclesiæ cum juribus ac pertinentiis suis, illic collocando Rusticos, quos Censarios Ecclesiæ fecit. Fundavit idem Monasterium in *Zynna*, addidit *Erxleve* & *Monichennyenborg* a Cæsare *Friderico* primo empta, cui reddidit in compensam *Schauenborg* prope *Renum*. In *Conre* curiam ædificat Anno MCLVI. Civitatem *Brandeborg* auxilio quorundam aliorum Principum cepit Anno LXIII. Dehinc villam *Krakow* primus inhabitaverat. A *Slavis* eodem tempore multitudo christianorum prope *Kelenborg* capta est. Major hujus Archiepiscopi autoritas & potentia fuit, quam prædecessoris in civitate Magdeb. præcipue uniones & monopolia mercatorum *Pannicidarum* primus in civitate instituit. Montem bis in anno cudebat, prius non habitam. Statuta vestigalia civibus imposuit, quorum adhuc quædam observari putantur. Civitatem *Aldenbaldensleve* cepit, diruit quoque castrum *Nyendorp* anno MCLXVII. quod post-

(i) In Meibom. p. 328. *Geberhardo*.

(k) Quæ in vita hujus Episcopi sequuntur, non sunt in Meibomio p. 329. nec in Codice MSc. quem contulimus.

1167. postmodum a duce *Hinrico* reedificatur, imposito istic Nobili quodam raptore, *Bernu von der Lippe*, qui Archiepiscopo & Ecclesie plurimas intulit vexas & jacturas, quamobrem *Wichmannus* hanc arcem iterato solo æquavit. Civitas Magdeb. incendio crudeliter conflagrata est, ut a valva strodorum usque in alveum fluminis *Albe* ignis incendium sæviret, Molendinis in aqua incineratis Anno Domini 1180. obiit *Wichmannus* Anno Domini MCXCIII.

1180.

XVII. LUDOLPHUS XVII. Archiepiscopus successit Anno MCXCIII. Hic humilis parentela fuit ex rusticanis hominibus Villæ *Hoppelensfede* ortus, quem parentes sui in *Halberstadio* literarum disciplinis imbuendum tempore puericiæ manciparunt. Ipse vero postmodum per 20. annos socius S. Thomæ *Parisiis* continue concursatus est. Demum in patriam rediens a *Wichmanno* in Scholasticum paulo post in Decanum & Canonicum promotus est. Defuncto autem *Wichmanno*, in Archiepiscopum electus est. Arces quædam ac loca deprædantium Ecclesiam ab eodem *Ludolpho* sunt diruta. Adidit Ecclesie *Scraplow*, (l) *Brunstede*, *Langebey* cum juribus suis, aliaque ab eo coempta. Idem *Humoldesborg* cum omnibus pertinentiis suis Ecclesie acquisivit. Arcem *Scraplow* ipse construxit. Pallium a *Celestino III.* accipiens. Unionem Clipeatorum in civitate Magdeb. instituit. Sepultus est ante altare S. Thomæ.

XVIII.

ALBERTUS XVIII. Archiepiscopus successit Anno MCCX. a Papa *Innocentio III.*

1210. Pallium accipiens. Hic caput S. Mauricii & digitum S. Catharinæ attulit Ecclesie. Canonicos S. Petri & Pauli novæ civitatis Magdeb. instituit. Fratres ordinis Minorum suo tempore sunt ad civitatem Magdeb. recepti, qui primum in nova civitate super fossato veteris civitatis collocati sunt, Anno (m) MCCXV. per quinque annos illic degentes.

1215.

Dehinc ad latam plateam translati, ubi hodie Monasterium situm est. Similiter fratres Prædicatores paulo post recipiuntur, qui primum situabantur in nova civitate, ubi nunc Monasterium S. Agnetis est de Anno Domini 1228. illic sedentes per annum unum, subinde translati apud S. Sebastianum, ubi hodie degunt. Idem locavit Moniales ad S. Agnetam, quæ prius sedebant apud S. Gertrudam prope *Bergam*. Tempore ipsius etiam Monasterium S. Mariæ Magdalensæ institutum est Anno Domini (n) MCCXXII. locus iste prius castrum Burggravii fuit. An-

1228.

no ejusdem *Alberti* primo ignis incendium ingens in lata platea civitatis Magdeburgensis exoritur, flammis volantibus ad turres S. Joannis, quæ cum Ecclesia incineratæ sunt. In ultimo anno ejusdem (o) Monasterium & Abbatia in *Monichenuenborg* incendio perit. Ejecta fuit Abbatissa de *Quedlinburg* a castro suo propter ejus delicta captaque fuit civitas *Quedlinborck* a Comite (p) *Hegerode* de *Valckenstein*. (q) Dum hic *Albertus*, ab Archiepiscopo *Ludolfo* in acolutum juvenis ordinaretur, plorans Cancellarius inquit: *Ne deseras fortunam. Nam tempore procedente Archiepiscopus fies*; quod vaticinium accidit. Idem *Albertus* Romam veniens in Sacerdotem ordinatur. Mox factus est Cardinalis tituli S. Nerei & Achillei Martyrum, subsequens ad Vigiliam Nativitatis Christi in Dominicam diem in Episcopum consecratur primus in ordine consecrandorum cum celebritate multa. Sic denique in Dominica Palmarum civitatem suam *Magdeburg* ingreditur. Sub idem tempus in diem Parasceves sævum ignis incendium in lata platea civitatis Magdeburgensis erumpens flammam dedit volantes ad Ecclesiam cathedralem usque, ut exinde totum Monasterium, resectorium, dormitorium cum turribus & Ecclesia, simulque campanis omnibus, quibus in tota *Saxonia* similes non inveniuntur, corruerint, versi in cineres, ornamentis Ecclesiasticis atque reliquiis tamen ad loca tuta deportatis. Cujus Ecclesie casum *Elizabeth* S. in *Margburg* audivisse fertur, & id retulisse marito secum in lecto recumbenti. Turbatio Principum plurimorum, qui aderant, & intronisationem Archiepiscopi congregati orta est. (r) Eadem die prandio peracto Dominus Decanus *Albertus* de *Bosendorf* centum marcas argenti puri ad Ecclesie reparationem donavit. Reliqui Domini ac Principes contributiones annuas ad fabricam Ecclesie reparandæ se daturos promittunt, quod vix ad primum annum servarunt. Locata sunt fundamenta novæ Ecclesie, quæ hodie extat, ab eodem *Alberto* Archiepiscopo, consilio & opera Domini legati Papæ *Innocentii III.* *Leonis* Cardinalis & Episcopi Ostiensis, nec non *Philippi* & *Ottonis* electorum, Regum Rom. ad quorum concordiam intercipiendam dictus Cardinalis per Papam ad *Magdeburgum* missus erat. Inter quos concordia intervenit, *Philippo* rege manente, quo postea interempto hic *Otto III.* ex *Brunsvicensium* prosapia favore & industria hujus *Alberti* Archiepiscopi deligitur, regnans per decennium. Fuit ipse *Albertus*

1228.

Quedlinburgum capitur.

Incendium *Magdeburgi*.

(l) *Brunstede* & *Langebey* desunt in Meibom.

(m) In Meibom. p. 329. est: ana. MCCXXV.

(n) Ibid. anno MCCXX.

(o) Ibid. legitur: Dominus Abbas Nienburgensis combustus fuit & Abbatissa &c.

(p) Læge: *Hogero*.

(q) Hæc omissa in Meibomio usque ad: *ingreditur*.

(r) Hæc usque ad verba: *denegans assensum*, etiam desunt

1228. *tus* Archiepiscopus benevolentissimi ingenii, nunquam aut perraro petentibus quibuslibet denegans assensum. Idem Monasterium in (s) *Glauch* prope *Hallis* construxit Anno Domini MCCXXXI. Sedit annis (t) XXXIII. Cui *Burchardus* Præpositus Hildesheimensis successit.
- XIX. *Burchardus I.* BURCHARDUS XIX. Archiepiscopus succedens anno MCCXXXIII. Obiit anno MCCXXXVI. electus & confirmatus, sed non consecratus, cui *Hildebrandus* frater *Alberti* Archiepiscopi successit.
1233. XX. *Wilbrandus.* HILDEBRANDUS XX. Archiepiscopus succedit anno 1236. Hic pallium ab *Honorio* tertio accepit, & appropriavit Ecclesie (u) *Croszig*, *Lëbus*, *Belitz* arces. Sedit annis XVII. Obiit anno MCCLII.
1236. XXI. *Rudolphus.* RUDOLPHUS XXI. Archiepiscopus antea Decanus pallium a *Papa Innocentio* Quarto accepit. Hic (x) in *Alvensleben* Canonizatus (credo *Walbig* Ecclesiam) appropriavit Ecclesie. Sedit annis 8. morte subita moriens in mensa. Anno Domini MCCLX. tertio Calendas Majas, cui successit *Rupertus*.
- XXII. *Rupertus.* RUPERTUS De *Quernforde* Baro, XXII. Archiepiscopus successit Anno MCCLX. Eodem anno a *Papa Alexandro* III. vocatus Romanam curiam petivit. Pallium ante consecrationem suam recipiens rediit anno 1261. Hic *Judeos* opulentiores cepit, domos eorum in *Hallis* & *Magdeb.* violenter invadens, quicquid auri & argenti compertum erat, diripiens, & ut dicebatur, centum millia marcarum ab eis abstulit, sedit annis septem & moritur.
1261. *Judeos diripit.* XXIII. *Cunradus.* CUNRADUS XXIII. Archiepiscopus succedit anno MCCLXVIII. Sedit annis X. Hic ex Baronum genere de *Sternbergk* *Boemia* gentis traxit originem, antea Cancellarius *Roberti* prædecessoris sui. Pallium a *Papa Clemente* III. & rex (y) per septennium obtinuit. Ille frequentius juxta Ecclesiam suam *Magdeb.* in aula Archiepiscopali residebat, ædificans (z) æstuarium, magnam, quod extat, opus certe lignea structura non inelegans, ad cuius fabricam a Rege *Boemia* lignis donatus est. Hujus tempore *Rudolfus* D
- XXIV. *Henricus II.* HEINRICUS de *Swalenbergk* Comes, XXIV. Archiepiscopus. Succedit anno Domini MCCLXXVIII. electus tantum, sed non confirmatus, nec consecratus fuit, (aa) præterea inter Archiepiscopos numerari non solet. Hujus tamen memorabile facinus non indigne recensendum est, longaque memoria repetendum. Afflixit eo tempore Ecclesiam *Magdeburgensem* *Otto* Marchio *Brandenburgensis* gravi bello & injusto, numerofo exercitu collecto ex *Polonis*, *Boemis* & *Pomeranis*, adjunctis sibi Comitibus de *Reynstein*, *Hademesleben*, *Arnstejn* aliisque in campo *Frofe* secus *Albeam* flumen castra metatus est, qui in robore militari, quod maximum sibi coegit inaniter confusus comminabatur Ecclesie, se velle ad alterum diem proximum in *Basilica* majori equos stabulari. Exquisivit per exploratores, quid ab Episcopo, quid a civitate mediteretur; accepto autem responso, omnem civitatem metu terroreque concussam, mane insequentem aurora iterato exploratores misit, qui redeuntes dicunt, urbem totam tumultuantem, plenam esse facibus luminaribusque cum tubarum ac tympanorum sonitu undique resonante. Nam Archiepiscopus assumpto vexillo S. *Mauricii*, uti nocturna visione fieri edocuit erat, *Vasallis* Ecclesie una cum Comitibus de *Anbalt* convocatis, ad forum processit, cives ad arma vocans, cohortari coepit, quatenus ipsum ad congregiendum cum hostibus sub debita fide sequantur. Cui decreto omnes unanimiter cum animorum promptitudine paruerunt. Egressi autem omnes sub spe coelestis auxilii alacriter animati, præeunte Episcopo cum vexillo S. *Mauricii* (audax certe facinus) in hostium castra irumpere festinant, prælium istud confestim adoriuntur. Pugnatum est aliquamdiu ab Archiepiscopo atque suis non sine adjutorio Dei sanctique *Mauricii* cum sociis patronorum ne infelici Marte. Capto *Marchione* mox victoria belli in partem *Magdeb.* cedit. Cecidit in hoc bello Comes de *Arnstein*. Perducitur illustre hoc mancipium; *Marchio*, hostis intra moenia urbis *Magdeb.* qui in cista ex magnis trabibus lignorum sibi pro custodia constructa servatur. Commissum est hoc prælium in die *Pauli* primi *Hæremite*. Erogantur siquidem hodie in memorie monumentum hujus memorandæ *Victoriæ* Deoq; gratitudinem quotannis nonnullæ eleemosynæ stipis nomine, singulis monasteriis mendicantium & pauperibus quibuslibet ab Ecclesia *Magdeburgensi*. Ubi vero *Marchio* hostis ille captivus de modo liberationis suæ meditari cœperat, imprimis *Conthorali* suæ demandat, ut consilia universæ nobilitatis & potissime seniorum in hac re difficillima capefferet & præsertim a quodam militari antiquo quondam uno ex consultoribus suis aulicis, Nob. de *Buck* nuncupato, qui requisitus hanc arduam necessitatem Principis prima facie suo consilio juvare renuit, ob causam quod a *Marchione* indignan-

(s) Ibid. p. 350 *Gloeb.*(t) In *Meibomio* sunt anni XXVIII. sed neutrius recte. Sedit annis XXXVIII.(u) Ibid. *Crosswig.*(x) Lego in *Chr. Meib.* p. 331. *Comitatum in Alvensleben Eccl. appropriavit.* Ergo glossa nescio cuius auctoris delenda.(y) *Legc. vix.*(z) Ibid. p. 331. *æstuarium.*(aa) *Legc. propterea.**Menckenii* *Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.*

1278.

dignanter & ignominiose a consilio suo repulsi, & ex numero consiliariorum suorum seclusus esset, citra demeritum; plothionis, ratibus tamen multis ipsius Dominae conjugis Marchionis tandem impulsus ait: *Auro utendum esse vel argento; Ab auro fore auxilium expetendum, quo Canonici potiores de capitulo, pariterque Vasallos Episcopi corrumpere suaderet, largitionibus cuique seorsum pro respectu personarum faciendis.* Huic obsecuta consilio non inepto, mulier pro liberatione conjugis Principis sollicita apud electum Archiepiscopum instat, qui dum rem hanc apud Canonicos & Vasallos suos aulicos potissimum in consultationem defert, audivit inter tractandum fere omnes in commendationem & favorem Marchionis esse locutos sub eo respectu, quantum Ecclesiae prodesse posset in futurum; si res suae liberationis, semota austeritate, paulo humanius ageretur. Ipse vero electus huiusmodi sententiis eorundem non refragatus, una cum ipsis concludendum duxit, Marchionem sub induciis quatuor septimanarum dimittendum, hoc pacto ut rediret in custodiam, aut quatuor milium marcarum summa, promptae atque numeratae pecuniae a captivitate se liberaret. Accepit conditionem Marchio ad suos ex custodia, rediens mox de pecunia tanta liberationis suae conquirenda consulat. Dictae sunt sententiae suorum unanimes, ut calices, vaseque argentea & ornatus quivis omnium terrae illius auferendus, pro redemptione sua necessaria facienda in pecuniam redigerentur. Ad haec praefatus ille de *Böeck* senex meliori consilio rem agi posse inquit, si in gratiam Principis illi redeundum esset. Ista promittente Marchione, abduxit eum solum cum germano suo tantum ad locum (bb) *Armarii* quendam, seorsim in Ecclesia *Angermunde*, illic truncum ingentem eis ostendens in abdito ferratis ligamentis fortiter circumseptum, auro & argento repletum, dicens: *Hic est thesaurus ab Genitore vestro soli meae fidei creditus; vobis, pro vestris necessitatibus, dum mihi visum fuerit, exhibendus.* Mox gaudio pleni Marchiones ambo cum plausu marcas 4000. accipiunt, Magdeburgensi electo Archiepiscopo in redemptionem captivitatis restituendas. Postremo Marchione ab Archiepiscopo rogante: *anne a sua captione se liberasset?* Qui respondit: *urique.* Ad quae Marchio ridicule in frequentia plurimorum inquit: *Non hic certe modus erat exactiorem debitam a Marchione capto petendi.* Jam docebo, ait, ponendus in equo fuisset dextrario cum elevata lancea, & auro argentoque circumfundendus fueram ad basiae summitatem; usque tanti existimanda fuisset vera exactio Marchionis capti, haec vos ignorastis. Tempore vero paulisper insequenti Domino electo innotuit, qualibus largitionibus Consilarii

Conditio-
nes liber-
tatis.

lui Canonici atque Vasalli fuerant corrupti, de quo ex animo dolens electioni suae renunciavit his verbis adjunctis: *Quia vos omnes Ecclesiae vestrae Sanctoque Mauricio perfidos & infideles esse cognovi, absit a me procul ejusmodi gregis Antistitem fore.* Stetit in errore post modum Ecclesia pastore carens fere per biennium, propter factiones ac discordias Canonice de Capitulo, qui demum concorditer *Ericum* elegerunt, licet etiam turbationes senserit & impedimenta, priusquam possessionem pacificam esset adeptus.

ERICUS XXV. Archiepiscopus successit anno Domini MCCLXXXIII. sedit annis 12. mensibus quatuor, diebus 21. Hic capti Marchionis *Ottonis* praememorati frater erat, cujus electionem cives Magd. graviter ac moleste ferebant. Canonicis liquidem electioni huiusmodi in loco capitulari intendentibus, civium fit concursus undique magnus ad ecclesiam summam, desiderio audiendi, quis electus foret. Negotio autem electionis in longam continuato, Vulgus in Ecclesia tadio morae atque frigoris, quod extabat intensum, afficitur ignes plurimos in ecclesia succendere coeperat; audita demum proclamatione *Erici* electi, murmur plurimus suboritur in populo. *Ericus* vero clandestina fuga ocyus se proripiens, per dormitorium secreto fuit emissus, portam illic petens, navigio mox conscenso in alveo fluminis *Albea* ad arcem *Wolmerstede* (qui locus sub dominio Marchionem tunc extiterat) in praesentiam germani sui, cum istic expectantis, jam tutus pervenit, qui licet retinentiam ac impedimenta civium aliquandiu tulit, fuit tamen postea in possessionem pacificam ab eis receptus & admissus. Pallium a *Martino* Papa III. accepit, cum civibus suis posthac in tranquillitate pacis perseverans. Ipso nempe in obsidione castri (cc) *Harringenborch* capto, nec a fratre nec a capitulo suo, sed a civibus Magdeburg. tandem liberatus fuit, qui in redemptionem suam quingentas marcas erogarunt, quas postea restituit. Anno ipsius II. fratres Heremitarum S. Augustini intra moenia urbis Magdeburgensis primum sunt recepti, ad preces Domini Papae & Cardinalium, nec non regis Alemanorum. Eodem anno Rex *Rudolfus* obiit, in *Spira* sepultus. Post eum *Adolfus* Comes de *Nasau* in Regem deligitur Romanorum. Hic Archiepiscopus Marchiam *Lusatiam* ab Ecclesia alienavit, eam fratri suo Marchioni tradens, pro quibusdam damnis nomine Ecclesiae passis. Venit quidem in auxilium Archiepiscopo fratris in obsidione quadam (dd) contra vasallos suos, ubi milites plurimos amisit captos, quos redimere cogebatur. Huic dictam *Lusatiam* terram illi frater Archiepiscopus in recompensam obligavit nondum recuperatam. Fuit eorundem rebellium Vasallorum Capitaneus miles quidam *Falko* dictus,

1278.
A. Episcopus
se se
abdicat.

XXV.
Ericus.

1283.

Cuius di-
gnatione
populi eli-
gitur.

Od non po-
puli mitea-
tur in a-
morem.

Lusatiam
alienat.

(bb) In Meibom. p. 332. ad sacristium in Angermunden.

(cc) Ap. Meibom. p. 333. Harliberge; it. mox: Harligeberge. Legendum forte: Harlingenburg.

(dd) scil. castri Niengatersleben.

1283. *Magdeburgenses munt sibi Burggraviarum & Schulteri officium.* Etus, qui opera Marchionis postea in Ecclesia Monasterii prædicatorum Magdeb. occiditur ab *Alberto*. Sub idem tempus cives Magdeb. jus & officium Burggraviæ a *Rudolfo* duce *Saxonia* pro non gentis marcis comparant. Emerunt quoque officium *Schulteri*, aut judicis temporalis pro quingentis marcis ab illis de *Egerstorpp*. Quæ duo officia Ecclesiæ donata sunt a civibus isto pacto, quod Burggraviæ officium ab Ecclesia dimitti non debent citra eorum voluntatem. Officium vero *Schulteri* conferri debet Archiepiscopo ei, quem cives præsentabunt, qui tamen amovibilis erit, & alium sibi substituendum patiat. Scabini usque ad hæc tempora in consulatum recepti fuerunt, a quo jam seculi sunt. Eodem tempore incendio ignis perit prætorium civitatis & ecclesia S. Joannis cum turribus.

XXVI. *Burchardus II.* 1295. *BORCHARDUS* de *Blanckenborch* Comes XXVI. Archiepiscopus successit anno MCCXCV. sedit annis IX. Pallium habuit a Papa *Bonifacio VIII*. Hic in tranquillitate vixit cum civibus, qui arcem (ee) *Randaw* tunc expugnarunt, ad solum usque diruentes. In pauperes & religiosos piæ patrem se præstitit, quos in mensa sua crebro fovit, illis subveniens & Monachorum festivitates sæpius sua præsentia decoravit, prandia cum eis in monasteriorum conventibus sua impensa celebrans. Erant suo tempore in *Albea* flumine juxta castrum (ff) *Vygenhose* Spiritus maligni, piscatores ludificantes ac periculis submitentes, quem locum petivit hic Archiepiscopus, benedicens Spiritibus istis, neque inde profligatis, postea nunquam apparentibus. Exinde (gg) situs ille *locus sacer* appellatus. Circa idem tempus Magistri *Unionem* in foro *Magdeburgensi* publice ignis supplicio ad mortem condemnati sunt ob tradimentum quoddam penes eos deprehensum.

XXVII. *Henricus III.* 1304. *Ejus ruditas.* *HEINRICUS* ex Principibus de *Anbalt* XXVII. Archiepiscopus succedit Anno 1304. Hic electus pro afferendo pallio *Romam* petivit, quod ob defectum literaturæ ei a Papa denegatur. Interrogante quidem ab eo *Rom. Pontifice*, *anne Orationem Dominicam sciret*, ipse lilens nihil respondit. Prædagogus autem illi subvenire conatus ait: *S. Pater, moris est in terris nostris, Dominicam Orationem appellare pater noster, nec aliter; Si de eo interrogatus esset, respondisset: utique.* Præterea in curia fere per biennium stetit, priusquam illi pallium concederetur, quod tandem cura & industria ejusdem prædicatorum a papa *Clemente V*. obtinuit. Sedit annis, pallio suscepto, pene duobus. Ab eodem Archiepiscopo oppidum *Schönebek* capitur tali ingenio: (hh) Copias quasdam militares ad bellicos confectus instruxit, eos in curibus

& vecturis abscondens, anseribus in propatulo super positis, quasi ad forum properarent. Sub *Valvis* oppidi moras faciunt. Fit descensus ab armatis, clausuram portarum prohibentibus, quoad exercitus festinans infectus est, sic oppido fuit potitus. (ii) Accedit eo anno, quod claves ad portam *Dominorum* per *Canonicos* capitulariter a portario auferebantur. Confestim Magister civium *Joannes Honsteyn* cum omni consilatu locum capitularem petivit, restitutionem clavium postulantes in præsentia Archiepiscopi, tunc in capitulo sedentis, qui respondit: *portam hanc dici portam Dominorum, ad quos jure etiam pertineret, licet portarius, Minister civitatis esset.* Ad hæc proconsul brevi verbo: *Nisi reddideretis subito, nemo vestrum hodie mortem aufugiet, sed omnes ferro interibitis, ad pulsum campanæ S. Joannis*, illico demandans festinandum. Quibus auditis mox redditæ sunt claves cum promissione facta, de non usurpando juris quicquam postea ad hanc portam neque claves. Muratur exinde nomen subito, & dicta est hodie *porta tenebrosa* vulgariter. Idem Archiepiscopus obiit eodem anno in *Vigilia S. Martini* Episcopi.

XXVIII. *Burchardus III.* 1307. *BURCHARDUS* de *Scraplaw* Comes XXVIII. Archiepiscopus electus Anno Domini 1307. in die S. Catharinæ. Pallium a *Clemente* Papa V. suscepit. Huic lætum principium fuit, dolendus vero finis. Fuit quidem in urbe non sine læticia quadam singulari a Romano pontifice susceptus & alacri animo confirmatus ab eodemque in episcopum personaliter consecratus. Ferebatur enim plures eodem tempore affuisse Archiepiscopos simul consecrandos, & Papam dum in actu consecrationis in personam *Burchardi* se converteret, quasdam lacrimas fuisse, ex quodam erga eum affectu benevolentiae, uti altantium fuerat opinio, quemadmodum illi apud Ecclesiam suam reverso Nobiles sui in memoriam reduxerunt, astante quodam Mimo, qui in Archiepiscopum hoc joculare dictum rejecit: *Bene, inquit est, quod Papa lacrymabat; Veruntamen multo plus lacrymarum opus fuisset pro ipsius flagitiis omnibus abolendis.* Protulit hæc idcirco, quod ipso *Borchardo* in minoribus existente, plurima consuetudine hujus Mimi usus fuisset. Accepit idem *Burchardus* a Papa dimissus in mandatis ad capiendum *Templarios* omnes suæ diocesis, carceribusque mancipandum ob crimina gravissima illis imposita. Primus congressus ejus in civitatem *Magdeb.* anno 1308. circa principium *May* celebris & honorificus fuit cuncto populo gratus. Paulo post capti sunt *Templarii* omnes eo mandante ex quatuor locorum curiis: *Unde Magdeburgenses* cives quasdam perturbationes

(ee) In Meibom. p. 234. *Randulve*.

(ff) Ibid. *Rétvenhoffe*.

(gg) Lege cum Meib. *lucus ille usque hodie sacer lacus &c.*

(hh) Per strenuum militem *Dni. Ottonem de Welise*. Meib.

(ii) Quæ sequuntur, usque ad finem hujus vitæ, desunt ap. Meib.

Meinkenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

1308.

bationes passi & ab his per Archiepiscopum liberati sunt. Eodem anno Comes de *Lurzenburg* in Regem Rom. electus creatur.

1312.

Hinricus sextus cognomento *Aquisgran* coronatus, postea in urbe Anno 1312. idem *Italiam* pertransiens urbes ac civitates ad præstandum sibi Homagium coegit, quod a quibusdam opulentioribus denegatum est, quasi res insolita foret Imperatori subijci, cum ab annis LXV. post depositionem ac mortem *FridERICI II.* ejusmodi jugum imperiale non tulissent. Quæ de re *Toxicon* in calice Sacramenti a Monacho ordinis prædicatorum ministrato interiisse dicitur. Quidam hoc opus assererat a Papa *Clemente* subordinatum. Obtinuit hic *Burchardus* in Concilio generali Viennensi, cui interfuit, per *Clementem* quintum super *Rodanum* celebrato, sibi de Vicario in Pontificalibus primum provideri (kk) sub titulo Episcopi Corniacensis in persona, Pribris conventus *Magdeburg.* ordinis Sancti Augustini, secum ex consilio *Magdeburgum* redeuntem. Hic primus suffraganeus live Vicarius fuit, cum antea omnes Archiepiscopi *Magdeb.* pastoralia sua officia personaliter apud Ecclesiam celebrarunt. In eodem concilio Templariorum ordo ac religio condemnatur & aboletur ab Ecclesia. Erat idem *Borchardus* ab initio civibus *Magdeburg.* bene gratus; tempore autem procedente diversa hinc inde dissidia sunt oborta. 1) Imposuit novum quoddam vectigal in arce *Hobenwarde*, ab eo constructa, quam *Magdeburgenses* ad solum diruebant. 2) Ipse vero Archiepiscopus arcem *Mulingen*, Comitis *Alberti de Barby* civium auxilio confregit, devastatam linquens. (II) 3) In *Salina* idem *Burchardus* arcem ædificans a fundamentis posuit. 4) Ipse quoque transitum ab aula sua ad Ecclesiam majorem lignea structura primum ædificavit, quem cives incendio concremarunt, postea lapideum opus factis spectatum, ut conspectui patet reficientes. 5) Idem *Burchardus* civitatem *Magdeburg.* auxilio Marchionis *Misnensis*, Ducis *Brunsvicensis* pluriumque Principum aliorum obsidione cingens, cives, utcunque potuit, bellica virtute urgere coepit. Ipsi vero pertinacibus animis Principes obsidentes, & Episcopo auxiliares hortantur, ne castra cito amoveant, neque retrocedentes moram præcipitent. Et si alimoniam seu pabuli inopia eos urgere coeperit, secure suos intra moenia urbis mittant pro comparandis singulis ad usum vitæ necessariis, non cariori precio, quam civibus venundari soleant, ad quæ saluum conductum suum eis concedendum minime denegaturi essent. Quod Principes quidem obtemperare non renuunt, pro vino, piscibus & quodque rei necessitas postularet, in foro mercandis suos secure de-

Primus
Magdeb.
Vicarius in
Pontificali-
bus.

Causa odii
in eum.

Obsidio
Magdeb.

stinant, omnia æquo precio comparantes. Trahente hac obsidione moras quatuor septimanarum flagitabat Marchio, a civibus sibi tutum ingressum intra moenia concedi, perspiciendi gratia dispositionem urbis, quem cum honoris exhibitione debita ingredientem exceperunt, & per loca civitatis singula, ubicunque libuit ire ac redire, annuerunt; qui perlustratis omnibus rediit ad castra Archiepiscopi, commonefaciens de exercitu dissolvendo, cum irritos evadere conatus suos conspexisset. Sed ab audiente Archiepiscopo Marchio reliquique successive Principes se a campo abtraxerunt. Demum *Burchardus* spe sua frustratus reliquum exercitum amovit. Illico cives violentas excursions faciunt in agros, subditos Ecclesiæ deprædantes. Tandem de pace conveniunt utrumque data pecuniarum summa a civibus Episcopo ea conditione adjecta, quod novas arces a se positas dirueret; nec alias ipse aut sui successores spacio duorum milliarum a civitate erigerent, quomodo libet in futurum, quod ab Archiepiscopo de consensu capituli literarum monumentis extitit roboratum. Sub idem tempus *Woldemarus* Marchio *Brandenburgensis* arcem cum oppido *Wolmersede* Archiepiscopo duodecim millibus marcis, quodam redemptionis titulo vendidit. Anno 1315. idem Archiepiscopus violenta manu capitur a civibus *Magdeburg.* in novo foro captusque ad civitatis Consistorium ducitur & detinetur. Fabricatur pro eo cista quædam lignea in turri S. Joannis, in qua includi debuit ac servari; Sed ipse interea verborum blanditiis animos furentium demulcebat; omnem pacis tranquillitatem atque benevolentiam in eos post hac sinceriter observandam promittens, quod juramento corporaliter præstito, tacto Sacramento Eucharistiæ corroboravit, juravitque de non quomodolibet ulciscendo captivitatem suam; super quibus liber dimissus, cum honoris reverentia concomitatus ad aulam suam perducitur. Invasores autem sui, qui manus violentas in eum dijecerant, ad curiam Romanam pro absolutione, quam obtinuerant, remittebantur. Paulo post tempore *Borchardus* difficilem & onerosum civibus, ut antea, se præstasse dicitur; asserens, juramentum præstitum a se metu mortis extortum esse, ob id non servandum fore. Et ne dum *Magdeburgensibus*, *Hallensibusque*, *Calvensibus* & Ministerialibus suis, Baronibus ac Vassallis undequaque infensus feroxque visus est, propter quod plebejus civium *Magdeb.* furor in eum præcipue exardescibat, qui adversa quaque in ipsum machinabantur. Non etiam ignaris proceribus multis una cum eis sentientibus pro tanto, quod nonnulli Comitum ac Baronum; puta Comes de *Mansfeld*,

1312.

Pax simulata cum
Præsule.

1315.

A. Episcopus
piscapitur.

dimissus

(kk) In Meibom. pag. 336. vicarium in Pontificalibus, Episcopum sive Corniacensem fratrem Episcopum * * de Bolenun &c Etiam minus recte. Veram lectionem ex Cod. MSc. collato dedimus:

(II) Hæc tertia causa desideratur in Meibom.

1315. *feld*, Comes de *Wernigenrode*, (mm) *Bar-*
dunus de *Hademersleben* Baro; (nn) in ci-
 vilitatis eorum ascripticios sese facere non de-
 dignati sunt. Tandem principe tenebrarum
 Belial omnis maliciæ patre cordibus quorun-
 dam inspirante, effectum est, ut in necem
 hujus pontificis conspirare non formidave-
 rint. Ingresso igitur civitatem Archiepisco-
 po die decollationis sancti Joannis An 1325.
 paucis hebdomadis subsequentibus fit im-
 petus irruentium civium, vi & armis pala-
 cium Archiepiscopale petentium, capitur
Burchardus in aula sua diligenti custodia de-
 tentus, fortes excubiæ locantur, ingenti ar-
 matorum numero pallatio circumvallato.
 Consules itaque noctu penes eum vigilant.
 Horrore tamen criminis gravissimi tantæ necis
 in personam pontificis sui inferendæ, per
 injuriam nonnulli ex ipsis permoti, hoc nefarium
 scelus quosdam furentes animos agi-
 tabat, secum ipsi præmeditantes a præsentia
 capti pontificis se subtrahere constituunt,
 eum custodiæ quorundam sceleratorum hominum,
 qui flagrantiori odio in eum æstua-
 bant, committentes, a quibus rursus in manus
 aliorum pessimorum traditur Archiepiscopus,
 qui larvis induti ad noctem S. Matthæi eum
 de palatio suo pertrahunt ad cellarium novum,
 locum hunc, in quo extremo supplicio condem-
 nati detineri solent. Ilico eum fuste vel clava
 in cerebrum ferientes (heu scelus indignissimum!)
 occiderunt. Hoc facinus damnabile aut flagitiosum
 diu utcumque fieri potuit, celabatur. Subortus
 tamen in populo rumor, jam in famam publicam
 exercebat de nece ista. Canonici ad futuri
 pastoris electionem procedere renuebant, donec
 de pontificis obitu ejusque sepultura manifesto
 constaret. Qua de causa initio infrequentis
 anni corpus occisi Antistitis in carcere occisionis
 in arena conservatum ad lucem primum
 producitur, & in Capellam S. Gangolfi sub
 aula deportatum reperitur. Hinc ad Ecclesiam
 majorem processione Cleri præcedente defertur,
 ubi ad spectandum publice deponitur, & in
 eadem Ecclesia 14. Cal. Septembr. sepelitur.
 Subito strictissimum interdictum fulminatur,
 plurimorum utique dolor non injustus ex
 vulgo subortus est ob tanti criminis horrorem.
 Quo fit ut plebis multitudo Magistratum
 suum adeo enormiter aberasse animadverterit,
 qui tam impiis perniciosisque consiliis civitatis
 nomen isto ignominioso facinore perpetua
 quadam infamia foedaverit, ipsumque commune
 exinde in rerum dispendia graviter perduxerit.
 Hinc omnes & singulos de terno consulatu viros
 ad numerum 36. a se repulsos extra civitatem
 profligarunt, perpetuoque proscripserunt.
 Acta sunt hæc anno Domini 1330. XI. Calend.
 Majas. Sedit hic *Burchardus* an-

nis XVIII, qui licet civibus onerosus fuisse
 videtur, non secus tamen quam Zelo justiciæ
 ac pro juribus Ecclesiæ tuendis conatus
 suos omnes direxisse creditur, cujus extiterat
 argumentum, quod circa bonorum distractiones,
 aut inofficiosa testamenta vel donationes
 inter vivos quoslibet ipse respectum suæ
 Ecclesiæ curamque semper sollicitam gerebat,
 ne quovis pacto in aliquo defraudaretur,
 pauca pro usibus suis expendens, nullos
 sumptus dispendiosos inaniter profundens,
 vitæque continentis erat, mulierum consortia
 vitans, decentioris ac honestæ vitæ cultum
 amans. Voluitque Clerum suum habitu
 congruenti incedere vitæ morumque honestate
 pollere. Verum quia his aliisque virtutum
 generibus effulsit, spes indubia est, ipsum
 inter celestis aulæ beatorum agmina feliciter
 collocari. Tradito autem illius corpore
 sepulturæ, Canonici ad electionem procedentes
Heydenricum de (oo) *Erpetz* artium ac
 decretorum Doctorem in Archiepiscopum
 elegerunt. Qui cum iter ad Romanam curiam
 arripuisset, captus in itinere est prope
Isennacum in qua civitate obiit, senio jam
 confectus, sepultusque in Monasterio fratrum
 Minorum ibidem: Subinde electus fuit
Henricus Comes de *Stolberg* Ecclesiæ
 Magdeb. præpositus, vir prudentis animi
 rerumque experientia præstans, sub
 cujus regimine jam sperabatur Ecclesia
 prosperari. Contigit interea Lantgravium
 terræ *Hassæ* una cum conjugæ sua ad
 limina urbis *Romæ* proficisci, qui a sede
 Apostolica Ecclesiam Magdeb. tunc vacantem
 pro filio suo *Ottone* adhuc minore impetravit,
 qui pro reverentia sedis Apostolicæ, cujus
 opera & auxilio in casu præmemoratae
 necis (pp) Magdeburg. Ecclesia admodum
 agebat, accedente favorabili respectu,
 quod de stirpe S. *Elizabeth* progenitus
 esset, ab universo clero, populo atque
 proceribus terræ, non sine animorum
 gratificatione summa est (qq) expertus,
 prædicto *Henrico* de *Stolbergk* electo
 electioni de se factæ pro communi bono
 pacis sponte resignante. *Otto* filius
 Lantgravii *Hassæ* a Papa *Joanne* XXII.
 Ecclesiæ datus, successit an. Dni 1334.
 pallium accipiens ab eodem. Hic turbatam
 Ecclesiam in bonis castris & munitionibus
 undique distractis extenuatam reperit,
 nonnullis Canonicis arces possessionesque
 Ecclesiæ occupantibus, quas detinentes
 censuum impositione gravarunt. Reliquum
 vero quicquid restabat, pro pallio
 obtinendo obligabatur, usque adeo totis
 Ecclesiæ viribus enervatis, ut nullus
 locus pro residentia Archiepiscopo
 (singulis impignoratis) pateret alius,
 præterquam aula palacy Magdeb. Ipse
 vero plurima tempore procedente
 redimendo Ecclesiæ restituit: *Arcem*
Wolmensted & oppidum,

1130.
Burchardi
*laudes.**Heidenricus*
de Erfa
*electus.**capitur.**Henricus*
Comes de
Stolberg.

XXIX.

Otto A. Ep.
Magdeb.

1334.

occiditur
clava.

1130.

(mm) Meib. p. 338. falso: *gardinius*. Cod. MSc. *Gardunus*.(nn) Legendum puto: *civitas eorum ascripticios*.(oo) In Meibom. p. 339: *Epen* male legitur.(pp) Legendum videtur: *Magdeb. Civitas admodum egebat*.(qq) Leg. *receptus*.

1334.

dum, duci *Ottoni* Brunsvicensi in pignus datum in Dominica Judica ad noctem anno 1334. obsidione vallavit, & in potestatem Ecclesie redegit. Civibus non ingratus & bene tolerabilis fuit, inter quos suo tempore gravis seditio suborta est ex factionibus quorundam de populo adversum optimates ac ditiores tumultuante, qui multis curribus & plaustris straminibus instructis ad incendium faciendum festinant, animo incinerandi camere mercatorum & pannicidarum, in foro ingenti armorum numero congregato. Ex adverso opulentioribus quoque ad pugnam intentis, armorum multitudine collecta, pervenit Archiepiscopus mox in forum descendens, tales furentium animorum discordias ad viam pacis subito reduxit, urbis ac populi perniciem impendentem alacriter preveniens. Redierunt tunc in gratiam Rom. pontificis cives Magdeb. occasione necis perpetratae in Antistitem suum, accepta poenitentia qua eis inter alia fuit injunctum, erigere sex altaria cum capella, dotatione sufficienti adjecta; & ut Homagium Archiepiscopo praestarent, dati fuerunt Commissarii Apostolici praepositus B. Mariae Magdalenae Magdeb. & frater quidam *Jordanus* lector conventus Erfurdensis, ordinis S. Augustini ad absolvendum eos, qui interdictum positum relaxarunt, caetera violata reconciliari demandatur, filios ac nepotes civium ad honores beneficiaque Ecclesiastica possidenda rehabilitant. Constat sub idem tempus rem accidisse memorandam de viro quodam in Marchia surgente, qui se *Woldemarum* Marchionem Brandenburgensem dudum defunctum, & viginti annorum tempus defunctum, appellabat esse, cujus fuit perque similis, licet de sepultura ejusdem Principis in Monasterio *Koryn* ordinis Cisterciensis in praesentia plurimorum utriusque sexus procerum populique multitudine facta aperto constiterit. Ad quaerendum ille, qui nomen ac personam Marchionis assumpsit, aiebat, se nondum obiisse mortem, sed quod aegritudine simulata, virum quendam mortuum sub imagine sua sepeliendum procuraverit. Ipse vero clandestine e terra fugiens, loca remotissima petens & ignota, incognitus sponte exulaverit, usque in praesens. Rogatus quamobrem eum principatum deseruisset, profugum se & exulem faciens per tot annos? Respondit: causa conjugis suae, quam in gradibus prohibitis matrimonialiter duxisset, cum alius consulendi modus salutis suae, ac dignitati uxoris non aderat, nisi ingenio tali, quo uxor alteri marito licite copulari potuerit, quemadmodum accidisse videbatur. Fuit quoque opinio quorundam, ipsum insania quadam laborasse, de qua postea cum principatui suo restitutus esset, signa quaedam dedisse visus est. Coepit illi multitudo Principum, Comi-

tum, procerum & civitatum in terris etiam circum vicinis assentire, eum pro Marchione *Woldemaro*, qui jam dudum mortuus putabatur, colentes & observantes, potissimum *Otto* ille Archiepiscopus Magdeburgensis praeterea Dux *Saxoniae*, Dux *Stetinensis*, Duces *Sundenses*, Principes de *Anbalt*; (rr) Caeterum, civitates Brandenburgenses utraeque, *Berlyn*, *Stendal*, & quam plures aliae, quarum nonnullae postea ab eo resiliabant. Rex *Carolus* illi demum lateris sui confessum tanquam Marchioni Brandenb. annuit. Vixit in hoc principatu circiter annos IX. Tandem mortuus est pro Marchione coram altari Capellae cujusdam in *Dessau* sepultus est. Huic *Otto* Archiepiscopus in virtute armorum adharens forte praesidium praestitit pro recuperanda terra *Marchiae* de manu *Ludowici* Marchionis, cujus praetextu Dominus Archiepiscopus in recompensam sumptuum belli & pro damnis hac occasione passis obtinuit ad Ecclesiam suam appropriari *Jericbo* castrum cum terra adjacente, arcem *Sandaw* cum oppido & attinentiis castrum *Plawen*, arcem *Plote* cum villis turribusque annexis. Miranda est haec historia usque hodie in dubio relicta. Idem *Otto* Archiepiscopus arcem (ss) *Romenburg* vi & armis cepit a Marchione *Misnensi*, eam Ecclesiae opproprians. Ipse castrum *Angern* a fundamentis posuit & erexit. Oppidum *Scheninge* proelio vicit & expugnavit, in cujus compensam ab *Ottoni* duce *Brunsvicensium*, cui hoc bello superior fuit, arcem *Hotenisleve* via concordiae recepit. Caeterum arcem *Wardenberg* ob spolia & rapinas, quae ex ea crebro fiebant, demolitus est, eam solo aequatam relinquens, in qua 24. Nobiles latrones offendit, quos ilico ad patibuli suspendium laqueo necandos producere fecit. Eadem de causa puta latrociny arcem (tt) *Stoltzenbogen* ad solum usque diruit. Cepit insuper castrum *Schopaw* Ducis de *Sangerhusen*, Arcem quoque *Aldensleven*, & castrum *Hundesborg* pro Ecclesia recuperavit. Rursum castrum (uu) *Lindaw*, ob spolia exinde sedulo commissa expugnavit. Ipse quoque adversus *Ottonem* Ducem Brunsvicensem belli victoria potitus est in campis *Haldensleve* & *Gardeleve*, captivos abducens LXX. viros totius ducatus nobilitatis praestantiores equites, ex quibus pecuniarum summam ingentem emunxerat. Pugnavit idem *Otto* Archiepiscopus in aliis quoque multis proeliis satis dextro Marte, fortuna sibi propitia aspirante. Ad postremum tamen fere omnes arces, quas a fundamentis posuit, & reliquas bello quaesitas subemptione aut pignoris titulo venundedit, pauca successoris relinquens. Religiosorum etiam fautor eximius fuit, Fratres Carmelitarum in suburbiis recipiens & collocans. Sedit annis 33. obiit in arce *Wol-*

1334.

Seditiosum plebem mulcet.

Magdeburgenses reconciliantur Ecclesiae.

Pseudo-Waldemarus.

Magni Principes cum pro vero agnoscunt.

Otto castra multa acquisit.

Ejus victoria.

(rr) Haec usque ad verb. *resiliabant*, in Meibom. non leguntur.(ss) Meibom. *Rideburg*.(tt) Meib. perperam: *Soltzenbogen*.(uu) Ibid. est: *Lindere*.

1334. *mersted* Anno 1361. pridie Calendas May in Ecclesia majori sepultus.

XXX. THEODERICUS XXX. Archiepiscopus successit anno 1361. Hic ordinis Cisterciensis Monachus fuit ex conventu Monasterii *Lenyri*, subinde Sareptensis Episcopus, postea Sleswicensis antistes, similiter & Wysgrawensis Præpositus evasit, apud *Carolm* Imperatorem III. *Boemæ* Regem plurimum auctoritate valuit & gratia, illius enim consilii Imperator plerisque per annos in regia sua fuit usus, cujus negocia ardua sedulo

Theodoricus A. Ep. 1361.

sibi credita multo jam tempore strenue atque solerter gessit, ut ipsius ingenii promptitudine spectata, fide & prudentia exercitata plane in eo satis perspecta, de Archiepiscopatu Magdeburgensis Ecclesie tunc vocantis Cæsar propensius ab *Innocentio* VI. sibi providere palliumque transmitti curavit. Itaque a Clero & populo Magdeburgensi primum ingressum faciens celebriter cum promptis animis est excepsus Anno 1361. die 27. Mensis Novembris. Ille quidem *Theodoricus*, priusquam apud Ecclesiam suam resederit, & infra sui introitus annum *Jüterbock* cum terra adjacente redemit, recuperavitque alienatam pariter & arcem *Fredebergk* cum comitatu similiter arces *Aldesleve* (xx) *Leckstede*, *Saltzmunde*, *Hoetensleve* castrum & oppidum *Loburgk*, *Jerichow* cum terra adjacente, (yy) *Crossig*, *Sandaw* cum oppido *Langeboge*, castrum *Scraplaw* & comitatum, quem Ecclesie primum appropriaverat. Ipse arcem in *Caluis* (zz) primum a basi locavit, cum & fossatis erexit. Insuper villas (a) *Aldenweddingen*, *Aldenwersleve*, *Meyendorp* impignoratas ad Ecclesiam redemit. Anno ejus II. *Stasfort* oppidum cum arce recuperavit Ecclesie, quod ab annis quinquaginta duobus distractum ac gravi ære obligatum extitit sub dominio *Ostonis* de *Hademersleben* cui numeratis quinque milibus trecentis & quinquaginta marcis idem Archiepiscopus pro summa capitali persolvit. Cæterum in *Hallis* præfecturam, qua diu caruerat Ecclesia, recuperavit. In *Gybiebenstein* pontem sumtuosi operis trans fluvium *Salam* fabricavit, arcem quoque magna ex parte jam dirutam refecit, *Sandaw* castrum in muris & ædificiis collapsis reformavit. In *Buxstorp* vectigal valoris ducentarum marcarum redemit. Pariterque in *Trore* vectigal pro 150. marcis; similiter oppidum *Conre* libere ad Ecclesiam redire fecit. Vitam sanctam ac religiosam idem *Theodoricus* egit. Cruce deaurata semper coram se gestata, quocunque ierit, more Gallicorum pontificum, etsi antecessoribus suis Archiepiscopus de more fuerat præferri gladius. In synodo præsidentiam personalem faciebat, cum Epi-

Castra oppugnata redemit.

Cruce aurata Præsulibus prælata.

Item epist.

scopo, Ebronienli ac multis Abbatibus infulatis. Altare summum in choro majoris Ecclesie Magdeb. ex nobili marinoŕe, cujus tabulæ superficies 12. pedum longitudinis, & in latitudine septem pedes continet, non sine gravi sumptu comparavit. Ejusdem Ecclesie Majoris, quam nullus Archiepiscoporum consecrare aggressus est, dedicationis sacrum munus absolvit. Ad illius celebritatem festi, Principes, proceres, Abbates, Milites Clericosque in copiosa multitudine evocat, nihil ad hæc sumptuum atque laboris parcens. Astiterunt ei in consecrationis officio Episcopi septem: (b) *Hildesheimensis*, *Mersburgensis*, *Brandenburgensis*, *Havelburgensis*, *Nuenburgensis*, *Ebronensis*, *Thaborenŕis* vicarius in pontificalibus. Aderant Tres *Saxonie* duces, Duo Marchiones *Misnie*, Tres Duces *Brunsvicensis*, Quatuor principes *Anbaltenses*. Nobiles de *Hademersleve*, tres Nobiles de *Querfurt*, Comites de *Scraplaw* quinque. Tres ex Comitibus de *Schwartzburg*, Duo Comites de *Reynstein*, tres ex Comitibus de *Honstein* aliaque in gentis multitudinis frequentia ex Militibus, Vassallis Ministerialibusque Ecclesie. Aderant insuper conjuges & filie Principum ac Baronum quam plurimæ, hunc actum sua præsentia decorantes. Facta re divina, aulam Dominus Archiepiscopus magnificentè celebravit, citatis ad prandium omnibus præmemoratis, invitatisque Consulibus civitatis una cum prælatis & religiosis ad mensam. In eodem convivio Princeps de *Anhalt*, dapifer Ecclesie pro officii sui congruentia equo insidens Domino Archiepiscopo cum celebri pompa primas dapes ad mensam defererebat equester. Dehinc Dux *Saxonie* pincerna Ecclesie pariformiter in equo sedens, potum pro officii sui debito pontifici ministrabat. Acta sunt hæc in Dominica ante Simonis & Judæ Anno 1363. Die subsequenti Dominus Archiepiscopus Ecclesiam S. Johannis Baptistæ in monte consecravit. Consequenter Principes ac Procerum cohors ludis haltarum ac torneamentis suis per triduum continue ociosas horas conterebant, hæc celebritate festi toto quadriduo perdurante. Fuit interea temporis ad largam sufficientiam victus & alimonie omnibus undequaque provisum. Vixit idem *Theodoricus* cum civibus assidue in pacis fomento, nec secus cum vassallis suis universis. Arcem *Speckelenbergk* prope *Bodam* fluvium expugnans confregit, destruxit ob sæva latrocinia illic assidue perpetrata. Quidam Vassallus de *Schulenburg* citra jus fasque potentia Domini Baronis in *Egelen* vinculis mancipatus detinebatur, quem valida armatorum manu stipatus Archiepiscopus e turri detraxit libertati restituens.

1361.

Solemnia dedicationis templi majoris.

Principes Officiales Ecclesie Magdeb.

1363.

(xx) Meibom. p. 343. *Lochstede*.

(yy) Ibid. *Crosswig*.

(zz) Ibid. ita: Item in calvis novum castrum cum muris & fossatis instauravit.

(a) Hæc lectio melior, quam Meibomii & Codicis: Item villas *Olden*, *Weddinge*, *Daleweirlebe* & *Meitzendorff*.

(b) In Meibom. p. 344. hi leguntur: *Hildesheimensis*, *Oltzenburgensis*, *Havelb.* *Brandenb.* *Ebron.* & *Thaborenŕis*.

1363.

tuens. c) Cogebatur etiam fere necessitate quadam ductus, Episcopo Hildeshemenſi arma movere, accerſitis *Alberto* Episcopo Halberſtadenſi & Duce *Magno* de *Brunſwig* auxiliari- bus, proter ſpolia & rapinas quorundam Hil- deſheimenſis Eccleſiæ Vaſallorum, quæ perti- naciter & aſſidue ſubditis Eccleſiæ Magd. con- ferbantur, Episcopo Hildeshemenſi non pro- hibente, copioſo exercitu conflato terram Hil- deſheimenſem hoſtiliter invadunt, delato ſe- cum vexillo S. Mauricii ad hunc prælii conſi- ſtum. Sed res minus felici eventu tentata fuit, li- cet in agro hoſtili depredationibus ac incendiis plurima devaſtaverant. Manus tamen cum hoſte conferentes prælio victi ac proſtigati retroceſſere, cæſis ac captis quam plurimis de parte ſuorum poſt terga relictis. Sex nempe milia marcarum D. Archiepiſcopus pro redemptione captivorum in hoc prælio ad numerum LXXVI. virorum equeſtrium ſuæ nobilitatis ex pacto transactionis & con- cordiæ poſtea interceptæ. perſolvens eroga- vit. *Woldemarus* de *Anbalt* Princeps cal- cibus equorum ab equo ſuo delapſus concu- catur. Sunt qui cauſam hujus Cladis no- ſtrorum aſſerebant, quod extra ordinem rei militaris pugnam adoriebantur in ſui roboris viribus, deque hoſtis raro agmine nimis te- mere conſiſi. Obiit *Theodoricus* ille anno

Mors Theo-
dorici.

1367.

1367. die 17. Septembris in monumento; quod ſibi biennio antepoſuit in choro Majoris Eccleſiæ ſecus altare ſummum, erectoque ex- tra chorum eodem monumento propinquo altari, quodam largis proventibus donato, in quo pro anima ſua perpetuæ ſupplicationes ſunt.

Fridericus
de Hoym.

d) FRIDERICUS de HOYM prius Episcopus Mersburgenſis ſedit quatuor meſes non confirmatus, hic ab aliquibus ponitur ante hunc ALBERTUM.

XXXI.
Albertus
A. Ep.

ALBERTUS XXXI. Archiepiſcopus ſedit annis tribus, meſibus ſex; hic ex nobili Ba- ronum de *Sterneberg* proſapia ortus. Pri- mum ab Episcopatu Swerinenſi ducatus Ma- gnopolenſis *Saxonia*, quem tenuit, ad Ec- cleſiam e) Luthmoſthenſem in *Bohemia* per Papam *Imocentium* translatus. Deinde ope- ra ac ſtudio *Caroli IV.* Imperatoris, per Pa- pam *Urbanum V.* Eccleſiæ Magdeb. præſci- tur Anno 1371. Ante hunc *Albertum* capi- tulum Eccleſiæ Magdeb. ſede tunc vacante poſtulat *Fridericum* de *Hoym*, Episcopum Mersburgenſem, proxime ſupra nominatum, qui ſedit meſibus quatuor, nec confirmatio- ne nec pallio obrentis. Idcirco Archiepiſcopo- rum lineæ non annumeratur. Iſte *Albertus* ter- ram *Lufatia*, quæ ſecundum Eccleſiæ Magdeb. fuit, Aulicorum ſuorum, ut ferebatur, ini- quis conſiliis perſuaſus, Regi *Boemia* regno- que ſuo, venditione perpetua ab Eccleſia diſtraxit. Vir certe diſpendioſus erat, qui grandi Procerum multitudine familiam ſum- ptuoſam alebat, inſigni veſtitu ornatuque

1371.

ſplendido incedentem; verum cum Saxo- nici vulgaris Idiomatici inſcius eſſet, quæque Eccleſiæ ſubditorumque negocia conſulto- rum ſuorum nutu pertractanda conficienda- que permilit. Arcem *Aldenbuſen* pro mar- cis ducentis ſupra mille Duci Brunſwicenſi pignoravit. f) Sub eodem tempore cives Magdeb. vim fecerant præpoſituræ, illic in- quendam militem *Annonem* de *Heymborg* ap- pellatum irruunt; non attento, quod Archi- episcopum ſub ſalvo conductu ſuo concomi- tatus erat, ſecum civitatem ingreſſus, illum vi & armis ex præpoſitura protrahunt ad Cellariam; novum malefactorum carcerem, captum deducunt detinentes. Quo præ- terea Archiepiſcopus ſimul cum Canoni- cis omnibus de Capitulo Stolis ac Religioni- bus indutis, proceſſionaliter ad cives deſcen- dunt, pro liberatione capti militis ſupplican- tes. Sed irritis quidem fuit labor iſte, ina- nisque eâ humilis deprecatio, quam ſurda- zure cives audiverunt; hunc militem deten- tum; poſtea tamen motu proprio a carcere abſolventes. Paulo poſt *Albertus* anno pon- tificatus ſui III. initio, diſceſſum ab hac Ec- cleſia meditatatur, ſive patrii ſoli dulcedine tractus, ſive quod hujus gentis ritus mores- que non ſatis æquo animo pertulit. Impe- ratorem *Carolum* adire parat, cujus auxilio ac favore Eccleſiam Magdeb. aſſecutus fuerat, illius opem implorans pro eſſagitanda ſede Apoſtolica; ut ſibi ad ſuam Eccleſiam prio- rem Luthmoſthenſem, unde ſuſceptus fue- rat, libere pateret reditus. Illius Eccleſiæ Episcopum *Petrum* de *Bruna*, jam prius ab Eccleſia Curienſi illic translatus, ad Archi- episcopatum Magdeb. tranſponendo. Quam nempe translationem a Papa *Gregorio XI.* factam Imperator impetravit. Abſtulit au- tem ipſe *Albertus* diſcedens ſecum in *Boe- miam* quaſdam Sanctorum corporum reli- quas ſatis egregias, ut puta caput S. Felici- tatis, corporis partem dimidiam S. Victori- ni, partem Brachii S. Philippi, partem Bra- chii S. Stephani protomartyris, partem quo- que vexilli S. Mauricii & pleraque alia ex ve- nerandarum reliquiarum Eccleſiæ theſauro, quæ forte honeſto ſilentio contegere magis convenit; quam plura de his enarrare in e- juſdem Archiepiſcopi ac ſuorum quorun- dam illius temporis Canonicorum propalan- dum facinus nefarium & indignum.

PETRUS DE BRUNA XXXII. Archiepi- ſcopus per viam permutationis ſucceſſit, ut præfertur ſub anno 1371. ſedit annis quin- que; qui poſtea pari formiter via permuta- tionis ad Episcopatum Olmucenſem in *Mo- ravia* eſt translatus, conſenſu capituli ſui ac- cedente; non tamen aſſenſu *Caroli IV.* Im- peratoris interveniente. Renuit hic aſſentire in alienationem terræ *Ferichaw* ab Eccleſia Magdeburgenſi; pro qua reconſicienda ar- dui tractatus in capitulo tunc habiti fuerunt. Iſte

1371.

Cives Mag-
deb. Annonem de
Heymborg
in carce-
rem tra-
huit ex
Præpoſitis.Albertus
redit ad
priorem
Eccleſiam

(c) Initium & occiſio hujus Belli deelt in Chronico Magdeb. apud Meibomium p. 345.

(d) Hic omittitur ap. Meibom. p. 346. ſed ſequitur p. 349. poſt Ludovicum.

(e) Sic & Meibom. ſed legend. *Luthmoſthlenſem*.(f) Quæ lineæ ſequuntur uſque ad verb. *abſolventes*, deſunt & in Meibomio p. 347. & in Cod. MS.

1371. Iste *Petrus* Capellam (g) S. Gangolſi ſub au-
 la Archiepiſcopali a bali locavit. & crexit.
 XXXIII. LUDOVICUS XXXIII. Archiepiſcopus
Ludovicus via permutationis (ut ſupra) ſucceſſit Anno
 A. Ep. 1376. ſedit annum unum. Fuit ex Mar-
 1376. chionibus *Meiſenſibus*, natalibus illuſtris. Hic
 in oppido *Calui* de gradu theatri cum pu-
 ella quadam deſapſus ſubito moritur, forte
 periculum incendii, ut fertur, ſaltu quodam
 tumultuante populo, auſugere conatus eſt.
 Sepultus in Capella S. Gangolſi.
 XXXIV. ALBERTUS Tertius hujus nominis Ar-
*Albertus*chiepiſcopus XXXIV. per capitulum electus
 III. A. Ep. Anno 1377. ſedit annis (h) 21. ex Nobili-
 1377. bus de *Querfurt* ortus. Ejus tempore cives
 Magdeb. Clerum atque curias habitationum
 tumultuoſe & hoſtiliter invadunt, quicquid
 rerum offendunt uſui fore, diripiunt & ſpo-
 liarunt violenter. Compulſi autem poſtea
 fuerunt ab Archiepiſcopo ad emendam ſatis-
 factionemque digne præſtandam ſpoliatis.
 XXXV. GUNTHERUS XXXV. Archiepiſcopus
Guntherus per Capitulum electus Anno 1400. ſedit an-
 A. Ep. nis XXIV. Fuit ex Comitibus de *Swartz-*
 1400. *burg* natus. Hic gravi bello adverſus cives
 Magdeb. ſuſcepto, quibus adhærebant pluri-
 mi Principum, Comitum, Procerum, atque
 B civitatum ingenti numero ſortique potentia,
 ipſe *Guntherus* a patria pulſus eſt ad Curiam
Sigismundi Imperatoris in *Boemiam* uſque
 divertens & confugiens eo pernicioſo bello
 (cujus adhuc hodie ſua incommoda Eccleſia
 ſentit.) continuo quadriennio perdurante.
 Res illa controverſiarum in Conſilio Baſilien-
 ſi deducta eſt atque deciſa ſimul & in Curia
 Imperatoris verſata, Archiepiſcopo contra
 cives in jure utrobique triumphante. (i)
 Ipli vero obduratis animis, arces, agros &
 fere omnia Eccleſiæ bona cum auxiliariis
 C ſuis nihilominus continue detinebant occupa-
 ta. Fuit præterea cum *Friderico* Duce *Saxo-*
nia, Comite Provinciali *Turingiæ* ac Mar-
 chione *Miſiæ* tractatum concluſumque, ut
 vi & armis ſuaque impenſa *Hallenses*, qui in
 foedere cum *Magdeburgenſibus* contra Archi-
 epiſcopum perſiſterant, ad obedientiam Ec-
 cleſiæ perduceret. Quamobrem illi Archi-
 epiſcopus triginta millia florenorum ſe nume-
 raturum aſſentiente Capitulo obligat, ea præ-
 miſſione adjecta, ut ſi quis Principum de do-
 D mo *Saxoniæ* idoneus Archiepiſcopatum va-
 cantem petierit quomodolibet in futurum,
 quod illius poſtulario ac receptio reſutari non
 debeat in perpetuum tempus. In hunc mo-
 dum ſiquidem difficilem, *Hallenses* ad jugum
 obedientiæ per Eccleſiam redacti. Exinde
Magdeb. cum Archiepiſcopo pacis ac concor-
 diæ formulas, a civibus *Brunſwicensibus* inter-
 ceptas inierunt, reſtitutis primum Archiepiſco-
 po & Eccleſiæ omnibus caſtris, Villis, oppi-
 disque detentis, & quicquid Eccleſiæ bono-
 rum ab eis hoc bello occupatum fuerat, ab

renunciato, ſuper additis tribus milibus flo-
 renorum in reſtauratione damnorum paſſo-
 rum Archiepiſcopo numeratis. Qui tempo-
 re ſubſequenti vitæ tranquillitati ſe commit-
 tens in civitate Magdeb. poſt paucos tamen
 annos morbo paralyſi laborare cepit, longa
 ægritudine decumbens, tandem ultima na-
 turæ perſolvit, Anno Domini 1444.

1444. FRIDERICUS ex Comitibus da *Beychelyn-*
 XXXVI. *gen* XXXVI. Archiepiſcopus *Gunthero* ſuffe-
Fridericus ctus, vir apprime bonus, ingenio mitis, ju-
 de *Beich-*ſtitiæ cultor, Religionis ac ſanctitatis ama-
 ling *A. Ep.* tor. Hujus poſtulatione ex divina inſpiratione
 per inſpi- facta credebatur, cum in perſona ſua nec
 variationem electus. generis amplitudo, nec divitiarum, neque po-
 tentiæ ratio, ut ſæpe contigit, habita eſt,
 ſed ingenii tantum ſpectata probitas atque
 ſinceritas. Ante ipſius creationem, prius-
 quam ad negocium electionis procederetur,
 præhabita eſt proceſſio publica ab univerſo
 Clero ac populo cum ſupplicationibus ſolen-
 niter factis. Dehinc Canonici electioni in-
 tendentes illico in hunc *Fridericum* unanimiter
 aſſentiunt (antequam unius horæ quarta
 dilaberetur) Eccleſiæ præficiendum, etſi lai-
 cus ſere omnis literaturæ expertus eſſet. Offi-
 cio Magiſtri Curie prædeceſſoris ſui laicali
 ſunctus, fiducia tamen mitiſſimi ſui ingenii in
 rebus Eccleſiæ probe exercitati opinionem
 omnium non ſeſellit. Nam anni tempore ci-
 tius officia pontificalia quæque optime per-
 didicit, quæ in Eccleſia ſua ſedulo legalifſime
 celebravit. Reformationibus omnium
 monaſteriorum ordinum diverſorum tam vi-
 rorum quam mulierum præcipue mendican-
 tium, quas ſui temporis conditio in civitate
 Magd. poſtillimum expoſtulaverat, animi
 propenſus intendebat, Eccleſiaſtica mona-
 ſteria diverſa non ſine labore, impendio at-
 que adverſitate gravi ſub jugum reformatio-
 nis reduxit. Nec ſuæ ipſius vitæ laudandæ
 religioſa quædam ſanctitas & eximia deſuit,
 capite quippe devaſo, capillisque admodum
 deroniſis in conſpectum prodians. Campa-
 nella ad menſam meridianis horis poſtulata
 lectionibus ſacris in vulgare idiomate inter-
 prandendum cum aulicis ſuis ad inſtar Cœ-
 nobitarum Regulæ auſcultatis, & animi ſum-
 me religioſi certiffimum argumentum præ-
 buit. Cilicio aſperrimo per annos pontifica-
 tus ſui ſemper ſecreto uſus fuit. Principibus
 circum vicinis Proceribusque imo cunctis be-
 ne gratus extitit, undique proficiens, in re-
 bus agendis pacis ac pietatis ſtudioſus erat,
 ſi modo a devaſtatione arcis *Nebra* manum
 continuiſſet, unde non parum Eccleſiæ de-
 trimenti acceſſiſſe fertur. Nec deerant illi
 imputantes, quod civibus *Magdeburgenſi-*
 bus nimis indulgenter acquieverit exactio-
 nem oneroſam inſtituendi, de cereviſia ac
 potibus externis apportatis, quam vulgo
 Zyſſe appellant. Quod ingentem pecuniæ
 ſummam

Paſſum,
 de Ducibus
 Saxon. ad
 A. Episco-
 parum ac-
 cipieudis.

(g) *Calulunen* Capella.

(h) Meib. p. 350. habet annos XXV.

(i) ſequentia uſque ad finem hujus A. Episcopi non extant in Meibom, p. 385.

Meuckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

1444. summam (ad viginti quatuor milia florenorum ab *Hallensibus* obvenisse constabat) in usum & profectum suorum agnatorum expendisset. Vita decessit in vigilia Sancti Martini, peste Epidimiae correptus Anno 1464. præfedit annis pene viginti.

XXXVII. JOANNES XXXVII. (k) Archiepiscopus ex illustri stirpe Ducum *Bavariæ* natus, vir unigue omni genere laudis cumulatissimus, literarum scientia vita moribusque præclarus. Hic in studio Bononiensi tempore juventutis annos plerosque ad bonas literas hauriendas unico famulo contentus, privatum hominem se gerens steterat. In multis sui prædecessoris *Friderici* vestigia laudanda prosequens pacis ac justitiæ cultor,

Prædonum hostis. spolia atque rapinas, quas multi Procerum sedulo exercebant, sagaciter & animose compescuit, armis & calcaribus sæpe sumptis paucissimorum secreto consilio, suaque imprimis prudentia fretus, ad arces *Sandaw, Plöte, Harpke, Nigripp* aliaque loca illi subiecta ilico inopineque prorumpens expugnanda se se equestribus suis campi ductorem constituit, deprehensis, captis, castigatisque insolentibus hoc pacto pluribus metu incusso, tutiora viatoribus in terris Ecclesiæ suæ itinera reddidit. Postulatus fuit ab Ecclesia Monasteriensi, cui præfedit antea Anno 1464. Obiit anno 1475. In die S. Lucie.

XXXVIII. ERNESTUS ex Ducibus Saxonie Archiepiscopus XXXVIII. patre *Ernesto* inclito quondam *Saxonie* Duce, Romani Imperii Ensisero, matreque *Elizabeth* ex *Bavaronum* insigni stirpe ducali genitus, quem *Sixtus* Papa quartus tunc ætate minorem, annum duodecimum vix excedentem, sedi primatus *Germaniæ* præfecerat, Ecclesia Magdeb. postulante, tam ob *Saxonie* domus protectionem opportunam, ab Ecclesia ac populo expectatam, quam ipsius *Ernesti* probæ indolis ingenium, ad religionis cultum a puero jam propensum. Facta est ejus postulatio ab Ecclesia Magdeburgens. Anno Domini 1476. in octavam diem Epiphaniæ Domini. Qui eodem anno ad vigiliam Simonis & Judæ proxime subsequenter in civitatem suam Magdeburgensem a quamplurimis Principibus diversarum terrarum, Procerumque ac Nobilitatis multitudine maxima ad numerum quinque millium equitum armatorum celebriter introducit. Hinc quadriennii vix tempore insequente Episcopatum Halberstadensem sibi administrandum ab Apostolica sede superadditum suscepit. Hic paulo post quinto forte anno administrationis suæ Ecclesiæ Magdeb. dum vix ex Ephebis excessit, inter medias civiles *Hallensium* factiones, valida manu armatorum stipatus, equitum scilicet septingentorum, pedestri autem milicia ad numerum quatuor millium satellitum, portis civium captis, victrice manu civitatem ingreditur. Civibus

1476. factionum autoribus ad ingentem numerum captis, & in diversorum custodiis locorum extra urbem ultra citroque servatis, ipsisque poena pecuniaria multatis civitatem sub justis legibus deinceps sibi parere coëgit. Consequenter anno 1485. *Halberstadensem* populum in rebellionem crebro erumpentem sub jugum misit, contractis primum ingentibus copiis; moenibus urbis dura obsidione vallatis, quæ forti oppugnatione aliquandiu facta, diruit in parte. Hinc deditioe civium, qui eos belli impetus ultra ferre non poterant, civitate potitus est. Fuit hic tamen *Ernestus* pietatis ac pacis inprimis studiosus, qui erga cives *Magdeburgenses* sæpe tranquille nonnunquam in discordiam provocatus in eos animo acerbiori pro vario rerum statu vixit; quo fiebat, ut per quadriennii tempus continuum civitatem semel non intraverit. Difficile quidem foret & operosum succinctius commemorare, ea quæ a civibus plerumque in eum paulo temerius attempta sunt, quibusque motibus eorum ipse lacessitus fuerit. Nonnullæ transactiones super multifariis hinc inde controversiarum materiis inter eos & Archiepiscopum pro pacis ac concordie fomento in perpetuum amplectendo solenniter intervenerunt. Quarum primam *Albertus Saxonie* Dux interceperat. Altera a quibusdam arbitris delectis promulgata fuit plurimorum longa articulorum continencia, qua mediante omnis discensionum diversitas sopita putabatur. Nihilo tamen minus novos differentiarum amtractus, quos in dies irrequieta civitas peperit, ullo sine amputare non licebit. Non attinet hoc loco recensere, quali conatu *Cæsarem Fridericum* tertium cives per Oratores suos in *Francofurtia* adierint, adversus suum hunc Antistitem, dum inter imperii liberarum Civitates adnumerari cupiunt. Caterum qua ratione ducti *Heinricus* Ducem Brunsvicensium in protectorem Principem sibi accersivit, illius se tuitione submittens, nullo metu ad id urgente, in Pontificis sui (ut ipse agebat) contemptum, quæ ut pleraque alia miti suo ingenio, & ex innata clementia (ne populo tranquillitatem pacis vel dissolveret vel conturbaret) satis æquanimiter ferendo superavit. Cultum quippe divinum ubique vel augendum vel exornandum hic *Ernestus* deditissima opera promovit. Exacto nempe trigésimo Pontificatus sui anno chorum minorem Basilicæ Magdeb. cum ordine Clericorum diurna officia laudesque beatissimæ Mariæ virginis in utriusque parentis, ac suæ simul omnium fidelium animarum salutis profectum instituit atque dotavit, ubi sepulturam sub monumento aereo sumptuosi operis dudum ante a se ipso posito delegit; Quod sane conditorium non ea loci angustia, sed in Ecclesiæ meditullium locari destinatum fuerat, antequam de choro minori instituendo cogitatum esset.

1475.

1485.
Item Halberstaden-
ses.Injuria
Magde-
burgensi-
um in eum.Volunt li-
beris civi-
taribus ad-
censeri.Monumen-
tum ac se-
pulcrum
sibi parat.

(k) Paucissima de his, quæ hic sequuntur, extant in Meibomio.

1476. esset. Inscriptionem ejusdem monumenti celebris, extremitas superficiei continet in hæc verba: *Qualicumque me arte artificis manus elaboravere, Terra tamen terram, & quod Ernesti, ex Ducibus Saxonie Magdeburgensis Archiepiscopalis Germanie primas ac Halberstadenfis Administratoris, reliquum est, tego. Ipse me vivus posuit, & ex ære, ut posteris pietatis & amoris sui memoriam relinqueret quam longissimam. Vixit annis XLIX. mense uno, diebus decem, presedit Ecclesie Magdeburg. annis XXXVII. mensibus novem diebus duobus. Et Halberstadenfi annis XXXIII. diebus XXXVI. Obiit anno 1513. die tertia mensis Augusti, Cujus anima in refrigerio lucis & pacis requiescat, Amen.*

Princeps
aëdificator.

In ædificiis erigendis promptus & magnificus erat, simul & alimentis diurnis in aula sua munificentissimus. Molem arcis Hallensis a basi locavit, & aspirante Deo absolutam reddidit feliciter, solo ære suo, nullius ulterius manus auxilio implorato, opus quidem impensæ gravissimæ atque laboris supra quam centena & quinquaginta milia aureorum summam constans. Regia domus profecto D. Mauricio, Beatæ Catharinæ patronis ob venerationem ad motus armorum cohibendos, Ecclesie pariter ac civium ob quietem posita. Capellam intra eadem arcis moenia ornatu quoque mirifico erexit, sub invocatione B. Mariæ Magdalenzæ, illam multifariis beatorum corporum reliquiis, undequaque cura sollicita congestis sanctificavit, ipsamque preciosis donariis ex auro & argento quam plurimis Sanctorum imaginibus artificiose fabricatis cumulativissime decoravit. Non desunt hujus Sacelli gazæ æstimationes, qui eam viginti millium nummorum aureorum Valoris & eo amplius in existimatione habent, dempto calice illo mirifici operis ab eodem Ernesto superaddito, ponderis decem marcarum cum dimidia auri solidi ac purissimi perlucidis gemmis nobilissimis numero 300. atque margaretis magnitudine decoris & ingenti precio dignis, ad numerum centum & XCIII. venustissime adornato. Cujus sane labor eximius gratusque aspectus focundum artificis sui ingenium facile commendat. Arcem in Calois novam a solo erexit & singulis ad amissim in eadem structura recte quadrantibus confestim absolvit; Veteri ædificio humili in ruinam prono ad solum usque demolito. Nulla fere domus cujuscunque arcis mensæ pontificiæ peculiaris in reficiendis structuris oportune ab eodem Ernesto permansit intacta, pro tanto, ut in omnium ædificiorum impensa non minoris

quam ducenta milia florenorum expendisse famatur. Et quanquam non deerunt nonnulli criminatores, qui dispendiosum eum fuisse insimularent, longe tamen hinc præponderare in promptum est istud quod annuos Archiepiscopalis mensæ redditus atque proventus ex Hallensium Salinaribus venis ubertim auxerit ampliaveritque, additis magnificentissimis structurarum erectionibus argenti & auri bona copia jam in Sanctorum imagines redacta, de quibus præfertur. Quæ omnia decedens (dum majora animo concepisset.) penes Ecclesiam Magdeburgensem non infructuose reliquit. Nec Halberstadenfi Ecclesie ejus administratio parum frugifera fuit, præter id quod pacis undequaque conservandæ studiosus exitit, quodque civitatem tumultuantem compescens bello parere coegit. Arcem *Wevelingen* & antiquum & infame latrocinantium asylum dissolvit; eam gravi ære redemptam Ecclesie adjunxit. Castrum *Horneborch* fortalicis optime præmunitum simulque arcem *Slanstet* impignoratas redemit. Bonam civitatis Halberstadenfis partem, quam *advocaciam* vocant, civibus impignoratam mense Episcopali liberam reddidit. Lacum *Ascaniensem* terræ Halberstadenfi non modo perutilem, sed necessarium quoque, ab impetitionibus Abbatis & conventus *Coenobii Gerrode* longa multorum annorum litis pendencia in Romana curia defatigatus, auro tandem non exiguo, transactionis pacto liberum reddidit. Venit insuper Ecclesia in obligationem *Saxonie* Ducibus post *Qvedlinburgensem* urbem captam, ad persolvendum principibus illis XVIII. millia aureorum, de quibus non numerandis eam *Ernestus* ipse absolvit. Extant & illic passim ædificia, quæ undecunque refecit. *Judeorum* vulgus, quod suburbia Magdeburgensia incoluerat, non sine civium perniciose gravi a multis jam retroactis, seculis toleratum sustulit pius hic *Ernestus*, procul ab omni injuria tamen, salvisque rebus suis abunde libertate eisdem concessa, proprietatibus fundi, quas possederant, ab eis precio redemptis. Eorum Synagoga in *D. Mariæ Virginis* delubrum religiose dedicata; fuerunt hujus turbæ inutilis demigrantium *Judeorum* numerum ad mille quadraginta utriusque sexus capita excrevisse. Qui revera pro accepta gratia, retributionem eam, qua (ut vulgo dicitur.) *mus in pera, serpens in gremio, ignis in sinu*, hospites suos renumerare solent, palam præstiterunt. Sedit annis obiitque hic *Ernestus*, ut supra in Epitaphio memoratur. *Æternum valeat, vivatque felix anima!*

1476.
Contra calumnias defenditur.

Judeos migrare Magdeburg. jubet.

XIV.
 JOANNIS LATOMI
 COLLEGII S. BARTHOLOMÆI APVD FRANCOFORDIAM
 DECANI
 CATALOGVS
 EPISCOPORVM
 ET
 ARCHIEPISCOPORVM MOGVN-
 TINENSIVM
 VSQVE AD ANN. 1582.
 HACTENVS NONDVM EDITVS,
 CVM NOTIS ET ANIMADVERSIONIBVS QVIBVSDAM
 PRIMÆ PARTI ADJECTIS

AVTORE
 HERMANNO VLTRICO DE LINGEN
 SERENISSIMO DVCI SAXO - ISENACENSI
 A SECRETIS.

I. N. D.

PRÆFATIO AVTORIS

de Urbis Moguntiaë nomine, antiquitate, situ
 & cladibus &c.

CVM horum Civitatis Moguntinaë
 antistitum res gestas ex variis iis-
 que publicis potissimum Histo-
 riographis collegissemus, præfa-
 tionis loco, de hujus splendidis-
 simæ urbis *nomine, antiquitate, situ & cladi-*
bus aliquid in medium afferre operæ præ-

tium duximus, priusquam de Episcopis,
 quicquam dicamus; non quidem pro rei di-
 gnitate hanc materiam exornantes, sed pro
 ingenii nostri sterilitate, aliis fufius de his
 commentandi copiam præstruentes.

Moguntia vero nomen unde derivatum sit *Unde no-*
 non est concors apud recentiores scriptores *men Mo-*
 sententia; vetustiores nihil, quod sciam, ea *guntia*
 de re afferunt. *Beatus Rhenanus* l. 3. Rer.
 German. Moguntiam a *Mago*, quod prisca
 Gallis *domum* significat & fluviolo *Cia*; pro-
 pe portam monasterii veteris Cellæ civita-
 tem influente; dictam autumat. (a) Magis proba-

(a) Temporibus Francorum, pariter, ac nostris, urbem dictam esse *Moguntiam*, ex diplomate
 quodam *Dagoberti* Regis apud FREHERVM in tractatu de Lupoduno & MABILLO-
 NIVM l. 4. de Re Diplomatica fol. 302. Edit. Paris. 1709. & ex alio *Pipini* Regis apud
 MIRAEVM in Diplomabus Belgicis. p. 14. Edit. Antw. 1678. 4. satis constat. A Ro-
 manis vero, qui surgenti nomen dederunt Civitati, plurimam partem vocatur *Maguntia* seu
 potius *Maguntiacum*: id quod patet ex TACITO. Annal. l. 4. p. m. 566. 580. 597. Ed.
 Lugd. Bat. 1619. 8. FL. VOPISCO in Aureliano p. m. 612. Ed. Lugd. Bat. 1632. AM-
 MIANO MARCELLINO l. 15. c. 27. & Notitia PROVINCIARVM GALLIÆ apud ME-
 RVLAM Cosmograph. P. 2. l. 3. c. 19. Tom. III. p. m. 208. Ed. Amst. 1636. 12. Urbis
 quoque incolæ locum sapius nuncupasse *Maguntiam* ex ipsis nummorum quorundam a
 Maguntinis Præsulibus eulorum inscriptionibus probari potest. vid. GVDENVM in Hist.
 Erfurt. p. 18. OLEAR. in Isagog. ad nummos bracteatos. TENTZEL im Entwurff et-
 licher Mayntzischen Medaillen. SPERLING. de nummis cavis s. bracteatis. p. 11. 12. Et
 inde non adeo displicet mihi, ea, quam LATOMVS noster adducit, sententia BEATI
 RHENANI. lib. 3. Rer. German. p. m. 619. Ed. Vlm. 1603. 4. *Maguntiam* quasi *Domum*
Cie seu ad *Ciam* dictam putantis. *Magum* enim seu *Magus* Gallis significabat *Domum. ha-*
bitationem vide quoque MERVLAM in Gallia Tom. III. P. 2. Cosmograph. l. 3. c. 30. p.

probaverim *Güntberi* Poetæ etymon, qui lib. I. in suo *ligurino* a *Moeno* sive *Mogano* nomen deducit his versibus : (b)

*Classe petit celebrem famosi nominis urbem
Qua Mogus tumido miscet sua flumina
Rbeno,*

*Qui licet ipse suum perdat cum gurgite no-
men,*

*Dat tamen egregiæ primordia nominis
urbi,*

*Illaque majori cum sit popularior omni
Negligit & fluvio dignatur ab hospite dici
Namque premeus Rbenum (si credimus o-
mnia famæ)*

*Nomen ab infuso recipit MOGVNTIA
MOGO.*

Comminiscuntur alii alia, ex quibus circumferuntur hi inconditi rithmi :

*Aurea sum villa Moguntia nomine dicta,
Mundi matrona, specialis filia Romæ,
Plebe foecunda, speciosa, situque jucunda,
Fontibus & fluviis atque æere tota salu-
bris.*

*Sum divinorum lux & decus officiorum,
Et plantata piis cum civibus atque veni-
gnis*

*Raro bellifica sed pacis semper amica
Hujus sum laudis pro cunctis urbibus orbis
Me struxit Trevira, pulsus cognomine Ne-
quam*

*Ipse Magus : posthæc Troja Moguntius au-
xit : (c)*

Eadem

305. LEIBNITIVM in Collect. Etymolog. P. 1. p. 132. & ex hac voce, cujus originem ANNVIS in notis ad Pseudo BEROSYM p. m. 122. Ed. Antw. 1552. 8. a ficto illo *Mago Samothis* filio Celtarum Rege, qui plurima apud Gallos oppida condidisse traditur, deducit, conditoris nomine vel alius cujusdam rei appellatione accedente, diversarum urbium nomina fuisse composita, haud raro deprehendimus. Hujus enim generis occurrunt *Rotomagum*, *Durnomagum*, *Brocomagum*, *Borbitomagum*, *Rigiomagum*, *Vindomagum*, *Neomagum*, *Ebromagum*, *Fuliomagum*; *Casaromagum* in itinerario ANTONINI Cæsaris, nec apud PTOLOMAEVUM aliosque, qui PTOLOMAEVS quoque lib. 2. c. 12. p. 52. Edit. Venet. 1596. 4. loci cujusdam, quem *Drusomagum* vocat, meminit, *Moguntiam* forte, a *Druso* vel *Drusi* temporibus conditam intelligens. A fluvio *Cia* adhuc hodie pagi quidam Moguntiae vicini, *Zalbach* super *Ciam* & *Bretzenheim* super *Ciam*, appellationem sortiti sunt. GVNTHERI vero opinioni, quam Autor noster, GLAREANVS ad Tacit. de Mor. Germ. apud SCHARDIVM Tom. I. Script. Rer. Germ. f. 72. aliique sequuntur : *Moguntiam* a *Moeno* seu *Mogo* fluvio nomen accepisse; contraria potissimum sequentia sunt argumenta : Urbem *Moguntiam* non *Moeno* fluvio sed *Rbeno* potius adjacere, antiquissimis quoque temporibus nec *Rbeno* ita vicinam quam hodie; extitisse. Nec *Moenum* Romanorum temporibus, *Mogum* seu *Moganum*, ex qua appellatione tamen urbis nomen derivare student, vocatum fuisse. *Moenus* enim dicitur PLINIO Hist. Nat. lib. 9. c. 15. TACITO de Mor. Germ. c. 28. MELAE l. 3. c. 3. & primo Germanorum Poetæ Latino CONRADO CELTI l. 2. Amor. Eleg. 10. nec non fluvius *Moyna* in diplomatibus a Carolo M. Ludovico I. aliisque cœnobio Neustatensi concessis. Ii vero Scriptores, qui testibus ALTHAMMERO ad Tacit. de M. G. apud SCHRAD. T. I. f. 20. GLAREAN. in Tacit. de M. G. apud SCHARD. T. I. f. 72. PIRCKHEIMERO in Locor. Germ. Explic. ad eundem T. I. f. 91. FREHERO in not. ad Aufonii Mosellam p. m. 430. Ed. Tollian. Amst. 1671. *Moenum* vocarunt, *Mogum*, *Moganum*, (ut in Breviario Moguntino, ubi de morte Lulli agitur, dicitur) *Monagum*, *Mogum* & *Mogasum*, barbari sunt, imperiti, vel medii ævi Poetæ, ex cerebro suo novum veteribusque prorsus incognitum nomen affingentes *Moeno*. SERRARIUS in l. 1. de Rebus Moguntiacis a tribus fluminibus, *Mon* seu *Moeno*, *Gon*, de quo hodie pagus *Gonzenheim* nomen habet, & *Cia* deducit *Mogontiacum*, paucis applaudentibus.

(b) GVNTHERVS in hoc suo *Ligurino*, Friderici Anobarbi res gestas decem libris describit, & inde librum *Ligurinum* vocavit, quia Friderico multum rei cum *Liguribus* & *Mediolanensibus* fuit vid. VOSSIVM de Hist. Latin. l. 2. c. 53. p. 431. Ed. Lugd. Bat. 1651. Primus hoc scriptum edidit CONRADVS PEVTINGERVS August. Vindel. 1507. fol. postea notis Jacobi SPIEGELII illustratum Collectioni Scriptorum Rerum Germanicarum inseruit IVSTVS REVERVS Ed. Hanov. 1619.

(c) Magos ex urbe Trevirorum ejectos sub Principe *Nequam*, Magontiacensium civitati originem dedisse circa annum ante Christum natum 1362. absurde quidam fabulantur. Ortum tamen exinde illud est dictum : *Moguntia ab antiquo Nequam*. De aureo urbis cognomine alii supersunt versus :

*Aurea Romane Moguntia filia matris
Hæc habet Ecclesiæ pulchra decora sua.
Aurea Germanis hæc olim dicta colonis
Quod superat multis urbs generosa bonis.
Majus ut est aurum cunctis toto orbe metallis;
Sic major reliquis urbibus illa nitet &c.*

*Drusoma-
gum Prolo-
ma.*

*Contrarie
opinionem
refutan-
tur.*

*Auream
Moguntia
cognomen.*

Eadem ineptia ab inaurata pyramide *auream* dictam putant, cum potius propter amoenitatem & fertilitatem, qua omnes Germaniæ & Galliæ civitates excellit, id cognomen sortitur. Quicquid sit, urbem admodum vetustam esse constat. Julius quidem Cæsar in suis commentariis illius plane non meminit: forsan quod a

*Drusus
Germanicus
conditor
urbis.*

Rheno disjuncta eoque loci, ubi nunc sita est, militum stativa & castella essent, cum tamen dubium non sit, eam longe antea inter Galliæ civitates floruisse. Nam anno 56. ante Christi natalem ab *Anthario* Sicambrorum seu Francorum Rege profus delatam & vastatam scribit *Trithemius* ex *Huribaldo* vetusto autore. (d) Cæterum *Nero Claudius Drusus Germanicus*, Augusti Cæsaris privignus, Liviæ filius, Tiberii Cæsaris frater, vix annis viginti post Julium rebus humanis exemptus; tam frequenter *Moguntia* versatus est, ut eam construxisset vel saltem instaurasse putetur. Autores sunt *Otto Frisingensis* & *Urspergensis* Abbas. (e) Superest ejus imago in arce telonii ad Rheni ripam cum hac inscriptione: DRUSVS GERMANICVS. (f) Victor oppetit *Drusus* inter Salam & Rhenum pugnans, inquit *Strabo* l. VII. quem locum, si de *Drusi monte* in *Buchonia* intelligere placet, non refragabor. (g) *Florus* in Epitome ad T. Livii librum ultimum scribit ex fractura cruris equo illapso desuper defunctum & Romam reductum in C. Julii tumulo conditum. Mo-

numentum illi *Moguntia* erectum scribit *Eutropius* libro quoque septimo. *Suetonius* in Claudio. c. 1. diligenter ejus gesta mortem ac honorarium illi tumulum ab exercitu erectum commemorat. *Post Præturam*, inquit, *confestim inito consulatu, atque expeditione repetita, supremum diem morbo obiit in æstivis castris; quæ ab eo scelerata sunt appellata.* Corpus ejus per municipiorum coloniarumque primores, suscipiensibus obvius scribarum decuriis ad urbem devectum, sepultum est in campo *Martio*. Cæterum exercitus honorarium, ei tumulum excitavit, circa quem deinceps statò die, quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent. Hæc *Suetonius*. Nominatus est ab iis ludis militaribus locus ubi monumentum illud statutum fuit *Mons Martis*, qui nunc divo Jacobo sacer est, ut infra in *Gotthardo* latius dicetur. De morte quoque *Drusi* diserte quoque scribit *Zonaras* in *Augusto*. Fuisse autem hanc Pyramidem 164. pedum in altitudinem erectam (quàm olim in coenobio S. Jacobi vidimus variis imaginibus ornatam ex ære fusam) tradunt scripti libri. Illustre sane spectaculum in specioso monte; (hinc absque dubio ita dicto) civitati vicino positum, nostraque hac ætate post annos 1580. tam adhuc firmum, ut nullis machinis aut violentiæ ea moles cedat. (h) *Drusi* porro filius fuit *Germanicus*, qui anno quarto

*Monumentum
Drusi.*

to

(d) Habet hæc TRITHEMIVS de Orig. Francorum p. 147. a. in Tomo I. SCHARDII. qui simul tradit, hunc *Antharium* cum viginti suorum millibus Gallis in prælio cæsum. Nequos quoque *Antharii Clogionis* filius *Marcomirus* dicitur, *Moguntiam*, muris nudasse, Treviros excidisse, *Agrippinam* aliasque urbes subegisse, vid. KIEFFER de Domo Austriaca, p. 79. & iterum *Marcomiri* filium *Clodomarum* non longe a *Moguntia* cum Romanis bella gessisse agrosque Trevirorum vastasse, refert TRITHEMIVS d. l. p. 148. a. Sed narrata hæc omnia si dem minime merentur, HVNIBALDVM enim habent autorem, ineptum, imperitum, absurdum & recentioris ævi, quam vulgo traditur, scriptorem vid. PONTAN. Orig. Francic. l. 2. c. 5. l. 3. c. 3. VOSSIVM de Hist. Latin. l. 2. c. 22. p. 255. Ex HVNIBALDI vero hujus duodecim ultimis libris suum de origine gentis Francorum confecit Compendium TRITHEMIVS.

*Hunibaldi
fides.*

(e) Locus OTTONIS FRISING. ex l. 3. c. 4. f. 56. in Tomo I. Scriptor. German. URSTISII hic est: „Hic *Drusus* *Moguntiam* in Gallia, & *Augustam* in Rhætia, quæ antea *Vindelica* dicebatur, ex nomine *Augusti* vocatam, fundasse vel instaurasse, dicitur. Monstratur adhuc monumentum ejus *Moguntia* in modum pyræ. „Hanc sententiam sœvent quoque *SERRARIUS* in Rebus *Mogunt.* ubi de origine urbis agit, & *LEHMANNVS* in Chron. Spiren. l. 1. c. 12. Patet ex Annalibus *TACITI* l. 4. c. 5. octo Legionibus Romanorum juxta Rhenum perpetuum quasi tenuisse præsidium. Et *FLORVS* l. 4. c. 12. p. 26. scribit: *Drusum* ad Rheni ripam quinquaginta amplius castella struxisse, id quod *DIO* l. 56. affirmat. Et inde concluditur, *Drusum* tunc quoque *Moguntia* conditorem extitisse. Confer quoque de conditore *Moguntia* *BLVMBERGIVM* in tractatu vom *Eichelstein*. c. 4.

(f) Statuam *Drusi* his verbis insignitam fuisse traditur: IN MEMORIAM DRVSI GERMANICI. hodie vero non amplius deprehenditur, a Gallis quippe anno 1688. deleta vide *HIEGELIVM* in Collect. nat. artis & antiquitatis. Ed. *Mogunt.* 1697.

(g) Conf. *BLVMBERG* d. l. c. 2.

*Eichelstein
unde.*

(h) Monumentum hoc *Drusi* vocatur vulgo *der Eichelstein*. Putat quidem *WICELIVS* in *Hagiolog.* nequaquam hoc esse *Drusi* monumentum, nec a glande *Eichel*, sed potius a Principe quodam Germanorum, cui nomen *Eigil*, ibi sepulto, ita dictum. Locus legitur apud *VOSSIVM* de Hist. Latin. l. 2. c. 53. p. 431. Eadem fere est sententia docti apud *Moguntinos* olim Antiquarii *HIEGELII* in Epistola ad *TENTZELIVM*, qui ipse quoque ad ejus partes transit in Colloquiis *Menstruis* ann. 1698. p. 677. seq. *Glandisaxum* non Romanum, sed Germanorum potius vetustissimum & ante Romanorum in Germania adventum jam constructum opus fuisse scribentis. Argumenta vero eorum levia sunt; Germani enim tunc temporis ædificiis condendis minime studebant, id quod ex *TACITO* notissimum est in libro

to *Tiberii* de Germanis triumphavit & *Moguntia* vixit. Eodem loco fere, aquæductus altissimis fornibus olim impoliti cernuntur ab *Alexandro Severo* Imp. constructi, qui illic occisus dicitur anno 237. ex *Fintheim Moguntiam* usque ducentes, nisi antiquæ urbis quis moenia conijcere malit. (i) Recentiores multa fabulantur de *Aureolo* quodam hujus operis autore, sed sine testimonio. Malim id adscribere *Aureliano* Imperatori, qui *Moguntia* vixit, ut in sequentibus dicitur. Alia vetusta monumenta persequi, quæ hic visuntur, non est nostri instituti. Laborarunt iis emendis sedulo *Johannes Hutterichius*, & *Theodoricus Gresmundus*. Ictus doctissimus. (k) Verum hanc felicitatem civitatis nostræ, tam *Germani*

Transrbenani quam alii vicini & barbari admodum indigne tulerunt sæpiusque interpolantur. Nam *Vespasiano* Cæsare adhuc superstitite, direpta est *Moguntia* a *Cattis*, *Ufipiis* & *Mattiacis*, qui a *Vocula* Romano Duce compressi sunt, cum jam fatiati præda discederent ait *Tacitus* Annal. l. 20. (l) Fuit quoque *Aurelianus* antequam esset Cæsar, apud *Maguntiacum* Tribunus Legionis 6. Gallicanæ, ut scribit *Vopiscus*, (m) ibique egregie suam fortitudinem ostendit contra *Francos*, & postea de *Gallis* Imperator triumphavit. Opprimere deinde eam tentavit *Postumus Labienus*, qui Imperii Romani fasces affectabat, eamque militibus diripiendam tradere voluit, sub *Gallieno*, ut habet *Eutropius*. l. 9. (n) Sed prohibitus & occisus est ibidem anno

Aureolus.

Direptiones & clades Moguntia.

Nomen.

Aque ductus ad Moguntiam.

libro de M. G. c. 16. referente: *Nullis Germanorum populis urbes habitari satis notum est, nec pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem, connexis & coherentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium, sive inscitia aedificandi. Ne coemtorum quidem apud illos aut tegularum usus. Materia ad omnia iununtur informi & citra speciem & delationem.* Multo minus inde tam illustris operis auctores credendi. Nomen vero habet *glan li saxum*, vel a figura, quam OTTO FRISINGENSIS l. 3. c. 4. in modum pyræ, alii permulti vero, pyramidis, glandi forte non ab similem, extructam fuisse scribunt; vel potius a glande ipsa inaurata & variis figuris ornata, quæ cacumini monumenti splendebat imposita, ut scribit Autor noster. Altitudinem glandi faxi centum pedes complere varii observarunt scriptores. Credo hujus saxa fastigio pyramidem a Romanis impositam fuisse, posteris temporibus destructam, eamque Historicis ansam dedisse, monumentum *Drusi* forma pyramidali erectum fuisse, scribendi. Superest plurima pars mirabilis hujus honorarii tumuli, ut eum vocat SVETON. in Claud. c. 1. & quidem singulari & opera & arte tam firmiter congesta, ut temporis edacitati minime videatur obnoxia. BLYMBERGIVS, qui peculiarem vom Eichelstein edidit tractatum an. 1698. Chemnit. monumentum hocce humanis manibus minime extructum, rupem putat esse. Refellit autem eundem TENTZELIVS in Colloqu. Menstr. an. 1698. p. 669. seq. apud quem plura de celebri hoc saxo legas. conf. quoque SERRAR. de Rebus Mogunt. l. 1. p. 58. seq. MERIAN. in Topograph. ArchiEp. Moguntini f. 5. MVTTICH. in Collect. Antiquitat. Mogunt.

- (i) Urbis antiquæ hæc mœniorum esse rudeca, facilius credam, quam ea aquæductuum Severi. Hi enim aquæductus fuerunt subterranei, si fides habenda Fr. MARTINO DIFFENBACHIO, qui circa annum 1603. *Epitomen Chronicorum antiquissime civitatis Moguntine* conscripsit, cujus verba ex MSto ita sonant: „*Alexander quoque Severus & Moguntia sedem sibi constituit, ibique fontem limpidissime prope villam Fintheim scaturientem, ob aqua potabilis in Civitate penuriam, per canalìa subterranea in civitatem fluere fecit & procuravit: quod postmodum progressu temporis ob civitatis transpositionem exsiccatum est.*”
- (k) Autor noster in Indice Auctorum, se ambos non vidisse fatetur. Prodiit HVTTICHIVS in lucem publicam sub titulo: *Collectio antiquitatum in Urbe & agro Mogunt. repertarum. Moguntia* 2 1520. GRESMVNDVS vero qui *Catalogum de Episcopis Moguntinis* scripsisse perhibetur, latet adhuc ineditus.
- (l) TACITVS sedecim solum scripsit annalium libros: Autor vero noster, libros Historiarum iis Annalium annumerat & hoc modo, quartum. Historiarum librum, vigesimum Annalium vocat. Legitur enim l. 4to Historiarum p. m. 580. de Obsidione Moguntia: locus, sed is obsessam quidem, expugnatam vero minime tradit. Ita enim sonat, apud quem (Voculam) resumpto Vespasiani sacramento ad liberandum Maguntiaci obsidium ducebantur. Discesserant obsessores mixtos ex Cattis, Ufipiis, Mattiacis, exercitus fatietate prædæ, nec incrementati. Ita dispersos & nescios miles hostes invaserat &c.
- (m) in Aureliano p. 612.
- (n) locum invenies in EVTROPII breviar. l. 9. ita sonantem: „*Postumius in Gallia obscurissime natus, purpuram sumpsit, & per annos decem ita imperavit, ut consumtas pene provincias ingenti virtute & moderatione reparaverit, qui seditione militum interfectus est, quod Moguntiacum, que adversus eum rebellaverat, Lolliano rei novas moliente, diripiendam militibus tradere noluisse.*” TREBELLIVS POLLIO memoratum quoque laudibus consequitur Postumium; & inde injurios in eum est Autor noster, *Posthumium Moguntiam diripiendam statuisse*, scribens cum ex ipso EVTROPII quem citat, loco, contrarium luculenter appareat.

anno Christi 263. Similiter & *Ælianus Moguntia* occubuit Tyrannus eodem anno, ut scribit *Onuphrius*. (o) Non tamen longe postea a barbaris, hoc est, *Germanis* possessam ejusque territoria habitata scribit *Ammianus Marcellinus* l. 16. (p) & a *Juliano Cæsare* una cum aliis Civitatibus *Rbeni* recuperatam, ita, ut ibi constructo ponte exercitum in *Germaniam* traduceret. Majore deinde clade attrita est sub *Valentiniano Seniore* Augusto, a *Rbandone Alemanno*, qui latenter eam irrepens in die festo, virilem & muliebrem sexum cum suppellectile non parva, indefensum abduxit, ait idem *Ammianus* l. 27. (q) Aliam cladem esse arbitror, de qua D. *Hieronymus* ad *Gerontiam* (r) scribit, & *Salvoianus* lib. 6. sub *Honorio* Imperatore *Moguntia* in Ecclesia multa hominum millia occisa, nimirum circa annum 407. cum *Hieronymus* & *Marcellinus* adhuc superviverent. Tales barbarorum incursiones perpendentes Romani, quod summis viribus tutandæ essent *Gallia*, multa excitabant castella & munimenta in utraque *Rbeni* ripa, constitueruntque *Ducem Moguntiacensem*, qui sub dispositione sua amplissimas semper habebat copias cum Præfectis militum apud *Salecionem*, apud *Tabernas*, apud *Vicum Julium*, apud *Nemetas*, apud *Altam Ripam*, apud *Vangiones*, apud *Maguntiacum*, apud *Bingium*, apud *Badobrigum*, apud *Consuentes* & apud *Autonaicum*, ut patet in libro insigniorum Romanorum magistratuum & alibi. (s) Meminit *Ammianus* l. 29. (t) *Florentii* Ducis *Maguntiacensis* sub *Valentino*. Has tamen dictas incursiones longe vicerunt *Wandalica* illæ atque *Hunnica* everfiones, quarum prior

Romano-
rum castel-
la & præ-
silia ad
Rbenum.

sub *Honorio* Imperatore circiter annum C. 411. a *Croscio* Rege transito per pontem *Rheni*, a Gallicis scriptoribus *Amicio* (u) & *Sigiberto* facta perhibetur: ceteri is postea apud *Arelatum* a *Mariano* Romano Præfide captus sit & ad mortem usque excruciatu (v) Nec *Hunnos Attila* Duce hic otiosos fuisse putandum est, cum totum *Rheni* tractum horrendè evastaverint, ejus rei certa indicia in Episcoporum historia traduntur. (x) Putatur paulo post *Moguntia* translata ex pristino loco ad *Rbenum* a *Dagoberto* Rege *Gallia*. (y) Nam antea eo fere loci sitam produnt, ubi nunc habitant leprosi, (z) & monasterium *Dalbeim* superest. Ruinæ certe murorum pluribus locis extra civitatem ingentia ædificia ibi fuisse demonstrant. (aa) Ad *Rbenum* vero ubi nunc est populosior civitas ipsa, præsidia & munitiones contra *Germanos* fuisse conjectant docti. Obsessa est denique a *Godinis* fratribus *Burgundis Moguntia*, verum a *Carolo Martello* Francorum Rege periculo exempta, ut scribit *Gotfridus Witerbiensis*. Diu vero a *Martelli* posteris *Pipino*, *Carolo Magno*, *Ludovico pio*, hujusque filio *Ludovico Germanico*, quibus parebat, Regibus est exulta. Donec sub *Carolo Crasso* a *Normannis* rursus magnam acciperet plagam. Nam obsessam & expugnatam tradit *Crantzius* in sua *Dania*. Gravem quoque oppugnationem sensit ab *Ottone I.* Imperatore diebus 60. tandemque in potestatem ejus redacta ac paulo post libertati restituta. Nec minus graviter est affecta a *Friederico Ænobarbo* Cæsare, qui moenibus nudatam triginta septem annis, die noctuque feris accessam reliquit. Et cum multas ac varias

- (o) Quo loco hæc habeat *ONUPHRIUS*, nescio. In tyrannorum vero numero non deprehenditur *Ælianus*. Errorẽ inde in nomine puto commissum, & pro *Lolliano*, qui ibi imperfectus est, *Ælianum* fuisse positum.
- (p) p. 110. Edit. Lugd. Bat. 1632.
- (q) p. 630. confer quoque *BEATVM RHENANVM* *Ret. German.* l. 3. p. 619. qui, eo tempore cum hæc scriberet, *Ammianum* nondum typis impressum fuisse, tradit: *LEHMANNVS* in *Chron. Spirens.* l. 1. c. 29. ex errore, hunc *Randonem* regalem, vocat *Raudonem*; accidisse hoc anno Christi 368. putat *SIGONIUS*, *CLUSIUS* & *SPANGENBERGIUS* vero in an. 371. referunt.
- (r) *Epist. II.* Conglobati hic fuere multi *Germania* populi, Duce *Carroco* Rege, de quo vide *GREGOR. TURONENS.* *Hist. Francic.* l. 1. c. 32. a quibus multæ circa *Rhenum* civitates sunt excisæ. Id quod quoque *TRITHEMIUS*, *SIGONIUS*, *AVENTINUS* aliique literis consignant.
- (s) vide quoque *FREHER.* de *Orig. Palatin.* P. I. c. 3. *MYLER.* ab *EHRENBACH.* in *Archolog. Nrd. Imper.* c. 3. §. 2. p. 13. 14.
- (t) p. 718.
- (u) lege *AIMOINO.*
- (v) hic ille est *Carroco*, de quo jam supra egimus.
- (x) *CRUSIUS* l. 7. „ *Urbes ab Attila, vel temporibus Attila eversa vel depopulata circa Rbenum, Augusta Rauracorum, Vindonissa, Argentoratun, Metæ, Augusta Nemetum, Augusta Vangionum, MOGUNTIA, Colonia Agrippina, Treveris & alie* „
- (y) *Hildericum Moguntiam* & regiones adjacentes in potestatem suam redegit, scribit *TRITHEMIUS* ex *Hunibaldo*. Vide quoque *SIGONIUM*, *SPANGENBERGIUM* & *AVENTINUM* apud *LEHMANNVM* in *Chronic. Spirens.* l. 1. c. 31. f. 44. Edit. *Francf.* 1698. *Dagoberti* vero Regis consilio & opera, a pristino loco ad *Rbenum* fuisse transpositam, varii tradunt, vid. *BLUMBERG* de *Glandi-Saxo* c. 4.
- (z) *BEATVS RHENAN.* l. 3. p. 619.
- (aa) *HENTZNER.* in *itinerario* p. 9. Ed. *Norimb.* 1629. 8.

rias contentiones cum Archi-Episcopis exercuisset, ab *Adolpho* Præsule subjugata, pristinas vires ac magnificentiam recuperare non potuit. Taceo nunc Marchonicas nostra aetate Ecclesiarum & arcis per incendia, evastationes, quæ incomparabili damno Clerum potissimum affecerunt. Sed hæc suis plerumque locis in Episcoporum descriptione prosequimur.

Causa ins-
tuti Aucto-
ri.

Ut itaque ad institutum nostrum veniamus, plures sunt causæ quibus impulsus hæc de *Moguntinensibus Episcopis* colligere sum aggressus. Earum præcipua erat, quod post tam varias civitatis everfiones, tantorum virorum non solum res gestas, verum etiam nomina ipsa in profundam oblivionem venisse videam, nec quemquam admovere manum, quo ab ista injuria vindicentur. Qui enim & quales fuerint *S. Bonifacii* antecessores Episcopi, qui primam operam posuerunt in convertenda *Moguntia*, paucis constat. Cum tamen plurimum utilitatis & jucunditatis habeat, tantos fidei patres & Duces intueri (bb) & non dubium est, extare adhuc aliqua superiorum temporum scripta de illis. *Tribemius* certe *Meginfridum* Monachum Fuldensem sub Imperio *Ottonis* 2. & 3. in sua historia horum successiones luculenter describere testatur, nobisque hunc qualemcumque Catalogum ex eo suppeditat. (cc) Quo tempore *Theodoricus* Monachus *S. Hebbani* eorundem quoque vitas collegit sub *Willigiso*. Et *Franciscus Irenicus* (dd) *Theodericum Gresmundum*, Jureconsultum & Poetam insignem Moguntinum, Catalogum illorum contexuisse refert, (ee) quos quidem Autores mihi videre non licuit. Habet Metropolitana Ecclesia matriculam, quæ advenis exhibetur, satis recenter undecunque collectam, quam etiam *Casparus Bruschius* (ff) secutus est, eamque ex historiis sua diligentia locupletavit. Altera mihi causa fuit, suscipiendæ hujus operæ, insignis constantia & fidei puritas, qua nostri Præsules Ecclesiam universam illustrant, & inter tot bella, seditiones, calamitates & schismata nullus a Catholice religionis tramite deviaverit, nullus

hæreseos convictus fuerit, aut propterea loco motus. Sed eandem fidem, quam *S. Crescens* aliique Apostolici viri, Provinciæ invenerunt, contra quoscunque tyrannos & hæreticos fideliter sunt tutati, itaque, ut nec martyres & illustres confessores nobis desint. Nam quod in scissura Imperii quidam Casarum potius gratiam, quam Romanorum Pontificum sunt secuti, fidem tamen non mutarunt; nec quisquam illorum in tantam incidit dementiam, ut Apostolicam sedem perpetuo relinqueret, licet manu & consiliis, quosdam Romanos Pontifices, (plerumque tamen in schismate electos) oppugnasse legamus. Qua de causa merito Moguntinensis Ecclesia cunctis Germaniæ populis fidei sinceritate præluet. Exemplo igitur *Onuphrii Panvini* doctissimi Historici, non solum bonos & legitimos Pastores recensemus, verum (ut ille in historia Romanorum Pontificum & Imperatorum facit) etiam schismaticos, postulatos, designatos, sive inierint, sive non, ac intrusos in ordinem ponimus: ut illorum temporum calamitas, quæ nos felicissima fuisse putamus, & Satanæ assidua machinationes contra Ecclesiam omnibus pateant. Unde autem hæc qualiacunque desumpta sint, ex Autoribus margini adscriptis videre licet. Non enim homini privato aliunde quicquam petere concessum est, eaque de causa minus majorum offensam me incursum puto, quod tantum publica, & sparsim in historiis prodita (præter Catalogos plurimos scriptos a diversis excussos & perillustratos) huc congeffi. Vidimus ante aliquot annos in ruinis templi *D. Albani* monumenta quorundam Archi-Episcoporum, quæ modo evulsa sunt: pleraque tamen ab aliis descripta huc transtulimus, ut suis locis apparebit. Extant etiam Inscriptiones ad hanc rem utiles in summo templo Metropolitano & alibi, ubi nostri Pontifices conditi sunt, quas tamen omnes mihi rimari non licuit, aliis Ecclesiasticis negotiis detento. Quare si quisquam præterea aliquid in hac nostra oppella desideraverit, benignus addat, demat & corrigat.

(bb) Ex præjudicio Religionis nimis hic improprie scribit Autor nec homines, licet religionibus populum impleverint, ut de *Tullo Hostilio* LIVIUS l. 1. c. 31. refert, exinde merito *Fidei Patres & Duces* dicendi sunt. Deus enim est veræ fidei verus Autor Paterque.

(cc) De *Meginfrido* vide VOSSIUM de Hist. Lat. l. 2. c. 42. p. 360.

(dd) Forte in Exegesi Germaniæ Ed. Hag. 1518. & Basil. 1568.

(ee) GRESMUNDUM hunc Spirenses, Catalogum scripsisse Episcoporum Moguntinorum hætenus ineditum, jam supra memoravimus. De vulneribus Christi Carmen composuit, quod laudatur apud PERIANDRUM in Germania p. 812. ita de GRESMUNDO carentem:

Vena fuit tibi candidior nive, purior auro,

Cum canis imparibus vulnera sancta modis.

& CASPARUM CUNRADUM in Prosopographia melica. Millenario I. p. 69. qui sequenti modo ejusdem de vulneribus Christi libri meminit:

Imparibus numeris Christi sacra vulnera cantans

Cur vatis titulo nominatur, habet.

(ff) CASP. BRUSCHIUS scripsit annales Archiepiscopatus Moguntini. Edit. 1549. 8.

CATALOGUS. EPISCOPORUM MOGUNTINENSIVM.

S. *Crescens.*

S. *Crescens*, Martyr, Roma missus in *Germaniam & Galliam*, primus Moguntinensium Episcopus ordinatus est, præfuitque annis 22. Vir magnæ sanctitatis & Martyrio coronatus, ut *Tritheimius* refert ex *Megenfrido* Historico de quo infra latius. Cum anno a Christo nato 80. designatus Episcopus esset & anno 108. indictione 6. obiisset. Unde tamen secundum calculi cursum colligitur ipsum 28. annis præfedissee. Sequitur in Ecclesia S. Hilarii in *Dalheim*. Translatus est inde cum aliis decem Episcopis ab *Hildeberto* Archi-Episcopo ad S. Albanum & in Choro summa cum reverentia collatus anno 935. die 14. Martii, ait idem *Tritheimius*. Impressa Tabula continens præcipuas reliquias Ecclesiæ S. Albani, translationem quidem horum decem Episcoporum sub *Hildeberto* factam meminit & ante altare S. Vincentii illos collocatos affirmat, quod in sacello quodam situm fuit, quod postea novo Choro accessit. Nam plurimæ in hac Ecclesia factæ sunt mutationes. Quis autem hic S. *Crescens*

fuerit non satis compertum arbitror. Scio discipulum D. Pauli Apostoli quosdam hunc existimare, cujus ad Thimotheum capite ultimo, Epistola secunda fit mentio, quod in *Galatiam* sit profectus, quod etiam *Eusebius* affirmat l. 3. c. 4. Indeque in *Galliam* transiisse testantur *Usuardus & Ado Viennensis* Episcopus Chronicus, atque adeo *Viennæ Galliæ* cathedram tenuisse: uterque tamen in *Galatiam* ad primam sedem reversum prodit, ibique defunctum, etsi *Genebrardus* Parisiensis diligentissimus Chronicus *Galatiam* intelligat ipsam *Galliam*, ex *Clemente Romano*, *Epiphonio*, *Eusebio & Hieronymo*, vide *Cæsarem Baronium* 25. Junii. *Dorotheus*, *Tyri* Episcopus, eum in *Gallia* prædicasse ait, ibique nescio quam *Chalcedonem* statuit, ubi Episcopus fuerit diemque supremum obiit. (gg) Verum tot monumenta scripta, ejusque festum, quod die 27. Junii in martyrologio celebratur, ac firmissime majorum traditio edocent, (hh) sive hunc sive alium *Crescentem*, Moguntinæ civitatis, Apostolum & fidei ducem

Martyrologia.
Tabula
Reliquiarum S. Albani.
Megenfridus Fuld. citante
Tritheimio.

Quis fuerit.

(gg) DOROTHEVM sub hac *Chalcedone* intellexisse *Moguntiam*, absurde tradit SERRARIVS in *Crescentie*. Scripsisse fertur DOROTHEVS TYRIVS de *Propheetis & discipulis Domini* librum, crassis & erroribus & fabulis refertum, cujus editiones recenset Vir Doctissimus JO. ALB. FABRICIVS in Biblioth. Græca l. 5. c. 4. p. 145. seq. Supposititium vero librum a juniore quodam Dorotheo, Abbate Romano, compositum, plurimi doctorum arbitrantur, BELLARMINVS, POSSEVINVS, MOLANVS, BARONIVS, & qui graves simul Pseudo-Dorothei perstringunt hallucinationes, VOSSIVS de Hist. Græcis l. 2. c. 18. p. 251. & BLONDELLVS de Episcopis & Presbyteris p. 104. seq.

(hh) *Crescentem* quendam *Pauli* discipulum in *Galatiam* fuisse profectum, ex secunda ad Thimotheum Epistola c. 4. v. 10. constat. Num vero in *Gallia* vel in *Galatia* seu Gallo-Græcia prædicaverit Evangelium, de ea re discors est Doctorum sententia. Patres tamen in *Galliam* seu *Franciam* non vero in *Galatiam*, *Asia* Provinciam transiisse *Crescentem*, perhibent. Scribit enim EVSEBIVS Hist. Eccles. l. 3. c. 4. f. 74. Ed. Valesian. Mogunt 1672. τῶν δὲ λοιπῶν ἀποστόλων τὸ Πάυλος, κηρύττων μὲν ἐπὶ τὰς Γαλιτίας σείλάμενος ὑπ' αὐτοῦ μαρτυρεῖται. Ex reliquis *Pauli* comitibus *Crescens*, quidem ab eo missus in *Gallias*, *Pauli* ipsius testimonio declaratur. Pariter ac HIERONYMVS in Catal. Scriptor. Eccles. in Opp. Tom. II. f. 171. Ed. Franc. ad Moen. 1684. κηρύττων ἐν Γαλιταίᾳ ἐκήρυξε τὸ Ἐυαγγέλιον, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη. *Crescens* in *Galliis* prædicavit Evangelium & illic sepultus est. Et eandem quoque sovent sententiam EPIPHANIVS in hæresi ἀλόγων fol. 204. Ed. Basil. 1545. THEODORETVS ad locum *Pauli* 2. Ep. ad Timoth. c. 4. v. 10. & alii. Quidam ex Patribus EVSEBIVS nempe, EPIPHANIVS, HIERONYMVS ejusdemque Interpretes SOPHRONIVS inde locum *Pauli* d. l. legunt: κηρύττων εἰς Γαλιταίαν: non, ut hodie expressum cernimus: κηρύττων εἰς Γαλατίαν, quam posteriorem lectionem tamen HENRICVS VALESIVS in not. ad Euseb. l. 3. c. 4. f. 44. b. priori anteferendam dicit, secutus CLEMENTEM in Constitut. Apostolicis & THEODORETVM ad locum *Pauli*, qui sub hac *Galatia Galliam* tamen intelligit. Ex recentioribus quam plurimi, eandem amplectuntur sententiam, ex quibus paucos sed Viros Clarissimos DANHAVERVM, in Dramate sacro. p. 136. 137. Ed. witt. 1696. 4. SCHILTER. de libertate Eccles. German. l. I. c. 4. p. 1. HAMMONDVM in Paraphrasi loci *Pauli* 2. Ep. ad Timoth. c. 4. v. 10. p. 293. Ed. Clerici, nominare placet. *Crescentem* enim *Galliis* divinum nuntiasse verbum, constans traditio, ejusque festum, & monumentum testantur, *Paulum* quoque sub sua *Galatia*, non *Asiaticum* provinciam, sed *Galliam* intelligere, exinde probabile redditur, cum *Asia Galatiam* tunc temporis dictam Gallo-Græciam, *Galliam* vero apud Græcos *Galatiam* vocatam fuisse, scriptores referant. Prius, STRABONIS firmatur testimonio, qui l. 12. ita scribit: Κατέχευεν δὲ τὴν χώραν ταύτην οἱ Γαλαταὶ πλανηθέντες πολὺν χρόνον, καὶ καταδραμόντες τὴν ὑπὸ τοῖς Ἀταλικαῖς Βασιλευσι χώραν, καὶ τοῖς Βιθυναῖς, εὖς περὶ ἐκόντων τὴν νῦν Βιθυλίαν (Γαλατίαν) καὶ Γαλαγγρακίαν λεγομένην. Hanc regionem *Galatia* occuparunt cum diu vagati incursionibus

tem fuisse, licet per occasionem aliis quoque populis verbum Dei annuntiare non destiterit, sicut de S. *Materno* aliisque legimus: (ii) De tanto vero martyre ac fidei duce eadem verba subjungere placet, quibus olim D. *Gregorius Nazianzenus*: Orat. 8. magnum suum *Basilium* ornat: „*Et nunc*, inquit, „*Archisacerdos noster*; „*in caelis degit*; „*ibique* „*pro nobis, pro civitate sua, pro populo sacrificia offert*; „*ac pro nobis omnibus*; „*quorum gerit curam*, orat. „*Licet enim nos reliquit*; „*non tamen animo & patrocinio reliquit*;

Matricula Moguntina & Bruschius.

MARINVS, quem alii *Martinum* vocant, annis 6: juxta *Trithemium* translatus ad S. Albanum ex S. Hilario, inter alios decem, ut praedictum est.

CRESCENTIUS, annis 18.

CYRIACVS, annis 14.

S. HILARIUS martyr, annis 20. videtur in hujus memoriam Ecclesia in *Dalbeim* edificata.

MARTINVS, annis 14. (kk)

CELSVS martyr, annis 22.

LVCIVS, annis 10.

S. Gothardus.

GOTHARDVS, annis 15. vir sanctissimae vitae, ait *Trithemius*, qui sua praedicatione multa Gentilium millia convertit ad Christum: Currebant enim tum adhuc plurimi ad idola, ac praesertim in *Monte Martis* ad

Drusi memoriam *Galliae* populi statim die supplicabant, militesque armati decurrebant, ut *Suetonius* in *Claudio* testatur; ut ab his militaribus ludis *Martis Montem* dictum, putem *Montem D. Jacobi*. Idem asserit B. *Rhenanus* in Epistola ad *Theodericum Gresmundum* antiquarium Moguntinum: longe doctissimum. *Mons* vero S. *Albani* locus erat publici supplicii, ubi multi passi sunt Christiani ibique sepulti; postea *Mons martyrum* vocatus. Erat nostra adhuc aetate in foribus templi *Albanici*, catena immensi ponderis, ad quam pii homines alligati, diversis poenis affecti sunt. Videns autem S. *Gothardus* populum idololatriam eo loci exercere, excitavit in confinio Ecclesiam in honorem domini nostri Jesu Christi; postea ad S. *Nicomedem* nominatam, ibique praedicationis tubam inflans, infanum populum corripiebat. Sepultus est in sacra valle, nunc *Dalbeim* dicta. Translatus ad S. Albanum inter alios ab *Hildeberto*. Hunc sub nomine *Bodardi* aut *Budibardi* in Matricula & apud *Bruschium* intelligo. Ceterum, an facellum summo templo adherens hujus *Gothardi* nomen & memoriam referat? affirmare non possum, quamvis refragari nolum, ipsa potissimum me antiquitate invitante. *SUFFRONIUS*, annis 8. vir per omnia sanctissimus.

Martis mons.

Matricula.

sonibus vexassent regionem Attallicorum Regum; donec volentibus eis acceperunt eam, quam nunc Bithynia (Galatia) & Gallo-Gracia dicitur. (vide quoque versionem Strabonis latinam, editam Amst. 1652. Tom. II. l. 12. p. 213.) ut & POLYBIUS, qui Hist. 1. 3. c. 3. p. m. 144. & in Excerptis n. 102. p. m. 851. (Ed. Wechelii. 1610. 8.) *Galatas Asiaticos*, Gallo-Gracos vocat, nec non JUSTINI l. 25. c. 2. p. 342. Ed. Lugd. Bat. 1650. 8. qui sequenti modo: *Itaque in auxilium a Bithynia Rege invocati, regnum cum eo parta victoria dividerunt: eamque regionem Gallo-Graciam cognominarunt.* Posterius autoritate nititur STRABONIS, qui ita de *Gallis* l. 4. T. I. p. 355: *Universa vero natio quam haec aetas Gallicam vel Galaticam nominat.* APPIANI ALEXANDRINI in *Iberia* scribentis: *Κελτοὶ οὗτοι Γαλάται τε καὶ Γάλλοι τὴν περὶ τὴν Ἰβηρίαν κατοικοῦντες. Celts, quosque Galatas & Galli, nunc appellantur.* AMMIANI MARCELLINI l. 15. c. 23. p. 93. referentis: *Celtus nomine Regis amabilis & matris ejus vocabulo Galatas dictos: ita enim Gallos sermo Graecus appellat.* STEPHANI denique, qui in libro de Urbibus sub voce *Γαλάται*. f. 196. Ed. Amst. 1678. ita loquitur: *Γαλάται, πρὸς νότον τοῖς Παφλαγόσι, ἀπὸ τῶν ἐν τῇ Κελτικῇ Γαλατίας. Galata ad austrum Paphlagonibus a Galatis ex Celtica.* Veritati exinde contrarium haud videtur, *Crescentem* in *Gallis*, & in tractu Moguntino, *Gallis* tunc adscripto, Evangelium promulgasse; id quod CHEMNITIO quoque non displicet in Exam. Concil. p. 3. de Celibat. sacerdotis. p. 110. Episcopum vero Moguntinum extitisse & ab anno 80. usque ad annum 108. in illis oris Ecclesiae praesuisse, fundamento narratur haud firmo, & fide digni scriptoris testimonio minime gaudet. Qui Moguntinensium Apostolum, eundem quidem cum illo *Crescente* Galliarum doctore fuisse, multo citius vero, quam vulgo traditur & longe ante annum 108.

Christum per vulnera suso

Sanguine testatum latis meruisse piorum

Adscribi ordinibus;

forte non erabit. Ego certe validum, quod repugnet, non video argumentum. Moguntinensium enim Praesulum ante *Bonifacium* admodum incertam & mancam habemus Chronologiam; id quod ingenue fatentur Autor noster in *Marino* & *Trithemius* in Epistola f.

(ii) S. *Maternum* in *Alsatia* primum verbi divini Praeconem, circa annum Christi 128. obiisse, notavit MARIANVS SCOTVS c. 9. vide de hoc *Materno* FRANCISCVM GVILLIMANNVM de Episcop. Argentorat. c. 6. Ed. Frib. 1608. LEWOLDVM a NORTHOF in Catal. Archi-Episc. Coloniens. apud MEIBOM. Script. germ. Tom. II. f. 4.

(kk) In libro quodam Germanico, cui titulus: Beschreibung des Rheinstroms. Ed. Nürnberg. 1685. de Moguntinis etiam agitur Praesulibus, imprimis vero hic *Martinus* Episcopus, quem juxta computationem annorum, ab anno 166. usque ad annum 180. Ecclesiae praesuisse ipse Autor scribit, Concilio tamen Coloniensi, anno 346. habito, interfuisse, absurde tradit p. 544.

Translatus cum aliis ad S. Albanum.
 HERIGERUS, martyr, annis 4.
 RUTHERUS, martyr, annis 20; quem *Ruchbarum* arbitror dici alibi.
 AVITUS, annis 22. vir doctus atque sanctissimus.
 IGNATIUS, martyr, annis 13.
 DIONYSIUS, annis 26. vir sanctus.
 RUTBERTUS, annis 12.
 ADELHARDUS, annis 10. vir sanctus.
 LUCIUS ANNEUS, annis 18. vir Apostolicæ sanctissimæque vitæ, anno 354. (si videlicet *Crescenti* tribuantur anni 22.) strangulatus in *Pbrygia* ab *Arianis* cum duobus Presbyteris *Paulo* atque *Crescentio*; ut scribit *Tritheimius*, in *Vita Maximi*.
 S. MAXIMUS, annis 24. Confessor; celeberrimus, ut qui septies actus fuerit in exilium. Valde enim contra gentilium ludos ac ritus laboravit, ut *Gorhardus* & alii Episcopi. Scripsisse memoratur a *Tritheimio*, contra Arianos libros quatuor, de incarnatione Domini libros 2, de Spiritu Sancto libros 2, de constantia fidei Catholicæ librum unum, de martyrio Sanctorum; homilias multas. Obiit anno 378. die 18. Novembris. (II) Hunc ipsum, tradit *Tritheimius*, interfuisse Concilio Colonienfi, haud dubio errore, ut infra in *Marino* demonstratur, deceptus forsitan *S. Maximini* Trevirensis nomine, qui primas hoc loco habuit. Sepelitur in sacra valle, vulgo *Dalheim*, juxta tumbam *B. Crescentis* primi Episcopi: quo loco mansit annis 557. usque ad tempora *Hildeberti*, qui anno 935. die 14. Martii transtulit, illum inter alios decem ad S. Albanum. Quievit il-

lic annis 597; donec media pars ossium ejus destinaretur *Hallas* in *Saxoniâ* ab *Alberto* Cardinale & Archi-Episcopo anno 1515. in Ecclesiam *S. Mauriti* in Castro. Qui plura de *S. Maximo* legere voluerit; adeat Tomum 6tum *Surii*; de Sanctis; ubi vitam ejus prolixè a *Tritheimio* descriptam inveniet; qui an fidem per omnia mereatur, in medio relinquo.

Legi in quodam MSto Catalogo, hunc fuisse *Maximum* illum *Cynicum* invasorem Constantinopolitanæ sedis; in quem scribit *Nazianzenus*; (mm) quamvis Nicænæ fidei laudatorem. Tempus sane non admodum discrepat, ipseque in exilium actus; forsitan occasionem hic docendi, non est aspernatus, etsi Græcus esset, patria Alexandrinus. Scribit *Hieronymus* in Catalogo; eum insignem librum edidisse contra Arianos de fide, quam *Mediolani Gratiano Principi* dedit.
 SIDONIUS, annis 19. doctor Gentium insignis & sanctissimus. Translatus est cum aliis ad S. Albanum.

SIGISMUNDUS annis 6. depositus cum aliis in S. Albano.

LUPOLDUS, vir sanctus annis 17.

NICETIUS, annis 8.

MARIANUS, *Marinus* & *Martinus* aliis dictus, quod si is est *Martinus*, qui Colonienfi synodo mandatarios transmisit, post Consulatum *Amantii* & *Albini*, hoc est anno Christi 346. secundum *Onuphrium*; vel 349. juxta *Haloandrum*; nam nullus Moguntinus Episcopus personaliter interfuit huic concilio, ut ex subscriptione apparet Tomo primo Conciliorum, ubi fragmentum ejus habetur. (nn)

Sicque

(II) Scripta *Maximi* nostri in Bibliothecis Patrum, passim edita, suis locis recenset ITTIGIUS de Bibliothecis & Catenis Patrum. Ed. Lips. 1707. 8.

(mm) in Carmin. de Vita sua & Orat. 27. 28. Superfunt ad *Maximum* Alexandrinum scriptæ BASILII MAGNI Epistolæ. Locus HIERONYMI ab Autore allegatus ita sonat in Catal. Scriptor. Eccles. T. I. Opp. f. m. 195. Μαξιμος Φιλόσοφος, ἐρημίτης ἐν τῆς Ἀλεξανδρείας, Κωνσταντινουπόλεως Ἐπίσκοπος καταστάς καὶ καθαιρεθεὶς, ἐπισήμῳ περὶ τῆς πίστεως κατὰ τῶν Ἀρειανῶν συντάξαί τι βιβλίον, ἢ τινὰ ἐν Μεδιολάνῳ Γρατιανῷ ἐπέδωκε βασιλευσόντι. *Maximus* Philolophus, natus *Alexandriæ*, *Constantinopoli* Episcopus ordinatus & pulsus, insignem de fide adversus *Arianos* scripsit librum, quem *Mediolani Gratiano Principi* dedit. Constantinopolitanæ sedis Episcopum fuisse *Maximum*, ut scribit HIERONYMUS, apud alios quoque scriptores invenies; nomen vero ejus in Catalogo Patriarcharum CPolitanorum, quem Cl. FABRICIUS contexit & Bibliothecæ Græcæ l. 5. c. 5. inseruit, minime legitur. Fuerunt quidem circa hoc tempus, ob Arianorum contra orthodoxos machinationes; variæ Episcoporum depositiones & ejectiones. vid. BANDURIUM ad antiquitat. Constantinop. p. 890. seq. cuius vero alia depositorum nomina recensentur Patriarcharum, *Maximus* immerito videtur omissus; & HIERONYMI imprimis testimonio oblivioni ereptus, in locum debitum est restituendus. Depositus & damnatus est in synodò Constantinopoli, anno 381. habita vid. PETAVIUM in Rat. Tempor. P. 1. l. 6. c. 9. p. 346. 347. *Constantinopolin* linquens noster. *Italiam* petiisse, & *Gratiano*, qui secundum SOCRATEM Hist. Eccles. l. 5. c. 2. Arianos expellebat, & Exules Catholicæ fidei Episcopos revocabat, libros contra Arianos offerens, Moguntinæ sedi ab eodem sorte Imperatore fuisse præpositus, dici quidem posset; Sed obstat, *Maximum* Moguntinum anno 378. jam vita functum perhiberi, *Cynicum* vero & Constantinopolitanæ urbis Episcopum annum 381. supervixisse. Patet ergo diversos esse, *Maximum Moguntinum* & *Cynicum* librosque contra Arianos Moguntino falso adscribi, cum eosdem ab Alexandrino compositos *Hieronymus* referat.

(nn) Synodus hæc habita est in Agrippinensium civitate. anno 8. *Constantii* Imperatoris ann. 359. post Consulatum *Amantii* & *Albini*, ut patet ex fragmento, quod ex primo Conciliorum Tomo Chronicæ Spirensi LEHMANNUS l. 1. c. 28. f. 39. 40. inseruit.

S. Maximus.
 Vita S. Maximi MS. a Tritheimio impressa est hoc anno Tomo 6. Surii. Tabula Reliquiarum S. Albani Catalogi omnes.

Maximus. Matricula Tomo I. Conciliorum Bruchii.

Sicque paulo superius erit locandus *Marinus*, et si ordo horum Episcoporum, tum annorum numeri perturbatissimi sint. (oo) Deprehendit hunc errorem *Caspar Baronius* in Martyrologio 18. Novembris in *Maximo* Moguntino. Interfuit etiam Concilio Sardiceni, ut notat *Arhanasius* Apologia secunda. *Brischius* in Descriptione Spirensium Episcoporum ad annum 348. refert. Qui numeri nondum exacte cum octavo *Constantii* Caesaris anno, quo Synodus illa convocata dicitur, conveniunt. Adfuerunt quoque S. *Maximinus* Trevirensis, *Servatius* Tungrensis, *Jesse* Spirensis, *Victor* Wangionum Antistites, acerrime contra Arianos dimicantes. (pp) Plura de hoc Præfule afferre non possumus.

S. Aureus.
Martyrologia, Matricula, & Catalogi omnes.

S. AUREUS martyr, annis 16. passus est anno 454. sub *Leone* Papa, ait *Trisbemiis*, cum nimirum *Moguntia* aliæque civitates ab *Attila* essent funditus destructæ. Actus est primum a furiosis Arianis in exilium optimus antistes, cum sorore *Justina* religiosa virgine & aliis Christianis. Verum paulo post reversus, dispersas oves colligens, boni Pastoris munus diligenter implevit. Id fidei hostes indigne ferentes, *Aureum* sacris operantem in altari trucidant, una cum sorore, atque in puteum vicinum præcipitant. Martyrium pandunt hi rythmi, olim tumulo Episcopi adscripti per *Hildebertum*:

Curam servorum Deus ipse gerendo suorum

Deputat. () ecce locum, pie sanctis hic venerandum,*

*Sunt (***) ubi quam plura pie corpora condita sancta*

Ut sint propitii dantur velut esse propinqui;

Ipsis †) prostratus AUREUS ††) erat sociatus

Moguntinensis Præsul, quem perculit ensis

Hinnorum, propria celebrans dum staret in ara.

Virgine Justina post stante, sorore beata, Quæ mox occiditur ac fratri consepelitur.

Anno (a) verbigeno (b) quater simul L. a. 454. quaterque

Ac placuit Junii quindena dies ritulari Ut (c) monstrat genti lapis hic ad eum venienti.

Cæterum fama habet, in facello prope *Dalheim* hanc cædem factam, cum civitas adhuc ibi sita esset: in cujus rei memoriam illic Altare, sanguine martyrico infectum, monstratur, similiter & puteus, in quem cum sorore sit præcipitatus. Pertulit autem *Moguntia* plures Barbarorum incuriones & Christianæ religionis subversiones. Insignem describunt *Ammianus Marcellinus* & D. *Hieronymus* in ipsa Ecclesia factam tempore *Valentiniani*, *Valentis* & *Gratiani* Imperatoris, quorum prior l. 27. ita loquitur: „*Sub idem fere tempus*, (cum nimirum *Romæ Ursicini* factio esset suppressa, qui cum *Damaso* de Pontificatu contendit) *Valentiniano* ad expeditionem, caute ut rebatur, profecto, *Alemannus* Regalis *Rando* nomine, diu perstruens quod cogitabat, *Moguntiacum* præsidii vacuum, cum expeditis ad latrocinandum irrepsit: Et quoniam causa Christiani ritus invenit celebrari sollennitatem, impræpedite hujusmodi fortuna, virilem & muliebrem sexum, cum suppellectile non parva indefensum abduxit.“ Hæc *Ammianus*, haud dubie parcus, quam rei atrocitas exposcere videtur, *Valentiniano* applaudens, qui apud *Treviros* cum exercitu consistens tantam contumeliam accepit. *Moguntiacum*, inquit *Hieronymus* in Epistola ad *Gerontiam*, nobilis quondam civitas, capta atque subversa est, & in Ecclesia multa hominum

(oo) juxta annorum, quos cuilibet Episcopo Autor noster adscripsit, computationem, *Marinus* circa annum 430. & ulterius vixisse perhibetur. Exinde vero sequitur, eum memoratis ab Autore Conciliis minime interfuisse, aut in Episcoporum serie *Lucium Annæum* antecessisse. In fragmento illo, quod de Colonienſi Synodo habemus, nec ejus nec mandatarii ab eo missi nomen inter Episcopos, qui in Agrippinensium civitate confederunt, legitur. *Jesse* quidem Nemetum Episcopus in voto contra *Euphratem* de perversa ejus doctrina in *Martini* consenioris sui & *Metropii* Presbyteri testimonium provocat, illum vero *Martinum* in civitate Nemetum sacerdotio functum fuisse, veritati magis videtur consentaneum, quam quod *Moguntinensium* Episcopus fuerit.

(pp) Concilium hoc celebratum fuit *Sardicæ* in Illyrico sub *Constantio* & *Constante*, præsentibus ex occidente circiter 200. Episcopis anno Christi 347. PETAV. Rat. Temp. l. 3. c. 4. p. 329. Habet quidem *SCHMIDIUS* in Comment. ad *Sagittar. Hist. Ecclesiast.* p. 1374. convocatum fuisse Concilium Sardicense a Io XLVII. 547. sed mendum est typographicum. Si annos Imperii *Constantii* Augusti, a morte *Constantini* fratris, qui anno 340 cæsus est, numerare velis, annus 348vus, erit octavus *Constantii*. PETAV. in *Rational. Temporum* l. 6. c. 3. p. m. 326. Ed. Mogunt. 1646.

(*) esse, legit Joannis in not. ad *Serrar.* p. 166.

(**) ib. Joannis.

†) prostratis, ib.

††) est, id.

(a) virgineo id.

(b) quatuor semel quaterque centum.

(c) monstrat præsens genti; ad eum, deest apud Joannem.

num millia trucidata. *Vangiones* longa ob-
fidione delati, &c. Accidit hæc clades circa
annum 370. post natum Christum, tam *Am-
miano*, quam *Hieronimo* superstitite, quam si
quis in *B. Aurei* tempora referre voluerit,
per me licebit. (99) Quidam Autores sunt,
Richulfum Archiepiscopum eorum corpora
primum e puteo sustulisse, dumque mona-
sterium S. Albani construeret, illic honorifi-
ce reposuisse. Alii has sacras reliquias in
monte martyrum, in fundamentis præfati
templi S. Albani eum invenisse testantur.
Hildebertus vero pariter piissimus Præful,
anno 935. cum illis alios decem Episcopos
recondidit. Deinde anno 1137. Sanctorum
Aurei & *Justinæ* corpora rursus inveniun-
tur sanguine adhuc madida, cum pavimenta
templi rescicerentur, sub *Adelberto* primo Ar-
chiepiscopo, ad quem liber etiam est perscri-
ptus, de miraculis horum martyrum.

S. EUTROPIUS, annis 24. post quem us-
que ad *S. Bonifacium* exclusive adhuc 14.
Pontifices extiterunt, ut ait *Tribemius*, quo-
rum nuda nomina ex suo *Meginfrido* de-
prompta recenset. Sed ego hiulcam aut
plane incognitam puto horum Episcoporum
successionem, atque in hæc tempora inci-
dere prædicationes SS. *Theonesti* & *Albani*
Martyrum: qui ab *Honoricho Wandalo* acti
sunt in exilium, imperante *Zenove* & *Felice*
3. Romano Pontifice circa annum 483. teste
Sigeberto Gemblacensi. Civitate Moguntina
proprio Pastore tunc destituta, ut vetusti li-

bri dicunt. Videtur autem ex Vulgata histo-
ria, quæ festis S. S. *Theonesti* & *Albani* legi-
tur, clarissimum esse, quando vixerint San-
cti martyres, aperte enim dicuntur sub *Theo-
dosio* juniore, *Leone* primo, Romano Pontifi-
ce, *Ambrosio* Mediolanensi, *Paulino* Treve-
rensi, *Honoricho* Wandalo & *Sigismundo* Re-
ge Burgundionum floruisse martyriumque
absolvisse. Verum si ætates singulorum con-
ferantur, maxima temporum distantia & con-
fusio apparet, quam & ante nos aliqui depre-
henderunt: *Ambrosium Paulinum* & profe-
ctionem illorum *Treverim* versus omitten-
tes. Libri Metropolitanæ Ecclesiæ omnia
illa habent, & *Honorichum* Regem Medorum
& Persarum faciunt. Quod itaque ad *Theo-
dosium* attinet juniorem, certum est illum *Am-
brosi* ætate Imperio non præfuisse, sed se-
niores; neutrum vero *Theodosium* ad *Ho-
norichi* tempora pervenisse, cum anno 450.
obierit junior. (rr) Similiter & *Ambrosius*
Honorichum longe præcessit anno 399. de-
functus; (ss) *Paulinus* vero Treverensis *Con-
stantio* imperante in *Phrygia* exul moritur
anno 363. vel ut scribit *D. Hieronymus* in *Chro-
nicis*, annis supra 120. ante *Honorichum*.
Leo quidem Papa ætatem *Honorichi* attigit,
sed ad tempus Imperii seu verius tyrannidis
ejus non pervenit, anno 461. ad meliorem
vitam translatus. (tt) *Honorichum* vero, post-
quam decennium in *Africa* rerum potitus es-
set, corrosus a vermibus tradunt atque de-
functum anno 485. (uu) *Sigismundi* quoque
Regis

(99) Si verum est, *Aureum* anno Christi 454. passum, ut versus ejus Sepulchro olim inscripti lo-
quuntur, minime simul veritati consentaneum videtur, cum tempore cladis urbi a *Rando-
ne* illatæ, Moguntinensium Ecclesiæ præfuisse.

(rr) *Theodosius* senior obiit *Mediolani* anno 395. die 17. Januarii, ut ex Historicorum testimoniis
probat PETAVIVS in Rationario Temporum P. I. p. 6. c. 8. p. 345. junior vero excessit e
vita anno 450. Kalendis Augusti vide eundem PETAVIVM d. l. P. I. l. 6. c. 12. p. 360.

(ss) Lapsus est Autor noster, *Ambrosium* anno 399. mortuum perhibens. Tradunt quoque
MARCELLINVS Comes Illyricianus qui *Justiniani* tempore vixit, in Chronico, (quod edi-
tum est Tomo VII. Bibliothecæ Patrum MARGARINI de la BIGNE Ed. Paris. 1589. nec
non in Operibus JAC. SIRMONDI. Tom. II. Ed. Paris. 1696.) & HERMANNVS CON-
TRACTUS in Chronico in VRSTISII Collect. Script. German. Tom. I. f. 264. Ed. Francof.
1670. *Ambrosium* anno 398. obiisse. Sed major tribuenda fides est PAVLINO Mediola-
nensi Presbytero, qui in ultimo morbo ad manus fuit *Ambrosio*, ejusdemque post obitum de vita
Viri ad *Augustinum* librum scripsit, quo testatur: *Ambrosium* triennium fere supervixisse
Theodosium & anno 397. die Sabbati & 4. Aprilis, *Cæsario* & *Attico* Coss. ex hac vita mi-
grasse ad Dominum.

(tt) Mortur *Leo I.* seu magnus a. 461. 4. Idus Aprilis vide PLATINAM in Vitis Pontificum f.
m. 23. Ed. Norimb. 1481. BARON. ad a. 461. f. 253. HOFMANN in Hist. Papatum P. I.
p. 241. PETAVIVM in Rationario Temporum P. I. l. 6. c. 19. p. 398.

(uu) Mortuo *Geiserico* seu *Genserico* Vandalorum in *Africa* Rege a. 476. successit filius ejus *Hunne-
ricus* seu *Honorichus*. Hic postquam regni ascenderat solium, per sex vel septem regim-
nis annos non adeo insensum se præbebat Catholicis; Ultimo vero, & ut plurimi sentiunt,
octavo anno regni, *Arianorum* rabie incitatus, crudeli orthodoxos afflixit persecutione.
Zenonis Imperatoris per Legatos facta admonitione motus quidem, utriusque Partis & Ca-
tholicorum & Arianorum in urbe *Carthagine* instituit conventum, orthodoxis vero, quibus
ut vocem *ομολογία* in sacris literis extare demonstrarent, poscebatur clamoribus adversariorum
obtusis, sub specie recti de novo in eosdem debacchatur. Acta Concilii hujus & Episcopo-
rum ibi præsentium nomina legi possunt Tomo IV. Concilior. p. 1127. seq. Scribit CRAN-
TZIVS in Wandal. l. I. c. 37. Tyrannum ex 400. Episcopis hac synodo congregatis, qua-
draginta, qui Arianismo subscribere renuerant, loco dejectos in exilium extrussisse. Id
quod magis mihi videtur veritati consentaneum, quam vulgaris relatio, quam HERMANNVS
CON-

S. Eutro-
pius.

Hunnerici
tyrannis.

Regis nomen huc non pertinet, ut qui circa annum 500. post Christi natalem ac *Avita* Viennensi antistite primum in fide sit instructus. (xx) Salvo ergo aliorum iudicio, puto *Theonestum* Episcopum Philippensem cum *Albano* sacerdote inter illos 434. Patres ex Concilio Carthaginensi in exilium pulsos ab *Honoricho*, (yy) inde *Romam* mox ad *Galliam* concessisse, ut testantur hi vesiculi lecti olim in Vita S. *B. Albani*.

Schismate sub tui solio de Pontificali

Pellitur eiektus; Romamque petit THEO-

NESTUS:

Inde Moguntinan sedem devenit optimam
Quae caput est rerum Francorum maxima
genti.

Inclutus Albanus fidei virtute probatus,

Exponendo fidem sectas damnabat ibidem.

Quam Episcoporum proscriptionem tradit *Procopius* l. 3. de Bello Vandalico. *Evagrius* l. 4. c. 14. *Gregorius* l. 3. Dialogor. c. 32. *Nice-*

pborus l. 17. c. 61. *Victor* Uticensis l. 3. de Persecutione Vandalica; qui discrete scribit: septimo *Honorichi* anno *Africani* Imperii hos Patres relegatos, hoc est anno salutis reparatae 482. vel ut *Sigebertus* habet 483. *Zenone* *Isauro* *Constantinopoli* regnante: Romane sedi *Felice* 2. aut 3. praesidente, cum jam ex *Attilae* crudelitate ante annos triginta vastata *Moguntia* esset, & *Ariana* perfidia una cum paganismo passim in *Gallia* & *Germania* vigeret. *Vulgus* anno 454. cum *B. Aureo* & hunc occubuisse, autumat. Alii anno 404. id factum tradunt: *Sigebertus* anno 425. *Moguntiam* appulisse scribit. *Martyrologium Bedae*, (quod tamen illius esse dubitatur) annotat 11. Cal. Julii, *Theonestum* ex insula *Nausa* vel *Nansia* egressum, cum *Uiso* Diacono & *Albano* Presbytero, quorum ille in civitate *Augusta*, hic vero *Moguntiae* martyrio sit affectus, sub *Diocletiano*, ducentis ferme annis ante tyrannidem *Honorichi*. Mirum etiam *Albanum* alterum

CONTRACTVS in Tono I. Urstifii. f. 272. PETAVIVS in Rat. Temp. P. r. l. 6. c. 19. p. 398. Autor noster & multi alii sequuntur, plusquam 333. Episcopos anno 484. in exilium ab *Hunmerico* pulsos esse. Tantum enim Episcopatum numerum in *Africam* *Vandalorum* ditioe tunc temporis extitisse, nullus probabit. Summam vero in orthodoxos exercuisse crudelitatem, *VICTOR* *VTICENSIS* seu *VITENSIS* in libris 3. de Persecutione Vandalica, (Impressis in Tomo II. Bibl. Patrum *MARGARINI* de la *BIGNE* Paris. 1575. & Tomo VII. ejusdem Biblioth. Ed. Paris. 1589. nec non in Tomo V. Part. 3. Bibl. Patrum *Coloniens.* ed. a 1618.) qui ipsi cum aliis Episcopis in insulam *Corficam* fuit relegatus, memoriae prodidit. Docet idem locus *PROCOPII* l. 1. de bello Vandalico ita sonans: „Fuit autem *Honorichus* in *Chrisianos* sevirissimus omnium suorum, eos in *Arianam* sectam deducere omnibus contumeliis, aut igne aut aliis suppliciis cogens, multis etiam linguas incidendo; suntque usque in tempore *Byzantii*, quibus integer vocis usus est, perinde ac si nullam talem ab eo poenam pertulissent. Quotamen ex his, cum se scortis miscuissent, amplius loqui non potuerunt. „ Quem sequitur *EVAGRIVS* l. 4. c. 14. p. 390. scribens: „*Honorichus*, qui post *Gensicum* in Imperio successit, & haeresi *Arianae* addictus fuit, adversus *Christianos* qui *Lylam* incolebant, maximam exercuit crudelitatem. Nam eos, qui rectam & sanam tuebant doctrinam, vi coegit ad opinionem *Arianam* se transferre, & eos qui neutiquam ejus vocati cedebant, ignis incendio & aliis infinitis mortis generibus e medio sustulit; quibusdam vero excidit linguas. Quos quidem *Constantinopoli*, cum eo profugissent, se oculis vexisse docet *Procopius*, & perinde locutos, ac eos, quibus nihil tale accidisset; ac tantis lingua essent radicitus excisa, vocis articulatim protulisse & clare distincteque locutos se, perscribit. „ Ipse quoque Imperator *Justinianus* de hac *Vandalorum* sevitie loquitur, cum scribit l. 1. C. de officio Praefecti Praetorio *Africae* &c. „ ut *Africa* per nos tam brevi tempore reciperet libertatem, antea nonaginta quinque annos a *Vandalis* captivata, qui animum fuerant simul hostes & corporum: nam animas quidem diversa tormenta atque supplicia non ferentes rebaptizando ad suam perfidiam transferbant; corpora vero liberis natalibus dura jugo barbarico durissime subjugabant: Ipsas quoque *Dei* sacrosanctas *Ecclesiae* suis perfidiis maculabant: aliqua vero ex eis stabula fecerunt. „ *Vidimus* venerabiles viros, qui abscessis radicitus linguas suas poenas miserabiliter loquebantur: alii vero post diversa tormenta per diversas dispersi provincias vitam in exilio peregerunt. „ Confer tunc *GOTHOFREDVM* ad h. l. & *CVIACIVM*. *Observat.* l. 19. c. 6. fol. m. 454. Tom IV. *Opp. Franci.* 1595. fol. Ipsa vero persecutio adhuc durante, *Hunmericus* divina tactus vindicta, a vermibus corrosus misere periit, teste *VICTORE* de Persecutione Vandalica, vide quoque *CRANTZ* in *Wandal.* l. 1. c. 37. f. m. 34. Ed. *Lubec.* 600. *CLUVER.* in *hit. Hist.* p. 392. Ed. *Lugd. Bat.* 1645. *MICRAEL.* *Hist. Ecclesiast.* p. 1567. 568. Ed. *Stetin* 1630. & quidem anno Christi 484. ut tradit *PETAVIVS* in *Rat. Temp.* l. 6. c. 19. p. 398 vel a. 485. secundum *MATTHIAM* in *Theatro Histor.* p. m. 744. (Ed. *Amst.* 1656.) & *HOFMANNVM* in *Hist. Papar.* Tom. 1. p. 258. Ed. *Col.* 1688.

(xx) vide *CRANTZII* *Wandalam* l. 2. c. 9. f. 4. 45.

(yy) Narrata de *Theoneste* & *Abano* per multitudine ab ipso Autore nostro allatas Pontificiorum Scriptorum contradictiones valde incerta adduntur & fabulosa. Si quoque *Theonestus*, ut traditur, Philippensem fuerit Episcopus, non video, qua ratione ab *Honoricho* qui in *Africa*, non vero in *Macedonia*, ubi sita erat *hilippis*, regnabat, in exilium agi potuisset.

alterum *Britannum*, eodem supplicio ple-
xum, sustulisse caput, & aliquot passibus ge-
stasse, dumque interquiesceret, promanasse
fontem. Sed mirum non est, in tanta cala-
mitate civitatis hæc neglecta, & postea ætate
irrepisse errores. Monumenta præclarissi-
ma, atque pretiosæ illorum reliquæ omnes
hos scrupulos animis honorum eximunt,
Passionem S. *Albani* fufius in Breviario Mo-
guntino descriptimus. (22)

ADELBERTVS.

RHATERIVS.

ADELBALDVS.

LANTFRIDVS.

RVTHARDVS. Placet hic *Tribemii* ordo, qui
Ruthardum huc collocat: alii longe postea
ante *Geroldum* constituunt. *Bruschius* tem-
pore *Iustiniani* Imperatoris anno 525. flo-
ruisse asserit, & sub eo *Moguntiam* post bar-
baricas clades, a *Dagoberto Magno Galliarum*
Rege, non solum instauratam, verum etiam
ad *Rbenum*, ubi nunc est, populolior ex pri-
stinis minis translata (a) Ducentis enim
passibus a *Rbeno* disjuncta fuit, fere usque
ad forum gentile, quod nunc appellamus
den Dieb Marckt, & istud spatium, quod inter
urbem & fluvium distabat, militum stativa
complebant. Ita ut hoc forum tam militibus
quam civibus esset commune, inter utros-
que jacens atque hac ætate moenibus inclu-
sum. Adhæc novam Reipublicæ formam
Rex ordinavit, constituto senatu, ex optima-
tibus, ac privilegiis tam Episcopo quam civi-
bus concessis. Verum *Dagobertus* totum ædi-
fium civitatis non absolvit: quia sub *Sigeberto*
Episcopo legimus demum adhuc moenia
refecta.

SIDONIVS II. meminit *Sigonius Vitalis*. Ali-
mensis Episcopi l. 20. qui huc dicitur confu-
gisse & a *Narsea* retractus & in *Siciliam* relega-
tus anno 564. sub *Iustiniano*.

WILLIBERTVS.

LVDEGASTVS, *Levegastus* & *Lindegastus*,
magnarum in Christo virtutum vir, inquit
Tribemius. Translatus est ex *Dalheim* cum
aliis ad S. Albanum

RVTHELMVS, *Bruschio Rudelinus*, in libro,
qui *Moguntia* in Sacratio Metropolitano ad-
venis ostenditur (quem nos Matriculam vo-
camus) dicitur *Pezelinus*.

LUDWALDVS, *Laidwaldus* & *Landowal-*
lus. Translatus est cum aliis ad S. Albanum
ab *Hildeberto*. (b)

LEOWALDVS & *Haboaldus* Translatus est
quoque ad S. Albanum ex sacra Valle. (c)

SIGEBERTVS magna familia progenitus

avunculus D. *Bilbildis* fuit; Ea *Herano Fran-*
conie Duci nupta, ex *Mlechbilda* sorore Epi-
scopi originem traxit. Vixit sub *Clotario* &
Dagoberto Francorum Regibus. Extructum
est illo adjuvante a nepte sua *Bilbilde* jam vi-
dua monasterium *Veteris Cellæ* sive antiqui
monasterii: ubi illa piis feminis præposita,
in omni castitate & sanctitate vitam exegit.
Memorantur hæc ad annum 635. esse gesta
in Diplomate foundationis, cujus exemplum
subnectitur:

In nomine Domini Paris & filii Spiritus
sancti. Amen. Ego *Hilchilt* notum esse cu-
pio, tam presentibus quam futuris, qualiter
ego propter Dei amorem propterque spem re-
tributionis suam quasdam res proprietatis,
hoc est aream man præpe murum *Moguntinæ*
Civitatis in australi parte a reverendo *Sigeberto*
avunculo meo acquisivi, rubeis scutis
duodecim avo paravis & totidem equis ni-
gris, & conspavi in ea domum Domini & San-
ctæ Mariæ Virginis ibique congregavi san-
ctam congregationem mulierum & tradidi eis
in Eleemosynnâ meam & Parentum meorum
quicquid proprietatis habere visa fuit vel heredi-
tatis, tam in areis & ædificiis, pratis, pa-
scuis, sylvis, terris, aquis, aquarum decursi-
bus, mobilibus & immobilibus, cultis & in-
cultis, ac mancipiis; ita ut habeant & possi-
deant usque ad consummationem seculi hujus.
Possessores & ejusdem areolæ urbis præfata
vigilias non curent, nummorum collectionibus,
modo Episcopo, modo in reparandos muros,
dandis, nihil addant, aliasque urbanas con-
suetudines non obsequant: tantum Abba-
tissæ & Congregationis usui, obsequio &
imperio separare cognoscant. Si quis il-
lorum homicidium, furtum, rapinam aut ali-
quam aliam culpam commiserit, vel aliquis ex-
traneus malfactor, qui talia fecerit, aream
in illam ingiens se receperit, non iudicium
aut Princium urbanorum, verum ejusdem
loci Rectorum iudicio censendus assistat. Mun-
diburdiam & defensionem ab Episcopo Mo-
guntinensis Ecclesiæ habeant in perpetuum.
Electionem vero Abbatissæ inter semetipsas
habeant. Nullam viduam, aut aliam quam-
libet extraneam, nisi inter se nuzritam accipi-
ant. Et si illos Episcopus propter sui teme-
ritatem, hujus conditionis cartulam infringere
voluerit, iam omnipotentis Dei & sancto-
rum sentiat omnium; & tamen quod vult,
nequaquam periciat. Sed præfata cartula
hujus traditioni, omni tempore firma & stabili
permaneat stipulatione subnixâ. Insuper
estiam si ulla vdua vel extranea his sanctimo-
nialibus

635.
Fundatio
Veteris
Cellæ Mo-
gunt.

Assum.

(22) In CANISII Tomo V. Antiq. Lect. Ed. ligolt. 1604. invenies Acta S. Albani Martyris incerto Autore, qui tamen videtur esse SIGARDVS Monasterii S. Albani monachus, it. alia Acta ejusdem S. Albani & Sociorum incerto Autore ex MSo Windbergensi. Asservatur quoque Oxonii in Bibliotheca Bodlejana ita S. Albani in MSto.

(a) Vide Præf. f. 9. *Dagobertum* quoque Reem, tunc temporis Palatium habuisse *Moguntia*; patet ex præcepti cujusdam *Dagoberti* clausula, quam exhibet MABILLONIVS l. 4. de Re Diplomatica fol. 302. ita sonantem Datum sub die 11. Kalend. Octobris anno regni nostri 6. Actum *Moguntia* in Palatio Reio feliciter, Amen.

(b) Quibusdam scriptoribus dicitur hic *Ruwaldus*.

(c) Forte hic cum *Ludwuldo* est unus idemque.

Ruthar-
dus.
Matricula
& Catalogi.
525.
Moguntia
instaura-
tur.

Matricula.

Matricula.

Luthwal-

lus Serar-

ab Hildeb-

erto.

Sigebertus.

nialibus foeminis extra consensum sororum præponatur in pessimum genus lepræ incidat & postea turpissima morte pereat, & hic non habeat locum putrescere. Actum in prædicta urbe regnante Clodovæo Rege Serenissimo, anno quarto decimo, anno dominicæ incarnationis sexingentesimo tricesimo quinto, indictione decima, Calendis Maji, feria quinta coram testibus subnotatis.

Signum *Bilehilda* quæ hanc traditionem perfecit.

Signum *Geroldi* Episcopi.

Signum *Rodoberti* Diaconi.

Signum *Richolphi*.

Signum *Adelbelmi*.

Signum *Grimolphi*.

Signum *Hagonis*.

Signum *Hilduini*.

Signum *Mumbilt*.

Signum *Regenbilt*.

Signum *Libolfi*.

Signum *Grimolphi*.

Ego itaque *Astimundus* jussu Domini mei *Sigeberti*, scripsi, notavi diem ut supra. (d)

Fuit tunc Præfectus *Moguntia* aliisque civitatibus *Rbeni* a *Clozario Genebaldus* 3. Dux *Franconia* huic Episcopo generis propinquitate junctus, qui urbem nuper ad *Rbenum* translata (ut in *Rusbaro* legimus) summopere excolens, moenia absolvit & ædificiis quibusdam exornavit. *Francorum* enim Regum curiam & domicilium hic fuisse ætate *Pipini Nani*, & antea testatur *Gosfridus Witerbiensis* vetustus scriptor his verbis in *Chronico Longobardorum*:

Visitat alniificam Pipinus in agmine Romanam

Nec tamen in Roma voluit portare Coronam

Fit modo Patricius, nomen honorque tonat.

Inde Moguntinos patriæ remeavit ad ades,

Regia Francorum qua tunc erat incluta sedes,

Qua Germanorum gloria summa sedet.

Quidam a Regum istorum Præfectis etiam *Francofordiam* exstructam tradunt, quod de *Regali curte* intelligo. Certe adhuc *Magni Caroli* ætate ad suburbana civitatis *Moguntinae Francfurtum* est computatum, ut in titulo Concilii *Francofordiani* legimus. Memoratur & alia oratoria construxisse *Sigebertus*, videlicet S. Pauli, S. Georgii & *Walpurgis*, quæ extra civitatem aliquando sita fuerat, postea moenibus inclusa. Alii quæ de hoc Antistite excellentissimo adferam, non habeo.

REGEBERTUS Rhemensis Episcopus *Regebertus*

prius, pulsus sede huc veniens; quem extra *Meginfridi* Catalogum huc inserere visum est propter certa quædam indicia, & quod temporum ratio hæc exposcere videatur. Fit enim mentio in fundatione monasterii S. Petri *Erffordienis*, quæ tamen validis argumentis impugnatur a *Trithemio* in libello de *prisca Ducibus Francorum*. (e) Vixit sub *Pipino Herstallio* & *Carolo Martello* ejus filio *Austrasia* Ducibus circa annum 706. ut ejusdem fundationis copia (non enim originale extat, (f) habet. *Rivander* in *Chronico Thuringia* ad annum 636: refert, sicque

incidit in ætatem superioris *Sigeberti*, atque adeo idem Episcopus a quibusdam putatur, quod tamen non probo. *Walafridus Strabo* Abbas S. Galli hac ætate, id est, circa annum 700. scripsit ad *Regebertum* Patrem, quem hunc Episcopum fuisse puto. Extat opus Tomo IV. Bibliothecæ Patrum de *exordiis & incrementis rerum Ecclesiasticarum*, (g) in cujus libri præfatione ita inquit:

„Quo

(d) Supposititium esse hoc *Bilehildis* Diploma, probavi in singulari dissertatione, quæ inserta est Tomo IV. Bibliothecæ Lubecensis. p. 597. seq. ed. Lubecæ 1726.

(e) Extat diploma apud TRITHEMIUM d.l. MADERUM in append. ad Chron. Montis sereni p. 273. & SAGITTAR. in antiqu. Ducat. Thuring. l. I. c. 11. §. 3. p. 32. sq. In hoc vero Diplomate sæpius memoratur *Rigibertus* Episcopus Moguntinus, cujus etiam banno traditionem suam confirmasse inducitur Rex *Dagobertus*. Hoc Diploma vulgaremque traditionem secuti Autor Additionum ad LAMBERTUM a. 707. & VARILLOQUUS ERFFORDIENSIS prior *Kygberti* Maguntini Episcopi, alter *Rigberti* Maguntini Episcopi mentionem faciunt. Fabulosa sunt tamen omnia, quæ de fundatione monasterii in monte D. Petri a *Dagoberto* Rege facta traduntur. Confictum enim & supposititium Diploma *Dagobertinum* monasteriumque a *Wilhelmo* Hirsaugiensi Abbate conditum esse invictis argumentis demonstrarunt TRITHEMIUS in Chron. Hirsaug. p. 65. pariter ac in Compendio Hist. Francorum, & SAGITTAR. in ant. Duc. Thur. l. I. c. 11. Exinde tamen non sequitur, nullum quoque *Regebertum* Moguntinae Ecclesiæ Præsulem extitisse. Vivere enim potuit *Regebertus*, licet in Diplomate nomen ejus falso adductum sit.

(f) Probe notandum est, quod Autor noster, originale Diploma fundationis *Dagobertinae* non extare, scribat. Suboluit hoc quoque aliis & SAGITTARIO, Ant. Duc. Thuring. l. I. c. 11. §. 18.

(g) in Tomo IV. Bibl. Patrum Ed. Paris. 1575. Extat quoque *Walafridi Strabonis* liber in COCHLEÆI speculo antiquæ devotionis circa missam &c. Ed. Mogunt. 1549. n. 2. ubi *Walafridus Strabo* Abbas S. Galli in *Helvetia* vocatur. In MELCH. HITTORPII vero Collectione Script. de Cathol. Eccles. divinis officiis ac ministeriis Ed. Rom. 1591. n. 6. nec non in Tomo IX. P. I. Bibl. Patrum Ed. Colon. 1618. pariter ac in Tomo X. Bibl. Patrum Ed. Paris.

„Quorum omnium copiam cum secundum so-
 „levissimum in rebus Ecclesiasticis studium
 „uum, ex libris habeas & memoria ha-
 „beas comprehensam, o venerande in Christo Pa-
 „ter Reginberte &c. „ Manifeste autem e-
 „jus nomen legitur in Epigraphe in sacello
 prope *Aschaffenburgum*, quod *Nülckbeim*
 vocatur, ubi hi versus saxo incisi habentur:

Hic primo Ecclesiam struxit ADELHU-
 NO sacerdos

Temporibus Theobaldi ducis: sed quam
 REGERBERTUS

Pontifex (h) Moguntia, census honore
 ditavit

Martyrum Dionysii illius & sociorum.

Postea anno 834. sub *Ottogario* eadem ædi-
 cula est instaurata, ut reliqui rythmi docent.

Extat

1654. n. 6. scriptum ejus sub nomine *Walafridi Strabonis Abbatis Augia Divitis* natione germani legitur. Impressum quoque est in Tomo XV. Bibl. Patrum Lugd. Bat. 1677. n. 4. *Walafridus* vero Abbas *Strabo* cognominatus, in tempora *Regerberto* Moguntino adscripta, minime incidit. Floruit enim librosque suos scripsit circa annum Christi 842. & anno 849. e vita decessit, id quod testatur HERMANNUS CONTRACTUS ad a. 842. & a. 849. in Tomo I. URSTISII Script. Rer. Germ. f. 305. Diversum quidem hunc *Augia Divitis* Abbatem a *Strabone* Fuldensi facere studet TRITHEMIUS, Fuldensis circa annum 700. vixisse asserens. Sed lapsus est TRITHEMIUS & cum eo Autor noster, pariter ac SURIUS in Hist. Sanctorum, BELLARMINUS in Catalog. illustr. scriptorum, & JOH. GERHARDUS in Patrolog. p. 514. 516. *Trithemium* secuti. Ille enim *Strabo*, quem Fuldensis vocant, *Rabani* fuit discipulus & abbreviator, & consequenter non solum eodem ac *Walafridus Strabo* Abbas tempore floruit, nempe circa annum 840. sed etiam idem est cum illo. *Walafridus* enim *Strabo* primum monachus Fuldensis fuit, postea Decanus S. Galli, & denique Abbas *Augia Divitis* s. *Reichenow*. Abbatem vero S. Galli eundem fuisse non lego. De Scriptis ejus vide VOSSIUM de Hist. Latin. l. 2. c. 33. p. 303. OLEAR. in Abaco Patrolog. p. 469. GERHARD. in Patrolog. p. 514. 516. Apparet inde, alium fuisse *Reginbertum*, ad quem scripsit *Walafridus*, Moguntini enim ætas & *Strabonis* minime congruit.

Archi-Epi-
 scopi & E-
 piscopi olim
 dicti Papa
 & Pontif-
 ces.

(h) Archiepiscopos & Episcopos olim *Papas* fuisse appellatos, plurima docent exempla apud SIDONIUM APOLLINAREM Epistolarum libro 6. 7. 8. & 9. Sed & dictos fuisse *Pontifices* vel *Papifices* Maximos patet ex Charta *Vaudemiris* & *Ercamberta* apud MABIL-
 LON. lib. 6. f. 472. ubi *Sigofridus Pontifex Parisiensis* memoratur, pariter ac in Placito *Chlo-*
dovii apud eundem l. 6. n. 16. fol. 473. In *Ageradi* Episcopi Carnutensis Privilegio apud
 eundem l. 6. n. 23. f. 478. sæpe mentio fit *Pontificis Carnutensis*. In SIDONII APOLLI-
 NARIS l. 4. Epist. 25. p. 309. legimus hæc verba: „ quid Pater noster in Christo, pari-
 ter & Pontifex *Patiens*, *Cabillonum profectus* „ &c. qui *Patiens Pontifex* fuit Lugdunensis
 Episcopus. Ita enim canit PETRUS ARVERNUS in Apologet. adv. Calumniatorem.

Præsul Lugdunum *Patiens* qui rexit aquosam. Pari modo adducit SIDONIUS l. 8.
 Epist. 15. p. 552. sanctum *Anianum* maximum consummatissimumque *Pontificem* *Lupo* pa-
 trem &c. qui *Anianus* Aurelianensis fuit Episcopus secundum GREGORIUM TURO-
 NENS. l. 2. c. 7. Sic Episcopi quoque vocantur Pontifices a Poeta Anonymo de Vita Ka-
 roli M. l. 3. v. 199.

Synodum celebrare vocatos

Undique PONTIFICES jam dictam fecit ad aulam.

Imprimis vero Moguntinensium, pariter ac Colonensium & Trevirensium Archiepiscopos
Pontifices summos dictos fuisse WITICHINDI Annal. l. 2. in Tomo I. MEIBOMII Script.
 Rer. German. f. 642. testimonio probatur; ita enim WITICHINDUS. „ *Eo quæpetem-*
 „ *pore* (nempe *Otonis* 1.) erat SUMMUS PONTIFEX nomine *Hildibertus*, Franco genere,
 „ *monachus* professione, nutritus vel doctus in *Vuldo* monasterio, & ad id honoris merito
 „ *progrediens*, ut pater ejusdem loci constitueretur, deinde SUMMI PONTIFICATUS MO-
 „ *GONTIACÆ SEDIS* fastigium promerisset &c. Et cum quæstio esset Pontificum in conse-
 „ *crando* Rege, *Trevirensis* videlicet & *Coloniæ Agrippinæ*: illius quia antiquior sedes esset,
 „ *& tanquam a B. Petro Apostolo fundata*; istius vero quia ejus ad dioccesin pertineret locus,
 „ *& ob id sibi convenire arbitrati sunt* hujus consecrationis honorem. Cessu tamen uterque
 „ *eorum Hildiberti cunctis notis almutati*. De hac Archiepiscoporum jam dictorum appel-
 „ *latione* scribit VADIANUS de Collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus: „ *Constat*
 „ *antiquos Germaniæ Episcopos summa semper dignitate præcelluisse*, partim quidem ob indul-
 „ *gentem Principum*, omnia illis honorifice deferentium, voluntatem, partim etiam propter
 „ *existimationem*, quam doctrina & pietatis nomine sibi conciliassent. Quæ de re vulgo non
 „ *solum Episcopi & Archi-Episcopi*, sed etiam *Pontifices*, ac summi quidem, vocati sunt, cum
 „ *hodie Romano Episcopo* prope soli id nomen cuæter *ἐποχον* tribuatur, vulgatissimum ante
 „ *Præsulibus omnibus* præcipue autem *Magoniacensi* (de nostris enim loquor) cui summus
 „ *inter Germaniæ Episcopos* honor habitus est, & post eum *Trevirensis* & *Coloniensis*. „ Quem
 „ *locum* quoque adducit MEIBOM. in not. ad l. 1. Witichind. T. I. f. 677. Abbates quo-
 „ *que* interdum *Pontifices* vocatos fuisse exemplo *Udalrici*, qui *Pontifex canobii S. Be-*
 „ *nigni* apud *Divionem* nominatur, demonstrat MABILLON, de Re Diplom. l. 2. c. 2.
 „ §. 14. f. 66.

Extat vita *Reginberti* apud *Swium*, Tomo I. qui celebris fuit Episcopus Rhemensis a *Martello* pulsus, qui quoniam prorsus in hanc aetatem incidit, forsitan hic praedicavit & per occasionem sacellum istud restituit. Vixit anno 723. ut notat *Sigebertus* in Chronico.

723.
Geroldus.
Matricula
& Catalogi.

GEROLDUS *Carolo Martello Francis* imperante, ac deinde sub *Carolomanno* ejus filio Archiepiscopatu Wormatiensi & Cathedra Moguntinae praesedit, tempore tumultuossimo. Citatur Concilium *Augusta Vindelorum* circa haec tempora celebratum ad annum 714. a *Münstero*, cui dubio procul Archiepiscopus iste praesedit. Obsessa est tunc *Moguntia* a *Godinis* fratribus Burgundis, sed *Caroli* opera viribusque liberata, ut scribit *Gorsfridus Witerbiensis* in sua Chronica. Traxit hic Princeps in militiam Episcopos, potissimum contra infideles. Quemadmodum & hunc *Geroldum Saxonibus Thuringiam* vastantibus illuc cum exercitu misit, ubi cum multis aliis caesus est, ut patet ex hisce versiculis; factum detestantibus:

Caditur in
acie.

Ense GEROLDUS obiit Praesul, dum dimicat ense

Perplacet ergo chorum, non aduisse forum.

Hic lamentabilis casus Episcopi tantum ad posteros est transmissus. De aliis ejus rebus gestis, loco sepulturae, & quo anno id acciderit, nihil lego.

Gervilio.

GERVILIO vulgo *Geileb* vocitatus *Geroldi* Episcopi filius in aula *Martelli* Principis inter Proceres clarus vixit. Cum enim laicus esset nec admodum eruditus, moribus tamen honestis fuit: ut ad leniendum dolorem, quem ex tanto casu Parentis acceperat, utroque Episcopatu a *Carolo* donaretur. *Willibaldus Eystetensis*, qui vitam *S. Bonifacii* scripsit, haec omnia sub *Carolomanno* & *Pipino* refert accidisse, vivente nimirum adhuc pluribus annis *Martello*. Abbreviator ejusdem sub *Willigiso* nunc *Carolum* nunc *Carolomannum* vocat. Non multo elapso tempore sive *Carolus* sive *Carolomannus* denuo contra *Saxones* in bellum proficiscitur, *Gervilionem* secum ducens. Exercitu vero ad ripam *Visurgis* consistente, jubet *Gervilio* puerum suum armigerum ad hostium abire castra & percontari nomen ejus, qui Parentem suum *Geroldum* interfecerat. Comperit ille non solum nomen hominis, verum etiam non longe abesse eundem. Quare ad colloquium data publica fide, ut veniat, rogat E-

Willibal.
dus Megin-
fridus & a.
lii.

piscopus, convenitque inter illos ut in medio flumine colloquantur. Adventu autem ejus denunciato obviam procedit Episcopus, cumque in medio amne colloquerentur verbaque duriora ultro citroque miscerent, victus ira *Gervilio* hominem gladio transverberat, dicens: *accipe nunc ferrum, quo Patrem vindico charum!* Ille ex equo corruens exhalat in flumine spiritum. Caterum a caede domum reversus, non destitit inter rudem populum Episcopi munus exercere. Quod cum *B. Bonifacius*, Romanae sedis per *Galliam* & *Germaniam* legatus, comperisset, *Carolomannum* & vicinos Episcopos de inhabilitate *Gervilionis* admonet, quod nimirum caede pollutus & qui cum canibus & avibus luderet, (sicut saepius ipsemet vidisset) Episcopi munere fungi non posset. Quare ad synodum vocatus, & tam sui quam populi periculi admonitus, cum Canonicae auctoritatis & Regiae potentiae obniti illi difficile esset, sine longa disceptatione sedem ultro reliquit.

Cadem
commisit.

& resignavit, *Gregorio* 2. Romano Pontifice ratificante. Quicquid vero in pecuniis & mancipiis possedit, Ecclesiae reliquit, aliam enim hereditatem in his regionibus non habuit, ait Abbreviator *Willibaldi*. Accepit autem in beneficium pro sustentatione sua *Sponsheim* & Ecclesiam, quae *Caput Montis* dicitur, ubi 14. annis honeste vixit hospitalitatem maxime exercens. *Moguntiam* vero ad aliquem conventum vel synodum, nunquam denuo est ingressus: aliquando tamen in coena Domini lotionem pedum humilitatis gratia in Ecclesiis exercuit, tandemque bono fine quievit. Extant versiculi antiquissimi de tanto facinore:

Resignat.

Quid Laicus faciet, cum pergat ad arma sacerdos?

GERVILIO Patris vindicat ense necem.

*Antistes baculo, gladio, non utitur unctus,
Hestem GERVILIO, cur, precor, ergo necas?*

Itemque alii poenitentiam explicantes, quam patientissime explevit, quos Epitaphii loco adjiciam:

Patris affectus me movit ad arma cruenta,

*Poenam quam merui dignius ergo tuli.
In claustris latui pro crimine tempore vita*

At licet hic lateam, spero salutis apertam. (i)

Sequi.

(i) Lege quoque fata *Gervilionis* apud OTHLONEM l. 1. de Vita Bonifacii c. 44. BRVSCHIVM in *Gervilione*. BARONIVM Ann. ad ann. 745. n. 4. ALBINVM in Specimine Hist. Thuringorum p. 376. 377. adjecto *Sagittarii* Hist. regni Thuring. SERRAR. in Hist. Mogunt. l. 2. c. 20. qui de *Gervilionis* casu agens *Latomi* nostri ex MSto adducit verba. *Gervilionem* tamen ultro deposuisse dignitatem, ut tradit Autor noster, veritati videtur contrarium, cum *Romam* sponte eundem ac *Zacharium* Pontificem *Bonifacium* accusandi gratia profectum ex *Zacharia* Pontificis Epistola ad *Bonifacium* probeat SAGITTARIUS in antiquit. Gentilismi & Christianismi Thuring. l. 3. c. 22. §. 9. p. 289. 290. Certe Edictum *Carolomanni* I. & *Pipini* apud GOLDASTVM in Constit. Imperial. f. 15. *Gervilionem* non ultro resignasse, sed a *Carolomanno* cum

Sequitur Epistola *Johannis Trirhemii*, quam *Vitæ B. Maximi* præfixit, de primis Episcopis Moguntinensibus, ad *Albertum* Cardinalem.

Præcepisti mihi nuper, Serenissime Princeps, ut quicquid sparsum apud veteres historiarum Notarios possem invenire scriptum, de beato *Maximo* Ecclesiæ tuæ Moguntinæ quondam reverendissimo Pontifice, quem alii septimum, alii nonum decimum in ordine Antistitum posuerunt, pro reverentia nominis ejus, in unum Epithoma hoc est, brevem libellum comportarem. Cupiens autem tuis obedire mandatis, mox vires tentavi, libros historiales, quorum mihi fuit copia, lectione multa revolvi, & magnam in comportandis *Maximi* actibus difficultatem ostendi. Ab ejus namque obitu usque in hunc annum dominicæ nativitatis 1516. anni fluxerunt 1137. in quibus *Moguntia* tertio legitur a Gentilibus fuisse destructa. Unde non mirandum, si aut scriptores defuerunt Moguntinensibus historiarum in tantis Ecclesiæ persecutionibus: aut si fuerunt, eorum tamen annotationes ignibus ab impiis crematæ ad nostram pervenire memoriam nequaquam potuerunt. Hinc factum esse quis dubitabit, quod nihil aut parum, non solum de *S. Maximo* Pontifice, verum de pluribus aliis, qui ante & post eum Moguntinæ præfuerunt Ecclesiæ, scriptum invenitur. Alterea mihi difficultas ex eadem occasione nascitur, quod recentiores quidam incerti scriptores temporum & Moguntinensium historiarum, nec ordinem Pontificum, nec tempus designavere, nec numerum. Sanctus enim *Crescens*, qui primus Ecclesiæ Moguntinæ reperitur Episcopus, anno Domini 80. fuit ordinatus, & moritur sub *Evaristo* Papa Romano dominicæ nativitatis 108.

indictione sexta, a cujus obitu usque ad *Bonifacium*, qui anno Christi 720. Episcopus fuit ordinatus per *Gregorium* Papam 2. deposito *Williebo*, quem *Carolus Martellus* Major domus laicum promoverat, anni transierunt 640, in quibus neoterici & incerti scriptores Moguntinensium 16. duntaxat Episcopos cum *S. Crescente*, *Bonifacio* excluso, nominatim & ordine incerto connumerant. Verum nisi dicatur, Pontificio munere sæpius vacasse ad multos annos Ecclesia Moguntina, non poterit esse vera taliter opinantium sententia. Sed in contrarium, ut ego sentiam, *Meginfridi* solidissima autoritatis viri me compellit ad amissim exquisita diligentia, qui temporibus *Ortonis* secundi & tertii Imperatorum monachus *Fuldæ* vivens in humanis, libros 24. historiarum de temporibus gratiæ composuit, in quibus aliter multo sensit ac scripsit, quam autores incerti omnes memorati. Moguntinos namque Præsules ante *S. Bonifacium* 40. fuisse commemorat: inter quos *B. Maximinum*, non *S. Aurei* martyris, ut isti asserunt, sed *D. Lucii Annei* Pontificis 18. successorem fuisse immediatum probat, factum vero martyrem *Aureum* ab *Attila* Rege Hunnorum anno Dni 454. indictione Romanorum 7. cum *Justina* sorore multisque Christianorum millibus in Ecclesia 16. Calend. Julii passum, non sextum, sed quintum atque vicissimum Ecclesiæ Moguntinæ fuisse Pontificem, luce clarius demonstrat. Cui in Episcopatu non *Maximus* (qui annis ferme 70. præcesserat, ab hac vita sublatus) sed *Eutropius*, cujus illi nullam faciunt mentionem, eodem anno successit. Unde satis admirari nequeo, qui fuerint aut quo tempore vixerint in humanis isti scriptores Moguntinensium incerti, quorum nec Volumina prin-

cum consensu Episcoporum fuisse depositum refert. Ita enim sonat: „ *Gervilionem Moguntinum Pontificem, qui quod hominis eade pollutus sit, sacerdotio fungi non potest, & quod cum avibus & canibus luserit, quod Episcopo fas non est, cum omnium Episcoporum calculis exautoravimus ac deposuimus.* „

Fuit quoque *Gervilio* Wormatiensis Archiepiscopus simul ac Episcopus Moguntinus. Moguntinam vero Ecclesiam, tunc temporis & usque dum sub *Bonifacio* Archiepiscopatus titulo est insignita, Wormatiensi subjectam fuisse tradunt OTHLO d. l. Autor Compilationis Chronolog. apud PISTOR. Script. Rer. Germ. T. I. BVCELIN. German. Sacr. P. I. p. 10. GVDEN. Hist. Erfurt. l. I. n. 3. PAVLLIN. de Pagis. Germ. p. 246. 251. Cui contrariam fovent sententiam, Moguntinam sedem Wormatiensis superioritatem in sacris nunquam agnovisse putantes idem PAVLLINI in Philosoph. Feyer-Abend. p. 385. & SAGITTARIUS in antiquitat. Gentilismi & Christianismi Thuring. l. 3. c. 22. §. 8. p. 288. Cum vero in Edicto *Carolomanni* de metropoli Moguntina apud GOLDASTVM Const. Imperial. f. 15. 16. expressis verbis legatur, Moguntinum Episcopatum ante *Bonifacium* alteri subjectum fuisse, ita enim verba sonant: „ *eo autem deposito, Bonifacium Moguntinæ sedi præfecimus, & ut ejus dignitas esset eminentior, statuimus hoc perpetuo edicto, ut Ecclesia Moguntina amplius alteri subjecta non sit, sed in totius Germaniæ caput ac metropolim levata existat.* „ Exinde OTHLONIS aliorumque de pristina Episcopatus Wormatiensis dignitate relationes minime fabulosas statuo. Casu *Gervilionis* simul eminentis Wormatiensis sedis decus depressum est, Moguntinæ vero insulæ novus accessit honor Pontificalis. Docet hoc jam allegatum *Carolomanni* decretum, docent quoque *Zachariæ* Pontificis Romani litteræ Confirmationis *Bonifacio* super Archiepiscopatum Moguntinum, traditæ, sequentibus verbis apud BARONIVM ad a. 751. n. 15: „ *Authoritate B. Petri sancimus, ut Ecclesia Moguntina perpetuis temporibus tibi & successoribus tuis in Metropolim sit confirmata, habens hæc sub se civitates, id est, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam & Trectis & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per suam prædicationem Christi lumen cognoscere fecit.* „

Ecclesia
Mogunt.
olim sub
Wormati-
ensi.

na principium habent, nec titulos, nulliusque nomen invenitur ascriptum. Ecce *Meginfridus* 40. Pontifices in Ecclesia Moguntina S. *Bonifacium* præcessisse asserit, quorum nomina, tempus & regiminis annos clare per ordinem expressit: cum recentiores isti scriptores (etiam sibi mutuo discordantes) nominatim duntaxat invenerint 16, quorum nec ordinem successionis recte describunt, nec annos aut Pontificatus tempora vel unius expresserunt. Possimus tamen venia dignos judicare scriptores istos neotericos, A duplici ratione. Prima, quod veteres de his rebus scribes in promptu non habuerunt scriptores, quorum vestigia possent sequi, cum nullus priscorum res gestas sine lectione præcedentium Auctorum litteris committere possit. Secunda vero causa fuit, quæ manet & hodie, quod Pontifices Ecclesiarum, aut Deo penitus, aut vanitatibus dediti & historias contemnentes, nulla scriptoribus rerum seu temporum beneficia ac munera contulerunt; quemadmodum inter alios conqueritur *Sigebardus* monachus S. Albani, B qui claruit anno Domini 1297. in prologo libri sui *de passione SS. Aurei & Justinæ martyrum*, dicens: si laboriosa scribentium studia, more veterum, aut condigno remunerationis gauderent præmio, aut saltem magnatorum aspectibus gratiosis, & detractorum morsibus non paterent, ad discendum incognita & scribendum utilia, remoto procul otio, multorum animos, labor inclutus & industria naturalis incitaret. Hinc reor factum, quod scriptores pristinis rebus defuerunt atque temporibus, eo quod Principes C Germanorum & Præsules neglexerunt historias & sua quidem facta commendari litteris minime curaverunt, qui scriptores comparare beneficiis atque muneribus recusarunt. Inde fit, quod nec tua Ecclesia Moguntina suorum habet historias Pontificum, nec ordinem eorum recte novit, nec numerum. Vale Decus Principum Nestoreos felix in annos. Ex meo cœnobio apud *Wilzeburg* 19. mensis Januarii, anno dominicæ nativitatis 1516.

Johannes Tritemius Abbas.

Sequuntur Archi-Episcopi Moguntinenses.

S. BONIFACIVS (k) primus Moguntinæ Ecclesiæ Archiepiscopus, & *Germania* Primas; natione Anglus, stirpe Frisonica & Saxonica, amplissima Principum familia progenitus est, cujus soror *Bona Ricardo* Anglorum Regi (qui religionis ergo peregre profectus apud *Lucam Italia* sepelitur) nupta fuit. Parentes in baptismo *Winfridi* nomen illi imponentes, statim litteris imbuendum curaverunt. Tanto autem ardore Christia-

nam religionem amplexus est, ut vix quintum ætatis annum egressus, monasticam expeteret. Quare primum in monasterio *Encanastre Wolfardo* Abbati commendatus, tanta aviditate bonas literas cum vera pietate imbibit, ut adolescens ad cœnobium *Nurschella* sub *Winberdo* Archimandrita, pro uberiori eruditione consequenda, ablegaretur; ubi non solum probi discipuli functus est officio, sed aliis quoque, quæ didicerat, tradidit, plurimosque sua eruditione instruxit; nec in schola monasterii tantum talentum suum expendit, verum cum divinam scripturam diligenter ruminasset, prædicationi instans, zelum Christianum passim ostendit. Inerat illi ingens animi vigor, vitamque juvenilem castitas & sobrietas summa adornabant. Nam quo facilius carnem spiritui subiceret, vinum & siceram non bibit. Quibus virtutibus præditus annum ætatis tricesimum egressus, sacerdotii gradum capessere cogitur. Quamquam autem Moguntinensium Præsulum res gestas, quæ in Episcopatus illorum inciderunt, tantum scribere sit animus, tamen propter inlignes dores, altius paulo, actus & vitam ejus scrutabimur, quo lectores videant, quibus artibus & studiis ad hanc dignitatem scandere oporteat. Cum itaque plerosque fratrum eruditione & sapientia anteverteret, operamque suam in synodo, quæ apud *Angliam* occidentalem habebatur, comprobasset, inclarescere nomen ejus cœpit. Quod ipse moleste ferens, aliquamdiu deliberavit, quomodo patriam relinquere, & alibi operi dominico instare posset. Quod animi sui propositum Abbati exponens, admodum difficulter cum duobus fratribus dimittitur, quorum ministerio tam in corporalibus, quam spiritualibus indigebat, conscensaque navi continentem attigit, in *Frisia*, ubi ante annos supra centum *Wilfridus* Lin- S. Bonifa-
defarnensis Episcopus, ac nuper sanctus *Wil-* cius in Fri-
librardus & *Wigbertus* cum suis divini verbi *sum* venit.

semina spargere coepissent: ipse quoque prædicandi occasionem quaesivit, præsertim cum *Rabodi Frisonum* Regis perfidia Ecclesias vastatas, sacerdotes profligatos, ac dæmonum delubra pluribus locis constituta audivisset. Quare ipsum *Rabodum* caput mali *Trajecti* allocutus, uti clementiam, maximam Regum virtutem æmuletur & a Christianorum persecutione cessaret, admonuit. Inflexerat nonnihil barbari Regis animum, ut jam ad *Frisiam* aditus illi pateret, sed videns iniquitatem populi, post aliquot menses cum paucis, quos converterat, ad suos rediit. Ita dum hyemem domi transigeret, accidit ut monasterii pater ex hac vita evocaretur & omnium studia & vota in *Winfridum* inclina-

E c 3

rent;

(k) Scriptores a Nostro consulti sunt: S. Willibaldus Presbyter, postea Episcopus Eilatensis; Anonymus, qui Willibaldum in compendium rededit & aliqua addidit tempore Willigisi MS. *Marcellinus* Presbyter, Bonifacio coætaneus, in Vita S. Suiberti; *Rixfridus* & *Lurigerus*, Monasterienses Episcopi. *Rudolfus* Fuldenensis in Vita S. Liebe ad Rabanum M. *Exilwardus* monachus S. Burckhardi Herbipolens. *Hugbaldus* Elvonensis in Vita S. Lebuini; Vita S. Rigoberti Rhemensis Episcopi Tomo I. Surii; *Sigibertus* Gemblacensis. *Tritemius* in diversis opusculis; *Aventinus* in historia Bavarica, & *Georgius Wicelius Ruthardus* Hirsawgiensis scripsit librorum 2. de passione S. Bonifacii carmine heroico, quem tamen se non vidisse ait Autor.

rent; Verum ipse dulcedine peregrinationis captus, id honoris modeste recusavit, tantumque apud *Novellum* Abbatem & Episcopum suum ordinarium *Daniclem* consecutus est, ut literis eorum commendatitiis munitus, limina Apostolorum adeundi licentiam obtineret. Quo cum paucis sodalibus incolumis perveniens, Sanctorum primo oratoria pro peccatorum expiatione circumibat; deinde B. *Gregorium* 2. hujus nominis Pontificem alloquitur, illique adventus sui causam exponit. Comperiens vero Apostolicus totum in id incumbere, ut feros Germaniæ populos, partim Gentilitio adhuc errori deditos, partim hæreticorum fraude seductos liberare posset, post celeberrima colloquia, sua auctoritate, adeoque literis patentibus (1) prædicandi munus ei mandat. Salutavit eo itinere *Luitbrandum* Regem *Longobardorum*, ac paululum recreato corpusculo transcensis Alpibus per *Bavariam* in *Thuringiam* venit, ac primum in vasta illa sylva zum *Altenstein*, oratorium extruens, Principes & primarios viros alloquitur & ad veram pietatem (quam maxima ex parte seducti pravis doctoribus perdididerant) prædicatione sua invitavit. Sacerdotes diversis vitiis & libidinibus inquinatos, sermonibus Evangelicis corripuit. Audita autem *Rarbodi* Regis morte, *Frisiam* adnavigat, sub inclyto *Franconum* Duce *Carolo Martello* facultatem docendi consecutus. Sanctum quoque *Willibrordum* Episcopum Trajectensem, operi Dominico illic incumbentem invenit. Cui vir Deise adjungens, triennii spatio multos Christo esse lucratus, ut brevi multæ exstructæ sint Ecclesiæ, idololatria exterminata. Interim vero *Willibrordo* in decrepitam vergente ætatem, *Winfriadum* successorem Episcopalis curæ designare conatus est, verum is legationem prætendens Apostolicam, vix obtinuit, ut dimitteretur. Unde evenire arbitror, quod *Marcellinus* & *Ludgerus* illum secundum numerent Trajectensis Ecclesiæ Præfulem; cui 15. annis præfuisse ab aliquibus fertur. Conversis itaque in *Frisia* duobus principibus viris *Dierbero* & *Dierolpho* germanis, constructo ibidem monasterio, copiosisque collectis fratribus, *Hassiam* adit & circa *Amoeneburgum* rursum divina prædicationis buccinam inflans; multa hominum millia unctis salutaribus abluit. Visum est autem necessarium, summo Pontifici tam felices successus annuntiare: Simul ut salubria consilia exposcat, quomodo recens Deo acquiritum populum rectius in fide retineret. Quo muneri exequendo quendam ex suis Clericis fidelem *Bincam*, *Romam* destinavit. Quam ille legationem fideliter exequens, non solum ad ea, quæ postulaverat, responsa at-

tulit, verum etiam se *Romam* *Winfriadus* invitatum intellexit. Statim igitur fratrum stipatus caterva iter ingressus, janus eo pervenit, ac post paucos dies ad colloquium Pontificis est admissus. Examinatus est inter cætera de Catholicæ Religionis capitibus: ad quæ ille scripto, quam ore tenus respondere maluit. Pontifex perspecta integritate morum & doctrinæ ejus, multis cohortatum verbis Episcopatus curam illi imponere voluit. Quæ vir Dei perpendens ne tantam benedictionem refutare videretur, admodum modelte consentit; ipsoque die S. *Andræ* Apostoli præstito solenni Juramento, cum nomine *Bonifacii* consecrationem suscepit, anno 7. Leonis 3. Augusti & filii ejus *Constantini Copronyni* anno 4. Acceptis itaque literis (m) ad inclytum Ducem *Carolum Martellum* (n) aliosque Principes, tum ad Episcopos, Clerum & populum potissimum *Thuringia* in *Germaniam* rediit, fretus *Caroli* potentia *Hassiam* rursus adit, multosque ad fidem vel traduxit vel jam deviantes confirmavit. Quidam enim (superfeminante Diabolo *Zizania*) jam aperte lignis, fontibus aliisque idolis sacrificabant: alii aruspicia & incantationes sequebantur, quidam clam diversis erroribus fascinati, sanam doctrinam abjecerant. Hic omni nisu contra Idololatriam pugnandum fuit; nec defuit divinum auxilium. Dejecta est in *Geyßmer* arbor Jovis miræ magnitudinis, quæ Dei nutu (insanientibus populis contra Præsulem) ita in quatuor truncos æquales est divisa, ut consternati omnes certatim Christo crederent. Ex materia vero arboris Sanctus Pontifex oratorium eodem loco struxit, quod in honorem D. *Petri* Apostoli dedicavit. His Dei adjutorio peractis in *Thuringiam* est profectus, quam non solum tyrannorum violentia pressam, verum etiam hæreticorum & flagitiosorum sacerdotum erroribus & spurcitiis contaminatam invenit. Quibus ex Dei verbo confutatis, & ab Ecclesiâ proscriptis, fidelium numerus admodum crevit, ut Ecclesiæ instauratæ, monasteria passim nova erecta conspicerentur: in quibus erat illud in *Ordorff*, in honorem S. *Michaelis* Archangeli extructum, & servis Dei repletum, qui in magna abstinentia laboribus manuum suarum victitabant. In tantis vero curis & ærumnis, quas frequenter inter peregrinandum sustinuit, divinæ consolationes illi nequiquam defuerunt. Eodem enim loco Angelicam visionem habuit, & cum nihil esset quo vesceretur, ales satis magnum piscem ante pedes dejecit, unde illo die victitabat. Videns interim messem amplissimam, operarios vero paucos, præsertim cum viri nobiles filios illi commendarent, ut in fide & moribus eos erudiret, accersivit ex *Anglia* & ali-

Fit Episcopus.

Item in Thuringiam.

Monasterium in Ordorff.

(1) Extat Epistola data Idibus Maji imperante Leone Augusto, qui dictus est *Conon*, anno ejus 4. *Auror.*(m) *Willibaldus* verba juramenti integre habet &c. *Auror.*(n) Extant Epistolæ sex; quarum prima est ad *Carolum Martellum*; altera ad Clerum & populum *Germaniæ*; tertia ad eosdem; quarta ad Principes *Thuringiæ*; quinta ad populum *Thuringiæ*; sexta ad populum *Walt Saxonum*. *Auror.*

& aliunde non solum viros doctos & probos, verum etiam foeminas sanctas; in quibus præcipui erant *Burgkbarthus, Lullus, Sturmis, Wigbertus, Eobanus, Sola, Wittanus, & Gregorius*. *Willibaldum* & *Wunibaldum* vero Romæ inventos, assumpti. In foeminis autem erant matertera *S. Lulli, Cunigildis* & filia ejus *Bertigis*, item *Cunetrudis, Tecla, Lieba* & *Walpurgis* soror *S. Willibaldi* prænobiles virgines: ex quibus alia missæ sunt in *Bavariam*, alia in *Thuringiam*: *Tecla* vero in *Ochsefurt & Kitzingen*, monasterio a filia *Pipini Adelbeida* condito, manere voluit: *Lieba* in *Bischofheim* ad *Tubarum* amnem sacris virginibus est præfecta, cujus tamen cœnobii hodie nullum superest vestigium. Multis igitur hominum millibus his studiis ad Christianam religionem traductis, comperit *Gregorium* 2. Romanum Pontificem ad meliorem vitam translatum, eique *Gregorium* tertium subrogatum, *Romam* legatos misit, qui suam obedientiam illi deserrent & amicitiam exererent. Pontifex in Domino gavissus, omnem benevolentiam *Bonifacio* denuntiat, ad quaestiones varias respondet, Pallium Archiepiscopale ultro simulque humanissimas litteras transmittit. Redeuntes igitur nuntii, ingenti gaudio sanctum virum afficiunt, ut totum se in Dei laudes effunderet, moxque duas Ecclesias. unam *Frisislaræ* D. Petro, alteram in *Amoenburg* in honorem S. Michaelis Archangeli extrueret, quibus & duo monasteria adjunxit, quæ servis Dei replevit. Anno etiam 734. institutum est monasterium *Amorbacense* per *S. Pirminium* & *Bonifacium* nostrum, *Martello* liberales manus præbente. Primus loci Abbas fuit *S. Amor*, *Pirminii* discipulus. Progressu vero temporis a Nobilibus de *Dübn* ad majorem magnificentiam oppidum est deductum. Fundum dedit *Gotthardus* comes montis in *Franckenberg*. His ita gestis etiam *Bavariarum* provinciam (cui tunc *Hugbertus* Dux præfuit) invisit ac docendo percurrit, ubi *Ernvolphus* hæreticus est damnatus & ab Ecclesia proscribitus. Reversus deinde ad suos omnia circuibat, instaurans, quæ Ecclesiarum cura exposcere videbatur. Eo quoque tempore, denuo *Romanam* invisere decrevit, tum orationis causa, tum ut se apud *Gregorium*, quem nondum conspexerat, insinueret: ad quod iter perficiendum multi *Francorum, Bavarorum & Britannorum* sese socios illi obtulerunt. Porro Romani tanta illum veneratione exceperunt, ut ad ejus colloquium multi indices confluerent, quibus monita pietatis administrabat. Expeditis iis, quæ conficienda erant, multis donatus sanctorum reliquiis, & Apostolicis munitus literis, *Roma* discessit, *Ticinique* apud *Longobardorum* Regem aliquamdiu hæsit. Mox ab *Ogdilone* Duce *Bavariæ* invitatus mansit ibi compluribus die-

bus verbum Dei alacriter spargens & veræ fidei sacramenta renovans. Erant in ea provincia, qui Episcopos se mentiebantur, alii Presbyteri officium usurpabant, nec ipsi ordinati, alii aliis modis populo illudebant. Quare ad profligandam tantam sacerdotum malitiam, *Ogdilone* consentiente, *Bavariam* in quatuor paroecias sive Episcopatus (o) divisit, quibus insignes præfules dedit. Primus *Salzburgensem* cathedram obtinuit *Joannes*; *Erinberus* frater D. Corbiniani *Frisiensis* Ecclesiæ datus est. *Pataviensi* vero *Vivilus* a Romano Pontifice præfectus antea fuerat, translata illuc *Laurencensi* sede. *Gaubaldus Rarisponæ* Antistes instituitur. Tanto vero ardore *Ogdilo* (quem alii *Ledilonem* nominant) cum *Thassilone* filio & omni nobilitate Christo sunt conjuncti, ut 19. monasteria utriusque sexus in *Bavaria* erigerentur, quæ a scriptoribus rerum Bavaricarum nominatim recensentur. Complura tamen ab *Hungaris* postea sunt everfa. Ea a *Bonifacio* sub regula S. Benedicti sunt instituta & dedicata. His ita gestis & quæ corrigenda erant correctis, ad suas Ecclesias se recepit ac res in *Bavaria* feliciter confectas Romano Pontifici perscripsit, quæ omnia ille rata habuit atque gratissima. Refert in Epistola *S. Bonifacius* sua opera & Prædicatione ad centum hominum millia ad sinum Catholicæ Ecclesiæ esse aggregata: unde beati Viri incredibiles labores quilibet æstimare potest. Defuncto autem Duce *Martello, Carlomannus & Pipinus* fratres simul paternas ditones regebant, ita tamen ut ad nutum *Carlomanni* tanquam senioris, omnia fierent. Quare sanctus Antistes intrepide illum accedens, exhibita Commissione Apostolica, admonuit, ut Christianæ religionis propagationi, non minus quam Parens favere ejusque patrocinium suscipere dignaretur. Ad quæ *Carlomannus* se non solum promptum & benevolum ostendit, verum etiam jussit, ut coacta (p) synodo omnia ad sacrorum Canonum præscriptum in suis ditionibus corrigerentur. Multi in eo conventu non solum Clerici hæretica pravitate infecti, extra Ecclesiæ communionem pellebantur, verum etiam Episcopi gravissimorum criminum rei deponerentur. Damnati sunt Hæresiarchæ impurissimi vanissimique duo *Clemens & Adelbertus*, quorum impietates postea a *Zacharia* Papa in Romana synodo quoque sunt explosæ. Depositus est etiam *Gervilio* Moguntinus Antistes, qui interfectorem Parentis manu sua trucidaverat, ut supra demonstratum est, & magnus *Bonifacius* sedi præficitur. Id vero an in ista sive altera synodo acciderit, liquido dicere non possum: Sicuti etiam ad *Carlomanni & Pipini* ætatem quædam hic referuntur, ipso *Martello* Patre adhuc vivo, gesta. Quod quidem historiæ nihil detrahit, cum filii consortes diu

Socii Bonifacii.

Extat Epistola.

Monasterium Amorbac.

Episcopus in Bavaria instituit.

(o) Epistola confirmationis horum Episcopatus data est 4. Calend. Novembr. anno 23. Leonis & Constantini ejus filii anno 20. indict. 8. anno Christi 739. ut *Avenarius* computat. Auctor.

(p) Extat hæc synodus in Tomis Conciliorum & alibi anno 742. celebrata II. Calend. Maji. Auctor.

Ecclesia
Mogunt.
fit Metro-
polis Ger-
maniae.

diu fuerint imperii paterni, ac multa bella per eos. vivente Patre sint confecta, aliaque in suis provinciis ordinata. Ut autem Bonifacio dignitas esset eminentior, statuerunt iidem Principes Ecclesiam Moguntinam (quæ tum inter 16. Episcopatus prima erat, Wormatiensi subjecta) in totius Germaniæ Metropoli provehere: missaque legatione Romam, haud difficulter obtinuerunt, ita ut proximus Episcopus post Papam esset & sola Moguntia sedis haberet titulum. Legitur de hac translatione sequens distichon:

*Ecce Moguntinæ almæ dat Episcopus urbis
Culmen METROPOLIS, quod erat tibi
Guarmatiensis.*

Brusebius tradit id accidisse anno 729. quod testatur Epistola sequens:

Zacharias Papa Bonifacio Episcopo Sanctæ Ecclesiæ Moguntinæ perpetuam salutem.

Qualiter Dominus Deus noster sanctæ suæ Ecclesiæ propitiatus sit & laboribus sanctissimæ fraternitatis tuæ cooperatore extiterit, per singula edicere longum est. Tamen ut hæc quæ obijcimus, confirmemus, quæ ex parte, te narrante, perspeximus, enarramus. Igitur dum in Germania Provincia sanctitas tua ad prædicandum fuisset directæ, a sanctæ recordationis prædecessore nostro Domino Gregorio Papæ, & post inchoatum opus, & ex aliqua parte ædificatum, Romam reversus, ab eo Episcopus ordinatus, & ad prædicandum demum remissus es, & elaborasti Deo prævio nunc usque per annos 25. in eadem prædicatione, ex quo Episcopatum accepisti: sed & in Francorum Provincia nostra vice, concilium egisti, & juxta Canonum instituta omnes flecti sunt tibi obedire: & dum in his piis operibus occupata esset sanctitas tua, nunc usque Cathedralē sedem sibi minime vendicavit.

At ubi Deus prædicationem tuam auxit, obtinere voluisti, ut tibi Episcopalem Ecclesiam, vel successoribus tuis confirmare debeamus, juxta eorundem filiorum nostrorum Francorum petitionem. Et idcirco auctoritate B. Petri Apostoli sancimus, ut supradicta Ecclesia Moguntina perpetuis temporibus tibi & successoribus tuis in metropolim sit confirmata, habens sub se has civitates, id est, Tungris, Coloniam, Wormatiam, Spiratiam, & Trectis & omnes Germaniæ gentes, quas tua fraternitas per suam prædicationem Christi lumen cognoscere fecit. His a nobis definitis, per hujus nostræ confirmationis paginam in tua Ecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione hæc conservari mandamus. Data pridie Nonas Novembris, imperante Domino Augusto Constantino anno 32. Imperii ejus, Indictione 5.

Fretus itaque tanta auctoritate Archiepiscopus, coepit ubique extirpare vitia, plantare virtutes, cœnobialia & Ecclesias construere, iisque pastores optimos præficere. Erat imprimis cordi optimo Præsuli in Buchonia Syl-

va monasterium excitare ad fluvium Fuldam, ubi Sturmis conterraneus & discipulus ejus, vir genere & moribus nobilis, ex Cassinensi congregatione vocatus, aliquamdiu cum paucis habitaverat. Convenit ergo Carlomannum (ad cujus ditionem locus ille pertinebat) & cum nobilium suorum assensu obtinuit tria millia passuum in circuitu ad monasterii usum: quam traditionem Princeps literis roboravit & Sturmis ibidem primus factus est Abbas, qui ex liberalitate Caroli Magni, postea etiam Hamelburgum & Omstadt monasterio adjecit. Ad tantam autem perfectionem excellentissimum Heroa Carlomannum suis monitis traduxit, ut relictis amplissimis provinciis, adeoque omnibus mundi honoribus & divitiis ad Cassinum montem proficisceretur, seque verum monachum faceret, Pipino fratri regnum & quidquid reliqui habebat, relinquens Pipinus, Carlomanno post aliquot annos rebus humanis exempto, a vera pietate non degenerans, eandem fundationem & ipsum Apostolicum privilegium novo monasterio concessum, scripto confirmavit. (q) Adhuc aliquot Episcopatus adhuc in Germania erigere visum est necessarium Bonifacio, quod etiam Principis Pipini auxilio conatus est & feliciter perfecit. Primum enim ad Castellum quod dicitur Würzburg inclytum & religiosum Presbyterum Burgkbarum consanguineum suum destinavit, tribuens illi Episcopi sui quædam prædia ad sustentationem, quem Zacharias Romanus Pontifex (r) anno 751. præsentem Bonifacio Romæ consecravit ac domum remisit: committens Clero & populo, ut non amplius Moguntia, sed ab eo Ecclesiastica petant sacramenta, illumque ut Patrem vice Christi veneratione, quod munus annis 40. strenue administravit. Alterum in loco qui vocatur Buring, & tertium in civitate Erfordiana statuit, cui Adelarium sanctum postea martyrem præposuit primum & ultimum ejus Ecclesiæ antistitem. Divum vero Willibaldum Eychstadii novum præfulem constituit, cui tale privilegium concessit, ut inter suffraganeos Moguntinus sit primus & ejusdem sedis Cancellarius. Trajectensi urbi præfecit Gregorium Anglum, sive ut Lutgerus scribit in ejus vita, nobilem Francum Wunibaldum, prius septem monasteriis in Bavaria præfectum, jam vero Sulezpergæ ex Thuringia accitum, extracto cœnobio in Haidenbeim locavit, ubi & bono fine quævit circa annum 760. Walpurgam, quæ & ipsa in Thuringia multis annis Deo inter virgines servierat sanctas, Wunibaldo conjunxit, ac scæminis ibidem præposuit, ubi annorum plena defungitur, ab Odgero Episcopo deinde Eychstadium translata. Erant isti videlicet Willibaldus, Wunibaldus & Walpurgis, Ricardi Regis Angliæ, ex Bona sorore Sancti Bonifacii liberi, quos etiam præ cæteris tenerius complexus

Monast.
Fuldense.

Novi Episcopus
a Bonifacio
fundatus.

(q) Litteræ Pipini, & confirmatio Zachariæ Papæ extant apud Willibaldum, aliæque litteræ Tomo 2. Conciliorum Autor.

(r) Extant litteræ Zachariæ scriptæ 24. anno Constantini: quod tamen ad alterum numerum non quadrat. Auzer.

plexus esse videtur. Placet hic inferere ejusdem *S. Richardi* Epitaphium, quod in civitate *Italiae, Luca*, ejus sepulchro est ascriptum:

Epitaphium S. Richardi.

Hic Rex RICHARDUS requiescit sceptrifer almus,

Rex fuit Anglorum, regnum tenet iste. polorum,

Regnum dimisit pro Christo cuncta reliquit.

Ergo RICHARDUM nobis dedit Anglia sanctum,

Hic genitor sanctæ Walpurgæ virginis alma

Et Willibaldi, sancti simul & Wuribaldi Suffragiis quorum det nobis regna polorum

Largissimus Christus, præstat qui singula solus.

Habet igitur *Bonifacius* noster hanc palmam, ut monasticam, & cum ea veram pietatem ac literarum studia, unde optimi formantur mores, primus *Germaniæ* invexerit. Nec solum in *Germania* operam suam in plantanda Christiana religione comprobavit, verum etiam *Gallicarum Ecclesiarum* sedulam curam habuit: præsertim *Rhemensis* & *Trevisensis*, quibus pariter *Milo Lutuini* Episcopi filius *Dux Galliæ Belgicæ*, homo levis & bellator assiduus, incubabat, *Martelli* principis permissione & consensu: de cujus ineptia & perverbia *Adrianus* Papa in Epistola sua conqueritur. Pugnandum igitur fuit frequentissimis synodis, contra falsos Episcopos & sacerdotes, qui vel non ordinati ministerio Ecclesiastico se ingerebant, vel adulteriis & fornicationibus infames erant, vel denique umbratile quoddam matrimonium, contra sacrorum canonum constitutionem, culpis suis prætexebant. Hi quamvis meritis percellerentur censuris, veræ tamen poenitentiae fructus facere detrectabant, per domos cursitabant, ac infirmum plebem secum ad inferos trahebant, ut Principum potestate coercendi essent. Nec absuerunt frequentes hæretici, vineam domini devastantes, quales fuerunt *Ernvolphus, Adelbertus & Clemens* supra dicti, *Somson Scorus, Dortuinus, Bracterus, Humbertus, Virgilius* philosophus & alii. Clerus in summa inficitia enutritus, adeo ut quidam sacro sanctum Baptismi Sacramentum administrare latine vix possent. Et quod cum dolore dicimus, illorum longe majorem legimus fuisse numerum, quam bonorum; qui illudentes populo & ministeria Ecclesiæ confundentes, proprio arbitrio viventes, populares Episcopos habentes, qui sceleratos mores eorum non prohibebant, seorsim populum consentaneum cogregabant, & illud errorem ministerium, non in Ecclesia Catholica, sed per agrestia loca, & per cellas rusticorum, ubi eorum imperita stultitia celari possit, perpetrant. Quod certe

Perditi mores Clericorum sub Bonifacio.

mirum non est, bellis omnia superiore ætate sursum deorsum vertentibus, cum monasteria (quæ tunc sola scholas habebant) admodum rara essent, ut in tanta doctorum paucitate intra annos 80. in *Francia* ac toto *Austrasiæ* regno celeberrimo nullam celebratam synodum ipse *Bonifacius* scribat. Quod si recte metimur tanti præsulis labores, non minus operæ ponendum illi fuisse putandum est, in erudiendo Clero quam convertendo rudi populo. Quid quod etiam ipsi Romano Pastori scribere (s) ausus sit, ut corrigat aliqua in urbe scandala, quæ peregrinos ibidem agentes offendebant, *Echelbaldum* vero Regem *Britanniæ* severissimis (t) literis corripuit, quod spreto honesto conjugio, inter concubinas versaretur & sacras virgines violaret; adeoque nullius personam respiciebat, ut ipsos Episcopos inordinate viventes in synodis accusaret, suoque testimonio convinceret, & incorrigibiles loco moveret. Quare tantam consecutus est reputationem apud omnes bonos, ut fama nominis sui per universam *Europam* volitaret, ac plane deferretur Ecclesiæ suæ *Moguntinæ*, quam postularet. Subjecta est illi *Wormatia, Spira, Colonia, Tungri & Trajectum*: insuper omnes *Germaniæ* populi, quos per suam prædicationem Christi lumen agnoscere fecit, ubi ex Diplomate (u) *Zachariæ* Papæ cognoscimus. Cum vero *Pipino Austrasiæ* inclyto Principi, *Franciae* totius amplissimum regnum esset delatum, solus hic noster antistes dignus est visus, qui apud *Suessionem* civitatem diademate Regio illum cingeret & sacram unctionem impertiretur, (x) unde tantus honor coronandi Imperatores & Reges ad successores Archi-Episcopos promanavit. His vero curis longaque ætate confectus, cum videlicet divini verbi semina in *Germania* & *Gallia* uberrime provenire cerneret, ad *Frisios* redire constituit, quorum aliquos ad Ethnicismum rediisse didicerat, ut denuo Christo Salvatori eos incorporaret, atque in tam dulci labore vel spiritum suum Deo traderet, vel quælibet pericula & cruciatus ac mortem oppeteret. Verum priusquam istud aggrederetur, suis ovibus de Pastore prospicere voluit, si illum aliquo eventu adversa pati contingeret. Consuluerat ea de re (ut in aliis Ecclesiasticis negotiis frequenter) *Zachariam* Papam, a quo per literas assensum obtinuit, ut propinquantè fine vitæ, successorem, quem ad hoc aptiorem sciret, constituere & ordinare posset. Vocato igitur *S. Lullo* sacerdote, fidissimo laborum suorum in opere dominico socio & comite, *Pipino* Rege assente, tum Episcopis, Abbatibus, Canonicis & Proceribus ad suam dioecesim pertinentibus, pro se Episcopum ordinavit: deinde

Unctio Pipini.

Bonifacius Lullum successorem sibi constituit.

(s) Habet hanc Epistolam Vincentius Bellovocensis. *Autor.*

(t) Citatur Epistola ad *Guebertum* Anglum a *Turriano* l. 1. c. 21. pro Canonibus Apostolorum. *Autor.*

(u) Datum anno 32. *Constansini Copronymi* pridie Non. Novembr. *Bonifacio* jam per martyrium sublato. *Autor.*

(x) Scribit hoc *Hugbaldus Elvonensis* in *Vita S. Lebnini*: *Sigebertus* quoque & alii. *Autor.*

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

comprehensum cunctis Principibus ibi præsentibus commendavit, ut illi tanquam Patri obedirent & juvarent, quacunque ingruente necessitate. Similiter ejus electionem & ordinationem *Thuringis & Rheni* accolis significavit. Ipsum vero *Lullum* novissime admonens, dixit: *Quoniam resolutionis meæ tempus appropinquat, voluntas mea est proficisci, quocunque gratia Dei me dirigere voluerit; sed tu, fili, commissarum animarum curam age, tu populum ab errore revoca, ac inchoatam monasterii mei Basilicam prope Fuldam perfice, & ibidem corpus meum (quocunque loco obiero) sepulturæ committito.* Ad *Liebam* vero Abbatissam, quam ex *Bischofsheim* acciverat, conversus eam rogat, ne terram peregrinationis deserat, ac in bono proposito fideliter permaneat, data illi cuculla sua, *Lullo* aliisque sanctis eam commendavit, utque defuncta prope ipsum sepeliatur, mandavit. Ea vero tanta gravitate commissam provinciam administravit, ut deinceps Regibus & Reginis venerationi esset. Jussit etiam necessaria itineri præparari, præsertim lintheum in capsam librorum suorum reponi, quo defunctus involveretur. Quæ omnia *Lullus* summa cum humilitate, totus lachrymis perfusus, exequitur. Paucis post diebus conscendit navem, ac secundo flumine in *Frisiam* delabitur, ubi tum multa hominum millia feruntur baptizata. Habebat secum *Eobanum* & *Adelarium*, utrumque Episcopatus prærogativa celebrem: presbyteros tres, *Wintrugum*, *Walterum*, & *Adalherum*: diaconos tres videlicet *Stirckbaldum*, *Hamundum* & *Basonom*. *Wacharius* vero *Gurdebarius*, *Williberus* & *Adolphus* ex monastico ordine illum sequebantur, laborantes cum eo in annuntiatione Evangelii usque ad martyrii palmam. Cum autem ad fluvium *Borznam* pervenissent, ubi nunc oppidum *Dockingen* situm est, jussit beatus Pontifex tentoria figi, præstolans ibidem nuper baptizatorum adventum; ut sacram confirmationem illis imperderet. Verum Neophyti in lictores mutati, cum ingenti armorum strepitu in sanctorum castra irruunt. Famuli id cernentes se contra furendem multitudinem tueri conantur: sed vir Dei ad spiritualia præsidia confugiens, arreptis sanctorum reliquiis, Clericisque accitis, obviam procedens, ita fere suos cohortabatur: *Nolite quæso pugnare, filii mei, nolite adversariis bellum inferre, quia sacra scripturæ verbis edocemur, ut non solum malum pro malo non reddamus, sed etiam bonum pro malo exhibeamus. Jam enim diu optatus adest dies, jam tempus illud advent, quo de laboriosa seculi hujus ærumma, ad æterna beatitudinis invitamur gaudia.* Ad Clericos vero conversus patria & libera voce exclamabat: *Fratres charissimi, inquit, si qua divini cura amoris, si qua apud vos mearum admonitionum resedit memoria, hæc hora jam declarate, in animum revocantes illa verba Salvatoris: Nolite timere eos, qui cor-*

Abit in Frisiam.

pus occidunt, animam autem non possunt occidere. His & similibus verbis suos ad martyrium est cohortatus, cum simul irruunt barbari in sanctos districtis gladiis & omnis generis armatura rustica. Pontificem cum Clero & famulis trucidant, qui ad quinquaginta & unum fuisse scribuntur. Fertur S. martyr, librum Evangeliorum, quem assidue gestabat, ferienti objecisse, qui totus dissectus est, scriptura tamen illæsa manente. Qui penitus codicem inspexisse se glorientur (nam adhuc superest *Fuldæ*) ex scriptis Patrum collectum fuisse tradunt, contra *Arrianos*, manu divi *Bonifacii* conscriptum. Neque hoc solum monumentum literarum posteris reliquit, sed & vitas quorundam sanctorum eum collegisse tradit *Tribemius*, potissimum vitam S. *Levini*. Peracta immanissima cæde ad diripiendam sanctorum suppellectilem sicarii se convertunt, in qua nihil præter divorum reliquias & sacros libros invenerunt. In navibus aliquantum vini repositum, ipsis exitio fuit. Nam eo ingurgitato ad tantam vesaniam rediguntur, ut in cruentam cædem conversi, partim se mutuo obruncarent, partim a vicinis Christianis sint perempti. Trajectensis porro Clerus, *D. Bonifacii* corpus in suam civitatem reportavit, ac multa cum veneratione terræ mandavit. Id vero postquam *Lullus* rescivit, honestissimam legationem aliosque complures equis & navigio *Trajectum* misit, qui sanctum martyrem repeterent. Illi *Pipini* jussu se asservare illum contendunt: *Moguntini* ipsius voluntatem declarant, quod vivus mandaverat, se apud *Fuldam* sepeliri. Ita de corpore viri Dei contententibus campana Ecclesiæ nullo movente insonuit. Id audientes incolæ, petentibus corpus martyris cesserunt, quod tricesimo ab obitu die *Moguntiam* est delatum. Quanta autem hominum multitudo ad tantum confluerit spectaculum, vix quisquam explicabit; quæ excusso omni morore læta patrem suscepit, jam apud Deum Patronum habitura. Ægre vero *Moguntinensibus* persuasum est civibus, ut sacrum corpus dimitterent, nam jus esse Ecclesiarum dicebant, ut apud sedem suam condantur antistites. Sed cuidam venerabili diacono *Orberro* martyr per visum apparuit, dicens, ut *Lullum* Archiepiscopum jubeat se *Fuldam* transferre. Quod is incunctanter perficiens, innumera turba cum hymnis, Litanis & piis cantionibus sacrum corpus martyris est profecuta, eoque itinere frequentissima oratoria in memoriam sancti sunt extructa. Itaque cum ingenti gloria & celebritate ad *Fuldense* monasterium est perductum & honorifice sepultum. Sonuisse campanas in adventu reliquiarum angelico ministerio, nullo hominum movente, multi sunt Authores. Vestes tamen, in quibus passus est beatus martyr, sanguine recenti madidæ, in Basilica *D. Joannis Moguntia* ad septentrionalem plagam, in arca lignea sunt reconditæ. *Eobanus* vero & *Adelarius* Episcopi *Erfordiam* destinan-

Ejus martyr.

Consensio de sepulchro ejus.

destinan.

destinantur. Passi sunt B. Martyres Nonis Junii anno 755. Præfuit Moguntinæ sedi annis 36. menses 6. dies 6. ut vulgo fama habet, etli plurimum calculus sit perturbatus, ubique fere discordante. Chronicorum supputatione, a datis literarum Apostolicarum supra allegatarum. Hæc sunt quæ privato studio de tanto Pontifice ego indagare potui. Nunc itaque magni illius Basilii de quadraginta martyribus sententiam, Epiphorematis loco subjiciam: *O sanctum (inquit) eborum; o sacrum ordinem, o cuneum inexpugnabilem, o communes humani generis custodes, optimi curarum socii, precum ac votorum invicem suffragatores, legati apud Deum potentissimi, astram mundi, fores Ecclesiarum; vos non terra contexit, sed calum excepit; aperta sunt vobis paradisi portæ, dignum profecto exercitibus angelorum, Patriarchis, Prophetis & justis omnibus spectaculum: nobis autem peccatoribus facti estis apud Deum advocati.*

S. Lullus.
S. Willibaldus & alii
in Vita S.
Bonifacii.
Marianus
Scotus.
Lambertus
Schafnaburgens.
Breviar.
Moguntin.

S. LVLLVS natione Anglus D. Bonifacio sanguine junctus fuit. Postquam a primis annis Christum, una cum bonis litteris in quodam monasterio imbibisset, Germaniam sive ultro sive vocatus adiens, Episcopi lateri aliquandiu adhæsit. Erecto autem *Fritzlar* in cœnobio *Lullus*, ibidem præfecturam consecutus, paulo post ad majores functiones est assumptus. Nam gravissimis obcundis negotiis & legationibus conficiendis, fidem & prudentiam suam multoties comprobavit, adeo ut magnus *Bonifacius* tam Cleri quam Procerum consensu, illum sibi successorem vivus declararet. Quam provinciam ipse tanquam boni Patris haud degener filius, diligenter administrans docendo, mōnendo, arguendo veri Episcopi officio functus est. Addunt MScti. Codices, eum, quamprimum constitutus fuit Præsul, omnes intra suam diocelin Ecclesias & monasteria, visitasse, mores in melius reformasse, se ipsum vero (etsi pietate & religione clarissimus esset) indies bonis operibus vicisse. Scribit *Anonius*, *Pipinum* Regem, orta quæstione de S. Trinitate & sacris imaginibus, Concilium suorum Episcoporum apud *Gentiliacum* habuisse, in quo *Lullum* haud postremas tenuisse credibile est. Celebrata sunt sub eo duobus Concilia *Wormatiæ*, primum anno 770, alterum 772, teste *Onupbrio*. Ultimi meminit *Regino*, in quo præfens fuit ipse *Carolus*. Fuit sane tam *Pipino* Regi quam ejus filio *Carolo Magno* gratissimus & ad quælibet ardua negotia adhibitus. Testatur hoc inter cætera Diploma *Bremensis* Ecclesiæ, cujus foundationem ratificavit, dum Imperatori individuus comes esset, quando Episcopatus in *Saxonia* fundaret, qui & illi subjecti sunt. Reliquit suæ pietatis insigne testimonium, amplissimum *Hirsfeldense* Cœnobium, quod quidem *S. Bonifacium* fundasse scribit *Tribemius*, haud dubie tamen ab hoc Archi-Episcopo absolutum. Alterum quoque in lætantium loco, quod vulgo *Bleydenstadt* dicitur, perfecit (anno 1496. in *Canonicorum* *Meckenii* Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

770.

Monast.
Hirsfeldense.

collegium mutatum) quo & reliquias *S. Ferruti* militis & martyris, ex *Castello* (oppido tunc celebri) trans *Rbenum* transtulit; Similiter *Adelarium* & *Eobanum* sanctos Episcopos, qui cum *Bonifacio* ceciderant, martyrio affecti, *Erfordiam* advexit. Habuit *Coepiscopum* sive suffraganeum *Albinum* virum valde religiosum; qui vices suas in Ecclesia, eo absente, vel in locis, quo ipse accedere non poterat, expleret. Hunc imminente vitæ termino vocavit, injunxitque ut sacrum *Missæ* sacrificium celebraret, seque *Hirsfeldiam* præcederet. Ille sine mora peracto sacro, statim cum *Missa* finivit & vitam. Quare nihil motus Antistes, obitus sui prænuntium navi impositum secum ad prædictum cœnobium avexit. Vbi ipse quoque paulo post morbo tactus, placida morte defungitur & sepelitur. Habuit & alium *Coepiscopum* *Megingozum*, ad quem pariter cum *Lullo* scribit *Willibaldus* adhuc *Presbyter*, postea Episcopus *Eystetenis*. Ita vivus multorum propter virtutes & merita, mortuus vero pene cunctorum propter miracula aures & mentes feliciter occupavit. In cujus rei memoriam hi versus leguntur:

B. Antistes LVLLVS, quo non est sanctior ullus,

Pollens divina, tribuente Deo, medicina,
Occurrit morbis, ut totus prædicat orbis.

Obiit anno 787. secundum *Marianum* & *Brisebium*. *Cranztius* l. 2. *Saxoniæ* c. 19. ad annum 788. ejus meminit, ut supra demonstravimus. Verum Diploma istud scriptum arbitror post mortem *Lulli*; idque anni successoris evincunt. Diem assignant scripti libri 17. Calend. Novemb. quo non obiit, cum in Martio *Richulphus* successerit. Sed illum priori tumulo exemptum scribit *Lambertus* anno 852, quo etiam die in Ecclesia ejus festum celebratur. Præfuit a morte *S. Bonifacii* annos 31. menses ferme 9.

RICHVLPHVS prius *Carolo Magno* a Consiliis, vir eximia prudentia, ut ejus opera in plurimis gravissimis negotiis ante Episcopatum & postea lit. usus. Accessit ad clavum Ecclesiæ anno 787. quarto Nonas Martii, quo die *Fritislarii* ordinatur, teste *Mariano Scoto*. Aucta est sub eo plurimum Moguntina Ecclesia divitiis & splendore. Quare cum esset Archi-Episcopus admodum magnificus & opulentus, gestassetque lituum sive pedum aureum gemmis distinctum, reprehensus fertur a Rege, quod a simplicitate majorum suorum deflecteret & superfluum ornatum fetaretur. Verum *Richulphus* tantas opes liberaliter distribuens, auxilio Imperatoris construxit splendidissimum monasterium in memoriam *S. Albani*, in cujus fundo quondam B. Martyr repositus fuit, aliique quam plurimi testes Christi, ut locus ille a fidelibus *Mons Martyrum* diceretur. Invenit ibi, sive ut alii affirmant, transtulit illic Sanctos Aureum Episcopum & *Justinam*, eoque loco insequentibus Præsules sunt tumulati, quorum

Mort.
787.

Richulfus,
Marianus
Scotus,
Lambertus
Historia
Bavaria
Catalogi.

Ejus magnificencia.

Monasterium *S. Albani*.

rum Epitaphia nostra ætate adhuc vidimus & descripta suis locis inferemus; nunc muris pleraque sunt eruta & in civitatem avecta. Fuit hic quoque condita *Fastradana Caroli Vxor*, cum hac inscriptione, Anno 794. *Francofurti defuncta: Fastradana pia Caroli Coniux vocitata, Christo dilecta, jacet hoc sub marmore tecta. Anno sepztingentesimo nonagesimo quarto; quem numerum metro claudere Musa negat; Rex pie, quæ gessit, corpus hic cinerefcit, Spiritus hæres sit patriæ, quæ tristia nescit.*

Consecratur ea Basilica ab ipso *Richulpho* anno 805. qua de re legimus aliquando hos versiculos in pariete Templi:

Antistes humilis RICHVLFF hanc condidit aulam,

Martyris ALBANI nomine namque sacram.

Hanc quoque fulgenti, iussit vestiri metallo

Cum titulis aram, cumque decore sacro. Perpetuam hujus mercedem *Christe* laboris

ALBANI precibus cui rogo redde pie.

Item aliud:

Martyris ALBANI renovavit culmina *RICHVLFF*.

Super Janua templi incisa fuerunt ista:

Ecclesia hæc est consecrata in honorem Sancti Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, Calendis Decembris, anno incarnationis ipsius 805, indictione 14. Hujus magnifici Coenobii (quod tamen supra annos centum ante hanc nostram ætatem fuit commutatum in Collegium nobilium Canonicorum) conflagrationem & desolationem vide infra in *Sebastiano* Archi-Episcopo. Congregavit *Richulphus*

Concilium Provinciale in *Ingelheim* sede quondam Regia, anno 788. Alterum habitum est *Francofordiæ* frequentissimum ex omnibus *Caroli M.* Provinciis, contra *Hæresin Felicis Vrgelitani* Episcopi, qui adoptionem humanæ naturæ in Christo inducebat, & Pseudo Synodum Constantinopolitanam præsentibus, *Hadriani* Papæ legatis, *Stephano* & *Theophilacto* anno 793. cujus fragmentum extat in *Tomis* Conciliorum. *Claudius* de Sanctis in opere de Eucharistia repetitione 9. c. 5. citat lib. 4. & c. 14. hujus Concilii *Francofurtensis*, quem mihi nondum videre licuit, nisi alio titulo is liber circumferatur. Similiter *Genebrardus* Parisiensis, in sua Chronographia. Tertium celebratum est ad *S. Albanum* præsentibus *Richulpho* inter 30. Episcopos & Abbates 25, anno 813. Leguntur decreta sive capita ejusdem in *Tomis*. Inter hæc quoque nec Republicæ defuit; excitato enim luctuoso & diuturno bello, inter *Carolum* Imperatorem & *Thassilonem* Ducem *Bavariæ* potentissimum, *Richulphus* suscepta legatione ad *Thassilonem*, eundem ad concordiam flexit & pacem conse-

cit. Scribit *Marianus Scotus*, ejus jussu incensum pontem Moguntinum, quem *Carolus Magnus* ingenti labore intra decennium construxerat, propter nocturno tempore in eo grassantes latrones, qui tribus horis ita conflagravit, ut nec una hastula aquæ superemineret. Quidam casu factum, alii (quæ vulgatio est sententia.) de coelo tactum tradunt, anno obitum *Cæsaris* præcedente. Et hæc pauca de tanto Præsule afferre potuimus. Evocatur ex hac vita anno 813. sepultus in suo Coenobio novo *S. Albani*, postquam annis 26. splendidissime sedem Moguntinam gubernasset, cum hac sepulchri inscriptione:

Te precor ex tumulo, frater, qui summa sepulchri

Conspicis, hæc gelida quod mea membra regit.

Ut timeas, tractans cunctorum fata virorum,

Quodque fui quondam, quodque futurus eris.

Antistes fueram famosus nomine RICHULPH,

Inclutus officio Regis in æde fui, Hic modo me parva concludit cespice selus,

Septus humo gelido, pulvere, verme færet.

Hæcine Pompiferi, quod vana est gloria mundi,

Quisque futura cupit, spe meliori manes.

Inde precor titulum fratres hunc quosque legentes,

RICHULPHO, dicant, deus requiem Dominus.

Lux ubi, una salus, virtus sine fine manebit,

Pramia perpetua, quæ Paradisus habet.

Lectum quoque hic fuit Epitaphium (y) *Megingozi* Ducis, cujus tabula reliquiarum *Sancti Albani* meminit.

Postquam primus homo Paradysi gaudia liquit,

Illius omne genus mors inimica tulit.

Nullus enim Regum, nullus mediocris in orbe

Aspera ab hac liber condicione fuit.

Hanc legem sequitur tumulo qui clauditur isto

Nomine MEGINGOZ, fonte sacranne pio.

Qui Domino, sanctisque Dei servivit boneste,

Donec in hoc seculo vivere eum licuit.

Regibus hic charus multis & moribus aptus,

Omnibus & placidus pro bonitate sua.

Pons apud Moguntiam conflagras.

813

Epitaphium.

B

C

D

Epitaphium Megingozi.

794. Epitaphium Fastrada Coniugii Caroli M.

805.

Concilia sub Richulpho.

(y) Quis Megingozi ille fuerit, mihi nondum constat. *Auter.*

Exitit & postquam meritis maturus & annis

Illius hinc animam, qui dedit, ipse tulit.

Quæso igitur frater titulum qui legeris istum,

Dic requiem æternam, donet ei Dominus.

Obsecro per Dominum, nullus bis offibus istum

Ante diem magnum evacuet tumulum.

Haistulphus
Marianus.
Lambertus.
Catalogi.

HAISTVLPHVS dictus *Picandus*, monachus Benedictinus *D. Lulli* discipulus, propter magnam fidem & sanam doctrinam omnibus honorabilis atque amabilis, ait *Rabanus Maurus* in præfatione libelli, *de institutione Clericorum*. *Haistulphus* igitur Ecclesiæ suæ debitam curam & sollicitudinem impendens, pro stabilienda Catholica fide aliquot synodalibus conventibus interfuit. Quorum primus fuit apud *Theodonis* villam 32. Episcoporum; inter quos præcallebant Metropolitani *Haistulphus* Moguntinus, *Hecti* Trevirensis, *Hildebaldo* Colonienfis, *Ebbo* Rhenensis cum illorum suffraganeis, præsentibus etiam plurimorum Episcoporum *Galliæ & Germaniæ* Legatis & mandatariis. Anno reparatæ salutis 813. Imperante pio Imperatore *Carolo Magno*. Quo ad meliorem vitam anno insequente translato, filius ejus *Ludovicus* apud *Aquisgranum* admodum frequens Episcoporum Concilium habuit, pro Cleri vitæ reformanda & contra *Iconomachos*, cui hic noster. Archi-Episcopus hæud dubie præsens fuit; etli subscriptionem non habemus; actum anno 816. Capita sunt descripta in Tomis Conciliorum & alibi. Tertium fuit *Wormatiæ* anno 824. Transtulit in *Selgenstadt* reliquias SS. *Marcellini & Petri* in monasterium ab *Einbardo Caroli Magni* Secretario fundatum. Basilicam *S. Bonifacii* in *Fulda* dedicavit illicque ossa Martyris honestiore loco reposuit. Alia inelyti hujus viri gesta recensere non possum. Possedit Cathedram annis 12, cum anno 825. die Januarii 28. esset defunctus. Sepelitur ad *S. Albanum* in sacello *D. Bonifacii*, qui locus postea novi chori ædificio accessit. Ejus Epitaphium olim saxo ibidem incisum tale legimus:

Epitaphium. *Qui intrastis templum, precibus qui implestis & ora*

Discere non pigeat, qui tumulo hoc lateat

Præfulis HAISTVLPHI sua sunt hoc membra sepulchro,

Pontificale sacrum qui bene gessit onus. Bis senis urbem hanc Pastor qui rexerat annis,

Dogma & Apostolicam protulit ore sacro.

Iustitiæ custos, rectus patiensque benignus, Fidus & eloquiis & pietate placens.

Lulli discipulus, successor rite RICHVLPHI,

Amborum meritis non minor ipse fuit.

Quis ter sancte Pater, cum Christo nesciat esse.

Splendida quem tecum vita fuisse probat?

OTGARIVS in ordine Archi-Episcoporum quintus, ex Abbate *Weissenburgensis* coenobii valde insigni, a *Ludovico Pio* Imperatore *Moguntia* Domino, cui longè charissimus fuit, ad fastigium Ecclesiæ promovetur. Interfuit amplissimæ Curiæ Imperiali *Francfordiæ* anno 838. quæ pro componenda discordia inter *Ludovicum* & filios convocata fuit. Ab hoc vero loco *Spiram* translato conventu pro eadem causa determinanda, dedicavit *Otgarius* per occasionem Monasterium *Hirsawgiense* ab *Erlafrido* Comite Calvensi fundatum, præsentibus *Hildebald* Colonienfis, *Willeric* Bremensæ Archi-Episcopis, *Ebbone* Hildesheimensæ, *Tigrino* Halberstadenfis Episcopis, *Hilduano* S. Dionysii, *Rabano* Fuldensæ, *Branone* Hirsfeldensæ Abbatibus, ibique primum Abbatem instituit *Linibertum*, fratrem dicti *Brunonis* ac Vicecomiti Apostolici *Gregorii 4.* ac piissimi Imperatoris *Ludovici*, illi monasterium cum omnibus donationibus tradidit. Missus tandem in *Italiam*, ut *Lotharium* Regem adhuc Parenti rebellem ad officium revocaret, comperit *Ticinum* asservari reliquias *B. Severi* Ravennatis Episcopi, illas secum avexit, & in monasterio *S. Albani* primum condidit, deinde *Ersfordiam* destinavit. Paulo post vergente Imperatore ad extrema, ac jam navigio *Aquisgranum* petente, in *Rbeni* ora, infulis in agro Moguntino circumitis, (inquit *Aventinus* suæ historiæ l. 4.) dum secessu medianis proxime *Ingelheim* fixis papilionibus ægritudinem levare parat, succubuit: vocatis prius Moguntino ac Trevirensi Archi-Episcopis, tum *Drogone* fratre Metensi Præfule insignia Imperii *Lothario* legat. Baptizavit *Moguntia* *Avaldum* Regem Danorum cum uxore & liberis aliisque proceribus, anno 826; ut *Cranzins* scribit, Imperatore susceptoris munus implente, a quo etiam partem *Frisiæ* in beneficium consequitur *Danus*. Evahitur ad petitionem *Ludovici* *Hamburgensis* Ecclesiæ in Metropolitanam, inde prædicatio verbi Dei pullulavit ad omnes vicinas barbaras nationes, constituto primo Archi-Episcopo *S. Ansgario*. Permisit etiam Episcopis locum inter Principes Imperii, ut scribit *Helmöldus* l. 1. c. 4. Citatur a quibusdam synodus ab eodem habita *Moguntia* anno 834. jussu *Ludovici & Lotharii* Imp. a quatuor Metropolitanis, videlicet *Otgario* Moguntino, *Hecti* Trevirensi, *Hatebaldo* Colonienfis, & *Bervino* N. eorumque suffraganeis, præsertim pro reformanda Republica & Ecclesiæ, ut restatur Epistola piissimorum Imp. Decreta adhuc latent una cum celeberrimis gestis hujus Pontificis: quæ tanta fuerunt, ut librum peculiarem aliquando de iis se legisse referat *Trithemius*. Habuit magnam contentionem cum *Hirsfeldensæ* Abbate propter decimationes quasdam in *Thuringia*, unde multa

Otgarius.
Marianus
Scotus.
Lambertus
Schafii.
Tri-
the mus
libro
secun-
do de
gestis
seu vita
Rabani.
Mauri & 3.
libi.
838.
Monasterii
Hirsawg.
dedicatio.

847. multa mala evenerunt. Tandem per legatos *Lorbarii* Imperatoris controversia ista est sopita. Obiit anno 847. undecimo Calend. Maji. Intercedunt a morte *Haisfulphi* anni 22. menses 4. dies 23. in *D. Albani* Basilica sepultus. Epitaphium ejus muro vicino inscriptum fuit tale :

Epitaph. *Qui intrasti templum, pronusque banc suspicis oram
Non spernas lector, hunc titulum legere.
Nam tibi mox pandit, tumulus cujus sit & istic
OTGARII nomen factaque clara dabit.
Pectore sub cujus regnans potentia vitæ
Fluctibus in tantis anchora fixa fuit.
Felle carens, animo placidus, dulcedine passus,
Presulis officium rite peregit ovans.
Quatuor hic lustra, binos complevit & annos
Moxque urgente die raptus ab orbe fuit,
Hunc meliore via crede ad coelestia verum
Non premit urna rogi sed tenet aula poli.
Rex Regum Christus, huic lætus semper adesto,
Et nobis clemens sit sine fine Deus.*

Rabanus Maurus. S. RABANVS MAVRVS, Patre *Ruthardo*, matre *Aldegunda Fuldae* Magnentiva familia natus, anno ætatis suæ nono fit monachus, ac demum Abbas ejusdem loci, in ordine quintus, cum ageret annum 37. Quam provinciam cum pie admodum gubernaret, & studiis totus intentus esset, tanquam inutilis & qui res monasterii dilabi sineret, delatus est & pulsus, cum annis jam 22. præfuisset & ingenii sui acumen abunde ostendisset. Nam cum olim *Bedæ* Anglici aliorumque clarissimorum virorum, in *Gallia* & *Italia* discipulus & auditor fuisset, evasit in Poetam mirificum, Philosophum summum & Theologum insignem : id quod non solum alios docendo verum etiam in publicum scribendo luculenter ostendit. Illustravit enim tota Biblia doctissimis commentariis, aliaque multa, tum prosa, tum ligata oratione composuit, quæ partim in manibus versantur doctorum, nondum vero impressa brevi prædibunt, cura & labore doctissimi viri *Jacobi Pamelii*, Canonici Brugenfis. Vitæ fuit innocentissimæ & quietis amans, professionis suæ semper memor. Verum cum nonnulla morum austeritas tantas virtutes comitaretur, fratres a se alienatos vidit, ut coactus sit, relicta Abbazia, Regiam aulam sequi. Serenissimus enim & inclytus *Germaniæ* Rex *Ludovicus*, *Pii* filius, bene ejus vitam perspectam habens, illum amicissime semper complexus est, adeo ut defuncto *Orgario* ad Moguntini Archi-Episcopatus fastigium promoveret an-

no 847. Sext. Calend. Julii. Fuit enim *Ludovicus* Dominus aliquot civitatum trans *Rbennum*, videlicet *Moguntia*, *Wormatia* & *Spira*, quæ a regno *Lorbarii* fuerunt exclusæ. Eam dignitatem quanto fervore pietatis administraverit, paucis dici non potest. Implevit libros duos *Tribemius* hujus sanctissimi viri virtutibus & factis enarrandis. Cura illi præcipua fuit, ut omnes pestilentes errores longe lateque a subditis eliminarentur, & ubique sana doctrina propagaretur. Quare statim initio suæ gubernationis celebre factis convocavit Concilium apud *Moguntiam*, *Concilium Alsgune*, ubi per Episcopos & complures Abbates *Bavariæ Orientalis*, *Franciæ* & *Saxoniæ* condemnatus est quidam Presbyter *Gotschalvus*, de libero arbitrio, prædestinatione & sanguine Christi male sentiens : multa quoque ad decorem & utilitatem Ecclesiasticam pertinentia sunt ordinata & constituta. Explosus est etiam spiritus erroneus cuiusdam foeminae *Theoda* de extremo die vaticinans ; Ea palo affixa, virgis caesa est & ludibrio habita, cum dolo & fraude plebeculam fascinasset. Ejus quoque magnificum opus est Monasterium S. Petri extra muros *Fuldensis* Civitatis, quod suis impensis erexit. Erat in pauperes largus & benignissimus, ut in magna fame, quæ tum vigeat, quotidie trecentes homines reficeret, & assidue illum turba copiosa mendicantium sequeretur ; Moritur in *Vinickella* sive *Winckell*, pago *Ringoße*, non sine opinione magnæ sanctitatis, propterea que inter Divos relatus : Pontificatus sui Anno 9. Sext. *Mortuus inter Divos relatus.* Calend. Novembris, Anno Salutis restitutæ 856. Intercedunt, a morte *Orgarii* Anni 9. Menses. 6. dies 6. ad S. Albanum sepultus, indeque *Hallos* in *Saxoniæ* translatus est, ab *Alberto* Cardinale Archi-Episcopo Moguntino Anno 1515. Præcessit obitum ejus terræ motus, ubi Ecclesia S. Albani ita concussa est, ut Oratorium sive Sacellum S. Michaelis bicameratum, solo æquaretur. Epitaphium ejus extat impressum, & libro secundo vitæ illius apud *Tribemium*, ubi plurima præstantissimi hujus viri eulogia invenies ; Illud tamen quod prope tumulum olim lectum fuit, hic quoque subscribere placet, ab ipsomet forsitan compositum :

*Lector bonefeste, meam si vis cognoscere vitam,
Tempore mortali, discere sic poteris.
Urbe quidem genitus sian, & sacro fonte renatus
In Fulda: post hæc dogma sacrum didici.
Quo Monachus factus, seniorum jussa sequerbar,
Norma mihi vitæ Regula sancta fuit.
Sed licet incaute banc, nec fixe semper haberem,
Cella tamen mibimet manso grata fuit.
Ast ubi jam plures transissent temporis anni,
Convenere viri vertere fata loci.
Me abstraxere domo invalidum regique tulere,
Pascent.*

*Poscens fungi Præsulis officio.
In quo nec meritum vitæ, nec dogma re-
pertum est,*

*Nec pastoris opus jure beneplacitum.
Promptus erat animus, sed tardans debile
corpus,*

*Feci quod poteram, quodque DEVS de-
derat.*

*Nunc rogo te ex tumulo, frater dilecte, ju-
vando,*

*Commendes Christo me ut precibus Do-
mino;*

*Judicis æterni me ut gratia saluet in æ-
vum*

*Non meritum aspiciens, sed pietatis o-
pus,*

*Rabani nempe mihi nomen & lectio dul-
cis,*

Divinæ legis semper ubique fuit.

*Cui DEVS omnipotens, tribuas cælestia
regna*

Et veram requiem semper in arce poli.

Carolus.
Marianus,
Lambertus,
Sigibertus, Vr-
spergensis, Vr-
spurgerus,
Tritheimius, Aven-
tinus, Co-
chileus in
suo Catalo-
go.
Cum fra-
tre Pipino
in monaste-
rium de-
trusus.

CAROLVS, Filius Pipini, Aquitania Re-
gis, Ludovici pii nepos, ad secularia & Re-
gni negotia potius educatus est, quam ad
Ecclesiastica, cum fratre suo Pipino. Quare
cum post obitum patris, regnum Patruum, Caro-
li Calvi, inquietarent, juvenes comprehensi in
Monachos attonsi sunt: Pipinus apud Sues-
siones, Carolus apud Corbeiam. Ille paulo
post fuga elapsus, in Sylvaneckensi Castro cu-
stodiæ mancipatur: hic vero necessitatem
in virtutem vertens, pie & quiete in Mona-
sterio vixit; ut aliqui tradunt, ejus potissi-
mum suavis, Lotbarium Augustum Patruum
suum, (olim Ludovico pio Parenti inju-
riam). Pruniam ingressum, ubi etiam reli-
giose vitam conclusit; Et uxorem ejus Ir-
mengardim Monasterium in Ebrnstein super
Alsam fluvium in Diocesi Argentineni sibi
construxisse. Cum itaque post annos quatuor
mores in melius commutasset, accersitus est ad
Archi-Episcopatus Moguntini fastigium, ma-
gis ex voluntate Regis Ludovici Germanici
Patruum quoque sui, Moguntinæ Civitatis Do-
mini & possessoris, ut supra dictum est, quam
Cleri & populi. Præfuit periculolissimo &
lugubri tempore, valde sollicitè & pru-
denter. Tradit enim Cranzius libro 4.
Daniæ cap. 14. sub Carolo Crasso anno vi-
delicet 860. a Nortmannis. obsessam & cap-
tam Moguntiam; quod tamen nusquam
præterea legi. Amplissimam synodum
eum convocasse scribit Lambertus ad an-
num 857. cujus decreta desideramus. Et
cum anno sequente 858. in Februario
Mense, templum Divi Albani terræ motu
concidisset, & moenia Civitatis essent con-
cussa, accidit eodem anno, aliud quoque
horrendum prodigium, ut in agro Mogun-
tino, non longe a Bingio, malus genius pri-
mum a nemine conspectus, deinde in for-
ma humana, multis incommodis homines
afficeret. Lapides enim in eos jactabat, fo-

res pulfabat, domos & segetes incendebat,
mendacia & jurgia inter vicinos ferebat, fur-
ta & alia secreta pandendo. Igitur dum in-
tegro fere triennio hoc malum duraret, ut
jam in agris vix manere quisquam posset;
Archi-Episcopi jussu frequentes sunt Litanie
celebratae, aqua lustralis hinc inde sparsa, ac
demum malignus ille adjuratus, est explo-
sus. Fit quoque mentio apud authores Con-
ciliarum Wormatiensium, quorum unum
ad annum 868. sub Luitberto est celebratum
Ludovico 2. imperante. Alterius Decreta ex-
tant, incertum, prioris ne an hujus; Ita Ca-
rolus, postquam a morte Rabani annos 6.
Menses 7. dies 8. boni Præsulis officio sedu-
lo perfunctus esset, anno 863. die 4. Junii
defunctus, in Albanico templo inter Sanctos
Episcopos sepulturam meruit, cum hoc ti-
tulo:

*Quis lateat tumulo quisquis miraris in
isto,*

Nolo miraris, tu, quia pulvis eris.

Sic equidem dura exercet mors sua jura

Vt nulli parcat, parcere nec valeat.

Est testis Carolus Regali semine natus,

*Præsul magnificus, veribus esca da-
tus.*

*Sed legi fragilis quia parent omnia car-
nis,*

Dic anime perpes, ut maneat requies.

LUITBERTVS Mariano Scoto & Lamber-
to Schafnaburgensi Chronographis vocatus,
ex sublimi steinmate progenitus est, ut qui
de suo Patrimonio Ecclesiam Sancti Mauri-
tii cum præbendis fundaverit & dotaverit;
a Ludovico Germanico itidem ad Clavum Ec-
clesiæ adsciscitur, ex Elwangensi & tandem
Weissenburgensi Abbate, Archi-Episcopatu
dignissimus. Ejus fideli opera & consilio
plurimum Rex usus est. Fuit enim Lega-
tus cum Alfrido Hildesheimensi Episcopo
ad Carolum Calvum Imperatorem in Lotba-
ringiam anno 870. eamque ut dimitteret,
sua prudentia & industria effecit. Tantam
vero apud Carolum auctoritatem obtinuit,
quamvis in regno Ludovici fratris ageret, ut
eundem cum Alfrido deligeret arbitros,
qui omnes controversias, ex æquo & bono
componerent, quæ inter utrunque oriri pos-
sent. Ludovicus vice versa ex Regno
Caroli ad hoc negotium deputavit Hincma-
rum Rhemensis Antistitem, & Ingelramum
præfectum equitum: sic firma pax & tran-
quillitas in utriusque Provinciis est conserva-
ta. Ludovicum etiam Regem juniorem, Ger-
manici filium, contra patrem tumultuantem
& arma corripientem, pene solus auctoritate
sua fregit, & Wormatiam ad Parentem per-
duxit, illicque reconciliavit. Fuerunt eo tem-
pore Regi frequentissima bella, cum Venetis,
Sorabis, & universo Sclavorum dominio; id-
circo ex diversis locis quatuor exercitus in
eos immittere statuit. Vnde ab uno latere
Luitbertum cum Rheni accolis & Lotbarin-
gis per saltus Hercinios in Bohemiam desti-
navit.

868.

Concilia
Wormati-
ensia sub
eo insti-
tuta.

Ejus Mort.

863.

Luitbertus.
Vrspergen-
sis; Trithe-
mius, Aven-
tinus, Catalo-
gi, Sigibertus.

870.

Legatus
mittitur
ad Carolum
Calvum Imp.
in Lotbar-
ringiam.
Arbitri
constitutus
ad compo-
nendas li-
tes inter
Ludovicum
& Carolum
Imp.Ludovicus
expeditio
Bohem.

860.

Magna Syn-
odus.

navit. Quos ille cum *Ratulpho* Duce foelicitate penetrans, manu ac ferro viam fecit: *Zentislaumi, Vtislauum, Hermannum, Spotimarum & Mosolaum*, quinque Regulos *Bohemorum*, conjuratos, *Suatebogi* (qui aliis *Suendebaldus* dicitur) in fugam actos, ad officium, non sine illorum damno compulit, & incolumis domum revertitur. *Carolo Crasso Longobardiam & Italiam* occupante, a *Ludovico* Juniore Regē *Germaniæ Caroli* fratre, comes in eam expeditionem est adiunctus. Pendebant enim tum antistites a Regibus, qui Episcopatus ex formula a *Leone*, Magno *Carolo* concessa, quorum fidem perspectam habebant, iis conferebant, nec eos dimittebant facile a suo comitatu. Itaque *Luitbertus Carolum* non solum hoc officio est prosecutus, verum etiam extrema ingruente necessitate, cum jam omnibus regnis exutus, privatam vitam ageret in oppidulo *Neydingen, Herciniæ* sylvæ prope *Danubium* liberaliter pavit, & pie sustentavit. Tradunt hystorici eundem *Carolum* iniqua meditatum in Parentem, propter divisionem Regnorum factam, *Francofordiam* a malo genio arreptum ac insanire cepisse, ut a sex robustissimis viris ægre sustineretur. Qui in Ecclesiam perductus, sacrosancto sacrificio & Exorcismo ab Archi-Episcopo est purgatus. Qua occasione plurima beneficia in eum locum contulit, Imperator, & nostrum Canonorum Collegium, nunc *D. Bartholomæo* dicatum, instituit. Translatis fascibus Imperii ad *Arnulphum*, coronavit eundem *Aquisgrani* anno 887. Anno insequente habuit *Moguntia* Provinciale Concilium lectissimum, cui interfuerunt Metropolitanus tres: *Moguntinus Luitbertus* ipse, *Coloniensis Willibertus*, & *Trevirensis Rhabedo*, cum illorum Suffraganeis comprovincialibus. Constitutiones editæ habentur in *Tomis*. Alterius apud *Wormatiam*, contra errores Græcorum, ait *Genebrardus*, anno 868. celebrati, supra in *Carolo* etiam fit mentio. Consecravit frequenter Episcopos: in his fuerunt Metropolitanæ duo *Bremenses*, *Rembertus* & successor ejus *Adalgarius*, & *Willibertus* *Agrippinas*, quem etiam jussu Regio, solus ad Archi-Episcopatum promovit; Interfuit solenni *Coloniensis* Ecclesiæ consecrationi, una cum plurimis sanctis Episcopis, ubi *Doemones* pridie, quam actus ille celebraretur, clamabant, se pelli ex diuturna possessione. Dedicavit illi *Osfrius* Monachus *Weissenburgensis*, quondam *Divi Rhabani* auditor, libros Evangeliorum rithmis teutonicis conscriptos, memorabile sane opus, anno superiore æditum *Basileæ*. Ad hunc doctissimum Episcopum, scriptam puto *Decretalem* Epistolam, a *Stephano* sexto qui dictus est. V. Papa, de numero Canonum *Nicænorum*, cujus fragmentum extat apud *Gratianum* in volumine *Decretorum*, distinct. 16. cap. 20. Vbi tamen non expresse nomen *Luitberti*, sed *Lutbobii*, & in

vetustis M. S. codicibus *Luitobri* corrupte legitur; nec Archi-Episcopi titulo insignitur, sed Episcopi tantum: nec quorus is *Stephanus* fuerit; additur. Vnum tamen scriptum catalogum vidi, qui *Stephano V.* *Decretalem* hanc manifeste tribuat. Nec absuerunt portenta sub vitæ finem. Visus est *Cometa* præ-lucidus: muri civitatis quibusdam locis corruerunt; terræ motu concussi: trepidatum est propter *Normannorum* incurSIONem, qui *Trevirim* occupaverant, *Bingium* usque excurrentes, & montem *S. Ruberti* (*Nabo* fluvio transito) evastantes. Ita *Luitbertus* omnibus hujus ætatis Regibus venerabilis, cum Ecclesiam suam, & Rempublicam adornasset annis 26. & aliquot Menses, appositus est ad Patres suos apud Sanctum Albanum; anno salutis 889. merito pater patriæ dicitur: de quo fragmentum tantum Epitaphii extat:

Largus erat, multum patiens, humilisque benignus,

Omnibus exemplum in bonitate manens, Hister qua fluitat, currit Rhenusque bicor-

nis

Literulis doctis, doctor & ille fuit.

S. SVNDERHOLDVS, qui & *Suntzo* *Moguntinus* (ut Epitaphium docet) sed *Fulda* institutus, *Monasticam* ibidem professus est: vir omni sanctitate & religione conspicuus, ait *Tribemius*. Commendatus *Arnulpho* Imperatori a *Poppone* *Thuringorum* Duce, *Monasterio* extractus, in Archi-Episcopum sublimatur. Involvit illum statim *Normannica* clades, quibus ab *Arnulpho* Cæsare, una cum *Arnulpho* Præfeto rei bellicæ, tumultuario milite collecto, est objectus & trucidatus, non longe ab *Aquisgrano*, dum *Mosæ* transitu illos prohibere conaretur. Alii, in quibus *Tribemius*, prope *Wormatiam* factum tradunt. Cæsus est etiam *Arnulphus* Copiarum Dux, multi Nobiles, & promiscuum sine numero vulgus. Hostes diripiunt castra, cæde & vastitate omnia complent. *Sunderboldus* a suis inter martyres est relatus, creberrimis miraculis ejus sanctitatem comprobantibus. Diu enim cruciatus est ab infidelibus, & constanter excepit diras plagas & vulnera. Putatur hostia sancti viri placatum numen, atque ex hoc *Danis* nihil prospere cessisse. Occubuit eodem anno & Mense Sanctus *Arno* *Herbipolensis* Episcopus, ab iisdem (2) *Normannis* crudeliter interemptus, aliique Præsules una cum plebibus suis, pro aris & focis, contra fidei hostes dimicantes. Sepultus est cum ingenti luctu suorum, ad Sanctum Albanum, anno 891. Sext. Calend. Julii; Sede *Moguntina* non integro biennio potitus. Apud sepulchrum ejus legitur olim ista Carmina:

Qua maneat merces nosti, qui cuncta coer-

ces,

Qui servire tibi, vel meruere mori.

Constat

Luitberti
merita in
Carolum
Crass.

Ejus Mort
889.

887.

Luitprandus
coronatus
Arnulphum Imp.
Moguntia
Concilium
habet.

Osfrius ei
dedicat li-
bros suos
Evangelio-
riorum.

An ad eum
scripta sit
epistola De-
cretalis Ste-
phani V. de
numero Ca-
nonum Ni-
cænorum?

Inter mar-
tyres rela-
tus.

891.
Epitaph.

(2) Quidam a Bohemis id factum tradunt. Auctor.

Constat quid valeant, qui nunc virtute coruscant:

Sicut qui modico, clauditur hoc tumulo.

Præsul Magnificus, Sunderholdus nomine dictus;

Vita mandatis, notus ubique satis.

Tali Pastore, tali Moguntia prole,

Mater eras foelix, es quoque nunc & eris.

*Pro te, proque Deo, sacro sanguine fusa
Consortem coelis, sic memor esse velis.*

Hatto.
Rhegino
Prümienfis
Bruschius.
de Monaste-
riis, & alii
hic allegati.

HATTO, Francorum Regum stemmate, Arnulpho Imperatori sanguine junctus, primum Abbas Fuldensis fuisse putatur; in Augiensis & Elwangelensis, utilissimus. Edificavit pulcherrimum templum in honorem S. Georgii in *Augea*, ubi instituit Præpositum cum sex Canonicis. Sed Elwangelensem Prælaturam una cum Archi-Episcopatu administrasse scribitur. Itaque ab Arnulpho

Abbas primo Augiensis.

ex *Augea* (*) *Divite*, ubi 3. ejus nominis fuit Abbas, in Archi-Episcopum Moguntinum promovetur. Anno quarto sue gubernationis. Allegit ipsum Cæsar in compatriam & susceptorem filii sui *Ludovici*, postea Imperatoris, apud *Oeringen* sacro fonte lustrati: cujus etiam cum *Ottobone Saxonie* Duce Genero Imperatoris tutor fuit, cum septennis patrem amisisset, statimque in Imperio illi successisset. Qua Provincia obeunda plurimas sustinuit curas & labores, *Hungaris Bavariam*, *Ludovici* Patrimonium vastantibus: *Moravis* jugum excutientibus; *Alberto* comite Bambergense septem annis seditiones movente & rebellante. Rege vero præmatura morte sublato, *Moguntinus* cum

Comperit & tutor Ludovici Imp.

Quo mor-
tuo Con-
rado eligi
Imperato-
rem.

912.

Summa Ar-
chiep. Mo-
guntini
tunc tem-
poris au-
toritas.

Saxone, penes quos rerum summa hæctenus fuerat, ad Imperium evehunt *Conradum*, *Hassæ* Principem, filium *Conradi*, quem *Adelbertus* occiderat. Vtrique sacram coronam imposuit *Aquisgrani Hatto*: *Ludovico* Anno 899. *Conrado*, & *Onuphrius* scribit, Anno 912. Fuit ea & sequenti ætate summa in Ecclesiis per *Germaniam*, tum in Republ. Moguntini Archi-Episcopi autoritas, propter Primatum; ut *Witkindus* alii que scriptores plerunque summos Pontifices eos nominent. Nondum enim *Magdeburgensis* constitutus erat Archi-Episcopatus, & *Bremensi* gradu dejecto, omnibus *Germania* Episcopis *Salzburgum* usque consecrationis & confirmationis munus impendebat. Fuit tamen is titulus olim communis omnibus Episcopis, ut *Cæsar Baronius* demonstrat in Martyrolog. 9. Aprilis. Refert anonymus quidam prolixus & diligentissimus Chronographus Episcoporum Moguntinens: ex Augiensibus Annalibus, *Moguntinenses* cives Anno nono sue gubernationis tumultuatos, *Hattonem* exclusisse, sed ab *Arnulpho* eum restitutum, cum

Exclusus Archiepiscopatui sed restitutus.

ingenti rebellium damno: quæ res magnam civium alienationem erga eum attulit. Congregavit apud *Triburias* sacrum Episcoporum conventum amplissimum; Anno 895. vel Anno 896. ut *Tribemius* habet, potissimum propter Laicorum violentiam comprimendam. Adfuit ipse *Arnulphus* Cæsar, inter 27. Pontifices, (et si apud Decreta hujus Concilii tantum viginti duo subscripsisse inveniantur) & Abbates *Saxonie*, *Bavariæ*, *Sueviæ*, *Lottaringiæ* & aliarum Provinciarum, in quibus præminebant *Hatto* Moguntinus, *Rhabodo* Trevirensis, *Hermannus* Colonienfis, Metropolitanus: *Adelgarius* Bremensis, qui aliquandiu Archi-Episcopi titulum usurpaverat, denuo Colonienfi in hoc Concilio est subjectus, donec sub *Henrico 4.* Imperatore: successor ejus Metropolitanam recuperaret dignitatem. Episcopi pietate & eruditione insignes erant *Sigismundus*, Halberstatensis, *Rhabodo*, Trajectensis, *Sigebardus*, Hildesheimensis, *Luthelmus*, Tullensis, *Rudolphus*, Herbipolensis, *Salomon*, Constantiensis &c. Abbates vero primarii numerantur, *Herigerus*, Fuldensis &c. *Hardegradus*, Hirsfeldensis, *Hardegradus*, Hirsawgiensis, *Burghardus*, Selingstadiensis, *Adelbertus*, Corbeiensis, *Willardus*, Abbas S. Albani Moguntinensis, *Bertulphus*, Abbas S. Ferrutii Bleidenstatensis. Animi dotibus & honestissima vita, tam conspicuus fuit, ut nemo illi comparari potuerit, citraque controversiam optimi Præfulis perfunctus sit officio, duobus nihilominus pudendis facinoribus, a quibusdam Historicis infamatur: Tradit namque *Witkindus*, illum a *Ludovico*, 4. Augusto ad *Albertum*, Comitem Bambergensem missum, sive ultro abivisse, jam diu rebellem & imperium vastantem, ut eum ad officium revocaret, & si posset, ad conspectum & colloquium Cæsaris perduceret. Qui ingressus *Alberti* castrum, data fide, sponderit, aut ei pacem cum Rege facturum, aut incolumen loco suo constituturum: quibus etiam pactis consenserit *Albertus*, rogasseq; Episcopum, ut priusquam iter ingrediantur cibum sumant. At is omnino renuens, statim cum *Alberto* castrum egressus fertur, moxque famem simulasse, difficultatem longioris itineris causatus. Quare a Comite reductus domum, unde digressi fuerant, *Hatto* se lege Juramenti solum putaverit, sumpto cibo iter destinatum perfecisse, & *Albertum* ad præsentiam Regis statuisse, a quo in Procerum conventu reus peractus, capitalem accepit sententiam. Hanc veteratorem prodicionem ex *Witkindo* (licet postrema editio *Francfurtensis* anni 1578, ex manuscripto codice, horum nihil habeat) omnes hauserunt; *Linprandus*, Ticinensis, *Otto*, Frisingensis, qui non solum in Regum gestis, verum etiam in vulgari traditione, in compitis & Curis notam esse scribunt. Adstipulantur *Vrspergensis*, *Sigibertus*, *Naclerus* & *Tribemius*. Vnus quod sciam *Rhegino* Prümienfis, æque vetustus author, & nostra ætate *Joannes Aventinus* (Ecclesiasticis & præ-

Conventus Episcoporum apud Triburias. 895.

Piræus ejus

Duo ejus pudenda facinora.

Perfidia in Albertum Comitem.

Gg fertim

(*) Reichenaw in Bodensee.

sertim Moguntinensibus, iniquissimus alioquin) aperte asserunt ad annum 905. *Alberti* Castram a *Ludovico* post creberrimas admonitiones & mandata obsessum, ipsumque se ultro deditisse; Verba *Rheginonis* subscribam: Eodem anno circa *Julium mensem*; *LUDOVICVS* Rex; conventum generalem celebravit apud *Triburias* villa Regia, ubi adesse mandavit *Sapeditum Adalbertum*, ut in praesentia optimatum regni, pro se rationem redderet, & pacis condicionem; quam hactenus exorsam habuerat; tandem aliquando deposita crudelitate tyrannide, susciperet, & a rapinis, caedibus & incendiis saltim, vel sero quiesceret. Sed his salutaribus monitis nequaquam offensum praeiit. Cernens itaque Rex obduratum ejus animum, & in capere rebellionis malitia obstinatum, collecto undique exercitu eum in Castro, quod *TETRASSE* dicitur, obsidione cinxit. Interea *Egino*, qui ejus individuus comes in omni pravitate extiterat, ab ejus societate defecit, & cum omnibus suis ad Regis castra transiit. Protraeta igitur paulo prolixius obsidione, fractus animo *Adalbertus*, ad callida argumenta convertitur, & omni ingenio excogitare coepit, qua arte obsidio solveretur, ut exercitu ad propria remeante oprata libertate potius, ipse cum sibi faventibus, dolo quos in pectoreolvebat, longe lateque effundere posset. Porro itaque apertis a munitione exiens cum perpaucis, ultro se Regi obrulit, supplex veniam de commissis exposcit, emendationem promittit: Sed cum fraus, qua struebatur, suis prodentibus, fuisset detecta, custodiae mancipatur, & in praesentia totius Exercitus, manibus violentis abductus, omnibus adjudicantibus, capitale sententiam suscepit. Idus Septembris. Facultates & possessiones ejus in Fiscum redactae sunt, & dono Regis inter nobiliores quoque distributa. Haec *Rhegino Adelberto* coetaneus, ac post paucos annos hystoriam suam claudens. Sepelitur *Therasse* in agro *Bambergense*, arce in Monasterium commutata. *Marianus Scotus* primo *Rheginonem* secutus, tradit simpliciter *Alberti* castrum obsessum, eumque decollatum: deinde paucis interjectis ex *Witikindi* sententia eum *Harttonis* dolo proditum ait.

pore & anima in flammivomam *Aethnam* abreptum non minus audacter scribunt, quam si Divorum Concilio interfuissent. Alius *Hystoricus*, tristitia & morbo confectum obiisse dicit; ac virum magnae prudentiae fuisse; qui super imperio Francorum acri cura vigilaverit, ac multas discordias conciliaverit, templumque *Moguntiae* nobili structura nobilitaverit. *Albertus Crantzius*, liberrimus in hystoria, utrumque facinus ex vulgato jam pridem rumore refert in sua *Metropoli* lib. 3. cap. 4., sed aliis judicanda relinquit, an fidem mereantur ista. Tradit porro in sua *Saxonia* lib. 3. cap. 3. *Harttonem* occisum in proelio, *Conrado* Imperatori contra *Henricum* suppetias ferentem, non longe a *Merspurgh* Civitate Episcopali. Inde *Moguntiam* relatum arbitror ad aedem *S. Albani*, attestante *Epigraphe*, quae olim illic legebatur, cujus fragmentum infra posuimus. Confirmat quoque cum in acie cecidisse, fragmentum *Chronicorum* de *Episcopis Moguntinis* scriptum Anno 1497. a *Dno Georgio* ab *Hell* dicto *Pesfer*, Canonico Ecclesiae nostrae *S. Bartholomaei*, rerum *Moguntinensium* peritissimo & ibidem *Sigillifero* ac demum *Cancellario*. Traxit *Harttonem* in id bellum *Saxonis* injuria, qui *Episcopi* ditiones in *Thuringia* eaque vicinia invaserat & occupaverat. *Rhegino* vel qui continuavit eundem anno 912. ejus obitum commemorans, inquit: *Hatto Archi-Episcopus* obiit; vir adeo strenuus & prudens. Non autem mirum est *Witikindum* (cujus exemplaria aetate *Sigiberti Gemblacensis* fuerunt diversa, si non ab aliis corrupta) in *Monasterio Corbeienli* latitantem, vanis rumoribus deceptum fuisse, cum satis absurda, de genere (quod obscurum facit) & morte ejus scribat, *Chronicon Lottharingiae* ad annum 915. & *Sigibertus* anno 918. eadem commemorant, *Hartone* jam diu praemortuo. Ex recentioribus *Brusebius* diligentissimus alioquin antiquarius, & qui diplomata *Augiensis* Monasterii inspexit, *Prothea* hic est inconstantior. Verum cogitet aequus lector invidiam semper summa arrodere; Pendebant tres Imperatores & omnes *Episcopi Germaniae* ab autoritate *Harttonis* & consiliis ejusdem, ut Reges merito illum tanquam patrem venerarentur. Nihilominus tamen fuerunt, qui non solum illum ex arce *Reip.* dejicere tentarent, verum etiam in *Acheronta* praecipitare. Sed neque hic *Archi-Episcopus* solus malevolorum moribus fuit expositus hactenus. Quid enim errorum & mendaciorum in *Romanorum Pontificum* vitas irrepsit, scimus jam omnes, tum putida commenta de *Joanne 8.* quem foeminam finxerant, revolvimus: quis istud non praedicavit, credidit aut admiratus est? Et tamen ante paucos annos *Oruphrius Pavinus* id vanissimum esse deprehendit ex temporum collatione: ipseque *Anastolus* Bibliothecarius, qui tum *Romae* vixit, alique etiam aeditis hac de re libellis integris, aperte convincunt adversarios; & quicquid de

In praesentia
cecidisse
viderur.
Georgii ab
Hell Chron.
de Ep. Mogunt.

Torques
aurea, ab
Hartone
dolo secon-
fecta.

Varia de
ejus morte
narratio-
nes.

Malevolorum
multos ex-
pertus.

Fabula de
Jobanna
Papissa.

imagine Romæ, facinus attestante & de scelerato vico (ut alia turpillima taceam) commentantur falsissima ostendunt. Sed hæc quasi digito tantum demonstrasse sat cito: alii laius inquirant. Discrepant authores quo anno sit mortuus. *Rbegino & Lambertus* anno 912. rebus humanis exemptum dicunt; reliquos missos facio. Præfuit annis supra 21. Fragmentum Epitaphii ejus in templo Albanico tale legebatur, nunc prorsus oblitteratum vel ruderibus obrutum: ex vetusto enim libro hæc transcripsi, si modo non est *Hattonis* secundi; quod verisimilius est.

Pontificem summum hic Hattonem cerne sepultum

Quisquis () mundanis vivis adhuc tenetur.*

Rursus doctorum pater extiterat Monachorum

Fuldæ coenobii.

*Cujus dic anime miserere piissime Christe
Sic vitæ vigeat & requie maneat.*

Herigerus Pius, Marianus, Lambertus, Witikindus, Vrspergensis, Tritheimus in Chronico. Rupertus Wormat. in Decretis. Mors violenta Episcoporum quorundam.

913.

HERIGERVS propter vitæ sanctimoniam non immerito dictus Pius, satis perturbatam, occiso vel quocumque fato sublato *Hattonis*, nactus Ecclesiam, alias similiter afflictas vidit. Totis enim viribus & diversis machinationibus libido quorundam se effudit in *Rbetum* Pontifices Argentinenses, *Othertum* Episcopum suum in arte *Roreburgense* perficarios trucidarunt, 30. die Augusti, anno 913. Eodem anno *Bernardus* Spirenensis a *Bercholdo & Erchingero* Suevia Ducibus captus; excæcatus & occisus est. Sic etiam *Salomon* 3. Constantiensis anno in sequenti captus est ab iisdem latronibus, etsi antea eosdem per suam intercessionem & Moguntini liberasset ex vinculis, in quæ ab Imperatore erant conjecti, apud *Ingelheim* propter certa flagitia. Nunc vero pro talibus criminibus plexi sunt capite, iusto iudicio *Conradi*, *Saliqui* Imperatoris. Argentinensis Ecclesiæ cathedram possedit primum *Gosfridus Caroli Crassi* Aug. ex sorore nepos, duos tantum menses: post quem invasit eam *Richwinus* *Lottboringia* Dux: qui Metropolitanano suo satisfacere iussus est. Quibus malis dum percelleretur Respubl. Christiana, indictum est frequens Concilium ab *Herigero*, mandante summo Pontifice, ad annum 916. duodecimo Calend. Octobr. anno 5. *Conradi* Imperatoris, ipsoque presente, in *Rbetia Curienti*, pago *Altheim*, in Ecclesia S. Joannis Baptistæ, cui legatus *Joannis* 10. *Petrus* Ortenlis Episcopus, præfedit. Subscriperunt *Herigerus* Moguntinus, *Rupertus* Trevirensis, *Vnio* Hamburgensis, *Archi-Episcopi*: *S. Adelvaldus* Verdunensis, *Richwinus* Argentinensis, *Noringus* Constantiensis, *Vnemannus* Paderborneusis, *S. Vdovicus* Augultanus, *Bernardus* Halverstarensis, *Rumoldus* Mimégardevordensis, qui nunc dicitur Monasteriensis, *Eberus* Minden-

Concilium indictum in pago Altheimi.

916.

sis Episcopi, nec non plurimi excellentes Abbates. Citat *Burghardus Wormatiensis* in libro *Decretorum* sæpius hujus Synodi Canones: ubi notandum lib. I. cap. 227. pro *Herigero*, *Hildebertum* perperam legi, id quod ex ejusdem libri cap. 162. & ex annis *Conradi* Imperatoris, liquido patet. Meminit & *Aventinus* lib. 4. Coronavit *Henricum Aucupem Saxonie & Brunsvigi* Ducem in Imperatorem, qui *Hattoni* inimicus fuerat, præter omnem spem ad id fastigium vocatum, in *Bavaria* anno 919. Habitus est quoque alius conventus Synodalis apud *Confluentiam*, teste eodem *Burghardo* lib. 7. c. 30. præsentibus *Henrico* Cæsare, & *Carolo simplice Francorum Rege*, *Herigero* Moguntino, *Hermanno* Agrippinensi Metropolitanis, *Thidone* Würzburgensi, *Luthario* Mindenli, *Dadone* Osnaburgensi, *Richgovo* Wormatiensi, *Richwino* Strasburgensi, *Vniwanno* Paderbornensi Episcopis cum Abbatibus, aliisque sacri ordinis viris quam plurimis, anno 922. Ita boni pastoris officio fideliter perfunctus, decessit ad superiores, cum annos 12. Ecclesiam rexisset, videlicet 924. juxta *Lamberti*, *Chronicon*; *Marianus* Scotus anno 927. tempus obitum ejus accidisse scribit, Calend. Sept. *Tyrbemius* anno 928. Calend. Decembr. quo anno etiam Catalogi Abbatem *Fuldensem Hildebertum* successorem & *Archiepiscopum* factum tradunt. *Bruschius* usque in annum 930. supervixisse affirmat, & *Ruperto* cuidam *Archiepiscopatum* resignasse. *Rupertus* nomen apud vetustiores lego nusquam, ideo missum facio. Si enim *Hildebertus* fuit duodecimus *Archiepiscopus*, ut communiter habent Catalogi, *Rupertus* non habet locum. Neque *Herigeri* sepulture locum indagari potui. Meminit *Rbegino* circa hæc tempora videlicet ad annum 942. *Rupertus* *Archidiaconi* Moguntini: unde forsitan ista confusio.

HILDEBERTVS, qui in Catalogo *Abbatum Fuldensium* *Hildebrandus* dicitur, duodecimus a *S. Bonifacio* *Archiepiscopus* laudatissimus, *Franconie* Dux, Monachus professione, nutritus & doctus in *Fulda* Monasterio, & ad id honoris merito progrediens, ut pater ejusdem loci constitueretur, deinde summi Pontificatus Moguntiacæ sedis factum promeruisse. Hic erat vir miræ sanctitatis, & præter naturalem animi sapientiam, literarum studiis satis clarus. Hæc plura alia in laudem ejus affert *Witikindus* lib. 2. illi coetaneus. Convocavit *Exfordiam* ad annum 935. magnam Episcoporum Synodum & Abbatum frequentissimum numerum; in quibus fuit tantus zelus & devotio, ut primum in seipsis Ecclesiæ in pejus prolapsæ mores vindicare, & profundissima humilitate sese publice in terram demittere, & peccata sua & Cleri plangere voluerint. Canones hic æditos, paucos quidem sed argutos

(*) Alibi ita: *Rimandis conspicis in terris. Augst. Menckenii* Scriptor. *Ret. Gerui. Tom. III.*

gutos & pios habere se scribit *Liudanus* in *Libello contra concordiam Simidolini*. Coronavit apud *Aquisgranum Ottonem I.* in Romanorum regem, anno 936. quem solennem ritum prolixè describit supradictus *Witikingus*. Fuit amator Sanctorum virorum: unde quorundam vitas collegisse fertur a *Wilhelmo Eysengrein* in *Catalogo Testium Veritatis*. Transtulit decem Episcopos, ex illis, qui ante Sanctum *Bonifacium* vixerunt ex sacra valle, vulgo *Dalheim*, ubi prius Episcopalis Ecclesia fuerat, ad S. Albanum, quorum supra suis locis facta est mentio. Hi fuerunt SS. *Crescens, Marinus, Gothardus, Siffronius, Maximus, Sidonius, Sigismundus, Ludogastus, Ludwaldus, Leowaldus*. De hac translatione extant hi versus apud *Triebemium*, ex inscriptione sepulchri:

*A Bonifacio meruit qui pallia primus.
Is pater Hilvertus Archipræsul. duodenus,
Comperiens ossa patrum veneranda relicta.
Intra Basilicam, nunc Hilarii sacrosanctam
E quibus hinc denos transvexit in ordine
priscos*

*Vt locus insignis conseruet pignora dignis.
Attendens merita, simul ipsorum pie gesta.
Hinc ut confratres Auræo collaterales,
Efficiet, & tumulo stricto conclusit in isto
Christi nongentos X ter semel V legis an-
nos*

*Vt decimam quartam lucem vult Martius
addam*

id est anno 935. die 14. Martii

Conditus est cum iisdem sanctis Patribus *Hilbertus* anno 938. die 13. Septembris, vel 11. Calend. Junii, ut *Dumarus* habet. Hunc præfulem tantis laudibus effert *Tribemius*, ut spiritu Prophetico illum clariùsse dicat.

FRIDERICVS *Lotharingus*, frater *Geiselberti* Ducis, qui *Gerbiygam* sororem *Ottonis* primi Imperat. uxorem habuit, ideoque Cæsaris affinis, educatus *Fulda*, optimus in primis vir, & omni religione probatissimus, ait *Witikingus* historicus. Totum tempus suæ gubernationis in imperium *Ottobonis* incidit, cujus sæpius gravissimam indignationem sensit, cum esset ingenio admodum varius & lubricus. Cum enim anno 943. Imperator *Brisacum* a *Ludovico 4. Francorum* Rege occupatum obsideret, & *Fridericus* in eam expeditionem auxiliares copias Cæsari submisisset, ipseque præsens esset, victus a seditioso fratre *Geiselberto* & *Eberardo Franconia* Duce, imperium *Ottobonis* turbantibus, tempore difficillimo quibusdam Episcopis & Principibus author fuit, ab Imperatore discessionem faciendi. Ipse quoque paulo post secutus, in *Lotharingiam* se contulit, militem collecturus. Sed fractus inopinata strage *Geiselberti* fratris, qui fuga ad *Rbenum* delatus navem conscendit, quæ pondere irruentium prægravata, fluctibus obruta & submersa est, ut defuncti cadaver nunquam comparuerit: *Eberardo* etiam prope *Andernacum*

ferro occubente, per Duces *Sueviae Ottonem* & *Conradum* suppressis seditiosis, Cæsar brevi *Brisaco* potitus, omnes deinde vires in reliquos rebelles convertit. *Fridericus* præter spem omnia adversa videns, *Moguntiam* tanquam ad tutissimum asylum se conferre decrevit, ibique latitare, donec Regi reconciliaretur. *Moguntinenses* iram Cæsaris metuentes, Episcopum moenibus excludunt, & Principi capiendum exponunt. Ad cuius conspectum, cum adductus esset, mox *Hamburgum* in *Saxoniam* custodiendus mittitur, ubi liberaliter est habitus, donec non post longum tempus, dignitati pristinae restitueretur. Eodem infortunio conclusus fuit, *Ruthardus* Argentinenfis Præsul, qui ad Corbeienfe Monasterium relegatus, undecim illic transëgit annos. Hanc Principum ab Imperatore defectionem passim commemorant omnes, sed causas dissimulant, præsertim *Witikingus*, qui illo tempore in humanis agens, ex professo *Ottobis* res gestas scribit. *Defectionis* (inquit) *causam edicere, & Regalia mysteria pandere supra nos est*. *Fridericus* in memoriam fratris *Geiselberti* & suæ liberationis, fundavit Præposituram S. Petri extra Moguntinos muros ad *Aquilonem*, nunc splendidum Canonicorum collegium. Neque ita tamen omnibus malis perfunctus est. Cum enim gravis controversia inter ipsum & *Hadumarem* Abbatem *Fuldensem* intercederet, suggessit Archi-Episcopus Imperatori, Monachorum insolentiam & luxum non ferendum: oportere vitam & conversationem eorum per Monasteria inspicere, inutiles & immurigeros expellere: præstare paucos vita claros, quam plures negligentes, cœnobis inesse. Itaque *Hadumarus* cum Regi esset fidelissimus & charus, eo dicto se dehonestari putans, occasionem nactus, *Fridericum* quali iteratæ conjurationis reum comprehendit & captivum tenet. *Conradus* enim gener & *Luitolphus* filius Dux *Sueviae*, Imperatori invidias struere deprehensi sunt, quarum *Fridericus* conscius esse dicebatur. Facta est eo tempore memorabilis pugna apud Castrum *Rosenball*, quod postea in Monasterium est commutatum. Archi-Episcopus autem habitus est in ea captivitate, primum honorifice: sed cum literas quasdam emisisse sentiret Abbas, severius illum tractavit. Tandem beneficio Imperatoris liberatus, novam quoque effugere offensam ejusdem non potuit. Cæsari enim *Moguntiam* sacra hebdomada *Passionis* Salvatoris adeunti Pontifex ex secretiore loco, ubi pro more suo cum Eremitis & Solitariis pietati vacabat, evocatus, illi omne genus officiorum & beneficiorum exhibuit. Verum illic in lucem proditis machinationibus & insidiis *Conradi* & *Ludolphi*, prædictorum authores sceleris expostulantur ab *Ostione*. *Fridericus* tanquam paci & concordia consulturus intercessit, ideoque se omnibus suspectum fecit. Indicto deinde conventu in *Fritislar*, ab *Henrico Bavaria* Duce

Coronavit
Ottone I.
Regem
Rom.

936.
Fuit San-
ctorum col-
legit.

Transtulit
offi X. Epi-
scoporum.

Sepultura
938.

Fridericus.
Ditmarus
meminit,
Marianus,
Lamber-
tus,
Witiking-
us, Vr-
spergensis
Trithe-
mius. Nau-
clerus, Cu-
spinianns.
Ottone Imp-
parum fi-
dus.

943.

Mogun-
tiam fugis.

Vbi moeni-
bus exclu-
ditur.

Exulor.

Præpositu-
ram S. Pe-
tri funda-
vit.

Gravis ei
cum Hadu-
mare con-
troverfia.

Iteratè in
Cæsarem
conjura-
tionis su-
spectus.

Captus est.

Liberatus.

Ejusdem i-
terum cri-
minis ar-
guitur.

Duce Cæsaris fratre publice accusatur, ob multas & graves causas: cumque convinci non posset, juramento se & sacra percepta communionem purgavit. Nihilominus tamen Imperatori & Principibus est odiosus factus. Plurimi etiam eminentissimi viri in exilium sunt pulsi: generum vero & filium tanquam publicos hostes persequi Cæsar statuit, qui Moguntinam civitatem latibulum quæsierant. Exortum est plus quam civile & atrox bellum: machinæ muris admotæ & rursus repulsæ, stationes sæpius fusæ, & quidquid in tali calamitate fieri solet, ab utrisque tentatum. Ad sexaginta dies, variante fortuna, obsidio protracta est, deinde facta mentio pacis. Cæsar victus patrio affectu, filium & generum in castra admisit, & Regalibus vestigiis prostratis culpam condonavit. Archi-Episcopus mobilitate Principum in tanta mala præcipitatus, officium Pontificale, sive Regis metu, sive infirmitate correptus, relinquens inter solitarios, quod superfluit paululum ætatis, exegit. Quam vivendi rationem, illi suaviolem fuisse credibile est, quod diu noctuque orationi incumbere, elemosynas liberaliter erogare ac verbo prædicationis præcipuus esse solebat, ait Historicus. Habita est primum præclara Synodus Bonne a 22. Episcopis ad annum 942. Et alia longe frequentior in Ingelheim anno 948. præsidente Marino Legato Romani Pontificis: presentibus Ottbone Imperatore & Ludewico 4. Rege Franciæ, & Episcopis 34. ubi S. Valericus Augustanus miraculis multis claruit, eoque promeruit, ut alterum apud Augustam Vindelicorum anno 951. indiceretur, cui interfuerunt Præsules 25. dubio procul propter motus Imperii & Episcoporum concussionem sedandam. In Ingelheimensi conventu causa Artaldi Archi-Episcopi Rhemensis est ventilata, qui ab Hugone & Heriberto filio pulsus fuerat, iis damnatis & Artaldo restituto. Fridericus itaque religiose vitam concludens Moguntiam in manu Ottbonis reliquit anno 954. octavo Calendis Novemb. Intercedunt a morte Hildeberti anni 16. mensis 1. dies 12. Sepelitur in S. Albano.

Se purgat.
Imp. Moguntiam obsidet.

Frid. inter solitarios se recipit.

Synodus Bonnenfis. 942. & Ingelheimensis. 948.

Et Augustana. 951.

Moritur. 954.

Sepultura & Epitaphium.

Cum constet vere, nil ortum sine careere
Semper homo timeas, (*) ultimo ne pereas.

Gloria, Nobilitas, species cum laude potestas,

Sunt tenuis fumus, nos quoque terra sumus.

De qua progeniti, dum debita solvimus illi
Die ubi sunt vita gloria, divitiæ?
Præsulis eximii, quis non novit Friderici
Dignum laude genus, ac pietatis opus.
Sed qui tantus erat, ubi sit, si quis modo querat;

Nosti, qui tribuis vivere Christe tuis.

Nunc quoque defunctis, qui dat sua præmia cunctis.

Vera salus mundi, da gregis esse tui.

WILHELMVS Saxonie Dux, Ottbonis Imperatoris ex Æditha regina Angliæ filius, teste Cuspiniano, Bruscbio & Onipbrio (Lupoldus Babenbergensis. ex Mechtilda uxore ejusdem Ottbonis natum scribit haud dubio errore) vir sapiens & prudens, pius & cunctis affabilis, ait Witikindus. Fuit electus adhuc valde juvenis, nullo tamen juventutis vitio maculatus. Tradit quidam Anonymus vetustus scriptor, ipsum vitas suorum præcessorum scripsisse, eaque se vidisse; unde forsitan hæc, quæ sequuntur, Marianus Scottus desumpsit: „Anno (inquit) Dominicæ incarnationis 954. Indictione 12. Beatæ memoriæ Dominus Fridericus Sanctæ Moguntinensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, octavo Calend. Novemb. obiit. Eodem vero anno Ego Guilhelmus tanta successione indignus, loco ejus, cum consensu Cleri & populi ejusdem sanctæ sedis, 16. Calend. Januarii, ipsoque die pace inter Regem Ottbonem & filium ejus Lutholphum facta, in loco Aransfedi sum electus, & in die 9. Cal. Januarii Moguntia ordinatus. Recuperavit sub eo Moguntia pristinum decus, tanti Præsulis fulta præliis. Nihil enim omisit, quod incommodum Ecclesiæ suæ & totius imperii præstare posset. Celebravit ad annum 958. Concilium Episcoporum 16. Ingelheimii; quo etiam anno coronavit Aquigrani Ottbonem 2. fratrem suum in Regem Romanorum; quem deinde ad urbem persecutus cum Parente a Joanne 13. denuo Imperiali diademate cinctum vidit. Domum reversus, potissimam partem Imperii, Ottbone Magno, variis bellis implicito, prudenter rexit, & Ecclesiæ suæ per annos 14. neutiquam defuit, omnibus charissimus. Obiit prope Magdeburgum 6. Nonas Martii. Scribit Petrus Damianus, Episcopus Hostiensis, qui vixit circa annum 1050. Ottbonem Imperatorem, a filio Archi-Episcopo Moguntino acriter reprehensum esse, quod commatrem suam Adelbeidem Italia Reginam, uxorem duxerit; eaque de causa Otto fuerit illi tam infensus, ut eum annuo carceri manciparet: unde eductus patrem publice excommunicaverit. Citasse autem Patrem ante tribunal Christi ad sacrosanctum diem Pentecostes, ut ibi lis inter eos dirimeretur. Factum vero die festo adveniente, cum Otto Imperialibus Infulis redimitus inter multos Episcopos & Procures Missarum solenni interesset, repentino super eum veniente judicio, repertus sit mortuus: Episcopum vero prius defunctum esse. Hæc summam ex libello Damiani, Tomo 7. Surii, de quibusdam miraculis, quem falso rumore deceptum puto. Nam & matrimonium illud satis constans fuit, ex quo Otto quatuor suscepit liberos;

Ditmarus Mersburg. Marianus, Witikindus, Lambertus, Tritemius, Crantzius, Cuspinianus, & alii hic allegati. Wilhelmus. Vitas Præcessorum scripsit. 954.

Concilium Episcopale Ingelheimense. 958. Coronavit Ottonem III. Reg. Rom.

Vicarius Imperii fuit. Moritur.

Patrem Ottonem I. citat ad tribunal Christi.

Hæc fabula refutatur.

(*) alias: ultima.

liberos; *Henricum* Ducem *Saxonie*; *Brunonem*, postea Romanum Pontificem: *Ottobonem* 2. Imperatorem: & *Adelheidam* filiam. Errat etiam in nomine Archi-Episcopi, quem *Almifcum* vocat; nullo alio addito proprio nomine; nec a quoquam rerum Germanicarum scriptore (quod sciam) ejus rei fit mentio. Quin potius *Witikingus* illi coetaneus, & in vicino Monasterio Corbeienfi agens, atque ex professo res ejus gestas scribens, illum paulatim defecisse corpore, Vesperinis precibus, (non tamen in die Penthecostes, sed feria quarta ante festum) insistentem, ad Palatium delatum: ubi expetitis & perceptis Divinis Sacramentis, cum magna tranquillitate spiritum Creatori tradidisse narrat anno salutis 974. Nonis Maji cum *Wilhelmus* diu ante praecessisset. Sepultus est ritu Catholico in magifico Mausoleo, quod sibi *Magdeburgi* extrui curaverat. Praeterea ratio temporis omnia ista subvertit. Sepelitur *Wilhelmus*, plenus sanctitate (ut quem Anachoreta quidam retulerit ab Angelis eum vidisse delatum in coelum) cum *Ludolpho* fratre Germano *Sueviae* Duce, ad S. Albanum, qui in *Italia* defunctus, huc est relatus. Praevidit in spiritu ejus mortem avia *Mechthildis Ottonis* Imperatoris mater, nec longe post eum est insecta. Elegancia haec Epitaphia tumulo eorum fuerunt incisa anno 968.

974.
Sepultura
ejus.

Epitaphia.

Siste viator Iter. Per me, Tu γυνοῖς σέκου-
τοῦ.

Nam quod es, hoc fueram; quod sum ego
nunc, eris ipse.

Non mihi Ludolpho totus suffecerit orbis,
Nunc specus hoc cineri sufficit: hoc quo-
que sat est.

Aliud:

Lector siste gradus, proprios horresce re-
atus.

Et cum mortali compatiare neci.
Rege fui genitus, sublimis Episcopus au-
ctus.

Nomine Wilhelmus, nunc (*) imis ex-
iguus.

Dic animae requiem da cujus Christe peren-
nem

Et tecum vivat, te quia crediderat.

Marianus,
Lambertus,
Trithe-
mius, & Ca-
talogi.
Hatto II.
968.
Fabula de
pauperibus
ab ecre-
mat.

HATTO II. cognomento *Bonofus*, Abbas *Fuldensis*, *Hademarii* Abbatis ex sorore nepos, homo nobilis, & in agendis Ecclesiae suae causis tantum sollicitus, ait *Tritheimius*, *Ottobone* Imperatore procurante anno 968. fit Archi-Episcopus *Moguntinus*. Est infamis illa calamitosissima pauperum concrematione, quos in magna fame uno horreo conclusos igne submisso sustulisse fertur. Quorum ejulatum cum audiret, exclamavit (si modo fame credendum) *En quomodo pipiunt mures*, indeque statim a muribus insectatus est, ut nusquam ab iis tutus esset.

Quare altissimae turri in medio *Rbeni* inclusisse se dicitur, nihilominus tamen insectatus & corrosus a bestiolis. Haec *Tritheimius* tanquam fabulam recenser, cui nec fidem dare velit, nec adimere audeat. Certe apud nullum antiquum scriptorem (quorum tamen haec aetas aliquot habuit) facile eam invenies. Et quis credet tantam crudelitatem & impietatem sacratum virum, qui inter Religiosos sit nutritus & educatus, animo posse concipere, nedum perpetrare? Quid adhuc ipse sacrorum Rex Romanus Pontifex, totusque Ecclesiasticus ordo acturus? Quid Imperatoria majestas, quae non sine iusta severitate in *Ottobone* elucebat: ane ad tantum facinus dissimulatura? Quid ipse *Hatto*? ane certum periculum propriae salutis ac famae, tum dignitatis Episcopalis iacturam sibi imminere sciebat? Sed huiusmodi commenta nonnunquam Historiis & actis Principum aspersa sunt, falsissima quidem, quae tamen vix ullis rationibus animis vulgi possunt eximii. Ita quos amamus si mortui annuntientur, non facile credimus; e contra, quos odio prosequimur, non tantum libenter vita hac sanctos accipimus, verum etiam si in profundum infernum viventes descendisse quis dixerit, ultro assentimur. Cogitet lector quid supra de *Joanne 8.* Romano Pontifice, quem foeminam finxerunt commemoravimus. Eadem fide narratur *Henricus 7.* Imp. intoxicatus in Eucharistia, ut infra in *Petro* Archi-Episcopo attingemus. *Fridericum 2.* Imperatorem tam difficulter vulgus credidit mortuum, ut post aliquot secula dictus sit superstes esse, & nescio in qua Utopia regnare. Et horum quam plurima. Deinum temporis discrepantia totam rem suspectam facit. *Bruschius* anno primo assumpti Episcopatus, eo mortis genere defunctum tradit. *Marianus* & *Lambertus*, anno secundo: sed nihil de muribus. *Tritheimius* anno tertio. Fuit nomen *Hattonis* multis exosum, cum esset ex illa familia, quae *Friderico* Archi-Episcopo manus injicere ausa fuit, ipse magnam auctoritatem praese ferret, & avaritiae nota non careret: ut qui Monachos *S. Disibodi*, veteris & excellentis Monasterii sub *Carolo Martello*, a quodam Episcopo *Hiberniae Disibodi* fundato, ad unum omnes eiceret; qua de causa, incertum: redditus autem ipse sumpsit, & coenobium collabi passus est. Restituit eos deinde *Willigisus*. Sepultus est postquam II. Menses Archi-Episcopatum tenuisset, ad *S. Albanum* inter sanctos Episcopos: cujus nomen in tabula reliquiarum connumeratur. Simmistes meus *D. Georgius* ab *Hell* dictus *Pfeffer*, supra in *Hartone* primo citatus, huic tribuit Epitaphium ibidem annotatum: totumque negotium de muribus fabulosum esse ait. Fertur de illó sequens tetrastichon esse compositum, quod tamen in quemlibet alium accommodari potest.

Idemque i-
psum a mu-
ribus cor-
rosum esse.

Cur in du-
bium vo-
canda?

Similes fa-
bule refe-
runtur.

Vitia ejus,
imprimis
avaritiam.

Sepultura
ejus.

Parcus

(*) alias cinis.

*Porcus & infelix, quæ re dementia ludæ
Pauperibus Christi commoda nulla fe-
rat.*

*Cum iudex solum hoc querulabitur ipse fu-
turus:*

Nescis quod post hæc ultio dira premar?

Ditmarus. RVPERTVS Anno 969. vel juxta *Ma-*
Marianus. *rianum & Lambertum* Anno 970. quo *Hatto-*
Lambertus *nem* defunctum scribunt, successit. Multi
Cochlaus. *superiorem Rupertum* putant, qui a recen-
Bruschius. *tioribus Herigero* substituitur. Legimus ab
Rupertus. eo convocatam Episcopalem Synodum in *In-*
969. *gelbeim* Anno 972. Et tamen non potuit re-
Ingelhei- *tinari disciplina Cleri, quin passim commu-*
mensis Syn- *nem vitam abjicerent. Tradit Cochlaus,*
odus Epi- *sub eo extructum Collegium S. Gangolphi pro*
scopalis. *12. fratribus Canonicis, a Theodorico Præpo-*
972. *sito Summi templi, viro docto & pio, qui*
Exstructio *deinde in Archi-Episcopum Trevirensis est*
Collegii S. *electus, quem aliqui hic, alii in comiterio*
Gangolphi. *S. Eucharii conditum affirmant. Scripsit is*
vitam S. Lutrudis virginis, quæ modo ex-
stat Tomo quinto Surii. Fuit hæc sacra æ-
des, seu verius Sacellum, arcis Moguntinae
moenibus inclusum a Dierbero Archi-Episco-
po: post annos vero sexcentos, videlicet
quo hæc scribimus. 1575. iam ruinosum, a
Daniele Archipræfule nostro solo tenus de-
molitum, aliudque eodem loco longe sum-
ptuosius, una cum aliis quibusdam ædificiis
erigi cœptum. Obiit anno 973. Orto imper-
ator magnificentissimus, sepultus Magde-
burgi in Metropolitana aede a se extructa &
fundata. Orto vero 2. ejus filius successit,
quem supra coronatum diximus a Wilhelmo
Archi-Episcopo ejus fratre, jam diu consors
Imperii paterni. Rupertus autem supra 6.
annos rerum potitus, sepelitur ad S. Alba-
num, ut Catalogi quidam referunt: Anno
976.

Orto I. Imp- *WILLIGISVS patria Saxo a Schönecks,*
morius. *ut Epitaphium habet, familia humiliter natus,*
973. *eruditione, prudentia & pietate tam clarus fuit,*
ut Orthonis 2. Cesaris & cum patre regnan-
tis Archi-Capellanus (ita enim sunt diploma-
ta annis 974. & 975. ante Archi-Episcopatum,
ab eo subscripta) & primarius Consiliarius es-
set. Evehitur in Antistitem Moguntinum
ejusdem Orthonis studio, anno 976. teste
Bruschio & Mariano Scoto, etiam ad sequentem
annum 977. referendum videatur; Lamberti
codex hic longe deviat. Scribit Ditmarus
Merspurgenfis Episcopus, matrem dum eum
utero gestaret, per somnium vidisse solem e
sinu suo fulgere, totamque terram radiis re-
plere flammantibus: quia sanctæ prædica-
tionis suæ radiis multorum corda esset illumi-
naturus, quod ad salutem patriæ a Domino
esset datus. Considerans autem, suos ante-
cessores, omnes fere ex Regum & Principum
familiis progenitos, ad reprimendum
superbiæ spiritum, habuit passim in parietibus
habitationum suarum Rotam depictam,
cum hac inscriptione: Willigise memento
quis sis, & quis olim fueris. Quo dicto, hu-

Mars & se- *militem omnium virtutum matrem, ad*
pulturam *animum tibi revocare voluit. Quod*
Rupertus. *posteris adeo fuit gratum, ut Rotam in-*
976. *signis Archi-Episcopatus hæcenus in-*
Ditmarus *feruerint; idque ab Henrico 2. Casare solen-*
Merspur- *niter confirmatum sit. Eam animi modera-*
genfis. Ma- *tionem insigni pietate in Deum auxit. Ma-*
rianus. *gnificam enim illam, quam nunc cernimus,*
Lambertus *Metropoliticaem ædem extruere cepit in ho-*
Sigibertus. *norem S. Martini, D. Stephani protomartyris*
Nayclerus. *memoria (quæ prius eodem loco erat) in col-*
Teitche- *lem vicinum translata: ubi similiter amoenis-*
nius. Cata- *simam Basilicam & Canonicorum 36. celebre*
logi. Ap- *collegium constituit & absolvit. Summi*
pendix ad *templi fabricam, propter molem operis, ad*
Willibal- *finem perducere non potuit: etiam Lambertus*
dum, M. S. *scribat eam anno 1009. ipso die consecra-*
Willigisus. *tionis suæ incendio periisse, quam denuo in-*
976. *staurare sit aggressus. Monasterium S. Victo-*
ris antiquissimum ampliavit, & uberius dota-
vit, instituto illic 20. Canonicorum Collegio
magnifico, accedente etiam opera & diligen-
ti administratione æconomice Burghardi Præ-
positi ejus loci & Camerarii urbis, quem Wil-
ligisus ex Lobienfi Monasterio huc asscivit:
qui postea ad Wormaticensem Ecclesiam re-
gendam vocatur, vir summa doctrina & in-
tegritate. Exædificavit & fundavit Mona-
sterium in Dorlais, ac Sancti Disibodi colla-
psum restituit splendidius aliorum quoque
piotum locorum benefactor fuit liberalissi-
mus. Spectantur æreæ valvæ, magnæ mol-
lis opus, & Baptisterium in collegio Beatæ
Mariæ virginis ad gradus (quod eo tempo-
re adhuc erat Parochialis Ecclesia) inscriptio-
nem & nomen Willigisi præferentes. Ad
hæc fieri curavit, ex tributo potissimum Lon-
gobardorum, ad educationem regis deputato,
ingentem ac præciosam illam crucem, auro
& gemmis obductam, quam Bennoem; vo-
cabant, cui hic versiculis insculptus fuit:

*Auri sexcentas habet hæc crux aurea
libras.*

*Quam Reverendissimus Dominus Christianus
2. Archi-Episcopus in suo Chronico depingit.
Perfecit binos pontes lapideos: quorum uno
Manum itavit Aschaffenburgi, altero Na-
bum fluvium Bingii. Fundatum est quoque
anno 982. Collegium præstantissimum A-
schaffenburgense ab Orbone filio Ludolphi Du-
cis Sueviæ, Bavarie & Saxonie, Nepote Or-
thonis I. Imperatoris, ibidemque terra a Wil-
ligiso mandato, cum in Italia esset defunctus
& huc relatus, sicut quondam parens ejus
Ludolphus, cujus Epitaphium supra in Wil-
helmo Archi-Episcopo posuimus. De hoc
Orbone plura habet Aventinus, Ditmarus
Merspurgenfis, Witikindus Cuspinianus.
Quæ annotare visum est, quod perperam
quædam in ejus Epitaphio legantur, & præ-
sertim Ludolphi nomen in Rudolphum sit trans-
formatum. Non prætereundum, quod Cron-
zeus lib. 2. cap. 1. & 2. refert in sua Wan-
dalia, hæc ærate maximas divitias accessisse
Ecclesiæ Moguntinæ, ex liberalitate Rudol-*

Pictura u-
sus, est vir-
gineis magi-
stra.

phus.

Rotæ Mo-
guntinaen-
sis.

1009.

Ampliatio
monasterii
S. Victoris.

Exstructio
monasterii
Dorlavien-
sis.

Auræam
cruce mæ-
struxit.

982.

982.

Moguntia
ditior fa-
ctaper Ru-
dolphum.

ph.

phi Burgundionum Regis. Nam & Colonien-
sem, Moguntinam & Argentinensem Balili-
cas fundasse scribitur; plurimasque divitias
(propter insolentias suæ gentis, ait Sigiber-
tus) ac potissimum Francorum odio, in hos
& alios Rheni Pontifices transtulisse, quo
Francos & Burgundiones, in Germaniam ir-
rumpere solitos, facilius repellerent. Non
certe credibile est, Willigisum aliosque Pon-
tifices hac ætate exhibere potuisse, tantam
magnificentiam ex redditibus propriis, nisi
Regum liberalitate adjuti essent. Vide etiam
Bryscbium in Wernario Argentinensi, qui
Burgundiones irruentes egregie repulit. Æ-
ducavit Ottobonem 3. filium Ottobonis 2. quem
Cæsarem declaratum coronavit, si diligentis-
simis Germanicarum rerum scriptoribus,
Tribemio & Aventino credimus, anno 984.
Alii ad Joannem Ravennatem Archi-Episco-
pum trahunt. Ditmarus utrique id hono-
ris tribuit, sed scriptor vitæ S. Gorhardi, in
die Nativitatis Domini a Willigiso peractum
tradit. In Italia agente Imperatore, per
Germaniam locum tenens fuit; quam functio-
nem prudentissime summa cum laude admi-
nistravit. Repressit Henricum, Bavariæ Du-
cem, Imperium invadere molientem contra
Ottobonem, Bernardo Saxonie duce ferente
suppetias. Missus est anno 995. Romam ab
eodem Ottbone 3. ut commendaret Patribus
Brunonem virum Nobilem & excellentem Sa-
xonie Marchionem, Ottbonis Aschaffenburg-
ensis Fundatoris filium, Imperatori consan-
guineum: qui Pontifex Maximus resigna-
tus, dictus est Gregorius 5. Sunt qui Princi-
pes Electores hunc Gregorium, Ottbone assen-
tiente, instituisse tradant, sed quam recte,
nostrum non est diffinire. Sane validissimis
rationibus id oppugnant Cuspinianus, Aven-
tinus & Onuphrius. Ottbone defuncto co-
ronavit Sanctum Henricum 2. Claudum anno
1002. Romanorum Regem: quem solennem
ritum apud Aquisgranum plerique celebra-
tum & peractum referunt, Ditmarus, hoc
tempore superstes ac Tribemius Moguntia
factum credere malunt: quibus ea de causa
libenter subscribo, quod Heribertus Coloni-
ensis Archi-Episcopus insignia Imperii tene-
bat, & Henrico denegabat, ut demum vio-
lenter extorquenda essent. Fuit amplissima
Synodus ex omnibus Germania Episcopis
congregata, jussu Imperatoris & Willigisiani
anno 1004. Deinde altera quoque ad annum
1007. apud Francofordiam, quo ipse Rex
cum omnibus Cisalpinis Episcopis convenit,
ibique Babenbergensem Episcopatum insti-
tuit, consecrato illic primo Antistite Eber-
bardo a Willigiso. Facta est dotatio præci-
pue ex dote S. Cunegundis, & Comitatu A-
delberti ac Regio Fisco. Alia ejus acta longa
oblivione sepulta lateat. Officia Ecclesiasti-
ca diligentissime exequi solebat, imprimis
sanctis Præsulibus Consecrationis munus li-
benter impendens. Felici vero Martyrio
consummato Beato Adelberto Pragensi se-

cundo Episcopo, cui quoque manus impo-
suerat, poposcit eam dignitatem Straticus
Boleslai Regis Bobemie frater, Monachus ad
Sanctum Emeranum Ratispona, cui ab ipso
Adelberto prius oblata erat, ipseque refuta-
verat, tanquam inquietum & onerosum offi-
cium. Itaque cum ante Archi-Episcopum
sacris pro more imbuendus inter duos Epi-
scopos jaceret, diabolico spiritu arreptus,
tamdiu vexatur, donec animam exhalaret.
Prædixerat illi Beatus Martyr, dum oblatam
curam Pastoralem refutaret, fore, ut dum
eam ambiret, id in propriam perniciem sit
cessurum. Meminit Ditmarus initio lib. 4.
militum S. Martini sub hoc Antistite: dubio
procul protectores Ecclesie Moguntinæ in-
telligens, quod officium in nobilitatem de-
mum est translatum. Vide Joannem Mola-
num lib. 2. cap. 48. de Canonicis. Sic sanctitate
vitæ & rebus gestis clarissimus, annis circi-
ter 34. Archi-Episcopali munere functus, a-
nimam Creatori reddidit. Sepultus in Basi-
lica sua nova S. Stephani, anno 1011. ipso
festo D. Matthie Apostoli. Exemptus est
post aliquot annos tumulo & splendidius
conditus, ubi vestis Sacerdotalis, qua indu-
tus ex more fuit defunctus, tam munda est
inventæ, ut hodierno die summis festis ea u-
tantur Sacerdotes sacrum Missæ officium eo
loci perficientes. Ejus Epitaphium, licet
valde rude & inconditum subscribere pla-
cet.

Dominus Willigisus antistes hic bene vi-
sus

Moguntinensis & amicus omnipotentis,
Tunc rexit plane regnum satis Imperiale,
De Schœnecks datus nobis Saxonia natus.
Sereuus & largus, humilis, justus fuit
argus.

Stephanico monte templum hoc fecit bene
sponte.

Templum Victoris, sic struxit. Stat ibi fo-
ris.

Thuringus Dürlau fecit, Inchburgque va-
lernum,

Ad gradus valvas matris Christi dedit am-
bas,

In Moguntina sunt ærea ostia bina.

Pontem construxit apud Aschaffenburg: be-
ne duxit,

Pontem per Nahe: miles transit quoque
verna,

Est ibi necesse prope Ringuensem dabis
esse.

C. nonies pono, tunc antistitem tibi dono,
His septemque dabis & septuaginta nosa-
bis

Fama datur justa, regnavit sex quoque hu-
stra

M. XI. Christe, decessit Episcopus iste,
Matthia festo rumbatus erat memor esto.

Polis constanser, cum sanctis vivis lausanter,
Non

Ottobonem
III. Imp.
ducauit
coronavit.
984.

Vicarius
Imperii
fuit.

Missus Ro-
mam ab Ot-
tone III.
995.

Coronavit
Henricum
II Reg. Ro-
man.
1002.

Synodi duo
Francofur-
sana.

1004.

1007.

Origo Ba-
benbergen-
sis Episco-
parus.

Meritur.
1011.

Non arroganter, sed humiliter indubitanter.

Hic est tumbatus penes altare ille Beatus, Stephanico templo requiescit rise memento. Sunt nunc effossa sua dignanter satis ossa. Casula de tumba resumpta fuit bene munda Presbyter ornatur ad Missam, casula datur. Divina laude cantat flamen sine fraude. Merces factoris sit Christus in omnibus bo-

ris
Si transit flamen, quilibet hic dicit, Amen.

ERBO Comes ab *Hoenwart* Bavarus, designatus, statimque morte præventus, confirmationem non obtinuit. Qui idcirco in numerum Episcoporum non refertur a plerisque.

ERCKENBALDUS natione Saxo, sancto *Bernardo* Episcopo Hildesheimensi & Comiti a *Summerspurg* sanguine junctus, Abbas Fuldenfis, sanctitate vitæ admodum conspicuus; *Willigiso* succedit & annis 9. cathedram possidet. Cujus eximie pietatis argumentum & indicium est, *Ecclesia Collegiata Beate Mariæ Virginis in Campis*, nunc dicta: *ad sanctam crucem*, ab eo exstructa & redditibus certis donata: quæ nostro infelici sæculo, anno nimirum 1552. hæreticorum & perduellionum flammis, una cum sacerdotum habitationibus, est combusta. Circa hæc tempora habuit Moguntinus per *Thuringiam* Vicedominum *Ludovicum*, qui res Episcopi plurimum ibidem auxit, ac tandem factus est Comes *Thuringiæ*. Vixit *Erckenbaldus* sub *Henrico* Imperatore, in cuius Diplomatis *Archi-Capellanus* quoque dicitur, usque in annum gratiæ 1020. sepultus ad S. Joannem cum hac inscriptione:

Hic jacet sepultus venerabilis Pater & Dominus Erckenbaldus Ecclesiæ Moguntinensis Archi-Episcopus gloriosus: cujus anima requiescat in pace. Amen.

ARIBO sive ERBO Bavarus, nobili familia a *Burgilo Damasta* & *Andechs* (quæ castella nunc in Monasteria commutata sunt) oriundus fuit, ut *Aventinus* scribit. *Bruschius* & *Catalogi Palatinum Rbeni* fuisse putant. Scriptor vetustus vitæ *S. Gotardi Regium Capellanum* fuisse tradit; quod munus tantos Principes exercuisse non est credibile. Itaque *Aventino* potius assentior. Numeratur a scriptoribus Episcoporum decimus nonus Moguntinensis Archipræsul post *S. Bonifacium*, de Ecclesia & Republ. Christiana optime meritis. Capescit gubernacula anno

1020. Cum enim esset apprime eruditus, in 15. Psalmos Graduum Commentarios edidit, ac plures epistolas, doctrina & pietate fulgentes ad alios scripsit & vicissim recepit. Dedicavit illi *Berno*, Augiensis Monachus doctissimus, Tractatum de *Adventu Domini*, quæ pleraque vidit Abbas Spanheimensis & in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum recenset. Indictum est primo Concilium *Moguntia*, præsentem Imperatorem. Celebratus est & conventus Imperialis anno primo *Aribonis Francofordia*, in quo 23. Episcopi

Menckonii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

comparuerunt inter Principes. Contendit illic *Aribo* de jure *Gandersheimensis* Ecclesiæ, cum *Gotardo* Hildesheimensi et si nihil obtineret. Causa litis fuit, quod *Sophia* Abbatissa soror *Ottobonis* noluit, nisi ab Archiepiscopo benedici: Quare ab *Willigiso* Moguntino consecratur, ideoque prætendebat *Aribo* sibi jus competere ad præfatum Monasterium. Verum testimonio septem Episcoporum causa cecidit. Interfuit postea solenni congregationi Episcoporum in dedicatione cœnobii S. Michaelis prope *Bambergam*, ubi Altare S. Martini Patroni sui consecravit. Habuit anno 1023. Idibus Augusti, Synodum Provinciam *Selgenstadii*, aliquot excellentissimorum Episcoporum & Abbatum, ubi multa summa prudentia fuerunt ordinata in ædificationem Ecclesiæ, quorum fragmentum extat in Tomis Conciliorum. Fuerunt ibi cum *Aribone* præsentibus *Burgkardus* Wormatiensis, *S. Gotardus* Hildesheimensis, *Wernbarius* Argentinensis, *Bruno* Augustanus frater *S. Henrici* Imperatoris, *Everardus* primus Episcopus Bambergensis, & *Megimbardus* Herbipolensis Antistites. Abbates præcipui erant *Richardus* Fuldenfis, *Arnoldus* Hirsfeldensis, *Reginbaldus* Laurisheimensis, *Henricus* S. Maximini Trevirensis, *Eberminus* Doleianus, *Henricus* S. Burgkardi Herbipolensis, *Sizicho* Solitariensis sive *Schlüchterensis*, *Gerbertus* S. Albani, *Adelbertus* de *Klingenmünster*, *Rudolphus* de *Bleidenstätt*, &c. Defuncto *Henrico* Imp. potissimum *Aribonis* & *Eberardi* Bambergensis Episcopi opera *Conradus* Salicus, dictus junior, *Franconiæ* Dux piissimus est susceptus, & anno 1025. *Aquisgranii* (aliqui inter quos est *Aventinus*) *Moguntia* habent) solenni ritu, ab hoc nostro Præsule coronatus & unctus. Fuit quoque, ut *Sigibertus* & *Lotharingiæ* Chronicon MS. testantur, Regalis & Synodalis conventus jussu *Conradi* Imperat. apud *Triburias* in Diocesi Moguntina, circa ultimum annum *Aribonis*: in quo plurimum enituisse fertur doctrina *Gerardi* Cameracensis Episcopi. Ejus decreta nulla vidi, nisi quæ præfati auctores commemorant: nimirum primæviam de jejuniis vernali ordinationem illic instauratam: & confutatum quendam Episcopum, qui nonnulla importuna & nimis gravia Christianis imponere volebat. Aliarum quoque Synodorum fit mentio Tomo 7. *Surii* in vita *S. Gothardi*. Ultimo autem vitæ suæ anno, religionis gratia *Romam* abiit. Inde vero digrediens, octavo Idus Aprilis ex hac vita migravit, cum in festo Purificationis iter esset ingressus. Quare in *Italia* mortuum conjicere haud obscure licet, ideoque apud *Moguntinos* nullum est vestigium ejus sepulturae. Valedixit *Aribo* mortali huic vitæ anno 1031. suæ gubernationis II.

S. BARDO Wederavus, nobilis ex *Oppersboven*, Abbas Fuldenfis, & nuper etiam Hirsfeldensis creatus, propter eximiam doctrinam & sanctissimos mores *Moguntiam* accersitur.

Bruschius, & Chronica Petri Jacobi de Episcopis Mogunt.

MS. Erbo designatus. Dittmarus meminit, Marianus. Lambertus. Sigibertus, Tritheimius, Surius Tom. 7. in vita S. Gothardi.

Erckenbaldus. Exstruxit ecclesiam collegiatam B. Mariae.

1020.

Marianus, Lambertus Vrspergensis, Tritheimius. Aribo. Nuni Regius Capellanus fuerit?

1020.

in 15. Psalmos Commentariarum edidit.

Concilium Moguntinum.

Conventus Imperialis Franco-

furannus. Controversia cum Gotardo Hildesheimensi quæ ei fuerit?

Synodus Provinciae Selgenstadiensis. 1023.

Conradum Salicum coronavit. 1025. Synodus apud Triburias.

Romam proficiscitur. Moritur.

1031.

Marianus, Lambertus, Otto Frisingensis, Tritheimius.

mius, Cran-
tzius, Vr-
spergensis
Consecra-
tio Basili-
cæ S. Mar-
tini.
1037.
Coronavit
Agnetem
Henrici III.
sponsam.
1044.
Concilium
Constanti-
ense.
Archi-Can-
cellarius
Romam
abit.
Institutio
Pontificum
Clementis 2.
Damasci 2.
Leonis 9.
1049.
Concilium
Mogunti-
num.
1050.
Moritur.
1051.
Sepultura.

ceritur. Fuit tantæ eloquentia, ut sui tem-
poris *Cbrystostomus* diceretur. Quare ea di-
gnitate sedem Archi-Episcopalem adornavit,
ut inter summos & optimos Antistites meri-
to connumerari possit & debeat. Absolvit
S. Martini Basilicam, a *Willigiso* ædificari cæ-
pram, quam præsentem *Conrado* Imperat. &
plurimis Episcopis consecravit anno 1037.
quarto Idus Novembris. Exorsus est jacere
fundamenta cœnobii D. Jacobi Apostoli, ex-
tra muros Civitatis Moguntinæ siti, sed mor-
te præventus, successori perficiendum reli-
quit. Coronavit anno 1044. *Moguntia A-*
Agnetem Wilhelmi Pictaviensis Principis filiam,
sponsam *Henrici 3.* Cæsaris dicti *Nigri* :
quam apud *Ingelheim* celebratis nuptiis mox
traduxit. Celebratum est amplissimum Con-
cilium *Constantiæ*, ipso Imp. præsentem, eodem
anno, ut scribit *Vrspergensis*. Fundatur ab
Eberardo Comite Spanheimense cœnobium,
a *Bardone* consecratum. Abiit deinde in *I-*
taliam Archi-Cancellarii munus obiens (ut
testantur Diplomata ab eo signata) ubi diffi-
cillimis & maxime arduis negotiis fidem &
industriam suam satis comprobavit. Ex-
authorati sunt *Romæ* tres Apostolicæ sedis
in vafores, *Benedictus 9.* *Sylvester 3.* *Grego-*
rius 6. nuncupati, substituto *Suidigero* Bam-
bergensi Episcopo, qui dictus est *Clemens 2.*
Eo enim licentiæ factiones urbanæ eruperant,
ut ineptissimi quique partium studio adiuti,
Pontificatum ambirent, aut violenter cape-
cerent. Brevi verò e medio sublato *Cle-*
mente & successore ejus *Damaso 2.* præ-
ficatur sedi Apostolicæ ab eodem Imper-
atore, *Bruno* Comes a *Dachsburg*, Episco-
pus Tullensis, *Leo 9.* dictus, vir vitæ sancti-
monia & eruditione insignis anno 1049. pri-
die Idus Februarii. Hic quatuor Concilia
celebrasse legitur; Primum *Lateranense Ro-*
miæ: Secundum *Ticinense in Lombardia*:
Tertium *Rhemense in Gallia*: Quartum *Mo-*
guntinum in Germania. Interfuit omnibus
conventibus ipse *Leo*, & Moguntino Imper-
ator *Henricus* quoque. Aderant Metropo-
litani *Bardo* Moguntinus, *Everardus* Trevi-
rensis, *Hermannus* Coloniensis, *Albertus*
Bremenensis, & *Engelardus* Magdeburgensis
Episcopi in universum 42. cum plurimis Ab-
batibus & Præclatis. Coiit tam celebris con-
ventus, potissimum propter statum Ecclesia-
rum componendum, ac *Gallias* pacandas.
Ibi *Sibicho* Splrensis Episcopus, de crimini-
bus sibi objectis sacra communione se purga-
vit. Damnata est quoque symoniaca labes
& Sacerdotum conjugia. Tantum historiæ
produnt de ea Synodo; quam anno 1050.
absolutam tradunt. Insequenti vero anno
apud *Padelbrunnam* agente Imperatore, *Bar-*
do in S. Penthecostes festo sub Missæ officio
concionatus, obitum suum brevi imminere
publice prædixit, se orationi fidelium com-
mendans, eoque mense est defunctus 4. I-
dus Junii, alii Julii habent, anno 1051. Se-
pelitur *Moguntia* in nova Basilica Metropo-
litana in crypta, quæ tunc in medio Eccle-

siæ fuit: verum nunc ibidem per *Joannem*
Archi-Episcopum Altare S. Martini constru-
ctum est. Rexit annis 20. Ecclesiam suam
optime, sanctorum Catalogo ascriptus: Cla-
ruit enim frequentibus miraculis, ex quibus
valde illustre refertur in vita *Annonis* Colo-
niensis Archi-Episcopi, quæ extat Tomo 6. *Miracula*
Surii. Celebravit Beatus *Anno Moguntia*
Missarum solennia apud sepulchrum S. *Bar-*
donis, quem viventem intima charitate dile-
xit. Jacebat autem quidam ejusdem *Bardo-*
nis olim minister & Eleemosynarius, *Anno-*
ni etiam non ignotus, apud sepulchrum Do-
mini sui totus contractus & debilis, ita ut
membrorum officio prorsus esset destitutus.
Finito sacro, intuens *Anno* in miserum, cla-
ra voce sanctum *Bardone* compellabat, ut
sanitati restituendo hunc famulum, suæ vir-
tutis & meritum efficaciam declararet,
quam in aliorum curatione tories testatam fe-
cisset. Tum nulla intercedente mora, æger
in pedes repente consistit, absque fluore san-
guinis aut nervorum dolore, integræ sospi-
rati redditus est, ut omnis Clerus & populus
in Dei laudes & sancti præconia se effunde-
ret.

LVPOLDVS Præpositus Bambergensis,
bonis literis una cum Christiana pietate *Ful-*
diæ imbutus est: vir magnanimus & rectus,
Moguntiam accersitur *Bardone* defuncto.
Reliquit sui in Deum amoris testimonium,
Abbatiam D. Jacobi, quam multo splendi-
diorem construxit; & redditibus donavit,
quam nunc vilitur, variis casibus attrita. Ha-
buit controversiam, cum *Hermanno* Coloni-
ensi Archi-Episcopo, propter coronationis
insignia conferenda *Henrico 4.* Cæsari. Id
cum faciendum esset *Aquisgrani*, assererat
Hermannus sibi tanquam loci ordinario com-
petere: *Lupoldus* contra, quia ad ipsum pro-
pter Primatum Moguntinæ sedis (ut *Lam-*
bertus loquitur) consecratio Regis & cætera
negotiorum Regni dispositio pertinebat, jus
suum assererat. Victus tandem Imperatoris
& filii Cæsaris precibus, *Hermanno* cessit.
Actum id est anno 1054. II. Calend. Junii.
Non tamen eandem animi moderationem ubi-
que ostendit. Nam ipso Romano Impera-
tore, cum *Leone* Pontifice *Wormatiæ* solen-
nem conventum agentibus & Synodum cele-
brantibus, in quo *Gerbardus* Leucorum E-
piscopus in sanctos est relatus; Sacrum Mis-
sæ officium ipso natalis Domini die a Papa
peractum est, & postridie Moguntino dela-
tum tanquam Primario Antisti, ut Sacrum
similiter perficiat. Accidit autem ut Diaconus
quidam, *Humbertus* nomine, lectionem
ritu in ea Dioecesi recepto alius decantaret,
& nonnihil forsan contra Romanum morem
peccaret. Quare mittente Papa iterum at-
que iterum desistere jussus, renuit, nihilque
motus, clara voce ad finem lectionem per-
duxit. Vocatum itaque ad se Pontifex pro
inobedientia gradu & officio Diaconatus mo-
vit. Archi-Episcopus, ut suum sibi reddat
ministrum petit, sed nihil obtinet. Paulu-
lum

Marianus,
Lambertus,
Vrspergensis,
Tritheimius,
Crantzius,
Lupoldus.

Controversia
cum
Hermanno
Coloniensi
Archi-Ep-
1054

Consensio-
nes cum ipso
Rom. Pon-
tificis.
Synodus
Wormati-
ensis.

lum igitur dissimulans, Evangelio perlecto & Offertorio, ubi sacrosancti sacrificii tempus advenit, in sua sede residet, vere contestans, nec se nec alium quempiam completurum illud officium, nisi reciperet suum ministrum. Quod videns Pontifex, Episcopo cessit, indutumque Diaconum continuo remisit, illeque officium incæptum peregit. Dubium, Papæne humilitas, an vero Episcopi autoritas magis sit admiranda. Hæc fulsius narrat *Vrspergensis*: Meminit hujus Synodi *Sigebertus* ad annum 1052. Defuncto *Leone 9.* ac jam 2. mensibus vacante Pontificatu, *Hildebrandus*, Romanæ Ecclesiæ æconomus & subdiaconus, pro novo Pontifice petendo, *Moguntiam* venit ad Imperatorem, ex fide & jusjurando illi nuper dato: ubi infrequenti Ecclesiasticorum conventu designatur universalis Ecclesiæ præsul *Geberhardus*, Comes a *Kalaw*, Episcopus *Eystatensis*, *Moguntinæ* Provinciæ, divinarum & humanarum rerum peritissimus, qui *Victor 2.* est appellatus. Consecratus *Romæ* Idibus Aprilis. Collecta est legitima Synodus apud *Halberstadtium* in *Saxonia*, anno ultimo *Lupoldi* 1059. quo hujus vitæ cursum laudabiliter absolvit. 7. Idus Decembris in monte *D. Jacobi*, quondam propter antænitatem dicto specioso, ubi novum exædificaverat Monasterium, terræ mandatus. Sedit ad gubernacula Ecclesiæ annos 8. menses 4. ut *Marianus* scribit. Intercedunt ab obitu *S. Bardonis* anni 8. menses 5. dies 27.

Hildebrandus Pontifex venit Moguntiam.

Synodus Halberstadtensis.

1059.

Moritur.

Marianus Scotus.

Lambertus Vrspergensis. Trithemius.

Crantzius in Metropoli &c.

Sigfridus.

1060.

Consequitur cum Thuringis.

1064.

In Syria capitur, sed liberatur.

Fundavit Collegium Canonicorum B. Mariæ.

SIGFRIDVS Baro ab *Epstein*, ex Abate *Fuldensi*, anno 1060. in *Epiphania Domini*, *Alexandro* Legato *Nicolai 2.* Romani Pontificis præsentate, designatus est. Princeps magnanimus, doctus & religiosus, in Imperio magnæ existimationis, verum propter dissensionem inter Pontifices & *Henricum* Imp. varios fortunæ casus expertus. Altera, eaque gravissimorum tumultuum causa fuit, decimarum exactio a *Thuringis*, quibus præstandis singulari privilegio jam pridem exempti erant. Nec enim *Otto* Marchio *Thuringiæ*, beneficia seu feuda a *Moguntino* aliter obtinere potuit, quam se cum omnibus suis subditis decimas soluturum adstringeret. Quæ res multorum malorum seminarium fuit, sicuti prolixè a *Lamberto* enarrantur. Proficiscitur deinde *Sigfridus* anno 1064. tempore autumnali, cum quibusdam Principibus & Episcopis in *Syriam* ad visenda sacra loca; ubi in Arabes latrones incidens capitur, & insigni stratagemate & virtute *Guntheri* *Bambergensis* Episcopi liberatur. Erant in ea profectioe illi Comites *Otto* *Ratisponensis*, & *Wilhelmis* *Trajectensis* cum multis Nobilibus & plebeis ad 7000. ex quibus vix 1000. in patriam redierunt. Domum reversus, ex periculossima profectioe, gratitudinis ergo Collegium Canonicorum *B. Mariæ Virginis* ad gradus, ubi prius Parochialis fuit Ecclesia, fundavit, & magnifice absolvit. Ejus consecratio facta est an-

no 1069. undecimo Cal. Decembris. Quo tempore *Henricus* Rex ejus nominis 4. magnis pollicitationibus *Sigfridum* aggreditur, ut operam suam illi præstaret, quo cum uxore (absque ulla tamen legitima causa) divortium facere posset. Indicta itaque Synodo & Regali conventu Procerum apud *Moguntiam*, omnibus nihilominus causam improbantibus, Apostolicæ sedis Legatus *Petrus Damiani* Episcopus *Hostienlis*, vir ætate & vitæ innocentia admodum, Reverendus opportunè superveniens, tam nefarios conatus Regis facile impedivit. Anno insequenti 1070. aliqui Episcopi & in his *Moguntinus Romanus* vocantur ab *Alexandro 2.* ibique reprehensi sunt, quod ad nefarios conatus *Henrici* Regis tam diu dissimularent, qui se apertum hostem *Romanæ Ecclesiæ* declararet, schismata excitaret & aleret, quod per synoniam ab ipso ementibus dignitates & præfecturas Ecclesiasticas indifferenter communicarent, iis manus imponerent. Conceperat autem *Henricus* iram, ut sibi videbatur justissimam, in *Alexandrum* & Cardinales, ut qui jam tertio ei in creatione Pontificum illulissent, videlicet *Stephani 9.* *Nicolai 2.* & *Alexandri 2.* ideoque liberam designationem patri suo & prædecessoribus Imperatoribus a Romanis Pontificibus concessam retinere & recuperare satageret. Illi contra, indignum rati a puero septenni (tot enim annos habuit *Henricus*, cum Cæsar designaretur a patre) vel adolescentulo id expectare: esse libertati Ecclesiasticæ & Canonibus contrarium, ex manu laica etiam minoræ officia sacra suscipere, nedum summum Pontificatum: imprudenter fecisse, aut potius inevitabili necessitate coactos antecessores aliquot, ut Principi hoc permitterent. Cæsar nequitiam sibi cellendum ratus, cum legitimum præfulem loco movere non posset, novum creat, *Cadolum* *Parmensem* Episcopum, hominem seditiosum & tumultuarium: qui demum opera & autoritate *Annonis* *Colonienlis* *Archi-Episcopi*, in Concilio *Mantuano* adactus est, ut Pontificatu cederet, quem vane contra *Alexandrum* usurpabat. In *Germania* vero quocunque locorum Imperatoriis legibus vivebatur, ad libitum *Henrici*, Episcopatus & Monasteriorum præfecturæ opulentiores vendebantur, aut indignis largiebantur, qui Ecclesias devastabant, bona obliguebant. Tales erant *Henricus* *Spirensis* ex *Goslariensi* *Canonico*; *Carolus* ex *Magdeburgensi*; *Constantiam* promotus: quorum ille totum ferme Episcopium exhaustit, hic vero aliquamdiu Ecclesiæ incubans, Consecrationis munus a *Sigfrido* *Metropolitano* suo obtinere non potuit; tandem etiam Apostolica interveniente censura, ipso *Henrico* rege absente in Synodo *Moguntina* est depositus, anno 1071. Calendis Augusti: Idem evenisse tradunt *Sigfrido* *Hildesheimensi* Præsuli, & *Luperto* *Augiensi* Abbati, quod pretio dignitates comparassent. In tanta Reipublicæ Christianæ

Quo via Virginitus.

1069.

Non potest divortium promovere Henrici 4. cum uxore sua.

Romanus vocatur.

1070.

Henrici 4. addit in Pontificem.

et literæ cum eo.

Frustratum Pontificem eligit.

Pro libitu numerum ecclesiastica vendit.

1071.

calamitate, cum *Henricus* bonorum consiliis non obediret, sed subditos vi opprimeret, ac Regium nomen turpissimis actibus commacularet, *Sigfridus* omnino privata vitæ se dedere cupiens, in Nativitate Beatæ Mariæ virginis anno 1072. *Moguntiam* egressus est, quas in *Gallitiam* ad S. Jacobum Orationis causa profecturus, inde ad Cluniacense Monasterium secessit, ibique abdicato omni famulatio (Deo liberior serviturus) remansit. Instante autem revocatus a Clero & populo Moguntino, ægre a Monasterio avellitur, donec jussu & suafu Abbatis, ipso die D. Andree sacro, vel ut alii habent 8. Idus Decembris, nihilo quietior futurus, quam antea, rediret. Ardens enim Rex odio in *Thuringos* & *Saxones*, iterum *Sigfridum* instigat, ut decimas ab iis, sicut superioribus annis instituerat, exigeret, suum auxilium ad tam arduum opus offerens. Episcopus congregata Synodo *Erfordie* ad 6. Idus Martii anno 1073. una cum quatuor Episcopis, videlicet *Hermanno* Bambergense, *Heydono* Hildesheimense, *Eppone* Ziticense, & *Bennone* Osnaburgense & Imperatore, magna que turba Doctorum, consedit: sed re potius minis quam rationibus transacta, *Thuringi* in sententiam ejus ire coacti sunt. Cum vero potentissimi Episcopi & Comites *Saxonie* una cum *Bavaris* contra *Henricum* conjurassent, *Sigfridus* adhuc *Erfordie* residens, aliter evadere non potuit, quin datis obsidibus se obstringeret, nil armis vel ulla machinatione contra eos moliturum. Qua totius Imperii Germanici commotione pluribus annis durante, creberrimis legationibus perfunctus, omnem impendit operam, ut Principes Regi reconciliaret. Sed frustra allaborantibus quam plurimis illustrissimis & excellentissimis viris. *Saxones* justis querelis urgebant Principes *Rbeni*, ut vel sibi constituendi Regis potestatem facerent, vel ipsi, accedente eorum suffragio, Regem crearent, & Remp. a vastitate & bellis civilibus fervarent. Quibus permotus *Sigfridus*, cui potissimum propter Primatum Moguntinæ sedis (ait historicus) eligendi & consecrandi Regis auctoritas deferrebat, Principes de toto Imperio *Moguntiam* convocat, ut communi consilio *Rudolphum* Ducem *Sueviæ*, Comitem a *Rheinfelden* Romanum Regem ac Imperatorem designarent. Quem conventum *Henricus* suo adventu dissolvit, armis contra *Saxones* rem gesturus. Acciderunt illa ad annum 1074. Moritur interea *Alexander* 2. cui a Romanis, nullo interposito aut expectato Regis decreto, sufficitur *Hildebrandus* dictus *Gregorius* 7. ut cruditione clarus, ita zelo Dei & antiqua pietate ferventissimus. Is videns passim enervatam disciplinam in Clero, frequentissimis Synodis innovavit, antiquos Canones, quibus decernitur, ut Presbyteri & reliqui in sacris ordinibus constituti, uxores non habeant, nec ullis, sceminis cohabitent, exceptis quas Nicæna Synodus illis per-

mittit, perpetuamque voveant castitatem; similiter Episcopis quaqua versum præcipiens, ut Clerum eo inducant, mulieres anathemate feriant. Hoc decretum *Sigfridus* primo lenius exequi, deinde cum nihil proficeret, contra molitam consuetudinem, rursus congregato Concilio apud *Erfordiam*, pressius urgere tentat. Verum tumultuante Clero propter sceminas, & plebe propter decimarum mentionem in Concilio factam, districtis gladiis est impetitus, parumque absuit, quin in Ecclesia opprimeretur. Cujus pervicaciæ non immemor ille, cum sequenti anno ab *Henrico* victi fugatique essent *Saxones* & *Thuringi*, ipse anathemate eos feriens, omnes excommunicat. Celebrata est deinde eandem ob causam *Moguntia* quoque Synodus aliquot Episcoporum, mense Octobri anno 1075. qua ita in eum debachatus est Clerus, ut se vita comite Synodum excessurum desperaret, eamque causam Romano Pontifici terminandam, relinqueret. Nec minoribus periculis illum involvit Imperatoris protervia, cui pertinacius adhærens, a Pontifice Romano sacris illi interdicitur, ut scribit *Blondus* historicus Decade 2. lib. 3. Igitur potissimis utriusque status Principibus ad 17. Calendas Novembris anno 1076. apud *Triburias* diem constituentibus, ubi pro communi salute Ecclesiæ & Reipublicæ consultarent, Archi-Episcopus haud gravatim Regem itidem excommunicatum relinquit, & sanioribus Imperii membris se conjunxit, *Gregorii* decreto subscribens, quo laicis quibuscumque vetabatur, investituras sive collationes dignitatum Ecclesiasticarum usurpare, utque Clerus & populus liberis suffragiis sibi Pastores idoneos constituere possit. *Henricus* itaque se destitutum videns, simulata pœnitentia omnibus illudens, in *Oppenheim* (quod est oppidum e regione *Triburiæ*, interlabente *Rbeno* disjunctum) cum suæ factionis hominibus manens, ac multa summo Pontifici & statibus Imperii promittens, *Romæ* absolutionem impetrat. Principes vero ipseque *Sigfridus* tantam simulationem intelligentes, *Forchheimii Franconia* oppido ad 3. Idus Martii anno 1077. conventu indicto, *Rudolphum*, cujus supra facta est mentio, contra *Henricum* Romanum Regem creant; quem Archi-Episcopus noster sacro Diademate coronat *Moguntia* 12. Calend. Aprilis, Dominica media Quadragesimæ. Tumultuantibus autem *Moguntinensibus* civibus, & partes *Henrici* tutantibus, *Rudolphus* cum Archi-Episcopo civitate pellitur, eam nunquam denovo ingressuri, multis utrinque obruncatis & occisis. Ille enim paulo post infestis armis petitus ab *Henrico*, infeliciter in *Saxonia* pugnat & occumbit, *Sigfridum* in extrema pericula deducens. Captum quidam scribit, ac vix, quin scede strangularetur, Cæsaris beneficio dimissum. Ea potitus victoria Imperator, ut se erga Romanum Pontificem ulciscere

1072.

Sigfridus
in monasterio
Cluniacense
concedis.

Rediit
tamen.

In Synodo
Erfordien-
sium
quid a-
ctum?

1073.

Principes
Imperii
Moguntiam
vocat ad e-
legendum
Imperato-
rem.

1074.

Gregorius
VII. factus
est Ponti-
fex.

Clerum
corrigit.

Concilium
Erfordien-
se.

Excommu-
nicat Saxo-
nes & Thuringos.
Synodus
Moguntina
1075.

Sacris in-
terdicitur
a Pontifice.
Comitia a-
pud Tribu-
rias.

1076.
Discedit ab
Imperato-
re.

Henricus
absolvitur
a Pontifice.

1077.
Rudolphus
contra eum
eligitur.

Qui tamen
in proelio
occumbit.
Sigfridus
capitur.

scere

sceretur, *Moguntia*, ut *Sigibertus* habet, ut alii, *Wormatiæ* conciliabulo. 24. Episcoporum congregato, altero etiam apud *Brixiam*, & tertio *Ticini*, *Gregorium* Papam deponendum censet. Mox *Romam* infesto exercitu contendit, eamque post longam obsidionem capit; *Gregorio* pulso & fugato, *Guibertum* *Ravennatem* Archi-Episcopum, olim Cancellarium suum; hominem subdolum & versutum sub nomine *Clementis* 3. Pontificem creat, a quo etiam cum uxore *Bertha* coronatur. Quibus malis dum percelleretur Respublica Christiana, *Moguntia* horrendo terræ motu circa Calendas Decemb. quatitur: anno quoque insequente 1081. civitas magna ex parte, Monasterium Episcopale, aliæque tria Monasteria (ut *Marianus* *Scorus* tradit, hystoriam suam claudens) igne consumpta sunt. Imperator id magnificentissime reparare aggressus est, sed non perfecit; ut tradit anonymus quidam scriptor in vita ejus, quæ incipit: *Quis dabit capiti meo.* Tanta calamitate pressus *Sigfridus* secessit in Cœnobium *Hafungen* in *Thuringia*, a se exstructum & fundatum; ibique religiose diem clausit extremum; anno virginei partus 1084. cum perturbato seculo tenuisset cathedram annis 24. sepultus ibidem.

Henricus, pulso Gregorio, novum Pontificem constituit.

1081.

Sigfr. in monasterium abiit.

Moritur. 1084.

Appendix Mariani, Sigibertus, Vrspergensis, Trithemius, Cranzius, Bertoldus Constant. ad Contraetum. Wezilo. Henrici IV. parzes fecerunt.

Synodus Moguntina.

Episcopi quidam loco moventur.

Pontifex inde audacior.

1085.

WEZIL sive WENZELINVS, vir tam in divinis scripturis quam literis secularibus doctus, tantusque verbi Dei prædicator; ut suo tempore similem habuerit neminem; ait *Triebemius*. Scribit *Herrandus*, qui & *Stephanus*, Episcopus Halberstatensis, *Henricum* Imperatorem Moguntinum Episcopatum pro pecunia vendidisse, (sicut alia plurima perperam & violenter in Ecclesia egit) cujus emptor an *Wezil* fuerit, viderit ipse. Sane *Henrici* auctoritate nixus Cathedram conscendit, illique constanter non solum adhæsit, sed & pertinaciter eundem defendit: qua de causa sæpius acriter sanctorum quorundam Abbatum literis est correptus. Cum enim Imperator debellato *Gregorio* Pontifice Maximo ex *Italia* revertetur, primum *Augustam Vindelicorum* sibi contrariam expugnavit, cæterisque vicinis ingentem terrorem iniecit. Deinde *Moguntia* in Albanico cœnobio Synodum congregari iussit, cui ipse cum Legatis antipapæ *Clementis* 3. interfuit, & quotquot Episcopos sibi adversantes in Imperio novit, violenter deponendos curat, aut *Clementi* obedire, *Wezilone* præsidente, eamque Synodum regente. Dejectus est inprimis *Adelbero* *Herbipolensis* præsul, cui *Meginbardus* vir quidam bonus & honestus substituitur, sed dignus, qui in alia tempora incidisset. Similiter & *Gisilbertus* Abbas *Hafungensis* loco est motus. Contra vero *Joannes* *Hostiensis* Episcopus, Legatus *Gregorii* in *Saxonia* conventum celebrans, *Constantiensem*, *Bambergensem*, *Augustanum* & *Mindensem* cum *Henrico* sentientes, exauthorat, aliosque substituit. Acta hæc referuntur anno 1085. re-

parare salutis. Eodem anno. (ut tradit *Vrspergensis*, cujus verba subscribam) *condictio tam ab inimicis quam ab amicis Imperatoris in Thuringia colloquio, loco qui Berchach dicitur, conveniebant ex utraque parte, quicunque sapientissimi de optimaribus judicabantur; Canonum auctoritate probaturi, cui pariter justitia faveret, Imperatore tamen absente: sic enim ipse consensus. Electis igitur satis literatis & eloquentibus viris, hinc Wezelone Moguntino, illinc Geberardo Salzburgenfi Archi-Episcopis, disputatio capta est. Affirmat Geberardus, proponente hoc prius Wezilone, Imperatorem non injusto iudicio, tam regno, quam communionem Apostolica sententia privatum. E contra Wezil Dominum suum ubi acriter non minus præjudicium a Papa quam a Principibus passum contendit, dum ipso apud Canonicum in satisfactione posito, imo jam a Papa in communionem recepto: alterum super se Regem elevarent. Adjecit etiam idem Moguntinus, quod Imperator diu jam in Saxonia depulsus & regnandi copia, etiam ab illa diffensione, quæ ante Rudolphum facta præscribitur, spoliatus, nec vocari, nec judicari, nec damnari Canonice debuisset. Hoc Geberardus improbare nitens offerit, neminem divinis per hoc absolutum legibus, si forte qualibet re sua familiari fuerit spoliatus: quanto minus Rex, qui Saxonia, quæ non suum duxerat prædium, sed Domini sit regnum: qui Daniele vel ipso Rege Nabuchodonosor rege, cuicumque voluerit, dat illud: cum etiam ante amissam Saxoniam prius ab Alexandro Hildebrando vocatus, satisfacere contempserit. Sic itaque utrinque parte sua favente atque acclamante discessum est. Notum tamen est quod eandem sententiam adversarii Imperatoris tanto insequabantur zelo, ut habito postmodum in *Quitlinburgk* Concilio, ubi *Otho* Episcopus *Hostiensis* interfuit, Legatus *Hildebrandi* Papæ, ipsam nimium ventilantes, hæresin *Wezilone*, ipsamque hæresiarum probam appellarent: contra fidem scilicet dogmatizasse culpantes, quod quamdiu quis suis claratur spoliatus sit rebus, divinis non subjaceat legibus. Hæc ille. Tradunt, *Wezilone* sive his acclamationibus, sive perverlis *Henrici* moribus & actis commotum, ejus amicitia & familiaritate de cætero abstinuisse, propterea etiam multis affectum malis. Cujus rei argumentum esse potest quod anno 1086. *Vratislaus* primus *Bohemie* Rex ab Imperatore *Moguntia* creatus, quod debellasset *Leopoldum* *Austriæ* Marchionem, non a *Wezilone*, sed ab *Engelberro* *Trevirensi*. *Praga* sit coronatus, non sine injuria *Moguntini*. Obiit anno Christi Salvatoris 1088. quadriennio rerum potitus.*

Conventus Berchachi.

ubi acriter disputatus.

Concilium Quitlinburgense.

Postea minus additus fuit Henrico.

1086.

Moritur. 1088.

RUTHARDVS Abbas ad S. Petrum *Esfordiæ*, Archi-Episcopalem sedem post *Wezilone*, *Henrici* Cæsaris favore conscendit, cum jam lamentabile & diuturnum schisma Romanam Ecclesiam totumque Imperium

Appendix Mariani, Otto Frisingensis.

Vespergen- fedaret: eoque *Rutbardus* in turbulenti-
 sis, Trithe- mam incidens ætatem, multa sensit incom-
 mius, Nau- moda. Initium suæ gubernationis satis pa-
 clerus, Nacatum fuit, ut Ecclesiasticis functionibus li-
 Crantzius bere intendere posset. Vidit igitur pluri-
 præter M. S. bus in locis suæ Diocesis cultum divinum
 hystoricos. novis exædificatis Monasteriis adau-
 Rutbar- ctum. Horum præcipua erant, *Rhinbusen-*
 dus. se prope *Gorringam* & alterum *Burfeldense*
 Exstructa nova Mo- in *Saxonia*. Verum cum *Henricus* Roma-
 nasteria: næ Ecclesiæ hostis implacabilis, non semel
 sacris interdictus, quotidie in pejora nitere-
 tur, ejus communione abstinuit. Quare E-
 piscopatu ejectus, in voluntarium abiit exi-

In exilium
 sponte abiit.

Avaritia
 falso incu-
 sator.

1098.

lium: Primumque in *Quitteburg*, *Saxonia*
 oppido, deinde apud *Theodoricum* Comitem
 a *Kochelburg* latitavit, cujus arcem in Mona-
 sterium commutatam vidit & solenniter de-
 dicavit. Nonnunquam etiam *Eyfordia* in
 suo cænobio vixit, octo, vel ut alii habent,
 novem annos inter peregrinos transigens.
 Quo magis miror quosdam recentiores
 hystoricos ex dubia relatione *Vrspergen-*
 sis Abbatis scribere, ipsum propter in expli-
 cabilem avaritiam, *Henrici* partes secutum;
 imo etiam ex rapinis profligatorum Judæo-
 rum (quorum 1014. occisi sunt *Moguntia*)
 participasse; cum eo ipso tempore anno vi-
 delicet 1098. quo ab Imperatore facta est ea
 de re questio, pulsus sit; haud dubie, si in
 cæteris se amicum illi ostendisset, tam severum
 non habiturus judicem, etiamsi nocentissimus
 fuisset. Ea quoque de causa minus est veri-
 simile, illum Imperatori voluisse ostendere
 bellum, cum potissimum pietati sese dederet,
 frequenter inter Monachos agens. Sed fa-
 cilis ea amplectimur, quæ magnorum vi-
 rorum famam denigrant, quam illustres il-
 lorum virtutes. Scribunt alii, ipsum sæ-
 pius *Henrician* reprehendisse propter obsti-
 natum animum, eamque potissimum ejectionis
 fuisse causam, ut supra demonstravimus.

Henricus
 Pontifici
 insultat.

Filius ejus
 Rex appel-
 latur.

1101.

Celebrat interea Cæsar *Moguntia* crebros
 conventus & festivitates, flocci faciens Pon-
 tificis & omnium subditorum reprehensio-
 nes & justas querelas. Itaque *Paschalis* tunc
 Summum Pontificatum gubernans, tantis ca-
 lamitatibus mederi cupiens, per Nuntios suos
 apud Moguntinum, Trevirenses & Coloni-
 enses Præsules efficit, ut auxilio cæterorum
 Principum, *Henricum* s. *Henrici* 4. filium
 Regem appellarent, & in parentem concita-
 rent, actum id est anno 1101. Videns igitur
 novellus Rex, per Imperium Ecclesiarum
 statum perturbatissimum, præsules in exilium
 actos, dignitati & sedibus suis restituere pri-
 mo est aggressus. *Rutbardus*, etsi *Mogun-*
 tiam nondum adire posset, fultus tamen com-
 missione Apostolica, una cum *Gebeardo*
 Constantienti Episcopo, totam *Saxonia*
 communioni sedis Romanæ restituit. Post-
 hæc ad 4. Calend. Junii anno 1105. pro Ec-
 clesiasticorum reconciliatione, & extirpanda

Rutbardus
 Concilium
 convocat
 Norribusi.

1105.

symoniaca labe aliisque vitiis, *Norribusi*,
Henrico 5. juniore Cæsare præsentem, admo-
 dum pie & humiliter se gerente, Concilium

Episcoporum & multorum abbatum convo-
 cat. Recepti sunt illic in gratiam communi-
 onemque *Paschalis*, *Vdo* Hildesheimensis,
Henricus Paderbrunnensis & *Fridericus* Hal-
 berstadenensis, ad pedes Metropolitanæ pro-
 strati. *Gebeardus* Spirensis, nuper designa-
 tus, ibidem Consecrationis munus recipit.
 Hac absoluta Synodo, Rex junior *Magdebur-*
gum ac mox *Herbipolim* contendit, illorum
 Episcopos ad propria deducens; quos *Rut-*
bardus solenni pompa suis commendat.

Moguntiam inde adiens eam obsidione cin-
 xit, parente intus latitante. Sed conatu in-
 irritum cadente, Archi-Episcopus restitui non-
 dum potuit. Translato autem in *Noricum*
 bello, apud *Ratisponam* *Henricus* senior a
 Rege *Bobemia* & Marchione *Austria* *Lupol-*
do deseritur, ejusque vires valde enervantur.

Maximo igitur *Moguntinensium* gaudio, *Rut-*
bardus suæ Cathedræ restitutus, tam Clerum
 quam populum anathematis vinculo innoda-
 tos, absolvit, piusque pater jam grandævus,
 tanquam ex mortuis redivivus ab universis
 suscipitur & colitur. Anno insequenti, ad
 Christi Salvatoris Natalitia, maximus Impe-
 rii procerum conventus apud *Moguntiam* est
 celebratus. Nam quinquaginta duo di-

untur convenisse seculares Principes cum
 Albanensi Cardinale & Constantiense Antisti-
 te, Apostolicæ sedis Legatis, anathema in Im-
 peratorem denuo detorquentibus. Is pri-
 mum *Bingii*, deinde apud *Ingelheim* ma-
 nens, intra civitatis mœnia non est admis-
 sus: verum omnium Principum suffragiis illi
 sunt extorta insignia Imperii (videlicet crux,
 lancea, sceptrum & corona) & ad filium
 translata. Hanc Tragicam degradationem af-
 fectuosissime scribit *Helmoldus* libro 1. & alii
 similiter. Sic pace tandem his in locis recu-
 perata, *Rutbardus* torus se pietati dedens,
 Monasterium S. Disibodi in *Comitatu Span-*
beymensi desolatam & ruinofum considerans,
 illud in montem vicinum transtulit, & de-
 nuo fundavit: cujus primum lapidem (ex-
 pensis tamen & sumtibus Episcopi) posuit
Burgardus, Abbas S. Jacobi prope *Mogun-*
tiam, anno 1106. pridie Calendas Julii. Al-
 terum itidem novum titulo Præposituræ ere-
 xit, in honorem S. Joannis Baptistæ in *Rin-*
goia prope *Viuicellam*; ad quod nonnulla
 prædia contulere *Rudolphus* sive *Richolpbus*
 Comes *Ringowiensis* & *Dancinodis* uxor;
 quo in loco *Ludovicus* eorum filius relicto se-
 culo, monasticam est amplexus. Condidit
 in eadem vicinia etiam Monasteriolum fœ-
 minarum, Deo in perpetua castitate servien-

tium, in quo *Westrudim* filiam prædicti Co-
 mites, cum parte hæreditatis, collocarunt.
 Ita plenus operibus bonis, *Rutbardus* appo-
 situs est ad patres suos, anno 1109. Con-
 ditus in suo novo Monasterio S. Joannis. Præ-
 fuit annis 21.

ADALBERTVS Comes Sarbruggensis, ut
 diserte *Osso Frisingensis* scribit, *Henrici* 5.
 Cæsaris Cancellarius, & intimus Consiliarius,
 annitente Rege, Archi-Episcopatum obtinet,
 & ab

Henricus V.
 Mogun-
 tiam fru-
 stra obsi-
 det.

Rutbardus
 recipit Ar-
 chi-Episco-
 patum,

Comitia a-
 pud Mo-
 guntiam.
 1106.

Henricus
 IV imperio
 movetur.

Nova fun-
 datio mo-
 nasterii S.
 Disibodi,

et mona-
 sterii S. Jo-
 hannis,
 et mona-
 steriali fœ-
 minarum.
 Moritur.
 1109.

Appendix.
 Dodechini
 ad Maria-
 num.

Otto Frisingensis. Gosfridus Witerbiensis, Trithemius, Vrspergensis, Crantzius Helinoldus in Chronica Slavorum lib. I. Adelbertus. Henricus Romani abbas.

Investituram Episcoporum a Pontifice captivum extorquet.

Sed revocatus ille postea. Henricus excommunicatus.

Adelbertus a Rege in vincula conjicitur.

sed liberatur per Moguntinos.

Interdicitur excommunicatus Henricus. Synodus Fritzlarensis.

Moguntinenses misere trahuntur.

& ab eodem per anulum & baculum investitus est; homo ad seculum prudens, potens & locupletissimus. Elapso triennio post mortem *Henrici 4.* cum *Henricus* filius, cuius jam est facta mentio, omnes Imperii Principes obediens haberet in *Germania*, *Italiam* petiit infesto exercitu, ubi multis rebus præclare gestis, *Roma* a Pontifice & Clero honorificentissime est exceptus. Imperator vero tantorum beneficiorum immemor, quam hactenus præ se tulerat mansuetudinem paulatim exuere, & a *Paschali* Pontifice Maximo jus creandi & investiendi Episcopos extorquere cepit, aperte reclamante Clero. Qua in re dum illi Pontifex assentiri non posset, nec vellet, consilio & instigatione *Adelberti* Cancellarii, *Paschalis* captivus urbi educitur, donec integro ferme intercurrente biennio, ad postulata annueret. Sed nec *Adelberto* diu Regis gratia frui licuit. *Romanam* enim reversus *Paschalis*, Ecclesie Proceribus propriaque conscientia stimulantibus Privilegium Imperatori nuper sub pellibus & tumultuarie concessum, in frequentissimo Concilio revocat, & per Legatos *Henrico* anathema denuntiat. Paulo post Imperatore *Moguntia* nuptias cum *Machtilda Anglia* Regina celebrante, validissima contra ipsum est exorta conspiratio, totumque imperium in factiones scinditur, *Adelberto* contra Regem Pontificis partes nunc defendente. Quare a Regis comprehenditur & durissimo carceri (in arce *Ernsfels Ringoia*, alii *Trysells* habent) mancipatur, ubi incredibili inædia afflictus fuit. Exacto triennio, *Henrico* rursus *Moguntia* solennem conventum agente, pauci admodum Principes comparuerunt. *Moguntinenses* cives singulari benevolentia erga Episcopum suum affecti, occasionem se liberandi Præsulis nactam rati, ea uti voluerunt. Armati igitur palatium Regium cingunt, cuncta clamoribus implent, minas addunt, se Cæsarem non dimissuros, nisi Antistitem reddat. Coactus ea seditione Cæsar obsides petit ex primoribus civium, quod infra anni spatium Archi-Episcopus sit illi satisfactorius pro offensa: Ita placati *Moguntinenses* brevi postea Præsulem liberati & sedis suæ restitutum recipiunt, jam vix ossibus hærentem. Qui statim *Coloniam*, ubi *Cuno* Prænestinus Episcopus, Legatus *Gelasii* Papæ (qui *Paschali* successerat) frequentissimam Synodum celebrat, adnavigat, Patribus & Principibus se conjungens, effecitq; ut a Legato denuo excommunicaretur Imperator. Indicta quoque Synodus est *Fritzlarium*, ubi similiter publicata est excommunicatio. Nec contentus ea vindicta Archi-Episcopus quoquo modo potest, illi adversari non desinit. Imperator iis vexationibus commotus, a *Moguntinensibus* exigit, ut certo in loco sese obsides sistant. Qui parere coacti, misere admodum tractantur. Alii enim fame, alii frigore necantur: quibusdam manus, aliis pedes præscinduntur varieque excruciantur, donec per Principes negotium transigere-

tur, ut infra dicemus. In *Italiam* vero iturus *Henricus* ut eam pacaret, sed verius ut se ulcisceretur, *Fridericum Sueviae* Ducem, cum validissimo exercitu contra *Adelbertum* destinat. Qui *Moguntia* obsessus, neitiquam suis rebus deest, vi & astu se defendit, non sine maxima clade suorum. Meminit hujus rei *Gosfridus Witerbiensis* in sua historia. Obsidione soluta, *Adelbertus* conjunctus *Lothario Saxoniae* Duci, a quo *Henricus* Ducatum auferre, & Comiti *Mansfeldensi* tradere voluit, aliquot arces Imperatoris oppugnat, & quantum occasio permittit, talionem respondit. Pacata est quoque *Saxonia*, opera & consilio ejus, Ecclesiisque legitimi ministri restituti. *Moguntinensibus* civibus certa privilegia gratitudinis ergo concessit, quæ arceis valuis ædis B. Virginis inscripta sunt, postea tamen abrogata. Tenor infra sequitur. Defuncto interea *Gelasio*, patrum suffragiis, apud *Cluniacum* Pontifex Maximus creatur *Guido Burgundus*, *Calixtus 2.* appellatus. *Adelberto* notus & amicus *Conone* Legato *Gelasii* adhuc in *Germania* excommunicacionem *Henrici* divulgantem. Quare frequentissimis nuntiis, Cæsar domum revocatur ab Imperii Principibus, jam longi schismatis & dissensionum pertæsis, eaque de causa apud *Herbipolim* congregatis, ut rationem aliquam ineant, qua hujusmodi mala sedari possent. Cæsar etsi a concordia se alienum non ostenderet, deliberandi tamen tempus sumpsit, non difficultate negotii territus vel perplexus, verum ut prius *Moguntinensibus* insignem aliquam calamitatem inferret. Statim igitur omnem navium comitatum in *Rbeno* interclusit, nundinas & mercatum inhibuit, nihil victualium in civitatem ferre permisit, ingentem exercitum in *Alsatia* conscribit. Contra *Adelbertum* gravissimis persecutionibus exagitatus, in *Cisalpinis* Regionibus Primatum Apostolica autoritate obtinens, facile *Saxoniam* in suæ Metropolis, tum *Spirensis* & *Wormatiensis* Episcoporum defensionem commovet. Erant omnium animi attoniti, tantique belli cura suspensi. Fiebant per Ecclesias passim supplicationes & peccatorum expiationes, donec tandem Imperator Imperii Proceribus intervenientibus, minas remitteret, atque illorum definitioni & decreto se staturum promitteret: quod incunctanter *Adelbertus* gratum & ratum etiam habuit. Conventu igitur apud *Herbipolim* indicto, *Moguntinus* cum *Saxonum* exercitu advenit, tantumque obtinuit, ut ab utraque parte 12. viri eligerentur, qui non solum causam *Henrici* & Archi-Episcopi disceptarent, verum etiam ipsum fontem & originem malorum, hactenus inter Sacerdotium & Regnum (ut loquuntur horum temporum hystorici) pullulantium & grassantium, præciderent. Decreti sunt ea de causa *Romanum* Legati ad Pontificem, celebrantur domi solennes conventus, examinantur causæ tantarum Tragædiarum. *Calixtus* Pontifex benigne Legatos excipit, se ad

Adelbertus obsidetur.

sed jure talionis utitur.

Novus Pontifex creatur.

Henricus Moguntinenses acriter vexat.

Conventus apud Herbipolim. Arbitrii literis decernuntur.

ad tranquillitatem & pacem ecclesiæ & Imperio reddendam promptum pollicetur, quantum in se esset: ideoque suos quoque, eosque honestissimos cum amplissimis mandatis Germanis adjungit & remittit. Fuisse memorantur Pontificii Legati; *Lambertus* Hostiensis, *Gregorius* S. Angeli, & *Saxo* S. Stephani in Monte Cælio, Cardinales & Episcopi. Ex *Germanis Roman* missi sunt *Bruno* Episcopus Spirensis, & *Erolphus* (alibi *Arnulphus*) Abbas Fuldensis. Consultatur primo negotium investiturarum *Moguntia*, deinde *Wormatia*: ubi incredili omnium ordinum lætitia concordatum est, ut Imperator investituras per anulum & baculum dimittat, & permittat, in omnibus Ecclesiis fieri liberam electionem & consecrationem Prælatorum; Regalia vero per sceptrum tradat ipse. Ita firmata pace censuræ & anathemata sublata, bella & seditiones sunt sopitæ, ac misera *Moguntia* paululum respirare cepit. Acta sunt hæc anno 1122. octavo Calendis Octobris; plurimum annitente & subscribente *Adelberto*, cum multis iisque primariis Imperii Principibus. Ita pacatus Cæsar, omnibus justitiam administrare, & seniorum suorum commodis impendere non destitit donec anno 1124. Calendis Junii vitam cum morte commutaret; collocatis Imperatoriis insigniis in munitissimo castro *Hammerstein* ad *Rheni* fluentia super *Coloniam* sitio. *Adelbertus* vero nequitiam sibi dormiendum ratus, multis pollicitationibus ea ab Imperatrice *Mechtilda* consequitur ac *Moguntiam* indictis Comitibus, pene solus effecit, ut *Lotharius Saxoniam* Dux, vir pius & prudens, eligeretur; præteritis *Frideric*o *Suevarum* & *Conrado Franconiam* Ducibus germanis, *Henrici* ex sorore nepotibus, ad illud fastigium supra modum anhelantibus. Tradunt alii, *Frideric*o Imperii insignia commendata fuisse; & cunctos ipsum propter animi moderationem cæterasque virtutes *Henrico* successorem destinasse. Eum vero singulari modestia, fasces Principibus obtulisse, tantumque onus humiliter recusasse, etiam jam pene certus de sui electione esset. Quam excusationem Archi-Episcopus observans, eam in rem suam vertit, ut qui domum & hæredes *Henrici* non amaret, consentientibus cæteris in *Lotharium* Imperium transtulit: unde per integrum decennium inter prædictos fuit discordia & creberrima bella, civitates obsessæ, Episcopi pulsi, donec per divum *Bernardum* *Clarevallensem* Abbatem ad concordiam revocarentur, & *Frideric*o *Adelberti* neptem ex fratre Comitum *Sarburgensis*, filiam *Agnesem* uxorem duceret. *Adelbertus* tot periculis demum ereptus, officii sui memor, totus ad juvandum rem Christianam, erigendas ornandasque Ecclesias convertitur, & quicquid potest operæ & curæ oibus suis impendit. Testatur id Abbatia in *Spanheim* a *Meginbero* & *Rudolpho* Comitibus

fundata a. 1124. ab *Adelberto* dedicata, translatis illuc 12. fratribus ex Albanico monte & D. Jacobi. Ipse quoque fundat liberalissime Monasterium *Ebirbachense*, quod *Erbachianum* dicimus, S. *Bernardo* cooperante, & alterum in *Schuabenheim* jam ruinofum, restituit. Præposituram S. Joannis in *Ringoia*, quæ sub Jurisdictione & gubernatione Abbatis S. Albani erat, consensu ejusdem, in Abbatiam sublimavit. Anno 1130. *Aschaffenburgum* turribus & mœnibus ornavit. *Vrspergensis*, Castrum antiquum illic per multas generationes, pene funditus dirutum, quod vela rivo allabente *Aschappa*, vel ab *Ascano* primo conditore nomen traxerit, miro conatu communiisse scribit, ut Imperator irritatus (quippe antequam pax inter eos coisset; defensionis causa id *Adelbertus* effecit) in sui injuriam & contra Rempublicam illud fieri judicaret: atque obsidionem contra parasset, nisi a Legatis Romani Pontificis, *Moguntia* tunc agentibus deterritus esset. Sed, proh dolor, in quæ tempora nos incidimus! Jam Monasterium *Spanbeimense* & *Schuabenheim*, pulsis fratribus; in profanos usus ab hæreticis sunt commutata. Arx *Aschaffenburgensis* a seditiosis perduellionibus Imperii concremata. Cæterum quoque Provinciale Synodum *Moguntia* habuit, cui præsedit *Martbanus* Albanensis Episcopus, Apostolicæ sedis legatus cum ipso Archi-Episcopo, præsentente *Rozbario* rege, *Ottone* *Bambergen*se, *Buggone* *Wormariense*, *Sifrido* *Spire*nse, *Embrichone* *Herbipolensi*, *Augustano*, *Eytetenti*, *Hildesheimeni*, pluribusque aliis Episcopis & prælatis; *Brunone* *Argentinen*si Episcopatum suum propter impetitionem Cleri & populi illic relinquant. Ita Ecclesiæ suæ commodis invigilans, Imperii curam nequitiam deposuit. *Suevia* Ducem *Conradum*, cujus supra facta est mentio, odio *Lotharii* Regium nomen & potestatem usurpantem, anathemati subjecit: quam sententiam *Honorius* 2. Romanus Pontifex ratificavit. Asserunt hac ætate *Norbertum* Archi-Episcopum *Magdeburgensem* ab *Innocentio* 2. Primatum *Germaniæ* obrinuisse pro se & successoribus, cum esset Romæ cum *Lothario* Imperatore anno 1135. Antea vero *Moguntinus* cæteris in *Germania* Præsulibus prælatus fuit, ut supra in *Hassone* & alibi apparet. Videmus tamen in Epistola *Benedicti* 5. ad Episcopos *Germaniæ* scripta (in quibus etiam mentio fit *Ruperti* *Moguntini*, *Willigisi* antecessoris) *Magdeburgensem* vocari *Patriarcham Germaniæ*. Præcessit obitum illius horrendum incendium *Metropolitani* templi anno 1137. quo *Adelbertus* ad 9. Calend. Junii vel Julii (utrumque enim legimus) ex hoc tumultuoso & luctuoso seculo evocatus, in pace quievit: Sepultus in *Erbachiano* suo cœnobio. Possedit *Cathedram* annis 28.

Investitu-
re jus Pon-
tifici conce-
ditur.

1122.

Henricus
moritur.

1124.

Lotharius
eligitur.

Lites inter
Frideri-
cum & A-
delbertum
sopitæ.

Dedicatio
Abbatia

Spanhei-
mensis.
1124.
Fundatio
Monasterii
Ebirba-
chensis.

Aschaffen-
burgum
muris mu-
nitum.

1130.

Synodus a-
ud Mo-
guntiam.

Conradus
Suevus ex-
communic-
atur.

Norbertus
primatus
Germaniæ
obtinuisse
dicitur.

1135.

1137.
Adelber-
tus mori-
tur.

Privilegium Moguntinis ab eo concessum.

ADELBERTVS ARCHI-EPISCOPVS

Moguntinus beneficiorum sibi a civibus Moguntinis præfitorum non immemor, eosdem magno condonavit Privilegio.

IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis. Amen. Adelbertus Moguntinensis Ecclesie Archiepiscopus & Apostolicae sedis Legatus. Quia hujus mundi cursus & gloria mutabilitati assidue subjecta sunt, multorum exemplo didicimus, siue per prospera extollatur, vel aduersa deiciatur, cuiusdam sapientis consolatione admonemur, dicentis: Quod viri sit prudentis, nil magni ducere transitorium. Novit ubique tam præteritorum, quam presentium conscientia, quæ vel quanta in me fecerit Dei misericordia. Cognoscat etiam quæso futurorum per me successio, quantos ex alto prosperitatem comitentur casus & dejectio. In medio enim prosperitatis meæ cursu Henricus quintus, ut nostis, Imperator, post multa beneficia, non nisi propter Romanæ Ecclesie obedientiam, carceris etiam mihi captivo tenebas inulit & latibula. Ibi profecto longo manens tempore primi pastoris omnium consolationem, dicentis: Si quid patimini propter iustitiam, Beati, redux memoria. Memini etiam in carcere Italam incarcerationum infelitioni ferræ servatum: Danielem innocentem de lacu leonum liberatum. Denique per multas tribulationes contritus corde visitans ex alto Deus, corda fidelium Moguntinensis Metropolis ad hoc perinovit, ut suum conarentur liberare captivum. Tam diu itaque Clerus, Comites, liberi, cum civibus & familia, præfato Imperatori Henrico insistentes, elaboraverunt, donec me tandem datis obsidibus, charis filiis & propinquis, corpore ex toto extenuatum, vix semivivam, sicut fideles filii patrem, in sua receperunt. Sed quam caute, quam honeste, quam iuste obsides haberentur, sine merore nemo loqui poterit. Nam alii membris truncati redierunt, alii fame, alii exilio deputati, alii nuditate & corporis aegritudine præoccupati perierunt. Hæc & his similia fideles Moguntinensis civitatis cives, pro iustitia passi sunt. Quæ vero in defensionem civitatis suæque honoris perulerunt, satis omni regno patet. Mibi igitur cogitanti, quid eorum bonis & tantis recompensarem meritis, occurrit, ut sicut ipsi pariter meo communicaverunt labori, sic omnium aliquid conferrem honori & utilitati. Communicato igitur primorum consilio, Clericorum dico, Comitum, liberorum, familiae & civium, intra ambitum muri civitatis præfate, & manere volentes, hoc iure donavi, ut nullius Advocati placita, vel exactiones, extra murum expetentur, sed infra sui nativi juris essent, sine exactionis violentia. Quare cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal, gra-

Menckenii Scriptor, Rec. Germ. Tomi. III.

tis, nullo exigente, persolverentur. Ut autem hæc donatio rata & inconversa ad posterum transeat, Sigillo nostro confirmantes, subscriptis testibus signari iussimus. Huic quidem primæ traditioni interfuerunt, viri Venerabiles, Bruno, Spirensis Episcopus, Bucco Wormatiensis, Emerico Herbipolensis, Anselmus majoris Ecclesie Præpositus, Zegolphus Decanus, Richardus Cantor, Arnoldus Præfectus civitatis, Friderich Comes de Arnspurgh, Herman de Wintzenberg, Sigebert & Friderich Comites de Sarenbrügken, Comes de Goswinus de Stattloch, Comes Bertholdus de Nüringen, Comes Giso de Vdensberg, Vdalricus de Hätstein, Regenboldus & Gerlacus de Eysenbergh, Soltgolt de Hausen, Ministeriales: Embricho & filius ejus Embricho vice Dominus, Ruchardus de Walden, Gottfridus, Otto, Reinhardt, Dudo, Hertuinus, Dudo honestus villicus, Ruchardus Walbodo. Secundæ autem confirmationi interfuerunt Henricus majoris Ecclesie & S. Victoris Præpositus, Adelbertus, Henricus Custos, Hartmannus Decanus, Gosbertus Præpositus, Wilhelmus Comes de Lutzenburgk, Dux Fridericus &c. præfectus civitatis Arnoldus, Arnoldus Comes & Rupertus frater ejus de Lutzenburgk, Comes Hermannus de Solms & frater ejus Otto de Reichen Rinecken, Emicho Comes & frater ejus Gerlacus, Comes Gerhardus & frater ejus Henricus de Bernbach, Henricus de Catzenelnbogen, Damianus & Sigibodo de Buchen Ministeriales: Embricho vice Dominus de Geisenheim, Menicho Camerarius civitatis, Dudo frater ipsius Camerarii, Dudo Scultetus, Obrot, Richelheim, Arnoldt, item Arnoldt, Hilperich, Herman officiales, Folprecht, Erbo frater ejus, Ruchardus, Wernerus, Engelbert, Dudo. Facta sunt hæc anno Domini incarnationis 1135. Indictione duodecima & confirmata: Regnante Domino Lothario Imperatore ejusdem nominis tertio, anno regni ejus nouo, Imperii vero secundo feliciter, AMEN.

ADELBERTVS II. Comes itidem Sarbruggensis, prioris Adelberti ex fratre Friderico nepos, Præpositus Erfordensis; suffragiis Cleri & populi, impellente tamen Friderico Suevorum Duce, hujus Episcopi affine (supra quippe demonstravimus illum sortorem ejus duxisse) & ipso Conrado 3. Romanorum Rege (nuper admodum, sede Moguntina per integrum ferme annum vacante, apud Consuentiam electo) presente & intercedente, Archi-Episcopus constituitur, tertio

Appendix
Mariani,
Otto Frisingensis,
Tritheimius.
Adelbertus II.

1139. *Romani vocatur.* tia post Pascha hebdomada a. 1139. Qui deinde in octava Pentecostes *Bamberga* in solemnibus Principum conventu a Sancto *Ostone* loci Episcopo, consecratur. *Romani* vocatus (qua de causa non constat) ab *Innocentio* 2. admodum honorifice susceptus est, & titulo legati insignitus. Reversus anno 1141. apud *Ratisponam* Imperatore Pentecosten peragente, cum *Saxonia* & *Bavaria* Principibus electione Regis contradicentibus factus iniiit, *Adelbertum* patrum suum non exuens, ait *Frisingensis* Episcopus. Verum confederati Regia maiestate statim compressi sunt, & *Adelbertus* eodem anno ad 16. A Calend. Augusti, finem vivendi fecit; sicque multis periculis Ecclesia Moguntina est liberata. Gubernavit annis 3. menses circiter 2. Intercedunt a morte antecessoris anni 4. menses 0. dies 14. Sepultus in Sacello S. Gothardi, Ecclesiae Moguntinae.

Appendix Mariani, Tritheimius. Bruschius. Marculphus.

Moritur. 1142.

D. Christianus 2. Archi-Episcopus Mog. S. Bernardus Episcopus 302. & 323. B Hildegardis, Otto Frisingensis, Appendix Mariani, Tritheimius. Henricus. Francofordiae Fridericus Enobarbus sic Imperator. Carmen in istam electionem.

MARCVLPHVS ex Praeposito Aschafsenburgensi, propter vitae integritatem, primus ex Archi-Episcopis, liberis votis Cleri & populi electus, vix uno anno tanto honore potitus est. Fertur *Romam* misisse, pro Annatis exoluendis, alterum pedem aureae illius crucis, quam *Willigisus* Ecclesiae reliquit. Caepit prolapsas & dirutas aedes diligenter reparare, sed brevitate vitae praepeditus, nihil praclare gessit, majore ad bene agendum animo, quam facultate. Moritur anno 1142. Idibus Julii. Intercedunt ab obitu *Adelberti* menses 2. dies 29.

HENRICVS ex Praeposito Metropolitanano, antecessore defuncto in Regali conventu *Francofurtensi*, post suam electionem ab Imperatore investituram obtinuit. Facta est nim sub illo *Francofordiae*, anno videlicet 1152. quarto nonas Mart. electio *Friderici* Imperatoris *Enobarbi*; quem splendidissimum conventum eleganter describit *Guntherus Poeta*, in suo *Ligurino* lib. 1. Quos versus in honorem patriae meae (licet in his *Henrici* nomen, licet nec alterius cujusque Principis sit expressum) libenter subnectam.

*Aeturi sacrae de successore corona
Conveniunt proceres, totius viscera regni,
Scde satis nota, rapido qua proxima Mogo
Clara situ, populoque frequens murisque decora est.
Sed rude nomen habet: nam Teutonum incola dixit,
Franconesurt: nobis liceat sermone latino
Francorum dixisse vadum: quia Carolus illic
Saxonas indomita nimium feritate rebelles
Oppugnans, rapidi latissima flumina Mogi,*

*Ignoto fregisse vado, mediumque per amnem,
Transmisisse suas neglecto ponte cobortes
Creditur, inde locis mansurum nomen inbasit.
Huc sacri celebresque viri quos laude serena,
Insula vel gladius mundo facit esse reverendos,
Ex omni regione fluunt, ad publica regni
Commoda, de summis agere ac disponere rebus.
Exacta ratione parant, aequae omnibus unum
Qui modo sit tanto succedere dignus honori
Praefecisse sibi celeri satisque florentem laborant.*

Nactus est pacatam satisque florentem Ecclesiam, cui tamen diu praesse non licuit; propria culpan an aemulorum invidia perurgente, liquido affirmare non possum. *Christianus* hujus nominis 2. Archi-Episcopus Moguntinus, (non *Conradus*, ut falso titulus & aliqui libri habent) qui ejus vitam, tum aliquot sequentium usque ad sui ipsius exaurationem, fere per annos centum affectuosissime scripsit, miris laudibus illum effert: pacificum, benignum, ac multis virtutibus ornatum commemorat: illi semper cordi fuisse, ut Clerus honore debito gauderet; populus justitia regeretur, & terra pace publica exultaret. Accusatum vero apud summum Pontificem, quod somnolentus & inutilis haberetur, statim *Romam* destinavit hominem sibi intimum, & ut videbatur amicissimum *Arnoldum*, quem recenter Praepositum Metropolitanum & S. Petri, tum etiam Cameracium constituit civitatis Moguntinae, ut se ab objectis criminibus liberaret. Hic, quia miri ingenii ac facundiae esset, ac praedives, rem non pro *Henrico* sed pro se consecisse dicitur; etiam tantam infidelitatem sub contestatione summi judicii per omnem vitam postea negaret, se bona fide causam illam egisse affirmans. Vnde Legati Apostolici, *Bernardus* Presbyter & *Gregorius* Diaconus Cardinales missi in *Germaniam*, imperante *Friderico* 1. & apud *Nembausen* prope *Wormatiam* festum Pentecostes celebrante, illic Episcopum coram accusant. *Henricus* pressus mole accusationum, suspectos & corruptos judices clamitans, ad summum Christi tribunal appellat, illucque adversarios suos invitans, nomen titulumque Archi-Episcopatus deponit. Acciderunt ista ad annum 1153. ut habet *Appendix Mariani* & *Bruschius*. Haec fere ex sententia Domini *Christiani* Archi-Episcopi. Quidam ex osum Clero factum scribunt, quod dissolutos mores ejus assidue reprehenderet. Extat epistola

Virtutes Henrici.
Somnolentia accusatur apud Pontificem.
Insido utitur defensore.
Accusatur coram Friderico Imp.
Archi-Episcopus ab.
1153. Drsentius a Bernardo.

epistola D. Bernardi, qua pro ipso apud Legatos Apostolicos intercedit, *quatenus salva justitia, licet parieti inclinato & maceria depulsa humeros suæ auctoritatis supponant, nec salammum quassatum conteri, nec limum fumigans extinguere permittant. Sentiat* (inquit) *sibi profuisse & precem nostram & suam simplicitatem, ob quam fertur a falsis fratribus, circumventus potius, quam inventus in aliquo dignus depositione.* Verum *Otto Frisingensis* pariter dignissimus Episcopus lib. 2. de gestis *Friderici* Imperat. cap. 9. Cardinales non tantum pro *Henrici*, verum etiam pro aliorum quorundam Episcoporum depositione missos scribit. *Causam* adfert, quod pro distractione Ecclesiæ suæ frequenter correptus fuerit, nec tamen correctus. Sancta quoque *Hildegardis*, fundatrix & magistra Monasterii S. Ruperti apud *Bingium* siti, divino spiritu illustrata scemina, hæc ad ipsum perscripsit: *Audi, inquit, qui in multis scrutiniis me negligis: calum de ulsione Domini apertum est, & nunc inimicis fures dimissi sunt. Tu autem surge, quia dies tui breves sunt, & reminiscere, quia Nabuchodonosor cecidit, & quod corona ipsius periit, & alii multi ceciderunt, qui se temere in calum exaltaverunt. Ab tu cinis, quare non erubescis in altum te spargere, cum debeas esse in puredine &c.*

Quæ causa depositionis.

Synodus Leodiensis.

1147.

Epistola item *Eugenii* 3. qua Clerum ab obedientia ejus absolvit, aliquas causas commemorat. Interfuit *Henricus* multis Conventibus & Comitibus Imperii, & inprimis amplissimæ Synodo apud *Leodium* anno 1147: ubi *Eugenius* cum 18. Cardinalibus Sancto *Bernardo* aliisque quamplurimis Episcopis præfens erat. Exornavit altaribus templum S. *Disibodi* prope *Sobernheimium*, & aliarum Ecclesiarum, eaque solenniter dedicavit. Passa est sub eo *Moguntia* ingentes terræ motus quindecim vicibus; idque anno 1146. accidit, haud dubie futuræ cladis prænuntios. Vixit post suam exauthorationem pauculos menses in Monasterio quodam *Saxonie* Cisterciensis Ordinis, donec naturæ debitum persolveret. Sepultus *Einbecci* cum hac inscriptione: *Anno Dni 1153. Nonis Septembris, obiit Reverendus Pater Henricus Archi-Episcopus Moguntinus.*

Moritur.

1153.

Epitaphium.

Ad Christum sospes, car. hujus corporis () hostes.*

Chronic. D. Christiani. Otto Frisingensis. Radevicus & appendix ad Ottonem. eundem. Appendix Mariani,

Interveniunt a morte prædecessoris anni 2, mensis 1, dies 21, Sic præfuit annis ferme 2. **ARNOLDVS** Nobilis a *Selnboven*, Moguntinus, vel ut alii volunt ex *Ringoiæ* honesta familia, Cancellarius *Friderici* Cæsaris & Præpositus Metropolitanus, ut supra in *Henrico* demonstratum est. *Tribemius* Præpositum *Aquensem* nominat; Deposito *Henrico* apud *Wormatiam*, statim per quorundam ex Clero & populo electionem, in gra-

tiam Imperatoris, indignantibus vicinis quibusdam Principibus (qui eum virum gravem & austerum novèrant) est subrogatus. Enarrantur tamen ejus virtutes a scriptoribus Moguntinensibus ad longum: præsertim quod ab continentia fuerit summæ, Eleemosynarius præcipuus, pietati valde deditus, idemque bonis omnibus charissimus, etsi ad iracundiam esset pronior: quod tamen vitium adeo severiter in se castigabat, ut sæpius stratu vimineo uteretur, totas noctes orationibus & vigiliis transmitteret. Investitur pro more *Regalibus* a *Friderico*, ac summo cum gaudio *Moguntia* a suis fautoribus excipitur. Non enim deerant, quibus *Henrici* dejectio admodum molesta esset, quique *Arnoldum* in eo fastigio constitutum intueri non possent. Unde inter cives & consanguineos utriusque seditiones & bella exoruntur cruenta, non tantum per plateas & tria civitatis, verum etiam ex ipso summo templo D. *Martini* pars *Arnoldi* tanquam ex arce se defendebat. Clerus contemptui habebatur, nec copia Ecclesiæ ipsis concedebatur, nisi ad libitum laicorum, qui eum occupabant. Crescente vero quotidie seditione, cum non de sedanda illa, sed tantum opprimenda cogitaret Episcopus, etiam externa utrinque accita sunt auxilia; illecti promissionibus multi vicini Comites, ac ipse *Hermannus*, Palatinus *Rheni*, acriter partem *Arnoldi* infestabat, ut totus *Rbeni* tractus rapinis, cædibus & incendiis sceleretur. Facile in id bellum pertractus est Palatinus ab *Arnoldo* excommunicatus, quod Episcopo *Wormatiensi* diu fuisset injurius. Confoederati Palatino fuerunt decem Comites, in quibus erant præcipui *Gosfridus*, *Spanheimensis*, *Emricho* a *Leinzingen*, *Henricus* a *Carzenelbogen*, *Conradus* a *Kirchberg*, *Henricus* a *Deidesheim*. Brevi etiam ad tam nefarios conatus belli sumptibus deficientibus, facta sunt insignes deprædationes, expilationes & sacrilegia passim in Ecclesiis, atque inprimis pedes & crura aureæ crucis *Willigisi* feruntur avulli & distracti. Atque hæc mala impunitius fiebant, Imperatore in *Italia* agente, & nemine inter tantos Principes idoneo mediatore se afferente. *Fridericus* domum reversus festa *Natalitia Salvatoris Wormatiæ* celebrat, eoque vocati *Arnoldus* & *Hermannus* discussa causa ambo rei inveniuntur, atque ut cæteri a simili pacis perturbatione detererentur, aliqui Comites a parte Palatini (uti apud veteres Germanos quondam mos fuit) coacti sunt canes gestare, usque ad proximam comitatum, pro *Arnoldo* similiter *Wilhelmus* a *Glitzpurg* & *Henricus* a *Loen*, Comites, satisfacere Imperatorio dicto incipientes, pro reverentia Præfulis desistere jussi sunt. Omnibus etiam solutis vinculo excommunicationis a Moguntino, pax & tranquillitas est restituta, tam Ecclesiæ quam

Trithemius in Chron. Chronica MS. Arnoldus. Viriuses ejus.

Hostes ejus

Orta seditione.

Hermannus Palatinus in partes adversas trahitur.

Deprædationes insignes.

Fridericus Imp. arbi.

Novo Dogma.

(*) Lege: *hospes*.

Provinciis utriusque. Gesta hæc feruntur ad annum 1155, cum nihilominus adhuc quorundam livor *Arnoldum* exagitaret, atque ipse *Hillinus* Trevirensis Antistes Jurisdictionem in Moguntinum & alios *Germania* Episcopos vendicaret, ut coactus sit Romano Pontifici illatas sibi injurias exponere: a quo honorifice susceptus, etiam Apostolicam legationem promeruit, eoque nomine *Moguntia* cum magna gratulatione introducit. Anno insequente 1157. Imperator Pascha *Wormaria* celebrat, cum Principibus Imperii de bello in Mediolanenses suscipiendo deliberans, quo & *Arnoldum* traxit, ut 150. equitibus comitaretur Cæsarem. Singularem vero arte *Fridericus* circumvenit primarios Cleri Moguntini; Abbates, aliosque Prælatos & nobiles, ut in manus suorum Legatorum promitterent, se, Archi-Episcopo rebus humanis exempto, nullum electuros vel recepturos, absque suo consilio & consensu: quæ res postea multarum dissensionum, & schismatum causa fuit. Interim non desunt domi, qui seditiones excitent, plebemque in bonum Præsulem concitent: ac præcipue *Gotsfridus* Abbas S. Jacobi & *Burgkhardus* Præpositus S. Petri, cum aliis quibusdam ex Clero & universis civibus, duce quodam *Mengoto*, primario viro, in quem Episcopus multa bona contulerat; macellaris tantum (ut *Tribemius* asserit) exceptis, aliquoties de illo Imperatori conqueruntur. Qua re nihil motus Episcopus, dicebat, se gubernandam suscepisse antiquam & laceram navem, in periculoso & procelloso flumine, ubi quotidianus imminet interitus: populum esse duræ cervicis, Clerum immorigerum, domesticos infideles. Igitur ad festa S. Remigii anni 1159. Synodum, potissimum contra symoniacos & Cleri vitia, celebrans, ab adversariis peritus est insidiis, ut parum abesset, quin occideretur, ab armatis ministris defensus & periculo creprus. Relicta igitur civitate, Cæsari tantam injuriam conquesturus, in *Galliam Cisalpinam* proficiscitur, quo & æmuli ejus haud segniter insequuntur, sed nihil efficiunt; quin potius jubentur domi suis nuntiare, ut Archi-Episcopo obediant, expensas ab ipso in *Italia* factas solvant. Domum reversi Legati furenti populo edicta nuntiant, sed contemnantur; imo atrociora delignant. Nam occupato templo Metropolitano sacra vasa diripiunt, palatium Archi-Episcopale evastant, quosdam ex Clero occidunt, eos videlicet, quos Episcopo favere putabant. Tandem factis induciis, alios Legatos ad Cæsarem mittunt *Papiam*, quo & *Arnoldus* convenerat, quod *Adriano* Papæ (quem una cum *Juvenio* Archi-Episcopo, sæpius suis scriptis ad concordiam in Imperio tuendam admonuit, illique valde familiaris fuit) ex hac vita evocato, ingens schisma Ecclesiam Dei turbaret, electo a potiore parte Cardinalium, *Alexandro 3.* ab aliis vero *Victore 4.* cui Im-

perator cum potissimis *Germania* Archi-Episcopis, Episcopis & Principibus faverat: inter quos etiam *Arnoldus* in Concilio Papiensi, quod in octavo Epiphaniæ Domini anno 1160. celebrari captum est, nomine suo & 14. Suffraganeorum subscripsit, electionem *Victoris* ratificans. *Moguntini* ad Cæsarem perducti acriter corripuntur, summo templo cedere, locum emundare, contracta & ablata restituere, expensas belli Episcopo solvere jubentur. Hæc Juramento ab ipsis confirmata non tamen impleta sunt. Demum in Conventu Papiensi a *Victore* sunt ab anathemate absoluti, ea tamen conditione, ut a templo S. Petri usque ad S. Albanum universi cives nudis plantis, lanceis vestibus induti procederent. Authores scelerum in exilium acti *Gotsfridus* ab *Epstein* & *N. Regenbach* Bingenensis. His peractis nihilominus adversarii clanculum graviora indies moluntur, ac tandem in necem ejus conjurant. *Arnoldus* domum reversus, *Saxonia* Ducem aliosque Principes convocat, cum illis sædus iniens, quo tutior esse possit. Quod videntes rebelles cives rursus pacem & reconciliationem petunt, obliques tradere & summa fide se omnia peracturos, pollicentur. Credit facile Episcopus ac consentit, eaque de causa *Bingio Moguntiam* commigrat, non tamen statim se illis credit, sed in Monasterium D. Jacobi urbi vicinum divertit, ubi ab Abbate turpissime est proditus. Accidit id in *Vigilia* S. Joannis Baptistæ anni 1160, quo aliquos ex primoribus civitatis ad eum mittunt de pace tractaturos, sed revera exploratores nequissimos. Ii primum tergiversari incipiunt, se nullos posse obsides habere, nisi forte aliquos pauperculos & infimæ plebis homines. *Arnoldus* perfidiam illorum verbis gravioribus accusans, valde commotos dimittit; Illi reversi ad suos sibi non dormiendum rati, post paucas horas signo dato, porta erumpunt, cænobium magno clamore invadunt, oppugnant, effringunt, nequidquam Episcopi familia se defendente. Ingressi, ignem templo (ubi *Arnoldus* in oratione latitabat, Deo sese commendans) injiciunt. Pressus tantis malis primum suum germanum fratrem *Didonem*, deinde quendam Abbatem ad eos mittit, saltem vitam ut redimat: verum hi inauditi creduntur. Ipse conscensa Monasterii turri, frustra nefandissimorum latronum misericordiam implorat, spondetque satisfactionem, sed igni pariter & armis vellatus descendere cogitur, ubi sub janua turris deprehensus, jam ab omnibus derelictus, semi ambustus, primum gladio transfigitur, mox ab altero sacra ejus vertex est divisa, sicque crudeliter est laniatus & occisus. Tradunt hystorici, nec a mortuo jam & exanguis latrones abstinuisse, sed dentes omnes illi excussisse, & spoliato ac seminudo insultasse, atque in cloacam precipitasse. Postridie cum mendici quidam cum tollere vellent, sunt prohibiti, donec post diem

1155.
Lites novæ
cum Hillino
Trevirensi.

1157.

Fridericus
Imp. callide
circumvenit
Prælatos
Moguntinos.

Rufus coram
Imperatore
accusatur.

1159.

Per insidias
prope occiditur.
In Galliam
Cisalpinam
proficiscitur.

Moguntini
seditionis.

Concilium
Papiense.
1160.

Moguntinorum
pœnia.

In necem
Episcopi fit
conjunctio.

Per insidias
decipitur.
1160.

Præcibus
nil efficit.

Gladio
transfigitur.

In cadaver
fecit.

Sepeliunt.

Monasterium diripiunt.

Hildegardis vaticinium.

diem tertium peracti sceleris, Canonici Collegii B. Mariæ Virginis ad gradus furtim colligentes tabidum corpus, ad Ecclesiam eorum cum multis lachrymis deferrent, ibidemque terræ mandarent. Post tam horrendum facinus perpetratum, Comites & ministri Episcopi iusta ira victi, adjunctis sibi macellariis in Monasterium irruunt, quicquid superest rei pretiosæ, aut supellectilis diripiunt, & flammis injectis locum penitus evertunt. Luit & *Moguntia* condignas penas, sicut in sequentibus dicitur. Hoc tamen minime prætereundum puto, *Arnoldum* crebris literis cuiusdam Abbatis Erbachensis, ut defectus corrigeret & periculum caveret, admonitum. Et *Hildegardis* ea ætate adhuc superstes, montem S. Ruperti incolens, cum per spiritum videret, quanta illi mala imminerent, hæc ad eum scripsit: *Pater prospice tibi; canibus enim funes sunt abstracti, qui insequuntur te &c.* Habebat loco proverbii frequenter in ore hoc dictum *Arnoldus*: *Canes Moguntinenses latrare norunt, non morderè.* Hæc sunt crudelia fata tanti viri. Fuit in his tumultibus, quantum fieri potuit, Ecclesiarum reparator; in primis tamen monasterii in *Dalheim*, quod ex ruinis denuo excitavit, & aliud in honorem B. Virginis in *Dürmbach*. Potitus est cathedra post *Henrici* abdicationem annis 7. & aliquot diebus.

D. Christianus Archiepiscopus, Appendix Mariani. Chronica Lotharingæ. Trithemius. Chronicon Episcoporum Mog. MS.

Rudolphus intrusus. Pontifex ægerime tulit eadem Arnoldi.

Rudolphus dejectus Episcopatu.

Factus Episcopus Leodiensis.

RVDOLPHVS Dux Zeringensis *Conradi* F. Imperatori *Friderico* consanguineus, a seditiosis civibus & quibusdam ex Clero coactis, iis vero quibus electio competeat, repulsis, etiam contra promissa *Friderico* præstita, est intrusus. Qui statim consilio suæ factionis, placaturus sibi & illis Imperatorem, partem sacrorum vasorum, & residuum aureæ crucis, cujus supra facta mentio, sumens in *Galliam Cisalpinam* ad eum perguit: quem Cæsar, tanto facinore comperto, cum muneribus statim repudiat & spernit. Pontifex vero Romanus certior factus de immani cæde *Arnoldi*, quodque potissimum ab iis ipsis sanguinariis laicis, in sedem Archi-Episcopalem, occisi præsulis sanguine adhuc calentem, esset collocatus, tam electo quam electoribus sacris interdicit, illosque ab Ecclesia proscribit. Ea occasione usus *Conradus* Palatinus Rheni, Imperatoris frater germanus, *Rudolphum* Episcopatu deturbat, & *Christianum* Comitem de *Buche*, virum quidam insignem, sed propria tantum temeritate Episcopum designat, qui brevi postea etiam gradu est dejectus. Cæterum *Rudolphus* post aliquot annos legitime est constitutus Episcopus Leodiensis: ubi florantissimam nactus Ecclesiam, non sine nota avaritiæ gubernavit, Clero in vita & moribus plurimum degenerante. Unde per Legatum Apostolicum *Henricum* Albanensem Antistitem, contra symoniacos prædicantem, multi Canonici, alique in Clero con-

triti, beneficia resignarunt, quibus alibi honeste prospectum est. Ipse etiam Episcopus pœnitens, cruce signatus cum Imperatore anno 1190. in expeditionem, pro recuperanda terra sancta suscepta, nomen dedit, ac votum religiose exolvit. Sed *Friderico* in *Armenia*, submerso rediens, apud *Brisacum* veneno hausto interiit: sepultus in confinio, in quadam Ecclesia ditionis suæ Zeringensis. *Hieronymus Gebuilerus*, qui ex professo ortum & interitum domus Zeringensis describit, *Rudolphum* hunc *Losannæ* defunctum, atque in cœnobio B. Petri, quod in Hercinio nemore a *Bertholdo* 2. Episcopi avo est conditum, cum majoribus sepultum tradit.

1190.

Venenum bibit.

Sepultura.

CHRISTIANVS Thuringus Comes a *Buche*; ut *Bruschius* habet, a Palatino intrusus est, quod quidam, a Landgravio *Hassie* & *Erfordensibus* factum affirmant. Id indignum facinus Clerus haud immerito æger ferens, primarios Ecclesiæ proceres ad Imperator em in *Italiam*, pro coercenda Principum violentia & *Christiani* temeritate detinavit. Qui æquissima postulata considerans, intruso neglecto & pulso, & Cleri consensu alium civitati dedit Episcopum. Accidit hoc anno 1162. cum fere biennio horum duorum violentia durasset. Cæterum ex Domini *Christiani* Chronico colligere licet, hunc a gratia Imperatoris non plane excidisse; ut cujus opera deinde usus sit in obviandis Cancellariæ functionibus, donec de novo ad Archi-Episcopatum rediret.

D. Christianus Archiepiscopus, Appendix Dodekandi ad Marianum. Christianus.

Per Clerum depositus. 1162.

CONRADVS frater *Ottonis* Comitis a *Wittelsbach*, qui *Philippum* Imperatorem interfecit, Bavarus, potioribus Cleri suffragiis atque ipsius Imp. autoritate nixus, ad breve tempus Cathedram conscendit. Erat adhuc propter admissam *Arnoldi* cædem irritatus *Friderici* Cæsaris animus: & rebus ita ferentibus, sive ex industria, anno insequenti 1163. Pascha *Wormatiæ* celebrat; mox in octava, solennem Curiam apud *Moguntiam* indicit. Cives ne iratum Principem experirentur, plerique fuga elapsi sunt, paucis humilioris fortunæ, tum qui antea gratiam ejus meruerant, exceptis. Unum tantum ex antesignanis captum, gladio ferri iussit. *Gosfridus* Abbas S. Jacobi, ut se purgaret, inducias accepit: verum iudicium subterfugiens Abbatia & patria pulsus est. Monachi ejusdem cœnobii in una domo conclusi, conscientia urgente, alii per fenestras, alii aliter elapsi sunt: seniores & infirmi, qui remanserant, in exilium acti. Mansit ita desolatum monasterium annis 14. sine habitatoribus, omnis omnibus divinis officiiis. Ad castigandam autem civium insolentiam, quicumque manus in Pontificem levaverunt, proscripsit, perpetuoque exilio damnavit. Ipsa civitas juribus, libertatibus ac privilegiis est privata: muri, turres & fossæ in circuitu diruti, ut 37. annis feris & homini-

D. Christianus Archiepiscopus, Appendix Mariani & Radevici, Trithemius Wiguleus in Metropoli Salzbürgensi, in Adelberto Archi-Episcopo. Conradus. 1163.

Comitia, pud Moguntiam.

Moguntini puniri ob eadem Arnoldi.

Moguntia calamitat.

hominibus diu noctuque pateret. Extat hac de re apud *Guntherum* Poetam in suo *Ligurino* libro 1. de gestis *Friderici* hoc testimonium :

*Turribus hæc eadem quondam murisque
superba,*

*Pene fuit toto sedes notissima regno :
Donec ob infandum detestandumque fu-
rorem*

*Strata; luit meritas occiso Præsule, pa-
nas.*

*Vnde ruinosis deformis & horrida mu-
ris,*

Testatur justas offensi Principis iras.

*Dissidium
inter Con-
radum &
Fridericum
Imp.*

Suscitavit de hinc inimicus humani generis inter *Conradum* & Imperatorem implacabile dissidium, ut misera *Moguntia* novis afficerentur damnis. Causam arripuit Princeps, quod Episcopus fide & juramento *Alexandro* Pontifici adhereret, Victorem aversaretur, quem tamen primo agnovit, ut scribit *Helmoldus* Abbas, quodque in conventu apud *Herbipolim* congregato subscribere recusaret, se posthac nullum Pontificem Romanum agniturum, qui non ex voluntate & arbitrio Imperatoris esset designatus. Addunt alii causam, videlicet, *Moguntinum*, *Trevirensis* & *Coloniensem* cum 12. aliis Episcopis se *Friderici* violentiæ opposuisse, qui in defunctorum Præsulum bona relicta manus injicere tentabat. Pulsus ergo ab Ecclesia, *Romam* se ad *Alexandrum* confert, illique intima amicitia jungitur. Donatur enim Cardinalitia dignitate cum *Sabinensi* Episcopatu : *Friderico* vero Sacris interdicitur, nec tamen quiescit: Nam variis in Provincia *Moguntina* dispendiis propter Præsulis absentiam emergentibus; Cæsar etiam *Ludovico* *Thuringiæ* Lantratio mandat, ut muros civitatis *Erfordiensis* recenter a *Conrado* extructos solo æquet, quod & factum est : *Christianum* antea sede ea dejectum, revocat & Cathedræ imponit : uirum quidem eruditione & experientia clarissimum, nec popularibus ingratum, sed *Alexandro* vero Pontifici iniquiorem. Fertur is in Congregatione *Herbipolitana* primus inter proceres Sacramentum dixisse, atque in verba Cæsaris jurasse. Quidam anno 1164. alii quadriennio post, hoc est anno 1168. *Conradum* hostem declaratum scribunt ac pulsum. Dominus

*Conradus
Romanus
profectus,
sic Cardi-
nalis.*

*Christianus
revocatur.*

1168.

Christianus Archi-Episcopus noster, ejus nominis 2. *Vrspergensis* & *Aventinus* *Saltzburger* civitati Metropolitanam datum, referunt, quo in loco a pueritia enutritus fuerat. Jecit fundamenta templi *Juvaniensis* primarii, quod nuper conflagraverat, illudque exædificare magnifice cepit. Hæc de tanta schismatis hujus confusione narrare potuimus. Sunt enim omnia hujus ætatis, tam in Ecclesia, quam republ. gesta, obscurissime tradita.

SCHISMA PRIMUM.

CHRISTIANVS, qui antea rerum aliquandiu potitus fuerat, iterum contra *Conradum* ab Imperatore in Archi-Episcopali sede locatur. Quem plurimi pastorem agnoscere deestantes, manus sibi ab eo imponi non sustinebant. Senatusconsulto enim Imperii apud *Herbipolim* decretum erat, ut *Moguntino* omnes Episcopi inaugurarentur, & confirmationem acciperent, recusantes ab Imperatore contempti & Ecclesiis dejecti sunt. Fuere in his *Albanus* *Paraviensis*, *Cuno* *Ratisponensis*, *Albertus* *Saltzburger* & alii quam plurimi. Qua in rerum perturbatione Clerus *Germaniæ* gravissima sensit dispendia. Sed *Christianus* *Friderici* gratiam quantumvis excommunicati, præ cæteris promerendam censens, *Moguntia* ipsum cum Regina *Beatrice*, *Henrico* filio ac multis Principibus excepit, ubi etiam Pentecostes festum in templo D. Albani ab iisdem est solemniter peractum, & *Henricus* in Regem Romanum a *Christiano* coronatus & unctus. *Trithemius* ad annum 1172. id factum tradit, Meminit *Arnoldus* Abbas ad *Helmoldum* lib. 3. cap. 9. iustissime, sed non sine errore: & præclare *Guntherus* in *Ligurino* lib. 5.

D. Christianus Archi-Episcopus.

Appendix ad Marianum & alter ad Radevicum.

Vrspergensis, Blondus Historicus, Crantzius, Trithemius Historia Veneta in Sebastiano Ziano, Jacobus Spigelius in Ligurino.

Christianus.

Plurimi ab eo noluerunt inaugurari.

Fridericus Imp.

Moguntia excepit.

Henricum Regem

Rom. coronat.

1172.

Jam tamen Augusto dominantes cum patre natos,

Viderat, impressamque tuis Henrice coronam

Temporibus: cum de toto simul orbe vocatos,

Quanta nec ante fuit, nec creditur esse futura

Moguntina suos aspexit curia patres.

Secutus est *Fridericum* in *Italiam*, ubi profligandis adversariis nimis diligentem operam illi præstitit, plus placere cupiens Imperatori terreno, quam cælesti: & neglectis omnibus sibi commissis magis tributa Cæsaris, quam lucra Christi colligebat: ait de illo quidam. Præmissus enim cum validissimo exercitu, qui maxime ex *Belgis* constabat, ferebat se Imperialis aulae Cancellarium, & *Paschalis* Papæ (qui in schismate *Calixto*, ut is *Victori* successerat) Legatum. Percurrit primo *Hetruriam* & *Thusciam* omnia vastans: mox *Bononienses* aggressos, Cæsare jam præsentem in urbem conclusit & obsedit: Refert *Albertus* *Crantzius*, *Henricum* Scholasticum *Bremensem*, tum *Notarium* *Christiani* scriptum reliquisse, eum equo sedentem, indutum *thorace*, & desuper *Hyacinthina* tunica, in miles. capite galeam deauratam, in manibus vero clavam trinodem gestasse, unoque prælio novem bellatores sua manu stravisse: Die proxima post debellatos *Bononienses*, foras muros civitatis ob tam insignem victoriam, in Pontificalibus divina peregrisse, stipatum trecentis militibus ex monachis apostatis, & plurimis

Sequitur Fridericum in Italiam.

Bononienses aggressus.

Episcopus

rinnis Monialibus, plerisque ordinis Cisterciensis, quos Fridericus summo odio infectans, ex Monasteriis profligabat, quod pertinaciter Alexandro adbaerent. Horum opera in expugnandis duobus Castellis usum, idem est author, aliaque pudenda, nec verisimilia, de eo commemorat. Id tamen constat, eum egregium bellatorem fuisse qui 500. equitibus & 800. electis militibus, contra 30000. Tusculum, & in ea Reinaldum, Archi-Episcopum Coloniensem obsidentes, erumpentibus etiam Tusculanis eos liberaverit, & ex iis 15000. (8000. ait Arnoldus) occiderit, ut refert Otto Monachus S. Blasii, in Appendice ad Ottonem Frisingensem. Blondus certe decade secunda, hanc cladem non minus perniciosam Romanis scribit, quam olim Cannensem; ceteri diserte Christiani non faciunt mentionem. Ingentem tamen numerum Archi-Episcoporum & Clericorum Fridericum secum traxisse refert. Velit quidem secum bellum omnia facinora & flagitia, a quibus excusare istos Praefules liquido non possum. Narrationem vero Scholastici Bremensis suspectam facit, quod potissima gesta Imperatoris victoriosissimi, totamque belli molem in Christianum transfert: in commemorandis Romanis Pontificibus, ordinem invertit, & ea quae sunt Calixti, Paschali tribuit, ac vice versa: aliaque plura diligenti lectori & hystoriarum perito, excutienda relinquo. Ditatus Bononiensi praeda Archi-Episcopus, in obsidenda Ancona Caesari suspectas tulit integro biennio, donec tandem expugnaretur. Qua urbe potitus Imperator, Ortoni filio, instructissimam classem, Anconitanis ereptam, permisit. Ille juvenili aetate ferociens, cum 75. triremibus mare Hadriaticum infestans, a Venetis, longe minore navium numero illi obviam progressis, est interceptus, & Venetias perductus. Confugerat eo Alexander Pontifex Max. usus primum duabus triremibus Guilielmi Siciliae Regis, deinde unico tantum Liburnico navigio vectus, ignoto habitu aliquandiu ad Charitatis coenobium latitavit. Cognitus vero, laetanter & admodum honorifice a Ziano Principe est susceptus. Decreta erat jam pridem a Venetis honestissima Legatio ad Fridericum, quae illum ad pacem Christiano Orbi reddendam exhortaretur; ad quam ferociter respondens, omnem spem consequendae tranquillitatis praecidit. Verum capto jam Ottone filio, placuit Pontifici & Senatui Veneto, eundem ad flectendum Imperatorem ablegare. Qui praeter omnem expectationem patris conspectui se incolumem repraesentans, effecit, ut Fridericus se Venetis crederet. Cunctis etiam diuturni schismatis pertaesis, praeter ceteris Moguntinus allaboravit, ut uterque Orbis Monarcha in certam pacis formulam coiret. Maxime tamen ea ex sententia Alexandri cessit. Itaque Paschalis Pseudo Pontifex abdicatus, Beneventanus Episcopus remansit: Christianus novum reci-

pit pallium & confirmationem, caeterique Praefules in gratiam Alexandri veri Pastoris sunt suscepti. Acciderunt ista ad annum 1176. quinto Calend. Augusti, ut Onuphrius scribit. Blondus & Sigebertus in annum sequentem referunt. Non tamen diu frui licuit Episcopo nostro ea felicitate. Priusquam enim ad suos Moguntinos se transferre posset, gravi morbo correptus, percepta criminum indulgentia ac vivificis Sacramentis ex manu Alexandri, emigravit ex hac misera vita, non longe ab urbe. Bruschijs & quidam Catalogi in annum 1183. rejiciunt; cum Romanus Pontifex anno 1181. sit defunctus: nec diu post sopitum bellum, sublatum Christianum crediderim. Fuit diversis naturae dotibus, ad miraculum usque conspicuus: facundus, illustris, largus, magnanimus, Latina, Graeca, Italica, Gallica, Belgica lingua, ut sua utebatur; Divinarum scripturarum non ignarus. Laudat illum vir celeberrimus Leo Thufcus, Emainuelis Constantinopolitani Imperatoris orator. Scripsit vitam & gesta Friderici Imperatoris, Epistolas diversas, Orationes praestantes. Illum orantem admirati sunt Itali, ut Tritheimius & Crantzius ait. Unde haec ejus elogia habemus. Vfus est ejus opera plurimum Imperator in Legationibus obeundis, in bellis vero maxime. Respirare sub ea coepit paululum Moguntia, & Monasterium D. Jacobi ejus auxilio est instauratum. Ita variis motibus exagitatus, post laboriosissimam, nec Ecclesiastico Principe satis dignam vitam, singulari Dei Opt. Max. beneficio, religiose & placide defungitur.

CONRADVS quorundam Principum intercessione Imperatoris gratiae denuo restitutus, per mortem Christiani sublato schismate, Juvavio revocatur, & Moguntinae sedis, quae jam pridem illi debebatur, summa omnium ordinum gratulatione iterum redditur, quam summa prudentia gloriose & quiete gubernavit. Interfuit amplissimae Curiae apud Gelnhausen: ubi eximia sua prudentia Imperatorem cum Pontifice annixus est conciliare, sed frustra; Aventinus lib. 5. Moguntiae hunc conventum celebratum, asserit, ab Episcopis Germaniae & Galliae. Luctuosam tamen nonnihil ejus tempora effecit gravior exactio, quam primus Clero imposuisse dicitur, non tam cupiditate, quam exhausto Ecclesiae aetario cogente. Foedat deinde horrendum incendium universam Metropolitanam Ecclesiam, ubi sumptuosa Bibliotheca aliaque res praetiosae absumptae & distractae sunt. Conradus Basilicam instaurare aggressus; morte praeventus eam non absolvit. Quin ad tantam calamitatem accessit validissimus ventus occidentalis, qui pinnaculum turris lignum, tanta violentia commovit & disjecit, ut ingentis magnitudinis trabes ad longum spatium ultra Rbenum asportaret. Incredibile foret:

1176.

Christianus
moritur.

Ejus virtus.

Eruditus
& scriptis
clarus.

D. Christianus 2. Appendix Mariani, Vrspergensis. Paulus Amilius, Tritheimius, Crantzius, Appendix Helmoldi, vide Metropolitani Saltzburgensem. Conradus. Adest Comitibus Gelnhausensibus. Ingens incendium.

Venti violentia.

Henricus
Scholasticus
Bremensis
notatur.Anconam
obsidet
cum Imper.Friderici
filius Otto
capitur a
Venetis.Quo libera-
to Imp. a
Venetis ab-
sines.Fit concor-
dia inter
Imp. & Pa-
pam.

foret tantam molem & pondus aerem sustinuisse, nisi oculus testis Dominus *Christianus* 2. Archi-Episcopus hæc memoriæ mandasset. Magis mirum est tantas calamitates paucissimos ex Clero & populo ad feriam pœnitentiam provocasse. Exercuit gravia bella cum *Lantgravo Thuringiæ Ludovico*, ubi Episcopus edificavit castrum *Heylgenberg*, alter *Grünberg*. Deinde quoque cum *Hermanno Hassorum* Principe durissime conflixit, nec satis feliciter. Inopinato autem casu, e vivis erepto *Fridrico* Imperatore, dum in *Armenia* sacro bello insisteret, *Henricus Cælestino* Papa, captam *Hierosolymanam*, sublato *Saladino* Egypti Suldano ferocissimo, recuperare posse confidens, cum certis de causis, eo proficisci non posset, Duces in expeditionem nominavit *Conradum* Moguntinum & *Bernardum* a *Anhalt*, *Saxonie* Principem, quibus multi *Germaniæ* Episcopi & Duces aliique, Proceres obtemperabant. Exegit in ea militia triennium, ac multis rebus præclare gestis, videlicet, *Berribo* expugnata, *Joppe* obsidione levata, muroque cincta, jam ipsam *Hierosolymanam* Barbaris eripere cogitabant. *Leonem* *Armenia* Regem, Imperatore consentiente, eo itinere coronavit, & cum Principe Antiochæo reconciliavit, quorum dissensione plurimum labefactæ fuerant res Christianorum. Mortuo interea *Henrico* Cæsare, perniciosum dissidium exagitavit *Philippum* *Henrici* fratrem, *Ænobarbi* F. & *Ottonem* 4. pariter Romani Imperii fasces ambientes. Quare *Conradus* patriam repetens, ut domi suis rebus prospiceret, in *Italia* deliberabundus substitit, ne temere se perturbatis rebus ingereret. Domum reversus, electioni *Philippi* non assensit, quod ab Apostolica sede reprobaretur: quamvis aliqui ejus designationi apud *Mülbaisen* interiuisse tradant, ac *Moguntia* coronatum a Tarentasiensi Episcopo. Id muneri *Arnoldus* & *Triebemius* hunc explevisse scribit, loco *Conradi* adhuc absentis anno 1199. *Otto* tamen a solo *Colonien*se, annuente summo Pontifice, *Aquisgrani* est inunctus. His ita gestis, jam gravis ætate, gloriæ & meritorum cumulum adaugens, in *Hungariam* proficiscitur, & duos fratres Reges dissidentes, ad Concordiam revocat. Quo itinere, negotio ex sententia confecto *Pataviam* reversus, defungitur, anno 1200. pridie *Simonis* & *Judæ* inter optimos Præsules jure connumerandus. Corpus exanime *Wolffberus* Patavienlis Episcopus, celebratis Christiano more exequiis, *Moguntiam* retulit, ubi cum magno honore sepelitur. Sed absente & Christianæ reipubl. negotiis occupato Archiepiscopo, monasteria & Ecclesiæ passim magnis incommodis sunt affectæ, propter bellum inter Episcopum *Wormatiensem* & Comitem a *Leiningen*, ac *Wernerum* a *Boulant*; tum inter *Lantgrasum* *Hassie* & *Comitem* de *Mintzberg* & *Falckenstein*, qui nihil tam sacri quam pro-

phani intactum reliquerunt. Sub hoc Pontifice, memorabile ostentum circa sacrosanctam Eucharistiam in pago quodam, prope *Erfordiam* accidit, non immerito huc referendum. Dum enim sacerdos quidam puellam infirmam communicaret, ablutioem digitorum fecit in bicario, (ut ille vocat) mundo, ipsam aquam ad bibendam ei tradens, sicque discessit. Illa vero videns de manibus sacerdotum particulam Eucharistiæ in poculum delapsam, cum sumere vellet; aqua tota in sanguinem mutata fuit, ipsaque portiuncula in forma digituli, versa est in cruentam carnem. Quibus visis, terrentur omnes: vocatur sacerdos, qui magis stupebat, suam incusans negligentiam, ignique tradere voluit. Sed res tanta celari non potuit, adeoque ad conventum sacerdotum & ipsum Archidiaconum delata, per epistolam significatur Domino *Conrado* Archi-Episcopo Moguntino. Interea poculum cum vivifico corpore & sanguine operum corporali, super altari ponitur, & cunctis intuentibus qui aderant, columba super labium bicarii seu poculi, diu sedit; nec tamen ipsum pondere suo everrens, cui inferius esset valde angustum & superius satis amplum. Vnde qui viderant, non corporalem sed spiritualem columbam arbitrati sunt. Hæc cum accidissent circa diem S. Vincentii, ipso festo Annuntiationis B. Mariæ Virginis, veniens Archi-Episcopus cum numeroso Clero & populo ad villam, ubi venerabile Sacramentum repositum erat, ipsum a Prælatibus cum supplicatione & devotissima prece populi, omnibus discalceatis ad civitatem est delatum. Primam stationem in monte B. Cyriaci facientes. Vbi cantata Missa, ad montem S. Petri deveniunt, similiter sacrosanctum incruentum sacrificium illic offerentes, demum ad Collegiatam & primariam Ecclesiam B. Mariæ semper Virginis deserunt. Illic Præsul suis indutus Pontificalibus, longa & devota oratione populum ad lachrymas & intimam devotionem est adhortatus: quodque tantum miraculum acciderit, vel ad evacuandum errorem aliquorum infidelium vel ad corroborandam fidem piorum; ut nullatenus dubitent, Sacramentum, quo sub specie panis & vini benedicuntur, sanctificatur & sumitur, vere suam carnem & sanguinem esse. Ut igitur laus major sit divinæ potentiae, & Ecclesiæ Catholice exultatio, Deum orandum, ut rursus in priorem formam panis & vini transformare dignetur. Cumque diu frustra fuisset supplicatum, Pontifex de novis lapidibus novum altare construere præcepit, ut in eodem idem sanguis cum carne Dominica reverenter conderetur. Verum cum inter ipsas orationes & exhortationes sæpius misisset, & transformatio facta non fuisset, venit subito qui diceret, Dominum preces & gemitus filiorum Israel audisse, & priorem illam speciem plenissime rediisse. His auditis, Archi-Episcopus

Ostentum
circa S. Eucharistiam.

Bella habuit cum
Ludovico
Thuringo.
Cum Hermannu
Hasso.

In Terram
Sanctam
abit.

Leonem
Armenia
Regem coronat.

Philippi &
Ottonis
dissidium de
Imperio.

Philippus,
Moguntia
coronatur.

1199.

Otto Aquisgrani.

1200.
Conradus
ex Hungaria
reduci
Patavii
moritur.

pus longa & diserta oratione omnes ad laudem Dei & gratiarum actionem est adhortatus; sub præcepto edicens, ut singuli ingenua procumbentes, sancta Sacramenta reverenter honorarent. Omnes autem, qui in tota diocesi sua constituti erant, ita devote ad laudem Christi incurvati sunt, ut etiam infantuli, qui in cunis jacebant, incurvati, gratias agerent, juxta illud: *Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem.* Ipse autem Episcopus a quam transubstantiatam in vasculo pretioso ad posteritatis memoriam in Ecclesia honorifice deposuit: Bicarium vero secum *Moguntiam* detulit ubi usque hodie honore maximo veneratur. Hac longe fufius enarrat *Arnoldus* Abbas Lubecensis libro 4. cap. 14. ad *Helmoldum*.

SCHISMA SECVNDVM

D. Christianus Archiepiscopus Cæsarius Monachus Heisterbachensis in lib. Dialogorum, qui extat, diligenter eum depingit. *Vrspergensis*, *Cuspinianus*, *Cranzsius*, *Nautclerus*.

Lupoldus II. Contra eum *Sigefridus* eligitur, arpellitur. Sed vires colligit. Per arbitrium *Lupoldus* rejectus.

1201.

Sigefridi inauguratio.

Lupoldus auxilio nihil efficit.

LVPOLDVS II. ex Wormatiensi Episcopo in gratiam *Philippi* Imperatoris, a majore parte Capituli postulatur & Ecclesie introducit; ab altera autem parte, quæ tribus tantum constabat Electoribus, appellatione interposita *Sigefridus* Baro ab *Epstein* Præpositus S. Petri (ut habet Decretalis epistola *Innocentii* 3.) in oppido *Bingen* eligitur, assensibus *Lupoldi* electionem non fuisse liberam, sed Canonicos ab Imperatore coactos. Quo comperto, *Lupoldus*, accersito *Philippi* Regis exercitu, oppidum capit, ac *Sigefridum* cum suis adhaerentibus exturbat. Is homines furori cedens, ad *Ottonem* designatum Romanum Regem contra *Philippum* se confert: a quo admodum honorifice exceptus, Regalia & defensionem obtinet. Fretus igitur tanto patrono in diocelimum revertitur, *Bingium* vi in potestatem suam redigit, *Lupoldo* vix fuga elapso. Disceptatur mox causa coram *Guidone* Cardinale, Episcopo Prænestino, Legato Apostolico; Vbi *Lupoldus* inuasor Moguntinæ sedis declaratur; quæ sententiâ ab *Innocentio* comprobata reperitur lib. 1. Decretal. de Electione & Electi potest. C. Bonæ memoriæ. Anno insequente 1201. festo Apostolorum Petri & Pauli, denunciata est *Colonia* excommunicatio *Philippi* Imperatoris, & omnium illi adhaerentium; ubi *Sigefridus* in sacerdotem & Archi-Episcopum est ordinatus a *Guidone* Legato. Statim igitur cum literis *Ottonis Romam* abiit, & accepto Pallio, ut moris est, confirmatur. Ea re nihil motus *Lupoldus*, Ecclesiam quamvis excommunicatus obtinet, ac more lupi rapit, devallat & maçtat omnes sibi obfistentes. *Sigefridus* toto biennio *Roma* latitans, plurimis auctus honoribus, partes *Ottonis* enixe fovit, omnesque redditus, quos ex *Thuringia* potissimum habebat & retinebat *Hermann* Lantgravii auxilio, illi permisit. Hac admodum ægre ferens *Philippus*, armis usus *Lupoldi*, *Hermannum* opprimere voluit, sed is

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

accito *Ottocaro Bobemiæ* Duce (cui propter repudiatam uxorem legitimam, & super inductam alteram, *Philippus* Ducatum abrogaverat & *Theobaldo* puero tradiderat) & aliis quibusdam Principibus, intra *Erfordiam* *Philippum* conclusit & obsedit. Fuit luctuosissimum illud bellum, cum ex utraque parte insignis clades *Thuringiæ* inferretur, Parochiæ super trecentæ evastatæ, sedecim monasteria diruta sunt, foemina ludibrio habitæ, sacra omnia temerata; *Bobemis* sine modo in quoscunque grassantibus. Destinatur deinde *Sigefridus* cum Episcopo Cameracensi *Coloniæ* Legatus, ut *Adolphum* Archi-Episcopum anathemate percussum promulgaret. Quo facto nihilominus ipso in pertinacia obdurante, per sententiam, præsentem *Ottonem* Cæsare, publice est depositus ab iisdem. Extat ea de re epistola *Innocentii* lib. 6. *Saxoniæ* apud *Cranzium*. Sensit tum incredibilia damna Ecclesia Moguntina propter dissidium suorum Præsulum; eoque vehementius affligitur, quod uterque potentissimo Rege niteretur. Sed & *Sigefrido* plus invidiæ accrevit ex constanti adhaerentia sedis Apostolica: contra quoscunque. Verum Deo opt. max. ita permittente anno 1208. apud *Bambergam* *Philippus* dolose occiditur, & mutatur fortuna *Lupoldi*; eo utroque Episcopatu dejecto, & *Sigefrido* in sedem Moguntinam plenarie restituto. Non tamen tot pressus incommodis quievit ille, quin Pontifici in *Italia* ipsa rebellare ausus est, donec fractus animo & opibus exhaustus, illi supplicem fieret, veniam delictorum petens: quam non adeo difficulter obtinuit, quod *Ottoni* refragaretur, in quem tam Papa quam *Lupoldus* tum incensi erant. Post biennium anno videlicet 1209. reversus *Wormatiam*, cum annos 8. adhuc exegisset, diem claudit extremum. Insultavit Ecclesie Moguntinæ annis fere 8. Extant de illo hi versus:

Bellicus Antistes pugnaci cohorte Lupoldus

Imbelli movit bella cruenta Papæ. Auxilio fræter Regis quandoque Philippi

Qui lupus ante fuit, denique factus ovis.

SIGEFRIDVS II. SOLVS, *Philippo* Cæsare rebus humanis exempto, Moguntinam Ecclesiam inter variam fortunam constantissime gubernat adhuc annis 17. Vix domi necessaria composuerat, cum Apostolica illi commissione injungitur, ut *Coloniensi* Reipub. anathema denuntiet, propter *Monasteriensis* Episcopum ibi captum & vinculis mancipatum. Paulo etiam post, *Theodericum* Archi-Episcopum ejusdem urbis rebellem, & *Ottoni* foederatum, ab officio & Pontificatu eadem autoritate deponit. Similiter cum *Innocentius* 3. in Concilio *Roma* coacto, *Ottonem* Imperatorem anathemate innodasset, & imperio privasset, sententiam

Kk

Clades Thuringiæ

Legatus Coloniæ mittitur Sigefridus.

Philippus occiditur. 1208.

Lupoldus cum Pontifice in gratiam redit.

Moritur. 1209.

D. Christianus Archiepiscopus Trittenius. Nautclerus. Arnoldus Lubecensis lib. 6. ad Helmoldum. Sigefridus II. Colonienfis anathemata denuntiar. Theodericum depositum.

Contra Or-
sonem Imp-
agit.

Moguntia
acriter ve-
xatur.

Concilium
Noriber-
genfe.

Dicitur
Frideri-
cum Imp-
coronaffe.
1214.

In expedi-
tione ur-
bium stre-
nuus.

Mors.
1225.

D. Christia-
nus Archi-
Episcopus.
Trithemius
& Catalogi
Sigefridus
III.
Concilium
Mogunti-
num.

tiam Pontificis per Imperium. publicare ve-
ritus non est contra. optime de se meritum
Principem. Quin etiam electionem *Frideri-
ci 2.* summopere non destitit, donec id quod
desiderabat Pontifex, perficeret. Quanta au-
tem damna, quot oppidorum everfiones, Ecce-
fiarum depradationes, villarum incendia, ho-
micidia, latrocinia fenferit Provincia Mo-
guntina, dici vix potest, grassantibus impune
*Henrico Brunswicenfis, Palatino Rheni, & Du-
ce Brabantia,* aliisque Comitibus. *Sigefridus*
latitans apud *Hermannum Thuringia* Lantgra-
vium, qui summa fide Romanae Ecclesiae jun-
ctus erat, occasionem praestitit *Ottoni* invaden-
di & expellendi eum. Celebrato enim *Norimber-
ga* concilio sibi adhaerentium Principum, *Her-
mannum* obruere statuit: ac *Thuringiam* in-
gressus aliquot munita oppidula funditus sub-
vertit & incredibili damno habitatores affe-
cit. *Fridericus* interea electioni consenti-
ens ex Italia in Germaniam delatus, *Mogun-
tiam* convocatis Principibus, cum iis *Colo-
niam* & inde *Aquisgranum* proficiscitur, ubi
a *Brunone* Colonienfe Praesule diademate in-
signitur. Non desunt MS. libri qui *Sigefri-
dum* hoc muneris explevisse contendunt: alii
vero id in altero conventu Moguntino anno
1214. factum credere malunt, quod eum ho-
norem ex manu *Sigefridi* obtinere vellet. Ad
ejus intercessionem murus civitatis Mogun-
tinae a *Friderico* permissus est reformari,
quem *Aenobarbus* diruerat, ut supra indica-
vimus, conveftis ad id lapidibus ex castel-
lo trans *Rhenum*. Excommunicavit *Conra-
dum* Rheuentem Comitem, qui praefecturam
Heymbach occupaverat, eamque ut dimitte-
ret, coegit. Scribunt praeterea *Trithemius*
& *Naclerus*, eum nomen dedisse in expedi-
tionem transmarinam contra infideles cum
Imperatore. Sed quo tempore votum sol-
verit, non invenio. Malim affirmare id
de Italica expeditione: nam in expugnatio-
ne aliquot civitatum, videlicet *Mediolani,*
Paduae, Trevisu, Vincentia, Verone &c. illi
operam navasse constat. Praesuit varia for-
tuna usque in annum 1225. Quinto Idus Se-
ptembris defunctus sepelitur Erfordiae in col-
legio B. Mariae Virginis cum hoc elogio:

*Migrans vir fidus, quinto Septembris in
Idus,
Praesul Sigefridus, fulget caelo quasi
sydus.*

SIGEFRIDVS III. Baro ab *Epstein*, ex
fratre nepos *Sigefridi* secundi, vir excelsi a-
nimi, omnium votis eligitur. *Adhaesit fi-
deliter Romano Pontifici* contra quoscun-
que: eaque de causa multis exosus fuit, quos
sua constantia tandem fregit. Celebratum
est initio suae gubernationis *Moguntiae* am-
plissimum Concilium Provinciale, cui praese-
dit *Conradus* Portuensis Episcopus, Legatus
Apostolicus ad provincias *Rheni*; Conve-
nerunt illuc Bremensis & Magdeburgensis
Archi-Episcopi, Episcopi & Abbates plurimi,
ac civitatum imperialium Legati. *Promul-*

gata est ibi excommunicatio in Fridericum
Comitem ab Eysenburghi, interfectorem En-
gelberti Colonienfis Antistitis, ac multa alia
iunct salubriter constituta, quae extant Tom.
3. Citatur aliquando Synodi Germanici no-
mine. Vix autem biennio Archi-Episcopa-
tu potitus erat, cum *Fridericus 2. Imp. a Gre-
gorio 9.* anathemati quoque certis de causis
subjiceretur; *Quem Sigefridus, mandato Ro-
mani Pontificis, incunctanter excommunica-
tum denuntiavit, admodum indignante Gasa-*
re. Obtinuit ab *Ottacaro & Wenceslao Bo-*
hemiae Regibus pro se & successoribus, *jus*
coronandi Reges Bobemos, quod privilegium
posteri Ecclesiae Praegensi resignarunt. Oritur
deinde terrentissimum bellum inter Lantgra-
vium *Hassiae & Thuringiae Conradum, & Sigefri-
dum*, tutante *Hesso* quaedam Monasteria Episcopi
& Abbates, contra eum rebelles. Ad haec legi-
tur *CONRADVS apud Erfordiam in coeno-*
bio S. Petri latitantem, Sigefridum inuasis-
se, eumque contumeliose tractasse, adeo ut pa-
rum abesset, quin cum interficeret. Capta
est deinde ab eodem, ac fere tota everfa
Fritzlaria, captus Episcopus Wormatiensis,
cum plurimis Canonicis & Nobilibus, Mo-
guntino suppetias ferentibus. Vicissim vero
in hostes est deservitum ferro & igni, donec
negotium transigeretur, non sine damno Ar-
chi-Episcopi. Habuit mox bellum cum Du-
ce *Bavariae*, ubi nullo damno notabili est af-
fectus. Ferrur cum 300. suis equitibus sele-
ctis 800. in fugam coniecisse ac dissipasse.
Moguntinos, propter quaedam onera illis
imposita rebelles, coercuit & expensas litis
soluere coegit. Interea reconciliato *Fre-*
derico cum Pontifice, Sigefridus facile gra-
tiae ejusdem est restitutus, & plurimis bene-
ficiis auctus. Obtinuit enim jus sive Princi-
patum (ut Trithemius vocat:) Laurisbei-
mensis cuenobii antiquissimi & ditissimi, pro-
pe Wormatiam, cum omnibus vafallis, mi-
nisterialibus, oppidis castris, villis, juribus ac
proventibus, cujus valor tunc excedebat
centum millia aureorum. Constituit pri-
imum eo loci Cistercienses Monachos, qui a
tumultuantibus Benedictinis loco pelluntur.
Quare utrisque profligatis, Praemonstraten-
sibus permisit, quod hi Regalia Imperii pos-
sidere non possint, commutata Abbatia in
Praeposituram, ratificante *Gregorio 9.* Exor-
navit aedificiis quibusdam caenobium S. Disi-
bodi, quo Cistercienses collocavit, Benedi-
ctinis exactis. *Cessit etiam Imperator Sigef-*
rido feudum Advocatiae in Bischoffsheim,
oppidi Franconiae, quod ad ipsum tanquam
Sueviae Ducem, pertinebat. Appellat inter-
ea Fridericus, Henricum filium suum, Caea-
rem, hoc nomine 6. anno 1223, qui annis 12.
cum patre regnavit. Eundem vero rursum
Moguntiae in celeberrimo Imperii conventu
destituit, & in Calabriam custodiendum misit,
qui *Consentiae* in carcere obiit. Allegit in ejus
locum alterum filium, *Conradum: is Moguntiae*
nuptias celebrat, cum *Macbilda* Joannis An-
gliae

Excommuni-
catio Fri-
derici Co-
misis.

Frideri-
ci II. Imp.

Obrinet jus
coronandi
Reges Bo-
hemicos.

Bellum
cum Con-
rado Has-
so.

A quo con-
tumeliose
tractatus.

Bellum
cum Duce
Bavariae.

Cum Frede-
rico
Imp. in gra-
tiam redit.

A quo Prin-
cipatu Lau-
risbeimensi
donatus.

Feudo
Advocatie
Bischoffs-
heim.

1223.

Nuptiae
Conradi fi-
lii Frideri-
ci Imp.

1235.

glia regis filia splendidissimas, ut in tanto procerum numero in civitate commodum locum habere non posset, ubi hospites exciperet. Instructum est nuptiale convivium ante mania in amplissimo campo sub papilionibus, illic Cæsare cum hospitibus consistente & sumptuosissime epulante. Sunt etiam celebrati *ludi militares* Principum & Comitum, qui *torneamenta* vocantur, magno splendore & pompa. Accidit id ad annum 1235. Proficiscitur deinde Rex, *Sigefrido* comite, ad *Langobardorum* insolentiam comprimendam, ubi tamen non admodum diurnam operam navavit Episcopus: brevi enim domum remissus cum *Conrado* adolescentulo Rege, iussus est illius & Imperii curam gerere. Invenit, domum reversus, suorum studio & diligentia Metropolitanam aedem, quam incendium vastaverat, pulchre reformatam, quam denuo solenniter dedicavit, presentibus omnibus suis Suffraganeis Episcopis, & tanta multitudine populi, ut civitas omnes difficulter caperet. Cæterum ægerrime ferens *Gregorius 9.* devastationem ac cladem Longobardicam, *Friderico* anathema denuntiat, nisi desistat. Qua re ille, nil motus, in Romanæ Ecclesiæ possessiones & Episcopos sæviens ab *Innocentio 4.* in generali Concilio Lugdunensi, ea sententia est confirmata, ejusque depositio promulgata, anno 1245. undecimo. Calend. Julii. Ita *Sigefridus* rursum inter sacrum & saxum, quod dicitur, constitutus, Concilii Decreto standum judicans, *monente Romano Pontifice optimo Principem* Henricum *Lantgrafum* Hassiæ & Thuringiæ (*) *filium* Ludovici ac *D. Elyzabethæ*, apud *Herbipolim* eligi procuravit. Eodem statim anno ea re plurimum irritatus *Friderici* filius *Conradus*, Cæsar pridem designatus, cum *Henrico* in suburbanis *Francofordiæ* congregitur, sed victus fugatusque est, potissimum opera & auxilio *Sigefridi*. Sic anno circiter uno Imperii fascibus potitus, in oppugnanda *Vlma* civitate *Sueviæ* sagittæ ictu interficitur. Exposita tum denuo fuit Moguntina Provincia rapinis & incendiis, propter motum summorum Principum. Clerus in civitatibus Imperialibus jussu *Innocentii* Papæ, sub amissione officii & beneficii, cedere est coactus; ut quidam ex nostris scribat, *Canonicos Francofordianos ita fuisse dispersos, quod fore nullus sciret, ubi esset alter*. Tradunt in ea rerum perturbatione, quo *Henricus* se melius tutaretur contra *Fridericum* & *Conradum*, tam nobiles, quam vulgum, tanquam contra Ethnicos, & paganos solenni crucis prædicatione concitatos, eamque functionem Moguntinum quibusdam in locis exercuisse. Causæ harum Tragædiarum ad longum referuntur a *Blondo* & aliis. Hac via cum nihil

proficeret *Innocentius*, uno e medio sublato, alterum excitare amulum non destitit. Declaratur igitur Cæsar, Magnanimus Princeps *Wilhelmus* *Hollandiæ*, *Seelandiæ*, & *Frisiæ* Dominus, cui apud *Aquisgranum* a Coloniensi, Moguntino cooperante, diadema Regium imponitur anno 1246. Fuit Archiepiscopus iste summus hostis Episcopi *Laudulphi* & ipsius Reipublicæ *Wormatiensis*, recrudescentibus discordiis adhuc male sopitis. *Sigefridus* autem inter tantos Reipublicæ motus officii sui memor, magna constantia Ecclesiam suam tutatus est. Nam & provincialem Synodum convocavit *Fritzlarium*; & quicquid ad Cleri commodum facere potuit, non omisit. *Hildegardim* divinitus illustratam virginem anno 1233. inter divos referri curavit ad 16. Decembris diem. Traditum & majoribus, qui *D. Virginis* vitam describunt, commotum Archiepiscopum nimio populi concursu, qui ad sepulchrum ejus fiebat, ut ipse quoque eo profectus jam pridem defunctæ mandaret, ut a miraculis cessaret. Nam præter varias molestias, quas turba advenarum monialibus adferebat, etiam officia divina sæpe negligebantur. Nunquam ergo postea sanitatum gratiam eam exercuisse, idem sunt authores. Admiranda sane rectæ mentis confidentia, quam etiam nomen ipsum comprobavit. Fuit *Moguntia* anno 1232. frater *Conradus* Inquisitor ordinis *Prædicatorum*, qui indcrete procedens contra Nobiles, occisus est non longe a *Marpurgh*. Exemit priori tumulto, astante *Friderico* Imper. & innumera turba Nobilium & plebejorum *S. Elyzabetham*, *Hungariæ* Reginam anno 1236. & divorum Catalogo eam, propter innocentissime transactam vitam, & creberrima miracula, summo Pontifice demandante, ascripsit. Fuit aliquandiu ex commendatione Apostolica, administrator ecclesiæ *Fuldensis*: unde pretiosam crucem auream 180. marcarum, ac gemmis ornatam, nactus dicitur. Ita honore & opibus Episcopio suo aucto, inter tot bella & dissidia toto mutante Imperio, sapientissime gubernavit: annis 23. mensibus 5. diebus 24. a morte patris, hoc est in annum usque 1248. juxta *Tribemii* computum. Videantur monumenta sepulchralia. Rebus humanis apud *Bingium* excessit, *Waltero* *Erbachensi* Abbate, munus reconciliationis ac vivifica sacramenta ministrante. Sepelitur *Moguntia* ad *S. Martinum* ante altare *B. Mariæ Virginis*.

CONRADVS Archiepiscopus Coloniensis, Comes ab *Hochstedten* magnificentissimus. Postulatus non iniit, Romano Pontifice non assentiente; quare capitulo electio est restituta, & *Conrado* Apostolicæ legationis

Wilhelmus
contra
Frider.
Il. eligitur.

1246.

Synodus
Fritzlar-
ensis.

Hildegard
inter divos
relata.

1233.

item *S. Ely-*
zabetha.

Sigefridus
moritur.

1248.

D. Christianus
2. Archi-
episcopus
Mog.
Conradus
Legatus A-
postolicus
factus.

(*) *Caspianus* fratrem *Ludovici*, mariti *D. Elyzabethæ* scribit. *Ausgr.* Fuit revera frater *Menckenii* Scriptor. *Res. Germ.* Tom. III.

nis dignitas decreta, ne desiderium suum non completum ægre ferret.

D. Christianus ipsemet Trithemius, Bruschius, Christianus II.

1249. Omnibus acceptus.

Accusatur coram Papa, quid secularia negligeret.

Ab Episcopatu submoventur.

1251.

D. Christianus Archiepiscopus, Trithemius, Cuspinius, Crantzius lib. 8. Saxonie Gerhardus Lises inier Theodoricum & Albertum.

1257.

Theodorici occiditur.

CHRISTIANVS II. ab incunabulis Ecclesie Moguntinæ innutritus, doctrina & pietate valde excellens, ex Præposito Metropolitano anno 1249. ipso festo Apostolorum Petri & Pauli designatur. Quo die statim a Romani Pontificis Legato confirmatus, etiam Regalibus deinde est investitus. Omnes religiosi, & qui Deum præ oculis habere credebantur, super huius hominis promotione gaudebant, sperantes pacem rebus dari maxime, quia idem bellicis rebus non erat assuetus. Etiam qui negotio fuerant inimici, congratulabantur ei. Sed non stetit diu in Episcopatu. Accusatur enim apud Papam, quod omnino inutilis esset Ecclesie, & quod evocatus ad expeditiones Regis, invitatus veniret. Hoc autem verum erat, eo quod fierent incendia, sectiones vinearum, devastationes segetum; dicebat enim nequaquam decere talia sacerdotem, sed quidquid deberet per gladium spiritus, quod est verbum Dei, omnimode se promptum asserere & voluntarium servitorem. Cumque suorum prædecessorum sequi vestigia moneretur, respondit: *scriptum est: Mitte gladium in vaginam;* ob hoc in odium Regis & multorum incidit laicorum: qui omnes eum accusantes apud Papam, obtinuerunt, eum ab Episcopatu omni submoventi. Hæc ipse Dominus Christianus in fine sui libelli, cuius supra in Henrico facta est mentio. Scripsit etiam ad Abbatem Erbacensem alterum tractatum de depositione Henrici 4. Imperatoris. Resignavit potissimum instigante Wilhelmo Cæsare, præsentente Hugone Cardinale, tituli S. Sabinae; Legato Apostolico. Alia eius acta mihi perscrutari non licuit. Cessit anno 1251. ac paulo post defungitur.

GERHARDVS Comes Sylvestris, in ordine hypodiaconatus adhuc constitutus, ab eodem Pontificio Legato, qui Christianum amovit, substituitur. Lacesavit tum infelici bello Theodoricus Comes ab Eberstein Albertum Ducem Brunswicensem, frivola ex causa anno 1257. Erant in Aula Ducis educati duo Nobiles, ejusque vasalli, ab Aschenburg, admodum elati & superbi, adeo ut Ducis insignia magna contumelia afficerent; ut late narrat Crantzius lib. 8. cap. 21. Saxonia. Quare omnia bona illorum a Duce occupantur ipsique pelluntur. Nobiles non quiescentes, Comitem ab Eberstein etiam beneficiarium Ducis impellunt, ut iis se adjungeret, atque auxilia præstaret. Comes Gerardi confanguineus, & hunc secum in expeditionem trahit. Itaque prædis & incendiis potissimum terra Göttingensis evastatur, Præfectus eius loci collecta equitum ala & rustica plebe, nocte utrumque in prædio cujusdam Monasterii quiescentem obruit, & in castra ad Ducem Albertum perducit, reliquis in fugam actis. Comes Sacramenti dati violator, mi-

seire cruciatus est: Nam a pedibus suspensus occiditur. Gerardus apud Brunswigum annuo carcere detinetur, donec a Ricardo Cornubie Comite, Filio Joannis Regis Angliæ, affectante sacces Romani Imperii, octo millibus maris argenti redimeretur. Quem etiam (Wilhelmo a Frisonibus occiso) cum parte lectorum videlicet Colonienli & Palatino renuntiavit, eiusque coronationi apud Aquisgranum interfuit. Deduxit eundem in possessionem aliquarum civitatum Imperialium, circa Rhenum, Alphonso Castiliæ Rege ab aliis electo, non ineunte. Ordinavit plurima ad divini cultus augmentum & morum reformationem in sua Diocesi. Distinxit certis liminibus Moguntinum Episcopatum a Wormatiensi. Proxerit Ecclesiam Parochialem in Oppenheim S. Catharinæ, collatis ad eum locum certis privilegiis. Coëgit Monachos Benedictinos de suis redditibus ad Ecclesiam Metropolitanam, vel certa prædia vel decimas conferre. Retinuit Episcopatum annis 9. quibus Wilhelmi Cæsaris partes tutatus & secutus est, quamdiu ille superstes fuit. Erfordia terræ mandatur in Franciscanorum Collegio, cuius quondam socium, ac fratrem fuisse scribit Petrus Merseus itidem Franciscanus in suo Catalogo Episcoporum Moguntinensium, anno 1580 ædito, cui in hoc tanquam a suis deprompto defero; alioquin satis servo & cæco de rebus nostris scriptori. Obit anno 1260.

WERNERVS ex potentissima familia Comitum de Falckenstein, Præpositus Moguntinus, ingenio & rerum experientia præditus singulari, legitimis suffragiis Gerardo successit: ac statim Romam pro obtinenda confirmatione & Pallio Archiepiscopali profectus est; Quo itinere Rudolphus Comes ab Habsburg illum perquam amice est comitatus & incolumem reduxit. Gubernavit Episcopatum suum prudenter, eumque rebus ac bonis valde auxit. Comparavit castrum Bickelheim cum quibusdam pagis & redditibus a Comite Henrico in Spanheim. Quam rem frater eius, nati maior Joannes ægre ferens, cum ab Archiepiscopo extorquere non posset, bellum ei intulit. Wernerus sua fortiter defendit, ac tandem memorabili & cruenta pugna adversarios profligavit, aliquot Comitibus & Nobilibus captis. Ferrur tunc occubuisse quidam civis Krützenachensis lanio, qui 30 Moguntinentes straverit. Diripiuntur deinde & incenduntur pagis & prædia Comitum, ita ut nec sacris ædibus parceretur. Demum composita est controversia ista, ut Imperator Rudolpho, ita ut Spanheimensis arctissimo foedere se Episcopo iungeret. Expugnavit quoque castrum Rheinberg prædonum latibulum, idque solotenus est demolitus: Emit castrum Wildeburg & Advocatiam in Amorbach, cum multis redditibus. Philippum ab Hoensfels Procuratorem Rhenensium Provinciarum Ricardi Imperatoris, Clerum novis & indebitis exactio-

Gerhardus carcere detinetur.

Ricardus Imperator eligitur.

Gerhardi merita de ecclesia.

Sepultura 1260.

Judicium de Petro Merseu.

Albertus Argentiniensis impressus ad Ottouem Frisingensem. Trithemius in Chronico, Culpinianus.

Wernerus Romanum proficiscitur. Accessio castri Bickelheim. Inde bellum ei cum Joanne.

Expugnatio castri Rheinberg.

Philippus ab Hoensfels excommunicatur.

item *Er-*
fordienses. nibus gravantem, excommunicavit, sicque
 a propolito avertit. Similiter *Erfordienses*,
 inveltis exactionibus clerum gravantes, ana-
 themati subiecit. Quod illi hocci facientes,
 quosdam in exilium agunt, & per triennium
 in contumacia vivunt. Quare extrema in
 eos tentasset, nisi ab Imperatore & Principi-
 bus quibusdam vicinis composita esset causa.
 Numerare tamen compelluntur mille marcas
 argenti puri, pro multa, exulibus vero tre-
 centas pro damno illato, eosque in locum
 pristinum restituere iubentur. Accedit ad
 perpetuam sui nominis famam, quod is po-
 tissimum Electores induxerit in electionem
Rudolphi Comitis Habsburgensis, *Alsatia*
Landgravii, viri strenui & magnanimi, & de
 eo optime meriti, quod tam commode ces-
 sit Imperio, ut hactenus fere posterius eius,
 postquam Austriacæ domui se inseruerunt,
 cum multa gloria fasces retinuerint. Eius
 consilio & opera *Rudolphus*, post armorum
 experta prælidia, *Ottocaro Bohemæ* Regi est
 reconciliatus, divisa *Austria* a *Bohemia*; quod
 pactum tamen *Ottocarus* in magnam suam
 perniciem rupit & violavit. Convocavit *Moguntiam*
 Synodum Episcoporum suorum con-
 provincialium ad annum 1261, in qua mul-
 ta utilia & necessaria ad propagationem divi-
 ni cultus & Cleri reformationem sunt decre-
 ta. Obiit in eodem conventu *Engelbertus*
 Episcopus Eystatensis; in Metropolitano ter-
 ræ mandatus. Anno 1272. factus est provi-
 sor Ecclesiæ Fuldenensis, Abbate *Bertholdo* re-
 signante; ubi paucis annis plurima passus est
 damna a predonibus, quos profligavit. Com-
 mota fuit seditio *Moguntia* contra *Judaos*,
 qui partim occisi sunt a civibus, partim spo-
 liati & civitate eieci. Idem alia *Germania*
 municipia, cum ingenti illorum hominum
 clade passim sunt imitata. Accidit anno
 1282, quo etiam tempore *Rudolphus* Impe-
 rator in *Eberhardum* Comitem Wirtenbergen-
 sem iustis de causis investus, *Stuttgartum*
 obsedit: sed brevi per Archiepiscopum res
 composita fuit. Valedixit rebus humanis
 anno 1284. d. 2. mensis Aprilis; postquam
 laudabiliter administrasset Archiepiscopatum
 annis 24. menses 3; alii 6 habent. *Mogun-
 tia* in primario templo conditus.

SCHISMA TERTIVM.

Tritheim-
 us; Bru-
 schius,
 Chronic.
 Epist. M.S.
 Tandem
 Henricus
 fit Archiep.

Post *Weneri* obitum vacat Cathedra
 annis 2. mensibus 3 duobus in schismate ele-
 ctis: videlicet Doctore *Petro*, *Rudolphi* Im-
 peratoris olim Medico, Canonico Moguntino
 & Basiliensi, tum *Gerbaro* ab *Epstein* Archi-
 diacono Trevirensi, Canonico item Mogunti-
 no, quorum tamen neuter hac vice ad Archi-
 Episcopatum pervenit. Integro enim bien-
 nio iis coram Romano Pontifice contendenti-
 bus, tandem *Honorius 4.* abdicato utroque,
Henricum Basiliensem Episcopum, sedi Mo-
 gutinæ imposuit, & *Petrum* Basiliensi. Ac-
 cidit hoc interregno lugubre incendium tem-

pli B. Mariæ Virginis ad Gradus, quod etiam
 turrim vicinum majoris Ecclesiæ cum adju-
 ctis apothecis absumpsit. Anno 1285.

1285.

HENRICVS II. Suevus ex *Algoia*, pa-
 tria *Isnensis*, humili familia natus, primum
 Monachus Franciscanus, *Lucernæ*, in *Hel-
 vetiis* fuit. Profectus deinde *Basileam*, Guar-
 dianus ibi designatur gradu Doctoratus inli-
 gnis, *Rudolphi* Habsburgii, priusquam ad Im-
 perium eucheretur, confessarius. Doctrina
 & honestate vitæ tantam laudem est adeptus,
 ut in Episcopum eius loci promoveretur;
 quod ita contigit: Canonicis *Basiliæ* pro eli-
 gendo Episcopo congregatis, evenit, ut post
 longam deliberationem non possent in certam
 personam conferre vota sua. Placuit itaque
 tres Capitulares, cum Notario ablegare ad
 Coenobium Franciscanorum, qui *Henricum*
 vel alium Monachum sacerdotem, primo il-
 lis obvium factum adducerent, in Antisti-
 tem promovendum. Sic accidit, ut Legatis
 ad portam monasterii pulsantibus, aperiret
Henricus Guardianus; quem apprehen-
 sum Cathedræ imponunt, eamque provin-
 ciam annis 2. domi & foris magna cum lau-
 de gessit. Cassata autem per sententiam *Hon-
 orii* anno 1286. electione Moguntinensium
 Canonicorum, *Henricus* ab eodem sufficitur.
 Præfuit anno tantum 1. mensibus 2. diebus
 5. Clero exosus, ut dicitur & versibus in
 illum luderetur: ex quibus extant hi versiculi
 satis barbari & mordaces:

Albertus
 Argenti-
 nensis, Tri-
 themius,
 Bruschius.
 Henricus
 II.

Modus quo
 factus est
 Episc. Ba-
 sil.

1286.

Clero ex-
 osus.

*Nudipes Antistes, non curat Clerus ubi stes,
 Dummodo non in calis, stes ubicunque velis.*
 Verum an sua culpa illa passus sit, affirma-
 re non audeo. Antea facta innocenter vita
 suspitioni illum eximit, qua tam acerbi odii,
 tum etiam Necromantiæ infamatur. Con-
 gregatum fuit præsentate Imperatore *Rudolpho*
 anno 1287. Concilium Herbipolense, præsi-
 dente *Joanne* Episcopo Tusculano Apostoli-
 cæ sedis Legato, una cum Moguntino, Colo-
 niense, Saltzburgense & Bremense Archi-
 episcopis, & quibusdam illorum Suffragane-
 is, sub *Honorio 4.* Extant Decreta. Obiit
 anno 1289 pridie S. Matthiæ 15. Calend. A-
 prilis. habet *Tritheimius*. Sepultus ante
 aram SS. Petri & Pauli Apostolorum in Sum-
 mo Martiniano.

Concilium
 Herbipo-
 lense.

1287.

Moritur.
 1289.

SCHISMA QVARTVM.

GERHARDVS II. etiam *Gebhardus* a
 quibusdam dictus, Baro ab *Epstein*, Cano-
 nicus Moguntinus & Archidiaconus Trevi-
 rensis, qui antea cum *Petro* ab una parte
 Capituli electus fuerat, nunc denuo in schi-
 smate contra *Emericum Schöneck* Schola-
 sticum Moguntinum & Præpositum Franco-
 fürtensem ad D. Bartholomæum eligitur.
 Verum Antistite Romano *Honorio 4.* defun-
 cto, & sede supra decem menses vacante, non
 potuit causa illorum terminari: Mortuo et-
 iam interea *Henrico* Archiepiscopo Trevi-
 rensi,

Albertus
 Argenti-
 nus, Tri-
 themius,
 Cuspini-
 nus.
 Eberhar-
 dus II.
 Electus
 contra E-
 mericum a
 Schöneck.

rensi, *Gerhardus* similiter ab una parte Capituli contra *Bobemundum* postulatur. Qui tandem *Nicolao* Papa 4. creato; *Roman* cum gemino electionis decreto, abiit, sicque Moguntiae sedi praefici meruit, *Emerico* renuntiare coacto. Qui non multis annis interlabentibus Wormatiensem Cathedram adeptus, summa cum laude tenuit Episcopatum annis decem, cum praclaro virtutum suarum elogio ante aram maximam sepultus. *Gerhardus* a majorum suorum indole, qui ex hac familia *Moguntiam* vocati sunt, celeberrimi viri non degenerans, multa domi & foris magnanimitate & prudenter gessit. Promovit pene solus in Romanorum Regem *Adolphum* Comitem a *Nassau*, bellatorem insignem, consanguineum suum, cum ceteri mira arte (ut fertur) circumventi, *Gerhardo* sua vota permisissent. Vectus est eodem navigio Rex cum Archi-Episcopo, pro Imperii corona *Aquisgrani* consequenda; Qua itinere, cum prope *Fürstbergium* arcem venissent, portorium sive telonium ab iis est exactum, ac missilia & tela in reuertes missa, ut Palatinus se excusare sit coactus, se inscio id accidisse. Fuit *Adolphus* aliquandiu obtemperans Episcopo bene momenti, adeo uti vulgo diceretur *der Pfaffen König*: sed paulatim in omne genus libidinis ruere, praedones fovere, pauperes opprimere ac Principes contemnere incepit, ut *Gerhardus* author fuerit Septemviris, quo publice & solenniter Imperatoria dignitas illi abrogaretur in Moguntinis Comitibus, translatis fascibus ad *Albertum* Ducem *Austriae*, *Rudolphi* filium, cui omnes fidelitatis iuramenta praestiterunt & praesens auxilium. Sic tractus in castra *Alberti* Praesul, una cum *Argentiniensi*, Comitibus ab *Hoenburg*, *Leyningen*, *Zweybrückben*, *Ochsenstein*, & aliis, atque ipso *Alberto* post memorabilem pugnam illam, quae in agro Wormatiensi facta est, anno 1299. sexto nonas Julii, illachrymans *Adolphum* occisum conspexit, omni Imperatoria dignitate nudatum. Qua de re leguntur hi versus:

Anno millesimo, trecenteno minus uno
In Julio. mense Rex Adolphus cadit
ense.

Hoferejus
non impu-
nisi.

Tradunt scriptores, nullum ex conjuratis naturali & placida morte defunctum. Nam paulo post *Albertus* a suo nepote ex fratre trucidatur. *Gerhardus* sella insidens, subito corruit mortuus. *Conradus* Argentiniensis Praesul, ante portas civitatis Friburgensis interficitur a Ianione. *Albertus* Comes ab *Hoenburg*, ab *Ottone* *Bavariae* Duce transigitur gladio. Comes a *Zweybrückben* submersus est in fluviolo *Phys*. Comes a *Leyningen* delirus moritur. *Otto* Comes ab *Ochsenstein* in pugna occubuit. *Albertus* priorem renuntiationem non satis legitimam putans, quod absente Trevirensi & Palatino, rum amulo adhuc superstite celebrata esset,

ut *Francofordiae* tibi denuo rata fieret, evicit. Coronatur mox pro more *Aquisgrani*, *Gerhardo* aliisque Imperii Principibus tanta frequentia astantibus, ut Dux *Saxoniae* a turba opprimeretur. Actum hunc a Moguntino expletum alibi lego, libenterque credo, quod *Wigboldus* Colonienfis eo anno designatus, forsan sacris ordinibus nondum perfecte initiatus esset; Nec scriptores de Episcopis Colonienfis, hoc ei tribuunt. Interpolata est nihilominus & haec pulcherrima omnium ordinum concordia post paucos annos, Electoribus potentiam *Alberti* formidantibus, quod Regi *Francorum* affinitate, ducta *Blanca*, *Philippi* 3. Regis filia, contra eorum voluntatem, junctus esset. Quare *Gerhardus* Moguntinus, *Ditbertus* Trevirensis, *Henricus* Colonienfis Archi-Episcopi, *Rudolphus* Palatinus Rheni, cum aliis quibusdam; sunt confederati: quod Imperator, quasi in diminutionem suae majestatis factum, aegerrime tulit. Adfert tamen *Bavaricus* scriptor alias causas, quas discutere nolo. Conscripto itaque validissimo exercitu ex *Austria* & *Suevia* primum *Palatinum* ingenti clade affecit, atque ad deditorem compulit. Hinc ad *Moguntinum* se convertens, terram illius depulans, *Bingium* obsidione cinxit. Archi-Episcopus, soluto jam foedere, imparem se tantis viribus considerans, oppidum potestati illius, cum arce *Lohnstein*, *Clop*, *Ebrnsfels*, *Scharfenstein* & quibusdam aliis permisit, ita gratiae restitutus. Similiter *Trevirenses* & *Colonienfes* cum confederatis brevi suo Imperio rursus parere coegit, non sine maxima illorum clade & damno. Acta haec feruntur circa annum 1302. Exercuit etiam *Gerhardus* gravissimas simultates (quibus de causis non reperio in publicis monumentis) cum *Hanovensi* Comite, qui Episcopi ditionem graviter infestavit. Verum adeo feveriter vindicavit se Moguntinus, ut uno die 50 pagi Comitibus diriperentur, ac postea incenderentur. Captus est & ipse Comes *Bingium* perductus, ubi ex sententia Archi-Episcopi negotium est compositum, & pax utriusque populis restituta. Cives *Fuldenses* contra Abbatem seditiosos & injurios, ad obedientiam, Caesare mandante, reduxit. Domi vero Ecclesiae suae nequaquam defuit, ea quae ad divinum cultum spectant, diligenter curans. Testatur id Concilium 8. Episcoporum & plurimorum Abbatum, satis celebre *Aschaffenburgum* convocatum ad annum 1292. in quo multa pia & bona sunt ordinata & statuta, de quibus aliqua citantur in compendio *Petri* Archi-Episcopi. Interfuerunt praecipua culmina *Eystentensis*, *Bambergensis*, *Herbipolensis*, *Hildesheimensis*, *Augustanus*, *Wormatiensis* & *Spirensis* Episcopi, cum plurimis excellentibus Praelatis. Ex ea Synodo domum rediens, *Fridericus* a *Bobnlant*, *Spirensis* Antistes, prope pagum *Kelsterbach* a *Gerhardo* Com-

a Pontifice
confirmatur.

Per eum
Adolphus
factus Rex
Rom.

Qui postea
dictus der
Pfaffen-
König.

Contra
eum factus
Albertus.

A quo vi-
tus perit.
1299.

Albertus
coronatur.

Forse a
Gerhardo.

Contra
eum factus
est Ger-
hardus
cum aliis.

Sed ab eo
& sociis par-
te sumuntur.

1302.
Gerhardus
haec cum
Hanovienfis
Comite.

Concilium
Aschaffen-
burgense.
1292.

Fridericus
Spirensis
capitur.

Comite in *Karzenelbogen* capitur, & in arcem quandam abducitur, unde demum magna summa pecuniæ est liberatus. Coronavit Archi-Episcopus *Praga Wenceslaurum Bohemiam* regem, & *Guttham* uxorem, quos etiam matrimonio junxit. Sic rebus in Republ. Christiana præclare gestis notissimus, & Episcopo suo pluribus oppidis & pagis circa *Franconiam* aucto, naturæ debitum solvit, ut plerique scribunt, subito in conclavi sellæ insidens anno 1304. quinto Calend. Martii, ut *Tytbennius* habet, hoc est, proxima post festum D. Matthiæ Apostoli 25. Februarii. Præfuit annis 16. mensibus 0. dies. 2. humatus in Summo Moguntinensi.

mox apud *Aquas Graneas* solenni ritu confirmata. Dominus *Georgius* ab *Hell*, a Moguntino coronationem hanc peractam scribit, idque statua in choro ferreo & Epitaphium subscriptum innuere videtur. Eodem anno suis expensis construxit & doravit insigne monasterium Carthulianorum prope *Moguntiam* in honorem S. Michaelis, quod nostra calamitosissima ætate anno 1552. decimo Calend. Septembr. cum aliis Ecclesiis, extramœnia civitatis in cinerem & favillam est redactum: nunc vero paulatim a Monachis restituitur, sed ad primam magnificentiam non accedit. Ea de re plura infra in *Sebastiano* dicemus. Sublimavit Ecclesias Parochiales in *Oppenheim* & *Liech* in collegiatis, easque redditibus & proventibus auxit. Habuit *Oppenheimium* ab Imperio impignoratum. Congessit *librum statutorum Provinciarum* ex antiquis synodalibus constitutionibus, amplissimo celebrato Episcoporum & Prælatorum conventu anno 1310. præter

Et ab eorum coronatur.

Monasterium exstruxit.

de multis ecclesiis bene meritus.

Congessit librum statutorum Provinciarum.

1310.

Causa Templariorum in Germania.

illi defendunt se in Synodo.

quas reliquias jam fere nihil habemus, quod quidem extet. Tractata est in ea Synodo Templariorum causa ex commissione Romani Pontificis. Comparuit illic *Hugo Comes Sylvestris* & *Rheni*; qui morabatur in *Grumbach* prope *Meyßenheim*, cum 20. fratribus, sub habitu ordinis probe armatis. Hi omnes non quidem vocati, sed ultro & subito in confessum patrum irrumpunt, omnibus attonitis. Archi-Episcopus viros considerans, ac violentiam timens, placide jubet, Commendator ut sedeat, & si quid habeat in medium afferendum, ut depromat. Qui clara & libera voce exorsus: *se suosque confratres, inquit, intellexisse, hanc Synodum sui ordinis delendi gratia potissimum congregatam, ex commissione Romani Pontificis. Enormia enim quedam scelera & plusquam Ethnica flagitia illis objici, qua in privato designarent, quod ipsis sane esset gravissimum & intolerabile; maxime quod non ordinarie auditi, nec convicti condemnarentur. Quare coram ista Patrum congregatione se appellare & provocare ad futurum Pontificem, ejusque universum Clerum: publice quoque protestari, eos, qui propter talia flagitia alibi igni traditi essent & combusti, constanter pernegasse, se quidquam eorum designasse; atque in ea confessione tormenta & mortem perpessos. Imo Dei opt. max. singulari iudicio & miraculo eorum innocentiam comprobatam, quod albæ chlamides ac rubricatæ cruces igni non potuerint absumi.* Archi-Episcopus his auditis, ne tumultus suboriretur, protestationem eorum admisit, seque cum Romano Pontifice acturum respondit, ut quieti esse possint; atque ita ad propria sunt dimissi. Postea vero *Petrus* aliam commissionem obtinuit, juxta quam procedens, prædictos censuit absolvendos: actum anno 1311. Calend. Julii, ut *Naucerus* ex quodam Jacobo Moguntino tradit. Redeo ad Rempubl. quæ

absolvuntur.

1311.

frueba-

Moritur
1304.

Albertus
Argentin.
Pius 2. in
Hist. Boh.
Trithemius.
Æmilius.
Petrus.
Pontificem
morbo liberavit, sic
Archi-Ep.

PETRVS ab *Aichspalt* Trevirensis, tenuis fortunæ parentibus natus, nuper ab Archi-Episcopatu excidens, ad Basiliensem ab *Honorio 4.* promotus (si modo non est alter a priore) utilissime eundem administrat, per *Clementem 5.* suffectus. Vacante enim post mortem *Gerbaridi* aliquamdiu sede Moguntina, quod eligentium vota in diversum scinderentur (alii enim in Scholasticum Moguntinum, alii in quendam Canonicum suffragia conferebant) causa ad summum Pontificem est relata. Accidit interea, ut Comes *Luceburgensis* ad Papam *Pictavia* tunc residentem, hunc *Petrum*, medicum pridem suum familiarissimum ablegaret, ut fratri suo *Balduino* vix annos 20. nato Archi-Episcopatum Moguntinum conficeret. Id cum nullis rationibus Pontifici persuadere posset, adeoque re infecta domum redire decrevisset; contigit forte subito, *Clementem* in magnam infirmitatem incidere, ut undique conquiliti medici expertissimi consilia conferrent pro recuperanda illius valetudine. In iis tum *Petrus* Episcopus primas tulit, & Pontificem brevi sanitati pristinae restituit. Ut igitur se gratum ostenderet *Clemens*, illi Archi-Episcopatum ultro dedit; literisque & commendationibus Apostolicis, de more confirmatum ad suos remisit. Ille *Moguntiam* accedens, a Clero & populo summo honore exceptus, possessionem est consecutus. Hac fama & quidam scriptores produnt. Vix biennio intercurrente, ex hac vita evocatur *Dietberus* a *Nassaw* Præsul Trevirensis, ubi *Petrus* occasionem nactus est, bene merendi de Principe suo (qui admodum indigne tulit *Balduino* præreptum beneficium) illi facile apud *Clementem* Trevirensis Archi-Episcopatum obtinet. Anno etiam insequente misere & dolose interfecto *Alberto* Imperatore a *Joanne Austria* Duce ex sorore nepote suo, *Petrus* Imperii Archi-Cancellarius ad oppidum *Rbens* supra *Consuensiam* ad *Rhenum* situm, convocat Electores, tantumque sua autoritate effecit, ut ipsum *Henricum Luceburgensem* ejus nominis 7, Principem optimum nominarent; cujus designatio deinde apud *Francofordiam* die 27. Novembris anno 1308. solenniter est publicata, &

Per eum
Balduinus
fit Archi-Ep.
Trevirensis.

Per eum
Henricus
fit Imperator.

1308.

fruebatur, etiam ad *Bobemos* fama illius volitante. Defuncto enim Rege *Wenceslao*, *Elizabeth* filia ab Imperatore feudaliam jura *Spiræ* suscipiens, filium ejus *Joannem* maritum obtinuit; quem Moguntinus mandato *Cæsaris* cum aliis Principibus in *Bobemiam* profecutus, coronavit, pulso *Henrico Carinthiæ* Duce, cui *Wenceslai* soror nupserat. Quare splendidissime donatus pretiosis muneribus (in quibus multis gemmis ornata sedes emicuit, quam sæpe inter sacra donaria conspeximus) ad suos incolumis est reversus. Tanta vero prosperitate & pace diu nostris Germanis frui non licuit, quod hunc piissimum Imperatorem *Italia* (ut plures alios) absumeret: ubi post coronationem suam & aliquot insignes urbes subactas, dysenteria moritur, plurimis in sacra Eucharistia ipsum intoxicatum affirmantibus. Sed a malevolis istud confictum testantur *Tritlemius*, & alius scriptor vitæ *Cæsaris*, *Basilææ* impressus; similiter *Baldwinus* ejus frater, ea nota Monachum liberat; ut in Archivis *Trevirensis* Archi-Episcopi habetur. Exhibitum est anno 1575. *Maximiliano* 2. Rom. Imp. *Ratisponæ* ipsum Originale, *Baldvini* manu scriptum. Et ordinem prædicatorum ea de re amplissima testimonia habere certum est. *Henricum* vero *Petrus* Archi-Episcopus piis lachrymis deplangens, ait, *intra quingentos annos, nullius Principis mortem Reipubl. fuisse nocentiorum*. Nec eum sefellit animus; aliquid magni mali præfagiens. Etenim duobus in discordia electis, *Ludovico Bava-*ro, cui ipse cum *Trevirensi*, *Marcomanno* & *Bohemo* suffragatus est: & *Friderico Austriaco*, quem cæteri Regem appellarunt, totum Imperium in factiones scissum est cum ipsa Ecclesia. Quod *Petrus* in *Bavarium* propensior fuerit, causam afferunt quidam, quod a parente *Friderici Alberto* Cæsare offensus esset. *Cuspinianus* totum id malignitati Archi-Episcopi ascribit; et si raro candide de Ecclesiasticis loquatur. Verum si largitiones & fœdera cum Reipubl. hostibus, quos *Henricus* proscripserat, inita spectes, a *Friderico*, & contra *Ludovici* insignes dotes, quibus bello & pace floruit, iis motos hos Principes facile credes. Igitur Moguntinus a sententia sua non discedens; venienti *Friderico* cum exercitu ad suburbia *Francfordiæ Sachsenhausen*, omnem commeatum intercipit & avertit ut fame compellente cedere sit coactus. Coronatus est *Ludovicus* *Aquisgranii* a Moguntino, *Fridericus Bonna* a *Coloniense*: hic in loco non debito, alter a quo non consueverat eo tempore coronatio peragi. Hinc bella & civitatum eversionses exortæ; *Ludovicus* tamen pacem omnibus offert, *Fridericus* durior est: et si ille plerunque prævaleret. Fuit sub ejus gubernatione maxima fames, septem continuis annis, ut panis particula ad ovi columbini quantitatem, tribus nummis venderetur. *Maldrum* vero speltæ, sesqui marca

argenti pari *Moguntia* æstimabatur. Accidit ad annum salutis reparata trecentesimo decimo supra millesimum. Fœdavit deinde horrenda lues passim civitates *Germaniæ*, ut *Hugbertus* Monachus S. *Ferrutii* scribit: (*Tribemio* referentè) *Colonia* triginta, *Moguntia* sedecim, *Spiræ*, novem, *Wormatiæ* sex hominum millia anno 1313. sublata. Obiit D. *Petrus* in hac Imperii scissura anno 1320, pridie nonas Junii: Intercedunt a morte *Gerbar-*di anni 16. menses 3. dies 10. Conditus in *Metropolitano Moguntino* cum hac inscriptione sepulchrali:

1310.
1313:
Petrus mo-
ritur.
1320.

Anno Millesimo trecentenoque viceno,
Petrum petra legit, hunc qui tartava
fregit.
De Treviri natus præsul fuit hic tra-
beatus.
Redditibus, donis & Clenodiis sibi pro-
nis
Ecclesiam ditat, res auget, crimina vi-
tot,
Hic pius & largus, in consiliis fuit Ar-
gus.
Sceptra dat Henrico regni, posthac Lu-
dovico
Fert pius, extreme Joannæ regna Bo-
hemiæ
Hic quinos menses annos ter quinque re-
censes,
Quos vigil hic rexit, quem Christus ad
atbera rexit.

BALDVINVS Archi-Episcopus *Trevirensis*, defuncto *Petro*, propter insignes easque plurimas animi dotes & virtutes, a toto *Canonicorum Senatu* postulatus, non iniit, quod *Romani Pontificis* assensum habere non posset. Dedit igitur is civitati alium *Præsul-*em, ut in sequentibus videbitur.

Trithe-
mius. Bru-
schius.
Baldvini;

MATTHIAS a *Bucbeck*, ut *Epitaphium* habet; *Bruschius* *Landgravius*, alii *Comitem Burgundia* affirmant, *Monachus Benedictinus*, *Murbachii* in *Alsazia* honeste institutus & affluenter eruditus, a *Joanne* 22. *Moguntiam* mittitur: qui per *Dominum Baldvini* *Trevirensis* honorifice introductus, a *Clero* & *populo* perquam humaniter excipitur, ac *Baldvino* intima amicitia jungitur. In-
itio suæ gubernationis passus est injuriam a *Landgravio Hassiæ* vasallo suo, qui ex oppido *Gyessen* in *Episcopi* ditionem invectus, rapina & incendio supra modum grassabatur. Quare auxilio *Baldvini* eundem rursus magna clade afficit, oppidum obsidione cingit, & tandem expugnat, plurimis occisis & captis, *Marchionem Badensem*, immerito laceratum ab *Everardo Wittebergense* *Comite*, justo submisso exercitu juvit, & periculo exemit. *Bingenses* seditiosos acerrime punivit, quibusdam bonis, membris ac vita multatis. Accidit *Erfordia* quoque, ut propter facinus certum *Senatus* quendam, ex *Clero* comprehensum, extremo supplicio, vide-

Albertus
Argent.
Trithe-
mius. Bru-
schius.
Matthias.
Injuriam
passus a
Landgra-
vio Hassiæ.
Quam ulci-
scitur.

Joannesco-
ronatur
Rex Bohe-
miæ a Pe-
tro.

Henricus
Imp. mori-
tur dysen-
teria.

Neutiquam
veneno.

Electi Lu-
dovicus &
Fridericus.

Illifaves
Petrus.

Eumque
coronat.

Inter u-
trunque
bella.

videlicet suspendio afficeret, non requisito consensu Archi-Episcopi. Clerus secundum Ecclesiasticum morem; in omnibus Ecclesiis interdictum servabat, hoc est, cessationem a sacris; quod cives adeo male habuit, ut in ædes sacerdotum irruerent, utensilia omnia & quidquid invenirent, diriperent, contringerent, auferrent. Delata ista petulantia ad *Matthiam*, statim numero collecto equitatu, illuc sese contulit, tantumque effecit, ut sibi tanquam loci Domino & læsis omnibus satisfacere sint coacti. Investavit quoque integro triennio civitatem *Nortbusianam*, quæ Clerum spoliaverat in seditione, & demum profligaverat. Secutus est in Imperii schismate *Ludovicum Bavarium*, ab antecessore suo electum & coronatum, tum suffragiorum numero superiorem. Verum homo audacissimus paulatim abusus sua potentia, Rempub. Christianam innumeris cladibus afficit: se non tantum a Romano Pontifice alienavit, verum etiam totis viribus & variis machinationibus illum oppugnat. Primum enim Principis cujusdam viri uxorem, quacum pluribus annis habitaverat, rapuisse fertur, & filio suo elocasse, quò Comitatum *Tyrolensem* & Ducatum *Carinthiæ*, ad mulierem jure hæreditario pertinentem, ad suos transferret, contra creberrimas Pontificis admonitiones. Vocatus *Avinionem*, venire ad eundem renuit, sed *Romam* adiit, ubi Papa tutus non erat, & a simplici Episcopo benedictionem & coronam accipit. Tradit *Onuphrius Romæ* cum a quatuor laicis civibus Romanis, videlicet *Sciarra de Columna* populi Romani Capiteo, *Buccio Proceso*, & *Vrsino de Vrsinis*, Urbis Senatoribus, & *Petro de Monte Nigro*, equite pop. Rom. contra veterem consuetudinem coronatum. Nec eo contentus fastu, *Joanni* Pontificatum arrogare conatus est, *Petrum* Corbariensem Pseudo Pontificem ex Franciscano creat; qui sui similes Episcopos & Cardinales nominat, Pontificalia officia temere exercet, & quanta potest violentia usurpat, summo cum scandalo & bonorum omnium moerore. Ea rerum perturbatione excitatus hæud immerito Papa, *Ludovicum* anathematis vinculo innodat, omnibusque Christianis eum Ecclesia Catholica exclusum denuntiat. Id Cæsar flocci faciens, quorquot sibi assentientes habere potuit, contra Romanum Episcopum concitat, Ecclesiam scindit, Christi Vicarium scriptis & factis persequitur. In iis erat homo eruditione clarissimus & ingenio acutissimus *Wilhelmus Occam*, qui propter certos errores excommunicatus, Regi itidem sacris excluso pertinacissime est patrocinatus: asserens virulentissimis suis libellis, *Pontificem hæreticum & schismaticum*, eiusque censuras non curandas. Contra Pontifex non quiescens, misit Legatos potissimum ad Ecclesiasticos Electores in oppido *Rbens* congregatos, efficere conatur, ut abdicato *Ludovico*, *Francia* Regem Cæsarem declararent; id quod certissimum etiam progressum sortitum fuisset, nisi

si *Berchtholdo Teutonicorum* Commendatore prudentissimo, *Matthiæ* Archi-Episcopi fratre in aliam sententiam Principes abducti fuissent. Convocavit anno 1327. Synodum Episcopalem Moguntinæ Provinciae, in qua pro periculosissimo temporum statu variat tractata sunt, ut tradit *Trithemius*. Confirmavit Moguntinensibus civibus libertatem a præstando telonio & præcaria ubi eos nominat *Lieben getremen & Unser Bürger &c.* Anno insequenti 1328. ad 4. Idus Septembr. (etsi Epitaphium habet 6. Calend. Octobris: quod de sepultura intelligo) singulari Dei beneficio natura debitum solvens, imminenti- bus periculis & turbis est ereptus: vir omni honore perpetuaque memoria dignus, ait *Abbas Spanbeimensis*. Numerantur a morte *Petri* anni 8. menses 3. dies 6. in Metropolitano conditus, cum hac Epigraphe:

Mille trecentis annis octoque vicenis
MATTHIAS Præsul, iste Comes, licet exul.
De BV CHECK natus, tamen exilio bene gra-
tus.

Magnanimus, iustus, virtutum sole perustus.
Verax ut nostis, invictus & hostibus hostis.
Donis magnificus, & amicis fulsit amicus,
Se satis hic stravit, dum religione notavit
Hic sublimari meruit, quia Pontificari.

Annos octo quidem, non plene rexerat idem.
Heu datus hic turmis, probitatis luxit in ar-
mis.

Exequias stendas peragas, data sexta Calen-
das

Octobris: juncta sibi sint cæli bona cuncta.

BALDVINVS Comes Lunenburgensis, Albertus Frater *Henrici* 7. Imperatoris iam secundum postulatus Ecclesiam Trevirensis, cui multa cum utilitate præfuit, deserere noluit. Quare *Joannes* 22. Moguntinis *Henricum* a *Friburg* (qui ex Præposito Bonnensi a parte Capituli electus fuit) Episcopum dedit sine re- liquorum consensu, eumque cum literis & mandatis Apostolicis illuc misit. Canonici autem multa contra eum allegantes crimina, ad sedem Apostolicam appellarunt. Per triennium itaque coram Papa in *Avinione* litigantes, ne Moguntina Ecclesia iterum pastore destituta gravia incurreret damna, ad instantiam eorum *Balduino* Archiepiscopo præfato, ipsam Ecclesiam Moguntinam administratorio nomine, usque ad exitum litis commendavit. Constitutus autem Administrator oppida, castella, & munitiones totius dice- celis in suam potestatem accepit, & omnia ab incursione pravorum fortiter defendit, & prudenter gubernavit. Magna his diebus inter Clerum & cives Moguntinenses dissensio fuit, propter libertatem Ecclesiasticam: illis jura & libertates suas defendentibus, istis autem ex adverso omnia infringere & violare laborantibus. Ad reprimendam igitur temeritatem laicorum, *Balduinus* Administrator castrum *Altuill* dictum duobus a Moguntia miliaribus in descensu *Rbeni* fluminis situm, a fur-

Cives Mo-
guntinos
seditiones
domuit.
item Nort-
busianos.

Ludovicus
Imp. poren-
tia abuti-
sur.

Roma co-
ronatur.

Pontificem
deponit,
novum
constituit.

Excommu-
nicatur.

Vritur
contra Pa-
pam Occa-
micalano.

Parum ab-
sistit, quin
imperio
movere-
tur.

Synodus
Mogunt-
na.
1327.

Mortitur.
1328.

Albertus
Brgentin.
Trithemi-
us. Bri-
schius &
Catalogi
MS.

Balduinus
Henricus a
Mogunti-
nis non ac-
cepit.

Balduinus
Admini-
stratoris
nomen ca-
pit.

Lites inter
Clerum &
cives Mo-
guntina.

Moguntinenses omnia diruunt monasteria.

1329.

Papa ipse dicata ab Imperatore.

1333.

Henricus fit Archiepiscopus. Balduinus resignat administrationem.

Erfordia a Balduino obsessa.

Resignat.

1331.

Moritur.

1348.

Albert. Argent. Trithemius, Naucleus & alii.

a fundamentis de novo construere capit, ipsamque villam muro undique cinxit. Interea Moguntinenses *Balduino* obsidionem metuentes, ut dicebant, revera autem Cleri odio provocati, *Moguntiam* die S. Laurentii Martyris anno 1329. egrediuntur in manu valida & multitudine magna, ac Monasteria Ordinis nostri (ait *Trithemius*, qui hæc omnia diligenter adnotavit in suo Chronico Hirsaugiensi) ædificiis & structuris insignia, S. Albani Martyris, S. Jacobi Apostoli in monte specioso, Sanctique Victoris Canonicorum secularium, una cum castro in *Weissenaw*, pro magna parte destruxerunt, quemadmodum veltigia in Monasterio S. Albani præcipue ostendunt usque in præsentem diem. Monasterium autem S. Jacobi, quia civitati proximum erat, cum insigni Ecclesia funditus everterunt. Pro qua temeritate postea ad Cameram Imperatoris citati sunt, & in maxima pecuniarum summa ipsis Monasteriis solvenda judicialiter condemnati. Lata est sententia *Francfordiæ* a *Ludovico* Cæsare anno 1333. & plures secutæ sunt transactiones, quæ apud Ecclesias habentur. Monasteria vero successu temporis reædificata sunt, sed ad pristinum decorem non pervenerunt. Ab illo tempore, usque ad captivitatem civitatis, Deo injuriam Sanctorum vindicante, fortuna Moguntinensibus semper fuit adversa, quousque tandem libertate amissa, in perpetuam servitutem sunt redacti. Post annos autem tres, sententia pro *Henrico de Firnbergh* data fuit: qui confirmatus in Archiepiscopum, denuo ad *Moguntiam* mittitur. *Balduino* in manus ejus Administrationem resignante coram duobus Legatis Apostolicis, Clero & omni populo, mandatis Papæ coactis, pro Archiepiscopo susceptus, cum solennitate *Moguntiam* & in Ecclesiam introducit. Hæc fere verbis *Trithemii* afferre visum est. Restituit jussu Imperatoris *Henricum* Abbatem *Fuldensem*, a seditiosis subditis pulsus. Obsedit cum *Fridericum Landgraviu Thuringiæ Erfordiam*, & ingenti summa pecuniæ multavit. *Albertus* Argentinensis, quem *Cuspinianus* sequitur, *Balduinum* violenter Episcopatum Moguntinum detinuisse scribit, & a Legato coactum, abdicasse; quod de tanto Principe affirmare nolim, cum apud diligentissimum Chronographum legam, *Balduinum* & cives facile consensisse, ut administrationi cederet, sed Clerum minime. Haud difficulter in possessione ejus si voluisset, manere potuisset, Imperatore schismatico vires præbente. Emit *Balduinus* multa oppidula, castra & pagos, quæ tamen jam magna ex parte Moguntinum non agnoscunt. Resignavit anno 1331. postquam utilissime præfuisset, ferme triennio. Obiit apud suam *Trevirim* anno 1348.

HENRICVS III. Comes a *Firnburg*, Præpositus Bononiensis, præsentem Legato Apostolico, secedente & submissitante Clero, sedem Archiepiscopalem conscendit, atque ex

manu *Balduini* administrationem suscepit, non admodum magno cum fructu gubernans. Cum enim Capituli voluntate (ut tradit *Albertus*) *Ludovico* Imperatori adherere cogere, eaque de causa sex oppida & arces, ne variare posset, in manu sua retinisset, videlicet *Oppenheim*, *Bingium*, *Ebrnsfels*, *Starckenbergh*, *Lohnstein* & *Miltzenbergh*, Cæsar Pontificis diris sæpius impetratus, non absque gravissimis causis *Henricum* semper fidum & amicum sensit. Convocavit enim *Spiram* in gratiam Imperatoris conventum Episcoporum suorum Provincialium, missisque *Romam* Episcopo Curienti & *Gerlaco* Comite de *Nassaw*, quibus modis potuit, *Ludovicum* sit. excommunicationi eximere conatus est. Verum, *Francorum* Rege *Philippo Wallefo*, minacibus literis impediente, cum alioquin promptissimus esset Pontifex, id impetrare non potuerunt. Ad maximam igitur indignationem commotus Cæsar, anno 1338 apud *Francfordiam* congregato frequentissimo Imperii conventu, per publicum Edictum, non tam se excusare nisus est ab objectis, quam rationibus evincere, *Papam in se nihil juris habere, aut quidquam statuere posse*: gravissimeque tam secularibus quam Ecclesiasticis comminatur, sub amissione gratiæ Imperialis & Feudorum, ne quis mandatis & denuntiationibus ejus obediret. Mox omnibus regni proceribus & vulgo audiente, recitavit Orationem Dominicam cum Symbolo Apostolorum, eique se firmiter credere professus, injuste sibi hæresis notam impingi posse putavit. Habebat autem Romanus Pontifex illic suos mandatarios, qui ad 8. diem Augusti valvis Ecclesiarum affigebant anathemata & processus contra *Ludovicum*, cum severissimis comminationibus in omnes, qui illi communicarent. Quare Canonicis D. Bartholomæi in obedientia sedis Apostolicæ permanentibus, divina officia præsentem Cæsare obire, religio erat. Quod ille in contemptum sui vergere dicens, simulque eos superbiæ intumescens, potissimis prædiis & decimis spoliavit, Dominicanos ibidem postridie oppido eiecit; qui annos 24. exclusi, sæpius locum mutare coacti sunt. Et ne quid deesset maiorum, *Henricus* tanquam loci Ordinarius, in gratiam Imperatoris Carmelitas cœnobio exturbavit. A Teutonicis & Franciscanis similiter sacra sunt suspensa, usque ad depositionem Archiepiscopi. Præpositus D. Bartholomæi, Dominus *Joannes de Constantia*, cognomento *Vnderhoff*, Decanus Metropolitanus, quia *Ludovici* partes sequebatur, omnibus suis redditibus frui potuit; Collegium S. Leonardi, applaudens quoque Principi, sacra celebrat, ideoque decima in *Praumbem* ex donatione ejusdem auctus fuit. Quid in aliis Episcopatibus & Imperii civitatibus acciderit, facile hinc æstimare licet: cum alii Præsules Cæsari, alii Pontifici obedirent, ac ipse Clerus ab Episcopis, tum inter se aliquando esset divisus. Pervagatum est enim hoc malum

Henricus III.

Ludovici Imp. partes securus.

Synodus provincialis Spiræ.

Comitia apud Francfordiam.

1138. Ludovici Edictum contra Papam.

Excommunicatur.

Alii, sicut Henricus, Ludovicum tuentur, alii Pontificem.

malum totum *Rheni* tractum superiorem & *Sueviam*, cum maximo Ecclesiasticorum incommodo & populi. Deponuntur passim Episcopi *Bavaro* adherentes a Pontifice, diversum sentientes ab Imperatore, proscribuntur, populis Sacramenta & ipsa Christiana sepultura negantur, bona ac prædia Ecclesiarum diripiuntur, Monasteria evastantur. His malis dum Ecclesia & Respub. Christiana percelleretur, crux amicta stola erigitur in medio summi templi Moguntini, antequam singulis diebus Clerus cantabat Antiphonam: *Medita vita &c.* cum psalmo: *Deus laudem meam &c.* qui est 108. donec Imperator *Ludovicus* casu equi esset extinctus, & agente *Carolo 4. Gerlaco* vero Episcopo Clerus & populus obedientiam præstaret. Sicque post aliquot annos in magna tribulatione transactos; crux illa solenniter cum cantico: *Te Deum Laudamus*: est deposita, præsentate Imperatore, Moguntino, Colonienſe, Trevirenſe, Herbipolenſi, Spirenſi Argentinensi & Bambergensi Episcopis, aliisque Principibus & Nobilibus plurimis. *Cuno* quoque de *Falckenstein* admodum protervus adjutor *Henrici*, ita est a *Carolo* humiliatus, ut arcès & oppida ditionis Moguntinæ dimittere cogeretur, tandemque in gratiam receptus. Fuit quoque anno 1342. inundatio tanta *Rheni* & *Mani* in ipsa æstate, ut pagos integros, domos & muros civitatis Moguntinæ dejiceret: summum templum aqua teneret, ad summitatem unius ulnæ; *Francofordia* magnam partem lapidei pontis, sterneret, ac multos mortales absumeret. Erant illic omnium templorum pavimenta aquis opplata: in iis nostrum D. Bartholomæi, quod eminentius cæteris est, tres pedes in altum aquam continuit. Invenio in Annalibus, *Ludovicum* Imperat. pro *Henrico* Archi-Episcopo apud *Francofordiam* tulisse sententiam, contra *Ruperum* Palatinum, qua de causa, ignoro: licet in folio Regali, præsentibus ad 5000. armatis id fieret. Eo rerum statu, *Clemente 6.* Romanæ Ecclesiæ præſidente, *Henricus Romanus* vocatus, ut pro tanta protervia satisfaciatur, venire distulit. Igitur in sæpius citatum Pontifex sententiam promulgat, & obduratum in frequentissimo Cardinalium consistorio deponit, omnique honore Episcopali destituit, *Gerlaco* de *Nassaw* in ejus locum substituto: accidit ad annum 1346. Quæ omnia illa nihil curans, adiutorio *Ludovici* Cæsaris & *Cunonis* potentissimi Comitis a *Falckenstein* & *Mintzenbergb.* per integrum octennium, quamdiu superstes fuit, suo & plurimorum subjectorum periculo, & magna rerum totius Archi-Episcopatus jactura, munia Episcopalia, ubi potuit, exercuit. Capti sunt a civibus omnes Canonici maioris Ecclesiæ, partes *Gerlaci* sequentes: Actum id est anno 1348. tertia feria post Assumptionem B. Mariæ. Elegit jam exauthoratus, anno eodem, una cum quibusdam Electoribus *Eduardum* Regem *Angliæ*, qui implicatus bel-

lo Francico assentire noluit. Deinde *Friedericum* Marchionem *Misnie*: qui debilitato corpore, acceptis decem millibus marcarum argenti, similiter tanto honori renuntiavit. Postremo *Güntherum* a *Schwartzberg* Comitem, inclytum heröa, sibi familiarissimum nominat, & *Aquisgranii*, (ut *Onuphrius* scribit:) coronam illi imponit, sed & hæc electio in irritum cessit, *Günthero* brevi post veneno sublato & *Carolo 4.* a *Gerlaco*, vero Archi-Episcopo aliisque electo, ut in sequentibus dicetur. Grassante ita *Henrico* in Ecclesia Moguntina, *Carolus Bohemæ* Rex, cujus jam facta est mentio, Pragensem Episcopatum, Moguntino subditum, in Archi-Episcopatum sublimari curavit in odium *Henrici*, subjectis illi *Bohemæ* duobus Episcopis, jure coronandi Regem translato in Pragensem Antistitem, quod ad nostros Pontifices pertinebat. *Augures* habeo, qui illum vendidisse tantam prerogativam dicant, quod verisimile non est, cum esset *Carolo* plane contrarius. Extant de hoc negotio Bullæ *Clementis 6.* ut etiam de depositione Episcopi totus processus in Bibliotheca nostra. Perfecit & absolvit *Castrum Elfeldt* a *Balduino* ceptum, ac tandem anno 1353. d. 20. Decembris ex hoc sæculo evocatur, cum gubernasset annos 15. in obedientia Romani Pontificis, in schismate 8. in universum circiter 23. De eius sepultura, tum an Romanæ Ecclesiæ communioni sit restitutus, nihil invenio. Sepultum in *Erbach* quidam dicunt. Fuit eodem anno tanta siccitas, ut in æstate puer decennis *Moguntia*, vel prope, *Rhenum* transiret.

SCHISMA QUINTVM.

GERLACVS, Comitis a *Nassaw* *Gerlaci* filius, *Adolphi* Imperatoris nepos, ex Decano summi templi Apostolice provisu, annis fere 8. Cum *Henrico* promiscue Episcopatum tenuit: tametsi *Gerlaco* majorem obedientiam haberet per civitates, oppida & castella, maxime in *Thuringia Erfordiam* & *Hassiam* pene omnem, qui mandatis Apostolicis obtemperabant, aliis recusantibus. Itaque tota diocesi divisa, hujus judices *Moguntia* jurisdictionem exercebant: *Henrici* in *Elfeldt*. Clerus tamen, qui propter Imperatorem *Ludovicum* & *Henricum* excommunicatos, jam pridem divinis officiis peragendis, diversis locis vagus & extorris abstinuerat, sub obedientia *Gerlaci*, paulatim divinum cultum reassumit. Sed nondum quiescentibus schismatico Imperatore & deposito Archi-Episcopo, *Gerlaco* rerum administratio adimitur & tribus Canonicis ex Capitulo committitur, assignata vero Pastori certa pensione, mille marcarum argenti, in annos singulos. Demum ad unum omnis potestas defertur, *Conradum* de *Kirckell*, hominem insolentem, qui statim omnes redditus Præpositi Metropolitanæ Domini *Joannis* de *Colunna* Cardinalis omniumque

Imperatorem.
Postea Friedericum.

Postrema Güntherum.

Mutatio Pragensis Episcopatus in Archi-Episcopatum.

Jus coronandi Regem in Archiep. Pragensi transferretur.

Henricus movitur.
1353.

Albertus Argentinensis, Trithemius hic Hylloriam suam claudit, Nauclerus & alii.

Gerlaco. Divisum primo tenuit imperium.

Adimitur ei administratio.

Datur Conradus de Kirckell.

Prælatorum, *Henricum* non agnoscentium occupavit. Coactus igitur fuit *Gerlacus* apud parentem aliquandiu latitare, interim quæ e Republ. Christiana erant, minime negligens. Imperio, enim jamdiu *Ludovico* abrogato, propter gravissima scandala & persecutiones, Ecclesiæ illatas, Electores in *Rhens* oppidulum convocavit. Qui Imperium jamdudum vacasse decernentes, ad 5. Idus Julii anno 1346. a *Gerlaco* Moguntino, *Walvano* Colonienſe, *Balduino* Trevirensi, *Rudolpho Saxonie* Duce, & *Johne* Rege *Bobemie*, renuntiatus est *Carolus 4.* Marchio *Moraviae*, *Bobemie* Regis filius: qui mox *Bonnae* a Colonienſe magna pompa est inunctus & diademate redimitus; non enim patebat illi *Aquisgranum*, *Ludovici* partes adhuc studioſe fovens. Sunt illic Regalibus investiti, primum Ecclesiastici Præſules, quorum suffragiis in Regem Romanum electus fuit: deinde *Monasterienſis*, *Leodiensis*, *Virdunensis*, *Metensis* Episcopi, & plures alii. Hæc admodum indignè tulerunt *Henricus* depositus Moguntinus, (qui tamen bonis & religioſis viris non habebatur Episcopus) *Rudolphus* Bavarus Palatinus *Rheni*, cum fratre suo *Rupertus*, *Ericus* Dux *Saxonie*, *Rudolphi* filius, *Otto*, qui & *Ludovicus*, Marchio *Brandenburgensis* vitioſe celebratam electionem cauſantes, quod non a Palatino vocati (cujus tunc id erat muneris) nec in loco debito coissent, nimirum *Francfordiæ*: nec ubi conſueverat, coronatio eſſet peracta. Quare duobus ſucceſſive ab iis electis quorum tamen neuter conſentit, ut supra in *Henrico* demonstravimus, etiam tertium, *Güntherum* a *Schwartzburg*, quo tum nemo melior gloria militari erat, nominarunt. Is propter Electorum honorem conſentens, ſeſtrem tantum ſpatio, plerisque Imperii oppidis in ſuperiore *Germania*, *Argentina* excepta, potitus eſt, ac magnas in vicinia Moguntina excitavit turbas. Statim enim nuntio ſuæ electionis accepto, cum valido exercitu ante civitatem *Francfurtensium* politis caſtris *Carolum* expectat. Sed illo tergiverſante, poſt aliquot dies in oppidum recipitur. *Carolus* ad *Moguntiam* ſe conferens ad *Gerlacum*, ſtato die ad caſtellum e regione civitatis, exercitum ad eſſe juſſit. *Güntherus*, ut Regem ſe minime timere ſignificaret, eodem die ludos militares (torneamentum vocant) indixit. Vocatus etiam *Spiram* a *Carolo*, quo complures Imperii proceres eorumque legati convenerant, ut ſchiſmati mederentur, interim *Fridbergensem* arcem cum oppido obſedit, & expugnavit, ablatasque illinc nundinas *Francfurtensibus* contulit, in quorum odium prius *Carolus* alteras Moguntinenſibus conceſſerat. Rati inter hæc Moguntinenſes cives, ſe diſcordiam Regum ac Præſulum ſuorum in rem ſuam verſuros, *Carolum*, cujus gratia fruebantur, rogant, ut arcem ac munitionem in *Elfeldt* recenter constructam dejiciat. Ejus rei certior factus *Güntherus*,

licet jam ex veneni potione infirmus eſſet, cum *Henrico* oppidulum ingreditur, paucis comitatus equitibus. Adverſarius eodem properans cum longe pluribus, tanto impetu in fugam eſt converſus, ut vix elaberetur. Verum poſt pauculos dies *Günthero* medici perfidia propter intoxicationem *Francfordiæ* ſublato, *Carolus* ſolus rerum potitus, eidem juſta ſepulchralia humaniſſime religioſiſſimeque perſolvit, civitati nundinas reſtituit, relaxationem anathematis certis conditionibus ſubditis impetrat. Fuit hoc anno videlicet 1349. tantum incendium *Moguntiae*, ut campana horologii S. *Quintini* & multa pretioſe fenestrae templi ex calore ignis defluerint. Clerus ex hujusmodi turbis & ſeditionibus in magnum luxum & defectum prolapsus eſt; cujus rei memorabile reſertur exemplum. Cum enim an. 1355. Cal. Auguſti *Gerlacus* Concilium Provinciale, præſente *Carolo* aliisque Principibus, *Moguntiae* ageret, *Imocentius 6.* Romanus Pontifex, Legatum ſuum Episcopum *Calvacensem* illuc deſtinavit, pro ſubſidio ad *Cameram* Apoſtolicam cogendo: qui ampliffimas habebat facultates diſpenſandi cum Clero ſuper beneficiis, quæ minus Canonice aſſecuti fuerant. Quam exactionem *Cæſar* graviter ferens, coram Principibus Imperii Legato exprobat, quod ſolum quantum attenderet, in Clero vero nihil reformaret. Aſtans tunc forte ſuo Episcopo *Cuno* Comes a *Falckenſtem* Canonicus *Moguntinus*, veſtitus pretioſa penula, (*Nauclerus* capitium vocat) aureis atque ſericis ligaturis conſuta, juſſus eſt exuere eandem; quam Imperator induens, ſuam longe vilioſiorem *Cunoni* dedit, inquit: *An non in veſte Cunonis ſmilior ſum militi quam Clerico?* Rurſumque eam deponens, ad *Gerlacum* Archi-Episcopum converſus, ſeveriſſime illi mandavit, ut reformaret Clerum, ab uſum in veſtibus, capillis, calceis, & vita tollat, ſub poena privationis omnium fructuum, Imperatorio Liſco applicandorum. Quo audito, Legatus *Moguntia* reſecta, fugienti ſimilis navigio *Coloniam* abiit. *Cuno* ergo in melius commutans mores, evaſit in virum tantum, ut aſſumeretur in Archi-Episcopum *Trevirensium*: quam provinciam tam gnave, prudenter & moderate rexit, ut plurimis oppidis, arcibus & pagis Episcopatum auxerit, denique in *Moguntinum* ac mox *Colonienſem* Antiftitem poſtularetur, quos tamen ampliffimos honores recuſavit. *Gerlacus* quoque prudenter Eccleſiam ſuam gubernans, quidquid damni illatum fuit, quantum licuit, reſarcire conatus eſt. Nam comparavit oppida *Alfeldt*, *Ballenberg*, *Crautheim* & alia. Deinde anno 1366. emit civitatem *Duderſtadianam*, *Gibelnbaufen* aliasque arces & villas *Eyſfeldiæ*, a Duce *Brunſwicenſe* de *Grubenbagen*, *Ottone* in *Italiam* & *Calabriam* proſecto cum copiis *Caroli* Imperatoris, ubi donatus *Ducatu* *Tarentino*, etiam ad nuptias *Johne* Reginae *Neapolitanæ* perve-

Gerlacus
Electores
convocat.
1346.

Carolus IV
eligitur &
coronatur
Imperator.

Qui non
nullis diſ-
plicet.

Güntherus
Anticaſar.

Carolus ad
Gerlacum
fugit.

& a *Gün-
thero* *Elfeldt*
depellitur.

Güntherus
perit vene-
no.

1349.

Clerus in
luxum de-
generat.

1355.

Carolus IV
Pontifici a-
varitiam
objicit.

Reforma-
tionem Cle-
ris
precipit.

Cuno fa-
ctus Archi-
Ep. Trevi-
renſis.

Gerlaci me-
rita de Ec-
cleſia.

1366.

Diffidium
inter Cle-
rum & po-
pulum Mog.

pervenit. Anno deinde 1364. reparata sa-
lutis fuit tantum diffidium inter Clerum &
populum Moguntinum, propter privilegia
& libertatem Ecclesiasticam, ut multi urbe
excederent. Accusatur senatus Romæ co-
ram Urbano 5. Pontifice: & cum non com-
pareret, excommunicatur, fitque cessatio a
divinis officiis. Aliquot annis intercurren-
tibus, hoc est, anno 1368. facta est concor-
dia per Lambertum Episcopum Spirensē,
Joannem Wormatiensem, Rupertum Palati-
num, Walramum Comitem a Spanheim ci-
vesque communioni sunt restituti. Fuit eo-
dem anno tanta famēs in his locis, ut Mo-
guntia femina quadam ad extrema redacta,
nec quidquam unde viveret, nancisci posset,
duos filios brachiis complexa in Rhenum se-
se cum liberis præcipitaret, ut tantis malis
desungeretur. Consensisse fertur Gerlacus
in exemptionem Episcopatus Pragensis, in
gratiam Caroli 4. qui Imperium plurimis af-
fecit damnis; ut Bobemiam illustraret. Cæ-
terum Archi-Episcopus jam plenus dierum,
cum in annum usque 1371. diem 10. Febr.
vixisset; in universum supra 24. annos solus
vero 17. mensem 1. dies 21. Ecclesiam suam
magnifice rexisset, in Christo obdormivit.
Sepultus in Erbachiano cœnobio.

Reconcili-
antur.
1368.

Gerlacus
moritur.
1371.

Epitaph.

Sub Anno Nativitatis Domini 1371. die
12. mensis Februarii, in castro Aschaffenburg,
Reverendus in Christo Pater Dominus Ger-
lacus de Nassau, ex Regali prosapia ortus,
Archi-Episcopus Moguntinus felicitis recorda-
tionis & devotus Mariæ Virginis gloriosæ
Capellanus, hic tumbarus: propter acerbita-
tem doloris inexpressibilis & passionis intol-
erabiliter, afflictione duorum videlicet lapi-
dum, oculatum hic postorum, in ipsius vesica
per anathomiam repletorum, causati, diem
suum clausit extremum. Cujus anima requi-
escat in pace per secula infinita. Pro quo o-
mnes & singuli vos lapides intuentes, humi-
li corde & flexis poplitibus depromant. Re-
quiem æternam dona ei Domine, & lux per-
petua luceat ei. Amen.

Bruschius
Catalogi
MS.
Cuno.

Papa vo-
lente cedit
Episcopatu.

CVNO a Falckenstein, Archi-Episcopus
Trevirensis laudatissimus, post excessum Ger-
laci, communibus Canonorum suffragiis
postulatus est Moguntiam. Verum Romano
Pontifice ad suggestionem Caroli 4. alium
nominante. Cuno haud gravate cessit. Ha-
bet Catalogus quidam, post Cunonem postu-
latum Adolpbum; alii cum Cunone in schi-
smate a capitulo designatum, volunt ex Epi-
scopo Spirensi; verum id modo non acci-
dit, cum hoc tempore Adolpbus nondum
fuerit in Spirensē evectus, ut Epitaphium
Joannis clare significat.

Bruschius
Catalogi
MS.
Joannes.

JOANNES Dux Luceburgensis, Comes
Linia ac S. Pauli, vulgo dictus Gallus, fi-
lius Wenceslgi Luceburgensis ac deinde
Brabantia Ducis, fratris Caroli 4. Impera-
toris ex Episcopo Argentinensi a Gregorio 2.

ad Archi-Episcopatum Moguntinum est
translatus; Princeps vultus venustate & cor-
poris statura conspicuus, moribus lenis &
simplex, qui potius regeretur quam regeret.
Fuit sub ipso frequentissimus Imperii con-
ventus Moguntia, utriusque ordinis Princi-
pum, cum Summus Pontifex decimam a
Clero Germaniæ exigeret. Aderat tum quo-
que Carolus Imperator cum uxore, multos
in comitatu suo habens Bobemos, quibus ad-
modum insensī erant cives quidam Mogun-
tini, incertum, qua de causa. Quare die quo-
dam cum Imperatrix civitatem esset egres-
sa animi gratia, hospitium Bobemorum præci-
pue zum Thiergarten, quo Carolus diver-
terat, violenter irrumpunt. Quos dum non
inveniunt, horti januam, ubi Augusta ma-
nebat, effringunt, ac quotquot illius gentis
homines comprehendere poterant, nulla re-
verentia Celsitudinis habita, omnes interfici-
unt. Cæsar ea re plurimum irritatus & com-
motus, eodem statim die, urbem relinquit,
latrones vero læsa Majestatis rei, a Senatu
statim comprehensi, gladio cæsi sunt, sic-
que tamen vix crimen Moguntia eluit. Eo-
dem anno 1372. Ringamienses destruxerunt
& combusserunt castrum Delckbenheim præ-
donum latibulum; capto Wilderico Domi-
no loci. Decessit Elfeldia 4 Aprilis, sepeli-
tur Erbachii anno 1373. cum hac inscriptio-
ne:

Anno Domini millesimo trecentesimo septu-
agesimo tertio, pridie Nonas Aprilis, Obiit
Reverendus in Christo Pater & Dominus Jo-
annes de Lützelburgh S. Pauli Comes, Argen-
tinensis Episcopus primum, denuo Mogunti-
nus Archi-Episcopus, Domino Gerlaco de Nas-
sau Archi-Episcopo Moguntinensi tunc succe-
dens, in Alta villa veneno intoxicatus, vita
desungitur, in aliud seculum receptus.

SCHISMA SEXTVM.

LVDOVICVS Marchio Misnia & Thu-
ringiæ Landgravius, Ludovici Bavari Impe-
ratoris ex Mechtilda nepos, FridERICI frater,
primus Episcopus Halberstadensis, mox
Bambergenlis (nam per multas Ecclesias
perambulabat, quærens requiem, & non in-
venit, ait Crantzius) anno 1374. Apostoli-
ce provisus sedem Moguntiam, quanta pot-
est violentia capescere nititur contra Adol-
pbum a Capitulo nominatum. Licet vero
hic majorem haberet obedientiam, & Ludo-
vicus Moguntiam adire non posset, tamen
Archi-Episcopatus jura usurpare non dubita-
vit. Elegit enim cum aliis in gratiam Caro-
li 4. Wenceslaum filium ejus, hominem so-
cordem & stupidum, anno 1376. Extant &
ejus Diplomata, quibusdam locis concessa, in
Adolphi invidiam. Nec tanto honore con-
tentus, etiam in Magdeburgensem Antisti-
tem postulatus non repudiavit, ac facile
confirmationem obtinuit: Cum tamen in eo
nihil Ecclesiastico Principe dignum, præter
Nobi-

Ejus virtutes.

Comitia
Moguntia
habita.

Adducti
huc à Caro-
lo Bobemi
omnes a Mo-
guntinis oc-
ciduntur.

Puniri Mo-
guntini.
Castrum
Delckben-
heim des-
truitur.

1372.
Joannis
mors.

1373.

Crantzius
lib. 10.

Metropolis.
Bruschius.
Catalogus
Petri Jaco-
bi MS.

Ludovicus.
Archi-Epi-
scopatum
vi capie-
contra A-
dolpbum.

1374.

Eligit Wen-
ceslaum.

1376.

Factus An-
tistes
Magdebur-
genfis.

Nobilitatem eximiam, conspiceretur. *Bruschius* (qui mire hic variat) usque in annum 1381. supervixisse; *Chronica Thuringiae* anno 1382. *Meyerus* in *Ludovico Maleano Flandro*, in fine, ad annum 1383. ejus mortem accidisse tradit. Demum in oppido *Kalvensi* Magdeburgensis Archi-Episcopatus, cum commestationi & saltationi vacaret, coortp incendio in ipso triclinio, periculum effugere conatus, per gradus decidit, & post paucos dies vivere desit. Sepelitur in sacello Palatii Archi-Episcopalis ibidem, quod S. Gingolpho dicatum est; *intestinarum sacellum* vulgo dictum. Hoc vigente schismate, anno videlicet 1383. quo Ludovicus e vita est ereptus, in sacello quod adhuc visitur inter ædem D. Albani & Ecclesiam B. Mariæ in Campis, nunc dictam ad S. Crucem, impius quidam *Schelkropff*, postquam in suburbio Moguntino *Fitzbach* rem omnem a lea perdidisset, iramque trucem, tam in Deum, quam in homines concepisset, imaginem Crucifixi Christi Salvatoris, gladio petiit, atque caput ejusdem amputavit, unde statim copiosus & terrificus profluxit cruor, non aliter quam si vivum hominem vulnerasset. Mox in D. Virginis aliorumque sanctorum signa similiter est grassatus. Qua impietate expleta, dubio procul, Dei nutu, ita immobilis loco affixus permansit, donec a supervenientibus in tanto scelere deprehensus, in civitatem captivus duceretur, ac paulo post vivus ultricibus flammis traderetur. Imagines vero cruore resperse (ut hodie etiam intuentibus patet) a Clero ad templum prædictum sunt translatae, ubi non sine admiratione ac magna veneratione Christi fidelium reservantur: multa etiam miracula & sanitarum operationes Dei optimi maximi beneficio posteris, qui religiose, locum hunc visitant, sunt experti atque etiam num expertuntur. Hæc prolixè & doctè, in nunquam satis laudato carmine suo, quod ibidem extat & jam impressum circumfertur, describit *Theodoricus Gresmundus* Jureconsultus Moguntinus, quod nostros, Iconomachos diligenter legere optarem, qui impune, prohdolor, nunc multo atrociora designant.

Crantzius
in Wanda-
lia lib. 8. c.
42. Bru-
schius, &
Catalogi
Adolphi.

ADOLPHVS Comes a *Nassaw*, *Gerlaci* Archi-Episcopi supra celebrati ex fratre nepos, Episcopus Spirensis, unanimo Capitularium consensu Moguntiam postulatur & eligitur. Quod cum non placeret *Gregorio* 2. instigante *Carolo* 4. Cæsare, sive ob negatas decimas exacerbato Pontifice, contra voluntatem Canonorum, *Ludovicum* Marchionem *Misniae*, Episcopum Bambergensem substituit, qui integro septennio & amplius, *Adolphum* infestat. Quare post varios tractatus de pace & concordia ineunda habitos, uterque armis jus suum asserere nititur. Sed *Adolphus* prior valido collecto exercitu, in *Thuringiam* profectus est, *Erfordiae* se includens; unde aliquoties erum-

pens, circiter 300; ex hostibus cecidit. Demum utrique placuit, ut juxta fluvium *Vnstrut* & castrum *Bobost*, locus prælio decernendi statuatur. Cæsar qui ipsemet *Ludovico* cum magnis copiis, suppetias ferebat, tam inmanes conatus utriusque considerans, præsertim quod ipse potissima hujus Tragediæ causa esset, conflictum inhibuit. *Adolphus Erfordiam* rediens utrumque tam Spirentem, quam Moguntinum Episcopatus non tamen quietus usque ad obitum æmuli sui gubernavit. Præfuit deinde summa cum laude solus annis adhuc 7. a primo vero designatione circiter 15. usque in annum 1388, Imperatori *Carolo* gratissimus, a quo, pago *Hoeff* cum telonio donatus est. Instituit porro *Carolus* in Palatio *Ingelzheim* fratres religiosos nationis Bohemicæ, sub Præposito viventes, eos largiter donis & Privilegiis confirmans. Quæ omnia nostra ætate, a *Palatino Friderico Calvinista*, sunt occupata. Paulatim vero ex maxima abundantia vini & frumenti (cujus diligentissimus asservator fuit) Ecclesiæ suæ damna illata recuperavit. *Hermannum Hassæ* Landgrævium ita perdomuit, ut *Fritzlarie* in cœmisterio S. Petri officium Marescalci exerceret, avenam publice mensurando. Exorto schismate inter *Urbanum* 6. & *Clementem* 7. Romanos Pontifices, a neutro confirmationem & pallium petiit. Impetraverunt Moguntinenses aliquot Privilegia in detrimentum Cleri a *Wenceslao* Rege, quæ postea *Adolphi* cura, ab ipsemet ac deinde *Ruperto* Imperatore sunt revocata. Exempla Diplomatum propter prolixitatem huc alligere nolui, præsertim cum evanuerint. Obiit *Heilgenstadtii* in Februario: sepelitur *Moguntiae* in summo templo. Difficillimum est istorum Principum res gestas exhibere, cum supra hominum memoriam sint, nec a quoquam diligenter traditæ, cum tamen multa acciderint memorabilia, præsertim confederatio civitatum Imperialium septuaginta duarum, videlicet *Ratisponensium*, *Nürnberg*, *Suevici*, *Argentinarum*, *Spirensium*, *Wormatiensium*, *Moguntiae*, *Francofordiae*, *Fridbergiae*, *Wetzlarie* &c. qui anno 1384. egressi, post longam obsidionem funditus destruxerunt firmissimum castrum *Burck Solms*, contententes omnes Principes, Nobiles & Clerum. *Moguntini* prohibebant civibus, neab Ecclesiasticis vina emerent, aut iis imponerent; *Wormatienses* ressecarunt de domibus Ecclesiasticorum omnem structuram, super plateas se extendentem; tantisque malis affecere, ut civitatem relinquere sint coacti. Quæ de causa damnati sunt a *Wenceslao* in mille marcis auri puri. Cum vero literæ Imperatoris publicatæ essent, acceptis vexillis civitatem egrediuntur, florentissimum S. Cyriaci in *Newhausen* Collegium cum habitationibus Clericorum diripiunt & evastant, triginta duos vulnerant, atque carcæribus mancipant,

*Æmuli Fris-
copi prælio
confecturi.*

*Arbiter est
Imperator.*

*Confirmatur
Adol-
phus.*

*Hoeff.
Merita e-
jus de eccle-
sia.*

*Herman-
num Has-
sum do-
muit.*

Ejus mors.

*Confede-
ratio civi-
tatum Im-
perii.*

1384-
*Destructio
castrum
Burck-
Solms.*

*Mogunti-
norum in-
clerum in-
guitus.*

cipant, idem in sacerdotes, villanos designant. Ad hæc facinora Moguntini subsidia ministrabant atque auxilia. Tandem res per *Adolphum* Archi-Episcopum, *Wormatiæ* est compolita, non sine magno labore ac detrimento Ecclesiarum. Principes vero considerantes; in vicinia tanta mala impune geri a confœderatis, incunt & ipsi foedus, præsertim *Rupertus* senior Comes Palatinus *Rheni*, *Adolphus* Comes de *Alyeia*, Comes de *Witzenberg* & alii, congregientesque in *Suevia* apud oppidum *Wiehl*, profligati sunt ad duomillia ex parte civitatum, quorum quadringenti cæsi reliqui in vincula ducti sunt. Denique non longe post ab *Adolpho* inter *Wormatiam* & *Bockbenheim* supra mille cæduntur & capiuntur. Anno sequente 1385. *Lupoldus* Dux *Austriæ* a seditiosis *Helvetiis* extinguitur. *Moguntini* vero & *Francfordenses* nondum quieti, etiam inlignem stragem patiuntur, ut in *Conrado* dicemus.

Bruschius & Catalogi *Conradus*. 1388. Civitatum confœderatarum contra *Rupertum* machinationes.

Hujus virtus.

Novæ turbæ civitatum. 1389.

Repelluntur.

CONRADVS Comes a *Winspurg* ex Canonico Metropolitano, omnium votis expeditus est anno 1388. Princeps natura tranquillus, & pacificus. Anno primo sui Principatus, confœderatæ, ut supra dictum est Moguntinensis, Spirensis & Wormatiensis Republicæ contra *Rupertum* Palatinum *Rheni*, immittunt subito in *Palatinatum* sexcentos levis armaturæ, prædones potius quam milites, qui rapinis & incendio grassarentur in rusticanas villas, sicque maximam cladem colonis inferunt. Palatinus cognitis illorum machinationibus, collectis aliquot expeditis equitibus, circiter trecentos interfecit, ducentos captivos abduxit, reliqui fuga sunt elapsi. Erant in iis qui capti fuerant sexaginta perditissimi nebulones, qui nocturno tempore incendendis villis operam dederant; eos colligatos simul misit in fervidam ac jam candentem fornacem calcariam, ubi in cinerem & favillam subito sunt resoluti, crudelitatis suæ pœnam dantes. Qui supererant, pecunia vitam redimunt, urbes gravem multam solvere sunt coactæ; Neque tamen adhuc illa confœderatio civitatum satis est oppressa. *Francfordenses* enim anno sequente 1389. feria sexta post Dominicam Jubilate, cum armatis curribus & equitibus egressi, quoddam nemus Dominorum de *Cronberg* combusserunt, arbores decorticarunt, aliaque devastarunt. Interea Nobiles *Cronbergenses* adjuti trecentis equitibus Palatini, circa villam *Praumheim* illis occurrunt, & post pugnam in fugam vertunt, 714. capiunt, paucos occidunt, aliosque dispergunt. Nam supra mille ducenti in aciem prodierunt. Fuit tunc *Francfordi* gravissima persecutio Cleri propter libertatem Ecclesiasticam, quam *Conradus* Archi-Episcopus magna diligentia compescuit, pacemque, qualem obtinere potuit, consecit. Extant ejus rei apud nos monumeta; quæ vero de hac seditione scriptissimus, ex Domini *Georgii Pfeffer* Chroni-

co habemus, scripto anno 1487. *Moguntia* tunc Cancellario. Invaluit sub eo *Waldensium* secta, Lutheranae haud dissimilis, a quo ut 36. cives Moguntini ea hæresi infames *Bingium* sint abducti & ibidem combusti. Migravit ex hac mortali vita die 2. Septembris anno 1395. postquam annis 7. præfuisset, in summo templo conditus, ante aram trium Regum.

GOTFRIDVS Comes a *Leyningen*, vir pius & doctus a Senatu Canonicorum eligitur, non tamen iniit, violentiæ *Joannis Nassoviensis*, insigni animi moderazione cedens, ne schismati locum daret.

JOANNES II. Comes a *Nassaw*, *Adolphi* Archi-Episcopi frater, *Romæ* contra *Gotfridum*, incertum qua occasione, a *Bonifacio 9.* Episcopatum impetravit, eundemque minis & armis obtinuit: qua de re multa scribenda essent, nili superioris seculi hominum incuria neglecta forent. Tradunt tamen aliqui, non sine magnis largitionibus cum ad id honoris pervenisse. Fuit natura ad calliditatem usque prudens, & ad controversias componendas non inefix, plurimaque in diversis diocesis suæ locis, optime ordinavit & instituit. Transtulit *Exfordiam* scholam

Herbipolensem anno 1398. propter frequentes seditiones civium, *Bonifacio 9.* ratificante & Privilegiis firmante. Revocavit ad concordiam Clerum & Senatum *Francofurtensem*, propter libertatem Ecclesiasticam diu discordes; & *Wormatiensem*, triennium jam exulantem, civitati restituit. Caterum *Wenceslao* Cæsare supra 21. annos Imperium sua socordia & luxu plurimis damnis afficiente, ut passim omnibus contemptui esset, *Joannes* gravissima oratione ejus ineptitudinem detexit: primum *Bopardiæ*, deinde *Francfordiæ*: ubi repudiato & deposito *Bobemo*, inclytus Dux *Brunswicensis* & *Luneburgensis*

FRIDERICUS Magni filius est electus, anno 1400. Is domum rediens, habuit in comitatu suo *Rudolphum Saxoniam* Ducem & *Sigismundum* ab *Anbalt*, cum satis magno numero equitum. Cum vero nihil mali timerent, irruit in eos audacissimus homo *Henricus* Comes a *Waldeck* prope *Fritzlarium*, cum expeditis aliquot equitibus, ubi fortissime pugnantes Principes a perduellibus sunt profligati. Comprehensus est *Rudolphus* Dux: *Fridericus* designatus Cæsar, inaudito exemplo gladio est transfixus a quodam ab *Hirleshausen*. Comes *Waldeckianus* ad satisfaciendum evocatus, ait se id facinoris aggressum, jussu Domini sui Archi-Episcopi Moguntini, cujus præfectus erat in arce *Rüstenburg*. Quare *Friderici* fratres *Henricus* Dux *Luneburgensis*, *Bernhardus* *Anhaltinus*, & *Otto* Archi-Episcopus *Bremensis*, ex *Saxonia*, *Hassia*, *Wederovia*, valido collecto equitatu, *Moguntiam* obruere decernunt. *Moguntinus* animi consternatus ad reliquos Principes rem deferens, sua machinatione Ducem

Grigo Waldensium sectæ.

Conradus moritur. 1395.

Bruschius & MS. *Gotfridus*. Cedit *Joannis Nassoviensis*.

Crantzius in Metrop. *Carpinianus*, *Brunschius* & *Catalogi* MS. *Joannes II.*

Translatio scholæ *Herbipolensis* *Exfordiam* 1398.

Autor sic deponendi *Wenceslai*.

1400. *Fridericus* novus Imp. occiditur.

Joannes necis hujus incensatur.

*Secl purgat
se jureju-
rando.*

Ducem interfectum pernegat, seque jura-
mento purgat. Itaque post longos tractatos
captivi libertati restituti ad sua redeunt, etsi
non omnibus suspicio esset exempta. Tan-
tum enim id facinus omnium animos occu-
pavit, ut in hystorias sit relatum, & rithmis
eam cædem detestantibus publice sit decan-
tatum. Inde hi versiculi leguntur :

*Regula non ficta, Nequam Moguntia
dicta :*

*Germen Pilari, nunc denuo vivificati,
Sicut dum vixit iterum Christum cruci-
fixit :*

*Namque Ducem stravit Fridericum : qui
quasi David*

*Brunswig protexit : gentemque suam be-
ne rexit.*

*Rupertus
eligitur Im-
perator.*

Creato deinde a quinque Electoribus apud
Bopardiam *Ruperto* Duce *Bavariæ*; Palatino
Electore, in demortui locum, gravissime
deservitum est in Moguntini subditos, ab
Henrico fratre *Friderici*, & ab ipso *Ruperto*
Cæsare. Tanta enim clade affecit Archi-
Episcopum, & potissimum civitatem Mo-
guntinam, *Wenceslao* adhuc adherentem,
ut altero post sæculo, quidam scribat, rui-
nas ejus rei nuntias adhuc extitisse. *Ruper-
tum* vero plurimi fecit *Bonifacius* Romanus
Antistes, ut potestatem exigendi decimas a
Clero *Germaniæ* illi concederet: Quod tan-
dem Moguntinus, *Trevirensis*, & *Colo-
niensis* Antistites ægre admiserunt. Ve-
rum *Ruperto* ad meliorem translato vitam,
Jodocus Barbatius Moraviæ Dux anno 1410.

*Qui sevit
in Mogun-
tinos.*

*Jodocus re-
buspositus.
1410.*

paucis mensibus Imperio est potitus, cum
inclytum heroam *Sigismundum Hungariæ* &
Bobemiæ Regem cum aliis Electoribus, Ar-
chi-Episcopus renunciaret. In diuturno il-
lo & perniciosissimo schismate, quod Roma-
nam Ecclesiam multis annis turbavit pri-
mum *Alexandrum* 5. in Concilio Pisano ele-
ctum constanter est secutus, a quo dignitate

*Joannes le-
gatus a la-
sere factus.*

Legati a latere, per provinciam suam est
insignitus. Deinde *Joannem* 23. successorem
ejus tanta fide coluit, ut in Constantiensi
Concilio palam exclamaret, dum de uno con-
stituendo Papa ageretur, (nam tres simul il-
lum honorem usurpabant) se nulli nisi *Jo-
anni* obedientiam delaturum. Hinc a qui-
busdam insimulatur cum Duce *Austriæ* egis-
se, ut *Joannes* aufugeret, *Sigismundi* seve-
ritatem suspectam habens. Munivit primus
oppidulum *Höechst* ab ostio *Mani* & *Niddæ*
fluminum nomen trahens, exstructa illic
nova arce, & illam quæ est in *Altznaw*, a

*Joanni
Pontifaver.*

*Miraculum
circa S. Eu-
charistiam.
1408.*

liaque magnifice gessit, quæ ex Archivo Mo-
guntino petenda sunt. Quo tamen loco
prætereundum non est, ingens, circa di-
vinam Eucharistiam miraculum, quod ad
annum 1408. in oppido *Dürnberg* sylvæ Otto-
nicæ ditionis Moguntinæ, nunc tamen Her-
bipolensis diocæsis, accidit: amplissimo te-
stimonio *Eugenii* 4. Romani Pontificis alio-

rumque Principum virorum confirmatum.
Illud, quia valde est illustre, ad conterendas
frontes hujus temporis sectariorum, breviter
commemorabimus. Dum itaque Presbyter
quidam nomine *Henricus Osso*, in præfati
oppidi Ecclesia Parochiali, in Altari S. Catha-
rinæ Missam inconsiderate celebraret, manica
vestis, qua sacris operabatur, calicem jam
consecratum evertit, & super corporale, (ut
vocant) effudit. Verum mox divina ope-
rante gratia, pretiosus sanguis in figuram
crucis diffusus, Christi Domini nostri, in ea
pendentis, formam liquidissime expressit;
accedente quoque rubedinis lucidissimo co-
lore, cum veneranda ejusdem Salvatoris fa-
cie, quam *Veronicam* vocant, creberrime in
circuitu decorata. Presbyter vero totus atto-
nitus & stupens, quid faceret hæsitans, etsi
plures astantes sacro officio calicem effusum
cernerent, nec quidquam ea dere commemo-
rare auderent, tantum miraculum celare voluit
& corporale, (syndonem sic vocamus, in quo
sacro sancta Eucharistia benedicuntur) in ara
quæ celebraverat, levato lapide postea secre-
te abscondit, ubi etiam multis latitavit annis,
donec divinæ placuit majestati sacerdotem
ex hoc seculo evocare; qui jam morti vici-
nus, rem omnem uti acciderat, confessus,
prolata Christi sanguine illa rubricata palla,
omnes in admirationem & Dei laudes pro-
ruerunt. Et ne quis conficta hæc putet, sta-
tim divina majestas tot & tantis miraculis
pretiosum suum sanguinem cohonestavit, ut
aliqui mortui huc delati, ad vitam redirent,
variisque morbis afflicti sanitatem statim re-
cuperarint. Ad nostram quoque hanc æta-
tem annuatim in festi Corporis Christi octa-
va die, omnes vicini sacerdotes (quorum hoc
anno sexaginta duo adfuere) atque copiosis-
sima turba hominum tam Nobilium quam
plebejorum, ad dictum locum conveniunt,
divina magnalia enuntiantes, atque in jubi-
lo Deo optimo maximo gratias agentes. De-
generantibus ea ætate moribus, fratrum per-
verusti cænobii D. Albani prope *Moguntiam*,
permissione Episcopi commutatum est in col-
legium Nobilium Canonicorum, ut, proh do-
lor, non adeo vanum sit dictæ quorun-
dam: *Ex malis Monachis plerosque prodi-
isse Canonicos*: nec amplius triginta sex die-
bus huic dispositioni superfuit. Anno 1419. *Joannes*
nono Calend. Octobris, die S. Teclæ dicato, *moritur.*
finem vivendi in his terris faciens, ad quem
1419.
effluerunt a morte *Conradi* anni 23. menses
2. dies 12. tumulatur *Moguntia* in primario
templo S. Martini. Vacat sedes diebus 17.

Epigraphe est talis:
Anno Domini 1419. die 23. Septembris,
obiit Reverendus in Christo pater & Domi-
nus, Dominus Joannes de Nassaw, Archi-
episcopus Moguntinus.

Desit Anstites Teclæ vibrare Joan-
nes

Isse Moguntina sedis & Ecclesia.
Qui & in pace requiescat. Amen.

Crantzius
lib. II. Sa-
xon. Bru-
schius &
Catalogi.
Conradus
III.

Visitatio
Archiepi-
scopatus
Mogunti-
ni.
Synodus
Mogunti-
na.

1423.
1425.

Spira ob-
fessa.

Factus est
Vicarius
Imperii.

Mogunti-
nicum Cle-
ro contem-
dunt.

Infelicitas
cum Lu-
dovico
Hasso pu-
gnavit.

Novæ Mo-
guntino-
rum in
Clerum in-
vasiones.

Conradi
mori.
1434.

Bruschius
& Catalo-
gi MS.

CONRADVS III. Comes Rhenensis & sylvestris, Canonicus Metropolitanus, Præpositus Francfurtensis, *Rudesheimii*, in die S. Gereonis eligitur, extra *Moguntiam*, propter tumultuantes cives. Gubernavit quiete & summa cum laude; Princeps lenis, erga amicos benignissimus, contra inimicos magnanimus. Ipso præsidente facta est Visitatio Archi-Episcopatus Moguntini per Cardinalem Placentinum, jussu *Martini* s. Romani Pontificis, quæ scripta apud aliqua Collegia habetur. Celebravit quoque Synodum Provinciale *Moguntia* anno 1423, cujus Decreta sunt imprecisa. Emit anno 1425. oppidum *Steinheim* cum 14. pagis ac multis aquarum & sylvarum juribus, a Baronibus in *Epstein*. Instauravit & magnificentius ædificavit arcem *Aschaffenburgensem*. Obsessa est ab eo una cum reliquis Electoribus *Rheni*, civitas Spirensis, sed ab Imperatore *Sigismundo* composito negotio, non sine memorabili damno civium discessum est ab armis. Instituens autem Imperator invadere *Bobemos*, *Conradum* in Vicarium Imperii ad decennium ordinavit, quod quibusdam Principibus displicuit. Ipse tamen tam prudenter in ea functione se gessit, ut nemo de eo conqueri posset. Laboravit vehementissime civitas Moguntina contra Clerum, quo civilia onera subiret; creatoque novo Senatu, factis impositionibus in esculenta & poculenta Ecclesiasticos gravabant. Hi pro libertate decernentes, cum nihil proficerent, civitatem egrediuntur. Ad hæc propria auctoritate, in præjudicium Archi-Episcopi novam eundem monetam. Rebus vero iis ad Cæsarem delatis desistere jubentur, ac damnum singulis illatum refundere coguntur. Idem fere *Wormatia* accidit; sed prudentia & intercessione *Conradi*, seditiosus populus est sopitus. Ultimo ætatis suæ anno non satis feliciter armis contendit cum *Ludovico* Landgravio *Hassia*, qui aliqua extorsit Episcopo, cum circiter sexcentos ejus ministros captivos haberet, qui pecunia vitam redimunt. Causam belli fuisse comperio, quod ægre ferret Moguntinus, Landgravium se immiscere rebus *Fuldensibus*: eoque negotium est progressum, ut igni & ferro in eos deservire Archi-Episcopus, ipsamque *Fuldam* obsidere sit aggressus, unde tamen cum ignominia est repulsus. Moguntini Archi-Episcopum his malis affectum videntes occasionem se nactos putantes, rursus in Clerum insurgunt, controversias diu sepultas resuscitant; & cum consentire nollent, omnes civitate pellunt, ædes illorum spoliant & evastant, quod negotium postea in Concilio Basiliensi est tractatum & compositum: *Conradus* pressus tanta mole infortunii, Dei benignitate ex hac vita ad meliorem evocatur anno 1434. d. 10. Junii, alii Febr. habent, minus recte. Sepelitur in Metropolitano, possedit Cathedralam annis 14. mensibus 8.

nimi Capitularium consensu vocatus, ab *Eugenio* 4. confirmatur; Princeps ad luxum & pompam usque splendidus, & sæcularibus potissimum rebus deditus. Concessum est illi tranquillissima pace frui, sub Imperio piissimorum Cæsarum *Sigismundi*, *Alberti* & *FridERICI*: quorum *Albertum* & *Fridericum* Archiduces *Austria*, foelici omine successive elegit. Affulgere visum est denuo Moguntinis aureum seculum, propter diuturna schismata & bella ab Ecclesia & Imperio Romano sublata. Composita est quoque diuturna controversia inter Clerum & cives propter onera civilia statim initio suæ gubernationis, per *Joannem* Abbatem *Maulbrunnensem*, *Joannem* de *Polemar* Auditorem *Camera*, & *Joannem* a *Lins* Præpositum S. *Florini* *Confluentia*, Oratores Concilii *Basiliensis*. Itaque bonis artibus passim efflorescentibus, *Moguntia* per *Joannem Guttenberger* civem solertissimum, inventa est ars *Typographica* circa annum 1440. qua stanneis sive æreistypis nunc libri magna facilitate imprimuntur. Unde tanta laude *Moguntia* celebrata est, ut tota *Germania* eo nomine sit nominatissima, ut doctissimus *Beroaldus* canit:

O Germania muneris repertrix
Quo nihil utilius dedit vetustas:
Libros scribere quæ doces premendo.

Si tamen hujus artis abusum respiciamus, dubitari posset, an plus utilitatis toto hoc tempore, quo tanto Dei beneficio fruimur, Christianæ reipublicæ accesserit, quam paucis his annis incommodorum inde sentimus; dum tot examina & onerariae naves plenæ librorum pestiferorum & seditiosorum ex una civitate Imperii quotannis prodeunt: quorum tamen inspectio & censura, ad Archi-Episcopum nostrum tanquam Imperii Archi-Cancellarium & Ordinarium loci illius pertinet, sicuti constat, eum singulis nundinis olim suos Commissarios ibi habuisse. Sed tanta nunc est istorum hominum libido disseminandi hæreses & sectas, ut ne ab Imperatore quidem, aut summis Orbis Christiani Monarchis in ordinem cogi possint. Congregatum est paulo ante initium suæ gubernationis Concilium *Basiliense*: quod, dum aliquamdiu durasset, tandem ab *Eugenio* 4. summa contentione tractum est *Ferrariam*, deinde *Florentiam*, cui Legati *Græcorum* Imperatoris aliique plurimi transmarini & Itali Episcopi interfuerunt, Patribus apud *Basilaam* congregatis a cæpto non desistentibus, atque etiam *Eugenium* (quantum in ipsis fuit) deponentibus, anno 1439. in cujus locum succederunt virum sanctæ conversationis, tunc solitariam vitam colentem *Amedæum Allobrogum* Ducem, *Falicem* s. appellatum. Vivente autem adhuc *Eugenio* compluribus annis, hoc est ad 1449. post ejus obitum, *Roma* a Cardinalibus eius partes sectantibus, creatus est *Nicolaus* s. sicque schisma in Ecclesia non extinctum, sed redintegratum est; qua de causa plu-

Theodori-
cus.

1434.

Inventio
artis Typo-
graphicae.

Censura
librorum
Archi-Epi-
scopo com-
petit.

Concilium
Basiliense.

Eugenius
deposuit.
1439.

1449.

Schisma
auctum
per Pontifi-
cios.

Nicolaus
fit Papa.

Synodus
Provincia-
lis.

1451.

Ejus mors
& sepul-
tura.

1459.

Naclerus,
Cranzius,
in Saxonia,
Mejerus in
Phillippo
Burgundo,
Bruschius
& Catalo-
gi.
Ditherus.
Depositus
a Pontifi-
ce.

1461.

Moguntia
capta ab
Adolpho.

Causa de-
positionis
Ditheri.

plurimæ habitæ sunt in Imperio consultatio-
nes & conventus; Principibus, Electoribus
Foelicem, Cæsare *Nicolaum* præferente. Vn-
de *Aschaffenburgi* cum ipso *Sigismundo* con-
venientes, paulatim flexi sunt, ut in *Nicola-*
um omnes consentirent. Ipse quoque *Felix*
ambitioni minime deditus, victus precibus
Imperatoris, Pontificatu se omnino exonera-
vit, quo eliminato tam noxio dissidio, tran-
quillitas Christianismo restitueretur. Con-
vocavit ad annum 1451. *Theodoricus* Syno-
dum Provinciale ad Cleri & populi mores
corrigen-
dos, præsentem & confirmantem *Nicola-*
o Cardinale S. Petri ad Vincula, Romani
Pontificis Legato. Excoluit oppidum *Aschaf-*
senburgense variis ædificiis, benefactor etiam
fuit Monasteriorum D. Jacobi prope *Moguntia-*
am & S. Joannis in *Ringoia*: Denique plenus
dierum elegit sepulturam in Collegio *Aschaf-*
senburgensi, dum anno 1459. ex hac mor-
tali vita evocaretur, pridie Nonas Maji. Præ-
fuit annis 25. minus pauculis diebus.

SCHISMA SEPTIMUM.

DITHERVS Comes ab *Eysenburgh*, vir
multis animi dotibus conspicuus, d. 20. Julii
anno 1459. a majore parte Capituli electus.
Confirmationem Apostolicam obtinere non
potuit. Quin ipse Pontifex *Pius. 2.* contra
illum *Adolphum* Comitem *Nassaviensem* in-
stituit, deposito *Dithero* anno 1461. undec.
Calend. Septemb. ut ex Bulla constat: Præ-
fuit in eum usque diem annis 2. mens. 1. d. 10.
Exorto igitur luctuosissimo schismate & bello,
plures potentissimi Principes utramque
factionem alebant: donec misere lacerata Pro-
vincia *Moguntina*; urbs caperetur ab exer-
citu *Adolphi*; cives pellerentur, ac multæ
honestæ familiæ irent in voluntarium exili-
um, quorum domus a Nobilibus occupatæ
sunt, quæ omnia fuse narrat in sua hystoria
Naclerus, Præpositus *Tubingensis* hoc tem-
pore superstes, cujus verba nealiciui applau-
dere vel detrudere videamur, ascribere vi-
sum est, penes lectorem iudicium sit, uter
potiore iure nitatur, & modo ea, quæ sum-
mo sacrorum Præfecto placuerunt, iudicare
licet. Anno Domini 1461. (inquit *Nacler-*
us) secundo Calend. Septemb. Papa *Pius*
deposuit *Archi-Episcopum Moguntinum Dith-*
erum de *Eysenburgh* & in ejus locum insituit
Adolphum de *Nassaw* ex quo facta suborta
sunt nova bella. Causæ privationis sive depo-
sitionis fuere: quod scilicet *Procuratores* sui
suffulti pleno mandato, dum provisionis literas
obtinerent, juraverunt in animam ipsius *Di-*
theri, inter cætera quæ *Episcopi* jurare habent,
quod infra annum se Romano Pontifici præ-
sentaret; quod (ut asserit *Papa Pius*) non ser-
vavit. Fertur excommunicatus etiam debiti
causa fuisse, quod mercatoribus solvere debuis-
set; Item quod Confirmationem in tempore
debito non accepit; & quod symoniace electus
fuit. Item quod Legato misso ad exigendam

dam decimam contra *Turcas*, dixerit: Pa-
pam argentum nationis, non fidei defensionem
querere. Item quod in natione conventum
Principum, contra voluntatem Imperato-
ris convocaverat. Item quod a Bulla *Man-*
tuana super decimatione decreta, ad futurum
Concilium appellavit; & iterum quod appella-
vit a *Papa* male informato ad informandum:
pro ut hæc omnia in Bulla privationis conti-
nentur. Contra quæ dicebat idem *Ditherus*
in suam defensionem, aliqua ex præmissis non
esse vera: reliqua excusabilia: & se non mo-
nitum, non vocatum, non auditum, contra ius
fasque fuisse privatum. Prior causa, quod
annatam non solverit, visa est. Ad hæserunt
Adolpho contra *Ditherum* nonnulli Principes,
exortumque est bellum maximum. *Ditherus*
enim oppida & arces Ecclesiæ tenebat, qua-
possessionem *Adolpho* tradere recusabat.
Ad hæc *Ditherus* *Fridericum Palatinum Rbe-*
ni in suas partes traherat, qui in stipendio
ipsius, receptis quibusdam castris Ecclesiæ *Mo-*
guntinensis, se contulit: ideo eundem *Frider-*
icum *Papa Pius* excommunicavit, pro eo quod
Ecclesiæ *Moguntinensis* bona ad se traheret, &
Dithero privato anatheizatoque arma jun-
geret, & quia Edicta poneret, contra publi-
cantes literas Apostolicas in sua ditione: pro-
ut hæc in suis literis *Pius* exarari fecit. Erat
etiam *Friderico Palatino* confederatus
artissima liga *Ludovicus* *Bavariæ Dux* co-
gnomento *Dives*: quibus Principibus (ut fere-
batur) *Fridericus Imperator* non erat propi-
tius. Factum autem est, ut qui privatis odiis
antea dissiderent Principes, post hoc bellum qua-
si de industria sunt dirisi. *Ludovicus* *Bava-*
riæ Dux *Niger* dictus, *Albertus* *Marchio*
Brandenburgensis, *Carolus* *Marchio* *Badensis*,
Joannes *Metensis* *Episcopus* frater ejusdem, &
Vdalricus Comes de *Wirtenberg*, *Adolpho*,
Papæ Imperatorisque mandato; *Fridericus*
vero Comes *Palatinus Rbeni*, & *Ludovicus*
Bavariæ Dux re & nomine, *Dives* appellatus,
Dithero possessori, contra mandata *Papæ* &
Imperatoris ad hæserunt; certatumque diu est;
illi, ut *Dithero* ejecto, possessionem traderent
Adolpho: hi vero, ut in possessione conserva-
rent *Ditherum*, ut dicebant, injuste privatum.
Visa tamen multis fuit præcipua causa belli-
gerandi Principibus, utra factionum alteram
suppeditare posset. Quibus ex causis cade,
incendio vastitateque mutuo se jugiter vexa-
bant: nunquam tamen plenis copiis pugnatum
est, donec ad mensem *Julium* anno Domini
1462. quod ita contigit: Cum jam fessis non-
nulli tractatus de pace intercessissent, tandem
suggerentibus nonnihil partium amicis, aucto-
re Illustrissimo Principe *Phillippo Burgundiæ*
Duce, deveniunt ad certa pacis capitula
statutusque *Terminus*, infra quem *Procura-*
tores partium, quisque ad suos Principes in-
venta referret, certoque die designato cum ple-
na potestate instructi, concludendi & faciendi
pacem redirent. Porro hoc termino penden-
te, Principes partium *Adolphi*, *Ludovicus*
Dux

Excusatio-
nes Dith-
eri.

Propugna-
tor ejus
Fridericus
a *Papa* et-
iam ex-
communi-
catur.

Adolphi-
factores.

Ditheri
defenso-
res.

1462.

De Pace in-
eundi con-
veniunt.

Subito in terras Palatini invadunt Adolphus etc.
 Dux Niger, Joannes Metensis, Carolus Marchio Badensis & Vdalricus Comes, ut adhuc aliquid gloriae suae adjicerent, conventionem habita statuerunt ante conclusam pacem; adunatis copiis satis justis, terras Palatini ingredi & vastare. Ad quod exequendum juxta conditum convenere Episcopus Joannes, Carolus frater ejus & Comes Vdalricus baud longe ab oppido Bruchfall in campestribus ad S. Helenam; ibi castra figentes, multo tamen minoribus copiis quam conventum erat; vix enim equites sexcentos & peditum tot millia habebant. Sed nec Dux Ludovicus comparabat. Non latebat hoc Palatinum Fridericum; Nam dum a congregatis illis nonnullis in locis suis vastarentur, ipse singulis prope diebus a lateribus copiam videndi se praebuit, quasi occasionem rei bene gerendi quaereret. Quod si illis mens non levis fuisset, facile conjectare poterant, tantum Principem non ita fractum esse, ne suis in terris tam parvis copiis occurreret. Sed constat quod Poeta ait:

Nescia mens hominum fati fortisque futurae,
 Et servare modum, rebus sublata secundis.
 Illi morae impatientes sollicitante, etiam, ut aliqui volunt, Episcopo Spirensi, in cujus ditione castra erant posita, utcumque venerit in mentem, die prima mensis Julii, luce prima, peditatu omni relicto in castris, solis equestribus nixi, descendunt in agrum Heydelbergensem nullis (ut fama est) praemissis speculatoribus, incipiuntque vicis quosdam incendere. Praesens hoc Fridericus, & jam undique corraso milite, cui & opportune supervenerunt longis itineribus auxiliares copiae, quas Praesul ducebat Ditherus. His adunatis sine cunctatione a tergo hostes ita clausit, quod nullam evadendi viam haberent. Sero itaque circumfessos se videntes, attoniti: Non nisi ferro aperienda via est, inquirunt; acieque tumultuarie instructa; imparibus excipiunt hostem copias.

Victi a Friderico & Dithero.

Pugna facta, duo Nobilissimi Comites, unus de Helfenstein, alter de Salm cum nonnullis equestribus Ordinis propugnatoribus, in prima acie occisi sunt. Ventum est post hoc ad gladios, ac parvo negotio superantur pauci a multis. supra mille equites habuisse fertur Palatinus & duo millia peditum. Capti sunt Episcopus Metensis, Carolus Marchio Badensis, & Vdalricus Comes Wirtembergensis & cum his eorum tota fere nobilitas: qui omnes cum triumpho ducti sunt in arcem Heydelbergensem, ibique ad annum prope servati, donec tandem legibus, quas victor voluit, acceptis, relaxati sunt; de aliis mihi non constat: Hoc scio, quod Comes Vdalricus pro sua liberatione millia florenorum centum dedit, & nonnulla alia suscepit onera bis plane aequipollentia. At Adolphus Pontifex cum primum Principes hoc bello interemptos cognovisset, nondum defatigatus, cum quibusdam partium suarum Proceribus consilium capiendam Moguntiae iniit. Facinus audax; Conscii erant Ludovicus Bavariae Dux, Niger dictus, Alvicus Comes de Sutz, Eberardus de Königstein Baro, & perpauci

Audacior tamen Adolphus.

alii, in ea re secuti quorundam exhortationem, qui locorum urbis gnari, copias introducere promittebant. Igitur machinis & scalis perfectione indicta, cum paucis admodum copiis 27. Octobris anno Domini 1462. profunda nocte, ad fossata urbis pervenere. Erat ab una parte urbs permunita, adituque difficilis: quare custodis fere relinquebatur vacua. Ea in parte exploratores silenter per fossata verpibus & spiniis repleta, falce tramitem scindunt, per quem ad muros usque perveniunt: moxque applicantes scalas, alta conscendunt mania, pederentimque introgressi, custodes ex improvise occupant, silentio indicto. Erat hora post mediam noctem fere quarta, consopitis adhuc civibus, descendunt in urbem viri circiter centum, portam civitatis proximam infringere satagunt. Et dum ista ferebant, vigiles per urbem constituti, in hac ipsa loca devenientes, deprehenso strepitu clamorem extollunt. Ad eam vociferationem consurgentes vicini, praesenserunt hostes adesse, paulatimque clamor per urbem diffusus, homines excitavit. Experrecti cives & magnitudine rerum attoniti, quid primum agerent, & ubi succurrerent ignari, armis tamen correptis, qui proximi fuerant, tumultuarie excurrunt, in paucos ingressos impetum faciunt; fit pugna, sed porta interim est refracta, multitudoque equitum & peditum irrupit. Tandem cives globo facto, ad arcendos hostes properant. Atrox ibi praedium committitur: pugnam varia fortuna. Bis & ter pedem referre hostis compellitur; & cum fluctuante praedio prevalituri viderentur cives, ab alia parte ignis ab hoste immixtus, aliquot aedes confagravit. Ad haec novus semper miles supervenit; nihilominus incolae pugnarunt tota die usque in serum vespere. Caeiderunt ex iis desiderati quadringenti. Desperantes tandem, omisso certamine, sese dedere; jubentur mox arma tradere, & ut in unum locum urbis designatum sine mora convenirent, sunt adjurati. Paruere victi, omnesque, qui arma ferre poterant, advencere; ubi iussi sunt, cunctatione posthabita, migrare ex urbe, nulla cuiquam salutandi suos aut valedicendi permessa facultate. Ad quam vocem miseri cives stupore vehementer percussi, fortunam suam deplorantes, relictis in hostium potestate uxoribus liberisque charissimis, in exilium abiere. Vidisses matronas atque virgines ululantes pectoraque ferientes, & qualia conveniens est dicere & agere in tantis calamitatibus. Direpra est inde civitas, praedatque omnes sine delectu, Ecclesiastici & seculares: inventae sunt opes permaximae; cessit urbs Adolpho, praedae major pars Duci & Proceribus. Erat illa nocte in arce urbis Ditherus de Eissenburg Archi-Episcopus & illustis Comes de Catzenelnbogen. Hi cum ingressum hostium accepissent trepidi, voluntatem civium prodicionemque formidantes, deserta urbe & arce, transmissis Rheno, fuga salutem

Moguntiam obsidione perit.

1462.

Per delum irrupit.

Pugna acriter ab utraque parte.

Tandem cives se dedunt.

Omnes iusti in exilium ire.

Urbs direpta.

Dithero ex arce fugit.

*salutem quaesere. Exulibus vero paulo post, pecunia accepta, facultas redeundi ad sua reliqua data est. Et tantum de Moguntiaci captione invenire potui, audita referens, prout a fide dignis accepi. Hac Nauclerus. Sed Chronicon Germanicum, quod anno 1538. de Episcopis Moguntinis scriptum est, per compromissum, quod in quinque capitulares factum sit, tribus votis electum *Ditberum* affirmat, atque a *Pio 2.* confirmatum. Postea certis de causis, quae a diversis diversimode narrantur, depositum. *Adolphus* traxit primo in suas partes *Fridericum Bavariae* Ducem, Tutorem *Philippi Palatini* Electoris &c. filii fratris sui: qui tamen magno adductus precio postea transit in partes *Ditberi*. Quantum vero lucri ex eo bello tulerit Palatinus, facile aestimari potest, quod uterque tam *Adolphus* quam *Ditberus* oppida & arces cum pagis oppignorabant, largiebanturque suis fautoribus. Relicta sunt in manibus Palatini *Schöenberg*, *Heusebesheim*, *Pfetersheim*, *Deidesheim*, *Starckenburg*, *Eppenheim*, *Merlenbach* cum pertinentiis, *Bickelnheim* vero pagus cum arce, item *Sobernheim*, *Mentzingen*, *Nußbob* & *Ulma* tradita sunt ab *Adolpho Ludovico Comiti Veldentia*, quae tamen *Fridericus* postea illi eripuit. *Carolus* Marchio Badensis loco stipendii *Algesheim* & *Schwabenheim* obtinuit: *Henricus Schwarzenburgii* Comes aliquot arces & pagos *Eisfeldiae* consequitur: Comes a *Königstein* Comitatum, *Hoeffheim* cum villis quinque, pignoris loco tulit, qui nostra aetate a *Daniele* Archipraefule est recuperatus. *Vrico* Wirtenburgensi viginti millia aureorum, nec minus *Wilbelmo Saxoniae* Duci, pro suscipienda expeditione, numerantur: Episcopi *Trevirensis*, *Metensis* & *Spirensis*, maximis pollicitationibus in id bellum sunt concitati. Praeda ex *Ringoia*, tum ipsa *Moguntina* urbe acta est memorabilis. Consecta enim & congesta illuc erant praetiosissima quaeque ex tota vicinia, tanquam in tutissimum asylum apud cives deposita. Collegia & Monasteria suburbana quatuor millia aureorum solvunt post omnium deprædationem, ut incendii periculo se eximerent. Hinc quilibet facile aestimare poterit, quantum hoc schisma Ecclesiam *Moguntinam* debilitaverit. Transactum est tandem negotium apud *Francfurtum*, ut *Ditberus* administratione Archiepiscopatus cederet, retentis aliquot oppidis, videlicet *Höegst*, *Steinheim*, *Lobnstein* cum teloniis & aliis quibusdam, certus de successione, si mortem ipsius *Adolphi* videre contingeret, quod ita evenit.*

plisse, produnt aliqui. De reliquis ejus gelitis ac moribus, nihil fere habeo quod dicam, nisi tam prudenter & moderate eum praefuisse, ut laceram & angustam provinciam non amplius gravaret. Certum tamen est, plerisque desiderasse *Ditberum*, ejusque causam probasse, & hic victor evasisset. Quotquot enim ex hac familia (ut citra invidiam dicam) in Antistites erecti sunt, eum summa contentione & subditorum periculo praefuerunt. Fuit sub ejus gubernatione anno 1472. *Ersordia* memorabile incendium, quod ad sex millia aedificiorum absumpsit. Author ejus fuit Monachus quidam instigante Nobili *N.* hoste civitatis. Securus est per integrum triennium aulam *Friderici* Imperatoris, Archicancellarii munus obiens, cum domiluctus & meror omnia occuparet, ipseque non immerito suis esset invisus. Supervixit annos 14. dies 18. a depositione *Ditberi*: a capta civitate *Moguntina* annos 12. menses 10. dies 19. Obiit anno 1475. Septembris die 6. Sepelitur in magnifico cenobio *Erbachiano* cum hoc Epitaphio:

Anno Dni millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, sexto mensis Septembris, obiit Reverendissimus in Christo Pater & Dominus, Dominus *Adolphus 2. de Nassau* Archi-Episcopus *Moguntinus*; cujus anima requiescat in pace. Amen.

DITHERVS iterum defuncto *Adolpho* libere rerum potitus, summa cum laude & fructu gubernat, adhuc annis 6. mensibus 7. dies 21. quibus Ecclesiae suae commodis & civitatis admodum desolatae, plurimum prospexit. Anno 1479. conati sunt *Saxoniae* Principes occupare *Eisfeldiam*, ac civitatem *Duderstadianam* obtinuerunt. Comes *Henricus* a *Schwartzburg* cepit arcem *Rüstenburg*, verum repressi sunt, nisi non videam quo modo. Anno sequenti 1480. celebrati sunt hic a Nobilitate *Rhenana* solennes ludi equestres, sive torneamenta: ut patet in peculiari libro torneamentorum. Inter caetera magnifica ejus opera in primis commendatur Academiae institutio, ubi bonae literae docentur. Similiter arcem *Moguntinam* satis splendidam extruxit, cives dispersos aliosque, ut urbi frequentiam redderet, novis Privilegiis concessis invitavit: Clerum, admodum vigilanti cura ad meliorem frugem reducere satagit: In quibus cenobium *Selingstadenense*, luxu Nobilium Monachorum diffuens, in meliorem statum reformari curavit. *Joannem* de *Wesalia*, Theologum ac concionatorem *Wormatiensem* de haeresi suspectum, suffragantibus *Colonienisibus*, *Heidelbergensibus*, *Moguntinis*, aliisque Theologis, condemnavit. Demum anno 1482. dysenteria moritur die 7. Maji, cum a prima electione ejus effluxissent anni 22. menses 9. dies 18. Sepultus in Cathedrali Ecclesia, cum tali Epigrapha:

Prudenter praefuit ecclesiae.

Ersordia memorabile incendium.

1472.

Moritur.

1475.

Epitaph.

Bruschius & Catalogus. *Ditberus*. *Saxones* & Comes a *Schwartzburg* repulsi.

1479.

1480.

Celebrata Torneamenta. Ejus merita de *Moguntia*.

Moritur.

1482.

Bis

Alii rem narrant a. lii.

Fridericus multa lucratur.

item reliqui.

Ecclesia Moguntina derivimta ex hoc schismate.

Ditberus cedis Episcopatu.

Bruschius & Catalogus. *Adolphus* II.

ADOLPHVS II. Comes a *Nassau*, contra *Ditberum* omnia machinatus, tandem (ut supra dictum est) Archi-Episcopatum cum ingenti suorum clade & damno obtinuit: nam supra vices centena aureorum millia, illam seditionem hausisse, & consum-

*Bis Præful factus Comes Eysenberg Di-
therus,*

*Moguntinam arcem struxerat atque
scholam.*

*Hoc voluit tumulo corpus condi mise-
randum*

*Civibus atbereis donis, animamque
Deo.*

Bruschius
& Catalogi.
Albertus.

ALBERTVS Dux Saxonie, Ernesti fi-
lius, Canonicus Moguntinus, a *Ditbero* libe-
raliter educatus, adhuc pene adolescens a
Capitulo, ipso *Ditbero*, dum adhuc in vivis
esset, auctore, administrator eligitur & a (*) A
Xisto 4. Summo Pontifice confirmatur. Vi-
xit brevi admodum tempore, quo optimam
eamque amplissimam de se spem præbuit
hæroicarum virtutum. *Mulctavit Erfor-
diam contra suam familiam tumultuantem*:
tum, quod cœnobium Monialium in monte S.
Cyriaci situm, in urbem transtulissent, & si-
ne ipsius licentia eo loci arcem extruxissent.
Defungitur 1. die Maji anno 1484. Interce-
dunt a morte *Ditberi* annus 1. menses 2. dies
24. Sepultus in summa æde Moguntina.

Erfordiam
mulctavit.

Moritur.
1484.

Bruschius,
Surius &
Catalogi.
Bertoldus.
1485.

BERTOLDVS Princeps Hennebergen-
sis laudatissimus, ex Decano Metropolitanæ
Ecclesiæ unanimi consensu Capituli designatus
Archi-Episcopus confirmatur ab *Innocentio*
8. consecratur die 20. Maji anno 1485. ma-
xima solennitate a *Johanne* Wormatiense, *Lu-
dovico* Spirensi, & *Bercholdo* Panodensi Epi-
scopis, in præsentia Abbatum S. Jacobi, S.
Ferrutii, S. Disibodi, ab *Erbach*, ab *Amorbach*, a
Limpurga Spanbeini, & totius Cleri Moguntini.
Erat egregie doctus, prudens & laborum to-
lerantissimus, cui publica pax & tranquillitas
maxime cordi erant, eoque nomine *Ma-
ximiliano* Imperatori, (quem statim anno in-
sequente post suam electionem 16. die men-
sis Februarii *Francofordiæ* in Comitibus, vi-
vente patre adhuc *Friderico* Augusto, Cæsare
cum aliis Electoribus renuntiavit) longe
erat charissimus. Author fuit *Maximiliano*
constituendi decennales inducias per Imperium:
Vnde tandem fœdus Suevicum est
subsecutum, ad publicæ pacis conservationem.
Consecratus est pluribus annis Imperialem
aulam Archi-Cancellarii dignitatem &
officium ipsemet obiens, *Philippi* Palatini potissimum
causa, qui frequenter illum lacessivit. Vnde cum
videret admodum molestum esse subditis, pro
expeditione causarum Cæsarem sequi, ejus consilio
judicium Cameræ Imperialis est institutum, in
magno conventu Principum & statuum *Wormatiæ*
anno 1495. Ita aulæ molestiis liberatus ad
Episcopatum suum rediit, ubi Cleri & cærimoniarum
Ecclesiasticarum severus reformator fuit, ut ex
ejus visitationibus & constitutionibus apparet.
Construit domum pœnitent-

Ejus virtutes.

Maximiliano
Cæsarem renuntiavit.

Fœdus Suevicum.

Origo Camere
Imperialis.
1495.

Merita de
Ecclesia.

tum, in pede montis supra *Weyssenaw*. Monasterium
Monialium montis S. Ruperti prope *Bingium*,
conclusis in illud Monialibus, sub debitam
obedientiam constrinxit. Abbatiam tamen S.
Ferrutii in *Bleidenstat*, luxu Monachis
diffluentibus, deceptus eorum confictis
querelis, consentiente Papa, in Collegium
Canonicorum commutavit ac Nobilibus
permisit. Oppidum *Bingense* propter
quasdam impetitiones contra summum Ca-
pitulum factiosum ad officium coegit satis
severiter, cum primam concordiam rupissent.
Quosdam enim exilio affecit, alios membris
privavit, alios vita, deposito etiam illic
Senatu & substituto novo. Fuit hujus
tumultus quasi prænuntium horrendum
incendium, quod anno 1490. supra
ducenta ædificia, ipso die Sancto
Penthecostes absumpsit, una cum
Ecclesia SS. Laurentii & Nicolai & domo
Senatoria. Fertur quoque Ecclesiam
Moguntinam, tum temporis non parvo
ære alieno prægravatum, bona ex parte
liberasse, ita ut exemplar boni Principis
& diligentissimi Præfulis fuerit. Obiit
anno 1504. decimo tertio Calend. Januarii
anno 21. suæ gubernationis, ætatis 64.
Sepultus in Metropolitano cum omnium
bonorum lætu.

Bingenses
mulctati.

1490.

Ejus mors.
1504.

JACOBVS ex-nobili familia a *Leben-
stein* Suevus, Decanus Moguntinus anno
1504. penultima Decembris consentientibus
votis eligitur, moxque a *Julio 2.* confirma-
tionem obtinuit. Laboravit fere semper
adversa valetudine, assidua calculi molestatione
afflictus; ut paucis annis rerum potiretur.
Sub ejus gubernatione ortum est infestissimum
bellum inter Landgravium *Hoffwæ* &
Palatinum Electorem, banno Imperiali inno-
datum; unde tamen Ecclesia Moguntina
nullum sensit memorabile damnum. Inter-
fuit amplissimo Imperii conventu *Coloniæ*
celebrato a *Maximiliano* Augusto anno 1505.
Fuit maximum incendium in *Castel* trans
Rbennum, ut fere totus locus consumeretur.
Reformavit Monasterium virginum in
Eybingen, ubi cultus divinus & disciplina
ferme evanuerant. Obiit deinde anno
1508. decimo septimo Calend. Octobris.
Vixit annos 46. menses 1. dies 20. Sepultus
in Metropolitano cum hoc Epitaphio:

Bruschius,
Surius, Ca-
talogi.
Jacobus.

Bellum inter
Hoffwæ &
Palatinum
Duce.

Coloniæ cu-
m
brata.

1505.

Moritur.
1508.

Jacobo de *Lebenstein* optimo clementis-
simo Præfuli, qui anno ex quo Pontifica-
tum inierat, secundo, mense 8. die 16. bonis
omnibus Ecclesiæ vicem dolentibus decessit.
Posterius bene merenti posuerunt.

Hic concilianda est diversitas in annis regi-
minis: cum dicatur supra annos quatuor &
hic duos tantum Pontificatum administrasse.
Posterior forsan numerus, a die consecratio-
nis initium sumit, alter a die Electionis, sunt
tamen ista ex publica Epigraphæ in summo
templo statuæ ejus ascriptæ, desumpta.

Bruchius,
Surius, Ca-
talogi &
monumen-
tum.

Vrieland
Tumultus
Erfordie.

Comitia
Treviris
habita.
1512.

Vrieland
occidit in fer-
vidua su-
hominem.

Imago ejus
rei index.

Morsejus.
1514.

VRIEL a Gemmingen Legum Doctor ac Decanus Moguntinus, eodem anno ad 6. Calend. Octobris, *Jacobo* legitime sufficitur, & sequenti Dominica Latere consecratur. Fuit initio illius Principatus tumultus maximus *Erfordie* civium contra Senatum, obtere alieno prellam Republicam, ut non immerito ad arma concitatus fuisset *Vrieland*, nisi a *Maximiliano* Casare, submisso *Laurentio* Episcopo Herbipolensi, prudenti ac gravissimo viro, tumultuantes sedati essent. Sumpsit inde initium diuturna illa controversia inter Archi-Episcopos Moguntinos & civitatem Erfordianam, quæ a Chronographis Moguntinis ad longum describitur, nec dum hodie finita est. Anno 1512. habuit *Maximilianus* Casar *Treviris* Imperialem conventum splendidissimum *Vrieland* presente; ubi ad instantiam Imperatoris & Principum apertum est summum altare, quod 294. annis oclusum fuit, atque ex eo producta est tunica Domini Salvatoris inconsutilis, una cum aliis reliquiis. Fertur, de illius obitu mira quedam hystoria, quam a majoribus sola quidem relatione hauli, sed haud contemnendis indicis comprobata video. Illi fidem addere nec demere volo. Cum itaque *Vrieland* esset æconomus oculatissimus & vehementis animi, aliquando post carnem, antequam quieti se traderet, arcis penuaria visitans, deprehendit eo loci familiam potantem atque egregie insolentem. Quam ille perulantiam ferre non potuit; simul ostium pullans & ad primum ingressum arrepto ligneo malleo, quo doliatores circulos vasis applicant, qui forte fortuna ei ad manum jacebat, illum in caput ejus, qui Promus & Condus erat, tanta vi impexit, ut miser homo statim moriens corrueret. Ea de re omnibus consternatis, cum non levis jactura Ecclesiæ Moguntinæ immineret, celato homicidio, mors Archi-Episcopi subitanea divulgatur. Anxius vero animi quid ageret Princeps, tandem bene monentibus acquiescit, ac pro expiando peccato, tum ut invidores averteret, latenter Monasterium Cathulianum intrat, ibique latitat, pincerna ejus loco occulte sepulto. Hæc ut libentius credam, facit hujus Archi-Episcopi Epitaphium, e regione chori ad dexteram situm; ubi tantum imaginem crucifixi videmus, Episcopum vero flexis genibus, nudo capite, sine omni ornatu Pontificali procumbentem, bacillum vero seu pedum contractum, chirothecas, mitram & sandalia ad stipitem crucis jacentia. Quicquid sit, talis casus viro prudenti accidere potuit. Nec omnino sunt dissimulanda exempla hujusmodi (praesertim cum nihil periculi amplius immineat), ut gubernatores videant, quam profit aliquando dissimulare in rebus humanis, nec ad minima quæque facile commoveri. Decesit anno 1514. cum tenuisset cathedram annos 5. menses 4. dies 14. usque ad 5. Idus Februarii, ut inscriptio publica habet.

ALBERTVS II. Marchio Brandenburgensis, Archi-Episcopus Magdeburgensis, *Germania* Primas, Administrator Halberstadiensis, Canonicus Moguntinus, ibidem quoque Archi-Episcopus eligitur Anno 1514. die 9. Martii, consentiente & ratificante *Leone* 10. Pontifice Maximo, a quo deinde anno 1518. propter insignes animi dotes & generis splendorem donatus est Cardinalitio honore, sub titulo B. Petri ad Vincula. Redimitus est solenni more insignis a *Thoma Cajetano* & *Matthæo* Saltzburgenli Cardinalibus, in celebri Imperii conventu apud *Augsdam* celebrato. Quam ille dignitatem valde splendide, prudenter & quiete, annis 27. turbulentissimo rerum statu administravit. Nihil illi magis post Ecclesiasticas curas cordi erat, quam omnium ordinum Imperii pax & tranquillitas, quam sua autoritate non solum conservavit, verum etiam quorundam insolentia aliquoties interpolatam restituit, ut passim Pacificatoris nomen laudatissimum reportaret, eoque defuncto *Belona*, quasi remotis repagulis, ex carceribus effusa, totum Christianum orbem, usque ad hanc nostram deploratissimam aetatem concutere non destiterit. Exortus est paulo post initium suæ gubernationis, videlicet ad annum 1517. *Martinus Lutherus* doctrinam suam Ecclesiæ Catholicæ invadere, sumptu occasione ex publicatione indulgentiarum, quæ *Alberto* a *Leone* 10. commissa erat: quod munus Archi-Episcopus *Joanni* cuidam *Tezelio* Dominicano, viro docto, injunxit. Quo comperto in tantam rabiem *Lutherus* exarsit, quod ea functione exclusus esset, ut scriptis & disputationibus publicis indulgentiarum usum impugnaret, ac mox in sedem Apostolicam, Clerum omnem, ac demum ipsa sacramenta scripta. effunderet. Eodem anno 1518. in Comitibus Augustanis causa *Lutheri* examinari coepta est ab Episcopis & Theologis ad hoc deputatis, ubi *Albertus* plurimum annixus est sedare iratum hominem. Verum *Luthero* elabente, res in irritum cessit, & quotidie se ipso pejor factus, Archi-Episcopum suis virulentissimis scriptis aliquoties perstrinxit. Demum blanditiis eundem aggressus, a tam sublimi statu eum dejicere conatus est, sed frustra. Non enim ullo responso hominem dignatus est Amplissimus & Pientissimus Princeps. Subsecuta est anno insequenti Electio *Carolis*, gloriosissimi Imperatoris *Francosordie* celebrata a sex Electoribus & Bohemico Legato 4. Cal. Jul. in qua opera *Alberti* cum primis enituit, cum aliqui in Gallorum Regem *Franciscum* essent propensi, ipseque Rex vehementer instaret, solus vero *Albertus* in domum Austriacam inclicaret; id quod ex luculentissimis orationibus in iis Comitibus habitis, apud hystoricos naturæ ætatis videre licet. Quare *Carolus* in omni vita sua *Albertum*, non aliter ac patrem compellere & venerari solitus erat. Elegit deinde anno 1531. *Ferdinandum*, fratrem

Joannes
Coelitus,
Surius, Bru-
schius, Ca-
talogi &
Albertus II

Factus est
Cardinalis.
1518.

Pacificato-
ris nomine
laudatur.

Initia Re-
formationis
Lutheri.
1517.

Quæ illius
causa.

Comitia
Augustana.
1518.

Electio Ca-
roli V. in
Imp.

Cui gratia
simus est
Albertus.
Ferdinandus
di. electio.
1531.

trem Caroli Archiducem *Austriae*, in coadjutorem & Caesarem: id apud *Coloniam* factum est, *Saxone* absente & contradicente. Revolvens autem animo, quantum periculi *Saxoniae* ac universae *Germaniae*, *Lutherus* inveheret, ad inspectionem Magdeburgensis Ecclesiae se contulit, aliquot ibi annis moram faciens, ubi sua praesentia plurimum Ecclesiae Catholicae contulit. Et ne ex Cleri dissolutione illic quidquam scandali proveniret, constituit apud *Halos* oppidum suae Magdeburgicae ditionis, splendidum & ordinatissimum Collegium sacerdotum communititer viventium, quibus saepius adesse & humanissime conversari non gravabatur. Reliquit interea temporis *Moguntiae* Gubernatorem seu Locumtenentem *Joannem Albertum* fratrem suum, Principem iidem Ecclesiasticum, Canonicum Moguntinum, virum gravem; qui nihil omisit, quo paci & quieti suorum consuleret. Sed non quiescens inimicus humani generis, excitata per totam pene *Germaniam* superiorem Agricoliarum horrenda seditione, in suos superiores & praesertim Ecclesiasticos omnes, Moguntini cives & *Ringoiae* vulgus contra Clerum conspirare, jugum omne excutere, decimas & census denegare, Monasteria diripere coeperunt. Et nisi solertia gubernatoris illis mature obviam itum esset, ruinae & subversiones Ecclesiarum, ac laevissima strages secutae essent. Pauci ex his Antesignani gladio caesi, aliqui proscripti, reliqui pecunia multati sunt. Hic vero praetereundum non est, etiam aliis in oppidis & civitatibus vulgus in Clerum & Magistratum grassatos, plerisque locis novum creasse Magistratum, propulsa Catholicos Doctores & Pastores, substituisse Monachos & alios opifices qui juxta *Lutheri* praescriptum & vertiginosa capita sua, novam fererent haeresim, unde postea multae caequae diversae pullularunt. Et ne quis temeritatis & malignitatis me haec scribentem arguat; videre licet adhuc impressos & scriptos articulos, quos cives *Franfurtenses* Clero & Senatui (tum adhuc Catholico) praescripserunt & assensum extorquere sint conati. Verum brevi postea oppressis seditiosis, hujusmodi iniqua postulata sunt rescissa. Sed haec aliis deploranda potius, quam scribenda relinquo. Moguntinenses cives, valido ex *Lorbaringia* accito equitatu sunt compressi, & ad obedientiam revocati, sicque malis illis liberata est tota Provincia: Exortum est deinde non minus periculosum bellum contra *Moguntinum Herbipolensem* & *Bambergensis* Episcopos eorumque subditos, *Philippo Hassiae* Landgravio in eos ducente. Erat enim & aetate juvenili saevior ac Lutherana haeresi imbutus omnemque obedientiam Ecclesiasticam (quam Moguntino tanquam *Hassiae* Ordinario debebat) abjecerat & sacerdotes profligaverat, ideoque facile poterat instigari, ut in hos Praesules commoveretur. Accidit autem illud ex persuasione cujusdam infidelis Consiliarii Ducis *Saxoniae Georgii*, syncere Catholici Principis: qui efficta confederatione quorundam Principum, contra *Hessum* & *Joannem Saxoniae* Ducem, *Lutheri* protectorem, Moguntinum cum caeteris magno subjecit periculo. Nam ut erat animosus Landgravius & falsis opinionibus praecipuus a gravissimis Legatis propositis, & publice ea de re editis libellis apologeticis, placari potuit, quin affirmaret, sibi a *Ferdinando* Caesare, *Bavaro* & Ecclesiasticis (quos omnes in id foedus coisse dicebat) exterminium intentatum. Quare celeriter conscripto valido exercitu, in Moguntinum & reliquos vicinos ducit, nihil minus cogitantes aut timentes, sed plane immeritos obruere molitur. Quid facerent? Maluerunt pecunia sceleratum militem avertere, quam agrorum depopulationem, oppidorum everisionem, aut suorum stragem videre. Numerata sunt a tribus Episcopis centum millia aureorum. *Ferdinandum* & *Bavarum* tentare non audebat; & ita sopitum est hoc malum. Hujus tragediae machinator perditissimus *Otto Pack* post paucos annos *Antverpiae* deprehensus, meritas luit poenas, in quatuor partes dissectus. Videns deinde *Albertus*, se in *Saxonia* parum proficere, atque ex *Lutheri* instigatione vix tutum, ut qui *Hallsibus* scripserat, eos recte facere, si Tyrannum suum Cardinalem Archi-Episcopum expellerent aut occiderent, ad excolendam Moguntinam Ecclesiam se totum transfert. Relicta igitur Magdeburgensi dioecesi, quidquid ex amplissimo sacrarum reliquiarum thesauro commode asportare potuit, id sumptuose excultum & suis expensis exornatum, *Moguntiam* secum tulit, & Metropolitanae Ecclesiae magna solennitate invexit: quam reliquiarum translationem annuo festo celebrandam fancivit, plurima etiam sacra donaria, pallas, vestes sacerdotales sumptuosissimas, ad divini cultus augmentum Ecclesiis contulit. In eum usum magna diligentia conquisitas margaritas & gemmas chara coemit, ut multi dicerent, eum modum & vires suas excedere. Quibus ille oblocutionibus nihil motus: *Davidicum* versiculum in ore habere consueverat: *Domine dilexi decorem domus tuae* &c. ita se consolans, & aliis ora obstruens. Munia Ecclesiastica libenter obivit: consecravit Episcopos, Altaria, vasa sacra, contulit frequenter ordines, publice sacrificavit, processiones est secutus. Privatim quoque religiosae preces Deo perfolvit: de amplificanda & conservanda Catholica religione, cum doctis saepe agit, & quantum temporis iniquitas tulit, rebus deploratis mederi non destitit: nunc humanitate vicinos Principes & oppida invitans, nunc minis quosdam territans. Quae de re prolixius agere possimus, si expedire videretur: nam & scripta ejus & acta adhuc extant. Quamvis etiam inficias non ivero, eum humani aliquid passum in privata vita: sunt tamen contra, in propatulo, multae illius heroicae virtutes, ac labores assidui in Ecclesia

Moguntinios invadit.

Pecunia placatur.

Supplicium Ozzonis. Pack.

Alberti merita de Moguntia.

Inde invdiam ex-ferrus.

Religiosisimus.

Rusticorum tumultus.

Moguntinenses domati.

Philippi Hassi molimina.

clētia & Republica habiti. Sane Deus opt. max. hujusmodi magnos viros (quo *Germania* nostra nullum unquam vidit splendidiorē generis nobilitate & Ecclesiasticis dignitatibus auctiorē) aliquando labi permittit, ne se efferant, & aliis testentur, nihil in his terris esse beatum. Triennio ante obitum ejus, videlicet anno 1542. ipso festo assumptionis Deiparæ virginis, horrendum fulmen primarias Ecclesias *Moguntia* scēdavit, uno ictu Metropolitanam, B. Mariæ ad gradus, ac S. Stephani tangens, multosque in terram prosternens, nullo læso. Turris tamen D. Stephani pulcherrima valdeque sublimis, tota conflagravit cum ipsis campanis. Hoc quasi malo omine in Rempublicam Christianam misso, statim secuta est triennalis sterilitas ac bella plurima: ut *Turcium*, *Galicum*, *Anglicum*, *Geldricum*, *Brunsvicēse*; *Smalkaldicorum* vero confœderatorum in *Carolum* Cæsarem perduellionum rebellionem, Deus opt. max. *Albertum* videre noluit. Jam enim gloria & felicitate exsaturatus ex hac caduca vita, ad meliorem est evocatus anno 1545. octavo Calendis Octobris: cum placidissime præfuisset annis 31. mensibus 6. diebus 16. *Moguntia* in choro primario terræ mandatus, post summam aram sub rubro marmore. Eum vero hoc elogio ornavit *Georgius Sabinus* Poëta, *Philippi Melanthonis* gener:

Albertus jacet hoc loco sepultus,
Lumen Cardinei fuit. Senatus:
Magni Saxonicae Ottonis urbes,
Nil Germania majus hoc habebat,
Conventus ubi Principes agebant,
Ceu Laertiades regerat alter
Ac tot dissidiis ubique moris
Pacis suasor erat, quieta, pacis
Quin & justitiæ tenax & æqui
Complectique bonos & innocentes
Nec solum sibi congregabat aurum,
Dispensabat opes, manuque larga
Hunc lugubria tectus ora velo
Fontis Pegasæi cohors, & omnis
Qui de sanguine regio creatus,
Qui virtute potentiaque rexit,
Et Moguntiaci fluenta Rheni,
Nam de litibus arduisque rebus,
Verbis promptus & eleganti lingua,
Tutum consilio suo Senatam;
Terrarum bene consulebat orbi,
Sævis ocia præferēbat armis,
Dignas fontibus irrogare penas,
Mitis non secus ac parens solebat.
Dauctor munera conferens in omnes
Sæcras Pieridum fovebat artes.
Albis, Rhenus Havelus hunc peremptum.
Est respublica profecuta fletu.

Bruschius
& Catalogi
Sebastianus.

1545.

SEBASTIANVS Nobilis ab *Heisenstein*, Jurium Doctor, Scholasticus *Moguntinus*, summa omnium lætitiæ & gratulatione, eligitur anno 1545 die 20. Octobris, vir admodum sobrius & accuratus, qui omnes suos conatus & vires ad iuvandum Ecclesiam con-

vertit. Invenit non contemnendam summam æris alieni, ab antecessore suo conflata: ad quam exolvendam quædam Ecclesiastica utensilia distraxit, quod pessime quosdam habuit. Anho insequente quadragesimo sexto supra sesquimillesimum, dire tumultus & seditiones totum fere Imperium commovent: *Lutheranis*, qui pridem validissimam confœderationem *Smalkaldia* iniuerant & literis roboraverant, *Jeanne Friderico Saxonie* Electore, & *Philippo Hassie* Landgravio primariis Ducibus, *Carolo* Imperatori rebellantibus. Locaverat Cæsar ad suburbia *Ingolstadii* castra, tam ex *Italia* quam *Germania* copias expectans. Conscripserat etiam validissimum exercitum equitum ac peditum ex *Belgio*, quem *Maximilianus Burianus* Comes ducebat. Qui *Bingium* usque procedens circa *Moguntiam Rhenum* transire tentabat, quod etiam feliciter perfecit, confœderatis (qui triginta & septem cohortes militum in altera ripa habebant) nec quicquam prohibentibus, omnesque in fugam actos, per *Aschafenburgum* & *Miltrenburgum* ad *Carolum* in *Bavariam* pervenit. Eo recepto exercitu Imperator jam satis instructus, Principes & civitates confœderatas facile perdomuit & ad deditionem coegit. Exactum est biennium maxima omnium trepidatione. Verum tanta moderatione usus est ea victoriæ Cæsar, ut prorsus nullibi sanguinem funderet, sed sola pecuniaria pena plerosque rebelles multaret. Convocat deinde anno 1548. *Augustam Vindelicorum* Imperii status, ubi plurima ad emendationem reipublicæ Christianæ sunt constituta; Judicium Cameræ Imperialis, violentia adversariorum suspensum, rursum exerceri cœptum: quomodo usque ad definitionem Concilii generalis, Ecclesiæ protestantium sint gubernandæ, formula est conscripta: Clerus Catholicus civitatibus Imperii ejectus, aut officia divina celebrare prohibitus, ad consuetum opus est revocatus. Fuit in iis comitiis *Sebastianus* Summi Senatus Imperii præses, nullis parcens laboribus & sumptibus, quo Ecclesiæ commodis invigilaret. Domum reversus similiter optimi pastoris munia obiens cunctos suæ diocesis subditos per literas, Legationes, Visitationesque ad Catholicam religionem invitare & impellere non destitit. Congregavit eodem anno synodum primo dicecetanam cui ipsemet præfedit, deinde Provinciam Episcoporum suorum, cujus Decreta una cum catechesi apud Ecclesias habemus. Profectus est paulo post ad Concilium Oecumenicum *Tridentinum*, ibique suam industriam & zelum omnibus comprobavit. Cæterum alia inter Principes quosdam & *Gallorum* Regem *Henricum* 2. exorta conspiratione contra piissimum Imperatorem *Carolum*, *Mauritium Saxonie* Elector, *Jeanne Friderico* exauthorato subrogatus, insigni audacia (cum se Cæsaris obedientissimum Clientem fingeret) *Benipontem* usque, ubi *Carolus* Concilio cohabitabat, pervenit: co-

1546.

Caroli V.
apprensus
contra Jo-
hannem Schmal-
cald.

Moderatio
Cæsaris.

Comitia
Augustana.
 1548.

Sebastianus
in iis præ-
sides.

Synodi duæ.

Concilium
Tridentinum.

Mauritii
contra Ca-
rolum V.
 que ausus.

que occupato, vix elabente Imperatore, *Tri-*
dentinis etiam Patribus perturbatis & disper-
sis; omnem *Hispanorum* suppellectilem diripu-
it; ac in *Germaniam* rediit. Soluta Conci-
lio Archi-Episcopus domum reversus, *Mau-*
ritium, *Albertum* Brandenburgicum & *Her-*
sum, cum amplissimis copiis sibi imminere
intellexit, ideoque omnia turbata invenit,
quare civitatem Moguntinam munire est ex-
orsus, ac praesertim Monasterium S. Jacobi,
conscribere milites & armare plebem. Ve-
rum animos suorum languescere & vicinos
ad ista dissimulare intelligens, quemque sua
saluti consulere permisit. Non desistebant
interim confederati Imperium concutere &
pacem publicam turbare, ad pileum & liber-
tatem vocare quoscunque possent. Oppugna-
ta est *Ulma*, *Sucvia*, *Norimberga*, *Francofor-*
dia aliaque oppida, sed frustra. Interea apud
Patauium convenientibus Imperii Statibus
cum *Ferdinando* Caesare, iniquissima pacis
formula Catholicis est extorta. Noluit ta-
men in eam consentire *Albertus* Marchio
Brandenburgicus, nec Caesari se submittere,
sed in oppugnanda *Francofordia*, *Maurizio*
& *Hasso* discedentibus, adhuc aliquot dies
absumpsit. Ea igitur obsidione soluta *Rbe-*
inum transiens, *Oppenbeimium* Palatini Electo-
ris tunc oppidulum, plenam Moguntinensi-
um & aliorum vicinorum bonis diripuit; *Mo-*
guntiam, nemine prohibente, ingreditur, aedes
Ecclesiasticorum, qui, paucis exceptis, omnes
fuga elapsi erant, evastat & evacuat, cives 12.
aureorum millibus mulctat, a Clero centum
millia, ad certum diem antequam urbem re-
linquat, exigit. Eam summam, Archi-Epi-
scopo absente, ac in *Alsatia* & *Brisgoia* lati-
tante, cum domi suis nihil prodesse, nisi tan-
tum malum augere posset, nemo conficere
neque pro ea fide jubere volebat. Quare
Marchio se delusum asserens, supra modum
excanduit, tantaque rabie in arcem Episco-
palem & Ecclesias desavit, ut Hunnicam
barbariem aequaret. Templum Metropoli-
tanum, primum flammis tradere intendit:
at illud ad intercessionem *Richardi* Palatini
Rheni, Canonici Moguntini, aliorumque bo-
norum virorum precibus est servatum. Ve-
rum Collegia Victoris & Albani, Regum olim
ac Martyrum domicilia & conditoria, S. Cru-
cis etiam & Carthusianorum extra civitatem
Basilicæ, cum omnibus Ecclesiasticorum ha-
bitationibus, ipsaque Archiepiscopali arce,
pridie D. Bartholomæi ad vesperam anno 1552.
horrendo incendio traditæ sunt & in cinerem
redactæ. Monasterium D. Jacobi, nescio quo
fato servatum fuit. Constituerat nihilominus
in ipsa civitate omnes Ecclesiasticorum aedes
concremare, sed civium precibus victus, qui-
bus ex vicinia id malum cum iis commune
erat futurum, iussit ut manibus illorum demo-
lirentur; a quo tamen facto mox discedente
hoste, cito sunt represæ. Similiter igni sub-
jecit arcem *Miltenbursensem* & *Aschaffenburg-*
ensem longe amoenissimam. *Steinbeimen-*
Menckenii Scriptor. Rer. Gerin. Tom. III.

sis servata est, interveniente Caesareo præ-
fecto, *Francofordia* tunc cum exercitu præ-
sente. Factæ sunt per inferiorem & supe-
riorem Episcopatus tractus, passim per op-
pida exactiones gravissimæ; abducti obsides,
quorum aliquot in vinculis mortui sunt, alii
praesenti pecunia redempti; Tantum flagel-
lum expertus optimus Praeful intra paucos
dies ad suos redit, Deo gratias agit, disper-
sum Clerum colligit. Quamdiu superstes
post eam cladem fuit, in Carmelitano cœno-
bio, dum *Moguntia* esset, vixit. Translatum
est Collegium S. Albani in Dominicanorum
monasterium S. Victoris ad D. Joannem: S.
Crucis ad S. Ignatii Parochiam; Ioli Carthusia-
ni suum domicilium cum templo restaurare
sunt aggressi. His malis attritus, non tamen
fractus *Sebastianus*, cum aliis Electoribus
Rhenanis apud *Francofordiam* convenit, tan-
tumque effecit, ut jam proscriptus hostis pro-
figaretur, & omnibus ditionibus suis, opera
potissimum *Bambergensis* & *Herbipolensis*
Episcopi, tum Ducis *Henrici Brunsvicensis* &
Norimbergensis Republicæ, quos vehementer
blaserat, exueretur, atque in exilio inops &
nudus finiret vitam, morbo, ut aliqui scri-
bunt, pediculari; Archi-Episcopus tandem
quoque his curis & assiduis laboribus confectus
diem suum quam religiosissime clausit
extremum, *Elfeldia* in *Ringoia* anno 1555.
d. 17. Martii. Sepelitur *Moguntia* in D. Martini
Metropolitano templo; Princeps tran-
quilliori seculo dignissimus, qui maxima parte
sui apud *Dantelem* successorem & omnes
bonos diutissime vixit. Inter hos tumultus
quidquid pecunie corrasit, id totum ad
reparationem aedificiorum, tum in redemptionem
oppidorum oppignoratorum destinavit.
Præstitit annis 9. mensibus 4. diebus 27.

DANIEL Brendeliana nobili familia ab *Daniel*
Homburg prognatus, ex Canonico Moguntino
& Scholastico Spirensi, præter suam ex-
pectationem *Sebastiano* eodem statim anno
subrogatur, videlicet 1555. d. 18. Apr. ætate
quidem juventæ floridus, sed moribus & eru-
ditione longe clarior. Eius animi dotes, ma-
gnifica opera & assiduum studium juvandæ
Ecclesiæ impensum, nostro calamo depingere
supervacuum puto; cum Rempublicam
Christianam suamque Sedem Moguntinam
ornando & augendo, apud omnes sit notis-
simus. Loquuntur id a fundamentis extructa
templa, arces, scholæ ac quotidiana in
amplissimos hospites magnificentia, in doctos
liberalitas, in pauperes benignitas summa.
Provenit cum aliis Electoribus *Ferdinadum*
Caesarem in Augustum, *Carolo 5.* fasces sub-
mittente. Anno deinde 1562. elegit *Fræn-*
cofordia Maximilianum 2. *Ferdinandi* Filium,
cumque sacra unctione & diademate ibidem
coronavit. Jam vero quo hæc scribimus
1575. pro designando Caesare Comitibus apud
Ratisponam interest, ubi serenissimum Prin-
cipem ac Dominum *Rudolphum* *Electo-*
Maximilianum F. in Romanorum Regem
N n
eligit

Comitia
Patavina.Albertus
Brandenb.
imperium
turbat.Moguntia
vastata.

1552.

Conventus
Franco-
fordanus.
Albertus
proscribi-
tur.Sebastia-
nus mori-
tur.
1555.Ejus vir-
tutes.Ferdinandus
di electio:
in Imp. It.
Maxi-
miliani.
1562.
Comitia
Ratispo-
nensis.Electo-
Rudolphi
in
Reg. Rom.

Moritur.
1582.

Portenta
ante ejus
obitum.

eligit itemque coronat. Hunc Deus opt. max. ad prædium suorum subditorum & totius Catholicæ Ecclesiæ, quam diutissime servet incolumem. Amen. Obiit summo omnium ordinum luctu die 22. Mart. mane infra horam quintam & sextam *Afchassenburgi*, die Jovis, quo die (videlicet Jovis) natus & electus fuit, placidissime sibi oculos & os claudens: deinde manus in formam Crucis componens, anno 1582. Præfuit annis 27. minus 27. diebus. Vixit annis circiter quinquaginta octo. Sepultus *Moguntia* in Sacello prope januam, qua itur ad forum prope maternum sepulchrum. Multa portenta præcesserunt obitum. Visio processionis solennis nocturno tempore in cœmeterio S. Ignatii, in qua persona ipsius agnita fuit, &c. sicuti hæc non solum relata sunt a fide dignis, verum etiam longe ante obitum ejus penicillo adumbrata. Item inundatio *Moeni* tanta apud *Afchassenburgum*, quanta ab hominum memoria non fuit. In sepultura, supra summum templum apparuit medio die lucidissima stella, quam etiam hic *Francofurti* multi hominum in Nundinis vi-

derunt. Putatur tamen fuisse stella Veneris, quam cœlum admodum sudum exhibuerit. De illo ædita sunt plurima elegantissima carmina per Jesuitas *Moguntinos*, & alios. E quibus Epitaphii loco hæc decerpta sunt:

Epitaphium.

A *Vixit, & haud paucos Anxistes præfuit annos*

Sobria cui semper castaque vita fuit.

Vixit in Imperio rerum clarissimus usu.

Tertius hic illi Cæsar amicus erat.

Vixit, quemque dedit cursum natura, peregit, Magnus præ reliquis, mortuus ut reliqui.

*Et alius *Pœta* verissime:*

Quo nihil excepto vivebat Cæsare majus.

Requiescat in perpetua pace &c.

WOLFGANGVS a *Dablberg* Præpositus Metropolitanus & Cathedralis *Spirensis* omnium gratulatione ad fastigium Pontificale conscendit, die 19. Aprilis anno 1582. vir summis naturæ dotibus ornatus & rerum usu exercitissimus; cui Deus opt. maximus concedat sanitatem diuturnam, pacem perpetuam & post hanc vitam sempiternam. Amen.

Wolfgangus.

1582.

XV.

BRODERI BOISSEN

CHRONICON SLESVICENSE

AB INITIO CHRISTIANÆ RELIGIONIS

IN PROVINCIAM INVECTÆ

VSQVE AD ANNUM 1530.

EX MScTo BIBLIOTHECÆ MENCKENIANÆ.

Haraldus
auctor
Christianæ
in Ducatu
Slesvici
religionis.

Anscharivm.

SEMINA RELIGIONIS Christianæ in *Cbersoneso Cimbrica* & Ducatu *Slesvicensi*, eidemque adjacentibus regionibus sparsa esse sub *Haraldo* Danorum Rege, quem *Klagum* nominant, ex monumentis veterum colligere licet. a) Is est *Haraldus*, qui a *Regnero Logbrod* pulsus ad *Ludovicum* pium in *Galliam* fugit, cujus ope regno restitutus religionem Christianam suscepit, ædemque sacram in territorio *Slesvicensi*, quod est templum *Hedebuiense*, b) extruxit. Concesit eidem *Ludovicus* Imperator Comitatum quendam in *Frisia*, ubi etiam in exilio mortuus est. *Anscharivus* autem, homo Gallus, jussu ejusdem Imperatoris populum rudem in hisce oris religionem primum docuit, vocatus ex Monasterio Ordinis *Benedicti* c) *Corbeia*, quod anno 1322. tertio ad *Visurgin*, ubi adhuc habetur, extractum refert *Lamb. Schaffnaburgens.* In *Slia* autem eundem baptizasse, & in templo *Hedebui* docuisse, memoriæ proditum est.

Sed iterum *Haraldo* a *Regnero* pulso, religio Christiana hisce in locis bene cæpta tandem intermissa fuit, donec is ab *Hella Hibernia* regē victus & captus, serpentibus corpori admotis vitam finivit. *Regnero* mortuo ejusdem filio *Sivardo* absente, Dani *Sivardus* & *Erician* elegerunt. Sed *Sivardus* *Regneri* filius classe navium 1700. illos, qui regno præfecti erant, persecutus, in proximo urbis *Slesvicensis* adortus semestri pugna delevit. Sinus autem ibidem funere *Sivardi* inclaruit, & pugnae istius indicia sunt adhuc colles, qui ibidem euntibus nach S. Jörg & *Brekling* sese offerunt. Collium autem istorum in & extra territorium *Slesvicense* magnus est numerus. Majores enim nostri antequam religione Christiana imbuti essent, ad exemplum *Græcorum* & *Romanorum* injecta gleba & terra tumulis mortuos humarunt, & quidem in campis patentibus. Quos *latini tumulos*, quasi *terra tuentes* dixere, quo spectat versus:

Sivardus
Rex Dan.
& Saxon.

Mos veterum sepeliendi.

Quo magis est aquam tumulis mandare peremptos;

&

a) Vide *Adam Brem. hist. Eccles. lib. I. c. 14 Saxon. lib. 9.*

b) Templum hoc in *Hedebui* primum ab *Haraldo* fuit inchoatum, sed ab *Erico* postea erectum.

c) *Corbeia* ex Gallico *Cour beau.*

d) *Adam c. 15. & 16. Abb. Stad. fol. 90.*

& quidem illis in locis ut plurimum, quo sæpe homines commearent, & iter haberent, ut in viis publicis, quo posteritati memoriam clarissimorum virorum consecrarent, & quodammodo immortalitati mandarent. Et ne quis hoc temere a me scriptum existimet, ejus rei argumenta quam plura proferri possunt, quæ in nostra tempora inciderunt. Anno 1588. cum via illa salebrosa, quæ *Sleswico* in *Angeliæ* ducit, sterneretur, & ex colle vicino terra & arena egereretur, fornax terra cooperta instar furni eruta fuit, faxis & lateribus concamerata, in qua urnæ aliquot fictiles plenæ ossibus & cineribus continebantur.

Urnæ in sepulchris & instrumenta bellica inventa.

Ossa autem igne siccata, ustulata & indurata fuisse, color & durities non obscure indicabat. Anno item 1554. in tumultu urbis *Sleswigæ* vicino inventus fuit pugio, duas spithamas longus ex ære vel cupro fusus, sagitta item ærea, & alia instrumenta bellica. Sed & ossa complura femiusta eodem loco defossa fuerunt. Sed ex tumulo prope villam *Twetam* firæ urnæ complures una cum ossibus ustulatis erutæ fuere, ea occasione inventæ quod viæ sterneretæ arena egereretur: qui collis ita urnis abundabat, ut pedem vix alicubi poneret aut spatham imprimeret, quin urnarum & ossium reliquæ sese exhiberent, & terra contactæ detegerentur. Huc accedit, quod colles & tumuli, qui ubique obvii sunt, lapidibus & faxis majusculis circum circa septi & redimiti sunt. Quod & ipsum argumentum est, ibi corpora sepulturæ data, & combusta fuisse. In humanis enim corporibus eum morem etiam Græcos observasse, testatur *Homerus* de *Hæctoris* sepultura verba faciens, cujus versus vide.

Ericus Rex Dania.

Sivardo ad finem *Sliæ* prope pagum *Solke* interempto, regnum Danicæ *Erico*, *Sivardi* filio, *Regneri* nepoti delatum, *Ericus Harald* Regis irater occupavit, nemine resistente, quod *Ericus* puer esset, sed tamen non diu obtinuit. Nam a *Guthorino* nepote ex fratre cæsus *Ericus* senior, & regno spoliatus fuit. e) Idem *Ericus* junior templum Sleswicense omnium aquilonarium antiquissimum fundavit, imperante *Ludovico* secundo, sub Archiepiscopo Bremensi *Anschario*. Potestatem etiam dedit omnibus, qui vellent, religionem Christianam amplectendi, uti recitat Abbas Stadenfis. Quod tamen post conversionem ad religionem Christianam ope *Anscharii* factum esse oportuit. Nam ante conversionem maxime favit in Christianos, & *Anscharium* aliosque ministros solum vertere coegit. Ideoque etiam *Rex gentilis* ab *Helmoldo* vocatur. Sub hoc Rege *Dani Fresones* aggressi illos in suam potestatem redegerunt, & tributum solvere coegerunt. Classe etiam instructa piraticam fecerunt, perque *Rbenum*.

Anno 847.

Frisones Danorum tributarii.

& *Albim* in Germaniam delati eandem misere vastarunt. f) Hoc etiam tempore Ecclesia Hamburgensis Bremensi unita fuit. Sub hoc etiam Ecclesia *Ripensis* fundata est, quam secundum Ecclesiam in *Dania* nominat Abbas Stadenf. & Adam.

860.

Anno 869
Rembertus Ep. Brem.

Anschario mortuo *Rembertus* ejusdem discipulus, qui ex Turonensis & Corbeienfis Scholæ Rectore *Ripam* in *Jutiam* missus fuerat, *Bremam* revocatus Episcopus creatus fuit, consilio & voluntate *Ludovici Cæs.* & *Nicolai Papæ*.

Hic etiam populum in hisce oris religione Christiana imbuunt, *Anscharii* vitam descripsit, & captivos redemit; de his vide *Adamum* lib. 1. c. 31. & c. 36. & 37. Mortuus & sepultus *Bremiæ* anno 888. Hujus temporibus *Erico* mortuo successit *Canutus*, cui propter ætatem *Godofridus*, & *Sigfridus* curatores dati, qui *Carolum Crassum* bello Sarraceno occupatum aggressi totam fere *Germaniam*, item *Galliam* vastarunt *Parisios* usque, sæpiusque ab illis *Carolus* victus, g) tandem fœdere cum illis in *Neustriam* illis habitandam concessit, & *Godofredo Gislam*, *Lotharii* patruelis filiam in matrimonium, *Frisamque* in dotem dedit. Sed hoc *Godofredo* a Duce *Henrico* interempto, *Sigfridus* ex *Dania* reverius in *Galliam* maximis itineribus contendit, illius mortem vindicavit, sedesque ibidem collocavit & *Normanniam* a *Normannis* appellavit, quod illa gens ex septentrionalibus *Danis*, *Sædis*, *Normagis* &c. esset collecta. Eisdem tamen in *Lotharingiam* invasuros *Arnolphus* in patruum sui *Caroli* Crassi locum succedens represit, XII. ligna regia illis adempta in *Bavariam* misit & 10000. occidit. Post hæc mortifera persecutio *Normannorum* in Christianos cessavit. Hæc inciderunt in tempora *Adalgarii* Episcopi Hamburgensis, qui anno 909. mortuus est. Sub *Canuto* hoc impio Christianorum etiam maxima persecutio fuit, & plurimi in *Elstorp* occubuisse dicuntur, de quibus late *Cranzius*.

Canutus Rex Dan. Anno 876.

Normannia, unde nomen adpta.

Anno 909.

Canuto successit filius *Frotho VI.* qui patre *Frotho* impio natus ad religionem animum adjecit, & Pontificem *Agapetum* legatos misit *Angliæ* partem magnam, quæ a patre defecerat, recuperavit, non diu tamen superstitit, successit filius *Gormo* Anglicus, quod ex *Anglia* esset oriundus, dictus, & ipse religionem Christianam amplexus. Cui filius *Haraldus* successit, eidemque defuncto *Gormo* filius, impius erga religionem & Christianorum persecutor, qui idem etiam *Wormo* usurpatur Templum enim Sleswicense, *Saxone* teste ex imis fundamentis est demolitus, inque illius locum idelubra idolorum extrui curavit. *Nordalbingiam* & *Frisios*, item *Transalbinos* invasit, eorumque agros vastavit: quod *Conradus* Imp. *Heinrici* Aucupis antecessor bello Hungarico occupatus eidem resistere non posset.

Frotho Rex Dan.

Gormio Rex Dan.

Harald. rex Dan.

Gormio Rex Dan. Christiano: un: bestis.

e) Sax. lib. 9. Helmold. lib. 1. c. 5. Cranz. in Dania.

f) Adam. lib. 1. c. 24.

g) Adam. c. 34. 35. Abb. Stad. p. 94. Helmold. c. 9.

Slesvicum
Imperii Ro-
mani limes
fit.

posset. Sed mortuo *Conrado*, *Henricus* Au-
ceps commisso praelio prope *Slesvicum* ad
hexamilium eundem *Gormonem* concidit, &
imperata facere coegit: inter alias tamen
conditiones pacis Marchionem *Slesvici* con-
stituit h), Romanique Imperii litem, qui
antea *Eidora* terminabatur, *Slesvicum* esse
iussit. Ita *Slesvicum Saxonum* colonia con-
stituta est. Limites hosce etiam arce seu
castello munivit, cuius adhuc vestigia evi-
dencia supersunt, non longe ab æde *Hede-
bui*, vulgus *Oldenburgum* vocat. Sita autem
fuit illa arx in monte excelso, qui hodie ad-
huc conspicitur, sed arboribus, arbutis, fru-
ticibus & spinis adeo consitus, ut ascensu
difficilis sit. Etli autem ista arx solo æquata,
ut nec rudera supersint, fossæ tamen adhuc
tres satis altæ & conspicuæ visuntur. Atque
hæc arx cum urbe *Slesvico* Marchioni, ubi
federet, & præsidia haberet, attributa fuit.
Vnde constat *Oldenburgum* totius *Cimbricæ*
Chersonesi propugnaculum, *Slesvicum* au-
tem ejusdem metropolin, & quidem tunc
temporis a *Silia* flumine usque ad *Eidoram*
imperio Romano subjectam fuisse. Hisce

Oldenbur-
gum opus
Henrici Au-
cupis.

917.

temporibus *Vnni* ex Monacho *Corbeien-
si* anno 917. Episcopus *Bremensis* factus, pro-
fectionem ad *Gormonem* in *Daniam* suscepit,
ut illum jam mitiorem factum ad religio-
nem Christianam converteret, qua in re e-
jusdem conjunx *Thyra* Anglica fidelem o-
peram navavit. Sed ne sic quidem ambo
quicquam perfecerunt, nec *Gormo* ulla ratio-
ne induci potuit, ut Christianorum sacris in-
itiaretur. i) *Evangelii* tamen prædicationem
permisit, idque magis de mandato Im-
peratoris *Henrici*. Filius etiam ejus *Haraldus*
religione Christiana utcunque imbutus, li-
cet nondum baptizatus, Christianis æquior
erat. Vnde Ecclesiis in hisce oris quies
aliqua obtigit. Mortuus est autem *Vnni* in
urbe *Sueciæ Birca* anno 935. Ante obitum
autem *Vnni* delegerat *Ericum*, qui in *Cim-
brica Chersoneso* verbum Dei propagaret,
quem etiam *Adeldagus Meindorffius* Archi-
Episcopus *Bremensis Slesvicum* misit, ut *ev-
angelium* sibi doceret. Quod ille summa
cura & diligentia adjutus, ope & defensione
Marchionis *Slesvicensis* & militum præsidia-
riorum est executus. Sed iterum bene cæpta
exercitia religionis novis motibus bellorum
interrupta fuere. Nam *Dani* mortuo *Hen-
rico* Aucupe Marchionem *Slesvicensem* sta-
tim de improvise adorti una cum Legatis *Or-
tonis* Imp. apud *Hedebui* trucidarunt; arcem
Oldenburg ex fundamentis everterunt, &
Coloniam *Saxoniam* funditus extirparunt.
Grave enim illis erat, litem inter *Carolum*
Magnum & *Henningum* ante constitutum sci-
licet *Eidoram*, eo usque extendi, & præsi-

Gormonis
Regis in
gensili-
simo peri-
nacia.

935.
Erici in
prædican-
do Evange-
lio successus
& indu-
stria.

Dani Mar-
chiam Sles-
vicensem
delens.

dia in tam loco propinquo teneri. Fuit hoc
anno 938. unde colligitur, Marchionatum
Slesvicensem ad exiguum tempus durasse,
annos scilicet plus minus 12. *Henricus* enim
regnare cœpit anno 920. anno autem 937.
vel, ut *Schaffnaburgensis* putat, 935. regnare
desiit, & una cum eo extinctus est Marchio-
natus. *Gormo* autem ad summam senectute-
m vivens cæcus moritur, sepultus in pago
Tellingem. *Thyra* conjunx aliquot annos
marito superstes non procul a mariti sepul-
chro humata est. Viriusque monumentum
adhuc extat; lapis sepulchralis ulnas 4½ in
circumference habet, & imaginem hominis uno
latere exhibet, in altero latere sequentia hæc
verba:

GORMO KONINGA GJORDE Kube disse ofner
Thyre Kœne. Item: Haral Kong bygt
Kirke kybt disse ofner Gorm fader sin och of-
ner Thyre mutter sinse. Haralder Kes ofner
Dennemarck.

938.

Hisce autem tumultibus ab *Ortone* Magno
cognitis, maximo cum exercitu *Daniam* in *Daniam*
& territorium *Slesvicense* ingressus, usque
ad mare, quod *Norwegiam* a *Dania* dividit,
penetravit, atque omnia ferro & igni vassa-
vit. Et cum ad extremum *Jutia* oram per-
venisset; lanceam k) suam a patre *Henrico*
acceptam in mari, sua ipsius manu defixit,
eique nomen imposuit; Vnde adhuc *Otto-Ostrosund*
sund in hodiernum usque diem manet. Im-
peratori redeunti occurrit *Haraldus* Rex *Dan-*
orum prope *Slesvicum* magno cum exerci-
tu, quem Imperator occisis 4000. concidit,
Danosque in naves, quæ in portu *Slesvicen-*
si habebantur, fugere coegit. *Haraldus* vi-
ctus & captus pacis conditiones accepit, Im-
perio Romano se submittere, l) & sacrum
baptismum una cum conjuge *Gumulda* & fi-
lio suscipiens, quem sacro fonti a se admo-
tum, *Swen Ottonem* appellari voluit, duo-
bus nominibus in unum coalescentibus. *Ad-*
eldagus autem *Haraldum* baptizasse memo-
riæ proditum est circiter annum Christi 946.

Ortonis M.
expeditio

Manlit tamen *Eidora* limes Imperii a *Carolo*
M. constitutus & Marchionatum antiquari
iussit Imperator *Otto*. Ita imposterum *Slesvi-*
cum in Regis potestate permansit, qui quem-
admodum majores & subsequentes Reges fa-
cere solebant, Præfectum ibi constituit, m)
quoad illa *Jutia* pars in Ducatum *Slesvicen-*
sem erecta fuit. De Præfectis autem urbis
Slesvicensis ante natum Christum tractat *Sa-*
xo lib. 4. & *Nicolao* regnante, Præfectum ha-
buit *Elionem*. Atque ab eo tempore ido-
latriæ *Cimbrica Chersonesus* valedixit &
Christiana religio ibidem florere cœpit. *Or-*
tonis enim Imperator eodem tempore tres
Episcopus fundati.

Haraldus
Rex vinci-
tur,

& baptiza-
tur.

946.

h) Adam, c. 48. Helmold, c. 9. Abb. Stad. Paul. Æmil. Sigebert.

i) Adam, c. 49. Helmold, c. 8.

k) Lancea hæc sacra dicta vid. Abb. Stad. p. 101. Luidbrand. Ticin. l. 4. c. 11. 12. Wittikind. l. 1.

l) Helmod, c. 9.

m) Adam lib. 2. cap. 39.

Episcopatus fundavit *Sleswicensem, Ripensem, & Arbusensem*, eosque Hamburgensi tanquam Metropolitanano subiecit. Cui etiam potestatem fecit Episcopos mittendi *Sleswicum*, idque longo tempore observatum, donec tandem post aliquot annos beneficio Pontificis Romani *Sleswicum & Dania* a Jurisdictione Hamburgensi exemptæ fuere. n) *Adeldagus* itaque primus *Sleswici* & in *Dania* Episcopos constituit, & quidem *Marco-nem* genere nobilem & *Ottonis* Imperatoris Ex-Cancellarium *Sleswicum* misit, tanquam Episcopum *Sleswicensem* anno 946. vel se-

Marco Ep.
Sleswic.

946.

secundum calculum Chronici Bremensis 952. Idem etiam ante obtinuerat Episcopatum urbis *Altenburgensis*, quæ *Stargardia* lingua Slavonica appellata erat, in *Wagria* sita. Eo autem mortuo *Sleswicum* peculiarem Episcopum accepit, ut intra dicitur.

Eo autem tempore hæ oræ continuis bellis desolatæ, iterum habitari & coli cœperunt, quod post Deum, *Ottonis* pietati accepto ferendum. De hisce temporibus vide *Helmold* o) atque obiter de sylva p) ab urbe *Lucilenburga Sleswicum* pertingente, ubi ait, inter maximas quercus jugera fulcis divisa extare, urbesque ibidem conditas fuisse, idque ex rudibus vallorum, reliquiis & rivis, in quibus aggeres aquis colligendis congesti colligi possent, quem saltum a Saxonibus habitatum olim ait. Nimirum hoc factum, quando in *Britanniam* transeuntes hi populi hasce oras ante habitatas, & bene cultas deseruerunt, & vacuas reliquerunt.

Thyra Gormonis vidua
duo vallo
Isthmum
claudit.

Ecclesiis ad hunc modum hisce in oris constitutis Daniaque ab aperto bello pacata Imperator rediit in *Germaniam*. Cum autem nihilominus *Thyra Gormonis* vidua (quam Saxo *caput majestatis Danicæ* vocat) videret, excursions in territorium *Sleswicense* fieri a Germanis aliisque populis: secum deliberare cœpit, qua via huic malo occurrere posset. Popularibus igitur & subditis suis hortatrix fuit, ut vallum a mari orientali ad occidentale ducerent, quo Isthmus Cimbricæ Chersonesi clauderetur, & contra incursum hostium muniretur. Hac enim ratione posse excludi externos, quod vallo clausa peninsula, nemini aditus pateret. Id hoc facilius eis persuasit, quod Chersonesi Isthmus, id est, intercapedo & terra inter duo illa maria unius saltem esset Germanici milliaris, ideoque nullo negotio contra excursionem exterorum sepiri posset. His rebus adducti & autoritate Regiæ permoti, opus illud admirabile & æterna memoria dignum aggredi constituerunt. Et ut in opere tanti momenti & laboris æqualitas servaretur, angustias illas Isthmi inter se partiti sunt, idque fortibus cœere diviso. Quarum una pars *Scania*,

alia *Selandia*, tertia *Fionia* excitanda, atque vallanda sorte obtigit. *Scania* illa pars cecidit, quæ a porta illa, quæ & vulgo *Kalgat* appellatur, *Hellingstedt* usque protenditur. *Selandis* autem & *Fionibus* portio illa, quæ a ponte versus *Sliam* vergit, obvenit. Cujus rei adhuc vestigia evidentissima supersunt, & antiquitatis studiose demonstrari possunt. Et quo cibarium copia suppeteret, comæatum ad alendam multitudinem eorum, qui opus facerent, *Fusi* & *Sleswicenses* sublevarunt & comportarunt. Vallum autem etiam fossa alta circumdederunt, quæ adhuc ubique conspicitur. Murum multis post annis *Woldemarus* Rex, devictis Slavis ductore *Absolone* Episcopo *Sleswicense* pro sua in patriam pietate ex cocto latere excitavit, & vallo imposuit, ut potius valli occiduo lapsus solidior novæ molis structura reficeret, quam debilem ejus situm crebrior impostum ruina submitteret, ut *Saxo* loquitur; & quod *Slavi*, quos *Carolus M.* in transalbinam Saxoniam traduxerat, territorium *Sleswicense* assiduis excursionibus vastarent, ita ut solitudini pene simillima esset. Murus ille in multis locis septem pedes latus, & octodecim altus adhuc hodie deprehenditur, quamvis magna ex parte lateres eruti & murus dirutus sit, ita ut saltem rudera supersint. Nam ex lateribus illis templum *Sleswicense* extractum est, & omnes pene furni, quibus panem vicinis in locis pinunt & decoquunt agricolæ, compacti sunt. Quin etiam ex istis rudibus ad ædificationem arcis *Gottorpiæ* magnus acervus comportatus fuit. Lateres autem isti in pagis *Schobui* & *Husbui* cocti fuerunt. Nam & ibi fornaces latericæ & calcariæ fuerunt, quarum vestigia adhuc videre ibidem licet. Calcem ex *Gotlandia* navibus comportarunt. Vallum in summitate latitudinem habet 30. 40. & quibusdam in locis 50. pedum. Longitudo est unius milliaris Germanici, vel sex Italicorum, ut recte hexamilium dici possit, quo nomine murum in *Peloponeso* appellant, ut infra dicitur. Vallum, qua orientem solem spectat, initium capit a flumine *Slia*, & per dorsum Chersonesi protensum, vergit ad occasum *Hollingsted* usque, idque paludes, quas æstus maris occidentalis ad flumen *Trenam* efficit, excipiunt. Et hac ratione a parte maris una ad alteram usque peninsulam claudit. Porta una in medio relicta fuit, per quam transitus daretur, quam *Kalegat* nominant, appellatione inde petita, quod in loco patenti, & undique aperto nullisque sylvis & arboribus impedito sita sit, quasi dicas *kael, schlecht, oder offen gatt*. Arcem vel castellum adhuc etiam monstrant, ubi *Thyra* domicilium habuerit, non procul a pago *klein-Dennewerck*, quod vallo contiguum

Murus a
Waldemaro
excitatus.

Nn 3

n) Adam lib. 2. c. 2.

o) Helmold, c. 49. & 57.

p) Silva illa incipit *Kilonio* vulgo *der Denische Wald* & transit *Hütten, Bustorp, Pöl* & ulterius.

tiguum est, idque adhuc rudera, quæ super-
 sunt, & vallorum vestigia, & fossæ ostendunt,
 ut certum sit, *Thyram* in ædificationem valli
 multum operæ posuisse, ut peninsula hæc ad
 exemplum ejus valli, quod Imperator *Severus*
 in *Britannia* erexit, clauderetur, & regio ab
 incursionibus tuta redderetur. Dividit autem
 illud vallum *Scotiam* ab *Anglia*; & vulgo
Seueriswall appellatur. Quod *Thyra* in
 Anglia natæ & educatæ cognitum esse potuit,
 quamvis plerique authores non contemnendi;
 nimirum *Galli*, *Thyram* hujus operis primam
 inventricem non fuisse tradant, sed quod
 vallum illud multis ante annis, & a pene
 ducentis, temporibus *Caroli M.* inchoatum
 & ædificari coeptum sit. Inter quos *Ammonius*
 lib. 4. histor. Franc. de vallo ita scribit:
Godefridus limitem regni sui, qui *Saxoniam*
 respicit, vallo munire constituit, ut ab
 orientali maris sinu (quem illi *Osterboldt*
 nominant) usque ad occidentalem Oceanum
 totam *Eidora* fluminis aquilonarem ripam
 munimentum valli prætexerat, una tantum
 porta dimissa, per quam carra & equites
 emitti & recipi possent. Hucusque *Ammonius*;
 quibus consentanea tradit *Paulus Æmilius*
 lib. 3. his verbis: *Gotofredus Danorum Rex*
Daniam, qua *Francorum* bello precebat, fossa
 aggereque & vallo præmunit, una omnino
 porta relicta &c. Hactenus *Ammonius* &
Æmilus, qui verissima de hoc vallo ejusque
 porta tradunt. Quod si itaque hos auctores
 sequamur, primum ejus operis inceptorem
 & auctorem *Godefridum* constituamus
 necesse est. Interim tamen *Thyra* opus
 illud ante annos 200. plus minus, vel
 inchoatum, vel etiam collapsum perfecit,
 vel etiam restauravit. Idque ad excludendos
Saxones & *Slavos* quotidie in territorium
Sieswic irrumpentes. Huic postea, ut supra
 dictum, murum *Woldemarus* adjecit,
 portamque clausis cinxit. Sed & Regina
Dania *Margareta*, quam *Nigram* nominant
 scriptores, vallum illud tertio reficiendum
 & instaurandum, murisque & fossis pedum
 20. muniendum curavit, idque circiter
 annum a nato Christo 1285. *Canuto*
Woldemari filio regnante, id est 300. postquam
Thyra regina vallum restauraverat, temporibus
Fridericus I. Imperatoris cujus vestigia etiam
 adhuc fati multa supersunt. Et hæc quidem
 quæ de vallo illo, quod *Dennewerck* nominant,
 partim ex historiis conquirevimus, partim
 percontationibus accepimus, commemorare
 visum fuit, quod *Dani* exemplo aliarum
 gentium patriæ in tuto collocandæ struxerunt
 & ædificaverunt. Non est igitur, quod
 quis existimet, *Danos* solos *Chersonesum*
Cimbricam vallo clausisse, cum constet,
 Græcos duobus in locis idem tentasse &
 perfecisse, quemadmodum ex *Herodoto*,
Xenophonte, aliisque colligere licet. Ita
Dercyllidas, cum *Thracæ* *Chersonesum*
 infestarent, eam a parte maris uno
 ad alteram muro sepivit, teste *Xenophonte*
 lib. 3. & *Mistiades* Isthmum ab

urbe *Candia* ad *Paitiam* mari præsepit, ne
Abfynsibii excursionibus regionem vastarent,
 qui 30. stadiorum est, ut *Herodotus* lib. 6.
 tradit. Omnium autem Isthmo nostro
 similis est *Corinthiacus* in ea parte
Græciæ, quæ *Peloponesus*, nunc *Morca*
 appellatur, & omnium scriptis celebratur,
 sive situm respicias, sive latitudinem.
 Nam & hic inter duo maria
Jonium scilicet & *Ægeum* jacet, de
 quo *Ovidius*:

Æquora vino suis oppugnans fustibus
Isthmum,

Et tenuis tellus audit utramque mare.

Latitudinem habet eandem, 40. stadiorum,
 ut *Hermolaus Barbarus* notavit, quæ quinque
 milliaria Italica efficiunt, alii sex millium
 spacio eum definiunt. Unde & murum,
 qui a mare ad mare in Isthmo Corinthiaco
 deductus est, castrensi vocabulo *Hexamili-
 um* vocarunt. *Strabo* lib. 8. *διόλκον* nomi-
 nat, per quem a mari ad mare plaustris
 naviculas transvehere solent, periculi vitandi
 & compendii causa, eumque *πενήκοντα*
 i. e. 50. stadiorum, esse scribit, ut & *Paulus*
Jovius, vocabuli originem rationemque secutus.
 Murus autem ille multis ante natum
 Christum annis ædificari coeptus est, &
 quidem *Xerxis* tempore. Nam cum e
Græcia in *Peloponesum* bello Persico
 frequentes irruptiones fierent, *Peloponesi*,
 quo patriam in tuto collocarent, consternati
 clade *Spartani Leonidae* apud Isthmum
 congregati, communibus suffragiis murum
 a mari ad mare ducere decreverunt, hoc
 est, a *Lecha* ad *Cenebreas*, teste *Diodoro*
 lib. 2. Quod opus aggressi hominum
 aliquot millia dies & noctes continuas
 sine ulla quiete elaboraverunt, aliis
 ligna, aliis lapides, aliis lateres, aliis
 corbes arena repletos comportantibus
 & conventibus. Itaque intra dies
 paucissimos murus ille stetit. Populi,
 qui opus fecerunt, apud *Herodotum*
 in *Vrania* enumerantur. Quem tamen
Athenienses bello Pelopon. victores,
 postea demoliti sunt, quod causerentur,
 se illo opere *Persis* proditos fuisse.
 Murus autem iste postea reedificatus
 usque ad patrum nostrorum memoriam
 stetit, usque ad ann. 1453. quo tempore
Amurbates Imperator Turc. quo facilius
Peloponeso potiretur, *Hexamilium*
 demolitus est, & peninsulam vallavit.
Venesi autem post acceptam hanc
 cladem *Hexamilium* destructum intra
 15. diem restaurarunt opera 40000.
 hominum, quos muro reficiendo
 adhibuerunt. Atque ita semper
 Turcis & Christianis curæ fuit,
Hexamilium vel reficere, vel demoliri,
 quod in eo magna vis esset, ad
 hostium vim sustinendam & ab
 ingressione propulsandam, De
 vallo autem *Severi* Imperatoris
 plura apud *Camdenum* vide. Hæc
 prolixius tractata propter
 similitudinem horum Isthmorum,
 præsertim Græci & Cimbrici,
 cum utriusque intercapedo sit
 pene par, & olim
 florentissimæ civitates *Corinthus*
 & *Sleswic* fuerint,

Quis primus
 hujus
 valli au-
 ctor sit.

Græci jam
 olim Cher-
 sonesum
 Cimbricam
 vallo clau-
 serunt.

runt, eandemque fortunam expertæ, jam jaceant deletæ; neque amplius emergere queant.

Haraldus Ep. Slesvic.

951.

Haraldi Regis laudes.

Marcone defuncto, successit peculiaris Episcopus Sleswici *Haraldus*, Regi *Haraldo* cognominis anno 951. seditque annos 10. ab *Adeldago* illuc missus. q) *Haricum* hunc *Saxo* nominat. *Haraldus* autem Rex, quamvis non solum religioni fuerit addictissimus, sed etiam in rebus politicis perspicacissimus & solertissimus, utpote cujus leges *Saxones* & *Frisii* servarint a filio tamen variam fortunam est expertus, de quo plura vide apud *Adam*. cap. 18. l. 2.

Post *Haraldum* r) in catalogo quodam ponitur Episcopus Sleswicensis *Adaldagus*, de quo tamen nihil certi apud auctores legitur, ut credible sit Archi-Episcopi Hamburgensis nomen in catalogum Sleswicensem relatum fuisse; quod in convertendo impio *Svenottone*, qui religionem Christianam abnegarat, Episcopi sustinuerit partes. Hujus autem in parentem impietatis dignas pœnas *Svenotto* luit. s) Nam bis a *Futimensibus* Sclavis captus; Item ab *Erico Sueciæ* Rege tandem in *Scotia* 14. annos exulavit, & in exilio ad Christi agnitionem rediit, regnoque restitutus fuit.

Svenottone Regis fata.

964.

Folebertus Ep. Slesvic.

Anno 964. *Folebertus* Episcopus Sleswicensis ab *Adeldago* creatus, & consecratus fuit, de cujus ortu, familia, genere, rebusque gestis nihil proditum est, nisi quod *Svenottone* religionem Christianam oppugnante, magnis cum impedimentis conflictatus, verbum Dei propugnauerit.

Temporibus *Svenottone* obiit *Adeldagus*, cui *Libentius* Archi-Episcopus Bremensis succedens *Svenottonem* placare, & Christianis a quietem reddere conabatur. Sed obstinatio erat, quam ut a proposito divelli posset. Igitur justum Dei judicium expertus ab *Erico Sueciæ* Rege regno pulsus, ut supra dictum est, in *Scotia* 14. annos exulavit.

984.
Poppo Ep. Slesvic.

Mortuo *Foleberto* anno 984. plus minus, *Poppo* natione Danus, & Pontificis quondam Sacellanus Episcopus Sleswicensis est creatus, qui collapsam religionem tempore exilii *Svenottone* fideliter erexit, & idololatriam noviter introductam extirpavit. *Svenottonem* que ab exilio reversum verbi divini prædicatione in suam sententiam pertraxit. De miraculis autem, a *Poppone* editis, quibus doctrinam suam confirmavit vide *Adamum* cap. 26. lib. 2. ubi illud de tunica cerata relatum miraculum dicitur accidisse prope *amnem*,

t) qui vulgo *sacer* appellatus est; & *Slesvico* 40. stadiis distat *Flensburgum* versus, *Hilgebecke* dictus, quod nomen adhuc retinet, quia ibi aliquor hominum millia baptizavit, & in colliculo amni vicino, vulgo *Poppenholt* dicto, conciones habuisse & populares suos ad Christum convertisse fertur. Hujusmodi miracula autem, quæ scribebantur, etiam si fabulosa videri possunt, tamen hominum testimonio nituntur, quibus non temere fides deroganda. u) Celebre autem hujus *Popponis* nomen in hisce locis fuisse indicio est; quod in *Frisia* de ejus nomine multos *Poppones* nuncupatos liceat reperire. Obiit autem *Poppo* anno 1029. *Bye-Mors Popponis* sepultus, ut *Cranzius* notavit; unde constat, eum Regi *Svenottone* superstitem fuisse, qui obiit anno 1012. in *Anglia* sepultus *Eboraci*.

Svenottone successit *Canutus* Rex *Daniæ* dictus *Magnus*, Princeps optimus & religiosissimus, sub quo maxima pax & tranquillitas Ecclesiæ obtigit, qui templum *Rosbildense* exædificavit, & S. Laurentii, *Lundis*; ingentemque auri vim in ministros verbi divini erogavit. Dicitur etiam primus in *Daniam* Monachos invexisse, dicitur & voti solvendi causa anno 1030. *Romam* profectionem suscepisse. Huius temporibus etiam *Popponis* successit *Erico* Episcopus Sleswicensis missus ab *Vrvano* Episcopo Hamburgensi, cujus nomen in catalogum Episcoporum Sleswicensium relatum est. Ad *Eidoram* autem fluvium cum pervenisset, ibidem ægritudine correptus obiit, licet alias nullas peregrinationes eum suscepisse legatur. Quamvis autem plures ordinati tunc temporis fuerint Episcopi; quorum nomina extant, verisimile tamen est, cum nullas possessiones aut proventus certos haberent, hinc inde Evangelii propagandi causa fuisse missos, neque certas sedes habuisse.

Canutus Magnus Rex Dan.

1029.

Ejus laudes

1030.

Erico Ep. Slesvic.

Episcopi Daniæ in Anglia ordinati.

Lateres incocti vel pumices ex Anglia alati.

Regnante *Canuto* Episcopi in *Anglia* ordinati & in *Daniam* missi, nihilominus Archi-Episcopo Hamburgensi obedientiam præstare coacti fuere. Vnde *Vrvanus Gerbrandum* in carcerem dicitur conjecisse, de quo pluribus vide *Adam*. cap. 38. lib. 2. Eodem etiam regnante lateres incocti vel pumices ex *Anglia* in *Chersonesum* Sleswicensem navibus advecti sunt, ex quibus templa quædam ædificata fuerunt *Sleswici*, ut & illud, quod in *Hollingstedt*, conspicitur. Sed & templum *Hedebui* & monasterii Sleswicensis, in quo virgines nobiles vivunt, ex his lateribus magna ex parte conflatum est. In quibus & lapides sepul-

q) *Helmold*. c. 17. *Adam* l. 2. c. 19. *Sax.* lib. 10.

r) Epitaphium *Haraldi*, *Roscholdi*: *Post natale Dei dum scripsimus octoaginta nongentos meruit scandere celsa poli.*

s) *Adam* lib. 2. c. 21. 25. & 28. *Abbas Stad.* p. 111.

t) Anni huic antiquitas hunc honorem habuit; & nostra ætate equites & aurigæ equos ibi bibere non sinunt, quod experientia testatur althmate corripit, werden versangen, quod, ut accepimus, ita lectori remittimus, & in medio relinquimus. Nam id tanquam commentum rejicere, vel tanquam verum asserere religio est.

u) *Adam* cap. 44. lib. 2.

pulchrales pedis pastoralibus insignitos, in memoriam, pastorum & ministrorum verbi Dei, qui ibi humati sunt, cernere licet. Nam cum uni & eidem Regi *Anglia & Dania* pareret, cœperunt Angli merces suas navibus

*Slesvicum
pouentissi-
mum empo-
rium.*

Slesvicum transportare ad emporium eo tempore celeberrimum & opulentissimum, quod facilis esset & brevissima transmissio ex *Anglia* in *Hollingstedt*, quas inde *Slesvicum* ad mercatum plaustris transvehendas curarunt. Indicio sunt ædificia illa, quæ adhuc ex pumicibus conflata *Slesvici* & *Hollingstedt* conspiciuntur & extant. Nam

ea ab Anglis extracta & mercium condendarum & venum exponendarum causa a mercatoribus facta esse, monumenta, quæ supersunt, satis indicant, & a maioribus nostris proditum est. Vtraque autem domus urbe postea eruta & eversa, & quod Anglorum discessu cessarent commercia, in templum

conversa & *Slesvicensis* in ædem Spiritus S. cui etiam deinceps turres duæ amœnæ sumptibus civium locupletum & religiosorum adjectæ fuerunt, quarum adhuc altera nostrâ ætate facta testis permansit & anno 1593. quod ruinam minaretur, cacumine & fastigio primum nudata fuit. Ædem autem ipsam demoliri iussit Dux *Adolphus*, & in

usum valli lapides & rudera comportari paucis abhinc annis. Sed & plumbum, quo templa in *Chersoneso Cimbrica* testæcernuntur, regnante *Canuto*, & aliquot post annis ex *Anglia* transportatum esse constat, quod Reges *Daniæ*, qui tunc rerum potirentur, subditis & popularibus suis merces omnis generis ex *Anglia* exportandi potestatem facerent, & quidem vel nullo, vel exiguo pretio.

Canutus Rex *Roma* reversus regna sua inter filios divisit. Cum autem inter *Canutum* & *Magnum* *Norvegiæ* Regem diu multumque certatum esset, inter illos tandem convenit, ut

uter alteri superstes esset, is utroque regno potiretur, *Daniæ* & *Norvegiæ*; quæ pacta procerum consensu & iurejurando firmata fuerunt. Cumque *Canutus* alteri præmortuus esset, *Magnus* tenore fœderis jurati utriusque regni Rex factus est.

*Pactum
Canuticum
Magno, Re-
ge Norve-
giæ.*

Quomodo autem *Vandali* tempore *Magni* Regis *Daniæ* aliquoties in *Futiam* irruptionem fecerint, camque *Ripam* usque vastaverint & diripuerint, tandemque in Isthmo *Slesvicensi* in campestribus *Hedebui*, *Slavorum* 15000. deleti fuerint, vide *Adam*. lib. 2. cap. 59.

*Slavorum
clades.*

Circa hæc tempora *Rodolphus* Episcopus *Slesvicensis* creatus est a *Bezelino Alebrando* Archi-Episcopo *Hamburgensi* cuius fuerat Sacellanus. Mortuo autem *Bezelino* anno

*Rodolphus
Ep. Slesvic.*

1043. 17. Kal. Maji successit illi Archi-Episcopus *Albertus* sive *Adelbertus*. Qua autem licentia hic *Albertus* usus fuerit in reprehendendo *Svenone* Rege *Daniæ*, quod non tantum concubinarum libidinibus se contaminasset,

1043.

*Sveno Rex
Dan.*

sed etiam confanguineam suam *Gubam* *Svecam* duxisset, quomodo etiam repudiū libellum tandem Rex eidem miserit, vide *Adam* lib. 3. cap. 12. *Saxon*. lib. 11.

fed etiam confanguineam suam *Gubam* *Svecam* duxisset, quomodo etiam repudiū libellum tandem Rex eidem miserit, vide *Adam* lib. 3. cap. 12. *Saxon*. lib. 11.

Anno 1060. *Rudolpho* successit in Episcopatum *Slesvicensem* *Simardus* non quidem ab *Adelberto* Archi-Episcopo *Hamburgensi* missus, sed a Rege *Svenone* 2. in *Anglia* electus, nondum enim odium adversus *Adelbertum* ex animo deposuerat, ope tamen Pontificis *Alexandri* 2. *Sveno* Rex cum Archi-Episcopo *Slesvici*, quo convenerant, in gratiam rediit. Illa autem reconciliatio maximo emolumento fuit Ecclesiis *Borealibus*, ita ut regnum *Daniæ* non solummodo redditum sit religione excultius, sed & templa, sacella, & aliæ ædes sacræ, donationibus & legatis factæ sint ornatiores & cultiores.

1060.
*Simardus
Ep. Slesvic.*

Mortuo *Svenone* *Canutus*, qui propter pietatem & integritatem *Sancti* nomen adeptus est, in regno successit. Is ecclesiasticum ordinem honestare, & ad exemplum *Svenonis* provehere cupiens, lege lata curavit, ut Episcopi Regibus proximi assiderent. Qui

*Rex Canu-
tus Sanctus
Episcopus
Regibus a-
quas.*

honos etiam *Simardo* Episcopo *Slesvicensi* exhibitus fuit. Dedit etiam immunitatem Clericis, ut laicorum Jurisdictioni exempti essent, & coram sui ordinis hominibus convenirentur. Decimarum solutionem etiam populo imperavit. Sed hoc ejus incepto in tantum odium venit, ut non solum, postquam fratrem *Olaum* in *Flandriam* relegasset, in *Daniæ* tutus non esset, sed etiam per proditionem *Blacconis* in æde S. *Albani* *Othoniæ* lancea nefarie transfigeretur, & martyrio coronaretur. Vixit autem circiter annum 1070. Anno 1064. *Slesvicum* missus fuit

Rodolphus ab *Adelberto* Archi-Episcopo *Hamburgensi*, cujus Sacellanus fuerat, qui Episcopatum administravit, vir vitæ sanctitate insignis, & doctrina præditus singulari, cui etiam hic honos habitus, ut præsentem Imperatorem *Henrico* 4. a. 1080. maximum templum *Mindense*; una cum civitate conflagratum, & reædificatum consecraret. Hujus temporibus *Olaus*, qui *Slesvici* in vincula conjectus & in *Flandriam* relegatus erat, carcere liberatus, domum reversus fratri *Canuto* in regno successit, qui toto tempore, quo vixit, una cum toto regno *Daniæ* expertus est, Deum vindicem sanguinis innocenter effusi. Tanta enim laboratum est annonæ penuria, ut non tantum multi fame quotidie perirent, sed ipse etiam Rex prædiis alienatis, quo se & militem aleret, vix haberet; unde etiam *Famelici* nomen adeptus est.

Martyr.
1070.
*Rudolphus
Ep. Slesvic.*

Olao Regi successit *Ericus* frater, ex *Suecia*, ubi hætenus delituerat, evocatus. Cujus temporibus Deus præteritam inopiam frugum ubertate compensavit. Hic ob insignem pietatem & integritatem *Boni* cognomen accepit, Danice *Eygott*. *Fulino* obsessa cum in *Vandalos* piratos severius animadvertisset, a *Liemara* Archi-Episcopo *Bremensi* fuit excommunicatus,

*Olao Rex
Dan. Fa-
melicus.*

1043. 17. Kal. Maji successit illi Archi-Episcopus *Albertus* sive *Adelbertus*. Qua autem licentia hic *Albertus* usus fuerit in reprehendendo *Svenone* Rege *Daniæ*, quod non tantum concubinarum libidinibus se contaminasset,

sed etiam confanguineam suam *Gubam* *Svecam* duxisset, quomodo etiam repudiū libellum tandem Rex eidem miserit, vide *Adam* lib. 3. cap. 12. *Saxon*. lib. 11.

Anno 1060. *Rudolpho* successit in Episcopatum *Slesvicensem* *Simardus* non quidem ab *Adelberto* Archi-Episcopo *Hamburgensi* missus, sed a Rege *Svenone* 2. in *Anglia* electus, nondum enim odium adversus *Adelbertum* ex animo deposuerat, ope tamen Pontificis *Alexandri* 2. *Sveno* Rex cum Archi-Episcopo *Slesvici*, quo convenerant, in gratiam rediit. Illa autem reconciliatio maximo emolumento fuit Ecclesiis *Borealibus*, ita ut regnum *Daniæ* non solummodo redditum sit religione excultius, sed & templa, sacella, & aliæ ædes sacræ, donationibus & legatis factæ sint ornatiores & cultiores.

Mortuo *Svenone* *Canutus*, qui propter pietatem & integritatem *Sancti* nomen adeptus est, in regno successit. Is ecclesiasticum ordinem honestare, & ad exemplum *Svenonis* provehere cupiens, lege lata curavit, ut Episcopi Regibus proximi assiderent. Qui honos etiam *Simardo* Episcopo *Slesvicensi* exhibitus fuit. Dedit etiam immunitatem Clericis, ut laicorum Jurisdictioni exempti essent, & coram sui ordinis hominibus convenirentur. Decimarum solutionem etiam populo imperavit. Sed hoc ejus incepto in tantum odium venit, ut non solum, postquam fratrem *Olaum* in *Flandriam* relegasset, in *Daniæ* tutus non esset, sed etiam per proditionem *Blacconis* in æde S. *Albani* *Othoniæ* lancea nefarie transfigeretur, & martyrio coronaretur. Vixit autem circiter annum 1070. Anno 1064. *Slesvicum* missus fuit *Rodolphus* ab *Adelberto* Archi-Episcopo *Hamburgensi*, cujus Sacellanus fuerat, qui Episcopatum administravit, vir vitæ sanctitate insignis, & doctrina præditus singulari, cui etiam hic honos habitus, ut præsentem Imperatorem *Henrico* 4. a. 1080. maximum templum *Mindense*; una cum civitate conflagratum, & reædificatum consecraret. Hujus temporibus *Olaus*, qui *Slesvici* in vincula conjectus & in *Flandriam* relegatus erat, carcere liberatus, domum reversus fratri *Canuto* in regno successit, qui toto tempore, quo vixit, una cum toto regno *Daniæ* expertus est, Deum vindicem sanguinis innocenter effusi. Tanta enim laboratum est annonæ penuria, ut non tantum multi fame quotidie perirent, sed ipse etiam Rex prædiis alienatis, quo se & militem aleret, vix haberet; unde etiam *Famelici* nomen adeptus est.

Olao Regi successit *Ericus* frater, ex *Suecia*, ubi hætenus delituerat, evocatus. Cujus temporibus Deus præteritam inopiam frugum ubertate compensavit. Hic ob insignem pietatem & integritatem *Boni* cognomen accepit, Danice *Eygott*. *Fulino* obsessa cum in *Vandalos* piratos severius animadvertisset, a *Liemara* Archi-Episcopo *Bremensi* fuit excommunicatus,

*Ericus Rex
cognomine
Boni.*

1043. 17. Kal. Maji successit illi Archi-Episcopus *Albertus* sive *Adelbertus*. Qua autem licentia hic *Albertus* usus fuerit in reprehendendo *Svenone* Rege *Daniæ*, quod non tantum concubinarum libidinibus se contaminasset,

sed etiam confanguineam suam *Gubam* *Svecam* duxisset, quomodo etiam repudiū libellum tandem Rex eidem miserit, vide *Adam* lib. 3. cap. 12. *Saxon*. lib. 11.

*Excommu-
nicatur.*

tus, quod in inferendis pœnis modum excessisset. Illud indigne ferens Rex *Roman* proficiscitur ad Pontificem, qui utraque parte audita Regem ab excommunicatione absolvit. Rex his verbis adductus apud Pontificem instat, ut Archi-Episcopi Jurisdictione eximeretur, & ut Archi-Episcopus ex numero Episcoporum regni *Dania* cōoptaretur. Papa ad Regis instantiam se Cardinalem, qui de statu Ecclesiarum cognosceret, missurum recepit, cumque diutius ea res differetur, Rex in procinctu itineris Hierosolymitani iterum Legatos milit ad Papam, qui demum Cardinalem mittens eo rem deduxit, ut *Ascherus* Lundinensis Episcopus constitueretur, cui *Dania*, *Svecia* & *Norvegia* Episcopi subessent, cui etiam ad tempora *Anastasi* Papæ obedientiam præstitere. Quo tempore *Norvegia* peculiarem adeptus est Archi-Episcopum, quem *Nicolaus* Cardinalis ab *Eugenio* 5. Papa missus, præsidente *Eschillo* Lundensi constituit anno 1153. Nam & tunc *Norvegia* Reges habuit peculiare. Ita propter temerariam censuram Archi-Episcopus Bremensis Jurisdictionem in Clericos, & visitandi jus, quod a primo tempore publicati Evangelii in *Dania* habuerat, amisit. Hanc tamen Archi-Episcopi confirmationem Rex in itinere in *Cypro* mortuus non vidit. Atque ita Archi-Episcopus Lundensis tunc temporis Episcopum *Slesvicum* misit, quemadmodum & ipsius successores fecere.

ditus fuit eversum *Henrici* 4. anno 8. Rex *Nicolaus*, quod viribus impar esset, hosti resistere non potuit. Ita fiebat, ut *Slavi*, nemine prohibente, *Slesvicum* excurrerent. Nam qui præfecturam *Slesvicensem* accipere vellet, repertus fuit nemo, propter summum discrimen; tandem exortus est *Canutus*, qui tam periculosum a patruo multis honorem oblatum expeteret. Quem tamen ille gratis a Rege *Nicolao* non est consecutus, imo vendita sui patrimonii parte, munus aliis hactenus ob periculum formidolosum & contemptum assecutus est, *Saxone* teste. Ita Rex extimescendum ignaviæ decus virtuti fecit venale, i. e. præfecturæ beneficium, quod homines ignavi & meticuloli ob periculum respuebant, viro forti & audaci vendidit, quod honestam militiam vili lucro anteposuit. An autem Ducatum in feudum acceperit, dubitari potest, cum emptionis mentio fiat. Sed tamen verius est, in feudum accepisse hunc Ducatum, cum *Saxo* bis beneficii vocabulo utatur, quod feudo proprie competit. Ducatum *Slesvicensem* adeptus *Canutus*, vario Marte cum *Henrico* confligit, eum tamen illo tandem expulit, inque *Slaviam* usque profecutus est. Pax tamen inter illos facta, & hæreditatem maternam pecunia numerata, quam a Rege acceperat, illi solvit; tamen illud etiam convenit, ut mortuo *Henrico* in *Slavia* regno succederet *Canutus*. Quam misere autem *Sleswiga* a *Slavis* direpta sit, deque ædificiis dirutis indicio sunt rudera subterranea. Nam jacentibus nova fundamenta, aut paulo altius fodientibus, solum in quo urbs sita est, ubique tres plateæ & tria plurave pavimenta strata sese offerunt, item foci tres pluresve lateribus strati alter alteri impositus.

Dania & Norvegia a Dioecesi Præfulis Hamburg. eximuntur.

Aasverus 1072. *Gunnerus* Ep. *Slesvic.*

Circa hæc tempora etiam vixit *Aasverus Slesvici* natus & *Razenburgi* Martyrio coronatus, circiter annum 1072. *Gunnerus* natione Danus ab *Aschero* 1. Archi-Episcopo Lundensi in Episcopum *Slesvicensem* ordinatus & consecratus fuit. Hic spectator fuit ejus calamitatis, quam *Slesvicum* maximam accepit a *Slavis*, qui urbem non solum obsederunt, sed etiam penitus vastarunt. Cum enim *Henricus Obotritorum* Rex dotem maternam a *Nicolao* Rege peteret, neque quicquam impetraret, armis eam ex torquere ita tuit. Itaque ope *Blussonis*, qui etiam castellum *Slesvici* sui firmandi causa erexit *Blusfumburgum*, vulgo *Lusenburg*, territorium *Slesvicense* ingressus, omnia ferro & igne vastavit, cumque Rege *Nicolao* a Præfecto suo *Slesvicensi* *Elino* deserto congressus, non tantum victor evasit, sed etiam Regem, multis ex nobilitate casis & captis, in *Daniam* reverti coegit. Ita igitur *Sleswiga* a Rege & Præfecto deserta de improvviso non solum *Slavorum* incursionibus tanquam ab hostibus funditus fuit everfa, x) sed etiam ab amicis *Frisiis*, *Holfatis* & *Tbiemarjis* direpta fuit, qua in re auctoritatem & consensum suum etiam adhibuit vir quidam nobilis & clarus, y) cujus tamen nomen *Saxo* non exprimit lib. 13. Atque ita *Slesvicum* ita fun-

Anno 1096. *Albertus* natione Danus Episcopus *Slesvicensis* fuit constitutus, & confirmatus ab *Aschero* Archi-Episcopo Lundensi. Hoc tempore cum opes & redditus Ecclesiastici crevissent, cœperunt Clerici & Sacerdotes a majorum virtute & pietate degenerare, cumque ante cucullis ordinis *Benedicti* induti, cœpere habitum mutare, seque honestiori vocabulo *Canonicos regulares* appellare. Hoc etiam tempore religio Christiana in Ducatu *Slesvicensi* incrementa cepit maxima, & locis finitimis *Eiderstadiæ* & *Sstrandia* homines, qui ab humanitate longe abessent, paulatim barbarie exuta ad religionem animam applicarunt. Ita in *Eiderstadiæ* & *Sstrandia* templa in honorem Dei & usum communem ædificari cœpta sunt iisque Apostolorum & aliorum defunctorum nomina indita.

Anno 1103. die S. *Benedicti*, qui festum Paschatis antecedit, sacellum ex ligno ædificari cœptum est prope locum, vulgo *Witendune*

Canutus sic Præfectus ac Dux *Slesvicensis*.

1096. *Albertus* Ep. *Slesvic.*

Clericis crevisse divinis de generant.

Canonici Regulares.

1103.

x) Adam lib. 4. cap. 13.

y) Helmold. cap. 24.

Menckenii Scriptor. Rec. Germ. Tom. III.

tendunt appellatum, in *Eiderstadiâ*, in honorem S. Magni, in fundo cujusdam agricolæ, vel coloni *Thade Eskels* & inde *Tatinga* appellata. Quæ appellatio in hodiernum diem manet, idque sacellum primum omnium in *Eiderstadiâ* & locis illis, quæ mare aggeribus excludunt, a fundamentis erectum majores nostri memoriæ proditum dicunt. Hos alii secuti Christianæ religionis propagandæ studio, & ipsi ædes sacras extruere cœperunt. Nam paulo post sacellum ligneum in loco quî *Cleva* dicitur prope *Garlandt* in memoriam S. Bartholomæi & Mariæ Magdalensæ exædificatum fuit. Sacellum autem illud ligneum in *Cleva* inundatione quadam dirutum & collapsum.

1114.

Gardingen.

Anno 1114. instauraverunt in loco, qui dicitur *Garlandt*, ad orientem in honorem D. Bartholomæi, & mutato nomine *Gardingen* appellarunt, quod adhuc hodie satis conspicuum est. Paulo post diabolus nascenti Ecclesiæ adversatus in illis oris religionis studium & successum tantum turbare, vel potius extirpare conatus fuit. Idque ex eo colligere licet, quod anno 1113. *Boiemanni*, qui Ecclesia *Clevensi* subjecti erant, impulsore diabolo virum optimum *Hermannum Lütkenum* pastorem suum inopinato adorti neci tradunt. Principes, qui delictum illud inultum pati nollent, præter multam, quam satis grandem parocchiani solvere coacti sunt, jure patronatus privati fuere. Ex æde autem *Clevensi* postea pullularunt & exorta sunt aliâ templa, videlicet *Popenbull*, *Tattenbull*, *Olenhauer*, *Kalienhardt*, *Welt*, *Vollerwick*, paulatim aucta religione & gentibus, quæ ab humanitate longe aberant, ad religionem conversis.

Herm. Lütkenus occiditur.

1245.

*Oldens-**wort.**Nienmün-**ster alias**Falster vel**Wippen-**dorp.**Canutus D.**Sleswicensis**Rex Obo-**tritorum.*

Anno 1245. sacelli *OldensWordensis* fundamenta jacta sunt, & in *Holfatia* locisque finitimis, magna contentione ædibus sacris erigendis incubuerunt, ut in *Nienmünster*, quod alio nomine *Falster* vel *Wieppendorp* nominant. Item in *Ditbmarsia* vbi *Vicelinus* verbum Dei docuit; *Bordesbolmi* sepultus.

Henrico Slavorum Rege mortuo, *Canutus* Dux *Sleswic.* ex pacto in *Slavia* regno succedit, ejusque inaugurationem & confirmationem a *Lothario* petens ab eodem Rex *Obo-tritorum* corona capiti imposta coronatur. Et ut eo melius *Slavos* in officio contineret, non tantum *Segeberg*, olim *Alberg* nuncupatum munit, eumque finitimis *Holfatis* pacem & amicitiam confirmat, & fratruicem *Henrici Slaviam* occupaturum, & *Nicolorum* *Obo-tritorum* prelio superat, & *Sleswicum* captivos, donec maximum redemptionis pretium solvissent, & imperata facturos promississent, deduxit.

Hoc tempore *Nicolaus* Rex *Sleswicum* accedens, quem honorifice *Canutus* excepit; *Canutum* tamen splendor & regia magnificentia in maximam invidiam apud *Nicolaum* ejusque uxorem deduxit. Quæ etiam filio *Magnio* hortatrix fuit, ut *Canutum* tanquam

regni æmulum de medio tolleret; Quod etiam *Magnus* paulo post in effectum deduxit. Nam *Canutum Rosbildiam* evocatum (quo tamen *Canuti* conjux somnio monita illum ire dehortata fuerat,) nihil sinistri de *Magnio* propinquo suo suspicantem, in sylva quadam aggressus, caput illi gladio stricto diffidit, satellitesque in insidiis collocatos hastis illum confodere jussit. Corpus exanime *Ringstadium* delatum, ibidemque sepultum est. Cædes hæc 7. Januarii anno 1130. uti liber *Cantilenarum Danicarum* ostendit, commissa fuit. Cædem hanc ulturus frater *Ericus* plebem concitavit, cujus metu *Magnus* in *Gottbiam* exulatum profugit. Tandem etiam *Ericus* apud Imperatorem *Lo-*

Canutus interfecit a Magnio.

1130.

Lotharium Magnum expulit.

tharum perfecit, ut parricidii ulciscendi causa magno cum exercitu *Sleswicum* contenderet, qui ad vallum Danorum *Denwerck* cum venisset, neque transitus illi daretur, ibi subsistit. Huic subsidio venit *Ericus* classe *Sleswicum* advectus. *Magnus* ubi de adventu Cæsaris audivisset, novo vallo urbem *Sleswicum* communivit. Hujus valli reliquiæ ad lacum *Nore*, vulgo dictum prope *Jungfruwen Kloster* cernuntur. Altera pars valli ab æde D. *Michaelis*, initium capit, & versus orientem in locum *Nor* per agrum pastoris protenditur, quod adhuc magna ex parte integre conspicitur, etiamsi aliquibi interruptum sit ædificiis & hortis, qui postea vallo complanato ibi ædificati fuerunt. *Nicolaus* pater cum tantis copiis ex *Jutia* filio in auxilium venit, ut Imperator manum cum illo conferere non auderet. *Lo-*

Magnus frustra Lothario Imp. reconciliatus.

tharius igitur pace facta *Magnum* supplicem & commissam cædem magna auri summa luentem in fidem recepit, quam tamen Imperator violavit. Exercitum enim illius *Eidoram* trajecturum de improvise adortus fugat, & narando sibi salutem querere coëgit. *Ericus* igitur solus de fratris cæde ulciscenda cogitare cœpit, qui licet per omnes regni partes de nefaria cæde fratris conquestus aliquem exercitum collegisset; victus tamen aliquoties pedem referre coactus fuit, unde cognomen *Hasensot* est adeptus. *Ericum*

Ericus cognominatus Hasensot.

tandem *Dania* ejectum *Sleswicenses* ejusdem miseri susceperunt; qui obsidionem *Nicolai* & *Magni* toto autumno sustinuerunt, inque magnas angustias redacti fuerunt. Quibus etiam *Adolphus* Comes *Holfatia* subsidio venit, nihil tamen effecit, sed a *Magnio* victus trajecta *Eidora* evasit. Civitate tamen potiri non potuere. Cum jam ver appeteret, *Ericus*, qui hieme tota *Sleswici* se continuisset, urbe elapsus in *Scantium* navigat. Eum

Magnus clades.

Magnus cum classe secutus una cum *Petro Episcopo* *Roschildensi* maxima clade occubuit. Atque ita *Sleswicenses* obsidione octo mensium liberati. *Nicolaus* Rex per *Jutiam* elapsus *Sleswicum* pervenit, quem cives iræstantes adorti neci tradiderunt, quod in platea vulgo die *Torffstrate* factum esse memoriz proditum est, ubi etiam Regum do-

Nicolai Regis cædes.

mus

mus fuit. Atque ita ob parricidium pater & filius dignas poenas luere.

1126.
Occo Ep.
Schlesw.

Ericus E-
mund di-
ctus, Rex
creatur.

Anno 1126. *Occo* natione Danus Episcopus Slesvicensis creatus fuit, confirmatus ab *Aschero* Archi-Episcopo Lundenſi. *Nicolaus* autem Rege *Sleswici* occiſo, *Ericus Canuti* Ducis frater beneficio *Occonis* Episcopi Sleswic. qui inter alios praesules, ut supra dictum est, principem locum a Rege obtinebat, ad regiam dignitatem evectus fuit. Ob res bene gestas & naturae bonitatem *Emund*; teste *Hemoldo*, dictus fuit. Emendator & severus legum executor.

Confoditur.

Succedit
Ericus
Lam.

Idem *Aschero* Archi-Episcopo Lundenſi mortuo, ut *Oconi* gratiam referret, eundem in Archi-Episcopi defuncti locum substituere tentabat. Sed quia *Scanienses* & *Selandi* hunc honorem *Eskilli Ascheri* cognato delatum cuperent, Regique hac in re adversarentur, indigne hoc ferebat Rex inque suam ignominiam factum hoc interpretabatur. Quae res eo deducta, cum suffragia diutius suspenderentur, ut interea Rex a milite quodam clarissimo inter *Furos* loco nato Ripae lancea fuerit confossus. Huic *Erico* sublato, successit *Ericus Lam* eo cognomine dictus, quod nullas a natura dotes haberet, quibus commendaretur, nisi quod regio sanguine esset ortus, & quod in praelio quodam solus in hostes procurrere ausus esset, magis temeritate quadam, quam fortitudine ductus. Hic *Ericus* non minus *Oconi*, quam alter favebat. Sed quia res ad arma spectabat, & *Scanienses* ab instituto desistere volebant, Rex praedecessoris exemplo motus populi pertinaciae & furori cedit, & in *Eskilli* electionem conscripsit. *Oconi* autem ut ob repulsam satisfaceret, constituit Episcopum *Selandiae*. Sed postea tamen ille ad Episcopatum Slesvicensem est reversus. Circa haec tempora religiosi liberius vivere coeperunt, nec nomine contenti, ut *regulares* appellarentur, a regula nimirum vivendi forma illis praescripta, *Canonici seculares* salutari voluerunt.

Canonici
seculares.

Consensio
de Daniae
regno.

Erico extincto Juvenes tres regio orti sanguine, *Canutus* nimirum in *Jutia*, *Sveno* in *Selandia* & *Waldemarus Canuti* filius regnum appetivere contra dispositionem *Erici*, qui habita congregatione totius nobilitatis *Suenonem* Regem destinaverat.

Regnum igitur distractum *Scaniensibus* & *Selandis Suenonem*, *Jutis* vero *Canutum* expetentibus. *Waldemarus* autem Juvenis *Suenonis* partes sequitur, & hac ratione Ducatum obtinet Slesvicensem. Hinc maximae calamitates & bella, quae maxima prodigia antecessere, neque ita unquam bello interitino *Dania* laboravit. Praelio tamen in *Selandia* commisso, pacem fecere *Sveno* & *Canutus*, idque auctoritate Pontificis Romani 912. illos in *Slavos* religionis Christianae ho-

Bellum in
Dania in-
testum.

stes armabat. Sed *Suenone* a *Slavis* victo, & navibus ipsius a *Rugianis* crematis, *Canutus* per caducatorem (qui deprehensus erutis oculis exploratoris poenas luit) *Selandos* ad defectionem sollicitat, & auxilio *Adolphi Holsatiae* Comitis in *Selandia* iterum praelio decernit, in quo *Canutus* denuo victus. Hac victoria potius *Sveno Adolphi* Holsatiae Comitis ulciscendi causa magnis itineribus *Sleswicum* contendit, *Wagriam* invadit, & Aldenburgenſi civitate expugnata, 2) & oppido *Segeberg* exulto, omnia vastat. Comes sibi fuga consulens auxilium *Henrici Leonis*, Ducis Saxoniae implorat, qui statim omnibus proceribus *Holsatiae* mandat, ut fidem datam Regi renuntient, idque eo magis, quod acceperat, Regem *Daniae Holsatiam* velle subicere, & hac de re *Sleswicum* alias fatis munitum munitiorem reddere, ut ita *Holsatos* quotidianis excursionibus in fide & obsequio posset retinere. Comes de hisce *Canutum* certiosem reddit, & ut cum copiis adsit, hortatur. *Canutus* qui ad 4000. expeditos collectos habebat *Sleswicum* contendit, urbemque terra marique obsidet. *Sveno* obsidionis pertaesus cum *Canuto* de pace agere coepit, ut videlicet *Sveno* imperata faceret, & obsidionem ille solveret. Hisce persuasus, *Canutus* inscio Comite in *Jutiam* redit. *Sveno* igitur *Adolphum* solum relictum opprimere statuit. Comes castra a militibus vacua ubi comperisset, technam subodoratus festinanter *Holsatiam* repetit, & castra de loco, vulgo *Konnigshur* dicto, & in *myrica auff der Kropperheyde* sito, ultra *Eidoram* movit, & trajecit. Rex exercitum ad *Schalebui* tradidit, ut Comitem qui regressus erat, a tergo adoriretur. Ponte autem ad *Eidoram* rupto & dejecto, praelio contenderunt. Sed Rex penuria scapharum superatus cum residuo milite *Sleswicum* rediit. Pax deinde inter Comitem & *Suenonem* facta duravit. *Canutum* *Juti* Regem salutant, & in belli subsidium ingentem pecuniam numerant. His cognitis, *Sveno* *Canutum* bello lacessere tutum non putavit, nisi reparato exercitu. *Fionis* igitur sibi junctis, & *Wiburgensibus* remisso veterali sibi conciliatis, *Canutum* adoritur, quem tandem post anceps & diuturnum praelium vicit, ejusque exercitum validissimum ad interuersionem cecidit, alias enim spem regni abicere coactus fuisset. *Canutus* susus fugatusque ad *Frisones* septentrionales seu nostros, tanquam ad asylum confugit, eisque tributorum laxationem & remissionem promittit, siquidem sibi suppetias ferre vellent. *Frisi* ea spe illecti auxilio se fore pollicentur. Et ut fides dictis inesset, maenia erigere incipiunt, quibus oppidum, quod ad *Fluvium Mildam* aedificare constituerant, cingerent & munirent. Hac re cognita, Rex copias, quas ex *Scania* & *Selandia* collegerat, navibus

Canutus
victus.

2) Hoc tempore propugnaculum illud in excelso monte extractum & a fundamentis erectum, memoriae proditum est, quod postea in templum D. Michaelis conversum est.

navibus imponit, & *Sleswicum* navigat, *Jutisque*, ut una cum equitatu subsequantur, imperat. Naves autem minores vehiculis *Sleswico* devehendas ad *Eidoram* curavit, ad obsidendam munitionem, quem hostis defendendi sui causa moliebatur.

Locum autem illum magis natura, quam arte munitum reperit. *Frisii* homines confidentes & bellandi cupidi, magna audacia pugnam inierunt, & aperto Marte in campo hosti occurrerunt ad amnem quendam placidissimum, ita ut utram in partem fluat, oculis vix animadverti possit. Ibi tanta strages edita est, ut amnis cadaveribus, quæ pontis vicem præstabant, impleretur. *Canutus* videns sibi victoriam ex manibus excidisse in fugam se conjecit. Plerique intra munitionem sese receperunt, & hosti magno labore & pro viribus resistunt. Sed eam continuato labore nocte & die *Sueno* oppugnare non destitit, quod *Canutum* ibi se continere, putabat. Sed tandem cum resistendi amplius facultas non daretur, supplices facti sese dedere, misericordiam exposcentes quam impetraverunt. Idque præter spem & opinionem. Nam & per juros & foedi fragos sponte dimisit.

Frisiis autem pœnæ nomine 2000. librarum imperavit, in eamque rem obsides accepit. *Canutus* deinde Imp. *Fridericum Barbarossam* adit, qui etiam *Suenonem Mersburgum* vocat, tantumque apud illum impetrat, vel etiam quali pro imperio mandat; ut *Canuto Selandiam* concederet, quo nomine fidem suam *Waldemarus* Dux *Sleswicensis* interponit. Sed *Sueno* in *Daniam* reversus cum pactis non staret, & *Waldemarus* posceretur, *Sueno* autem ab eo surgeretur & incusaretur, prospero rerum successu elatus non solum *Waldemari*, sed etiam suorum odia in se concitavit. *Waldemarus* etiam quod *Canuti* sororem in matrimonio haberet, Regi in suspicionem venit. Ut igitur *Canutum* & *Waldemarum* simul invaderet, exercitum colligit, sed dissuadentibus amicis dimisso exercitu, omnium procerum animos a se alienatos comperit, metuque adactus ad *Henricum Leonem*, ut ab illo restitueretur, evasit.

Hartwici etiam Archi-Episcopi *Bremensis* auxilia impetrat, sed ea conditione, ut jus illud, quod Archi-Episcopi *Bremenses* in *Dania* habuissent & jam aliquot annos amisissent, *Ecclesiæ Bremensi* redux factus restitueret. Quare exercitu collecto *Sueno* cum Archi-Episcopo *Sleswicum* contendit; sed zu *Dennwerck* non nisi præfecto ferreæ portæ pecunia corrupto transitus iis potuit præberi. Hac igitur commoditate *Sleswicum* obsident; oppugnant, & a civibus intollerabilem censum exigunt. Classis etiam *Rbutenorum* in portu *Sleswicensi* fuit direpta, & militibus merces pro stipendio distributa. Quibus rebus factum est, ut mercatores omnes exteri, qui

eo commicare & merces comportare solebant, post illum diem nunquam redierint *Sleswicum*. Ita urbs florentissima in vicum redacta a *Suenone*, nunquam ad hunc usque diem potuit emergere; *Sueno* ut civitati in suam potestatem redactæ de damno & injuria illata aliqua ratione satisfacere, *Jus municipale*, quo adhuc hodie utuntur, *Sleswicensibus* dedit, & promulgavit, idque magni beneficii & privilegii loco habendum existimavit. Præter etiam illud prope *Sliam Prætorum Regium Konings-* dictum illis perpetuo utendum dedit. Ex-*Wijsebe*.
 igua sane immunitas & satisfactio pro tanto damno, quod *Sleswicensis* in hunc diem usque reparare non potuerunt.

Henricum Leonem Waldemarus magno exercitu collecto adeo terrefecit, ut in *Germaniam* redierit, *Suenone* deserto. *Suenonem* igitur cum *Waldemarus* & *Canutus* ulterius bello persequi constituisent, placuit regni proceribus, ut in tres partes regnum divideretur: & *Scania Canuto*, *Waldemaro Jutia*, *Divisio Suenoni* autem *Selandia* cum *Fronia* gubernanda traderetur.

Quæ divisio jurejurando firmata, atque ita tandem post diutina bella pax constituta fuit. Cum autem in convivio quodam, in quo & *Canutus* & *Waldemarus* esset, carminibus & rythmis decantatæ essent calamitates *Suenonis*, ut qui ante totius regni Rex fuisset, jam tertiam tantum partem teneret, ea de re monitus *Sueno* a mulercula quadam, de vindicando opprobrio contra consortes regni cogitare coepit. Per ministrum itaque quendam sibi fidelem interfici curavit *Canutum*, *Waldemaro* etiam graviter vulnerato, sed tamen vix elapso. Quem in *Jutiam* navigio transmissum, *Sueno* secutus collecta militum manu oppugnat. Sed viribus destitutus & lassus a rustico quodam fuit confossus. Post id *Waldemarus* regnum solus administravit quiete, etsi cum *Slavis* gente turbulenta quotidiana prælia intercederent.

Sub hisce Regibus videlicet anno 1154. *Esbernus* Danus *Occoni* Episcopo adhuc vivo in *Selandiam* migranti sufficitur & confirmatur ab Archi-Episcopo *Lundensi Eskillo*. Sed quia idem *Occo* ab Episcopatu *Selandia* ab eodem Archi-Episcopo *Lundensi* esset remotus, quod contra *Alexand. III.* *Ostaviano* Pontifici in suffragiis ferendis Imperatori & Regi *Waldemaro* assensus fuisset, incio *Eskillo* & inconsulto Episcopatu *Sleswicensi* a Rege iterum præficitur. Hinc contentiones inter *Esbernum* Episcopum *Sleswic.* & satrapam *Sleswicens.* *Nicolaum Rosi filium* exiterunt, quæ tandem in inimicitias exarserunt, ita ut etiam vis Episcopo ejusque bonis fuerit illata. Satrapa enim ille in Episcopi fundum impetu facto, ædificium illius demolitur & solo æquat, quod vulgo *Oldt Gottorp* dicitur, cujus rudera prope *Rugenskroge* adhuc conspiciuntur in loco amoenissimo sita. *Bona* etiam Episcopi *Esberni* abrepturo resistit præ-

Canutus iterum videtur.

Suenonis in victis elementia.

Sueno iussu Imperatoris Canuto Selandiam concedit.

Sueno Sleswicum obsidet.

Sleswicum denuo va-

statum, inque vicum redactum.

Sleswig. Scand. Reche.

Wijsebe.

Divisio regni.

Canutus interfectus.

Sueno confossus. Waldemarus solus regnat.

1154. Esbernus Ep. Sleswic.

Bellum ejus cum Occone.

Oldt Gottorp. Rugenskroge.

praefectus Episcopi, ita ut dum ita inter se colluctarentur, Satrapa *Nicolaus* fuerit a familia Episcopi occisus. Episcopus igitur in *Saxoniā* profugit exulatum, inque *Daniā* nunquam rediit. *Occo* autem in cuius locum successit, atque ita, secundum Episcopus Slesvicensis exortus est.

Occo ite-
vni sit Ep.
Sleswic.

1167.
Fridericus
Ep. Schles.

Anno 1167. *Occone* mortuo successit *Fridericus* Episcopus Slesvicensis, qui & ab *Eskilo* Lundeali confirmatus fuit. Vir magni animi, ut qui non tantum in literis versatus, sed etiam re militari exercitatus esset. Hoc tempore *Waldemar* I. ope & auxilio *Henrici Leonis Wendos* aggressus, non tam animo ulciscendi veteres regno & subditis illatas injurias, quam studio propagandae religionis Christianae *Arconam* Metropolim *Rugianorum* obsidet, & expugnat, idolumque eorum *Svantovitium*, quasi sanctum *Vizum*, everit. Huic obsidioni etiam interfuit *Fridericus* Episcopus una cum *Absolone* Archi-Episcopo Lundenli (is est, cuius impulsu historiam scripsit *Saxo Grammaticus*) & extructis ibidem a Rege XII. templis tam Archi-Episcopus, quam Episcopus Slesvicensis evangelium publicare & multos ad Christianam fidem convertere coeperunt. In hac etiam tempora incidit canonizatio *Canuti* Ducis Slesvicensis, quam Pontifex Romanus solennibus processibus congregatis regni proceribus serio mandavit. *Rugianis* devictis, cum praedae dimidia pars ab *Henrico Leone* peteretur & a Rege denegaretur, *Leonis* instinctu *Bugislaus* & *Casmirus Pomeraniae* Principes, & *Pribislaus Obotritorum* Princeps, qui praeteriti belli duces fuerunt, a *Woldemaro* deficiunt, quorum instinctu *Slavi* in *Daniā* irrumpunt. Sed copiis terrestribus a Regis notho, Slesvicensi praefecto fusi fugatique fuere. *Slavi* igitur vindictae cupidi sequenti anno de improvviso rursus in Ducatum Slesvicensem irrumpunt, & Rege ad *Fulinum* occupato, ope *Henrici Leonis* omnia diripiunt. Sed portas Slesvicenses & *Dennewerck* cum clausas & defensoribus munitas accepissent, *Henricus Leo* cum Rege ad *Eidoram* inducias pacificatur. *Slavi* vero undique ad interneccionem sunt caesi, urbs *Fulinum* capta est & direpta fuit. *Fridericus* autem Episcopus Slesvicensis *Waldemarum* Regem piratos *Pomeranos* sive *Slavos*, qui navem Regis armis & mercibus onustam diripuerant, persequentem in expeditione navali secutus una cum aliis omnibus submergitur, neque ante diem *Pentecostes* licet diu quaesitus inveniri potuit, quae res apud simplicissimam vetustatem admirationi summæ fuit, qua de causa etiam Archi-Episcopus *Absolon* in templo canobii *Sorensis* honorifice ad partem australem illum humandum curavit, cuius sepulchrum in exiguo lapide lateritio, & insignia in columna quadam depicta cernuntur. Vide de his *Saxon.* lib. 14.

Arcona
Rugianorum
ex
pugnata.

Canutus
canonizatus.

Slavorum
in Daniā
irruptio.

Julianum
diripitur.

Fridericus
Episc. Sles.
submersus.

1182.

Anno 1182. *Waldemar* *Canuti*, quem *Sueno* in convivio interemerat, filius, Episcopus Slesvicensis electus, & ab *Absolone* Archi-Episcopo Lundenli confirmatus fuit. *Waldemaro* primo anno 1184. defuncto successit filius. *Canutus*, antea Rex designatus, qui opera *Absolonis* Archi-Episcopi Lundenlis *Scanienses*, quos ad pontem *Dilium* antefuderat, rebelles & *Haraldum* quendam sectum sibi Regem poscentes repressit, & *Palatio* Rege eiectione precibus *Absolonis* ad misericordiam se commoveri passus fuit.

Circa annum 1186. *Absolon* Archi-Episcopus Lundenlis potestatem dedit *Woldemaro* Episcopo Slesvicensi, decimas per diocesin suam colligendi, quasi in *Dania* ita decretum esset, idque Diplomate promulgavit, annuncians scilicet poenam excommunicationis non solventibus, solventibus autem pacem in *Ulandia*, *Tonninga*, *Gardinga* & *Holmo*, aliisque locis maritimis occidentalibus decimas de frumento & pecudibus exigendas. Et hac ratione decimarum solventiarum consuetudinem de Regis mandato invexit *Absolon* Archi-Episcopus in Ducatum Slesvicensem. Cum ante id tempus incolae nunquam induci potuissent, ut decimarum solutionem concedere vellent. Quo animo autem *Canutus* Rex erga Christianam religionem eiusque ministros fuerit affectus, concedendo illis privilegia & immunitates singulares, ex subsequenti indulto propter vetustatem admirando colligere licet:

In nomine sanctae & individuae Trinitatis Ericus DEI gratia Danorum Slavorum Rex Domini Regis Christophori filius, omnibus ad quos praesens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Inspectis privilegiis progenitorum nostrorum Ecclesiae Slesvicensi concessis, videlicet Dominorum Regum *Canuti* & *Waldemari*, ea invenimus in hac verba: *Canutus DEI gratia Rex Danorum dilecto consobriuo suo Woldemaro Slesvicensi electo, ceterisque suis successoribus Ecclesiae Slesvicensis Episcopis in perpetuum, Cum totius regni provisorum a cunctipotente Creatore sumus constituti, merito ingrati nomen incurrissemus, si S. Ecclesiae utilitatibus, Dominique ministrorum protectionibus, a quo omnia possidemus, per quem vivimus & sumus, summopere ceterisque negotiis non diligenter intem dissemus: qui nobis sceptrum regiae concessit majestatis, virgam commisit regni, virgam directionis, ad vindictam malefactorum, laudem vero honorum; justis ut ea protegantur, ne iniustis succumbant oppressionibus, distorti ut ea dirigantur, ne a via regia exorbitantes ad dexteram declinent seu ad sinistram, obstinati ut ea conterantur. Membra enim putrida ressecanda sunt, utraque conspecta livorem ducit ab ura: quod & ipse Dominus legitur fecisse; qui & Angelis non pepercit peccantibus, sed rudentibus inferni detortos in tartaru in tradidit, in Judicium cruciandos reservari. Verum Jacula, quae praevidentur, minus feriunt & scintilla cum aucta & omnino non sit accensa minori de labore suffocatur, quam ignis,*

Waldemarus
Ep.
Sleswic.

1184.

Canutus
Waldemari
Fil. Rex.

1186.

Decimae
introducuntur
ab Absolone
Archiep. Lundenli
in Ducatum
Sleswic.

Canuti
Diplonia
pro
clericali
Slesvicen-
sibus.

ignis, ubi incendium convalescit, extinguitur. Hinc est quod divina inspiratione admoneri prædecessorum tuorum immensas attendentes tribulationes angustiasque, te cum omnibus tuis successoribus, vestrisque omnibus & rebus sub regie majestatis protectione dignum duximus confovere. Quippe ne occasionem damni præstare videamur, postulationibus clementer annuere, disponentes statuimus, atque privilegii munimine roboramus, videlicet omnes tuos villicos & colonos, tuorumque successorum, quos in presentiarum habes, sive in futurum; vel tui successores juste & Canonice habueritis, in remissionem peccatorum liberos fore ab omni gravamine, vobisque concedimus super illos eorum omnium executiones regio juri debitas, ut nulli alienæ dominationi, quam tuæ, tuorumque subjecti sint potestati. Si quis ergo præsentis privilegii paginam sciens, temerario ausu ei contravenire tentaverit, nec tibi tuisque successoribus congrue satisfecerit, sciat, se utique criminum majestatis reum regali auctoritate districtissime puniendum. Datum Gimmersdorff XII. Calend. Decemb. Anno ab incarnatione Domini MCLXXXII. convenientes in Epactæ IX.

Ego CANVTVS Rex sub-
scribo.

Ego WALDEMARVS electus
subscribo.

Ego ABSOLON Lundensis
Archi-Episcopus Apostoli-
cæ sedis Legatus subscri-
bo.

De hoc omni beneficio Ecclesiæ Sleswicen-
si collato Pontifex Maxim. Clemens 3. cer-
tior factus, Waldemaro Episcopo Sleswicen-
si ejusque successoribus gratulatur, idque sua
auctoritate & Diplomate confirmat. Regi et-
iam ob id beneficium Apostolicam salutem &
omnia felicia precatur. Exemplum lite-

Clemens III. hoc privilegii confirmat. servorum Dei, venerabili fratri Waldemaro Slesvicensi Episcopo salutem & Apostolicam benedictionem. Intelleximus, quod Canutus illustris Rex Daniae consanguineus tuus; tibi nec non successoribus tuis hujusmodi jus & libertatem spontanea voluntate concessit, & tam ipse quam venerabilis frater noster Absolon Lundensis Archi-Episcopus scripto proprio confirmavit, videlicet ut tam villici, quam coloni, quos in presentiarum habes, vel tu & successores tui in posterum estis habituri, ab omni gravamine regio, vel officialium suorum liberi maneant & immunes. In cognitionibus quoque & executionibus, quæ prius per officiales regios tractari solebant, nunc nemini, quo tempore fuerint, respondeant, sed tuo proprio mandato sint subjecti, nec ullius seculari post hac sint subjecti potestati. -- Cætera desunt.

Cum hoc Rege & Imperatore Friderico et-
iam inimicitia intercessere, idque propter

sororem Regis a Waldemaro patre filio Imperatoris desponsatam & postea repudiatam, & satis misere remissam. Quod indigne ferens Rex Wagriam, Holsatiam, & Stormariam ad Albim usque ferro & igne vastavit.

Hoc etiam tempore Ditzmarfs consensu Adolphi Comitis Holsatiae cum se Harvico Archi-Episcopo Bremensi subjecissent, fide-
que postea violassent, ab eodem Harvico ope Comitis Adolphi & Christiani de Oldenburg victi fuere & deditioem facere coacti. Cum autem magnam pecunie summam in belli sumtus solvendam illis imperasset, & ad diem solutionis, qui pecuniam exigent, misisset, Ditzmarfs, qui comperissent, exercitum esse dimissum, pecuniam & tributum solvere recusant, imo iurjurandi religione neglecta Waldemaro Episcopo Sleswicenti se subiciunt hoc prætextu, quod hoc patre coronæ Daniae vel Regi sese subjecissent; Interim tamen S. Petro, qui & Bremensi & Slesvicensi Episcopatu præset, servire paratos esse, fideque ita datam obsidibus datis confirmant. Atque Daniae regno associati in fide & officio manserunt usque ad eum diem, quo prælio in Bornhønedde commissio clipeis versis ad Comitem transfugerunt.

His rebus elatus Waldemarus Episcopus novis rebus studebat, & quod regio sanguine natus esset, regnum sibi deberi affirmabat, ad hanc rem non solummodo fretus necessitudine cognatorum, quos complures in Norwegia habebat, Germanos etiam sibi Principes adjunxit, Ortonem Marchionem & Bernhardum Saxonie Ducem & Comitem Adolphum, qui Henrico Leone invito ditionem suam recuperaverat, ex Palaestina nuper reversus. Classem itaque a Norwegia libi Waldemarus comparavit copias navales in Daniae trajecturus, reliqui autem foederati Holsatiam petunt ibi Regem excepturi: sed quia mora diuturnior traheretur, reliqui exercitum reducant. Comes autem transmissa Eidora agros ditionesque Regis vastat. Interea autem Episcopus Waldemarus a fidelioribus suis amicis persuadetur, ut consilio potius quam armis rem gerat, eoque res deducitur, ut oblitus socii & foederati sui Comitis Adolphi gratia Regis se committat, qui illum auxiliaribus copiis exutum in carcerem compingi & mancis ferreis compedibusque vinciri iussit in arce Bürlundt, non procul a pago Hellwadt. Neve etiam socius illius Comes Adolphus illata damna inulta fertet in Nordalbingiam Rex mox soceri sui Henrici Leonis casum vindicaturus; sed Comes viribus impar amicorum interventu damnis illatis 1400. marcas Denariorum solendas promittit, atque ita Regem placat.

Circiter annum 1200. Waldemarus frater Regis Canuti, Dux Slesvicensis exortus & Ducatu investitus est, eodem etiam anno vel plus minus, Nicolaus Episcopus Slesvicensis

sis est factus ab Archi-Episcopo *Andrea* Lundensi confirmatus. Hoc etiam tempore *Waldemaro* Episcopo in carcere detento, Comes *Holfatiæ Adolphus* ope *Henrici* Bremensis Marchionis *Ottonis Simonis* de Tecklenburg, & *Mauritii* Oldenburg Regi bellum movet, qui videns viribus istis auxiliariis se imparcm esse, cunctando bellum protraxit, donec hyeme instante exercitus iste dilaberetur. Vere autem ineunte Rex Comitem *Rendesburgum* muniturum impedit, eoque cogit, ut arcem cederet, Regique traderet, qui illam munire & pontem *Eidoræ* imponi iussit. Anno autem nondum elapso propter arcem *Lowenburg* ab *Adolpho Holfatiæ* Comite & *Adolpho* Comite de *Dassell* expugnatam & captam novi motus exorti, qui eo magis Regem offenderunt, quod *Ditbmaris* Episcopatus Sleswicensis subditis maximas injurias intulissent, Nobilitium etiam *Holfatorum* querelæ propter immodicas exactiones Regem contra *Adolphum* in auxilium vocassent. *Waldemarus* itaque Dux exercitum in *Holfatiam* ducto, Comitem *Adolphum* in loco prope *Itzeboam* Stilleau nominato vincit, & *Hamburgum* profugere cogit. *Itzeboam* item & *Plenam* obsidet & capit, eidemque *Hamburgenses* supplices facti sese dedunt. Sed anno sequenti Regis Præfectum *Rudolphum* urbe ejiciunt, & *Adolphum* recipiunt in urbem, quam reversus *Oldemarus* obsidet, sed intercedente *Gendelino* Comite & *Adolpho* Comite, inter alias conditiones arcem *Lawenburgensem* Duce *Waldemaro* promittente, obsidio soluta fuit. Cum autem præsidium arcis tandem tradere recusaret *Adolphus*, spe sua falsus captivus per *Holfatiam* traductus in carcerem conjicitur, & *Waldemaro* Episcopo Sleswicensi, cujus partes fuerat secutus, sociatus fuit. *Lubeca* autem & *Hamburgum* paruit Regi *Daniæ*.

Canutus
Rex Rend-
burgum oc-
cupat.

Adolphus
Comite fu-
git Ham-
burgum.

1201.

in carce-
rem conje-
ctus.

1203.

Canutus
obit, cui
succesit
Waldema-
rus.

Quibus
conditioni-
bus carcere
liberatus
fuerit Epi-
scopus Sles-
vic.

Anno 1203. *Canutus* Rex e vivis excessit, cui *Waldemarus* Dux Sleswicensis successit, ab *Andrea* Archi-Episcopo Lundensi regno inauguratus. Sub hoc Rege Comes *Adolphus* dedita arce *Lowenburg*; & pactis in decennium induciis carcere liberatur. *Waldemarus* item Episcopus jam septem annos continuos carceri inclusus, consilio & promotione Episcoporum Danorum & imprimis Archi-Episcopi Lundensis, apud Pontificem hac de re consultum vinculis laxatur. Sed sub conditione jurisjurandi, se nunquam illis in locis commoraturum, ubi aut Regi suspectus aut regno metuendus esset, quæ conditio juramenti sive cautio ab ipso Pontifice ad postulata Episcoporum fuit rescripta. Et quidem ratione hujus juramenti plurimas perpessus fuit *Waldemarus* adversitates. Cum enim mortuo *Harzrico* Archi-Episcopo Bremensi pars Canonicorum ejusdem ecclesiæ spe recuperandi juris sui in septentrionalibus regnis, ante id tempus amissi de electione

Waldemari consultaret, pars autem dilletteret; *Waldemarus* hanc occasionem arripiens, quasi electio esset contra juramentum a *Waldemaro* Episcopo factum, de hac re apud Pontificem intercedit; hinc variæ concertationes, aliis partes *Waldemari*, aliis competitorum suorum tuentibus. Ita ut etiam tandem *Waldemarus* rem vi agere cœperit, & ope sociorum suorum urbem *Hamburgum* obsiderit & cepit, quæ tamen fame & injuria adacta sequenti anno in Regis *Waldemari* potestatem redacta fuit, qui etiam tum temporis arcem, die *Nieburg*, ibi condidit, unde etiam ad hodiernum diem appellatio plateæ manet. Mortuus est tandem *Waldemarus* Episcopus circiter annum 1215.

Hamburgum
cupit.

Mors Wal-
demari E-
piscopi.

1215.

Anno a nato Christo 1216. *Tuoco* natione *Danus* Episcopus Sleswicensis factus & confirmatus est. Ordines fratrum Minorum & Prædicatorum, qui a *Lucio* 3. Pontifice in locum *Pauperum* de *Lugduno* & *Humiliatorum* successi erant, hoc tempore latius perserunt, & nostrates deducti fuere. Prædicatores enim *Slesvicum profecti* anno 1235. cœnobium splendidissimum a fundamentis erexerunt, sed & fratres *Minores Slesvici* anno 1240. cœnobium erigere cœperunt, *Flensburgi* vero anno 1232. & *Tundaræ* an. 1238. *Ripis* anno 1232. & postea *Hateslebiæ*, *Husæ* & *Kiloniæ*. Sed & *Matildis* Regina una cum fratre *Nicolao* longo post tempore, h. e. anno 1269. fratribus Minoribus arcam dederunt, in qua ædificarent & habitarent. Quæ omnia nunc partim diruta, partim in alios usus translata sunt. Nam *Slesvici* cœnobium fratrum Minorum postea religione reformata in domum civicam conversum est, & a Duce *Friderico* postea Rege *Daniæ* civibus concessum; quam & hodie possident. Prædicatorum autem monasterium profus dirutum & solo æquatatum est, cujus adhuc rudera ad *Ripam* fossæ civitatis & *Slia* videre licet.

1216.

Tuoco Ep-

Slesvic.

Incremen-

tu fratrum

Minorum

in Ducatu

Slesv. &c.

1235.

1240.

Anno a nato Christo 1235. *Abel*, *Waldemari* filius Dux Sleswicensis exortus est, (cuius etiam meminit jus Danicum *Lowbock* in proœmio) Ducatum Sleswicensem administravit, *Slesvici* domicilium habuit.

1235.

Abel Dux

Slesvic.

Anno 1240. *Johannes* Episcopus Sleswicensis factus est, confirmatus a *Christophoro* Archi-Episcopo Lundensi, hic in choro Sleswicensi sepultus est, non longe ab eo loco, ubi lectiones legi solent, ante Episcopi cathedram, ut ex lapide ejus sepulchro imposito liquet, cujus hæc est inscriptio: *Johannes Episcopus*.

1240.

Johannes

Ep. Slesvic.

Is est *Johannes*, qui a Rege *Danorum Waldemaro* accersitus fuit *Wordingburgum*, cum leges *Juticæ* jussu Regis colligerentur & promulgarentur, quæ in libro legum Danicorum *Lowbock* extant, unde constat illum inter auctores, qui in proœmio recensentur, fuisse; Cui promulgationi etiam interfuit. *Egatus*

Lowbock a
Waldema-
ro promul-
gatus.

vicius

vicus ac frater ejus *Abel*, Dux Sleswicensis & *Christophorus*. Vnde colligere licet, *Waldemarum* Regem fuisse sapientissimum & justissimum, qui ad rem tantam adhiberet viros doctrina & pietate præstantissimos & rerum humanarum non imperitos, ut ea, quæ essent ex usu regni, in commune consulerent. Nam & compositio legum illarum indicio est, harum auctores non solum sacræ scripturæ libros evoluisse, verum etiam Juris Civilis & Pontificii peritissimos fuisse, quod indicant capita legum, quæ inde de verbo ad verbum desumpta sunt. Sed etsi controversiæ graviores incidissent, ut de Juramentis, perjuriis, nuptiis, & hujusmodi similibus, eas Episcopis committendas & dijudicandas existimarent.

1237.

Adolphus
Comes in-
nasterium
ingreditur.

1239.

Bellum
contra Lu-
becenses.

Anno 1237. Dux *Abel* filiam *Adolphi* Comitum duxit in uxorem, 7. Kalend. Maji; cumque idem *Adolphus* se addidisset fratribus Minoribus in Hamburg anno 1239. die Hippolyti, tutorem constituit filiis suis Ducem *Abelem*. Circa hæc tempora *Waldemarus* Rex bellum indixit *Lubecensibus*, quod Imperio Romano se submisissent, & quotidie crescerent, ut etiam regno *Daniae* se æquarent. Multis itaque a Rege tentatis, quibus portum obstrueret, & navigationem impediret, tandem certis conditionibus pax inter illos coit, & quadriennio post Rex e vivis excessit.

Mors *Waldemari* Regis.

1242.

Ericus Rex.

Anno 1242. *Waldemaro* mortuo, *Ericus* inter fratres natus maximus Rex exortus est, pater *Waldemarus* nulla ætatis habita ratione, tum adhuc viveret, *Abelem* fratrem minorem *Erico* præposuerat, & Regem designarat. *Abel* patris judicium secutus, *Erico* fratri sese anteponi debuisse existimans, fratrem ea de causa sibi prælatum indigne ferebat. Quae de re *Erici* imperium initio graves motus exceperunt. Ope itaque affinium suorum, Comitum *Holfatiae*, *Johannis* & *Gerhardi* armis rem tentare cepit, quorum ditionem etiam Rex *Ericus* ingressus diripuit & per *Gunzelinum* Comitem Swerinensem urbem *Oldesloam* cepit, *Holfatosque* in præsidiis & munitionibus partim occidit, cepit & profligavit. Quo tempore Episcopatus & Ducatus Sleswicensi maximum damnum est illatum. Ecclesia Sleswicensis graviter fuit afflictæ, cui in damni accepti compensationem *Abel* postea, pace facta, bonâ quâdam & prædia in *Jarawith* largitus est, quorum scotationem postea *Ericus* Rex *Christophori* filius confirmavit, uti videre est ex literis ejusdem *Erici* anno 1259. Idib. Oct. *Rostochii* datis. Tandem tamen *Ericus* & *Abel*, subditis extrema quæque perpetrata id perentibus, amicorum interventu reconciliati fuerunt.

Bellum e-
jus cum
fratre.

1259.

D: *Wenceslaus*
Erico

Ericus autem Rex, qui D. *Wenceslaum* coleret (is Dux Bohemæ fuerat, & a fratre interemptus in numerum divorum relatus erat) nocte intempesta vidit sibi *Wenceslaum* assistentem hæc verba effari: *Bono animo esto Rex Ericus frater. Ego tibi adsum, quem*

colis & honoras, tibi que nunciam offero, te eodem mortis genere sublatum iri, quo ego occubi. Interim tamen cœnobium te extruere jubeo. Cujus monitis obsecutus, etsi in somnis ea prolata essent, cœnobium in terra *Revaliensi* ædificare cœpit.

In somno
mortem de-
nuncias.

Quod tamen non absolvit, nam antequam id ad exitum perduceret, sublatus est *Ericus*, qui somnium illud pro nihilo habendum existimarat, ut qui regnum confirmatum haberet, & ab hostibus sibi non timebat: idque quod sibi persuadebat, vaticinium impleri non posse, antequam cœnobium ædificasset. Quare in eo ædificando procrastinare & diem ex die ducere cœpit. Sed & a fratre nihil sibi meruendum existimabat, quod anno superiori

reconciliati omnem ex animo dissensionum memoriam delevisent, & similitates deposuissent, quarum ne scintillam quidem superesse putabat. Idque ex eo colligitur, quod fratrem *Abelem* inviseret, & *Slesvicum* contenderet, cum eo sese exhilaraturus. Quem venientem *Abel* humanissime excepit, odio, quod adhuc in visceribus hærebat, dissimulato. Quod usque adeo radices egerat, ut *Abel*, qui regni cupiditate flagraret, vitam sibi acerbam existimaret, nisi fratrem interemisset, quippe qui regni causa jus fasque violare non dubitaret. Cum autem mutuis colloquiis tempus fallerent, & Rex *Ericus* ludum Scaccorum cum Nobili quodam

luderet; nihil mali suspicans, ecce de improviso Regis *Abelis* satellites Regem *Sleswic* invadunt, & captum in lembum conjiciunt. Et *Slia* flumine vesti, cum ad eum locum ubi minima est fluminis latitudo zum Sunde pervenissent, Danus quidam *Lago*, unus ex Regis satellitibus, qui Regem maxime odisset, & de eo interficiendo mandatum habebat, in hæc verba prorupuit: *Scizo, inquit, o Rex, tibi statim moriendum esse. Cui Rex: Id ego pro certo habebam, ubi in tuas manus incidissem.* Interim tamen hoc

unum peto, ut mihi sacerdos concedatur, cui peccata mea confessus mortem oppetam. Qui cum accersitus esset, delicta confessus, & ut Christianum decebat, absolutus fuit. Ibi tunc Rex: *Præfagebat mihi animus, me a fratre interfectum iri, interim tamen mortem tam præmaturam non expectabam. Peccata & delicta quidem mea ejusmodi mortem meruerunt, idque fateor, sed fratrem meum*

Abelem, nisi ad meliorem frugem se receperit & resipuerit, idem exitus monet. Vaticinium Regis morituri verissimum fuisse, mors *Abelis* comprobavit. Rex autem *Ericus* in lacu *Slia* eo ipso tempore in nave securi percussus animam exhalavit. Interim tamen ei caput præcisum non fuit. Cadaver exanimè saxo affixum in flumen injectum est, quod tamen paulo post e fundo emerit, & supernatare visum, & appulsum ad ripam *Sliae* eo in loco, ubi in ejus rei memoriam crucem ligneam posterius collocarunt, inventum fuit. Quæ crux adhuc patrum nostrorum

Vaticini-
um Regis
moriens.

Rex *Ericus*
interfe-
ctus.

rum memoria in prato illo ad ripam stetit, licet nunc collapsa & diruta sit. Inde corpus *Slesvicum* translatum & in templo D. Petri prope chorum sepulturæ traditum fuit. Effigies Regis ex ligno facta adhuc extat in Domo capitulari, cujus hæc est species: Vir corona redimitus facie pallida & luida, capillis pallis, barba nigra, manibus & pedibus constrictus & colligatus, tunica oblonga, & ad talos usque demissa, calceis acutis & cornutis, prout eo tempore mos fuit, baltheo autem aureo per medium pallæ talaris infra lumbos cinctus, sed & compedes, quibus Rex colligatus fuit, adhuc extare dicuntur, quos etiam nobis pueris exhibuerunt & commonstrarunt. Addunt quidam dum funus adveheretur & efferretur, campanas sonum, nullo pulsante, dedisse, sed fides sit pene auctores. Piscatores etiam Slesvicenses eo in loco, ubi *Ericus* in flumen injectus esset, candelas cæruleas aspectu horrendas noctu vidisse, majores nostri memoriæ proditum dixerunt. Corpus *Erici* multis post annis clam subtractum & in *Daniam Roschildiam* translatum & perductum esse ferunt, idque quod antiquitas simplicissima eum injusta cæde peremptum in Divorum numerum referent, eique divinos honores darent. Brachium autem ejus *Slesvici* relictum esse, idque adhuc ibi extare creditur. Cujus brachii beneficio post mortem *Erici* tantum æris & pecuniæ collegerunt & commendarunt circumforanci illi, qui indulgentias *Erici* vanales habebant & circumferebant, ut ea pecunia ambitus templi Slesvicensis amplissimus & ornatissimus ædificatus & factus esse dicatur. Sublatus est autem Rex cum annos novem, nondum autem exactos regnum administrasset. Cædis conscii & auctores tragicos exitus habuerunt. *Lago* auctor cædis, qui cum regali corona in *Holsatiam* profugerat, inter ludendum confoditur. *Hermannus* de *Kerckwerden* miles, qui cum Rege dum caperetur, luderet, delicti alicujus insimulatus a rusticis fossoribus interficitur. Ita Deus illa mensura illis adensus est, qua ipsi Regi admetiebantur.

Effigies
jus adhuc
reliqua.

Brachium
Erici videtur
Heilig-
thum.

Interitus
percussio-
rum Regis.

Jobannes
Comes Hol-
satie
Rendsbur-
gum oppu-
gnat.

Abel Rex
Dan.
1250.
Eskillus
Ep. Slesvic.

Eodem anno, antequam *Ericus* sublatus esset, *Jobannes* Comes *Holsatie*, acceptæ cladis memor, ut *Abelem* ad regnum *Daniæ* eveheret, ope Archi-Episcopi *Bremensis* & ayunculi *Simonis* Paterbornensis collecta militum manu, expeditionem in *Daniam* fecit, & arcem *Rendsburg*; quam Rex *Ericus* munerat oppugnavit. Sed cum ad diem *Laurentii* de *Erico* interfecto rumor allatus esset, quem etiam paulo post rei veritas comprobavit; *Jobannes* ab expeditione recessit. *Erico* mortuo & *Abele* ad regnum evecto, *Canutus* Dux Slesvicensis factus est anno 1250. *Eskillus* natione Danus, Episcopus Slesvicensis est exortus, sepultus in choro Slesvicensi non procul a valvis ante Cathedram Episcopalem, ut ex lapide colligitur, qui solum ejus nomen insculptum continet.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Hæc tempestate *Abel* Rex fratricida, ut parricidium commissum aliqua ratione expiaret, & pietatem præ se ferret, virginibus religiosis in cœnobio D. *Johannis Slesvici* privilegia & immunitates dedit, ut coloni cœnobii immunes sint ab omnibus exactionibus & ne illorum quisquam Regiæ Jurisdictioni subjectus esset, aut servitia præstare cogere-tur, nisi id patriæ salus & periculum flagitaret. Id privilegium primo anno sui regni virginibus est largitus Nonis Martii. Sed & monachis *Lagemensibus* bona sua patrimonialia S. *Wantorpy* in parrochia *Bredtwadt* una cum jure patronatus ad se ratione bonorum spectantibus donavit anno 1250. quam scotationem *Christophorus*, *Abelis* frater confirmavit anno 1252. Sed ut habet vetus proverbium: *Imperia violenta & scelere parta non sunt, diuturna*, idque Regis *Abelis* exemplo; qui post susceptam regni administrationem statim movet in partes illas occidentales, quæ mari alluuntur, & magnum agricolis & colonis, qui illas oras incolebant, metum incussit. Nam cis flumen *Eidoram* castra locaverat, ut data oportunitate trajiceret, eosque sibi subjugaret. *Frisi*, qui *Eidorstadium* incolunt, collecta manu ex suis, qui arma ferre possent, & reliquis viribus præstarent, sui defendendi causa adversus Regem *Abelem* sese armant & contendunt, aggerem, qui mare excludit, transeuntes, simulachrum etiam D. *Christiani* secum portant & circumferunt, eique pollicentur, si victoria potiti essent, se illum inaurare velle. Rex cum *Frisis* manu conferta infelici Marte pugnavit. Nam exercitu ejus victo & fugato pedem referre coactus fuit, idque quod fratricidii vindicem Deum haberent *Eiderstadiani* non *Christianum*, non manu factum. Hac victoria potiti *Eiderstadiani*, ut vota, quæ polliciti erant, persolverent, S. *Christiani* statuam inaurarunt. Cum hæc clades, quam Rex *Abel* acciperat, divulgata esset, quidam *Henricus* de *Meldorpio* novis rebus in *Selandia* studebat, idque quod sibi persuaderet, *Abelem* jam animo fractum & perterrefactum ei resistere & belli fortunam iterum expediri non audere. Rex tamen nemeticulosus videretur, cum eo manu conferta pugnavit, sed in fugam multis suorum amissis, versus est. Victores præda & manubiis onusti, domum redierunt. Rumor est, *Dirbmaris* autoribus hos motus in *Dania* concitatos fuisse. Sed Deus, qui ob parricidium *Abelem* ad pœnam deposceret, ejus incepta & actiones fortunare noluit, eique meliorem mentem pervertit, ut in sui ipsius exitium rueret. Idque ex eo colligere licet, quod æstate sequenti exercitu collecto, rursus in *Frisios*, a quibus fusus & fugatus esset, expeditionem movit, ut injuriam ac damnum acceptum ulcisceretur. In urbe *Warenburga* aliquandiu commoratus, tribus navibus instructis in *Frisiam* navigare constituit, ut eos tam mari, quam terra persequeretur & inva-

Abel privi-
legia mona-
steriis lar-
gitur.

Monachi
Lagemen-
ses,
forte Lü-
gemelster;

1252.

Rex Abel
victus ab
Eidersta-
dianis.

Nova Abe-
lis expedi-
tio in
Frisios;

invaderet. Quo tempore *Eskillus* Episcopus *Warenburgæ* egit, & a Rege impetravit, ut alimenta & cibaria, quæ ipsius navis veheret, sibi haberet, & retineret, neque in usum aliarum navium expendere necesse haberet. Anno 1253. die 8. post festum Visitationis Mariæ exercitum, quem ex multis locis conscripserat, *Mildeburgum* non procul a castro *Suavestadio* convocat, quod cum locum ad pugnam & ad hostem, qui in vicinia erat, invadendum commodissimum esse existimaret. Eo cum venissent, postridie omnibus tam viris Nobilibus quam plebeis junctis ad *Eidoram* fluvium movet, ut milites navibus impositos trajiceret. Vexilla tria regia omnibus conspicua erant. Amne secundo devectus in portum *Oxtenskyjum* vulgari lingua appellatum, pervenit. Eo in loco non longo intervallo a sacello ligneo *Oldensworth*, quod, ut supra notavimus, anno 1205. ædificatum est, eis aggerem ad excludendum mare congestum in planitie tentoriis expansis castra locavit, eaque undique fossa & vallo commuravit, unde in hostem impressionem facere posset. Quibus cognitis, agricolæ & villici, qui illic commorabantur, fossam altissimam & amplissimam ad septentrionem ducere ceperunt, nimirum ex *Ipenbull* versus occasum, deinde in septentrionem in *Oldensworth*, usque ad locum qui *Eydergroff* tum vulgo nominabatur, ut Rex hac ratione prohiberetur, & copias in hostem ducere non posset. Terra egesta & in acervum accumulata, de improvilo prominens indicium operis fecit, & Regem in eam cognitionem adduxit, eos vallem vel aggerem excitasse, quo se defenderent. Hoc freti *Frisii*, militum impetum se sustinere posse putabant. Quare in loco illo palustri hostem expectare, & de summa rerum decertare decreverant. Cumque Rex ad *Eidoram* prope castellum sex dies commoratus esset, milites colonos *Eiderstadienses*, qui loca illa incolebant, multis injuriis & damnis afficiebant. Nam palantes agros in conspectu eorum vastabant, segetes, quæ jam matuerant, quod messis inlaret, conculcabant, & quo frumentationem liberio-rem & tutorem haberent, villicos partim interemerunt, partim ære multarunt. Quibus cognitis sex parochiæ sex dierum quietem nacti conjurationem fecerunt, & quotquot arma ferre poterant, sese devinxerunt. Paulo post conventu habito, ad viam publicam *Varenmagés* dictam, de privilegiis, quæ *Carolus M.* ipsis concessisset eo tempore, quo ipsorum majores ipsi subsidio venissent, copiis auxiliaribus missis, agi tractarique ceptum est. Quibus privilegiis *Carolus* eam ob causam ipsis immunitatem ab omnibus oneribus & gravaminibus largitus esset, ut eis fruerentur. Onera autem & servitutem, quo hoc tempore a Rege *Abele* premerentur, immunitatibus plane repugnare, & libertatem, qua hætenus usi essent, præcede-

re, ut qui non tantum imperio publico premerentur, sed etiam singuli servitutem servirent, quod eorum liberi, & uxores vexarentur, in eorum corpora saviretur, fama macularetur & dehonestaretur, idque in odium eorum, & privilegiorum abolitionem. Quæ cum ita sint, satius esse de summa rerum decertare & honeste mori, quam in perpetuam servitutem, libertate amissa, redigi. Quæ cum in concione proposita essent, placuit nocte sequenti in Regis castra irrumperre, quod vexilla septem parata haberent. Id Regi per indicium enunciatum fuit a quodam proditore *Rocke*, qui in consilium & conventum publicum se insinuaverat. Itaque habito consilio *Rocke*; & alii Regi aucteres fuerunt, ut inde contestim ad *Eidoram* moveret, quod si id fecisset, unum latus tutum haberet propter imminem hostem, sed Rex sese loco movere non potuit, quod mare recessisset, & naves aqua destitutæ in limo hæterent. Rex ea spe frustratus, quod in flumine nihil præsidii haberet, albescente celo, castra movere cepit, & tentorium una cum ære, quod ex multa colonis inflata collegerat, naves item paratas & maximam partem suppellectilis militaris & rerum suarum, quas advexerat, reliquit. Interim tamen ut salvi suæ consuleret, ac ne formidolosus videretur, militum & suorum metum increpat, nam omnes in fugam se conjecerant. *Frisii* fugientem hostem campis patentibus insécuti ad trecentos interfecerunt, magna etiam pars in *Eidora* flumine dum transnatare nituntur perit & submersa est. Rex *Abel* cum videret, militem hosti terga dare, suos ad pugnam revocat in loco, qui vulgo *Olddrollack*, addita comminatione, ni pareant, habituros infortunium. Cum signum dedisset, metu coacti constiterunt, & prælium redintegrarunt. Ibi Rex confertis manibus in hostem maximo impetu fertur. Ancipiti prælio acriter pugnatum est, ita ut magna strages ederetur animis utrinque exulceratis. Sed tandem *Dani* in fugam conversi terga dederunt, quos fugientes *Frisii*, ut quenquam assecuti essent cædunt, & usque in locum, qui *Ipenbull* nominatur, persequuntur. Ibi *Normanni*, qui *Eiderstadii* illam partem, quæ Aquilonem spectat incolunt, socios a quibus asciti erant, relinquunt & deficiunt, Rege pulso & fugato, quos *Eiderstadii* & *Volmii* persequuntur. Atque ibi cum in eos iracundiam evomisset, rursus *Oldensworth* ad tentoria a Rege deserta revertuntur, ut se cibo reficerent, & exhaustas vires recuperarent. Rex autem cum suis & aliis, quos sibi subjecerat, ad *Eidoram* versus ultra *Lhendowinne* contendit, ubi multitudo in *Koldenbüttell*, quæ reliquos virtute & viribus antecellebat, ei occurrit, & ad pugnam provocat. Ibi prælio cum *Danis* commisso sex horis dimicatum fuit. Qua de re cum nuntios ad reliquos *Eiderstadianos* & *Volmior* allatus esset, illi abs-

Eiderstadienses immunes ac liberi privilegio *Caroli M.*

absque ulla mora ad Regem contendunt, & cum Rege ad Iatus apertum, (nam alterum mare tenebat) conferunt. Vbi magna strages edita & vexillum regium amissum & ademptum fuit. Quod cum Rex animadvertisset, in mediam viam, quæ septentrionem spectat, se recepit. Cumque *Frisii* pugnandi finem nullum facerent, & *Danos* acriter persequerentur, Rex ultra Milderdam profugit, ubi a quodam rotario Hummer nomine interficitur, *Frisii* de victoria certi domum redeunt, & odio *Danorum*, a quibus multa perpessi essent, *Canuto* Duci Sleswicensi se subjiciunt. Quos ille in fidem & clientelam recepit, ea tamen conditione, ut quotannis ex singulis ædibus tributum nomine nummum unum, quem *Turney* nominant, penderent; & immunitate in perpetuum fruere. Regis interempti cadaver *Sleswicum* defertur, & in æde D. Petri sepulturæ traditur. Postridie noctu tantus in templo strepitus cum fragore & fremitu excitatus & exortus est, ut Canonicis perterrefactis Psalmos & preces nocturnas in Ecclesiis usitatas, canendi facultas non daretur, spectro illis illudente & obstrepente. Quod cum sæpius contigisset, & Regina nuntiatum esset, placuit corpus *Abelis* effossum æde sacra exportare, & alio loco humare. Cadaver e templo exemptum in paludem silvæ Pöle, quæ *Gottorpio* vicina est, immergitur, palo per sarcophagum transfixo. Qui locus in hodiernum diem monstratur, & Regis *Abelis* sepultura vulgo nominatur. Et ex eo die spectra, terriculamenta, & strepitus in æde sacra conquevisse a majoribus nostris memoriæ traditum accepimus. Sed & eo in loco, ubi sepultus est, & vicinis ex eo tempore & patrum nostrorum & nostra memoria, strepitus horrendos & stridores exauditos esse, constanti omnium prædicatione & sermone fertur. Quibus sæpe viatores noctu iter facientes trepidarunt, & metu pene exanimati fuerunt. Ut plurimum autem venatoris cornu instantis vocem & sonum exaudiri multi fide digni referunt, idque sæpe a vigilibus, qui *Gottorpi* noctu vigilare solent, audiri, usque adeo similem, ut venatorem ibi venari quis diceret. Sed & *Abelem* multis nostra etiam ætate apparuisse, & visum esse, constans omnium est rumor, atrum ore & corpore, equo pulillo vectum, comitatum canibus tribus venaticis, qui sæpe specie ignita ardere visi sunt. A diabolo autem ludos hosce concitari dubium non est, idque Dei permissu, ut qui fratricidæ memoriæ hisce terriculamentis omnibus exosam reddere, & post mortem etiam condemnare velit, ut alii ab ejusmodi scelere inexpiabili detestando deterreantur.

Abele e medio sublato, in regnum successit ejus frater *Christophorus*, qui *Sleswicensibus* privilegia & immunitates largitus est, & a majoribus concessas sua voce & auctoritate confirmavit. — *Waldemarus* autem filius

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Abelis eo tempore, quo pater e vivis excederet, peregre aberat, & in *Gallia* agebat, quo studiorum causa una cum avunculis Comitibus *Holfaræ* profectus erat, studiis ad exitum perductis, ad ingenii & morum cultum capiendum, Principum aulas frequentavit. De morte patris certior factus, domum statim reversus & administrationem Ducatus *Sleswicensis*, Regis permisso adeptus est, & cum avunculis suis, quamdiu superstes fuit, vixit conjunctissime. Sed & Rex *Daniam* quietem habuit, & in summa tranquillitate vixit, quoad *Waldemarus* moreretur, annorum nimirum 1259. Eo autem e vivis sublato fortunam variam est expertus. Nam *Waldemarus* sororem *Johannis* & *Gerardi* in uxorem duxerat, ex qua unicum suscepit filium. Hanc Rex *Christophorus* in suam clientelam & tutelam suscepit, & apud se educavit, & detinuit, idque eo consilio, quod e re regni *Daniæ* futurum existimaret, si hac ratione Ducatus *Sleswicensis* regno suisque uniretur, a quo jam aliquot annos separatus & sejunctus esset. Hanc technam subodorati Comites, *Ericum* sororis filium suscipiunt defendendum, & ne Ducatu excederet, Jus *Erici* bello persequendum statuunt. Rex ea re commotus *Ericum* Ducatu spoliare & turbare conatur. Bellum itaque utrinque paratur, in quo oppidum *Sleswicense* a Rege expugnatur, & a militibus non solum in corpora civium, eorumque uxorum misere sævitur, sed etiam templa, & Deo dicata, diruta & spoliata fuerunt. Quibus poenis autem Deos sacrilegos & spoliatores hosce punierit, quamque hæc facinora Deo displicuerint, testantur prodigia & signa hoc tempore edita contra illos, qui se Regi hac in re administratos præbuisent: Imo ipse Rex sacrilegii & direptæ urbis poenas gravissimas dedit. Comitibus enim adventantibus occurrens in *Loheyde* prælio commisso & aliquot hominum millibus desideratis una cum Regina *Hamburgum* a Comitibus captivus deducitur. Non longe ab eo loco, ubi pugna commissa est, collis quidam adhuc extat *Dromingsheil* appellatus, quem galeis æneis militum congestum esse, constans est fama. Rex aliquot argenti libris pro redemptione solutus liberatus anno 1259. rebus humanis exemptus est.

Anno 1257. *Eskillus* mortuo successit *Nicolaus* Episcopus *Sleswicensis*, Ecclesiam spoliatam & defolatam reperit. Huic *Margaretha* vidua *Aggi* *Nannsen* possessionem ejus ruris, quod in *Alsen* in Curia *Gammelstorp* in parochia *Küelingen* habebat, utendam fruendam dedit. Hic Episcopus eandem, quam ipsius prædecessor, fortunam est expertus. Nam ut *Eskillus* *Segebergam*, ita & hic a Nobili quodam *Timmone* parvo vulgo appellatur Laico diæcesis *Sleswicensis* captivus abductus fuit, idque noctu ex Curia ipsius *Sleswicensi*, nulla alia de causa, quam ut Episcopum argento emungeret,

Pp 2

qua

Abel Rex interficitur.

Frisii Duci Sleswic. se subjiciunt.

Turney.

Abelis R. cadaver sepultum in palude.

Ejus spectrum.

Christophorus succedit Abeli.

Waldemarus filius Abelis, Dux Slesw.

1259.

Waldemari F. Ericus.

Sleswicum capitur & diripitur.

Christophorus Rex captus.

Obit.

1259.

Nicolaus Ep. Sleswic.

qua de re ille una cum aliis delicti conscisci diris fuit devotus ab *Alexandro III.* Pontifice, cuius literæ, hac de re extant adhuc ad Episcopum Lundensem & Gardianum fratrum Minorum in Brunshwigg scriptæ.

Christophori F. Ericus, Rex Dan.

Liberalis in Ecclesiasticis.

Anno 1259. *Ericus Christophori* filius, patre mortuo, regnum adeptus est. Is *Ecclesiasticis* benefecit, & quæ ab ipsius Patre ablata essent, restituit. *) Quem etiam pater, qui pro solvendo lytro ex decimis Ecclesiasticis 462. marcas collegerat, iussit *Ericus* consilio matris easdem Episcopo restituendas villa Apenradensi pro ea summa oppignorata, donec fors 462. marcarum esset soluta. Concessit etiam Episcopo ad resarcienda damna tempore belli illata, & pro iis, quæ Ecclesiæ adempta essent bona, & possessiones quædam in Nordtfordthufs & Sundfehrthufs item Bornsbull & molendinum in Atebull, & scotationem hanc sigillo suo & matris suæ & *Ripens.* & *Wiburg.* Episcoporum communit, ut videre est ex literis datis *Midefaar* anno 1260. in octavo Apostolorum Petri & Pauli.

1260.

Idem *Nicolaus* Episcopus Sleswicensis, arcem Gottorpiam, quam hodie Duces Sleswicenses possident, cum *Erico* Duce Sleswicensi Regis *Abelis* filio & fratre *Waldemari* permutavit, ut ex sequenti formula contractus videre est: *Ericus DEI gratia Dux Junctiæ omnibus ad quos presens scriptum perveniat, salutem in Domino nostro Jesu Christo. Universitatem vestram per presentes scire volumus, quod Venerabilis Dominus Pater Nicolaus Episcopus Sleswicensis nobis scotavit curiam suam in minori Gottorp, & totam villam majoris Gottorp, cum silva, molendina, terris & piscuis prædictæ Curia & villæ adiacentibus ac bona sua in Arenholdt, & nos eidem vice versa has villas scilicet Brockesblott, Broderssbuy & Huxmarck existentes in Schanzen, cum omnibus bonis & adiacentibus ad æqualem auri estimationem rescotavimus pleno Jure. Sed quia dictæ villæ sunt nobili viro Domino Gerardo Comiti Holfatiæ, dilecto avunculo nostro, ut dicitur, obligatæ, loco eorum Venerabili Patri Domino Brundoni Episcopo Sleswicensi bona nostra in Sueder Gofsbard, quæ dicuntur Andell integraliter pleno Jure scotavimus ad cautionem, donec ipsæ villæ usui liberæ ipsi cedant. In cuius rei evidentiam presentes literas nostro sigillo fecimus communitari. Datum apud Sleswigg 1268. 12. Calend. Decemb.*

Größ Gottorp.

Nota Grote Gottorp, cuius mentio fit, sita fuit prope Rucgenkrog, ubi adhuc eius arcis vestigia cernuntur, quem undique lacus alluit & adhuc nomen retinet. Oldt Gottorp a quo diruta sit, supra expositum est. Notandum item, sigillum his literis appensum, quod Swauestadt servatur, ceræ rufæ impressum, altera facie leones duos, altera vero eequitem vexillum manu gestantem, h. e. ima-

ginem D. Georgii continere. Sed hoc memoratu dignum est, quod *Ericus, Johannes & Gerardus* Comites *Holfatiæ* dimidiam partem pedagii in telonio *Rensburgi* collecto ad Episcopum pertinere suis literis testentur, quæ *Sleswici* datæ & consignatæ sunt anno 1261. *Nicolaus* etiam cuidam *Wineken* et fratribus ejus de consensu capituli in feudum concessit possessiones in Lundenberg sitas, in perpetuum pro arbitrio suo disponendas & fructuandas, ita tamen ut successoribus suis singulis annis pendeat quinque marcas. Fuit id anno 1263.

1261.

1263.

Anno a nato Christo 1270. *Bundo* Episcopus Sleswicensis creatus est, confirmatus ab Archi-Episcopo *Jobanne* Lundensi. Huius etiam *Bundonis* mentio fit in literis Ducis *Erici* superius allegatis. *Nicolaum* autem constat non *Sleswici*, sed quod ob refusionem aliquot expensarum, Regis nomine in quatuor naves factarum, a se peccatam Regine exofus esset, extra limites regni obiisse, ibique sepultum esse. Controversia tamen hæc de impensis navium inter Regem & *Bundonem* sumtis arbitris *Andrea Ballisenio* Cancellario regio Præposito, item & Archidiacono Sleswicensi decisa & composita fuit.

1270.

Bundo Ep. Sleswic.

Ericus Dux Sleswicensis moritur hoc tempore, relictis duobus filiis *Erico* & *Woldemaro*, de quorum tutela iterum inter Regem *Dania* & Comites *Holfatiæ* tanquam cognatos propinquiores & avunculos controversia extitit. Et licet Rex illis tutelam ad tempus concederet, cum tamen Ducatui inhiaret, novisque rebus studeret, auxilio Archi-Episcopi *Bremensis Hildeboldi*, Comitibus bellum intulit, & *Sleswicum* obsedit, quo ve facilius libera excursionem ex *Dania* in Ducatum facere posset, arcem *Coldingensem* muniri iussit, quo sui post prædam se reciperent, ne quis in Ducatu imposterum ab irruptione & direptione *Danorum* tutus esset. Quibus rebus fiebat, ut Rex paulatim totum Ducatum in suam potestatem redigeret, portione solum quadam Ducibus relicta, de qua tamen & quanta fuerit, inter auctores non constat. Sed & Episcopus Sleswicensis eius calamitatis expertus non fuit, ut qui quatuor naves in bellum usum suis sumtibus instruere & armare coactus fuit. Quos sumtus cum Episcopus diutius, quod bellum longius extraheretur, ferre non posset, bona & possessiones in *Stanesholdt* & *Siblaw* vendere coactus fuit, quæ tamen Episcopus *Bertoldus*, 1200. marcis redemit. De sumtibus igitur illis inter Duces & Episcopum dissensiones novæ extiterunt, qui tamen iterum per arbitros electos sopitæ fuerunt: hos arbitros inter alios nominatur *Petrus Mule* & *Johannes Zwing* Ducis dapifer.

Erici Ducis Sleswic.

Bellum Regis Dan. cum Comitibus Holfat.

Hoc rerum statu & bellis ferventibus *Ericus* natu maior moritur, relicto fratre *Woldemaro*. Hic ab amicis & propinquis per-

sua-

* Male coheret hæc periodus, sensus tamen clarus.

Ducatus
Slesvicensis
in feudum
recognitus
a R. Da-
nia.

1263.

Templum
Slesvicense
aedifica-
rum ex bo-
nis iniuste
acquisitis.

Judicium
Cardinalis
Hugonis de
pecunia ex
rapinis
quæ sita,
deinde piis
usibus le-
gata.

1273.

Decimæ E-
piscopales
in Alver
Ministris
Eccles. do-
nantur.

Status illi-
us Ecclesie.

1281.
Jacobus
Ep. Slesvic.

suasus fuit, ut Regem superiorem agnosceret, Ducatumque in feudum acciperet, atque ita ad Ducatum pertinentia & amissa recuperaret. Missis itaque legatis cum Rex de illius voluntate certior esset redditus, pax demum certis conditionibus facta fuit.

Anno 1263. cum templum Slesvicense maximis sumptibus ædificari cœptum esset, & pecunia non suppeteret, ad ædificationem necessaria Episcopus & Canonici Slesvicenses, Pontifice in consilium adhibito, quæsierunt, liceretne ex usuris, rapinis & aliis bonis iniuste acquisitis, si Ecclesiæ illa donarentur & legarentur, opus inchoatum absolvere. Idque quod summa 200. argenti marcarum illis repræsentaretur, quam tamen unde collecta esset, aut cujus pecunia illa fuisset, non constaret. Ad ea Hugo Cardinalis S. Sabinæ ita respondit: a) *Urbanam illam pecuniam summam, de qua retulissent, Ecclesiæ Slesvicensi in usum structuræ & cepti operis convertendam se concedere & impartiri, idque licitum esse, & minime reprehendendum; quod si in posterum existerent, qui illam pecuniam peterent, & eam sibi tanquam veris dominis deberi dicerent, idque docerent, eam merito restituendam, & eo nomine satisfaciendum esse.*

Anno 1273. Bundo decimas Episcopales in parochia Alver ministris Ecclesiæ B. virginis Mariæ utendas & fruendas dedit ea lege, ut in æquales quatuor partes dividerentur. Quarum una Cantori eius Ecclesiæ, altera Diacono & Subdiacono, tertia adituo cederet, quarta in sumtus, qui in candelas cereas fierent, collocaretur. Cantorem autem decimas illas distribuere, & ab eo unum quemque portionem suam petere debere. Et qui huic sanctioni contravenerit, eum diris devovendum, & fulmine execrationis ecclesiasticæ feriendum esse.

Ecclesiam illam Alver primum in Ruegholdt sitam, & deinde mari, quo alluebatur, absorptam & tandem Haderslebiam translata esse, omnium constans est opinio. Ubi ea paulatim incrementa cepit, ut & Canonici eo vocati ad certum numerum alerentur, qui rem divinam tractarent, quibus etiam statuta ab Episcopo & Capitulo Sleswic. approbata concessa fuerunt. Canonici etiam illic ad nostra tempora vixerunt, & Ecclesias rexerunt viri boni & docti. Anno autem 1530. Principibus placuit, ut Canonici, qui Haderslebiæ vivebant, bonis illis quoad superfluitates essent, fruerentur, illis autem morte sublatis bona & possessiones ad Principes devolverentur, quod & factum est. Itaque hoc tempore neque Canonici, neque umbra bonorum divinis usibus dicorum apparet, ut quæ una cum curiis & habitationibus profanis usibus deputata & attributa sint.

Anno 1281. Episcopus Slesvicensis eligitur Jacobus & confirmatur a Johanne Archiepiscopo Lundensi. Hoc tempore bellum

recens inter Regem Danicæ Ericum & Waldemarum Ducem Slesvicensem exortum est, his de causis, quod Dux Regi eam, quam sibi deberi putabat, obedientiam & fidem non præstaret. Quo bello Waldemarum captus & arx Tunderensis expugnata & diruta fuit. Sed & urbs Slesvicensis, quæ semper fuit Ducum receptaculum, insignem cladem accepit, ut quæ primum capta, expugnata & direpta fuerit, & deinde penitus conflagravit. In hoc bello ita in cives & subditos Slesvicenses a Rege fuit savitum, ut omnes persuasum haberint, illum ferro & igni omnia delere statuisse, quod tanto facilius illi erat, cum pleraque partim vi, partim metu jam subacta teneret, tanto enim odio in Ducem sibi minus obsequentem flagrabat. Sed hisce malis, quæ impendere videbantur, occurrebant Ducis cognati, qui se interposuerunt, Regisque animum, ut a concepta ira & persequendo bello desisteret, placarent. Waldemarum itaque misertus vicem Slesvicensium civium, qui tam multa perpessi essent, ut damnum illis saltem aliquo modo refarciret, tributum vulgo Stadtgeldt illis remisit, & ut a quavis exactione liberi essent, concessit. Aliasque etiam immunitates dedit, quoad se recollegissent, & ad meliorem fortunam pervenissent. Rex etiam Ericus misericordia ductus immunitatem Slesvicensibus concessit, ut de mercibus in regno Danicæ emptis vestigialis nomine nihil penderent, ut ex sequenti Diplomate de ea re dato constat: *Ericus Von Godes gnaden der Denen vndt Wenden König, Wünschén allen de dissen Breff sehen, heil in dem Herrn, vndt dhon kundt ieder menniglichken, dat wy den schaden, arbeit vndt vordreit, welcken vnse geleuede Borg vndt Stadt Schleswig van vnsew willen, vndt vnse Rickess ostmalff geleden, betrachtet, vndt derwegen bewagen, enen ene sonderlicke gnade wedder tho ertögende; So geuen wy derwegen allen vndt is sluken frie, dat se keinen Tollen in dem Ricken geuen sholen, idt sy an welcken orde se andrepenn müchten, von nu an vndt stedt tho ewigen tyden, dat se daruon sholen endt lediget sin, vndt gebeden derwegen ernstlick, by vorlust vnserer gnaden, dat nemandt von vnsern Ambt luden, edder der süluen befehlhebbenn, edder he sy, wat he sy, de genendten borger wedder inholt disser begnading tho ewigen tiden beschwehre, undt so ferne sülckes geschiet, werthe vnse straffe sick derwegen tho vormoden hebben, tho widerer bekrefftinge mit vnserm Insegel anghenget, Tho Koldingborg anno 1280. Am tage Vitalis Martini in biwesen der Tugnisse herr Peter Gredenger.*

Rex etiam Ericus in Jure constituendo occupatus fuit, editis constitutionibus quibusdam, quæ ad calcem Lobock adjectæ sunt, quibus sciendis Jacobus Episcopus Slesvicensis, una cum aliis Episcopis interfuit anno

Bellum inter R. Dan. & Ducem Slesv.

Slesvicum captum direptum, exustum.

Atrocitas Regis.

Immunitates Slesvicensibus concessa.

Rex Ericus auxit d. q. Lowbuch.

1282.

1282.

1282. idque constitutionis verba in fine arguunt. Sed tandem *Ericus* Rex rebus pacatis a suis occiditur, anno a nato Christo 1286. *Waldemar* autem Dux Sleswic. qui etiam 1310. privilegia Ecclesie Sleswic. confirmavit, anno 1313. moritur in choro Slesvic. sepultus eo in loco, ubi lectiones sacre recitari solent, Epitaphium lapidi insculptum, quamvis magna ex parte detritum ejusmodi est:

Epitaphium.

*Anno milleno CCC. ter uno cum duodeno
Waldemar dux Sleswic. & natus Erici,*

Paschalis in festo migrans jacet hic tumulatus.

Pacifer hic clarus cali sit in arce locus.

1288. *Bertholdus Ep. Slesv.*

Anno 1288. *Bartoldus* natione Danus patria Hassnientis Episcopus Schleswicensis creatur. Ea tempestate *Trugellus* quidam Archi-Diaconus Sleswic. molendinum prope *Sleswicum* ædificatum, una cum bonis mobilibus, quæ in *Struckshardt* habebat, in usum Ecclesie Sleswicensis legavit. Pecuniã item vel salarium, quod in fundo quodam in platea *Frockestaden* dicta eidem legavit, idque permittente Episcopo *Bartoldo*. Molendinum illud ubi situm fuerit, certo non constat; Interim tamen prope vallum Episcopi vulgo dictum, molæ fundamenta eruta fuerunt, ut verisimile sit, eo loco molam hanc extructam fuisse. *Trugillus* in æde Sleswicensi humatus est non longe a janua, quæ austrum spectat. Epitaphium lapidi incisum ejusmodi est: *Hunc locum eligit sibi Trugillus Ecclesie Archi-Diaconus, quem fecit ad laudem S. Spiritus & beatæ Matris, cujus anima sit in pace.* Obit anno Domini 1236. Cal. April. Hic Episcopus *Bartoldus* Ecclesiam aliquomodo locupletare conatus, a *Johanne* quodam in campo *Wisbbol* bona quædam, nempe domos, fundos, silvas, prata, piscinas precio 30. librarum Sterlingarum emit, quarum solutionem venditor coram Duce *Waldemaro*, Jutiæ Duce, qui tum adhuc vivebat, restatus est, qui Dux etiam cum Episcopo *Ripensi* contractum hunc sigillis suis obsignarunt. Tenuissimæ etiam Præposituræ in *Ebensussel* Ecclesiam *Felstedensem* annexit, D. Dionysio dicatam, idque de Capituli Sleswicensis consensu.

Clerici pressi & afflicti ab Optimatibus.

Hoc rudi etiam & barbaro sæculo maxima fuit licentia optimatum, & hominum primi ordinis, ut qui impune sacerdotes & Dei ministros pro libidine affligerent, & injuriis afficerent, Regibus in ejusmodi sceleribus conniventibus. Pontifices itaque Rom. pro eaquam more majorum usurpabant potestate, hunc modum præscribere necesse habuerunt, uti patet ex publico & quidem severissimo Diplomate *Bonifacii VIII.* a. 1294. *Roma* promulgato ad Archi-Episcopum *Lundensem*, ejusque suffraganeos scripto, quo confirmat Diploma *A-*

Decretum Bonifacii VIII. 1294.

Alexandri III. Pontificis sui prædecessoris eadem de re publicatum, & excommunicatione ferit tam transgressores, quam ipsum Regem, Episcopis etiam in eum casum divinorum celebrationem interdicit. *Bartoldus* Episcopus redemit etiam bona ab *Erico* Rege in *Strusbull* & *Siblaw* a *Bundone* vendita 1200. marcis, idque consensu Regine Regis matris; Acta sunt hæc *Newburg* anno 1298. 1298.

Anno 1305. Capitulum Sleswicense redidit rationes præpositurarum, & literis signatis ostendit & testatur, præposituras *Wida, Eiderofadiæ, & Strandiæ* multis annis, & a tempore, cuius memoria non extat, penes Canonicos Sleswicenses fuisse, idque ab Episcopo eis concessum, qui in locis jam nominatis suspenderit, interdixerint, excommunicarint, visitarint, & procuraciones receperint, cum septem b) *eructionibus* annuis, & quicquid præterea ad id Jus spectaret, exceptis causis, quæ soli Episcopo reservarentur. Sed & Præposito quotannis procuracionum sumptus solutos esse, idque, quod qui in *Uiblandia* habitarent, extra limites sue Parochiæ non evocarentur, ut se Judicio sifterent, sed nec Præpositorum siue officialium quenquam sibi potestatem sumpsisse, insimulandi quenquam de delictis gravioribus, aut levioribus, nisi vocata Synodo & Præposito præsentem. Unde constat, Ecclesiam Sleswicensem jus Præposituræ habuisse in illis regionibus, quonunc sunt privati. Idem Episcopus *Bartoldus*, cum videret præposituram *Borchsufel* tenuorem, quam ut Præpositus Ecclesie *Haderslebiensis*. inde se sustentare posset, annexit ei Ecclesiam *Hoptorp*, & decimam Episcopalem in parrochia *Aluer*, & præbendam Canonicatus *B. Mariæ Virginis Haderslebiti*. Postquam autem Ecclesiam Sleswicensem multos annos magna cum laude administrasset, resignavit eam *Johanni* de *Bockwoldt*, & paulo post placide obdormivit anno 1310. 11. Kal. Februarii in templi parte Australi ad chorum sepultus, ut ex scripto Epitaphio colligitur:

Hafnis eram natus, hic archilevita vocatus.

Inde chatedratus, nunc sum cinis, hic tumulatus.

Anno 1309. *Johannes* de *Bockwoldt* in *Holsatia* ex familia nobili natus Episcopus Sleswicensis creatus est, idque per resignationem *Bartoldi*. Hic initio suæ administrationis de consensu Capituli confirmavit statuta *Haderslebiensium* Canonicorum, qui supplices Episcopo facti legibus se ornari petebant. Fuit id anno 1309. die *Gregorii* martyris ab eis petitum in Ecclesia Sleswicensi per *Nicolaum* Cantorem in commodum Canonicorum *Hadersl. Ecclesie*, quæ est Sleswicensis diæcesis. Leges autem hæ præcipue concernunt Canonicos & officium eorum in celebranda *Missa*, cantando, legendo, & aliis hujus-

Bartoldus resignat Præsulatum & obit.

1310. *Epitaph.*

b) Locus mendosus.

huiusmodi rebus, & fere in omnibus capitulis huiusmodi statuta in libris statutorum habentur, quæ ideo ascribere supervacuum existimavi. Inter alia tamen ibidem in fine additur, quod capella Gammelhadersleue, & Sadrop sint a cathedratico, procurationibus & cæteris Juribus Episcopi, Slesvicensis exemptæ, ubi Capitulum Haderslebiense habebit potestatem instituere sacerdotes & depone-

1318. Anno 1318. inter Episcopum & Canonicos disfidium de collatione præbendarum compositum, atque ita conventum fuit, ut collatio præbendarum conjunctim ad Capitulum pertineret. Ut etiam Episcopus inopiam Canonicorum sublevaret, de consensu Capituli collegis suis concessit decimas Ecclesiarum in Schlappenhagen, Gottorp, Jallenbecke, Seestede, Hütten, Kroppe, & Haddebuy, sed & silvam Rowesse in Ruderop, & bona in Offenkenbull, Berndorp, Hufsbay hac conditione Canonicis concessit, ut decimæ inde collectæ in triticum commutarentur, & singulis septimanis panes inde distribuerentur, quæ omnia etiam Pontifex, & Archi-Episcopus Lundensis confirmarunt, anno 1339. ut ex eorum literis constat.

Erici Ducis Slesvic. obitus.

1325. Circa hoc tempus anno 1325. *Ericus* Dux Slesvicensis *Waldemari* filius, affinis *Gerhardi* Comitis *Holsariæ*, cum annos novem Ducatui præfuisset, mortuus & *Slesvici* in choro humatus est. Lapis æreis laminis ornatus hoc continet Epitaphium:

Epitaph.

*Hic Dux magnificus patriæ defensor
Ericus
Waldmari natus, patri jacet associatus
Anno milleno migrans CCC. ter. V. que viceno.
Gregorü in festo DEVS huic miserator adesto.*

Waldemarus Dux Slesvic.

Ericus filium reliquit *Waldemarum*, cujus tutelam Rex *Christophorus* secundus, ab agnatis proximis non vocatis, suscipere contendebat, ut hac ratione Ducatum Slesvicense regno *Daniæ* annexeretur, quod ab ejus majoribus sæpe fuerat tentatum. Prætextu itaque tutela arcem *Sundeborgk* occupavit, & ulterius in Ducatum profectus est *Gottorpium* positus castris in monte *Helterberg* obsedit. Sed *Waldemarus* auxilio Comitis *Holsariæ Gerhardi* arcem non solum obsidione liberavit, sed etiam Regem prælio vicit, & in fugam convertit, impensarumque nomine eandem arcem pignoris loco obtinuit. Hac de re animis subditorum a Rege abalienatis, ope Comitum *Holsariæ* regno pulsus *Rostochium* confugit, inque ejus locum de consilio Comitum *Waldemarus* Dux Slesvicensis, Rex eligitur. Qui concilio procerum in *Fronia* habito, *Gerhardo* Ducatum Slesvicensem concessit, eoque investivit, *Jobanni* vero *Wagriam*, *Lalandiam* & *Falsvriam*. *Ericus*, *Christophori* Regis filius patrem ulturus *Gottor-*

Christophorus regno pellitur, substituto in ejus locum Waldemaro.

pium obsedit, sed lethali accepto vulnere a Comitibus, mortuus est, & obsidio soluta fuit. Sequenti anno *Christophorus Lubecam* venit, & cum Comitibus transegit, pacem his conditionibus coit, ut Rex Comitibus 80000. marcas solveret, atque ita in regnum restitueretur, exceptis tamen provinciis, quas *Waldemarus* Comitibus utendas fruendas dedisset, & ut *Waldemarus* Ducatum Slesvic. reciperet. In vitis ergo proceribus, & non nisi armata manu, cæsisque aliquot *Jutis*, eisdem resistentibus, & *Waldemarus* electum defendere statuentibus, a Comitibus tandem restituitur. Sed pro tanto beneficio Comiti *Gerhardo* a Rege *Christophoro* pessima gratia fuit relata, liquidem annis sequentibus, quod ubique ei fortuna saveret, in suam invidiam apud Regem adductus fuit, quæ paulatim ita crevit, ut Rex eum armis persequi statueret. Exercitu itaque collecto & castris prope *Dennewerck* positus, *Gottorpium* obsedit, ut ita *Gerhardo* venienti iter præcluderet. Sed tandem prælio commisso Comes parva manu Regem iterum vincit, qui a via *Kiloniam* deflectens a centurione *Burchardt von Izhude* in pago *Schfede* captus, atque ita bellum captivitate Regis finitum, & interventione *Jobannis* Comitis *Holsariæ* pax iterum facta fuit. *Christophorus* Rex non ita multo post moritur, anno nimirum 1333. Sed & *Jobannes* de *Bockholdt* Episcopus Slesvicensis, anno 1331. biennio ante *Christophorum* Regem e vivis sublatus & *Slesvici* ad latus chori septentrionale sepultus est. Epitaphium lapidi sepulchrali maximo insculptum & laminis æreis olim insignito, ut ex vestigiis apparet, ejusmodi est.

Christophorus certis conditionibus restituitur.

Capitur a Comite Holsariæ.

Emovitur 1333.

Mors Jobannis Ep. Slesvicensis.

Epitaph.

Anno Domini 1331. secund. Non. Octob. obiit Dominus Johannes Episcopus Slesvicensis dictus de Bockboldt. Orate pro eo.

Anno 1332. *Helimbertus* Episcopus Slesvicensis electus fuit, confirmatus ab Archi-Episcopo Lundensi *Magno*. Hic anno 1335. præfente Duce *Waldemaro* in arce *Gottorpiensi* omnes possessiones, quæ in campo *Rikenis* in parochia *Schwanzen* habebat, de quibus quotannis duæ oræ pendebantur, Capitulo Slesvicensi largitus fuit, & terra viridi in manum sumpta & projecta tradidit, quod *Schoten* vulgo dicitur. Ecclesiam etiam

Helimbertus Ep. Slesvicensis.

1335.

Ortigk. Ritus traditionis.

Drestorp, quam olim Rex *Daniæ Waldemarus* fundaverat, in qua *Helimbertus* Jus patronatus habebat, annexit præbendæ Slesvicensi, ea tamen lege, ut ejus possessor quotannis die S. *Elisabethæ* in choro Slesvicensi processionem fieri curet, cum cruce per comiterium, & ut 3. marcas ibidem dividat. Acta sunt hæc anno 1340. pridie *Michaelis*. *Waldemarus* etiam Dux *Jutiæ* sive *Slesvicensis*, Ecclesiæ Slesvic. præbendæ *Canonicali* annexit Ecclesiæ B. *Mariæ Virginis* in *Sodorp*, eam ob causam, quod in templo Slesvic. suorum progenitorum nimirum *Waldemari* avi, & *Erici* patris sui sepultura extaret, & ut sacrum

1340.

crum anniversarium in eorum memoriam celebraretur, ut ex literis subjectis patet :

Fundatio
Waldemari
Ducis ad an-
niversari-
um. Majorum.

1338.

Omnibus præsens scriptum cernentibus Waldemarum DEI gratia Dux Futiæ salutem in Domino sempiternam. Cum bona quæcumque temporalia in Ecclesiastica convertuntur, set vitia, sanctis in quibus sanctus sanctorum colitur, attributa Christianæ religionis professoribus, fide firma & spè indubitata certum est commutari in æterna. Quod nos pie considerantes, & indignum reputantes, quod præbendæ Cathedralis Ecclesiæ Sleswic. in qua nostrorum est sepultura progenitorum, adeo tenues sint atque exiles, quod ex ipsis secundum status sui exigentiam convenienter sustentari nequeunt præbendati. Et ideo unam dictarum præbendarum per Dominum Kilonem quondam Canonicum ibidem, quam nunc tenet Dominus Ivarus Bnudesen Canonicus ejusdem Ecclesiæ, meliorare & augere cupientes, de unanimi consensu & voluntate consiliariorum nostrorum volumus & præsentibus sentimus, ut Ecclesia, B. Mariæ Virginis in Slodorp, in qua nobis merum Jus competit patronatus, per venerabilem patrem Dominum Episcop. Sleswic. dictæ præbendæ anneclatur, & de ipsis unum & individuum beneficium sit perpetuo permansurum, ita tamen, quod quicumque dictam præbendam pro tempore habuerit, anniversarium nostrum post mortem nostram & anniversaria Waldemari, quondam avi nostri, & Erii patris nostri bonæ memoriæ, in eadem Ecclesia Sleswicensi faciat solemniter observari. Præsentibus dictis consiliariis nostris Dominis Marquardo Rugmor, Abel Waldemari, Ivaro de Reuentlow, Strimone de Ranzow, Sigfrido de Sehstede, Marquardo de Sehstede, Marquardo Rorlant, Marquardo de Wisch militibus, Siwart Erico, Marquardo Wulff, Wulff Powisch armigeris, & aliis præsentibus fide dignis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Gottorp. anno 1338: in crastino Nativitatis B. Mariæ gloriosæ virginis.

Hanc donationem Episcopus Helimbertus anno sequenti 1339. & Archi-Episcopus Lundensis anno 1383. confirmavit ut ex literis, quarum exemplar propter antiquitatem subjungimus, liquet:

Confirmatio
hujus
donationis.

1383.

Universis præsentibus literas inspecturis Magnus divina miseratione Archi-Episcopus Lundensis, Suetiæ Primas, ac Apostolicæ sedis Legatus salutem in Domino sempiternam. Cum a nobis petitur, quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo rationis exigit, ut illud per officii nostri sollicitudinem ad effectum debitum perducatur. Hinc dilectus filius Dominus Johannes Wineken Præpositus Ecclesiæ Sleswicensis literas quasdam parentes veris sigillis pendentibus Domini Helimberti quondam Episcopi Sleswicensis & Capituli, ut prima facie apparebat, sigillatas, non raras,

non cancellatas, non abollitas, nec in aliqua sui parte vitiatas, vel suspectas nobis personaliter præsentans, confirmationem contentorum in iisdem humiliter postulavit, quarum tenor sequitur in hæc verba:

Omnibus præsentibus scriptum cernentibus Hellenbertus DEI Gratia Episcopus Ecclesiæ Sleswicensis in Domino salutem sempiternam. Cum quæcumque bona temporalia in Ecclesiastica convertantur, set vitia, sanctis in quibus sanctus sanctorum colitur, attributa Christianæ religionis professoribus, fide firma, & spè indubitata, certum est commutari in æterna. Quod pie considerans inclitus Princeps Waldemarum ejusdem gratia Dux Futiæ, & indignum reputans, quod præbendæ Cathedralis Ecclesiæ Sleswic. in quo suorum est sepultura progenitorum, adeo tenues sunt & exiles, quod ex ipsis secundum status sui exigentiam sustentari nequeunt præbendati. Et ideo unam dictarum præbendarum fundatam per Dominum Riconem quondam Canonicum ibidem, quam nunc tenet Dominus Ivarus Bnudesen Canonicus ejusdem Ecclesiæ, meliorare cupiens & augere, nobis supplicavit, ut Ecclesiam B. Virginis Mariæ in Sudorp, in qua sibi merum Jus competit patronatus, dictæ præbendæ annecleremus. Nos ergo dicti Principis Waldemari piæ propositum commendantes, & dictæ præbendæ exilitatem & tenuitatem considerantes, ipsius justis precibus inclinati dictam Ecclesiam dictæ præbendæ de consensu suo & Capituli nostri Sleswic. anneclimus & adiuamus de dictis præbendæ & Ecclesia unum & individuum beneficium facientes, successoribus nostris super Cathedralico in omnibus sacro Jure. Insuper propter benevolentiam quam dictum Dominum Ducem ad Ecclesiam habere perpendimus, volumus & mandamus, ut quicumque dictam præbendam pro tempore habuerit, anniversariam ipsius Domini Ducis Waldemari quondam avi sui, & Erii patris sui, bonæ memoriæ, in Ecclesia Sleswicensi prædicta faciat, sub modo & forma, quæ sequuntur celebrari, ut pro sua & suorum progenitorum magnificentia sepultura videlicet, quod unumque anniversarium prædictorum, cum tribus Missis, una in Choro, & duabus extra Chorum celebretur, & in quolibet anniversario octo solidi Sterlingorum inter Dominos Canonicos, & octo solidi Lubecenses inter Vicarios chori distribuantur, qui personaliter fuerint in vigiliis & Missa. In cujus rei testimonium sigillum nostrum, una cum sigillo prædicti Capituli præsentibus est appensum. Datum Sleswig, Anno Domini MCCCIX. in ipsa die purificationis Mariæ.

Nos

Nos igitur devotis precibus prædicti Domini Johannis Præpositi inclinati prædictarum præbende & Ecclesie anxionem & adiunctionem, ac omnia & singula præmissa, pro ut rite & rationabiliter facta sunt, matura deliberatione præhabita autoritate metropolitana ratificamus, approbamus & ex certa scientia confirmamus, perpetuis temporibus valituram. In quorum notificationis, approbationis & confirmationis evidentiam sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Datum Lundis anno 1333. in crastino B. Mariæ Magdalene.

1338.

Magna anno
novæ caritas.

Anno 1338. passim in illis oris, quæ mari alluuntur, & a Frisii habitantur, pluvie & imbres tribus fere annis continuis effluerunt, quibus segetes propter nimiam humoris abundantiam putrescebant, & ne provenirent, impediabantur. Hanc cæli intemperiam tanta annonæ caritas subsecuta est, ut passim homines fame contabescerent; sed & arista, quæ in locis editioribus crevissent, aëre puro & loco patulo propter pluviam continuam siccari non potuerunt. Itaque necessitas homines coegit, nova remedia querere, segetes demessas, vexillo molæ, quæ vento agitatur, alligarunt, per dies & noctes quadraginta, ut motu illo veloci sicarentur, & ad solem torrerentur: sed nec propter pluviam diuturnam sal confici potuit. Quibus de causis fiebat, ut homines alimentis destituti passim extinguerentur. Vermes etiam multis in ventriculo generabantur, qui mortuis ex ore magna copia serpebant. Idque propter neglectum DEI cultum.

1340.
Orronis Regis infelix
contra Hol-
satos bel-
lum.

Pax.

aliud bel-
lum.Die Gnus-
haver,
militum
genus.Gerhardus
Comes Hol-
sue. inter-
fici.

Anno 1340. Christophoro Rege mortuo, Otto Rex, Christophori filius bellum contra Hofatos a patre ceptum renovat, sed infelici Marte. Hofati enim, collecto exercitu, Ducatum Slesvicensem transeuntes Jutiam invaserunt, ubi non procul a civitate Wiburgensi collatis signis Regem superarunt, & in arcem Segeberg captum adduxerunt: Sed misso ab Imperatore Comite Henneberg, Lubecani, pax quidem inter Danos & Hofatos fuit tractata, & quidem frustra, non ita tamen multo post Rex certis conditionibus in regnum restitutus, est, quibus a Rege non servatis bellum iterum inter illos recruduit, & quidem Comes Gerhardus militem ex locis ad Rhenum & Westphalia collegit, qui vulgari nomine a vestium brevitate die Gnushaver appellati fuerunt. Hi in Jutiam impetu facto illam ferro & igni late vastarunt, quod Rex illis resistere non auderet. Cumque castra deinde Randerbissi collocasset, Comes a nobili quodam Nicolao Ebseno Dano, ex Jutia oriundo sibi antea familiarissimo nocte intempesta nihil tale expectans, fuit confossus, quod antea Nobilem illum injuria quadam affecisse dicebatur.

Hiscæ cognitis, omnes qui Comitem sequebantur, in magno luctu & trepidatione erant, corpus Irzeboam delatum & ibi sepultura traditum fuit. Interim tamen Juti filios Ger-

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

hardi non deseruerunt, sed in Selandiam trajicientes Ebsenium, qui in arcem Kallenburg profugerat, persecuntur, eamque obsident & expugnant. Ibi ad duo mille Danorum occisi, & Ebsenus captus, & in quatuor partes dissectus rotæ impositus fuit.

Eodem anno Hellinbertus Episcopus Lubecam recesserat, quod ei in diocesi Sleswicensi commorandi facultas non daretur. Quoniam enim Gerhardi filius Henricus ferreus & Nicolaus ad vindicandam cædem patris in Selandia & Jutia bellum gerebant, omnia armis perfurebant.

An. 1341. ope Marchionis Brandeb. Ludovici Waldemarus Christophori filius in regnum fuit restitutus, cui Waldemarus Dux Sleswic. filiam suam in uxorem dedit, nuptiis in castro Sunderborg celebratis.

Anno 1342. Nicolaus Comes obsidens arcem Bramberg in Fionia, militesque sibi in eadem rebelles, circumventus a Danis in exequiis matronæ cujusdam nobilis oculum amisit. Civitatem item Flensburgensem possedit, & muro cinxit, arcem etiam non procul a civitate ædificare cepit, eam Nienhufs appellavit, quæ jam diruta est. Vbi, quam diu bellum cum Davis flagraret confedit, militibus collectis ex præfecturis Wilstermarsch, Hadelmarsch, Westede, Nordtorp, Bramstede, Koldenkercken, & Kellinghusen, quos usum militare sedulo docuit, & inter alia in morem perduxit, ut pagus major equum & equitem aleret, & duo pagi minores similiter pro armatura autem uterentur casside, amiculo ferreo, intexto corrigiis latis, chirothecis ferreis, brachialibus duobus, clypeo & arcu corneo.

Waldemarus autem Rex interea collecto exercitu arcem Dorning oblidere decreverat. Quibus cognitis, Comes 300. expeditos milites in arce collocavit. Cum autem Henneke Lembecke, ad quem arx hæreditario jure spectabat, oblidionem diutius sustinere non posset, quod comiteatu destitueretur; Comes se illi subventurum significari jussit. Obfessi ea de re certiores facti de die & tessera convenerunt, nimirum qui hac voce Holstenlandt & Domina de celo uterentur & clamarent, intromitterentur. Ita in arcem recepto milite, alacrius obsidentibus resistenterunt, & conflictu quodam 200. Danos, una cum amplis spoliis ceperunt, reliquosque in fugam conjecerunt.

Anno 1350. Nicolaus Brun Episcopus Sleswicensis exortus est per viam resignationis. Hac tempestate etiam motus excitati fuere, inter Kilonienses & Nobilem Henneke Lembecke, qui indigne ferens, duos prædones ex familia sua Kilonii captis supplicio affectos, Kiloniensium hostis factus, cives quosdam Eckernförde ad nundinas proficiscentes, ad rivulum Bøsebecke invasit, quosdam etiam abduxit.

Hoc anno maxima pestis per totum orbem grassabatur & in Ducatu Sleswic. & finitimis

Supplicium
interfecto-
rum.

1341.

Nuptie
Waldema-
ri Regis.

1342.

Nicolaus
Comes Hol-
sue. oculum
amissit.Ejus laus
militaris.Waldema-
rus Rex
arcem
Dorning
ne quic-
quam ad-
oritur.

1350.

Nicolaus
Brun Ep.
Sleswic.
Henricus
Lembecke
hostis Kilo-
niensium.

1351. nitimis locis lues ita sæviit, ut vix quinta hominum pars manserit superstes, quæ & sequenti anno 1351. *Eiderstadiam* & finitima loca invadens vix quartam partem hominum superstitem reliquit.

1352. *Nicolaus* autem Episcopus ecclesiis locupletandis & provehendis se totum dedit, & anno 1352. confirmavit beneficium quoddam Monialibus concessum ad instantiam Nobilium quorundam de Seltadt, reservato jure patronatus Capitulo, quo tempore etiam domicilium habuit *Svævestedii*. Sed & anno 1357. *Nicolaus* prædecessorum suorum privilegia, nempe Episcopi *Baroldi* & *Johannis*, senatui & populo *Flensburgensi* data confirmat, quorum summa hæc est: *Ne quis Senatorum aut civium, qui in civitate habitant, extra limites & territorium ejus vel minutiones, auctoritate & mandato Episcopi & aliorum Prælatorum citari debeat; Jure tamen Episcopali & aliorum Prælatorum Ecclesie Sleswic. intra moenia salvo & penitus reservato.* Acta hæc *Svævestadii*.

1357. *Nicolaus Ep. Flensburgensis* privilegia confirmat.

Anno 1357. accepit Capitulum Slesw. beneficio Archidiaconi *Johannis H. Witing* bona in *Grumbuy* & *Torsnes* libera ab omni petitione. *Jacobus* item *Sralingus* sacerdos anno 1356. prædium, quod in *Struskum* habebat, in salutem animæ suæ Capitulo Sleswicensi est largitus.

1358. Anno 1358. *Dithmarsci* in *Lunden* & *Hamme* habitantes de cæde cujusdam *Nicolai Rickrat* cum Episcopo *Nicolao* transigunt, fide data, se ipsius mortem non ultoros, nec in ipsum, successores & familiam ejus quicquam tentaturos.

1362. *Henricus Ep. Sleswic.* Anno a nato Christo 1362. *Henricus* Episcopus Sleswicensis electus fuit. De patria, gente & familia, unde ipsi origo fuit, nihil memoriæ proditum est. Hoc anno ruptis alveis mare inundavit oras illas, quæ aggerum beneficio mare excludunt, & *Frisiæ* appellatione continentur, hoc est, *Eiderstadiam Strandiam* & loca vicina, factaque est exundatio maxima ea nocte, quæ secuta est diem festum Nativitatis Mariæ; usque adeo ut propter multitudinem hominum, qui in undis perierunt, & submersi fuerunt, vulgo inundationem illam die *Grosse Manntranck* nominarunt, quasi dicas *hominum submersionem maximam*. Et recte. Nam triginta Parochiæ una cum templis & plures illa inundatione perierunt, quarum nomina hæc sunt:

Nomina Parochiarum, quæ suis illuvie aquarum perierunt.

In Præpositura majore in *Sundergoeshardt* parochia *Wartinghusen* submersa est. Item Parochia *Ham* & adhuc una, cujus nomen in Catalogo, ab Episcopo *Nicolao* confecto, legi non potuit, quod situ oblitteratum esset.

In *Nordtgoeshardt* Parochia *Gekerbull* quæ in proximo *Horne* sita sunt.

In Præpositura *Eiderstadiana* Parochia *Joentflet*, item *Capella Regis*.

In Præpositura *Strandensi* in *Edomsharde*.

- Parochia *Ilegrofft.*
 - Parochia *Brumeke.*
 - Parochia *Stuntebull.*
 - Parochia *Halgenafs.*
 - Parochia *Niegedam.*
 - Parochia *Rugholt.*
 - Parochia *Ackenbull.*
 - Parochia *Gunder Morflot.*
 - Parochia *Feddering Man oder Rip.*
- Im *Pilwormer Harde*, submersæ.

- Parochia {
- Hoge.*
 - Waldthufen.*
 - Heuerdam.*
 - Balun.*
 - Gottmerfsbull.*
 - Suderwick.*
 - Norderwick.*
 - Flendefsbull.*
 - SinerdtCapel.*
 - Karftine Kercken.*

In *Wircksharde*:

- Parochia {
- Juenbull.*
 - Sudermarfch.*
 - Nordermarfch.*
 - Langenefs.*

In Præpositura *Witha* in *Boking Harde* subm.

- Parochia {
- Olmershufen.*
 - Spinckebull.*
 - Vendal.*

In *Veldtring Harde*.

- Parochia {
- Redtwerdtman Capella.*
 - Bolte.*
 - Himpfeinse.*
 - Hatelen.*
 - Brode.*
 - Vnderheyens.*
 - Ockholm.*
 - N. situ oblitterata.*

In *Horsbul Harde*.

- Parochia *Wipenbull.*
Im *Silt.*
Parochia *Stednen.*
Parochia *List.*

Atque hæc sunt nomina Parochiarum, quæ in Catalogo *Nicolai* Episcopi Sleswicensis vetusto & situ obducto, ut difficulter legi potuerit, reperta fuere. In quibus recensendis si alicubi hallucinati sumus, dabit æquus lector veniam scripturæ, situ pene deletæ & oblitteratæ. Sed & ante hæc tempora inundationibus ex Parochiis, quas recensuimus, quasdam interuisse verisimile fit mihi, quæ rudi illo sæculo a nemine fuere annotatæ. Sed nec homines tantum illa inundatione perierunt, sed & pecora in pascuis & agris submersa mare sustulit. Quin & vitularum strages magna facta est. Inundationes autem præfagia & signa futurorum bellorum

Inundationes signa futurarum calamitatum.

lorum & calamitatum, testis est historia & experientia. Nam & in sacris literis infortunia & calamitates inundationi conferuntur, & præmonet Deus suos ut resipiscant, & iræ suæ signa advertant.

1374. Anno 1374. Feb. 9. *Waldemar* exactio-
nibus omnem oram maritimam prægravavit,
& omnia illis privilegia ademit.

Anno 1399. templum *Brackelung* plum-
bo tectum a *Davis* incensum conflagravit,
& omnes qui in id tanquam asylum se rece-
perant, fuere interfecti.

Anno 1376. Capellum *Flensburgi* ædifica-
re cœpit *Sunke Kuhle*.

1372. Anno 1372. *Johannes* de Schöndefeldt
Johannes alias *Hofs* cognominatus Episcopus Sleswic.
Ep. Slesvic. creatus fuit a Papa, ut quidam notarunt,
Ejus facta. missus quo tempore *Magnus* Archi-Episcopus
Lundenlis vixit. Hic Episcopus variam
fortunam est expertus, & in calamitates in-
cidit majores, quam ullus antecessorum. In-
itio tamen administrationis confirmavit sta-
tuta *Haderslebiens.* & turrim lapideam in ar-
ce *Swauestedt* ædificavit. Subditi etiam
Sleswicensis Ducatus hac tempestate maxi-
mis bellis & incursionibus hostium vexati &
fatigati fuere.

1387. Anno 1387. die *Waldeburgi* maxima ex-
titit inundatio, qua plurimi tam homines
quam pecudes submersi fuere in *Frisia*. Eo-
dem anno *Ditmarfi* de finibus suis exeun-
tes in *Holfariam* depulsi sunt. Sed & Præ-
fecti domum *Segebergæ* & *Bornebowadæ* &
curiam in *Bogemülen* demoliti sunt. Po-
stridie Dominus *Johannes* frater Regis *Daniæ*
collecto exercitu cum *Ditmarfis* congressus
ad pontem *Buſswick* confixit, & quingen-
tos occidit. *Waldemar* Rex anno 1375.
moritur, qui Ecclesiæ Sleswicensi dederat a-
pocalypseos librum imaginibus inauratis

Mors Wal-
demari Re-
gis.

1375. & laminis argenteis exornatum, addita com-
Apocalypse-
os libri i-
maguncu-
lis aureis. minatione anathematis, si quis illam vel fur-
tive, vel potestative subtraxisset. Cyphum
etiam auri puri eidem Ecclesiæ est largitus,
de quo *Calix* factus.

1389. Anno 1389. *Johannes Desblevus* Rector in
Kiel bona sua & rus in *Klapholdt* in suam &
suorum memoriam in choro celebrandam Ca-
pitulo Sleswicensi est largitus.

1388. Anno 1388: Consecratur Ecclesia *Vhenis*
a Capitulo, & Episcopus Sleswicensis cum
Comitibus *Holfariæ* foedus init, quod male

1389. cessit. Anno nimirum 1389. 8. Sept. Comi-
tes arcem *Swauestedt* contra foedus obsede-
runt & occuparunt, sine ulla belli denuntia-
tione præeunte, idque consilio cujusdam
Henrici de See, Præpositi Sleswic. & hac ra-
tione a *Johanne* Episcopo 2000. flor. extor-
serunt. Propter bella itaque continua *Johan-*
nes Episcopus castrum *Swauestedt* cum pro-
ventibus diæcesis per aliquot annos D. Regi-
næ *Margaretæ* coactus fuit oppignorare
pro 300. marcis Lubecens. quotannis solven-

Episcopus
Slesvic. ar-
cem *Swaue-*
stedt oppi-
gnorare co-
gitur.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. II.

dis. Fuit hoc ipso die Martini in Curia sua
habitationis *Lubecæ*, [ubi] quotannis solve-
bantur. Regina castrum *Swauestedt* cuidam
Nicolao Suerſen equiti aurato commisit: qui
tandem eo licentiæ prorupit, ut *Frisios E-*
derſtadianos plerosque in carcerem conjice-
ret, & ab illis plus, quam 400. marcas ex-
torqueret. Sed ejus ministri & domestici
in Ducatu Sleswic. maximum damnum da-
bant, quod quotidie excurrerent, & e-
quos, boves, & id genus bestias abducerent,
& latrocinia exercerent. Huc accedebat,
quod cum *Harrwicis* Breide castrum acce-
pisset, is *Vitalianos* in mari piraticam exer-
centes ibidem aleret. Tandem itaque anno
1406. Dux *Henricus* & quidam viri prima-
rii *Hamburgenses* *Swauestede* multis navigiis
venientes ibidem invenerunt bona mercato-
rum, quæ a piratis direpta essent. Præfecto itaq;
accusato & convicto, Dux & *Hamburgenses*
castrum in suam potestatem redegerunt, id-
que multos annos retinuerunt. Imo castrum
Swauestede non rediit ad manus Episcoporum
Sleswicensium ante annum Domini 1430.
Eo nimirum anno *Nicolaus Wulff* a rusticis
& colonis ad id magna argenti summa con-
tributa, ab *Henrico* Meinstorp idem redemit.

1406.

Arx redi-
mitur.

B Anno 1399. *Gerbardus* Dux Sleswicensis
confirmavit privilegia Episcopi *Johannis*
Sleswicensis, item privilegia Canonorum
ejusdem Ecclesiæ, ut patet ex literis, quæ
fol. 56. *Swauestedt* extant.

1399.

Anno 1402. Regina *Margaretæ* prædium
Brodersbui una cum prædiis adjacentibus
ad structuram templi Sleswicensis donata
destructa, quæ in honorem Regis *Erici* ædi-
ficata erat, qui illam conservandam petierat.
Missæ solita fuerat celebrari in Capella a Ca-
nonico quodam ante summam Missam & *Re-*
ginæ Missa dicebatur. Bona illa a Rege sunt
recepta, & in alium usum translata.

1402.

Donatio
Reginæ
Margare-
thæ.

Anno 1403. Comes *Albertus* equo excus-
sus moritur die *Michaelis*, sepultus *Izeboæ*,
postquam *Ditmarfos* gravissima clade affli-
xisset.

1403.

Alberti Co-
mitis mors.

Eodem anno *Eiderſtadiani* septentriona-
les matronas aliquot honestas *Ditmarſas*
rapuerunt, easque in templo *Tonningen-*
ſi asservarunt. Eam rem *Ditmarſi* gravi-
ter & indigne tulerunt, usque adeo, ut res
ad pugnam spectare videretur, quod *Dit-*
marſi vim vi repellere decreverant. Nam
mariti, quibus conjuges ereptæ erant, multi-
tudinem querelis concitabant, ut vix mo-
tus continere possent. Paulo post *Ditmarſi*
loco solito congregati spem fecerant fore, ut
brevi liberarentur, & imprimis agnati pro-
ximi, ad quos illa injuria maxime pertinebat,
qui amicitia & viciniæ foedus violatum que-
rebantur. Ita quinto post die domo egressi
in *Eiderſtadium* impetu facto, obvium quem-
vis invadunt, omnemque agrum longe la-
teque vastant, ædibus & tectis incensis, &

Ira *Dit-*
marſorum
in *Eiderſta-*
dianos.

ita matronas illas raptas incolumes reducunt. *Eiderstadiani* metu perterriti fugiunt, quæ omnia futuri belli præludia extitere.

1406. Anno 1406. *Eiderstadiani* expugnarunt Stenburg & Reimarum Seestedt interfece-
runt.

1408. Anno 1408. egressæ tres præfecturæ, vulgo Drey harde, glacie iter facientes ut arcem Swauestedt oppugnarent. Horum quidam cæsi, quidam fuga evaserunt, quidam etiam argento sese redimere coacti fuerunt.

1410. Anno 1410. *Magnus* Münck & Scharpen-
teiger cum exercitu a Rege *Flensburgum* A
missi, ut finitimam regionem vastarent; cum
in *Frisia* ampla spolia reportassent, tandem in
planitie prope Eggebecke manu conferta cæ-
li fuere. Anno 1408. mandat Episcopus

Cura Jo-
hannis Ep-
Sleswic. cir-
ca ædifica-
tionem
templi.

Johannes omnibus parochianis Ecclesiis & sacellorum provisoribus, ut dimidiam omni-um proventuum partem erogent, tam ex decimis, quam aliis redditibus, ad ædificandam Ecclesiam Slesw. quæ collapsa & ruihosa erat. Id autem in mandatis datum fuit *Henrico* de Schee, qui tunc propositus & structuarius erat, ut is tanquam fidelis archi-
tectus omnia colligeret. Eo tempore ædifi-
cari cœpit australe latus templi Sleswic. B

Controver-
sia Episco-
pi cum vi-
dua Ducis
Gerhardi.

Circa hæc tempora maximis motibus cau-
sam dedere inter viduam (quidam hanc *Eli-
sabetham*, quidam *Catbarinam* vocant) Ducis
Gerhardi, & *Johannem* Episcopum Sleswi-
cens. pecuniæ illæ, quas Dux *Gerhardus* in
bellum Dithmarsicum mutuas acceperat, &
vidua reddere recusabat. Ut tamen hæc con-
troversia transigeretur, Comes *Holsatiæ Hen-
ricus* una cum suis & viduæ Nobilibus sese
interposuit, & de pace inter viduam & E-
piscopum tractare cœpit. Jamque omnia
pacata & transacta videbantur, usque adeo; ut
Episcopus nihil mali suspicaretur; Ibi quin-
que post menses *Timmo* Ronnow, *Wulfar-
dus* Powische & *Laurentius* Hesten, milites
& consilarii primarii Ducis viduæ inierunt
consilium, de *Johanne* Episcopo abducendo
& in carcerem detrudendo. Itaque ut consi-
lia in effectum deducerent, Anno 1410. 17.
Februarii Nobiles prædicti crepusculo vesper-
tino, cum Episcopus *Johannes Flensburgi*,
ubi eo tempore diversabatur, cubiculum in-
gressus esset, cubitum iturus, subtili produ-
ctione ostiorum hospitii januas aperiri cura-
runt, & hospitium magno armatorum tumultu
ingressi, ensibus strictis, balistis & arcibus
tensis Episcopum, nihil tale metuentem, &
diurnis vestibus nudatum invaserunt, & vi-
rum nobilem *Hennikonem* armigerum mini-
strum * *cazinæ* Episcopi in ejus conspectu
crudeliter trucidarunt. Officiales item mini-
stros, collectores, presbyteros & clericos, qui
in hospitio Episcopi reperiabantur, immiseri-
corditer verberarunt. Episcopum etiam
Johannem ambobus brachiis & cruribus hu-

Atrox im-
perii Nobi-
lium vi-
dua in Epi-
scopum.

mi serpere coegerunt: Eidemque etiam se-
ptem vulnera infixerunt, minimumque di-
gitum manus dextræ mutilarunt. Tandem
capite & pedibus nudis semi amictum Epi-
scopum in equum sustulerunt, strigosum &
claudicanrem, eumque ad castrum Ecclesiæ
Sleswicens. Stubbe deduxerunt, & iisdem
artibus castrum occuparunt & demoliti sunt.
Sexto post die, quam hæc facta essent, milit
Dux vidua *Laurentium* Hesten ad castrum
Stubbe, qui *Marquardo* & *Ivaro* Episcopi
officialibus mandaret, qui *Timoni* & *Wulfar-
do* castrum Stubbe traderent, quemadmodum
ea de re convenerat, antequam Episcopus
captus esset. Quod factum est, ibi exactio-
nibus colonos ad castrum spectantes misere
mularunt, & ab iis, 1000 marcas extorse-
runt, omnibus desolatis & solo æquatis, ut
multis annis restaurari non potuerint. Nec
his contenti anno 1411. 1. Julii *Timmo* Ron-
now, *Ericus* Krummendick *Otto*, Seestedt, *Lud-
der* Storm, *Otto* vom Knope inito consilio cum
Præfecto arcis Swauestedt *Sinerdt* Harsen, ar-
cem occuparunt. Præfectus enim aditum
eis patefecit, intromissis aliquibus, quo us-
que numero superarent Episcopi ministros.
Episcopum deinde *Johannem* vinctum &
colligatum per diocæsin Sleswicens. 9. vici-
bus, ut omnibus ludibrio esset, de loco ad lo-
cum deduxerunt. Postremo cum libidinem
explevisent, cum Episcopo de liberatione
tractare coeperunt, cui rei se veluti arbitrum
interposuit *Benedictus* Powische. Res iis
conditionibus composita est, ut Episcopus
700. marcas solveret, & ita custodia & ca-
pivitate liberaretur. Quam summam cum
ab eo extorsissent, carcere laxatus fuit. Pro
ea summa adhuc obligatæ sunt quædam Ec-
clesiæ Sleswicens. possessiones.

Johannes Episcopus, carcere liberatus, *Ro-
mam* magnis itineribus contendit, et rem om-
nem Pontifici exponit, efficitque ut citatio
decerneretur contra viduam Ducem Sleswi-
censem, ac Dominos *Timmo* Ronnow, *Wulf-
fardum* Powische, *Laurentium* Hesten, mili-
tes, *Marquardum* fratrem *Timmonis*, *Suanum*
fratrem *Wulfardi*, *Wittingk* Henning, fami-
liares ipsius *Ivari*, *Luderum* Peterssen, *Sture*
Schmidt, *Holke* familiares dicti *Timmonis* ac
Ewaldum Wuntfeldt, *Marquardum* Stendeke
& *Schuteken*, familiares dicti *Wulfardi*, *Eri-
cum* Krummendicke militem, *Sigfridum* Har-
menssen, ac Dominos *Henricum* de Sehe, præ-
tentum Præpositum, *Nicolaum* Butterfeldt
Cantorem, *Johannem* Hauschildt, *Timmonem*
Boder Canonicos Ecclesiæ Sleswicens. *Otto-
nem* Seestedt, *Ottonem* Knop & *Luderum*
Storm personaliter, & contra eorum perso-
nas, nec non contra Dominum *Henricum* Co-
mitem *Holsatiæ* & complices eorum quos-
cunque. Adversarii Episcopi *Johannis* hac
excusatione & exceptione se adversus accusa-
tiones ipsius tutati sunt, quod dicerent: Epi-
sco-

1411.

Episcopus
captus pro
ludibrio
circunducitur.

Præsum
redemptio-
nis ejus.

Johannis
Episcopi
querela ad
Pontificem.
Nomina
reorum.

* Forte: culina.

Horum de- fensio & exceptio- nes. scopum sibi ipsi imputare debere, quod tam inhumaniter exceptus esset, ut quorum causa ipse extitisset, quod castrum in Regis Danorum potestatem redigere conatus esset, unde in Holsatos impetum facere & excurrere posset. Idque ab eotempore, quo bellum inter Daniam Regem & Duces Sleswicensis exortum esset, eum molitum esse. Deinde quod fidem, quam Duci viduæ dederat, fefellisset. Cum enim viduæ consiliarius esset juratus, eum ab ea defecisse, & contra ipsam Ducem ejusque Ducatum, & suum filiorumque suorum statum ad partes Regis declinasse, seque partem constituisse, inque hoc unum incubuisse, ut arces & munitiones Ecclesia Sleswicensis in potestatem & usum Domini Regis in præjudicium Ducatus Sleswicensis pervenirent, & inter cætera castrum *Suavestedt*. A Rege autem Episcopum stetit, ex illo constat, quod regiis militibus *Flensburgo*, uti supra relatum est, egressis bene fuerit precatus, eorumque fortitudinem prædicaverit. Tandem vero post multas concertationes hæc lis anno 1411. fuit sopita, his conditionibus, uti Episcopo de spoliis & injuriis non solum satisfaceret, sed etiam Clero Sleswic. uti sua pristina libertas relinqueretur, electis ad hanc rem arbitriis *Henrico de Sehe*, Præposito, *Nicolao de Butterfeldt*, *Erico Krummedick*, & *Ottone de Knope*.

Compositio- nis.

Anno 1400. Comes *Nicolaus*, frater *Henrici* ædificavit monasterium *Arensböcke*, ubi Carthusiani habitarent, etiam arcem *Flensburg* ædificavit, & muro cinxit civitatem, mortuus est anno 1400. in Curia *Ofthoff* prope *Itzehoe*.

Mors Co- mitis Hol- sar. Nicolai

1412. Inundatio *Cecilie*.

Anno 1412. inundatio maxima extitit, quæ vulgo *Inundatio Cecilie* nominatur, quod eo die illa contigisset. Eodem anno arx *Glambecke* expugnatur a Rege *Erico*, viris Ecclesiasticis ibi interfectis.

1416.

Anno 1416. *Holsati* recuperant *Fehmern*, oder *Glambecke*, *Koningsburg* vallatur & *Stubbe* ab *Erico* solo æquatur.

Mors Jo- hannis Ep.

1421.

Anno 1412. Regina *Margaretha* castrum *Bröderfsbuy* Ecclesie Sleswicensis in perpetuum donavit. *Johannes* Episcopus, cujus mentio supra sæpius facta est, obiit, anno 1421. postquam 49. annos Episcopatus præfuisset, sepultus ad latus Chori quod Austrum spectat. Lapis sepulchralis nullus extat, sed in pariete depicta est Episcopi effigies, in Cathedra sedentis, cum hac inscriptione, quæ ante multos annos calce oblita legi non potuit, nunc tandem calce avulso & de muro crasso apparuit & conspicua facta est:

Inscriptio.

Anno Domini M^oCCCC XXI. octava die S. Laurentii, obiit Johannes Scandeleff natus dicitur Episcopus Slesw. Doctor Theologia, qui sedit quadraginta novem annis hic sepultus.

1423. *Henricus Ep. Slesw.*

Anno 1423. *Henricus* von dem *Sehe* Nobilis ex Præposito Episcopus Sleswicensis, autoritate Comitum *Holsatie*, quorum Cancellarius fuerat, creatus fuit. Hic quod

semper partes Comitum fuisset secutus, imo consilium dedisset, ut arcem *Swauestedt* Regina *Margarethæ* oppignoratam recuperarent; Comitibus quidem gratosus, sed *Danis* invidus fuit. Ideo etiam *Petrus* Archiepiscopus *Lundensis* in hanc electionem non solum consentire recusavit, sed etiam interdicto promulgato prohibuit, ne bona & proventus Episcopales *Henrico* traderentur, donec litis pendentia super diocæsi Slesw. in Curia *Romæ* per sententiam esset determinata. Sed & fructus in sequestro positi fuerunt sub manibus *Nicolai Wulfardi* Canonici *Haderslebiensis*, *Petri Figolphi* Presbyteri *Flensburgensis*. Fuit hoc anno 1425. Sed tandem anno 1456. a *Lundensi* primum agnoscitur pro Episcopo Sleswicensis administratio tamen illius diuturna non fuit. Bienio enim post Episcopatum libere resignavit Episcopo *Nicolao*. Hic Episcopus cum Comitibus *Holsatie Henrico* & *Nicolao*, postquam arcem *Swauestedt* occupassent, de Capituli consensu transegit, & fidem dedit, se quoad viveret, non commissurum, ut ex eo castro Ducibus Sleswicensibus damnum inferretur, neque Duces castro damnum illaturos esse. Qua de causa & cives *Hamburgenses* anno 1427. *Johannem Klepken* Contullem captum in ædibus *Pedelli* ætinuerunt, quod in expeditione contra castrum *Suavestedt* repertus fuisset.

Contro- versia ejus de Episcopatus possessione.

1425. 1456.

Resignat sedem Episcopo Nicolao.

Anno 1423. Episcopus *Henricus* vendidit prædium *Satropholm* 1500. marcis *Lubec. Henrico* ab *Alefeldt*, ut ex literis super ea emptione confectis & *Suavestedt* servatis colligitur.

1423.

Anno 1423. mediante legato Regis *Sigismundi Rumpoldo de Slesia* Rex *Daniae* Ducem *Ericum* in gratiam recipit.

Anno 1424. *Ericus* Rex contra *Henricum* Ducem, in *Ungariam* citatum, sententiam obtinuit. Anno 1422. *Fimbria* a *Danis* vastata fuit, arx *Doennigen* autem obsessa, ab *Henrico* Duce comætu sublevatur. Anno 1423. ea fuit hyemis asperitas, ut mercatores mari gelu concreto *Lubeca* in *Borussiam* usque equitarint.

1424.

Anno 1426. *Holsati Fimbriam* receperunt. Anno 1426. *Ericus* Rex *Danorum* obsedit castrum *Gottorp* & civitatem *Slesw.* quod civitates *Hansaticæ* fere omnes ægre ferentes constituta die congregati, Regi per literas mandant de pace facienda. Quibus lectis omnes, qui castrum obsederant, vallo, quod fecerant, relicto obsidionem solverunt.

1426.

Gottorps- um obside- tur. Auctoritas de: Auf- hestede.

Anno 1427. *Henricus* Dux *Sleswic.* Comes *Holsatie* moritur vespera *Ascensionis* ex vulnere quod in fossa *Flensburgensi* acceperat cum summo mane sepem transfuisset. Eodem anno *Gottorp* iterum a Rege *Erico* obsidetur, qui in proximo monte *Hesterbergk* arcem novam extruere decreverat duplicibus fossis, ex loco muri altis stipitibus & sudibus præacutis illam munire, Dux contra fossas fieri jusserat circa *Sleswic.* non

1427.

Mors Hen- ricus Ducis Sleswic. Rex Ericus obsidionem Gottorps. metu Hansaticæ fœderis solvit.

minus altis, fudibus etiam prope circum circa compolitum in formam muri eique prelidium 600. sagittariorum imposuerat, qui *Hamburg* venerant. Rex ubi literas accepisset, a feialibus civitatum Hansicarum, tormentis & reliqua belli munitione relicta *Slesvicum* profugit.

Anno 1406. ædificata fuit a Rege *Erico* in *Schwänzen* arx *Koningsborg*, sed & aliam non longe a villa *Wildtspang* extruxit, & tertiam ad fluvium *Trehne* ex latere Ducatus. Arcibus hisce extructis exercitum collegit, & castra in *Jurgensborg* posuit. Noctu autem *Holfati* Equites *Siam*, ubi minima fluminis altitudo erat, vado transeunt, & impetu in *Danos* facto, omnes ad unum cædunt, & una cum navibus spoliant. Paulo post arcem *Wilsbangk* demoliantur & solo æquant, item arcem *Fresenborgk* & arcem *Koningsborgk* dereliquerunt. *Holfati* etiam eo tempore arcem *Tundern* recuperarunt.

Anno 1421. die *Stephani* maxima extitit inundatio. Item anno 1428. die *Michaelis*. Anno 1428. *Wilhelmus* ope *Holfatorum* vicit oppidum *Apenrade* & castrum *Brunlundt* cepit.

Anno 1429. *Nicolaus Wolfius* Episcopus *Sleswic*. exortus est *Rendelsborgk* natus, patrem habuit *Henneken Wulff* & matrem *Gretthe*, ex civium ordine procreatos. *Dominica* *Qualimodogeniti Romæ* consecratus fuit, sedente *Martino* Papa, in profesto Corporis Christi in oppidum *Sleswic*. introductus, a Principibus *Adolpho* & *Gerhardo* splendide receptus fuit. Episcopatum annos præfuit 45. quibus elapsis, successori suo *Helrico* Episcopatum cessit, & post cessionem vixit annos septem. *Nicolaus* etli parentibus tenuioris fortunæ natus, tamen de Ecclesia *Sleswic*ensi, quam insigniter locupletavit, optime meritus est. Anno 1430. ut supra dictum est Episcopatum ab *Henrico Menistorp*, cui is a Ducibus *Sleswic*. oppignoratus erat redemit 980. marcis *Lubec*. quamplurimos colonos & emphyteas emit, & Episcopatum adjunxit.

Privilegia etiam Ecclesiæ strenue apud Reges *Daniæ* & Duces *Sleswic*ens. defendit. Multum etiam argenti vivus in usus Ecclesiasticos legavit. Xenodochia etiam in *Rendelsborg* & *Eckernförde* fundavit & erexit. Lecturam etiam *Sleswic*. fundavit, & Curiam Episcopalem *Sleswic* & *Haderslebi* ædificavit. Anno 1434. permutat bona & rus *Ramstedt* possessionibus in *Popholdt* & aliis colonis cum Duce *Adolpho*.

Sed frater *Nicolai* Episcopi multa largitus est Xenodochio *Sleswic*. Extant hac de re literæ in archivis pauperum. Notandum est hic etiam, *Laurentium* *Leuen* habuisse ex mandato & commissione Capituli ditonem *Wilterharrel* in insula *Foer*, quod fuerat oppignoratum *Nicolao* Episcopo & *Conrado Conradi* pro bis mille marcis a Rege

Christierno. Rex autem neque summam capitalem atque reditus, quoad vixit, solvit, neque de redemptione verbum fecit. Sed & Episcopus *Nicolaus* interfuit inaugurationi & unctioni Regis *Christophori*, quæ *Ripis* facta est anno 1443. die Circumcisionis, ut ex exemplo sequentium literarum colligitur:

In nomine Domini Amen. Anno a natiuitate Domini 1443. Indictione 6. ipso die Circumcisionis Domini, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Felicis Papæ V. anno ejus tertio, in nostrorum Notariorum publicum testiumque infra scriptorum presentia personaliter constitutus Reverendus in Christo Pater & Dominus, Dominus *Nicolaus*, Episcopus *Sleswic*ensis nos Notarios tempore, quoad statim in Choro Ecclesiæ *Ripensis* per Reverendissimum in Christo Patrem & Dominum *Dominum Johannem Archi-Episcopum Lundensem*, & Episcopos provincie *Lundensis* ibidem congregatos iungi & coronari deberet, Serenissimus Princeps & Dominus, Dominus *Christophorus*, *Daniæ*, *Suediæ* & *Norvegiæ* Rex, *Bavariæ* Dux, Comesque *Palatinus Rheni* instanter requisivit, ut super juramento per dictum Dominum *Christophorum Regem* statim in eodem tempore præstando, ad cautelam futurorum sibi unum vel plura conficeremus vel confici faceremus publicum vel publica instrumentum vel instrumenta. Paulo post descendit dictus Dominus *Johannes Archi-Episcopus* cum suis suffraganeis presentibus in Archivario Ecclesiæ *Ripensis*, in quo dicta depositio facta extitit, & eundem Dominum *Christophorum* in *Archi-Regem* regni *Daniæ* consecravit & injunxit, eodem Rege in *Carbedra* regali in ostio occidentali ejusdem Chori preparato, regalique corona ornato, *Dalmatica* ac *chorali* cappa induto ac magnificis Principibus & Dominis *Wilhelmo Brunswicensi*, *Adolpho Sleswic*ensi, *Waltmaro Sleswic*. ac *Friderico Bavariæ Ducibus* aliis officialibus & militibus suis sibi solenniter astantibus, accessit ad eum memoratus Dominus *Johannes*, *Archi-Episcopus* sui que suffraganei infra scripti tenoris in se continentem prædicto Domino *Christophoro* Regi ad manus tradidit, qui Dominus Rex ad statim juramentum in scheda contentum præstitit, ipsam schedulam de verbo ad verbum legens. Quæ lecta manum dextram ad libravi, queni præfatus Dominus *Archi-Episcopus* in manibus suis ante dictum Regem apertum tenuit, manus suas præfatum juramentum solenniter ut apparuit, jurando posuit. Quo facto, Chorus Te Deum laudamus & c. alta & solenni voce inronavit. Tenor juramenti schedulæ de qua supra fit mentio de verbo ad verbum sequitur & est talis:

Christophorus ppositior & promitto, coram Deo & angelis ejus, deinceps legem & justitiam pacemque Ecclesiæ sanctæ populoque

Clades Danorum.

1428.

1429. *Nicolaus Wolfius* Episcopus *Sleswic*.

Merita ejus in Ecclesia *Sleswic*.

1430.

1434.

1443.

Instrumentum de coronatione *Christophori* Regis.

Fuit jurandum Regis.

que

que mihi subiecto pro posse & nosse facere, & servare salvo condigno nude Dei respectu, sicut cum consilio fidelium meorum melius potero invenire; Pontificibus quoque Ecclesiarum Dei condignum & Canonicum honorem exhibere, atque ea, quæ ab Imperatoribus & Regibus Ecclesiis collata & redita sunt, inviolabiliter observare; Abbatibus, Comitibus & vassallis meis congruum honorem, secundum consilium fidelium meorum, præstare. Et hæc omnia super hæc sacro sancto Evangelio tacto me veraciter observaturum iuro.

In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsens publicum instrumentum, ut præmittitur, requisiti per me Jacobum Peternellen Notarium publicum infra scriptum exinde confecimus. Datum ætiam anno, die, hora, locis & Pontificatu, quibus supra; præsentibus ibidem honorabilibus Dno Lüdero Lundem, Canonico Slesm. & Ottone Dracken, Canonico Hadersleb. ad præmissa rogati & requisiti, ac reverendissimis & reverendis in Christo Patribus & Dominis Johanne Archi-Episcopo prædicto ac Christierno Ripensis, Arusiensis, Ozoniensis, Wiburgenfis, Burglaviensis Ecclesiarum Episcopis ac dictis Principibus; Prælati aliisque plurimis ad hunc tamen actum non requisitis, subscripserunt Notarii duo Jacobus Peternelle Clericus Lübecensis & Theodoricus Hasteide Clericus Verdensis.

1431. Anno 1431. Adolphus & Gerardus urbem Flensburg occupatur.

1435. Anno 1435. Dux Adolphus privilegia Canonicorum confirmat.

1436. Anno 1436. Mare rursus inundavit oras illas Friscas exundatione maxima, quæ die omnium sanctorum extitit in Tetenbull, 280. homines in mundis periere. Consul Tonningensis Ruthe Detleffs dum mulierem in aquis natantem extrahere conatur, & cum vas vel vannum ingressus esset, impetu aquarum in mare abripitur, & inter natandum manibus in celum erectis omnibus valedicit. Tandem post longas jactationes in Insulam Diebmarsie Büfen defertur, & incolumis evasit, multosque post annos superstes fuit.

1441. Anno 1441. Concilium Basiliense indulgentias concedit omnibus structuræ Sleswic subvenientibus.

1447. Anno 1447. tota pene Civitas Sleswic conflagravit.

1448. Anno 1448. Dominica post Pascha homagium præstitit Dux Adolphus Regi Christo-phoro, cum Ducatum Slesvicensem ab eo in feudum reciperet. Christophorus omnia, quæ ad Ducatum pertinebant, & a Regina Margaretha ipsi & fratribus erant adempta, Adolpho restituit; ut ad Pontem Koldingensem usque Ducatui imperaret.

Anno 1455. Calixtus Papa mandavit, ut campanæ meridie pulsarentur, ut iis homines excitarentur ad preces contra Turcam. Dux Adolphus villam Rauenholtz legavit pauperibus in Xenodochio Spiritus S. degentibus anno 1448.

Anno 1459. die S. Barbaræ e vivis sublatus est Dux Adolphus, harum regionum postremus Princeps.

Anno 1460. post mortem Adolphi, Dani & Holsati fidem dedere Regi Christiano & hac ratione Ducatus Slesvicensis & Holsatiæ sine ulla sanguinis effusione & bellicis motibus Daniæ regno annectuntur.

Anno 1464. Hamburgi peste interierunt ætate a festo Pentecostes ad diem Bartholomæi 2000. hominum. Circa hæc tempora Gerhardus Comes ejectus erat a fratre Rege Christiano, cui cum Ducatus Slesvicensis esset concessus, ipse regnum Daniæ affectabat. Multis in Frisia persuasit, ut sibi ipsi iura rent, inter quos & Husemenses fidem dederunt, qui & ea de causa graviter multati fuere, ut qui omnia sua κειμήλια & Glenodia Regi tradere coacti fuerunt, ut ei reconciliarentur, qui urbem incendere & solo æquare constituerat. Cui rei intercesserunt & precatores sese interposuerunt Hamburgenses & Petrus Alefeld Præfectus Gottorp & Præfectus Eiderstadiensis, Tete Fedderick, 3000. autem marcas Huseenses expendisse ferunt, & pro multa perpetua quotannis 200. marcas solverunt. Fuit hoc anno 1437. in profesto Nativitatis Mariæ. Anno 1471. die Trium Regum mare inundavit maxime Frisiam & Diebmarsiam, ruptis aggeribus, in Diebmarsia ad Aquilonem maximum damnum datum est.

Anno 1469. spoliat Christianus Collectores indulgentiarum. Anno 1474. migravit Romam Christianus. Cum autem iter adornasset in terram sanctam, votum mutavit, & Romæ Xenodochium S. Spiritus in Saxonia ædificavit prope S. Petrum.

Anno 1476. erit Capitulum Sleswic, prædium Hackstedt, a Metta Sestedt de Bockhagen.

Anno 1477. Henricus von der Wische Episcopus Slesvicensis exortus est, ex libera resignatione Domini Nicolai Wulffii, postquam jam dudum ad eam dignitatem aspirasset, & eam rem diu urfisset. Tandem extorsit a Nicolao senæ, ut se eo munere abdicaret. Sed tamen certis conditionibus, quarum summa erat, ut quotannis Nicolao pensionis nomine certam pecuniæ summam solveret, unde sustentari posset, quam etiam septem annis solvit. Nam totidem annos Nicolaus a cessione Episcopatus vixit. Episcopus Heldericus a ære alieno Episcopatum oneravit, bona ejusdem oppignorans pro 7000. marcis, inter alia etiam decimæ in præfectura Tunderensi pignori datæ fuere. Idem Helvicus aliquot annis Christiano i. inservierat & Regi Jobau-

Jobanni, quorum patrocínio Episcopatum fuit adeptus.

1460.
Henricus Reventlow inter-
ficitur.

Anno 1460. *Dirbmarſi* interemerunt *Henricum* Reventlow una cum famulo ob pratum quoddam sibi vendicatum, quo facinore perpetrato Legatos ad Regem miserunt, qui agerent de pace.

1474.

Anno 1474. emissa fuit Bulla *Sixti IV.* Pontificis Max. ad *Helricum* Episcopum, ex qua colligitur, Pontificem Ecclesie Slesw. Episcopum prævidisse, & *Helricum* huic muneri destinasse, idque de consilio Regis. Deinde Episcopum Sleswic. Romano Pontifici fidem & Jusjurandum dedisse, eique obstrictum fuisse. Juramenti istius capita multa sunt, sed unum memorabile & notatu dignum, quod Episcopus juratus promittit, se nihil quicquam de bonis aut prædiis Ecclesiasticis alienaturum, ne quidem consentiente Capitulo suo sine Pontificis ratihabitione.

1480.

Anno 1480. *Christianus* cum *Dirbmarſi* tractare cepit, ut sese dederent, quod eos *Fridericus* Imp. Regi *Daniæ* subjecisset.

1481.

Anno 1481. *Hamburgenses* homagium Regi *Christiano* præstare recusabant, quamvis obedi-
entiam & submissionem promitterent. *Jobannes* Rex & *Fridericus* Dux Sleswic. & *Holfariæ* confirmant privilegia Canonicorum.

1484.

Anno 1484. *Helricus* Episcopus pensionarius sedit annos septem, (nam totidem *Nicolaus* supervixit) & annos septem liber, ut pensionem nullam solveret, & tandem *Lubece* e vivis excessit.

Mors Hel-
vici Episco-
pi.

1488.

Anno 1488. 19. April die Sabbathi *Sleswicæ* sepultus die *Gregorii* quamvis sepulchrum aut lapis nullus extet, ejus nomine insignitus; in choro tamen Cathedralis Episcopalis ex calce conflata ejus insignia continet, lapis nimirum insignita, sed & fenestræ quædam ab eo factæ in choro extant. Mortuo *Helrico* Episcopo *Innocentius VIII.* Episcopatum Sleswic. *Eggerdo* confert; hic Sacellanus Pontificis & auditor in judicio Rotæ Romæ fuerat aliquot annos. Illo enim tempore paulatim mos inoleverat, ut Pontifices pro ea, quam in omnes Christiani nominis Ecclesias se habere putabant, potestate, in Episcoporum defunctorum locum pro arbitrio alios surrogarent, etiam non electos, idque sub colore vigilantæ. Canonici autem Sleswic. penes quos vis eligendi Episcopum erat, videlicet *Nicolaus Junge*, *Leno Lenonis*, *Theodoricus Engelcke* & *Jacobus Semmel-*

Eggerdus
Ep. Sleswic.
a Pontifice
constituitur.

Ewaldus
a Capitulo
electus.

becker, *Ewaldum* Sorenbrodt suffragiis elegerunt, eique castrum *Swauestedt* cum omni Jurisdictione, villis & colonis tradiderunt. Quibus cognitis *Alexander* Pontifex, *Innocentio* mortuo, cum Electoribus Canonicis expostulat, eosque diris devovet, & excommunicationis fulmine ferit, ni pareant, & Episcopo *Eggardo* castrum una cum omnibus bonis in manus tradant, eique de omnibus damnis & injuriis satisfaciant. Hæc inciderunt in annum 1492. Quibus comminationibus perterritus *Ewaldus* cessit, & imperio Pon-

1492.

tificis obsequentem se præbuit. Atque hisce artibus *Eggardus* Episcopus exortus est. Sententia autem excommunicationis ab *Alexandro* Papa lata hisce verbis concepta fuit:

Cum quidam perditionis filii Ewaldus Sorenbrodt Præpositus ejusdem Ecclesie pro Electo Sleswic. qui præfatum Ewaldum in Episcopum Sleswic. quamvis de facto elegerunt, qui que & Ewaldus præfatus quoddam castrum Swauestedt nuncupatum cum omnibus luribus, colonis, remeritate sua propria sibi usurparunt, & ad manus laicorum alienarunt. Nicolaus Junge, Leno Lenonis, Theodoricus Engelcke, Jacobus Semmelbecker pro Canonicis dictæ Ecclesie se gerentes, præfatum Eggardum Episcopum ad possessionem regiminis ac bonorum ejusdem Ecclesie admittere & sibi, ut Episcopo Sleswicensi obedire recusarent: Ipseque Ewaldus se pro Electo Sleswicensi gerere, & electores præfati etiam post prædictam ejusdem prædecessoris provisionem eidem Ewaldum tanquam Electo & adbarere & obedire ac castrum cum luribus, jurisdictionibus, illaque nunc recuperare & præfatum Eggardum pro Episcopo admittere, & nequaquam impedire aut ma-

Sententia
excommuni-
cationis
a Papalo-
ra

lestare. Si fecerint, Magistro Felino de Sanders tunc suo Capellano Innocentius mandavit, ut feriat omnes excommunicationis poena, interdictum Ecclesiasticum ponat, & invocet brachium sæculare. *Eggardus* itaque cognomento *Dürkorp* Episcopus *Sleswici* introductus fuit, anno 1493. die *S. Matthiæ*, sed quod exterus, & a Pontifice contra Canonicorum præcipuorum voluntatem Episcopus designatus esset, in omnium odium & invidiam incurrit. Ubi autem *Ewaldus* Episcopatu cedere coactus fuisset, Rex *Daniæ* *Jobannes* & Dux *Sleswic.* ad *Alexandrum VI.* literas dederunt, quibus significarunt nominationem personæ idoneæ ad Ecclesiam *Sleswic.* esse, quo tempore vacat, suam nec non Capituli ejusdem Ecclesie, ad quos etiam electio futuri, de Jure vel antiqua consuetudine aut privilegio Apostolico, spectare dicantur. Ideoque se injuria affectos, ut quibus inconsultis & insciis Episcopus in demortui locum suffectus sit, & a Pontifice provisione designatus. Sed quod *Eggardus* ex auditoribus causarum sacri palatii esset, Principes acquieverunt, ut qui Pontifici adversari vix auderent. Sed ut ipse *Alexander* rem ita temperavit, ut privilegio a Principibus allegato locum daret, & decerneret per provisionem prædictam *Jobanni* Regi & pro tempore existenti Duci nec non Capitulo Jurique seu consuetudini nominandi per Ducem & eligendi per Capitulum occurrente vacatione etiam apud sedem Apostolicam præjudicare non debere. Facta hæc sunt anno 1494. *Eggardus* postquam Episcopatum adeptus esset, statuta fynodalia & provincialia clericis & sacerdotibus tulit, & inter alia matrimonia clandestina prohibuit, eaque palam contrahii voluit. Focarias etiam & concubinas ne alerent sacerdotes, vetuit.

1493.

Regis Da-
niæ & Du-
cis Sleswic.
literæ ad
Papam.

Eggardi
statuta de
matrimo-
nio Clerico-
rum.

Cum

Eggardus
Episcopus
zum
defe-
rit.

Cum primum rem divinam faceret *Eggardus*, tantus hominum concursus factus est ex omnibus locis finitimis, ut templum, licet latissimum omnes non caperet. *Eggardus* cum videret, se omnibus exosum & inuisum esse, & undique oppugnari, postquam annum unum in diocæsi comoratus esset, *Romam* rediit. Ibi tum Episcopatus pastore, qui ibi sederet & possessionem domiciliumque haberet, totum quinquennium destitutus fuit. Hisce autem turbis & tumultibus causam dedisse ferunt Canonici illi, qui *Ewaldum* elegerunt, & castrum *Swauestedt* *Johanni Ranzowen* von *Nienhufs* tradiderunt, ut inde usuras eius pecuniæ, quam ipse scænorum Episcopo dederat, quotannis caperet, fortem ei adversarium constituendo cum quo perpetuo contenderet. *Johannes* autem ille *Ranzow* quinque annos, vel ut alii existimant, septem arci *Swauestedt* præfuit, eamque tenuit, ut saltem solveret usuras 2000. marcarum, sed & ad solutionem usurarum, & arcis sustentationem decimas ei omnes concesserant, quas quotannis percipiebat, unde cum 10000. marcas lucratum ferunt, idque narrant, qui ab ipso fatente audierint, se multum Episcopatu debere, eique gratias agere. *Eggardus*, qui castrum *Swauestedt* in suam potestatem redigerat, ea de re graviter apud Regem *Johannem* questus est.

1494.

Anno 1494. Rex *Niebuigo* literas ad *Johannem* *Ranzow* dedit, mandavitque ut Episcopo rationes redderet de redditibus annuis. *Johannes* recepit, se id facturum, literis ea de re ad Regem datis anno 1495. Interim tamen res ad exitum perducere non potuit. Nam tantum abest, ut rationes redditæ sint, ut Episcopus ea re majores sibi inimicitias conflaret. Quibus de causis *Eggardus*, qui satius putarat, *Romam* redire, quam in perpetuis rixis magno cum vitæ discrimine vivere; *Romam* se recepit. In itinere autem ad alia incommoda hoc accessit, quod quidam Nobilis *Bockholdt*, qui sibi semper inimicissimus fuisset non procul ab urbe *Roma* Episcopum supplantaret, & objecto pede ad casum impelleret, proque deridiculo haberet. Cuius rei indignitate permotus *Eggardus*, illi vulnus infixit, quo *Bockholdt* iste extinctus fuit, post id factum Episcopus *Romæ* mansit, neque unquam in Ducatum reversus est. Testamentum condidit *Eggardus*, quo inter alia testatur, *Johann* *Ranzow* possedisse castrum *Swauestedt* 6 annos & proventus omnes percepisse, & Episcopatu debere 12000. marcas. *Eggardus*, quod castro *Swauestedt* ejusque fructibus careret, scænorum accepit 7000. marcas a quodam *Henrico* von der *Lucht*, cumque videret sibi in diocæsi tutum locum reliquum nullum esse, *Romæ* manere decrevit, ubi & tandem anno 1499. 6. Novembris mortuus & sepultus est.

Eggardus
Nobilem
occidit.

Mortuus.

Pontifex
alium sub-
misit Epi-
scopum,

Eggardo mortuo, *Alexander* Pontifex Episcopatum *Sleswic*. confert Cardinali cuidam *Agrigentino* tit. *S. Priscæ* presbytero *Menckenii* Scriptor. *Rec. Germ. Tom. III.*

consentientibus fratribus ejus. Quam electionem impugnavit Dux *Slesvicensis* *Fri-* *dericus* literis ad Capitulum *Sleswic*. datis, quibus mandat, ne Pontifici ea in re suffragentur, qui Episcopatum Cardinali contulerit, se incio sub poena privationis privilegiorum, idque quod Episcopatus subjectus sit Regno *Daniæ*, ideoque Archiepiscopo *Lundensi* præjudicari non debere. De electione facta Cardinales Canonicos *Sleswic*. certiores reddiderunt, quæ literæ datæ sunt *Romæ* 8. Nov. anno 1498. sub signetis trium in ordine Priorum. Cum vero Rex *Johannes* & Dux *Friodericus* intercederent, eamque electionem ratam habere nollent, biennio ea controversia agitata fuit, & tandem hisce conditionibus transacta, ut Cardinalis Episcopatu a Pontifice ei collato cederet, & successor ei quotannis, quoad viveret, 300. Ducatos penderet.

In illius locum igitur electus fuit 20. Dec. anno 1499. *Derblevus* *Powisch* Episcopus *Sleswic*. Hic majus adhuc æs alienum conflagavit, & ad emendum pallium a Pontifice 3000. aureos *Rhenens.* scænorum accepit, sed & decimas Episcopales per quinquennium pro 4500. marcis vendidit. Hic Ducem *Friodericum* *Stendaliæ* nuptias celebrantem 24. equis & equitibus fuit comitatus.

Anno 1502. Dominica *Misericord.* *Julius* Papa indulgit Episcopo *Derblevo*, ut dimidium unius anni reddituum, fructuum & proventuum darent omnes sacerdotes pro sua quisque conditione & facultatibus, quibus æs alienum, quo Episcopatus obæratum esset, persolveretur. Huic indulto adversabantur coloni *Eiderfsadiani* & *Strandenses*, inter se pacti, ut, si ex ministris Episcopi redditus illos petituris aliquis interficeretur, tota communitas illius terræ vel parochiæ de cæde responderet & satisfaceret, idque de pecunia ad fabricarum usus collecta. Ex quorum numero fuit & quidem antesignanus *Tete* *Popens* in *Nordstrandia*, parochianus & provisor *Ecclesiarum*.

Anno 1500. bellum *Dithmarsicum* commissum fuit, & eodem anno 14. diebus post Pascha *Dithmarsii* demoliti sunt arcem *Teren* & pagum *Thielen* igne cremarunt.

Anno 1501. *Alexander* Pontifex misit *Reimundum* Cardinalem, qui omnes oras aquilonares obivit, & ultra Jubileum, indulgentias, gratias & facultates concessit. Hic cerevisiæ *Cacabella* nomen imposuit, quod adhuc retinet.

Episcopus *Goschbalvus* von *Alesfeldt* Decretorum *D.* ex Præposito & Canonico *Slesvicensis* Episcopus unanimi consensu Canonorum electus fuit anno 1507, & a Pontifice confirmatus. Anno vero sequenti 1508. *Lubeca* a reverendissimis Patribus Domino *Johanne* *Ratzeburgensi* & *Petro* *Suerinenli* Episcopus consecratus fuit, de mandato Pontificis, vir proceræ & elegantissimæ staturæ, magni consilii judicii que acutissimi, patriæ singulare

Ri

repugnante Duce
Slesw.

Lusitania

1499.
Derblevus
Ep. Slesw.

1502.
Decretum
Papæ de
reditibus
Ecclesiarum ex
parte Epi-
scopatu
Sleswic.
conferendis.

1501.

Goschbal-
cus Episc.
Slesw.

de-

Ejus lan-
des.Ejus agen-
da.

decus & Cancellarius Ducalis, in jure civili & Canonico multum versatus, quod adhuc ejus libri, qui extant, testantur, in quibus manum ejus lingulis fere paginis ascriptum cernere licet. Vnde de ejus eruditione & summa diligentia judicare licet. Sed & spartam quam nactus erat, ornavit concionando, rem divinam faciendo, visitando & scribendo. Nam Agendam ipse edidit in usum Ecclesiae Sleswic. in qua etli multa reperiuntur, quae Paparum redolent, articulum tamen de Justificatione sine ullo errore sanum, & doctrinae Pauli conformem retinuit, quod in primis memorabile & notatu dignum est. Sed & Breviarium h. e. librum, quo Psalmi & preces continentur, quibus eo tempore in his oris utebantur, evulgavit, eumque Parisiis elegantissimis literis imprimendum curavit. Episcopatum obaratum nactus est, ut ipse sua manu testatus est, 20000. florenis Rhenens. Ad cuius aëris dissolutionem, quo quotidie premebatur, bona in Stubbe vendidit. Cui venditioni intercesserunt Canonici, quod eis insciis ea contracta esset, & de ea publice protestati sunt. Sed postea accedente Regis consensu firmata fuit, ut ex literis, ea de re confectis, quae in domo Capitulari extant, colligere licet. Sed & apud omnes ordines gratius, & in primis apud Regem *Daniae* fuit, idque ex eo colligere licet, quod anno 1515. a Rege *Christierno* 2. *Godschalcus* in *Belgium* sit missus, ut una cum aliis sibi adjunctis *Isabellam Caroli* 5. sororem in uxorem peteret, quam & impetravit, extatque ea de re oratio latina, quam *Godschalcus* coram Cæsare aliisque Principibus habuit. Leges sumptuarias tulit *Godschalcus*, quibus nuptiis faciendis modum praescribit, sumptibusque qui ibi fieri solebant nimis item conviviis natalitiis.

1515.

Legatus est
Christierni
Regis.

1517.

Anno 1517. quo Lutherus indulgentias taxare coepit, *Godschalcus* monasterium *Reinfeldt* a Pontifice impetravit, Episcopo *Lubecensi* insuper habito & neglecto.

1522.

Tyrannus
Christierni
Regis.

Anno 1522. *Christiernus* 2. regno pellitur ob tyrannidem, quam in omnes Ordines exercuerat. Nam & Canonicos *Slesw.* duos *Timmonem* *Struck* & *Masquardum* *Schulendorp*, qui de 8000. marcarum solvendis eum monerent, in mare Balticum submergere decreverat, culcis ad hanc rem paratis, qui ubi id subodorati essent, fuga vitæ suæ consuluerunt, & incolumes evaserunt.

1525.

Anno 1525. Rex *Fridericus* omnibus mandavit literis patentibus, suo sigillo firmatis, ut decimas solverent Canonicis.

1526.

Initia Re-
formatio-
nis in Du-
casu Slesw.

Anno 1526. Comitibus *Kilonia* habita fuere, ubi Canonici *Sleswic.* 12000. marcas solvere promiserunt, ne religio a *Lurbero* reformata introduceretur. Eodem anno coepit quidam *Fridericus* Monachus, qui cucillum exuerat, declamare contra Papistas. Ei exprobant adversarii, quod ob scelera commissa, e carcere, quo detentus esset, vinculis ruptis evassisset, *Slesvicum* sese recepit, ubi annum concionatus & commoratus est, in aede *Sleswi-*

centi primum, deinde in ambitu quotidie in Canonicos Papistas debacchabatur, & eos plebi exosos reddebat; multitudo populi illi adhæsit, usque adeo, ut eum sibi pastorem Ecclesiae deposcerent, sed quod esset audaculus & impudentior, in Regis odium adductus fuit. Ideoque etiam Rex illi substituit virum pium & literatum *Marquardum Sculdorpium* *Kiloniensem*, qui populum doceret, & pastoris munus obiret. Alter autem iussu Regis dimissus *Holsatiae* fines egreditur & paulo post moritur.

Anno 1528. quidam *Melchior Hoffman* pel-
lio, quem ipsius sectatores Prophetam ap-
pellarunt a Deo missum ad occidentalem mun-
di plagam & praecursorem Christi adventus,
ut veritatem in illis publicet & propaget. Is
docuit Eucharistiae Sacramentum tantum li-
gnum esse & *Romam* *Babylonem* appellavit,
Argentinnam autem *Hierosolymam* spiritua-
lem; in *Holsatiam* venit, & biennium *Kilo-
niae* commoratus coepit docere & praedicare,
libros etiam edere. Praecipue autem de Sa-
cramento certamina & disputationes movit,
adjunctis sibi duobus collegis *Iobanne* de
Kampen & *Iacobo* *Heggen*, *Dantiscano*. Pa-
stores *Holsati* ac *Sleswic.* ubi acceperunt, quid
de Sacramento sentiret & doceret, illi adver-
sati sunt & sese opposuerunt. Colloquium
Flenburgi de consensu & mandato Principis
vel Regis instituitur, in cuius notitiam se in-
sinuerat *Hoffmannus*. Disputari coepit anno 1529. die Jovis post Quali-
modogeniti; praesente Regis *Friderici* filio
Christiano & nobilibus viris *Reuentlow*, *Detb-
levo* *Powisch*, Praeposito in *Reinebeck*, *Ioban-
ne* *Ranzow* & aliis proceribus. Ad collo-
quium autem acceriti fuerunt *D. Pomeranus*,
D. Stephanus, pastor *Hamburg.* ad *D. Cathari-
nam* *M. Theophilus* *Ludinoderator*, *D. Aepi-
pinus*, & *Nicolaus* *Boyen* ex *Dirbmarisia* &
alii pastores, quos *Hoffmannus* falsos Prophe-
tas nominaverat, qui docerent, Christum pa-
ni incantationibus includi, ideoque ab iis ca-
vendum. Collocutores fuerunt *Melchior*
Hoffman & *Hermannus* *Tastius* *Hufensis* pa-
stor & alii, qui in palestram descenderunt,
& *Hoffmannum* oppugnarunt, asserentem Eu-
charistiae Sacramentum esse tantum spiritua-
lem manducationem, eoque argumentis &
demonstrationibus hominem redegerunt, ut
se victum non negaret, sed ab opinione con-
cepta non declinaret. Qua de causa *Holsa-
riae* finibus exterminatus solum vertere co-
actus fuit de mandato Regis, ne alios suis er-
roribus inficeret. Collegae autem ipsius hac
disputatione edocti conversi fuerunt, & *Mel-
chiorum* derelinquunt. In hoc colloquio et-
iam quidam *Iobannes* *Burse* de sensu verbo-
rum: *Hoc est corpus meum* quaedam proponit
ex *Augustino* cui ex eodem *Augustino* responde-
tur. Hoc colloquio etiam interfuerunt *Franci-
scus* *Steinius*, Regiae Majestatis Diaconus, *Theodo-
ricus* *Becker* *Husia* vocatus, *Ioachimus* *Fran-
cke*

1528.

Melchior

Hoffman-

nus fanati-

cus.

1529.

Disputatio

cum eo

Flenburgi.

Pellitur.

cke Vilstriensis, *Ioannes Slavus, Tesmarus* Hülebecke, & *Iohan Benckendorff* Kilonien-
sis: *Caroloftadius* etiam ab *Hoffmanno* in
Holfatiam vocatus erat, ut sua eruditione ad-
versariis metum incuteret, suoque dogmati
adstipularentur. Abiturus *Hoffmannus* dixit,
propter articulum de Sacramento multum
sanguinis humani effusum iri. *Argentora-*
tium profectus scripta subpresso impressoris
nomine edidit, in quibus gloriatur, se pal-
mam in *Holfatia* disputando obtinuisse, & in
Marquardum Schuldorp acerrime invehitur,
qui eum hæreseos insinulaverat, & suam
sententiam defendit.

Hofmanni
varicinium
de articulo
S. coenæ.

Anno 1526. dedit Episcopus *Gotschalcus* 1526.
litteras ad Judicem Assessoresque Camera *Episcopus*
Spirens. quibus ostendit, Episcopatum Slesw. *Slesvic. non*
non esse subiectum imperio Romano, sed re- *sub Imp.*
gno *Daniæ*, ideoque neque se censuris impe- *Ro. sed Re-*
rialibus & privatione Regalium teneri. Cir- *gibus Dan.*
ca hoc tempus Episcopus *Gotschalcus* cuidam
salvum conductum dederat, in *Walsbul*, qui
pastorem ad altare interfecerat. *Melchior*
Ranzow rei indignitate motus eum templo
Hardeweis deprehensum extrahi, & die so-
lis rotæ imponendum curavit; postquam in
cœmiterio peccata confessus Sacramento com-
municasset.

XVI.

CHRONICON CVRIÆ
SEV RERVVM,
QVÆ CVRIÆ REGNITIANÆ AD SALAM,
ET IN VNIVERSA VARISCIA A PRIMIS INITIIS
AD A. 1597. ACCIDERVNT

E DIPLOMATIBVS ET MONVMENTIS FIDE
DIGNISSIMIS COLLECTVM

M. ENOCHO WIDEMANNO

CVRIENSI SCHOLÆ PATRIÆ COLLEGA

OPVS HACTENVVS INEDITVM E VERNACVLA IN LATINAM
TRANSTVLIT C. G. H.

PRÆFATIO

AD

BENEVOLVM LECTOREM.

Quoniam, *Lector benevole*, inde
ab adolescentia res gestas & hi-
storias veterum cognoscendi,
miro semper desiderio flag-
gravi, magnaque cum dele-
ctatione sæpius attendi, si quan-
do B. parens meus *Johannes Widemannus*,
civis & pannifex Curienfis, vel alii senes re-
ferrent, quæ rerum facies olim sub Papatu
fuerit, quanta pietate homines tum vixerint,
quam graves & sapientes viri hic floruerint,
quæ rerum omnium vilitas, ut antiqua fides,
virtus ac simplicitas ab omnibus æque culta &
servata fuerit, ut, si ita perversum & sterile hoc
seculum intueamur, tempora majorum au-
rea non immerito vocanda sint; non semel
in votis habui, ut in talem aliquando librum
vel antiquum monumentum inciderem, in
quò res patriæ; inde ab initis ejus ad nostra
usque tempora deductæ atque ordine dispo-
sitæ legerentur. Verum quod pridem o-

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

ptavi; nondum mihi obvenit, neminem-
que invenire licuit, qui ab illis temporibus,
quibus in Curia, ædibus parochialibus, cœno-
biis & xenodochio multa monumenta & an-
tiquæ literæ latitabant, omnia in unum recte
congressisset & posteritati reliquisset. Quam-
obrem necessarium duxi, si non multa, certe
aliquid hac in re præstare, & illud orium,
quod de laborioso meo munere scholastico
& privato studio avarissime adhuc comparfi
& detraxi, in hanc scribendi operam (quam
utilem & posteritati non ingratham fore con-
fido) infumsi, & priusquam omnia vetusta-
te & incuria hominum perirent, ex omnibus
angulis reliqua corrasa, omnes antiquas char-
tulas (quas alii in publico sibi obvias forte con-
temnissent, nedum obsoletis & confusis illa-
rum literis enucleandis ingenium maceras-
sent) magna sedulitate perlegi; quæ cog-
nitione in iis erant necessaria, notavi, & ita,
pleno agro & copiosa messe destitutus, reli-
ctas interim aristas anxie & improbo labore
collegi, Deoque adjuvante in hoc corpuscu-
lum colligavi: ut adeo, cui libuerit præscas
res, in patria nostra gestas, paululum cogno-
scere, levi jam labore ac modici temporis im-
pendio

Rr 2

pendio id consequi possit. Quanquam non negem, idem mihi evenire potuisse, quod illi, qui aristas in agro legens inter felices multras & bonæ frugis plenas, subinde sterilem & cassam apprehendit. Ut tamen, amice Lector, unde hoc opus de nostra urbe composuerim, Tibi manifestum sit, ita breviter habeto. Cum ante hos undecim annos in scholam Curientem venissem, incidi in libellos aliquot, in quibus pauca quædam res urbis hujus erant consignatæ, statimque consilium cepi porro inquirendi. Neque solum Senatus Spectabilis, sed etiam ararii publici Ecclesiastici, & Hospitalis Præfecti, aliique cives roganti mihi liberales ac faciles fuere. Aliis etiam in locis, ubi aliqua, quæ ad usum meum pertinere videbantur, latere cognoveram, per literas petii, & hac ratione nonnullas mihi res impetravi: item ea, quæ Reverendus & Doctissimus M. *Andreas Pangratius* Superintendens olim Curientis an. MDLXXII. d. 28. Julii ex Libro piarum donationum (Stift-Buch) cœnobii monialium describerat. Præterea Chronicon hoc rerum Curientium maxime collectum ex Libro curiæ & provincie (aus den Stadt- und Land-Buch); ex vetustis cœnobiorum, donationum, Hospitalis & indulgentiarum literis; ex libro *Marzbie Tbalmani*, qui abhinc centum & quinquaginta circiter annos Scriba præfecturæ apud nos fuit, & anno MCCCXLVIII. Jus Franconicum cum antiquis aliis monumentis, ad hanc civitatem spectantibus, descripsit; ex *Johannis Geilsdorfii*, præclari olim civis nostri, diligenti rerum plurimarum consignatione; ex iis, quæ *Sebastianus Hedlerus* quondam Quæstor (Castners) Curientis ut & *Conradus Hauptmannus* memoriæ mandarunt, aliisque libellis antiquis: ex B. *Osmaldi Brunneri* libro, qui socerum *Johannem Geilsdorfium* secutus, multarum rerum conservavit memoriâ: tum ex *Wigulei Hundii* Cancellarii Bavarici Genealogia Bavarica (Bayrischen Stamm-Buch) quæ Ingolstadii prædiit, in qua Ducum *Meraniæ* & Dominorum *Voitlandiæ* fit mentio: denique ex vetustis sepulchrorum monumentis, inscriptionibus & lapidibus, quos in S. Laurentii, S. Michaelis, monachorum item & xenodochii templis legi; quanquam plerique admodum detriti, essent. Sunt etiam aliqua ex seniorum fide ac testimoniis.

Ut etiam, benigne Lector, quid hoc in Chronico Tibi a me expectandum sit, intelligas, brevibus edocebo. Quoniam *Curia* urbs est *Voitlandiæ*, hinc occasionem habui principio in genere de situ, nomine & Dominis *Voitlandiæ*, item de Ducibus *Meraniæ* pauca quædam commemorandi. Sequitur de veteris & novæ urbis extruptione de Germanico & Latino ejus nomine, & tum porro, quæ annis singulis (quantum scilicet ad notitiam meam pervenit) hic acciderunt. Adjunxi omnes fere Parochos duorum seculorum, Capitaneos, item Medieos, templo-

rum & scholæ ministros, Prætores etiam oppidanos (Stadt-Voigt) qui ab hominum memoria apud nos fuere. Inferui aliquot literas indulgentiarum, tum quia dignum aliquid memoria continere videbantur, tum etiam, ut religionis status, qui tunc ubique erat, cognosceretur. Postremo hoc opusculum & res ejus, quantum ad annorum veritatem aliaque attinet, diligenter examinavi, & cum aliis Chronicis contuli, ne & hac in parte quid delideretur. Rogatum autem volo Lectorem, ut hunc laborem æquo animo accipiat, & prius, quam judicet, omnia diligenter expendat. Tunc enim, quid a me præstitum sit, cognoscet, simulque cogitabit, me sine duce ambulasse, & per tenebras & avia euntem difficultatis non parum reperisse. Interim illo *Horatii* me consolor:

Est quodam prodire ævus si non datur ultra,
& quod viribus deest, voluntatis meæ conscientia pensabit. Neque ullum mihi superest dubium; quin levem *Curia* nostræ historiâ omnes boni benevole accepturi & in meliorem partem interpretaturi sint, quod hoc in genere posteris prodesse constituerim. Bene vale, Lector candidissime, & meis conatibus fave.

VOITLANDIÆ SITVS, NOMEN ET DOMINI.

Situs Voitlandiæ.

Voitlandia Germania provincia, cujus aut nullam aut raram certe mentionem injiciunt scriptores, *Bobemiam*, *Polatinatum*, *Franconiam*, *Tburingiam* & *Misniam* attingit. Angustis limitibus circumscribitur, & nostra ætate has urbes potiores & oppida continet: *Curiam*, *Plaviam*, *Oelsnitium*, *Adorffiam*, *Weidam*, *Schlaizam*, *Geram*, *Mühlfurtum*, & quicquid *Curiam* *Cygneamque* ad *Elystrum* amnem interjacet.

Varie ditionis est pars Marchionum Brandenburgicorum & Ducum Saxonie, major Comitum Ruthenorum subest potestati. Fuerat antiquis temporibus integer Ducatus, quem Romanorum Imperatores illorumque Advocati, diu etiam Duces *Meraniæ* gubernarunt. Adjunctæ erant urbes *Byrusbiam*, *Culmbacum*, *Bodensteinium*, *Coronacum*, *Schæstlitzum*, *Hobfeldia* & *Bamberga*: quarum aliqua nunc ad Episcopi Bambergensis diocesis pertinent, postquam ab obitu Ducum *Meraniæ* (ut dicitur) *Voitlandia* in varias partes divisa: coapta est.

Eminet in hac terra famosissimus mons *pinifer*: ex quo multi salubres aquæ passim profluunt, & inprimis quatuor amnes illi, qui ad quatuor mundi plagas discurrunt: *Egra* scilicet orientem versus, qui in *Bobemia* cum *Albi* commiscetur. *Nabus* ad meridiem, qui cum *Danubio* committitur. *Sala* septentrionem versus, qui tandem etiam in *Albim* effluit. *Menus* ad occidentem, & in *Rbenum*

Rbenum effunditur. Ex omnibus & rivis huius montis multum auri argentique collegit antiquitas. Quo factum est, ut homines huius rei periti confluerent, sedem in hoc tractu figerent, alimenta quærent, & magnas opes compararent. Hinc aliis super alios vicis, oppidis & urbibus conditis, hanc *Voitlandiæ* partem in primis frequentem reddiderunt. Quæ omnia uberius persequitur *Caspar Bruschius*, Poeta Laureatus & Comes Palatinus, qui *Schlackenwaldæ* genitus & *Egra* educatus fuit, *montemque piniferum*, ejus aquas & circumjectas urbes & vicos describendo tantum præstitit & consecutus est, quantum ante illum nemo tentavit, nemo etiam deinde assequi conabitur. Item in *Cosmographia Munsteri* ad urbem *Egram* pauca quædam de pinifero commemorantur. Quare cupidos montis illuc delegamus.

Voitlandiæ nomen.

Nomen.

Voitlandia Latinis *Terra Advocatorum & Prætoriana* a Romani imperii & Imperatorum *Prætoribus, Præfectis & Advocatis*, qui hanc provinciam gubernabant appellata est: quos Germani *Voite*, ipsamque terram, quæ illorum curæ permittebatur, *Voitland* vocaverunt. Bonam autem ejus partem, quæ præsertim propior montem piniferum est, *Terram Nariscorum* dixerunt veteres, & *Norico* sive *Nordgovia* adscripserunt, quæ a populis *Nariscis* sive *Noricis*, quoniam ad septentrionem habitant, ita appellatur. Nam *Nordgau*, quod incolæ, ex parte *Narisci*, antiquo *Nariscorum* nomine corrupto & mutilato, quasi *Nariskengau* dixerunt, nostra ætate *Bavaria*, quæ ultra *Danubium* ad septentrionem vergit, quamque *Theodorimus Bojorum* Dux *Nariscis* possidendam concessit, nominatur. Pertinebat vero usque ad piniferum ita, ut *Noriberga* caput esset, pluresque aliæ urbes continerentur: *Amberga, Sultzbachium, Auerbachium, Egra, Wonsfeldia, Curia, Byrumbum, Creusa, Eschenbachium, Grafenwerda, Weida, Neumarckt, Eichstadium, Naburgum, Elboga*, mons pinifer, &c. quarum nonnullæ hodie ad Palatini ditionem referuntur. Etiam observandum est, *Ptolomeum* incolas huius tractus, a *Cornelio Tacito* a) *Nariscos* appellatos, mutata leviter priori litera, *Variscos* nominare. Hi circa montes colunt, & Episcopo Bambergensi & Marchionibus Brandenburgicis subjecti sunt; quemadmodum supra sub situ *Voitlandiæ* meminimus, nimirum *Culmbacum, Byrumbum, Hobfeldia, Bodensteinium, Cronacum, Scheslitium, Bamberga, Curia, Münchberga*.

Domini Voitlandiæ.

Romani.

Quantum *C. Julius Casar*, primus Romanorum Imperator quatuor diversis bellis

Germaniam subegisset, & *Arminius* Regem Germanorum prostrasset; *Germani* tamen, impatientes jugi Romani, quod gens essent robusta & bellicolissima, & avitam libertatem ægre deferrent, rursus defecerunt. Cujus rei commodam circumspexerant occasionem, cum *Julius Casar*, domestico *Pompeji* bello districtus, *Germaniæ* animum non intenderet. *Julio* interfecto, *Augustus* Imperator, cogitatione hujus provinciæ inductus, *Drusum* privignum in *Germaniam* proficisci, & rebellem *Drusige* populam ad officium compellere jussit. *Qui* cum ingenti victoria *Germaniam* domuisset, quinquaginta circiter arcibus & castellis extractis, præsidia imposuit, quibus devictos coerceret. Inter alias etiam arcem *Mons Prætorius* in agro *Oelsnicensi* (Imperatorum deinde *Præfecti & Prætores*, quoniam plerumque ibi habitabant *Prætorium montem* (den *Voitsberg*) dixerunt) condidit: sicuti ex vetustis verliculis quondam ibi inscriptis colligimus, qui ita habent:

Castra locans Drusus hic prætoriam nomina monti

Fecit: posteritas servat & ipsa sibi.

Hosce Latinos Præfectus quidam terræ obliteravit & sequentes rhythmos Germanicos saxo insculpsit:

*Drusus der edle Romisch Voide
Bauer diesen Berg in der Nor,
Do er Krigs in Deutschlanden pflag,
Voitsberg heist er uff disen Tag,
Von dem das gantz umligend Landt
Ward allenthalb das Voitland genant.*

Ex quibus judicari potest, post Christum natum ab hoc *Druso*, *Augusti* ex uxore *Livia* privigno, *Voitlandiam* quoque cum cæteris *Germaniæ* populis in Romanorum potestatem redactam fuisse. Qui, cum haud diu superstes esset victoriæ, quippe florenti ætate in *Germania* (*Strabone* teste) *Salam* inter & *Albim* ex vulnere obiit; *Quintilius Varus* Præfectum habuit successorem. Cum hic impotenti superbia victis dominaretur anno Christi X. aut XII. 3. Julii vel (ut alii tradunt) 2. Augusti, conspiratione facta, *Germani*, Duce *Hermann* sive *Arminio*, ipsam cum tribus legionibus Romanis trucidarunt. Qua fama *Augustum* adeo consternatum ferunt, ut exclamaret: *Quantili Vare, redde legiones!* Facta hæc clades ad *Augustam* in loco, qui hinc *Perlag*, quasi *perdita legio* (ut nonnulli in primis *Otto Frising.* b) putant) dicitur. Inde & turrim *Augustanam* in rei memoriam, *Perlegiam* vocant. Sunt, c) qui hæc in saltu *Teutoburgensi* in *Westphalia* inter *Lippiam* & *Amisiam* fluvios Romanis accidisse scribunt. Quæ fama sine dubio inde ortum habuit, quod *Hermannus* primum eo loco die 3. Julii in Romanos, in ulva & paludibus hærentes, impetum fecit, &

R r 3

legi-

a) in German. c. 42.

b) bLib. III. c. 4.

c) Tacit. I, An. cap. 60. f. 5.

legiones quintam & undevicesimam prostravit: cum autem *Quintilius Varus* cum reliqua legione ad castra, quæ apud *Augustam* habebat, refugisset, mensè elapso, die 2. Augusti *Hermanus* recenti clade percussus interfectione delevit.

Tiberiige-
sta.

Tiberius, cui post mortem *Augusti* rerum summa deferebatur, frater *Drusi*, ab *Augusto* Sena tuque Romano cum quindecim legionibus, quarum singulæ septem circiter milia militum explebant, missus, Germanos de novo armis in ordinem redegit. Sequentes Imperatores *Vespasianus*, *Trajanus*, *Antoninus*, *Alexander* & *Aurelianus* ingenti labore vix in officio *Germaniam* continuerunt.

Wartber-
sus.

Quod *Voitlandia* Dominos attinet, *Wartbertus* Rex *Francorum* sub imperio *Marci Antonini Veri* Philosophi *Variscis* etiam dominatus est. Atque illo tempore *Varisci* cum aliis *Germaniæ* populis in Romanos, duce *Wartberto*, conspirarunt. Quorum impetum ut refrenaret Imperator, non solum labores & pericula sustinuit, sed etiam ad tantas rei familiaris angustias redactus est, ut fisco exhausto, vestes suas & ornatum, pocula, gemmas, auream argenteamque suppellectilem, uxoris quoque mundum divenderet. Ex illo tempore *Variscorum* in historiis usque ad *Arnolphum* Imp. admodum infrequens mentio occurrit, credo, quia Romanis Imperatoribus illorum que Præfectis, ad exemplum aliarum gentium, æquo animo parebant.

Thuringia & *Voitlandia* cum aliis *Germaniæ* partibus ad Christum perducitur.

740.
Bonifacius
German.
Apostolus.

Anno Christi DCCXL. *Bonifacius* Episcopus Moguntinus majores nostros in *Voitlandia*, nec non *Thuringiam* finitimam, item prioribus & sequentibus annis alios *Germaniæ* populos Christiana doctrina imbuere & illuminavit; cum ante hæc pertinax & effrenis & impia gentium superstitio ubique regnaret. Licet enim quibusdam in locis de Christo jam pridem edocti essent, Christianos tamen ritus ad idolorum cultum transferebant, multi Christo & idolis socia sacra faciebant; & pagana festa Christianis indigne miscebant. Tandem hujus *Bonifacii* opera omnis *Germania* plene ad Christum conversa, & Ecclesiis passim Episcopi doctoresque præfecti sunt. Hic *Bonifacius* triginta annos *Germaniam* docuit, in ejusque beneficii memoriam *Germanorum Apostolus* nunc etiam appellatur.

De *Arnolpho*, Ducum *Merania* & *Voitlandia* scripte.

888.
Arnolphus
Imper.

Anno Christi DCCCLXXXVIII. *Arnolphus Carolomanni* filius ex gente *Caroli M.* oriundus, Romano imperio præficitur. Hic antea Dux *Carinthiæ*, Rex *Bojorum*, imperii Vicarius & *Voitlandiæ* Dominus fuerat: qui *Thuringos*, *Francos*, *Suevos*, *Bojos*, *Saxones*,

Frisios &c. sub sua tenebat potestate & Ducum *Meraniæ* & *Voitlandiæ* auctor fuisse legitur. *Ottingæ* in *Bavaria* socio morbo extinctus est; quod ipsi in *Italia* venenum propinatum esset, quo infectus anno DCCCC. *Ratisbonæ* in æde S. Emerani sepultus est. Ex concubina, quæ *Holenvarba* vocabatur, reliquit filium, ex matris nomine, transpositis syllabis, *Ratboldum* appellatum. Hunc Comitum de *Andechs* & *Dissa* constituit.

900.

Ludovicus Dux & Rex *Bojorum Arnolphus* Imperatoris legitimus filius, in quem mortuo parente, imperium transferebatur, dominium etiam *Voitlandiæ* consecutus est. Hic decessit *Ratisbonæ* anno Dni. DCCCCXII.

Ludovicus
IV. Imp.

912.

Arnolphus Dux & Rex *Bavariæ*, *Leopoldi* Ducis, qui in *Vugaria* cecidit, filius post *Ludovicum* Imperatorem *Voitlandiæ* Dominus factus est, & anno DCCCCXXXVII. diem obiit supremum.

Arnolphus
Dux Bav.

937.

Bertholdus Dux *Bavariæ*, *Arnolphus* filius post mortem patris *Voitlandiam* tenuit. Si-
ne prole defunctus anno DCCCCXLVIII. & in monasterium *Nieder-Alta*, haud procul a *Straubinga* illatus est.

Bertholdus
Dux Bav.

948.

Bertholdo Duci in gubernatione *Voitlandiæ* successit Dux *Saxoniæ Henricus Rixofus*, Imperatoris *Henrici I.* cognomine *Aucupis* filius. Hic *Bavariæ* Ducatum, cum aliis terris & possessionibus, titulo uxoris *Judithæ*, quæ Ducis *Arnolphus* *Bavariæ* filia erat, fratre ipsius *Bertholdo* line liberis extincto, sibi vindicavit. Et hæc *Juditha*, quam *Saxones* *Jutam*, nos ore pleniori *Geut* appellamus, *Geut* illa antiqua est, cujus nomen in proverbio hodieque usurpatur. *Henricus* contentiosus ex hac vita migravit anno Christi DCCCLV. Post hunc reliqui etiam *Bavariæ* Duces, quorum aula *Ratisbonæ* fuit, & deinde sequentes Imperatores, aliique *Voitlandiam* ex Imperatoria potestate, gubernarunt, donec hæc provincia Ducibus *Meraniæ*, ob insignia in Romanum imperium merita, titulo Ducatus traderetur. Qua de re infra ad annum MCLXXX. dicemus locus erit. Nunc, quam originem Duces *Meraniæ*, præsci nostri Domini ac Principes habuerint, exponere instituem.

Henricus
Rixofus.

955.

D GENVS DVCVM MERANIANÆ.

Ratboldus Arnolphus Imperatoris filius (uti diximus) nothus, primam sedem habuit in arce *Bavariæ* antiqua *Andechs*: a quo Comitum de *Andechs* & *Dissa* Marchionesque *Istriae*, qui deinde Duces *Meraniæ* ac *Voitlandiæ* facti sunt, omnes ejusdem prosapiæ descendunt. Cujus genealogiam & propagines clarissime pariter ac certissime exhibuit Doct. *Wiguleus Hundius*, Consiliarius *Bavariæ*,
ricus,

Meraniæ
Duces.
Ratboldus
I.

ricus, in *Originibus Bavaricis*: in quibus etiam meminit *Voitlandiae*, cui inter alios Duces *Meraniae* præfuerunt. Hic *Ratboldus*, de cuius conjugē nihil usquam invenio, duos filios progenit, *Ratboldum* & *Fridericum*, filiamque *Hattam*, quæ *Henrico* Comiti Altorffienfi desponsata peperit *S. Conradum*, Episcopum Constantiensem, qui quadraginta duos annos sedit, & anno DCCCCLXXVI. decessit.

Ratboldus II. *Ratboldus II.* hujus nominis post *Bertholdi* *Bavariae* Ducis obitum, Marchio *Istriae* constituitur, antea Ducis *Henrici Bavari* Rixosi copiis præfectus.

Fridericus II. *Fridericus I.* ejus frater in *Palæstina* moritur. De utriusque uxoribus nulla occurrit mentio. *Fridericus* filium habuit *Arbonem*. Hic ex *Adelbeide* filios quinque suscepit, *Rappotum*, *Fridericum*, *Gebbardum*, *Arbonem* & *Sigmarum*.

Rappotus. *Rappotus* Comitem de *Hobenward* se scripsit, & ex conjugē Comitissæ quadam *Dona* *werden* duos filios genuit, *Ortolfum* & *Norbwardum*, filiamque *Wildraudam*. *Gebbardus* fuit Episcopus Ratisbonensis, *Arbo* fit Archi-Episcopus Moguntinus anno MXI.

Sigmarus fit Comes de *Hausen* ad monasterium *Bevern*.

Fridericus II. *Friderico II.* uxor *Cunigunda Conradi* Comitis de *Oeninga* ad lacum *Podamicum* filia, peperit *Leopoldum*. Hic tres filios reliquit, *Conradum*, *Arnolphum* & *Fridericum III.*

Conradus monachi habitum *Dissæ* sumsit. *Fridericus* cognomine *Rochus* obiit anno MLXXV. & in monasterio *S. Blasii*, in sylvâ nigra sepultus est.

Arnolphus. *Arnolphus* multum gratia apud Imperatorem *Henricum IV.* valuit, & ex uxore *Hisela* quatuor suscepit filios, *Ottomem*, *Bertholdum*, *Poponem* & *Gebbardum*.

Ab *Ottone* singularis familia Comitum de *Wolffrabsbusa* traxit originem.

Popo Constantinopoli sepultus est anno MCLI.

Gebbardus II. in historiis non memoratur.

Bertholdus I. *Bertholdus I.* ex uxore *Sophia* Comitissæ de *Amberam* sive *Ammertal* duos filios *Bertholdum* & *Ottomem* genuit.

S. Otto Ep. Bamb. *Otto*, antea *Henrici IV.* Imperatoris Cancellarius, a MCII. ad Episcopatum *Bambergensis* D. evectus est, cui, per annos septem & triginta præfuit. Defunctus est an. MCXXXIX. Hic *Pomeranos* ad Christi cultum perduxit.

Bertholdus II. *Bertholdus II.* frater *Ottonis*, Comes de *Andechs & Dissa*, Marchio *Istriae*: (quæ regio est *Italiae*, & ad mare Adriaticum Marchiamque Vinidorum spectat.) Uxorem duxit *Agnetem*, Comitissam *Neuburgi & Scharadingae*: ex qua habuit duos filios & tres filias, *Bertholdum* & *Poponem*; *Marbildam*, *Euphemiam*, *Gisela*.

S. Marbilda Abbatissa *Edelstadiensis*, haud *S. Mashil* longe ab *Augusta Vindelicorum*. Moritur dis. anno MCLX.

S. Euphemia Abbatissa in *Altmünster*. Obiit anno MCLXXX. *S. Euphemia.*

Gisela Diepoldo Comiti *Bergensi* in *Suedia* nuplit.

Popo, Largus cognomine an. MCLXXVII. Episcopus factus *Bambergensis*, in eaque dignitate anno MCXCII. decessit.

Bertholdus III. Comes de *Andechs & Dissa*, *Bertholdus III.* Marchio *Istriae*. Conjugem accepit *Ojedemicham*, marchionissam, quandam *Saxoniae*: quæ vivere desiit anno MCLXXVI.

Ipse etiam anno MCLXXXVIII. defunctus est: ambo in domo capitulari *Dissenti* sepulti sunt. Duos filios genuerunt *Bertholdum* & *Poponem*, filiamque *Marbildem*, *Meinbar* *do* Comiti *Gericensi* nuptam.

Popo in senectute *Ecberto Bertholdi IV.* fratris filio in *Bambergensis* Episcopatu successit: quanquam aliquandiu anno MCCVIII. cum *Ecbertus* Episcopus ad certum tempus proscriptionem imperii pateretur, Episcopatum illum jam administrasset. Vita functus est *Popo* anno MCCXLII. aut (ut alii scribunt) MCCXLV.

Bertholdus IV. Comes de *Andechs & Dissa*, *Bertholdus IV.* Marchio *Istriae*, vivo jam tum parente, ab Imperatore *Friderico I.* ob insignem fidem & fortiter præstitam in *Italia* operam, anno MCLXXX. Dux *Meraniae* (ad amnem *Arbesin*) & *Voitlandiae* creatur. An vero antehac: *Voitlandia* priscos *Meraniae* Duces, *Bavariae* Principes, aliquandiu etiam agnoverit, ex historiis nullibi constat.

Hic *Bertholdus* *Fridericum Barbarossam* anno MCLXXXIX. in *Asiam* secutus, cum *Turcas* bello invaderet, eodem anno *Dalmatiae* Ducatum consequitur. Uxor ejus *Agnes*, *Beronis* sive *Theotonis*, Marchionis *Misniae* & Comitis *Rochlicensis* filia, decessit an. MCXCV. ipse vero MCCIV. Ambo in domum Capitularem fratrum *Dissentium* illati sunt. Quatuor filios reliquerunt: *Ecbertum*, *Ottomem*, *Henricum* & *Bertholdum*; totidemque filias: *Gertrudem*, *Hedwigem*, *Agnetem* & *Marbildem*.

Gertrudem uxorem duxit *Andreas Vngarorum* Rex, filiamque genuit *S. Elisabetham*, *Reginae* *Landgraviae Thuringiae Hassiaeque* nuptam. *Gertrudis* autem ab *Vngaro* quodam generoso & potente *Petro Bancaccano* misere interfecta est.

Nam frater ejus *Henricus*, aut permittente, aut subornante Regina, anno MCCXIII. *Vngari* hujus uxorem stupraverat. Rex *Andreas* autem, qui tum contra *Turcas* in *Syriam* moverat, cum redux tristem conjugis exitum hujusque causas didicisset, *Bancaccanum*, pudicitiae ultorem, cujus fidei, se absente, regnum, uxorem, filiolam *Elisabetham*, *Belamque* filium crediderat, a cædis crimine publica sententia absolvit. Memorandum omnino & manifestum exem-

exemplum, quantopere DEUS supra & adulterium aversetur ac vindicet: neque enim Rex *Andreas* ipsius uxoris facinus probavit.

Hedwigis Bertholdi altera filia, in matrimonium data *Henrico Barbaro* Duci *Silesiæ*, obiit anno MCCXLIII.

Aguetem sororem duxerat *Philippus Galorum* Rex: quam deinde *Innocentii III.* Pontificis instinctu, ex thoro in exilium eiecit.

Matbildis Abbatissa *Kitzingensis* moritur anno MCCXLV.

Ecbertus.

Ecbertus Comes de *Andechs & Dissa* anno MCCIII. *Bambergensis* Episcopus constituitur. Hic, quoniam cum fratre *Henrico* conscius ac particeps consilii fuerat, quo Comes Palatinus *Otto* de *Wittelsbach* *Philippum* Imperatorem, Calendis Junii anno MCCVIII. interfecit, publice proscriptus est. Quamvis autem Imperatori *Fridrico II.* anno MCCXXV. reconciliaretur, nec tamen Episcopalem sedem, qua exciderat, recepit: sed propter animi robur & peritiam vicarius *Viennæ* atque omnis *Austriæ* creatus est. Animam ibi efflavit anno MCCXXXV. aut (ut alii narrant) MCCXXXVIII. & *Viennæ* apud *Scotos* fratres (*bey den Schotten*) in introitu sepultus est.

Henricus.

Henricus Marchio *Isiriæ* Comes de *Andechs & Dissa* cum fratre *Ecberto* (de quo diximus) tanquam insidiarum adversus Imperatorem *Philippum* conscius in magnam adductus est infamiam. Qua motus in *Vngariam* ad affinem *Andream* Regem profugit, ibique annorum circiter viginti exilium egit. Nec tamen hac calamitate audaciam deposuit, sed libidine & adulterio, *Vngarum* illum (cujus paulo ante meminimus) ut sororem *Gertrudim* occideret, impulit. Moritur *Grassovia*, quo conscientia facinoris aufugerat, anno MCCXXVIII. sine liberis. Uxorem habuit *Sophiam*, *Isiriæ* Marchionissam (secundum antiquas chartas *Dissenses*): quod nominis illa a viro suo impetravit. Nam origine Marchionissa *Brandenburgica* fuisse dicitur. *Henricus* tertio ante mortem anno apud *Fridericum II.* Imperatorem cum *Ecberto* fratre cædis causa reconciliatus est imperio; sed tamen (ut diximus) exul obiit.

Bertholdus V.

Bertholdus V. hujus nominis Patriarcha *Aquilejensis*, anno MCLII. decessit. In ludis equestribus decimo quarto, qui ad *Herbipolim* anno MCCXXXV. factus est, *Bertholdi VI.* Comitibus de *Andechs* mentionem invenio. Sed manifestus error in nomine. Non enim profecto ex hac domo nisi quinque *Bertholdi* prodierunt, omnes ante hoc tempus defuncti, solo Patriarcha hoc *Aquilejensi* excepto: qui, tanquam clericus, ad equestres ludos & honores seculares adhiberi facile non potuit. Quamobrem potius *Ottone* II. Ducem *Merania* intelligi putamus, qui his ludorum solennibus inter alios Principes ac Dominos interfuerit.

Otto I. hujus nominis, Marchio *Isiriæ*, Dux *Merania*, *Dalmatiæ* & *Voitlandiæ*, Comes Palatinus *Burgundiæ*, Comes de *Andechs & Dissa*. Hic paulo ante obitum *Oenipontem* muro cinxit, urbemque constituit; sicut hi veteres latini versiculi testantur:

Otto Merania Princeps, cognomine Magnus,
Inspruck circumdat muris, & mania fundat

Tricesimo quarto post annos mille ducentos

A nato Christo; privilegia Dux dedit Otto.

Proventus ac census, qui ex *Trebcasio* & *Hermansdorffio* possessionibus ejus in *Voitlandia* quotannis ad illum redibant, certis conditionibus cœnobio *Dissense* ejusque monasterii chis eo usque addixit, quoad in *Voitlandia*. *Dissense*, tale monasterium & ædes sacra a posteris suis conderetur. Qui annui reditus per seculi fere spatium in monasterium *Dissense* perlati sunt: donec eisdem *Otto* Comes *Orlamundanus* anno MCCXXXII. ad cœnobium, quod *Cæli Coronam* vocavit, reduceret.

Cæterum monasterium *Dissense* præcipuis Comitibus de *Andechs* Ducibusque *Meraniæ* commune ferme sepulchrum præstitit; quod hæc vetusta, rudis & obscura inscriptio perhibet:

Dissenses Proceres & eorundem mulieres Semet, cum donis, nostris tribuere patronis.

Interior fossa cunctorum continet ossa, Nomina sed Procerum tenet hic locus & mulierum,

Spiritus illorum quo tendat ad alta polorum.

Hoc optent juvenes cum puerisque senes. Marchio Bartholdus, conjux Hedvigis & ejus,

Bertholdus Comes, atque sua conjux præclara Sophia,

Cunrad Canonicus, Comes Henricus Otto frater & ejus,

Dux & Marchio Berth. sua nobilis, uxor & Agnes,

Filius illorum Marchio Heinrich vir bonorum.

In cæli patria locet hos pia virgo Maria, &c.

Item *Otto Merania* Dux &c. aliquot etiam monasteria per *Franconiam* ædificavit, cœnobiumque *Langbetmiense* ad *Staffelsteinium* *Langheim* in *Voitlandia* amplis reditibus dotavit: ubi cum uxore situs est. In matrimonio habuit *Beatricem Bertholdi*, aut (ut alii vocant) *Ottonis* Comitibus Palatini *Burgundiæ* filiam; (cujus nomine *Burgundiæ* Palatinatum anno MCCXVIII. post soceri discessum nactus est). Hæc obiit anno MCCXXXI. ipse vero anno

no MCCXXXIV. Erat ei filius *Otto II.* & quatuor filia: *Agnes, Elisabetha, Beatrix & Margaretba.*

Agnes nuptiis juncta est *Friderico* Duci, *Austriae*, bellicoso & supremo hujus gentis. Quam ille ob sterilitatem repudiavit, annoque MCCXLVI. obiit. Repudiata, deinde *Vlrico* Duci *Carinsbiae* nuplit.

Elisabetha uxor *Herdegeni* Baronis de *Grundlach*. Anno deinde MCCXLVI. matrimonium contraxit cum *Friderico* Comite *Zollereni*, qui anno MCCLXXIII. Burggravius *Noribergensis* factus est. Dotis loco attulit *Byrubum* & *Cadelsburgum*, cum aliis oppidis, ad *Salam* & *Moenum* amnes. Hæc monasterium monialium *Auracense* in *Franconia* ad *Aischam* fluvium a. MCCLXXV. condidit. Qua extincta, *Fridericus* Burggravius *Noribergensis* *Beatricem* e *Saxonia* Ducum familia uxorem accepit, quæ anno MCCCIX. *Noribergæ* mortua & sepulta fuit. Ipse vero *Fridericus* ante obiit anno MCCXCIV. & *Heilsbrunnæ* sepultus est. Ad hunc *Fridericum* Burggravium *Brandenburgici* Marchiones hodiernique Principes *Voitlandiæ* genus referunt.

Beatrix tertia *Otonis Meraniæ* Ducis filia maritum nacta est *Ottonem* *Orlamundanum* *Cornitem*.

De *Margaretba*, quarta filia silent historia.

Otto II. hujus nominis, *Otonis Magni* filius *Marchio Istriae, Dux Meraniæ, Dalmatiæ & Voitlandiæ*, *Cornes Palatinus Burgundiæ*, *Cornes de Andechs & Dissa*, ultimus fuit hujus familiae. *Blancam* duxit *Theoboldi Campaniæ* Comitis filiam: ex qua *Elisabetham* genuit. Hæc *Egoni* sive *Hugoni Burgundiæ* Comiti & post hunc *Philippo* Comiti *Savandiæ* nuplit. *Otto* hic *II.* novissimus *Meraniæ* Ducum anno MCCXLVIII. extinctus & *Langheimii* terræ mandatus est.

Atque ita hæc familia, quæ Imperatoris, *Arnolphi* nothum *Ratboldum* circa annum Christi DCCCLXXXVIII, quo *Arnolphus* rerum summa potitus est, conditorem habuit, multosque illustres ac nobilissimos viros, Episcopos, & sanctos utriusque sexus (*S. Conradum, S. Ottonem* Episcopum *Bambergensis, S. Matildem, S. Euphemiam, S. Elisabetham, S. Hedwigem, &c.*) ex se natos vidit, expiravit: cum jam ad summam, eversa potentiam, ultra trecentos quinquaginta annos florisset. Id quod haud sine divina vindicta contigit, postquam & *Henricus* *Dux Meraniæ*, *Vngari* uxorem stupro polluisset, & non ita multo post *Otto* supremus hujus gentis, cujusdam Nobilis sui, qui *Macer* (*der Hager*) vocabatur, conjugem adulterio corrupisset. Quo facto, hic ante diem mori coactus est. Quippe *Macer* eum anno MCCXLVIII. in arce *Blaffenburgensi* aut ferro, aut (ut alii in-

Menckenii Scriptor. *Res. Germ. Tom. III.*

morant) veneno interemit. Hæc de universa Ducum *Meraniæ* stirpe, ejus origine, incrementis funestissimoque exitu.

CVRIÆ VRBIS INITIA.

Quo potissimum aucto post Christum natum veteris non minus quam novæ urbis *Curia*, jacta fuerint fundamenta, nullibi refertur: quoniam aut incuria majorum, qui rustici rudes ac simplices initio erant, literis illud non prodidit; aut proditum certe temporis longinquitas & injuria (ut fit) abolevit, aut etiam crebra urbis incendia, quibus aliquoties tota conflagravit, documenta omnia consumserunt. Sed ex quibusdam vetustis libellis, qui antehac apud cives passim inventi, & vel ex antiquis monumentis, vel majorum fide & relatione conscripti sunt, illud apparet; veterem urbem nobilibus & inclytis jam olim familiis *Kotzaviorum, Sparneckiorum, Rabensteiniorum, Feitzschiorum, Lüchoviorum* &c. debere originem: quemadmodum vetusta ædificiorum, hortorum, pratorum agrorumque feuda; ex parte ab his Nobilibus tradita, multumque (ut fit in tanto temporis spatio) nunc immutata, hodieque testantur. Ita adhuc quædam domus ante portam superiorem beneficii *Kotzaviorum* est.

Urbs autem hæc occasione ædificari cœpit: Tractus ille, ubi nunc *Curia* vetus & nova sita est, vastissima olim solitudo fuit, sylvaque præaltis ac densis arboribus umbrosa, cædibus & latrociniis infesta & infamis: sicuti majores nostri constanter vereque dictitarunt, & quasi per manus liberis ac posteris suis tradiderunt. Cujus sylvæ supra & infra urbem quædam tenues adhuc restant portiones. Nec pauci viatores, sarcinis præsertim graves, per hanc solitudinem prædonibus rapiæ fuerunt. Itaque, quo modo sylva hæc periculosa extirparentur, quæ passim extractæ erant, arces, prædonum latibula dejicerentur, & proficiscentibus tutiora paterent itinera, providendum erat.

Sed ut tempora illa, quibus hæc prædonum castella invaluerunt, repetamus; ex scriptoribus fide dignis, & præcipue *Sebastiano Franckio*, qui præ cæteris Germanorum res diligentissime persequitur, hæc fere discimus: Nimirum anno MLXXII. sub imperio *Henrici 4.* quem juvenilis impetus & fervor agitabat, cum modo hanc modo aliam gentem armis aggressus fuisset, ubique in tota Germania ingentes turbæ seditionesque contra Imperatorem gliscebant. Sæva enim omnibus in locis imperia: miserorum & innocentium oppressio & injuriæ: monasteriorum & Ecclesiarum direptio: iniquissima rerum, quæ viduis ac pupillis debebantur, administratio: sua cujusque impunis libido & effrenata licentia. Tantis flagitiis Imperator aliquandiu indulgendo, & ipso (ut nonnulli volunt) exemplo suo robur addiderat. Donec Principum crebris & quotidianis querelis fatigatus, Episcopo *Coloniensi* gubernationem imperii crede-

SS

Origo Curie.

1032. Arces ab Henrico 4. Imp. extractæ subditis damnosa.

Auracense.

Otto II.

Invenitur Ducum Meraniæ.

crederet, ipsumque in aula sua tanquam patrem & regiminis sui administratorem ac Vicarium observaret. Hic quidem prudentissime per breve tempus delegatum gessit officium, justitiæ rationem habuit, integrè & incorrupta fide judicavit, vim omnem injustam, crudelitatem, latrocinia & prædationes sylvestres repressit; Nobilium & Præfectorum impotentiam, ne ultra jus fasque pauperibus graves essent, frena iniecit, & (ut paucis dicam) de cunctis imperii provinciis bene regendis sollicitus fuit. Cum autem Imperator rediret ad ingenium, aliaque ex aliis bella & discordias fereret, Episcopus cura imperii sponte se abdicavit. Quod haud male Henricum habuit, qui magistri hujus severitate jam se solutum lætabatur. Itaque remoto suæ juventutis custode, Imperator repente in montibus & collibus arces & castella in Saxonia non minus, quam Thuringia contra infestos popularium conatus communivit, ut, si quid adversi accidisset, haberet, quo se tueretur. Ad exemplum Regis compositi Nobiles, sævæ dominationis & prædæ cupidi, quasi signo dato, promte ac strenue liberos homines, tanquam obnoxia capita, addicebant feryitiis. Quoniam vero arcibus illis certi reditus non erant, nullusque suis fructibus & vectigalibus vivebat; permisit Henricus Imp. ut, qui illas excitabant, & possidebant, quoquo modo se sustentarent, alimenta ex proximis vicis & agris hostili more raperent, atque finitimos sine mercede ad operas & subsidia præstanda compellerent. Tum ergo Nobiles (quorum quidem nomina scriptores data opera tacent) ex arcibus sibi concessis summa vi, licentia & fœditate ubique bacchantur: ad omnes aditus & vias, quæ per sylvas ferunt, vectigalia exercent: sæpissime in agros propinquos excursionibus factis, quicquid obvium erat, auferunt: ex omnibus rebus tributa postulant: per speciem decimarum totos simul pecudum greges abigunt, quicquid ultra modum poscerent, retro sibi multis annis deberi, dictitantes. Opulentos juxta & egenos, quasi vilia mancipia, servire cogunt: miserorum filias, virgines & uxores publice per vim violant: quasdam in arces abripiunt, & demum fatiati lassatique libidine ad parentes ac viros remittunt. Quod si quis contra tantas injurias hisceret, damnatus læsæ majestatis, in vincula conjiciebatur, nec nisi bonis omnibus vitam redemisset, salvus & liber erat.

Arces prædatorum in Voilandiæ.

Ejus generis arces magno etiam numero Voilandiam vexabant; circa Wunsideliam, in montis piniferi jugis duodecim erant. Quod si quem viatorem cum sarcina observassent, ex arce Rudolffstein signum tollebant, quo reliquis raptoribus prædæ spem adesse significabant. Præter alias multas arces quædam ad Gattendorffium extracta fuit; alia in monte, qui Clausenberg dicitur, eo in loco, ubi hodie templum S. Laurentii positum est:

alia in Salenstein, pluribusque aliis in locis, ubi vestigia illarum nunc etiam supersunt. Quas omnes ea arte construxerant, ut ex alia in aliam, scilicet ex arce Salenstein in montem Clausenberg, ex hoc in Gattendorff prospectare, & socius socium, vexillo erecto, admonere posset. Et si quis salvus hinc emerisset, non deerant tamen alii, qui undique instabant, adeo ut iter facientes magna comitum caterva vitam ac bona sua defendere necesse haberent.

Præcipue autem latrocinia & cædes prædatorum infestam sylvam & locum illum, in quo jam Curia sita est, maxime, ubi platea latrocinialis (die Mord-Gassen), quæ inde nomen habet, impleverant. Qui enim in via publica veteri, (alte Fuhrstrasse) supra Salam, præter tinctoriam officinam (Färbhaufs) per plateas, Orlam, latrocinalem & Judeorum, commeabant, ut plurimum in invidias prædonum inciderunt. Si quis autem vicum latrocinalem egressus, post novam scholam, præter cœnobium monachorum, & infra proxime ad fullonicam (Walck-Mühl) usque ad Salæ ripam sive ad felicem transitum (den seeligen Furth) salvus evalisset, & locorum difficultates atque pericula elictatus esset, de mira felicitate sua lætabatur. Itaque & viculus beatus (das seelige Gälslein) trans Salam non procul a dicto loco, ad nostram usque ætatem, nomen inde servat.

Quemadmodum vero scelere quaesita tyrannis non potest esse diuturna, ita & his arcibus ruinæ & possessoribus exitium paratur. Saxones enim & Thuringi, longinqua cædium & latrociniorum patientia fatigati, conspiratione facta, arces, quæ in ipsorum libertatis extractæ fuerant perniciem, passim subvertunt. Tum & an. MLXXIV. ut Imperator Henricus IV. eodem modo reliqua tyrannidis propugnacula, in violationem publicæ tranquillitatis excitata, confestim dirueret, efflagitant. Cumque is injuriam auctoritati suæ fieri existimans diutius repugnaret, mox a Saxonibus Goslarie oppressus, eodem anno omnes arces & castella funditus evertere, sociosque cædem & prædam spirantes ita coercere cogebatur. Horum exemplum sequuntur mox finitimi, easdem cum Saxonibus & Thuringis perpeffi injurias: qui, ut iisdem quoque animis servitutem depellerent, latronum castella, quotquot possunt, demoliuntur. Domini etiam de Egro arces proximas, tum in monte pinifero, & circum, tum in loco, qui nunc Wunsideliam continet, ædificatas paulatim disturbant, & sibi ac finitimis pacem, & iter facientibus securitatem restitunt.

Atque hoc tempore Nobiles finitimi, nostræque urbis fundatores intolerabilem prædonum licentiam & atrocitatem, quæ in loco, ubi nunc Curia iacet, immaniter invaluerat, divino auxilio profligarunt, & conjunctis viribus; sylvam umbrosam, & latroci-

trocinis plenissimam exciderunt, arcem ad S. Laurentii & in *Salenstein*, pluresque alias, vicinis infestas, deleverunt. Tum ne malum recrudesceret, mox an. MLXXX. sylvæ erutæ solum fundamentis oppidi scil. urbis veteris ad *Salam* occupant ac suos colonos eo deducunt. Latibula ad S. Laurentii & Saxum Claussenberg, qua erant pietate, sordibus prædonum purgant, & mala in bona bonis auspiciis convertentes, in ipsum locum arcis prædatoriae facellum S. Laurentii reponunt: ut post hæc homines patrem omnipotentem pio cultu venerarentur, & verbum Dei pro illorum temporum ingenio & conditione, propagarent.

Templi S. Laurentii vestigia vetera.

Templum S. Laurentii ab initio tam amplum non fuit, quam quidem hodie conspicitur: quippe media saltem ejus pars, quæ ascribitur & tabulis contegitur, una cum veteri urbe ædificata est. Posterior autem concamerata longiori intervallo, anno scilicet MCCCXCII. cum duobus facellis S. *Johannis* & *omnium Sanctorum* ut & sacrario accessit, atque ita templum aliquando protractum fuit: ut multitudo, quæ in dies crescebat, eo melius verbum divinum audiret. Cum enim undique homines confluerent, qui novum oppidum ædificiorum accessione ampliant, ædes etiam sacra proferenda erat. Sacellum S. *Johannis* auctores habuit Nobiles *Müringos*, qui antiquam missarum superstitionem ibi instituiebant. Anterior vero camera in vestibulo S. Laurentii, parentum ætate anno MD. ab *Alberto Geilsdorffio* seniore extructa, & anno sequenti in S. *Annæ* honorem dedicata est: ut deinde ad annum MDI. exponemus. Et hastres templi partes, separatis temporibus adjectas, quilibet foris & intus plane observare, & dissimili murorum genere distinguere potest. Molendinum (die *Christel Mühl*) infra ædem S. Laurentii, omnium vetustissimum est, & ejusdem cum ipsa urbe veteri ætatis. Nomen, opinor, accepit ab imagine S. *Christophori*, quæ antiquis temporibus ibi ad molendinum fuit posita.

Sacellum S. Elisabethæ.

Proxime ad S. Laurentii in cœmeterio facellum S. *Elisabethæ*, multos ante annos magna religione in honorem S. *Elisabethæ Thuringiæ* pii majores, incertum quo anno post Christi nativitatem, condiderant. Mentionem ejus faciunt antiquæ literæ, quas sub anno MCCCXXXII. videbimus. Quod deinceps parentum ætate ossibus defunctorum colligendis ac recipiendis destinatum, anno autem MDLXXV. cum cœmeterium S. Laurentii propagaretur, tandem penitus destructum est.

Ædes parochiales ad S. Laurentii.

Apud templum S. Laurentii jam olim etiam splendidissimæ Parochorum ædes (die *Pfarr*) extructæ sunt, in quibus sub Papatu divites & magnifici Decani & Canonici Cathedralis Ecclesiæ Bambergensis, plerique omnes gradu Doctoris Theologiæ & Juris Canonici ornati, utpote Plebani sive Parochi ad S. Laurentii, cum plurimis aliis clericis & sa-

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

cerdotibus diu habitaverunt & opimarum donationum proventus ac redditus quotannis ibi consumserunt. Non una quotidie mensa Clericorum largo victu alebatur. Benigna etiam munera & inde & ex cœnobio monialium multi pauperes percipiebant sine ullo detrimento bonorum ecclesiasticorum. Tunc temporis enim homines certatim facultates suas in Dei cultum & pauperum solatium conferebant. Hinc & divina clementia tantam pietatem & in miseros amorem omnium rerum effluentia pensabat, ut ubique ubertas, nulla usquam esset inopia.

Nostris temporibus Matriona illustrissima generosissimaque *Dorothea Casbarina*, Principis nostri clementissimi, *Georgii Friderici* Marchionis Brandenburgici &c. soror, una cum marito *Henrico* Burggravio *Misnensi* & Principe *Plaviæ*, per aliquot annos in parochiali ædificio habitavit. Antea vero, suscepta lucè Evangelii, proventus & redditus Parochiæ per vicarium (*Pfarr Verweser*) sicut & hodie, in rationes relati, Principi exhibebantur: quanquam major illorum pars in conservationem, sancti sacerdotii ejusque ministrorum cedat. Quo modo & bona, ad cœnobium monialium olim pertinentia, collocantur, utpote ex quorum annuis redditibus viginti quatuor beneficiarii (quorum duodecim viginti, & reliqui quindecim florenos accipiunt) ab eodem Principe Clementissimo aluntur, & ministri scholæ ac templorum in civitate & ruri salariorum accessionem ex parte habent (werden mit addition-Geld versehen). Hæc de antiquo parochiali templo S. Laurentii contiguisque ædibus parochialibus. Quinam vero redditus quotannis percipiuntur, illi in Libro provinciali, quem *Quæstor* (*Castner*) servat, ordine omnes recensentur.

Nec vero hic substitit majorum pietas, sed in honorem variorum Sanctorum varias quoque passim extruxit ædículas. Sic *Divo Gangelpho* (S. *Gehülffen*) Martyri sacellum, infra templum S. Laurentii, proxime ad pontem lapideum ædificaverunt, & ibi statis temporibus, ad modum reliquorum, missarum sacra habuerunt. Annus & tempus ædificationis non constat. Tandem hæc ædicula, quod nulli amplius usui esset, & superstitionis intercidisset, circa annum Christi MDXL. vendita & in horreum, quod adhuc stat, conversa est.

Sacellum *Divi Nicolai* in urbe veteri æque pervetustum fuit, & augescente multitudine hominum in honorem Dei & S. *Nicolai* Episcopi ædificatum videtur. Anno MDLIII. ingruente belli tempestate a nostris simul cum nosocomio (*Franzosen Haus*) eversum & ad hunc usque diem in squalore ac ruinis est. Sed nosocomium anno MDLXIII. restituebatur.

Antiqua etiam pietas ultra campum jaculatorium (*Schiefs-Graben*) qui ideo nunc quoque S. *Sigismundi* dicitur, & ad marginem illius S. *Sigismundo*, qui Martyr & antehac Rex

Sacellum D. Gangelphi.

Sacellum D. Nicolai

S. Sigismundi.

Burgundionum fuerat, ædiculam statuit. Ad hanc antiquis temporibus frequentissimus populi concursus erat, die præsertim dedicationis (am Kirchtage), Dominica nempe Quasimodogeniti, octavo die post Pascha, quo vicini rustici ex pago Unterkotzau ut & aliunde copioso victu comportato, rerum omnium abundantiam & vilitatem faciebant. Diruta est anno MDXXXVIII. ob ruinofam vetustatem & cessantem pontificiorum cultum. Lapidés fere ad extruendum nosocomium (Frantzosen Haus) adhibiti.

Sacellum
S. Viti.

Invenio etiam mentionem alicujus sacelli S. Viti, quod in urbe nostra olim fuit, incertum quonam loco. In nullis, quas vidi, antiquis literis memoratur, sed *Johannes Köppelius*, qui per annos quadraginta sacrificulus Curienfis fuit, cujus autographum adhuc extat, in fine cujusdam libri se fuisse fatetur *Premissarium in Curia Regnitz, & pro tunc (anno MCCCCXLII.) Vicarium Capellæ S. Viti in jam facta civitate.*

Hinc certe majorum pietatem cognoscas, qui omnibus in locis, ubicunque poterant, cultum divinum instituerunt, nec solum extra, sed & intra urbem (ut deinde dicitur) multas ædes sacras ædificarunt. Sic ardore pietatis ducti, in extremo suburbio ad rivum, quem den Siegenbach vulgo vocant, sacellum S. *Erhardi*, Episcopi quondam Trevirensis (quo tempore, obscurum est) condiderunt. Quod deinceps parentum memoria in domum pro egenis & morbidis curandis (zu einem Sieghaus vor arme. ausfätzige Leut) mutatum est.

S. Erhardi

Cum autem non solum cura, & ope piorum Nobilium (quos supra memoravimus, qui feuda sua plerumque Imperatorum Regumque *Bohemiæ* beneficiis accepta ferebant) vetus oppidum manifesto & indes incolarum numero cresceret, sed etiam a *Bertholdo IV.* Marchione *Istriae*, Comite de *Andechs & Dissa*, qui anno MC LXXX. ab Imperatore *Friderico I.* Dux *Meraniæ* ac *Voitlandiæ* creatus est, veluti Domino tum hereditario, civilibus institutis, legibus & immunitatibus de integro quasi conderetur; locorum angustia jam non videbantur plura capere ædificia. Itaque ab hoc Duce *Meraniæ* ac Successoribus ejus, datis novis privilegiis, potestas facta est, ut non solum incolæ veteris oppidi, sed vicinorum etiam Nobilium subditi & alii, qui a Superioribus suis emigrandi veniam impetrassent, (so ehliche Weglaß hätten) fundamenta novæ urbi jacerent. Id quod factum est circa annum Christi MCCXXX. sub *Ottone Magna* seu I. *Istriae* Marchione, Duce *Meraniæ*, *Dalmatiæ & Voitlandiæ*, Palatino *Burgundiæ*, Comite de *Andechs & Dissa*, qui tum opibus ac potentia longe florentissimus erat, & in *Bavaria*, ad montes Italicos, & in *Istria*, non modo in *Voitlandia* imperitabat. Erat etiam Princeps ædificator, qui aliquot monasteria &c. extruxit, & præsertim *Oemipontem* (ut

Origino-
nae urbis
Curia.

supra mentionem fecimus) imperante *Friderico II.* mœnibus inclusit.

Opera novæ urbis *Curia* lente ac seigniter procedebant, vel propter mortem *Ottonis I. Meraniæ* Ducis, qui anno MCCXXXIV. obiit, cujus filius *Ottone II.* genio & voluptatibus *inserviens* a patria virtute recedebat; vel propter sumptuum & materiæ inopiam, vel denique, quod non quilibet sine jactura & dispendio rei familiaris huc se transferre & domum fundare posset. Hinc promiscua illa & confusa ædificandi ratio, quæ passim & inprimis inde a porta superiori, lævo latere manifesto deprehenditur: cum alter altero altius tolleretur ædificium, aut in plateam longius protenderetur. Sub *Ottone II.* qui publicam rem male curabat, opera novæ urbis (ut puto) præne interrupta pependerunt, nec sane ulterius, quam paululum infra S. Michaelis templum producta sunt. Postquam enim hic *Otto* ultimus *Meraniæ* Ducum an. MCCXLVIII. defunctus erat, ejus terræ (ut infra ad annum MCCXLVIII. clarius indicabitur) varia divisione distrahi cœperunt. Itaque inter alia *Ottoni Orlamundano* Comiti (cujus uxor *Beatrix* erat *Ottonis M. Meraniæ* Ducis filia) hereditario jure *Curia* cessit; qui illam ad inferiorem portam continuavit binorumque viculorum, infra ædem S. Michaelis quorum prior ab areæ amplitudine der Platz, posterior ab ejus nomine die Orla dicitur, accessione auxit. Sed idem *Otto* Comes deinde *Curiam*, quæ nullis tum mœnibus claudebatur, *Henrico de Weida* Baroni, & novo Domino *Voitlandiæ* vendidit.

Nam cum *Voitlandiæ* Ducatus post *Ottonis II.* novissimi *Meraniæ* Ducis mortem dividere-
retur, parsque *Friderico* Comiti *Zollerano*,
Burggravio deinde *Noribergensi* (qui *Ottonis M. Meraniæ* Ducis filiam *Elisabetham* anno MCCXLVI. duxerat,) pars *Ottoni Orlamundano* Comiti eveniret; Baro hic de *Weida*, Romani olim Imperii, & celeberrimi monasterii *Quedlinburgensis* in *Saxonia* Advocatus etiam partem *Voitlandiæ* ab Imperatore *Friderico II.* obtinuit, & Advocatum se *Weidensem* scripsit. A quo reliquos *Weidæ*, *Gera*, *Græcii & Plaviæ* Advocatos *Ruthenôsque Dynastas* originem ducere, *Caspar Bruschius* testatur.

Voitlandiæ Domini mutantur.

Curia igitur *Henrici de Weida* tunc temporis sedes, circiter annum Christi MCCLX. muro, fossa duplici & operibus communitatis fuit. Quoque validior contra impetum hostilem esset, idem *Henricus* arcem ædificavit: sicuti *Georgius Groischius*, *Grimmenfis* Ludimagister, in *Salæ* descriptione memorat: qui sine dubio *Casparis Bruschi* descriptionem montis piniferi, & quatuor inde orientium fluviorum, inspexit, ejusque vestigia secutus est. Muri etiam nostræ urbis clare nominantur in charta quadam indulgentiarum, anno MCCXCIX. data; quo tempore novum pariter ac vetus oppidum flammis

Curia murorum circumgitur

mis exultum fuit, uti deinde ad hunc annum referemus.

De Germanico & Latino Curia nomine.

De nomine urbis Germanico.

Germanicum nomen *Hof* urbs traxit a villa unica, quæ antiquis temporibus supra molendinum über der Stauden-Mühl, (quod ex proximo fruticeto ita vocant) liud procul a rivo *Regnitz* jacebat, & vulgo der *Regnitz-Hof* ab accolis dicebatur. Quod nomen etiam ingenua majorum simplicitas, qui de novo ac digniori parum ambitiose laborabant, toti oppido antiquo imposuit. Nec urbs nova, quamvis splendidius aliquanto ædificata, illud recusavit: sicut ex antiquis indulgentiarum literis, deinceps proferendis, aliisque monumentis antiquis passim animadvertimus. Hodie quidem vetus adjectio *Regnitz* fere omittitur & urbs utraque communi nomine *Curia*, *Hof* vocitatur. Nam alienum & inconveniens nostris videtur, urbi hodieque potius a rivo *Regnitio* paulo remotiori, quam a *Sala*, quæ ipsam prope alluit, vel aliunde cognomen mutuari.

Sed nec veteres plane abs re novam quoque urbem *Hof-Regnitz Curiam Regnitianam* dixere. Quippe *Regnitius*, qui duobus diversis alveis, supra & infra urbem (supra quidem ultra molendinum, quod die *Stauden-Mühl* vocant, e regione montis des *Clausenbergs*; infra vero per aliquot jugera a nosocomio S. Erhardi deorsum versus) in *Salan* effluit, duobus hinc brachiis limites urbis & agrorum meridiem versus ac septentrionem quodammodo indicat & a finitimis pagis distinguit.

De Latino nomine Curia.

Latinum nomen *Curiam* Episcopi, ad quorum Diocesim pertinebat, & Canonici *Bambergenses*, qui parochiali templo S. Laurentii plerumque præerant, urbi tribuerunt; quoniam urbs verus ac nova satis commode *villa* vel *aula* vocari non poterat, quorum alterum vile ac sordidum, alterum nimis magnificentum videbatur. Itaque *Curiam* dici placuit; quæ vox non modo *locum* seu *sedem publici consilii*, ubi *rempubl. Senatus curas*, sed etiam locum, in quo *cura sacrorum tractatur*, significat. Nam cum Episcopi & Canonici *Bambergenses* majorum pietatem, ardorem & insigne divinarum rerum studium animadverterent, (quod ex prisca & optimis donationibus, quibus Parochiam, monasteria; xenodochium templaque ornarunt, aperte constat) patriam nostram non immerito vel imprudenter *Curiam* nominarunt. Quare etiam Vir Reverendus B. M. *Andreas Pangratus*, Pastor olim noster & Superint. ad illum vocis *Curia* sensum, quem veteres intenderunt, hoc disticho alludit:

Curia si Christum curas, qui te quoque curat;

Tunc Christo curas, Curia, semper eris.

Aula Romana etiam *Curia* dicitur, hoc est, Pontificis Maximi Patrumque & minorum Pontificum conventus, quod in ea totius orbis terrarum & Christianæ reipublicæ negotia curentur tam profana quam sacra. Id qua diligentia & fide adhuc præstitum sit, nemo ignorat. Hinc quidam acute:

Paup̄eribus sua dat gratis, nec munera curat

Curia papalis, quod modo percipimus.

Quod si carmen hoc Sotadicum se ipsum convertens, retrorsum legeris, præcipua Romanæ sedis & multo maxima cura præclare apparebit:

Percipimus modo, quod Papalis curia curat

Munera, nec gratis dat sua pauperibus.

Insignia Curia.

Civitati huic Duces *Meraniae* flavum sive aureum suorum insignium leonem in atro campo, inter duos barbaros (neben 2 wilden Männern) collocatum ex singulari clementia concesserunt. Quo barbariem olim & vastitatem hujus loci ac pericula, ut credo, tacite indicant. Deinde Domini de *Weida*, quorum auspiciis nova urbs absoluta & muro circumdata fuit, turre duas, leone (quo ipsi utebantur) interposito adjecerunt.

Caput & collum canis auriti majoris (der *Bracken-Kopff*) quod stanni fusores pro signo civitatis habent, ex Marchionum *Brandenburgicorum* & *Burggravorum Noribergensium* insignibus est, quanquam & Domini de *Weida* collum *Molossi* in galea gesserint.

De rebus variis.

Cum plurimarum rerum, quæ antiquiori ætate apud nos acciderunt memoria variis ex causis supra memoratis &c. interciderit; iam illas modò reliquias, quas multo labore (ut in tanta documentorum paucitate) hinc inde colligere & ex squalore oblivionisque iniuria vindicare mihi contigit, qua par est, fide proferam.

Anno MCXXIV. *Otto Comes de Andechs* & *Dissa* filius *Bertholdi I.* Episcopus *Bambergensis Pomeranos* ad Christum convertit & baptizavit. Templum *Dissæ* in *Bavaria* consecravit & magnis fortunis instruxit: item monasterium *Heilsbrunnam* condidit, de quo mox. Adolescens Philosophiæ aliisque bonis artibus diligentem operam dedit, & primo in *Polonia* ludi magister fuit deinde Imp. *Henrici IV.* Cancellarius, a quo MCII. Episcopus *Bambergensis* creatus est, & hanc sedem annos XXXVII. magna cum gloria gubernavit.

Anno MCXXVI. cœnobium *Eberacense Bambergam* inter & *Kitzangam* fundatum est.

1132. *Heilsbrun-*
nenise. A. MCXXXII. *Otto* Episcopus Bambergensis cum *Rapoto* & *Conrado* fratribus & Comite de *Abensberg* monasterium *Heilsbrunnenise* inter *Noribergam* & *Onolsbacum*, Ordinis Cisterciensium fundavit. Decessit hic *Otto* Comes de *Andechs* & *Dissa* an. MCXXXIX. septuagesimo ætatis anno & MCLXXXIX. a *Clemente III.* Pontifice in Sanctorum numerum adscriptus est.

Langbeimense. Eodem anno cœnobium *Langbeimense* haud procul a *Staffelstein*, a Comite de *Trubendingen* fundatum & post seculi intervalum circa annum Christi MCCXXXI. ab *Ottone M.* Duce *Meraniae* &c. deinde etiam a Comitibus *Orlamundæ* largis reatibus insigniter auctum est.

Bambense. Antea vero ann. MCVII. monasterium *Bambense* ab *Hermann* Marchione *Vobburgenfi* eiusque coniuge *Alberada* Comitissa de *Bamb*, quæ ibi sedem habuerat, fundatum est. Alii foundationem ponunt in annum MLXXI. Monasterium *Schwarzacense* in *Franconia*, quod cum priori illo ab eodem Abbate regitur, conditum est circa annum Christi DCCCL. a *Megingando* sive *Meinguzo* Comite *Rotenburgico*.

1180. Anno MCLXXX. *Voitlandia* in Ducatum erigitur & *Bertholdus IV.* huius nominis, Comes de *Andechs* & *Dissa*, Marchio *Istriae*, ab Imp. *Friderico I.* Dux *Meraniae* ac *Voitlandiae* constituitur.

1231. Anno MCCXXXI. die 19. Novemb. *Mars S. Elisabethæ* obiit *S. Elisabethæ*, *Andreae* Regis *Vngarorum* filia, quam anno MCCVII. ex *Gertrude*, *Bertholdi IV.* Ducis *Meraniae* & *Voitlandiae* filia suscepit, coniux *Ludovici Thuringiae Hassiaque* Landgravii. Hæc propter insignem pietatem, amorem liberalitatemque in pauperes a *Gregorio IX.* in Sanctorum numerum relata & *Marpurgi* sepulta est anno Christi MCCXXXVI.

Sub huius *S. Elisabethæ* avunculo *Ottone I.* sive *M.* Duce *Meraniae* ac *Voitlandiae* circa eadem tempora opus novæ urbis *Curiae* ceptum, sed, obitu eius interveniente, absolutum non est, ut supra indicavi. Namque illa tum haud multo ultra dimidiam partem cum ædificata *S. Michaelis* ab eo ædificata, & porro ab *Ottone* Comite *Orlamundano* usque ad inferiorem portam perducta fuit.

1234. Anno MCCXXXIV. obiit *Otto I.* & *M. Istriae* Marchio, Dux *Meraniae*, *Dalmatiae* & *Voitlandiae*, Comes Palatinus *Burgundiae*, Comes de *Andechs* & *Dissa*, cui *Otto II.* filius degenner successit.

1243. Anno MCCXLIII. d. 15. Octobris *S. Hedwigis* moritur *Ottone M.* Ducis soror, & *Bertholdi IV.* Marchionis *Istriae*, Ducis *Meraniae* ac *Voitlandiae* &c. filia, quam ex *Agnete* Marchionissa *Misniae* & Comitissa *Rochlicensi* genuerat. Hæc *Hedwigis* a parente *Kirziam* in monasterium missa, ubi bonis literis exculta est. Postea *Henrico Barbato* Duci *Silesiae* ac *Saxoniae* nupsit, cui tres filios totidemque filias peperit, eoque defuncto, vidua per an-

nos octo & viginti sanctissime vixit. *Trebnitii* in *Silesia* non longe a *Vratislavia* splendidissimum ordinis cisterciensium condidit monasterium, eique *Gertrudim* filiam, adiunctis centum virginibus, Abbatissam præfecit. A *Clemente IV.* Pontifice anno MCCLXVI. sanctis adscripta est, quoniam (ut *Chronicon Polonicum* habet) cœca ipsius filia, quam laicus adhuc ex uxore procreaverat, *Hedwigis* precibus & meritis visum oculorum receperat.

A. MCCXLVIII. *Otto II.* Marchio *Istriae*, Dux *Dalmatiae* & *Voitlandiae*, Comes Palatinus *Burgundiae*, Dux *Meraniae*, Comes de *Andechs* & *Dissa*, ultimus suæ gentis sine prole mascula decedit & in cœnobio *Langbeimensi* sepelitur. Provinciae eius mire distrahantur. *Istriae* Marchiam *Venesi* occupant, & de Ducatu etiam *Meraniae* (qui *Dalmatiae Croatiaque* adiacet, & *Istriae* finitimus est) cum *Bela Vngarorum* Rege, *Andreae* Regis filio, cuius mater *Gertrudis Bertholdi IV.* Ducis *Meraniae* filia erat, armis contendunt. *Bavariae* Duces, quicquid versus Alpium iuga illorum finibus cohæret, invadunt. *Meinhardus* Comes *Goricensis* (cuius parenti eiusdem nominis *Martilda Bertholdi III.* *Meraniae* Ducis filia nupta fuerat) possessiones ad *Atbesin* & *Oenum* amnes sibi vindicat. Quæ autem loca *Otoni II.* per *Franconiam* & *Voitlandiam* paruerant, ea Episcopi, *Hermannus* *Herbipolitanus* & *Henricus Bambergensis*; itemque *Otto Orlamundæ* Comes in *Thuringia*, qui *Beatricem Ottonis M.* *Meraniae* Ducis filiam duxerat; & *Fridericus* Comes *Zolleranus* *Burggravius* deinde *Noribergensis*, qui itidem *Ottone M.* filiam *Elisabetham* coniugem habebat, inter se dividerunt. *Friderici* minimus natus filius *Albertus*, nuptiis cum *Ottone Orlamundani* Comitissæ vidua contractis, quæ maiores eius in *Voitlandia* possederant, præter urbem *Curiam* (quam *Henricus Weidensis* iam tum ab *Ottone Orlamundano* emerat) obtinuisse dicitur. Verum hæc possessiones, *Alberto* sine prole defuncto, ad *Orlamundanos*, tanquam legitimos heredes, redierunt.

Cum circa annum Christi MCCLX. novam urbem *Curiam* *Henricus Weidensis* mœnibus circumdedisset; etiam xenodochium ædificari cœpit. Testantur illud *Vrbani IV.* Pontificis literæ, quibus pios per Episcopatus *Moguntinum*, *Bambergensem*, *Naumburgensem* & *Ratisbonensem*, ut sua liberalitate præclarum hoc opus promoverent hortatus est. Datæ autem sunt anno Christi MCC-LXIV. eodem, quo *Vrbani IV.* diem obiit supremum, & ita se habent:

Urbanus Episcopus, servus servorum Dei, Enlla Vr-
universis Christi fidelibus per Moguntinenses, bani IV.
Babenbergenses, Numburgenses & Ratisbo-
nenses civitates & Dioeceses constitutis salu-
tem & Apostolicam benedictionem. Quoniam, carione Ho-
ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribu-
nal Christi; recepturi prout corpore gessimus
sive bonum fuerit, sive malum; oportet nos
diem

1248.
Mors Ottonis II. Ducis Voith.Diviso
Provincia-
rum Du-
cum Mera-
niae.

1260.

“diem messonis extremæ misericordiæ operi-
 “bus prævenire, & æternorum intuitu semina-
 “re in terris, quod, Domino reddente, cum mul-
 “tiplici fructu recolligere debeamus in coelis:
 “firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam
 “qui parce seminat, parce & metet: & qui se-
 “minat in benedictionibus, de benedictionibus &
 “metet vitam æternam. Cum igitur, sicut dilecti
 “filii, fratres Hospitalis pauperum de Curia Re-
 “gnitz Bambergensis diocesis, nobis significare
 “curaverunt, ipsi prædictum Hospitale construe-
 “re inceperint opere sumtuoso, ad quod fidelium
 “suffragia sunt plurimum oportuna; universi-
 “tatem vestram rogamus & adhortamur in Do-
 “mino, in remissionem vobis peccaminum injun-
 “gentes, quatenus de bonis, vobis a Deo colla-
 “tis, pias eis ad hoc Eleemosynas & grata
 “charitatis subsidia erogetis, ut, per subventio-
 “nem vestram prædictum opus valeat consum-
 “mari, & vos per hæc & alia bona, quæ Do-
 “mino inspirante feceritis, ad æternæ possitis
 “felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de
 “Omnipotentis Dei misericordia, & beatorum
 “Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate
 “confissi, omnibus vere penitentibus & confes-
 “sis, qui eis ad hoc manum porrexerint adju-
 “tricem, viginri dies de injuncta sibi peniten-
 “tia misericorditer relaxamus. Præcipimus
 “etiam vobis fidelibus in virtute sanctæ obe-
 “dientiæ & auctoritate supra dicta, nobis com-
 “missa, quatenus visis literis nostris, prædi-
 “ctum Hospitale spoliantes, atque bona paupe-
 “rum sive fratrum violenter detinentes, quos
 “excommunicamus, in Ecclesiis vestris excom-
 “municatos publice nunciatis. Datum apud
 “Urbem Veterem, Calend. Aprilis, pontifica-
 “tus nostri anno tertio. Hoc est anno Chri-
 “sti MCC LXIV. Urbanus enim IV. sedere cœ-
 “pit anno Domini MCCLXII.

De Hospita-
 lis fundâ-
 zione & in-
 crementis.

Xenodochium illud sub Henrico Advocato
 de Weida, penes quem civitatis eo tempore
 summa potestas erat, multorum piorum, no-
 bilitium pariter atque plebejorum libertate ex-
 tructum fuit. Idem Advocatus Weidenensis æ-
 que ac cives & alii, qui in quatuor illis Episco-
 patibus degebant, inprimis antiqua & nobi-
 lis Rabensteiniorum gens, pietatis laude cele-
 berrima (quæ & ad Monachorum & Monia-
 lium cœnobia aliquid præstiterat) structuræ
 xenodochii amplis & benignis opibus subven-
 nerunt. Quamobrem hodieque quotannis, D
 Dominica Palmarum epulum in xenedochio
 instruitur, ad quod antiquo more Rabenstei-
 nii omnes vocandi sunt, qui finito eo, ex a-
 lumnis (Pfründtner) xenodochii, an omnia, ut
 instituta olim sunt, ipsis præbeantur, an ulla
 re careant, &c. accurate quærunt. Sic etiam,
 in veteris foundationis memoriam, proximo
 quovis die Veneris post quatuor anni tempora
 (Quatember) alumni das Rabensteiner
 Leiblein tenerum ac filigineum panem (ein
 schön weißes Herren-Brod) super quotidiana-
 num & solitum victum, accipiunt. Cæte-
 rum vetusta etiam & inclita hic gens Schüt-

feldiorum, pridem extincta in xenodochii
 emolumentum multa donavit, & simul qua-
 tuor beneficia (Herren Pfründt) sibi suisque
 constituit. Et Advocatos de Weida villam
 quandam nomine *Strlanggrün*, prærum etiam
 xenodochiale (die Hospital Brunden) post
 suburbium situm, cum aliis bonis eidem xe-
 nodochio donasse, infra ad annum MCCCLIII.
 observabimus; quam donationem *Henricus*
 Advocatus Plaviensis confirmavit.

Super hæc omnia Comites quoque *Orla-*
mundæ foundationi Hospitalis sua munificentia
 præsto fuere, sicut in Catalogo donationum
 (Stift-Buch) Cœnobii Monialium sub Abbatis-
 sa II. expressis verbis ostenditur. Quinam
 alii, Nobiles pariter & plebei, in xenodochi-
 um liberales extiterint, hic commemorare
 supervacuum est, cum sine dubio, si non o-
 mnia, plurima certe apud Curatores xenodo-
 chii prodita literis habeantur.

Circa idem tempus templum xenodochiale
 in honorem B. Virginis cum ædícula XIV.
 Sanctorum sive Opitulorum, quo loco nunc
 sacrarium templi xenodochialis dedicatione
 chartula quædam extat, a *Bertoldo* Episcopo
 Bambergensi anno Christi MCCLXVIII. data,
 quæ ita se habet:

Nos *Bertoldus* Dei gratia Bambergensis *Litæra*
 „Episcopus omnibus, præsens scriptum le- *Bertoldi*
 „Euris, salutem in Domino. Tenore præsen- *Ep Bam-*
 „tium constare volumus, quod cum jamdudum *de cæmete.*
 „cæmiterium apud Hospitale in Curia Regnitz *vii Hospita-*
 „sit constructum, & ad dictum locum, quibusdam *lis dedica-*
 „nostris negociis obstantibus, accedere non va- *tionæ.*
 „leamus: dilectis nobis in Christo Rectori &
 „fratribus prædicti Hospitalis plenam pote-
 „statem concedimus, procurandi & ordinan-
 „di nomine nostro, ut aliquis Episcopus, qui a
 „sui officii executione non sit suspensus, præfa-
 „tum cæmiterium dedecet; Cui videlicet Epi-
 „scopo ex nunc licentiam & facultatem libe-
 „ram damus & concedimus, prædictum cæ-
 „miterium dedicandi. Omnibus quoque vere
 „penitentibus & confessis, qui in die dedicati-
 „onis memorati cæmiterii ad ipsum Hospitale
 „caussa devotionis accesserint, XL. dies crimi-
 „norum & centum venialium peccatorum, de
 „injuncta sibi penitentia misericorditer rela-
 „xamus. Datum Babenbergæ anno Domini
 „millesimo CC. LXVIII. X. Cal. Junii. Vo-
 „lumus etiam, ut hi, qui in anniversario dictæ
 „dedicationis ad Hospitale prædictum accesser-
 „int, participes sint indulgentiæ supra dictæ.

Quo in loco, pios veteres nunquam Ec-
 clesiæ pauperumque curam & amorem de-
 posuisse, sed primo semper loco habuisse, me-
 rito observandum est; quod amplissimæ do-
 nationes templi Parochialis ejusque sacello-
 rum, item monasteriorum & xenodochii usi-
 bus & commodis destinatæ, satis declarant.
 In tantilla profecto (si cum aliis contuleris)
 urbe tot tantæque reperiuntur donationes, ut
 magnopere mirandum sit, & *Caspar Bruschi-*

De pia ve-
 terum libe-
 raliitate.

us, egregius Poëta eam hoc nomine (uti ex Latina *Cosmographia Munsteri* patet) maximis celebret laudibus. Neque vero majores nostri Deo & egenis, quod vilissimum forte in bonis habebant, sed præstantissima quæque dederunt; prout fertilissima hinc inde arva, prata & agri &c. qui ad xenodochium, monasteria & Parochiam pertinent, abunde hodie testantur. Itaque Deus etiam benignissime dedit, ut omnia, quæ ad humanos usus requiruntur, exuberarent.

De Curatoribus xenodochii.

Cura xenodochii ad Dominos territoriales respicit, quanquam inde ab initio Senatui, tanquam præsentibus demandata sit, ita ut Capitaneus (Haupt-Mann) & Quæstor (Castner) Curatorem xenodochialem, qui ex Ordine Senatorum legitur, hortari debeant, ne quid alumni de victu detrahatur, sed, cum reditus nunc sint amplissimi, ut omnia recte ac frugaliter administrantur. Superiores autem elementissimi res ac fortunas illas, quæ præsertim ab iis non profectæ, sed magna ex parte vel a vicinis Nobilibus piisque civibus donatæ, vel ex quatuor Episcopatibus in usum pauperum xenodochii emendicatæ fuerunt, inde a fundacione xenodochii nunquam sibi sumere ausi sunt. Quod vetustæ chartæ confirmant, in quibus jam ante duo plus minus secula semper Curatores xenodochiales, Ordinis senatorii, & simul Domini Senatores, supremi Curatores xenodochiales nominantur. Per hos viros etiam Hospitale; inde ab initio ad nostram usque ætatem ita administratum est, ut bona ejus non attenuata sed aucta fuerint. Quod si administratio (ut fieri solet) extraneis hominibus militaribus (Officiern) tradita fuisset, næ illi promi magis quam condi fortunas pridem absumsissent aut male curassent. Exemplum sunt odiosa.

1274. Comites Zollerani sunt Burggravii.

Anno M CCL XXIV. cum ante biennium *Burggraviatus Noribergensis*, *Guterbachii* siue *Gutenbergii* sine virili prole extinctis, Romano imperio apertus fuisset; *Rudolphus I.* Imp. *Friderico* sororis filio, Comiti *Zollero* hanc dignitatem una cum insignibus *Burggravorum* contulit. Quam posterius ejus ad nostram usque memoriam possident. Anno M CCCC XVII. hos *Burggravios Sigismundus* Imp. *Constantiæ* Marchiones *Brandeburgicos* creavit. *Friderici* hujus pater fuit *Eytel Fridericus* *Zollero* Comes, cui ob virtutis excellentiam & res insigniter gestas *Albertus Dives* Comes *Habsburgicus*, *Rudolphi* Cæsaris parens filiam collocaverat.

1280. Quæ jura olim Burggravii Noribergæ habuerint.

Anno M CCLXXX. Imperator *Rudolphus Fridericum* novum *Burggraviatum Noribergensem* summis juribus, quæ *regalia* vocant & privilegio instruxit, ne quis ejus aut posterorum injussu, munimentum vel arcem in eorum territorio extrueret. Et isto tempore *Burggraviis* mille & quingenti *floreni* quotannis *vectigalium* nomine a *Noribergensibus* solvebantur, & tempore messium ex lin-

gulis ædibus merces unius messoris, qui denarius messorum (*der Schnitter-Pfenning*) dicebatur. Tenebant iidem *Principes Noribergæ* castrum (*die Burg*) domum ubi merces libratur, (*die Wag*), officium *Sculteti*, conductum (*das Geleit*) item saltus cum quatuor pagis aliisque juribus. Qua vero ratione suas possessiones ac terras singulis annis auxerint & ampliaverint, alii viri docti prodiderunt, & infra locis suis nonnulla profertur.

Fridericus hic ab *Elisabetta* uxore, *Otonis* *M. Meraniæ Voislandiæ* Ducis filia *Cadelsburgum*, *Byrubum* & *Creuffam* cum adjunctis pagis in dotem accepit.

Bona, quæ *Fridericus* *Burggravius* acquisivit.

Advocatum in *Bernheim* (alii *Benabm*) a *Friderico* Comite de *Trubendingen* bis mille & quingentis libris *Halensium* (2500. *Pfund Heller*) emit.

Pagum *Lautebach* & den *Rauben Culm* a *Landgravio Leuchenbergensi* pro *quadringentis* argenti *marcis* acquisivit.

Eodem anno *Otto* Comes *Orlamundanus*, trium filiorum *Otonis*, *Hermanni* & *Otonis Junioris* consensu, arcem *Brezendorfum* ad *Manum* inter *Culmbacum* & *Gesfelium* sitam cum rebus omnibus eo pertinentibus in monasterium virginum *Celi Coronam* commutavit. Pagus ille, in quo hoc cœnobium jacet; *Brezendorfum* deinde nuncupatur. Filius *Otto* illud anno M CCC XXXII. confirmavit. Est monasterium *Cisterciensium* Ordinis & *diececesos Bambergensis*, cujus visitatio *Abbatii Langbeimensi* est commissa.

Fundatio *Celi Coronæ*.

ABATISSÆ COELI CORONÆ.

- C I. AGNES *Otonis* *Orlamundæ* Comitissæ, *Abbatissæ* *Celi Coronæ* fundatoris filia.
- II. CVNIGVND A *Nothaffina* de *Weisenstein*, anno M C C C L.
- III. ANNA *Burggravia* *Noribergensis*, *Friderici* IV. & *Elisabetta* *Landgravie* *Thuringicæ* filia, quæ anno M C C C L X X X I I I. d. 27. *Julii* decessit.
- IV. RYTHENA de *Mosbach*.
- V. AGNES de *Wallenrotb*, quæ obiit anno M C C C C I X.
- VI. CATHARINA *Farrisbia*.
- VII. CATHARINA *Ritterin* de *Noriberga*.
- VIII. CATHARINA de *Schäunberga*.
- IX. LONGA de *Korzau*.
- X. ADELHEIDIS de *Blassenburgo*, mortua anno M C C C C L X.
- XI. ELISABETHA de *Kinsberga*, anno M C C C C L X X I I I. ambitum cœnobii extruxit, & anno M C C C C L X X X I V. e vita discessit.
- XII. MARGARETHA de *Zedwitz*, defuncta est anno M C C C C X C I X.
- XIII. MAGDALENA de *Wiersberga*, obiit anno M D X X I I.
- XIV. Orilia ex *Pincernarum* de *Sinawgen*te, mortua anno M D X X I X.
- XV. A.

XV. APOLLONIA de Waldenfels, obiit anno MDXLIII.

XVI. MARGARETHA de Doela, mortua est anno MDLXIX. Post hanc aliquandiu pro Abbatissa ibi habitavit Barbara, Georgii, Frederici Marchionis Brandenburgici, Domini nostri clementissimi foror, quæ ibi defuncta est anno MDXCI. die 17. Junii.

1283. In annum MCCLXXXIII. gravis incidit pestilentia, quæ nonnullos etiam optimates, item Orlamundæ Comites Albertum scil. seniore, Hermannum & fratrem eius Ottonem Orlamundæ & Vinariæ Comitem absumsit.

1288. Anno MCCLXXXVIII. Domini Plavia ac Weidæ has Curia literas dederunt, ex quibus novam urbem non ab incolis solum veteris oppidi aliarumque urbium, sed & ab agrestibus occupatam fuisse constat; quippe etiam rustici, quibus commodum visum fuit, huc commigrarunt, & novam urbem, in primis suburbium & piscatorum vicum tectis frequentiorrem reddiderunt.

Advocatum de Weida literas pro amplienda nova urbe Curia.

Wir Heinrich der Elter und Heinrich und aber Heinrich die jüngere von Plauen, die Voite, und Heinrich der Elter Voit von Weida zibun kund allen, die den Briff gebören und gesehen, daß wir uns geener haben umb die Wegloß zum Hoff, und uff dem Lande zu Regnitz. Es ist geredt und gemilkört, daß der Land Bütel des Eltern Voits von Weida mag verweglosen in die Stad zu allen Zeiten im Jahr, und in der Gegend zu Regnitz also bescheidenlich: der verwegloß wird, der soll reumen seines Herrn Gut binnen 14. Nächren, und soll Kauffman sein in der stad Hoff Jahr und tage, und soll sein Gut führen, und treiben von seines Herrn Gut, Jahr und tage nach des Landes Recht; und thut ers nicht, das vorgeschrieben ist, so soll ihn sein Herr jagen für ein schuldigen man. Es ist auch geredt und gemilkört, umb verlebende Leut und verlebende Gebauer (hoc est Bauern) wird der einer verwegloß, der soll raumen seines Herrn Gut binnen 14. tagen, und soll sein Gut feil bitten unter Jahr und tag, verkauffet ers, sein Herr falls leiben deme der unter ihm bleibet sitzen; mag aber ers nicht verkauffen, sein Herr falls ihm abgeten, als es in stebet, hat ers aber gebessert, so soll sein Herr gelten, als es seine Nachgebauer gutdüncket, und nach der Scheinhet und falls zu tagen (zu gewisser zeit) zahlen, als es fromme Leut bedüncket möglich. Über das weill der vorgeanter Herren einer, oder sein Nachgebauer dem ahdern will verwegloßen uff dem Landt, daß soll er zibun 14. tage vor Lichtmeß oder 14. tag darnach, nach des Landes Recht.

Des Dinges und dieses Geseztes sind Gezeugen Herr Heinrich der Elter, Voit von Gera, und der jünger Voit von Weida, und der Rath des von Weida, und Herr Conrad von Korzau, Herr Leupold von Greisz, Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Marcklein Bruder; Cunrad von Lüb-zhau, Mars Heinrich sein Bruder, Otto von Döblen, Berthold von Zedwitz, Heinrich von Schönfelden, der Rath des Voits von Plauen, Herr Eckenbrecht von Voitsberg, Reinhold von Mosen, Leutold von Milan, Eberhard von Widersberg, Wolfiram von Korzau, Götz Möscher, Cunrad von Mosen, Ulrich Sack, Gunther von Plawnitz, daß dieß stetz immer sey zwischen uns und unsern Kindern und unsern Nachkömlingen. Darum haben wir diesen Brieff versiegelt mit unsern Insigeln. Der Brieff ist geben zum Hoff von der Geburth unsers Herrn tausend Jahr, zweihundert Jahr und acht und acbzig Jahre, an der nechsten Mittwoch vor St. Gallen tag.

Anno MCCXCII. cœnobium Monachorum ordinis S. Francisci in honorem B. Virginis & sanctæ Crucis hic ædificari cœpit: sicut patet ex indulgentiarum charta, quam monachis Vicarius quidam Herbipolitanus, qui se Archi-Episcopum Ninivensem vocat, anno proximo MCCXCIII. d. 4. Septembris, concessit:

Johannes Dei gratia Ninivensis Archi-Episcopus universis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Cum dilecti nobis fratres Minores in Curia commorantes domum novellam ædificare inceperint in honorem gloriosæ Virginis Mariæ & sanctæ ac salutaris Crucis, nec prædicti structura operis sine fidelium adjutorio consummari valeat: nos inrima cordis devotione cupientes, cultum & honorem prædictæ gloriosæ Virginis & sanctæ Crucis dilatare in terris; singulis & universis, qui ad prædicti structuram operis, nec non ad eorundem fratrum necessitatem, manum porrexerint adjutricem, quique ad eorum Ecclesiam omnibus & singulis diebus causa devotionis accesserint; item, qui ibidem singulis diebus missam vel missas devote audierint; mitis & gloriosæ Virginis ac Patronorum nostrorum Beati Johannis Baptistæ & sancti Bartholomæi, atque beatorum Petri & Pauli auctoritate confissi, vere poenitentibus & confessis XL. dies peccatorum criminalium, & unum annum venialium, dummodo consensus Diocesani accesserit, misericorditer relaxamus. Datum Erbiopoli an Domini MCCLXXXIII. pridie Nonas Septembris.

Anno præcedente Ericus Archi-Episcopus Magdeburgensis eidem monasterio literas dederat, quibus XL. dies indulgentiarum & remissio unius carenæ continentur. Datum Magdeburgi anno MCCXCII. 3. Idus Maji.

Ejusmodi indulgentias Reinbozbo etiam Eichstadenus Episcopus Monachis S. Francisci circa idem tempus largitus est. Data sunt in vigilia S. Bartholomæi Apostoli, anni mentione omissa. Sed hic Reinbozbo (ut Catalogus Eichstadiensium Episcoporum probat) anno MCCLXXIX. Episcopatum natus,

1292. Fundatio Monasterii S. Francisci

Littera indulgentiarum Johannis A. Ep. Ninivensis.

Erici A. Ep. Magdeb.

ctus, anno MCCXCVII. diem obiit. Hæc verba chartæ sunt :

Reinbotho
nis Episc.
Exsted.

Reinbotho Dei gratia Eistedensis Ecclesie
Episcopus, universis Christi fidelibus salutem
in Domino. Sollicitudinem pastoralis officii
tunc diligenter exequi opinamur, cum ad
pietatis opera gregem Dominicum indulgen-
tiis & remissionibus invitamus. Cupientes igi-
tur Ecclesiam S. Crucis fratrum Minorum in
Curia spiritualibus beneficiis provebere : om-
nibus vere contritis in festis scilicet duplicibus &
semiduplicibus & per octavas eorundem, &
omnibus, eisdem fratribus manum adjutri-
cem porrigentibus, XL. dies salvo consensu
Diocesani, misericorditer relaxamus. Da-
tum in Egra in Vigilia S. Bartholomaei A-
postoli.

1294.
Ivari Lace-
dæmonen-
sis.

Anno MCCXCIV. Suffraganeus quidam Si-
leus, qui se Ivarum Lacedæmonensem Episco-
pum scribit, XL. dierum indulgentias in mo-
nasterii favorem tribuit. Datae sunt literae
Budelin feria II. in Pentecoste anno Domini
MCCXCIV.

Templum vero monasterii ea amplitudine,
qua hodie apparet, tunc temporis aedificatum
non est, sed illa saltem pars, quæ anteriorem
fornicem & monialium ædiculam dirimit.
Dedicatum est Dominica SS. Trinitatis, ex
indicio vetustæ scripturæ, quam ad annum
MCCCLXXVI. ponemus; in qua etiam, quo
tempore anterior fornix accesserit, & ad
templum consecrata fuerit, perhibetur.

Eodem anno, die Assumptionis obiit Fridericus
Burggravius de Nurrenberg, qui in mo-
nasterio Coeli Corona situs est.

1296.
Liræ in-
dulgent.
Conradi
A. Ep. Salis-
burg. &
Henrici Ra-
vennat.

Anno MCCXCVI. Conradus Archi-Episcopus
Salisburgensis & Henricus Ravennatensis
in Italia Episcopus, per hanc urbem iter fa-
cientes, in templi parochialis S. Laurentii &
facellorum S. Michaelis atque S. Nicolai emo-
lumentum his verbis indulgentias dederunt :

Sententia hujus pro Ecclesia S. Lauren-
tii, S. Michaelis & S. Nicolai
XL. dies.

Cunradus Dei gratia S. Saltzburgerensis Ec-
clesie Archi-Episcopus, Apostolica sedis Lega-
tus; Et Henricus, eadem gratia Ravennen-
sis Ecclesie Episcopus, universis Christi fide-
libus, præsentibus litteras inspecturis salutem in
eo, qui est omnium vera salus. Cupientes
Christi fideles quibusdam muneribus illectivis,
Indulgentiis scilicet & remissionibus, ad pie-
tatis & devotionis opera invitare, ut exinde
reddantur divinæ gratiæ aptiores : omni-
bus vere poenitentibus & confessis, qui ad
Parochialem Ecclesiam S. Laurentii in Curia
Regnitz Babenbergensis Diocesis, & ad Ca-
pellas ejusdem Ecclesie, scilicet S. Michaelis
& S. Nicolai ibidem, in quatuor festivitati-
bus beate Virginis Mariæ, in diebus Patro-
norum, & in anniversario dedicationis, de-
votionis causa convenerint annuatim, ac eis-
dem manum porrexerint adjutricem, singulis

quadraginta dies de injuncta ipsis poeniten-
tia misericorditer relaxamus, dummodo Dio-
cesani consensus accesserit & voluntas. Datum
in Curia Regenitz anno Domini MCCXCVI.

Anno Christi MCCXCVII. cum Gerbardus
Moguntinensis Archi-Episcopus a coronatione
Romanorum Regis Wenceslai domum redi-
ret, in itinere Curiam divertit, novumque
monasterium Fratrum S. Francisci contem-
platus est. In cujus favorem illis, qui Tem-
plum hoc pie frequentaverint, quotannis de
imperatis poenitentibus quadraginta dies remi-
sit :

Gerhardus Dei gratia, sanctæ Mogunti-
nensis sedis Archi-Episcopus, & sacri Impe-
rii per Germaniam Archi-Cancellarius, uni-
versis Christi fidelibus salutem in Domino.
Loca sanctorum omnium pia sunt devotione a
Christi fidelibus veneranda, ut, dum Dei ho-
noramus amicos, ipsi nos amabiles Deo red-
dant, & illorum nobis vendicantes patroci-
nium, apud ipsum, quod merita nostra non ob-
tinere, eorum mereamur intercessionibus ob-
tinere. Cupientes ergo, ut Ecclesia Sanctæ
Crucis, Fratrum Minorum in Curia Bamber-
gensis Diocesis, congruis honoribus frequen-
tetur; omnibus vere poenitentibus & con-
fessis, qui ipsam Ecclesiam in dedicatione ejus,
& anniversario dedicationis, in festis sanctæ
Crucis, in quatuor festivitibus Beate Vir-
ginis Mariæ, ac sanctorum Francisci, An-
tonii & S. Clarae, nec non per octavas eorun-
dem, causa devotionis venerabiliter visitave-
rint, quique dictis Fratribus manum porrexe-
rint adjutricem, de omnipotentis Dei miseri-
cordia & beatorum Petri & Pauli Aposto-
lorum autoritate consisti, XL. dies de injun-
ctis sibi poenitentibus annis singulis, si consen-
sus Diocesani accesserit, misericorditer rela-
xamus. Datum in Curia apud Regnitz, an-
no Domini MCCXCVII. die Sylvestri Papæ
& Martyris.

Gerhardi
A. Ep. Mog-
indulgen-
tia pro mo-
nasterio S.
Francisci

Anno MCCXCVIII. duo juvenes Burggra-
vii Noribergenses, Friderici I. filii occisi sunt.
Causa cædis in occulto est. Alterum monu-
menti, quod Heilsbrunnæ reperitur, inscri-
ptio Johannem vocat :

1298.
Cædes duo-
rum filio-
rum Fride-
rici I. Burg-
gravi.

ANNO DOMINI MCCXCVIII. CALEND. SE-
PTEMBRIS OBIIT DOMINVS IOHANNES
FILIVS SENIOR FRIDERICI BVRGGRAVIV
DE NVRRENBURG.

Alterum fuisse Albertum existimo, qui Orla-
mundæ Comitis viduam, paulo ante mortem,
in matrimonium recepit. Juvat causam hu-
jus cædis, quantum conjecturis assequi licue-
rit, investigare. Ostenduntur in monasterio
Coeli Corona duo infantuli mortui, mas & pu-
ella : quorum pater fuit Otto Comes Orla-
mundæ, auctor monasterii. Beatrix vero
Ortonis M. Meraniae Ducis filia, mater illo-
rum (uti quidem fama fert) esse non potuit:
nisi cædis tempore illam sexagenariam fuisse
dicamus. Ad fidem utique pronius est, Or-
tonem

Causa cæ-
dis.

Ortonem

romem illum *Orlamundæ* Comitem, priori hac conjugè amiffa, aliam (cujus nomen & familiam posteritati ignotam esse voluerunt scriptores) duxisse: ex qua jam feniore duos adhuc infantulos puerum ac puellam procreavit, & post paullo decessit. Vidua superstes, fœmina per ætatis florem procax & insolens, cum *Albertus* Burggravius Noribergensis, se nuptias cum ea celebraturum, affirmasset, dummodo absque quatuor oculis esset; amoris in Burggraviū furore acta, infantem nondum bimulos novo mortis genere interemit. Namque majoris acus cuspidè crania parvulorum perfodit, ut, cum nulla vulneris aut cruoris esset suspicio, morbo mortui crederentur. Sed proditum tandem, Deo volente, facinus, materque ob crudelitatem non immerito *Germanorum Medea* appellata, & haud dubie atroci supplicio divinitus affecta fuit. Infantulorum corpuscula in cœnobium supra dictum delata sunt, ut peregrini illuc accedentes rei fœditatem, & matris in partus suos fœvitiam perpetuo detestarentur.

Germano-
rum Medea.

Accidit in arce *Blaffenburgensi*, quam a prioris viri morte, sedem vidua habebat, circa annum Christi MCCXCVIII. *Albertum* enim Burggraviū *FridERICI I.* minimum natu filium, illa tempestate duodevigésimum annum vix superasse constat. Nam ex *Beatrice Saxonie* Ducissa cum reliquis fratribus *Fridericus II.* *Conrado* & *Johanne* procreatus est: & *Fridericus I.* ex priori coniuge *Elisabethe* Ducissa *Meraniae*, quæ anno MCCLXXV. adhuc superstes fuit, nullam prolem susceperat. Neque credibile dictu est, *Albertum* crudelissimæ matris matrimonio diu gavisum esse: quoniam nec vir nec uxor amplius posthæc in historiis leguntur. Cumque hoc ipso anno MCCXCVIII. duo Burggraviū Noribergenses occisi referantur, hunc *Albertum* eiusque fratrem *Johannem* omnino intelligendos esse censeo: reliqui enim fratres, *Fridericus* & *Conradus*, multo post bono exitu vitam clauserunt. Facile etiam mihi persuadeo, ab *Orlamundæ* Comitibus aut proximis necessariis, qui a matre parvulos, *Alberti* proci forte instinctu, tam misere interfectos dolebant, percussores immisos fuisse. *Alberti* quidem sepulcrum *Heilsbrunnæ*, ubi *Johannes* frater situs est, non invenitur; suspicor ergo, eum *Langbeimii* aut in alio vicino monasterio a coniuge scelerata sepultum.

1299.
Incendium
Curia.

Anno MCCXCIX. tristissimum *Curia* passâ fuit incendium. Neque enim solum nova urbs & S. Michaelis ædicula, sed & in veteri oppido templa S. Laurentii & S. Nicolai igne hausta sunt: ut adeo omnis ferme *Curia* conflagraret, nec proximo triennio damna sua instauraret. Itaque *Hugo* Leodiensis & *Gregorius* Pragensis Episcopi, datis indulgentiis

omnes, ad quos nuntius Curienfis eo nomine pervenisset, quo facilius templa reparari possent, ad larga beneficia hortati sunt:

Sententia huius pro Ecclesia S. Laurentii & S. Michaelis XL. dies criminalium & centum venialium.

*Hugo Dei gratia Leodiensis Episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Cuiuspiens Christi fideles quoslibet quibusdam muneribus alleclivis, utpote Indulgentiarum largitionibus, ad pietatis opera invitare, ut ex eo æternæ retributionis premia consequantur; omnibus vere contritis & confessis, qui in festivitibus Domini, gloriosæ virginis Mariæ, dedicationis, & Patronorum Matris Ecclesie & Filialis *) infra muros oppidi Curia Regnitz Babenbergensis Diocesis, quæ hoc anno ignis voragine est destructa, apud ipsam Ecclesiam & Capellam (scilicet S. Michaelis) convenerint, & ibidem verbun prædicationis audiverint, eisque, quæ propter defectus multiplices, Christi fidelium indigent devoto subsidio relevari, manum porrexerint adjutricem, XL. dies criminalium & centum venialium de injuncta sibi penitentia, dummodo Diocesani consensus ad id accesserint & voluntas, misericorditer in Domino relaxamus: Dantes has nostras litteras, sigillo nostro munitas, in testimonium super dictis. Datum apud Tullium (civitatem Lotharingæ) Non. Decembr. Indictione XIII. Anno Domini millesimo, ducentesimo nonagesimo nono.*

Indulgentie Hugo-
nis Episc.
Leut. pro
incensis
templis Cu-
ria.

Sententia hujus pro Ecclesia S. Laurentii, S. Michaelis & S. Nicolai XL. dies.

Nos Gregorius Dei gratia Pragensis Episcopus, notum esse volumus universis, præsentibus litteras inspecturis, quod Indulgentiam Venerandi in Christo Patris Domini Leopoldi Bambergensis Episcopi collatam Parochia illi Ecclesie in Curia Regnitz S. Laurentii, sanctique Michaelis Archangeli & S. Nicolai confessoris, per proprium ignem devastatis, quæ non possunt de propriis stipendiis reaedificari, sed oportet ipsas per Eleemosynas bonorum hominum acquisitas aliunde (instaurari) ratam & gratam habentes: omnibus vere poenitentibus & confessis, qui eisdem basilicis jam præfatis manum porrexerint adjutricem, XL. dies autoritatis nostræ, prædictæ Indulgentiæ favorabiliter annexentes, misericorditer relaxamus. Notum facimus omnibus Plebanis nostræ Diocesis, banc litteram a nobis fore datam, sub virtute sanctæ obedientiæ vobis præcipientes, quatenus hunc negotiatorem (id est, eum, cui hoc negotium est commissum) in omnibus suis factis fideliter promoveatis, testimonio hujus scripti. Datum Pragæ anno Domini

Item Gre-
gorii Ep-
Pragensis.

*) Infra pro intra abusive & barbare antiqua more usus est. Cujus rei exempla in antiquis chartis & libris ubique occurrunt.

mini MCCC. primo, in festo Michaelis, pontificatus vero nostri anno Indictionis nono.

Indulgentiarum literæ (quarum in hac Gregorii Episcopi charta mentio fit) a Leopoldo Bambergensi Episcopo concessæ, quæ sine dubio urbis calamitates verbosius enarrabant, non minus atque aliæ plures, quæ initio ad ædificationem templorum datæ fuerant, perierunt. Quod si studiosius custoditæ & servatæ forent, varia, quæ nunc ignoramus, cognita haberemus.

1302.

Aliquot a gri xenodochio donantur.

Anno MCCCII. Henricus Senior & Henricus Junior, Advocati Plavienses, xenodochio agros duodecim his literis donaverunt:

In nomine Domini Amen. Nos Henricus Senior & Henricus Junior. Advocati de Plawe, universis præsentem paginam inspecturis cupimus fore notum, quod agros VI. sitos apud antiquos leprosos, & VI. sitos apud rotam prope civitatem Curiam Regnitz, quos antiquus Herzeimus (Herdegen) quondam a nobis in feudum detinuit, Hospitali S. Spiritus & Beate Mariæ Virginis prædictæ Curie civitatis, pure propter Deum, & in salutem animarum nostrarum, contulimus & donavimus, jure proprietatis & debitæ seu quietæ possessionis perpetuo possidendum. Testes hujus rei sunt Dominus Tosso, & Dominus Ulricus, dictus Sauus, milites; & Cunradus, dictus Moschiler, & Henricus Institor, cives nostri in Plawe, & alii quamplures fide digni. In hujus autem rei perenne testimonium præsentem paginam anno Domini MCCCII. proxima die dominica (puta a novo anno) dedimus nostrorum sigillorum munimine roboratam.

1307.

Item aliquot hospitia.

Anno MCCCVII. Henricus Advocatus Weidenlis ejusque filius tria hospitia xenodochio tradiderunt, & sequentibus literis confirmarunt:

In nomine Domini Amen. Universis Christi fidelibus, hanc paginam visuris Henricus Advocatus in Wida & suus filius, in perpetuum. Ne gesta mortalium oblivione aut vetustate seu malignitate deleantur, necesse est, ea testimonio roborari. Noscant igitur posteræ & præsentis generationes, quod nos prædicti, ob reverentiam Dei & S. Laurentii ad Hospitali S. Mariæ, in Curia Regnitz dotavimus bonorum meritoriorum in villa, quæ dicitur Stabinbuche, quæ prius erant Reinbotonis dicti Bobemi, jure proprietario perpetuo possidenda. Et autem hujusmodi collatio donativa robur obtineat perpetuæ firmitatis, præsens instrumentum desuper confectum, prædicto Hospitali dedimus, nostri sigilli munimine roboratum. Testes hujus rei sunt: Dominus Henricus Murringus, Dominus Cunradus de Berigowe, & alii fide digni. Actum & datum anno Domini MCCCVII. Sanctæ Agnetis virginis in octava.

Burggraviorum

Eodem anno Fridericus II. & Conradus frater ejus, Burggravii Noribergenses, Mittel-

bergam, Berneck, Trebgast, arcem & oppidum Auri-Coronacum, Bleinaviam & Wiersbergam a Comite Orlamundano, certa mutuo data pecunia, id est, septies mille libris Halensium sive ter mille & quingentis argenti marcis acceperunt. Quæ bona tamen liberata non sunt. Paulo ante iidem Burggravii Rösleinroebium & Winzrbachium a Domino de Heideck; Porro Altenbergam a Dynasta de Berg pro mille quadringentis & duobus Halensibus, Dachsrbachium pro quingentis argenti libris seu mille libris Halensium a Conrado Comite Ottingensi, emtionis jure compararunt.

Norib. in incrementa.

Anno MCCCX. die 7. Aprilis cum Burcbardus Magdeburgensis Archi-Episcopus per hanc urbem transiret, monachis S. Francisci ad ædificationem monasterii has literas reliquit: quibus omnibus iis, qui templum illorum certo tempore adierint, aut inopiam sublevaverint, XL. dierum indulgentiæ deinjuncta pœnitentiâ promittuntur.

1310.

BURCKHARDUS, Dei gratia sanctæ Magdeburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Animarum lapsui multis modis est succurrendum, ut tot aut plura inveniantur salutaria, quot imminet pericula cotidie nascitura. Cupientes igitur monasterium Fratrum Minorum ordinis S. Francisci in Curia Diocesis Babenbergensis, construendum in honorem gloriose Virginis matris Mariæ, spirituali gratiarum privilegio honorare; omnibus corde contritis & vere confessis, qui in summis quatuor festivitibus, videlicet Nativitatis Domini, Resurrectionis, Ascensionis & Pentecostes, nec non in quatuor festivitatibus Beate Virginis, in festo S. Francisci Confessoris, S. Anthonii Confessoris, nec non S. Clare virginis, & in anniversario dedicationis, ac per octavas earundem festivitatum, dictum monasterium cum devotione accesserint, suasque elemosynas ibidem elargiti fuerint, seu quocunque modo illic manus porrexerint adjutrices: Nos de Omnipotentis Dei misericordia ac suæ matris Mariæ, nec non S. Mauriti, Patroni nostri, meritis & auctoritate ac nostra confisi, XL. dies Indulgentiæ de injunctis sibi pœnitentiis, dummodo Diocessani consensus ad id accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. Datum in Curia anno MCCCX. septimo Idus Aprilis. Et quia sigillo nostro ad præsens caremus, secreto sigillo nostro in præsentibus usi sumus.

Indulgentiæ Burchar di Archi-Episc. Magd. pro monasterio S. Francisci.

1318.

Anno MCCCXVIII. Fridericus II. & Conradus Burggravii Noribergenses Kautenbergam & Leutersbusam a Friderico Comite de Trubendingen pro 6229. libris Halensium emerunt. Item Uffenbeymium pro 24000. florenis Vngaricis a Gerlaco de Hobenlob accipere. Item Schweickern & Landecium. Gundelfingiam etiam imperio oppignoratam, redemerunt.

Incrementa Burggraviorum.

Anno

1319;
Curia an-
tiqua
statuta
confirman-
tur.

Anno MCCCXIX. Dominica Reminiscere Henricus Junior Advocatus de Weida civitati Curienli omnia jura & consuetudines, a majoribus traditas, indulgit, & confirmavit, ut iis & in posterum viveret. Quæ summam in Friderici Marchionis Brandenburgici confirmatione infra ad annum MCCCXXXVI. recensentur.

Anno eodem Woldemorus Marchio Brandenburgicus sine herede defunctus est. Marchia ad Imperatorem Ludovicum IV. recedit, qui in illam Ludovicum filium, data in matrimonium Daniæ Regis filia, induxit. De qua re porro ad annum MCCCXVII.

1321:
Origo oppi-
di Wabnsi-
gelie.

Anno MCCCXXI. arcem Bocksburgum, a prædonibus olim possessam, ubi nunc Wabnsigelia sita est, Fridericus Burggravius Noribergæ ab Eberhardo, Ludovico & Henrico fratribus de Bocksburg pro 7000. sexagenis antiquorum grossorum Bohemicorum (umb 7000. alte böhmische Schock Groschen) emit. Hic tractus (quem inde die Böckler Art vulgo dicunt) latrociniis quondam plenus & infestus fuit. Cum autem ibi copia stanni fodina aperiretur, arx illa anno MCCCXXVIII. oppidi formam induit, & ab Imperatore Ludovico IV. Bavaro immunitatibus dotata est. Quidam Sigismundus Wabnius civis loci, post parentem Sigismundum, fodinam hanc splendide ædificavit. Cumque ejus uxor, quæ Veneta erat, aurum & argentum a stanno separare nosset, magnas ibi divitias cumularunt. Inde, ubi jam fodinæ reditus cessabant, sedem rerum suarum Egra collocant, & prole destituti, anno MCCCCL. Wabnsigelia, quo in loco illorum opes tam insigniter creverant, xenodochium exstruere instituunt, in quo duodecim viri egeni & ob ætatem invalidi, bonæ tamen vitæ necessario victu alerentur. Huic patronos dant Dominos de Egra, qui quotannis in usum xenodochii & trium sacerdotum quadringentos ac decem Rhenanos aureos ex fœnore bonorum xenodochio donatorum Wabnsigeliæ transmitterent. Quæ omnia hodieque diligentissime observantur. Ab hujus Sigismundi Wabnii parente, præcipuo oppidi cive ac ditissimo, fodinæ cultore (Fundgrübner) Wabnsigelia nomen sortita est. Quippe hunc Sigismundum Wabnium ejusque patrem ex more majores, prænomine transposito & mutilato, Wabnsigel aut (ut nos dicemus) Sigelwahn appellarunt, cum antea nomen antiquum arcis dirutæ oppido inhæreret. Tandem hic Sigismundus Wabnius Egra obiit anno Christi MCCCCLXIX. quod duo versiculi Caspari Bruscbii testantur: prior mortis annum, alter annum xenodochii ex ædificati continet.

Urbs hæc Me gen Vlt, Clneresq Ve Egra
in Clyta Cepl.

VIXI & op V's sa Cr VM bo C patr Ia, Cbrl-
sto a Vsp I Ce, str V XI.

Præter hos versus qui Wabnsigelia in xenodochio leguntur, idem Caspar Bruscbius sequens carmen in laudes fundatoris composuit.

In honorem Sigismundi Wabni fundatoris hujus domus.

Urbem qui parvam cumulavit munere ma-
gno,

Hancque sacram multo condidit ære do-
mum:

Atque senes bis sex miriri jussit, ut esset

Turba Dei laudes nocte dieque sonans:

Ille Sigismundus Wahn est. Wabnsigelia-
lem

Protulit: at cineres nobilis Egra tenet.
Æris erat cultor, stannum sejunxit ab
auro,

Conjugis Italicae doctus ut arte fuit.

Dura negavit ei sobolem Lucina, nec ille

Aspexit socii pignora cara thori.

Doctrina & pacis studiis bona tempora
vite

Traduxit: Dii dent, molliter ossa cu-
bent!

Tunc etenim sub fraude Papæ sacra jura ja-
cebant,

Et via præstigiis recta salutis erat.

Nos vero gratis animis pro munere, tanto

Laudemus summun, qui dedit æra, Deum:

Atque etiam memores tardos referamus ad
annos

Wahni opus: hunc noscat postera turba
virum!

De xenodochii Wabnsigeliensis ædificatio-
ne ibidem sequentes rhythmici habentur:

Anno Domini 1451. Jahr,

Als die Stiffz Briff sagen fur wabr,

Ist das loblich Stiffz haus gefangen an,

Gebaut durch ein Christlichen Man,

Sigmund Wahn ist er genandt,

Seinem Vaterland allhie wol bekandt;

Ein Wablin hatt er zu einem Weib,

Obn leibes Erben verschied ihr beder Leib:

Von Gott mit dieser Kunst begnadet,

Wieman des von den alten irkunt bat,

Das Gold von dem Zien zu scheeren,

Dadurch ihr gutber bet n mehren.

Gewendet zu Gottes Ebr und der Armen Not,

Nach der lebr und ordnung Gottes Gebor

Zwölff arme leyen-brüder davon zu erneb-
ren,

Die Gottfürchtig und ebrlich, in Armuth kom-
men weren,

Ihr handwerck nimmer treiben können,

Noch das brod mit ihren benden gewinnen.

Leuterlichumb Gottes willen einzunehmen,

Die Person zu vor wohl lernen kennen.

Nit anseben Mitgab, Freundschaft, noch die
Person,

Nochichtes nehmen von ihnen zu Lohn.

Die mit Leibs Notturfft und mit der Seelen
Speiß

Zu erhalten, zu lehren mit allem Fleiß.

Meyden der heuchler und Phariseer Glantz

Alß solches alles aurweiset die ordnantz.

In Einigkeit und brüderlich zu leben,

Darneben Gott allein die Ebr geben.

Das bat alles gestiftt dieser Wahn,

Der seines Lebens End zu Eger nahm,

T 3

Welch

Welches 1469. geschehen ist,
Wie man in seinem Epitaphio liest.
Gott woll ihm seine Ruhe geben,
Und nach diesem das ewige leben.
Amen.

1323.
Burggra-
vii Norib.
funt Domi-
ni directi,
Curia.

Anno MCCCXXIII. die 27. Septemb. Ludovicus IV. Imperator Friderico Burggravio Noribergensi, propter egregie navatam Romano Imperio operam, & quod Ludovico contra Fridericum Austriae Ducem multas copias ipsemet adduxerat, Curiam, proximum sive (ut ajunt) immediate Imperio subiectam, in feudum perpetuum cum omnibus adjunctis rebus & supremis quibusque juri-
bus concessit. Itaque ex eo tempore Domini de Weida, qui Curiam in ditione habebant, a Friderico ejusque posteris, Burggraviis Noribergae, investituram hujus civitatis petere coeperunt: donec anno MCCCLXXIII. Fridericus IV. Noribergensis Burggravius ab Henrico Advocato Weidenli plenissimam Curiae possessionem, jure emtionis ad gentem suam transferret. Haec sunt Imperatoris literae:

Literae Ludovici IV. Imp.

„Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, ad universorum noticiam, volumus pervenire, quod pensatis fidelibus & devotis obsequiis, nobis & sacro imperio per nobilem virum Fridricum Burggravium de Nurrenberg, fidelem nostrum dilectum, hactenus impensis, & in futurum non minus fideliter impendendis, maxime quidem in die dimicationis & belli, pro ipsius sacri imperii ac nostris summis honoribus per nos habiti cum Friderico Duce Austriae, ipse miles strenuus & adiutor*) de multa comitiva extitit illo die; eidem & suis heredibus oppidum dictum Regnizhoff, sacro pertinens imperio, cum jure patronatus Ecclesiae ibidem, & iudicio eidem oppido spectante, & caeteris jurisdictionibus, juribus, honoribus, possessionibus, rebus & aliis pertinentiis universis, in feudum perpetuum conferimus, & de ipso eos praesentibus literis investimus, tenendum & possidendum per eos legaliter & realiter iusto feudi titulo a nobis & aliis Romanorum Regibus successive. In cujus rei testimonium praesentes literas conscribi & nostrae Majestatis sigillo jussimus communiri. Datum Monaci V. die Calend. Octobris anno Domini MCCCXXIII. regni vero nostri anno IX.

Confirmatur a sequentibus Imperatoribus.

Has literas idem Imperator Ludovicus de novo confirmavit duabus aliis Latinis Diplomatum anno Domini MCCCLXXVIII. diebus 12. & 18. Februarii Romae, Regni ipsius anno XIV. imperii vero primo, cum sub Pontifice Johanne XXII. a Purpurato quodam ibi coronam acciperet. Ambarum exemplum est in Libro Provinciali fol. 2. & 3.

Carolus etiam IV. cum anno MCCCLV. In-

ditione VIII. Nonis April. regnorum suorum anno IX. imperii vero primo, Romae coronaretur, Johanni & Alberto Burggraviis Noribergensibus priores illas literas de novo confirmavit, illamque confirmationem Romae lingua Latina scribi, & imperatorio sigillo roborari iussit.

Porro Wenceslaus Romanorum Rex generosissimo Principi Friderico V. Burggravio Noribergensi ad eundem modum omnia & singula feuda & bona, quae sub iurisdictione, in urbe ac territorio Curiae Regnitianae sita sunt, & ad Imperium Rom. spectant, clementissime donavit, ita, ut ipsi & feudorum successoribus bona illa & feuda, prorsus ut reliqua feuda bonaque, quoties opus est, perpetuo posthac tradendi aliis ius ac potestas esset. Datae literae sunt Pragae anno Christi MCCCXCVI. die Veneris, hebdomade paschali, ex indicio exempli, quod Liber Provincialis servat fol. 4.

Anno MCCCXXX. die 6. Maii Fridericus 1330. II. decessit, Burggravius Noribergae.

Proximo anno MCCCXXXI. Johannes & 1331. Albertus filii eius, a Ludovico Comite Ottingensi pro 23000. libris Halensium Kornbacum & Onolsbacum acceperunt.

Anno MCCCXXXII. die 13. Aprilis nonnulli Cardinales & Episcopi, precibus duorum civium ac nuntiorum Curicensium, Johannis scilicet Molitoris (Müllers) & Bernardi Institoris (Cramers) in favorem templi Parochialis S. Laurentii & xenodochii sequentes indulgentias Romae impertiti sunt:

Sententia huius pro Ecclesia S. Laurentii & Hospitalis CC. dierum & XL. criminalium in dedicatione.

„Universis, praesentes literas inspecturis Indulgentia.
„Petrus Dei & Apostolicae sedis gratia Mar-
„sicanus Episcopus, ac Reverendi patris, Do-
„mini Johannis divina providentia S. Theodori
„Diaconi Cardinalis, Apostolicae sedis Legati,
„Cancellarius; & frater Petrus eadem gra-
„tia Archi-Episcopus Nazareth & Hierusalem;
„& frater Jacobus eadem gratia Mothoniensis
„Episcopus; & Johannes eadem gratia Rhe-
„ginus Episcopus; & frater Mattheus eadem
„gratia Balneoregensis Episcopus; & frater
„Thomas eadem gratia Verriensis Episcopus,
„salutem in Christo sempiternam. Quoniam,
„ut ait Apostolus, omnes erimus ante tribunal
„Christi recepturi, prout in corpore gessimus,
„sive fuerit bonum sive malum; oportet nos
„diem messonis extremae operibus misericor-
„diae praeveneri, ac aeternorum intuitu semi-
„nare in terris, quod, reddente Domino, cum
„multiplicato fructu recolligere valeamus,
„in calis: firmam spem fiduciamque tenentes,
„quoniam qui parce seminat, parce & metet,
„& qui seminat in benedictionibus, de benedi-
„ctionibus

*) i. e. cum magno comitatu & copioso exercitu.

tionibus & metes vitam æternam. Cum igitur ex parte dilectorum filiorum nostrorum *Johannis Molitoris & Bernwardi Institutoris Diocesis Babenbergensis*, nobis fuerit humiliter supplicatum, ut omnibus venientibus ad Ecclesiam parochialem *S. Laurentii*, & ad Hospitale ad diuam *Virginem Mariam* in Curia, & ad alias Ecclesias ad eam pertinentes ejusdem Diocesis *Babenbergensis*, velimus Indulgentiam exhibere: Nos vero de Omnipotentis Dei misericordia, & beatorum *Petri & Pauli Apostolorum* auctoritate confisi; omnibus vere penitentibus & confessis, qui vel quæ prædictam Ecclesiam visitauerint in ipsius festiuitatibus, seu etiam solennitatibus beatæ *Mariæ Virginis*, & *Natiuitatis Domini*, *Circumcisionis*, *Epiphaniæ*, *Resurrectionis*, *Ascensionis*, *Pentecostes*, *Trinitatis*, *Dedicationis Ecclesiæ*, *S. Crucis*, *sanctorum Angelorum*, *sanctorum Apostolorum Petri & Pauli*, & *omnium Apostolorum & Evangelistarum*, ac *sanctorum Martyrum Stephani*, *Laurentii* & *omnium sanctorum & sanctorum Hieronymi*, *Gregorii* & *aliorum Doctorum & sanctorum Confessorum Nicolai*, & *Heinrici & Martini*, & *Benedicti*, & *beatarum Mariæ Magdalene*, *Agnæ*, *Luciæ*, *Catharinæ*, *Margaretæ*, *Elsabethe*, & *Dorotheæ*, & *Kunigundis*; nec non in die *Animarum*, & *singulis diebus Dominicis*, ac etiam, qui corpus Christi, cum portatur infirmis, secuti fuerint, aut qui in serotina pulsatione campanæ ter *Ave Maria* devote dixerint, vel qui ad fabricam luminaria, ornamenta & alia dicte Ecclesiæ necessaria manusque porrexerint adiutrices, quilibet nostrum *XL. dies de injunctis sibi penitentibus misericorditer relaxamus in Domino: dummodo ad ea Diocesanus ejus præstet assensum. In cuius rei testimonium præsentis litteras nostrorum sigillorum fecimus appensione muniti. Datæ Romæ in Palatiis nostris anno Domini MCCCXXXII. Indictione XV. pontificatus sanctissimi patris Domini Johannis Papæ vicesimi secundi anno sexto decimo, primo Idus Aprilis (idibus Aprilis)*

Superstitio
sub Papatu.

Cujusmodi literas plures adhuc produximus & quasdam alias etiam deinde producemus: ex quibus illorum temporum religionem intelligas, cum scilicet gravior & sanctior harum indulgentiarum, quam mortis & passionis Christi, vis & auctoritas habetur. Quod si cujus Episcopi & Patris Purpurati adventus aut transitus nunciabatur, omnis populus velut ad salutis suæ fontem & auctorem accurret. Sed & longinqua itinera *Romam* vel alio quo sua quemque pietas vel superstitio ducebat, sprete viarum molestia & sumtuum magnitudine, instituebant homines, & acceptis ejusmodi chartis, satis se consecutos arbitrabantur. Tanta majorum simplicitas, tantæque clericorum fraudes fuerunt!

1335. Anno MCCCXXXV. 13. Aprilis *Conradus*

Burggravius Noribergensis obiit, & *Heilsbrunnæ* conditus est.

Anno MCCCXXXVI. *Johannes & Albertus* 1336. fratres *Burggravi* ab *Ortone Orlamundano* *Blaffenburgum & Culmbacum* acceperunt: ita *Burg-* *temque monasterium Cæli Coronam*, pro 7000. *grav. Nor-* *libris Halensium*. Post deinde anno MCCC- *XL. cœnobium Augustinianorum Culmba-* *cente condiderunt. Anno MCCC XLIII* *Zweruitium a Comite Orlamundæ* pro qua- *dringentis argenti marcis; item an. MCCC-* *XLVI. Mittelbergam, Auri-Coronacum, Mei-* *naviam, Wiersbergam &c.* quæ pro certa *pecuniæ summa oppignorata tenebant, ab* *eodem Comite: adhuc anno MCCCXLVIII.* *Weisenstadium & Rudolpstein* a monasterio *Waldsächsenfi* pro 2200. pondo *Halensium e-* *merunt.*

Anno MCCCXLVIII. *Henricus* 1348. *utrumque senior & junior, Advocati Weidentis* literis suis confirmarunt; quæ *Gertrudis de Vttenhofen*, *vidua nobilis, ad structuram monasterii S. Cla-* *ræ hic de bonis suis legaverat, eo in loco, ubi* *antea Eques nobilis Moringius ædes suas* *habuit, id est arcem inter & Monachorum cœ-* *nobium. Namque hoc anno, munificencia* *Comitum Orlamundæ & finitimorum Nobi-* *lium, item liberalitate piorum civium hujus* *urbis monasterium, quod diximus, pro nobi-* *libus feminis ac virginibus extructum est. Au-* *tor ejus (ut indicavimus) fuit gloriofa Domi-* *na Gertrudis de Vttenhofen una cum sorori-* *bis Margaretæ & Tbeclæ, quæ monasterium* *hoc ab initio pro Abbatissis gubernarunt.* *Nupserat Margaretæ Baroni cuidam de Wæ-* *da, ex quo Henricum illum concepit, qui* *Monachorum cœnobium in Dei honorem, &* *piam sui suorumque memoriam ampliavit &* *splendide extruxit, & filium Henricum pri-* *imum Guardianum amplificati Monasterii* *constituit, ut ad annum MCCCLXXVI. ex-* *ponemus.*

Abbatissa monasterii S. Claræ.

Abbatissa.

I. *Gertrudis de Vttenhofen* vidua; quæ pariter ac sorores, *Margaretæ & Tbeclæ*, filiaque *Catharina*, cœnobio sub initium præfere, & vicinorum Nobilium, Principum etiam, filias moniales adsciverunt. *Tbeclæ*, quæ sororibus suis supervixit, & diu *Abbatissa* mansit, (quamobrem a posteris prima *Abbatissa* monasterii credita est) decessit die *Matthiæ* anno *MCCCLXXVIII.* ut monumentum ejus quondam indicavit, ubi præter annum mortis & nomen defunctæ, ista verba legebantur: *QVÆ PRÆFATA DOMINA CVM FILIIS SVIS ISTVD MONASTERIVM FVNDAVIT.* Hunc lapidem (ut plura alia) temerarii homines confregerunt: Sed novus deinde ipsius & ultimæ *Abbatissæ* sepulcro impositus est, qui utriusque inscriptiones Germanicas conjunctim præfert.

II. *Agnes Orlamundæ Comitissa*; cujus parentes & majores una cum aliis xenodochium nostræ civitatis ad *Salam*, amplis beneficiis ditarunt.

III. An-

III. *Anno* Orlamundæ Comitissa.

IV. *Helena*, itidem Comitissa Orlamundana; cujus parentum & maiorum multa in hoc monasterium extant beneficia. Liberalis etiam in illud fuit *Sigismundus Orlamundæ* Comes, qui multo post tempore, a. MCCCCXLVII. die visitationis Mariæ defunctus, & hic in monasterium S. Francisci illatus est.

V. *Catharina, Friderici IV.* Burggravii & *Elisabethæ* Landgravii Thuringicæ filia. Obiit anno MCCCCIX. die S. Elisabethæ, & in cœnobio, dextro altaris latere, sepulchrum habet editum lapideum in formam altaris, cum hac inscriptione: ANNO DOMINI MCCCCIX. DIE S. ELISABETHÆ OBIIT GENEROSA DOMINA, DOMINA CATHERINA BVRGGRAFIA DE NORNBERG, ET ABBATISSA MONASTERII HVIVS. Et in hunc tumulum postea reliquæ etiam Burggravii sepultæ fuerunt. *Fridericus* enim Burggravius anno MCCCLXXVI. duas filias, *Catharinam* & *Agnerem* moniales in hoc nostro cœnobio esse voluit; quod multis etiam immunitatibus ac fortunis insigniter auxit. *Annam* maximam natû filiarum misit in monasterium *Calii Coronam*, cui illa pro Abbatisfa præfuit, & anno Christi MCCCLXXXIII. 27. Julii decessit.

VI. *Agnes* Burggravia Noribergensis, *Catharina* Abbatisfæ soror germana. Huic frater *Fridericus V.* electus Marchio Brandenburgicus, & sacri Romani Imperii Archi-Camerarius & Elector, cœnobii donationes ac fortunas anno MCCCCXXII. auxit & confirmavit.

VII. *Catharina* de *Korzau*; cui *Albertus Friderici V.* filius, Marchio Brandenburgicus & Elector cœnobii iura immunitatesque de novo confirmavit, & filiam *Margaretbam* monialem eo misit, ipsum etiam monasterium anno MCCCLVIII. aliquot bonorum adiectione ampliavit.

VIII. *Margaretha*, Marchionis *Alberti* Electoris Brandenburgici filia. Cuius fratres *Fridericus* ac *Sigismundus*, quæcunque maiores illorum monasterio donaverant, perpetuo confirmata, & certa esse voluerunt anno MCCCLXXXVI.

IX. *Agnes* de *Hirschberga* anno MDII. & sequentibus cœnobium rexit. Cui *Casimirus* & *Georgius* Marchiones, *Friderici* filii, anno MDXV. monasterii privilegia & legata confirmarunt.

X. *Vrsula* de *Dobeneck*.

XI. *Veronica* de *Döbla*; cui *Albertus* Marchio cœnobii iura anno MDXLI. confirmavit. Hæc anteriores ædes in vestibulo monasterii, in quod Curator cœnobii adhuc habitavit, etiam extruxit & absolvit an. MDXLVIII. prout lapis in quo & insignia eius sculpta sunt, indicat: Anno Domini 1548. ward dieser Bau durch die Ehrwürdige Frau Veronica von Döhla zu der Zeit Aepfissin des Jungfrau-Closters S. Claræ, nun Gott hab Lob!

vollendet. Defuncta est anno Domini MDXLIX.

XII. *Amalia* sive *Æmilia* de *Hirschberga*, ultima Abbatisarum. Hæc sub *Georgio Friderico* Marchione Brandenburgico, Domino nostro clementissimo mortua anno MDLXIV. feria III. Pentecostes, & in primæ Abbatisfæ sepulchrum proxime ad altare, illata est. Cuius morte monasterium S. Claræ cum omnibus redditibus ad Principem nostrum ut heredem novissimum (als dem jüngsten Erben) pervenit; sicuti aliquot annis ante cœnobium etiam monachorum, quod *Albertus* Marchio Senatui spectabili eum in finem donavit, ut schola (eine feine berühmte Schulen) ibi aperirerur. Quod anno MDXLVI. factum est.

Sed hoc monialium cœnobium statim post mortem Abbatisfæ ultimæ tristia fata habuit. Quippe pulcherrimi pretiosissimique librumissales, in membrana magna scripti, pariter ac cæteri membranei, ut psalteria, antiphonaria, biblia & alia generis ejusdem magno numero, quæ vel nostræ Ecclesiæ usibus accommodari potuerant, discerpta omnia & lacerata sunt. Reliquus templi apparatus iisdem furis abreptus est. Nec ab aris, imaginibus, candelabris, fenestris & cæteris rebus violentas manus abstinerunt: omnia disjecta, contracta, ablata, divendita sunt, adeo, ut ne ipsa quidem campanula in turri relicta fuerit. Pulcherrimam ædiculam inter templum Monialium & circuitum monasterii (Creutz-gang) etiam destruxerunt, aras & ararum lapides vendiderunt. In summa tantus tunc direptionis furor erat, ut vix a Turcis gravior instare potuisse videatur, & *Huffsta*, qui anno MCCCCXXX. urbem nostram scditissime quidem depopulabantur, si cum his sacrorum vastatoribus contuleris, servatores (Engel) dicendi sint. Hi certe sepulcra inviolata reliquerunt: Contra ea nostri homines, crudelitate incredibili deservientes Burggraviarum Abbatisarum cadavera semesa extraxerunt, extractaque immanissime (teufflisch) dilacerarunt. Quam rabiem vel ipsi adeo pagani maximopere detestabantur. Sed quæ perierunt, querelis nullis revocari possunt. Manifesta etiam paulo post ira Numinis apparuit. Vtinam nudum saltem ædificium posterorum usibus integrum servassent, nec in templo cuncta comminuisent, ut æquiori animo reliquorum iacturam deserremus!

Hæc de optimo initio & fatali exitu cœnobii monialium. Cæterum annui redditus a Principibus nostris clementissimis in pias causas, id est, in stipendium viginti quatuor beneficiariorum, itemque in augenda ministrorum Ecclesiæ ac scholæ salaria &c. infunduntur.

Anno MCCC L. die Cinerum *Henricus* senior & junior, qui senioris erat filius, Advocati Weidenses, datis literis, confirmarunt, quæ firmatur.

Coenobium monialium vastatur & diripitur.

1350. Donatio Xenodochii facta con- quæ firmatur.

Donatoris
voluntas.

quæ *Heridius Schutfeldius*, civis noster, xenodochio donaverat, nimirum trecenta & quinquaginta Halensium pondo, id est, mille & quadringentos thaleros, ita ut singula pondo ex veteri valore dimidia libra argenti sive quatuor thaleris æstimarentur. Quapropter sacerdos, cui missa cum salario & alimentis, quæ eine Herren Pfründt vocant, mandata est, juxta literas donationis, quotidie missam matutinam in ara, quam ipse *Schutfeldius* statuit, & singulis diebus Lunæ vigiliis celebrat, ad solandas juvandasque animas Principum ac donatoris, omniumque majorum & posterorum ejus, in solatium, etiam animarum, quæ ibi requiescunt, omniumque fidelium & quæ per oblivionem ignorantur, &c. Hic *Schutfeldius* etiam quatuor lectulos in usum xenodochii constituit, quos heredes & posterij ejus perpetuo debent instruere pauperibus: Item, si ipse aut propinqui ejus ad inopiam redigerentur, ut pro his omnibus quatuor præbendis (4. Herrn Pfründt,) fruerebantur, & semestrem bovem quotannis ex Hospitali acciperent &c. Hæc Dominorum de Weida, Senatus & xenodochii sigillis confirmata sunt. Parentum ætate *Johannis Weibert* civis Curienensis, filii & heredes, ultimi huius familiæ præbendas illas & tandem pro certa pecunia xenodochio vendidere, omnibusque iuribus suis suorumque nomine in universum renunciarunt: ut ex aliquot literis, quas in hanc rem dederunt, & xenodochium Senatusque servat, satis intelligitur.

Literæ da-
tae ad Pon-
tificem pro
renovandis
privilegiis
xenodochii.

Hoc anno iidem Advocati de Weida, Consules ac Senatus Curia nostræ a Clemente VI. Pontifice Romano, ut xenodochii privilegia, incendio consumpta, renovaret ac restitueret, per has literas petierunt:

Sanctissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Clementi SS. Romanæ universalisque Ecclesie Pontifici Henricus senior & Henricus junior Advocati in Wida, Magister Consulum, ac tota universitas civitatis in Curia Regnitz, ad omnia præceptorum genera se benevolos & paratos offerentes, prout obedientia expedit filiali.

Coram vobis, Pater clementissime, presentibus lucide protestemur, & sub testimonio nostrorum sigillorum evidentius protestamur, quod Hospitale prædictæ civitatis, scilicet Curia Regnitz, quondam a Patribus apostolicæ sedis talem habuerit gratiam, quod ibidem divina per nullum iudicem suspendi poterant, quia prædictum Hospitale ab Ecclesia parochiali penitus exstitit separatum, sicut in eorum privilegiis evidentius demonstratur. Cum igitur hæc literas, a sede Apostolica super eo habitas, per incendia dignoscimus fore cassatas, Vestram clementissimam sanctitatem devotissime imploramus, quatenus sæpe dicto Hospitali pristinam gratiam, ex Dei intuitu, ac gloriosæ Virginis Mariæ ob reverentiam, in cuius honore fundatum est, dignemini erogare. Nam ibidem die noctuque apud infirmos & advenas opera exercentur chari-

Mencheni Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

tatis. In signum evidentioris testimonii, sigillis nostris & sigillo prædictæ civitatis nostræ Curia Regnitz, ejusdemque Hospitalis, præsentem paginam fecimus roborari. Datum in Curia Regnitz anno Domini MCCCL. in die beatae scholasticæ Virginis.

Literæ Dominorum Weiden sum feudales de xenodochii fodinis.

Wir Heinrich der Eltere, und Heinrich der Jüngere, Voite von Weida, bekennen an diesem gegenwertigen Briev, daß wir geliebet haben und lieben an diesem offen Briev Herdeine Schutfeld, Spitalmeister zum Hofe, das neue Bergwerck, das da funden ist oder noch mag funden werden, uff allen des Spitals Gütern, also bescheidenlichen, dieweil er lebet und es haben will, so soll er darüber Berg-Meister sein mit allen rechten, als andere Berg-Meister in diesen Landen und anderswo uff Berg-Wercken recht haben; und unser recht das ist der Zehende soll uns auch darob gefallen. Auch hat sich der ehegenante Herdein verwillkürt und gelobet, durch Ebre Wilen unser Frauen von Himmile, daß die ihr Gnad an dem Berg-Werck erzeige, daß es fruchtbar werde, so will er den neunden hauffen dem Spital zum Hofe lassen gefallen, und nach seinem Tode soll das Berg-Meister Amt uff das ehegenante Spital treten mit allen rechten, als ers gehabt hat. Zu ein Urkund der vorgeschriebenen Dinge so haben wir unser Insigill, das wir gebrauchen zu unsern heimlichen Sachen, an diesen offenen Briev gebunden, der geben ist nach Christes Geburt 1300. Jahr; darnach in dem 51. Jahr am Montage nach dem Jahrs tage.

Anno MCCCLI. fratres Eberhardus Gardianus omnisque Conventus monasterii S. Francisci in hac urbe per literas fidem dederunt, se quotidie perpetuam missam habituros B. Conrado a Tepen Diviti, ejus fratribus, liberis omnibusque eorum heredibus ac posteris, pro omnium illorum animarum salute, si animæ eorum qualescunque sentirent penas aut censuræ sint, ut Deo eo citius eas eximere dignetur. Missæ ita fierent, ut singulis diebus Lunæ missa de iis animabus, & diebus Saturni quædam de S. Maria Virgine, omnibus vero reliquis diebus quædam de istis diebus sive de sanctis, aut ut alias convenit, canerentur vel legerentur in ipsorum ara. Quæ missæ ut eo studiosius curarentur, in animarum remedium fratres ab hoc Conrado de Tepen, ein gut Pferd zu steuer an dem Gebeude acceperunt. Confirmatum est Conventus sigillo, anno a Dei Nativitate MCCCLI. proxima die Veneris ante Pentecosten.

Anno MCCCLIII. die Jovis post festum Paschatos Conradus de Hirschberga Fratribus Minoribus nomine Patris Henrici Longi de Hirschberga, villam quandam in Dörfflinz cum sylva, decimis, agris, pratis, fructibusque omnibus in æternum animæ remedium, & ut perpetua missa pro ipso haberetur, tradidit, ac suo suorumque testium Hermannii de

Uu

Hirsch-

1351.
Donatio
Franciscanus facta.

Hirschberg, Equitis, Henrici senioris Rabensteinii, Johannis de Sparneck & Henrici Waltenrothii sigillis confirmavit.

Molendinum donatum
zur Xenodochio.

Hoc anno Domini de Weida Xenodochio molendinum illud, quod xenodochiale appellatur cum aliis redditibus pollendum hisce literis tradiderunt:

Wir *Heinrich* der Eltere Voit von Weida und *Heinrich* unser eltester Sohn und alle unsere Erben und Nachkomlinge bekennen öffentlich mit diesem gegenwertigen Brieve, allen den, die ihn sehen, hören oder lesen, das wir mit gutem Willen und wolbedachten Mute haben geeignet lauterlichen durch Gott und durch unser Frauen Ehre, vor uns und unsere Vorderen vnd vor unsere Nachkommen Seelen Seeligkeit willen zu dem Spital zum Hofe *Regnitz* die Güter und den Zins, als hernach geschrieben steht; Wir haben dazu geeignet die Muel ganz, die bey demselben Spital ist gelegen, und des Spitals Muel heisset, und die vor auch halb zugueignet ist gewesen, und eignen auch dazu anderthalb Marck Geldes zu Leubnitz (Leimnitz) dem güthe, das der Kunnen bey dem Thore was, und ein halb Marck Geldes zu Gottfriedesreut uff dem Güthe; da *Otto Kefemacher* auf gefessen ist, und ein halbe Marck Geldes zu *Welbetindorff* auff dem Güthe, do der *Jan* aufftitzet, und dieselbe halbe Marck Geldes soll gefallen alle Jahr ewiglich dem Priester, wer da Caplan ist, ob des *Herdein Schuttfeld* altar in demselben obgenannten Spital, und nicht mehr, dann sein Weisede. Des sind Gezeugen der vheste Ritter Herr *Hanns von Weislesdorff*, *Heinrz von Weislesdorff* sein Bruder, *Herdein Schuttfeld* der Spital Meister, *Niclaus Tausenteschell*, *Cunzitze Bock*, *Heinrich Bernstein*, Burgere zum Hofe und *Nicol* unser Schreiber. Dafs alle diese vorgeschriebene rede und teidinge stete und gantz bleiben, geben wir diesen unsern Brieve dorüber mit unserm grossem Inligel, das daran henger, der geben ist nach Christi unsern Herren Geburt dreizehen hundert Jahr, in dem drei vnd funffzigsten Jahre, an dem Donnerstage in der Oster Wochen.

Alia charta Dominorum de Weida, qua xenodochium aliquot possessionibus auget.

Alia donatio.

Wir *Heinrich* der Eltere Voit von Weida und *Heinrich* unser eltester Sohn, und alle unsere Erben bekennen öffentlich an diesem gegenwertigen Brieve allen den die ihn sehen, hören oder lesen, das wir lauterlichen durch Gott und unser Frauen Ehre, dem Spital zum Hof zu *Regnitz* eigenen und geeignet haben recht und redlichen, ohn hinderung das *Cram Hoff* stete zum Hofe in der Stadt, da der *Eigerman* war auffgefessen, welches das Spital gekaufft hat zu den Predigern von *Plauen*, und auch das ander Hoff

stete, das daran ist gelegen, das vor des Spitals ist, vnd drei Vierdunge Geldes zu *Gottfriedesreut*, auf dem Güte, so der *Nickel*, des *Silberbachs* Bruder auff ist gefessen. Und die Eigenschafft bestetigen wir mit diesen unsern Brieve mit unserm Inligel, das daran henger, der gegeben ist nach Christi unsern Herren Geburt 1300. Jahr, und im 53. Jahr am nechsten Sonnabend an *S. Ambrosii* tag.

Eodem anno *Henricus Senior*, Advocatus *Plaviensis*, *Longus* cognomine, quæ majores ejus Xenodochio donaverant, nimirum *vilam Stylangrün* (quæ forsitan nova est cum prato) samt der Spital Brunten ad pontem lapideum, his verbis rata esse jussit:

Nos *Henricus senior*, Advocatus de *Plawe*, dictus *Longus*, omnibus & singulis, quibus præsens scriptum ostensum fuerit, cupimus fore notum, quod progenitores nostri felicis recordationis, villam *Stylangrün* cum omni utilitate, quæ in ipsa provenire poterit, & unam decimam ad eandem spectantem, cum hoc unum pratum, situm juxta pontem civitatis *Curie Regnitz*, Hospitali sanctæ *Mariæ*, dictæ civitatis appropriarunt, sicut in literis ipsorum plenius videbitis contineri; quæ & nos appropriamus, & præsentibus literis nostris innovamus. Et ad sufficientem cautionem hujus appropriationis, sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum *Plawe* anno Domini M.CCC.LIII. in vigilia *Severi* Episcopi. C. hoc est die 21. Octobris.

Hujus Advocati signum triangularem clypei formam refert, quem leo occupat, adscriptis verbis: S. HEINRICI ADVOCATI DE PLAVE.

Anno MCCC.LV. *Henricus* Advocatus Weidensis cœnobio Monialium pro quingentis pondo *Halensium*, molendinum, die *Capell* Muhl dictum vendidit. Molendinum etiam *S. Christophori* Moniales, haud dubie ex venditione Dominorum de *Weida*, possederunt. Nam cum illi arcem & murum nostræ urbis impensissime extruxissent, tandem vel ære alieno oppressi, vel novis Dominis *Burggraviis* invisi primo molendina, post etiam totam urbem *Curiam* vendere coacti sunt.

Anno M C C C L V I I. *Leopoldus* Bambergensis Episcopus ad priorem xenodochii campanam, aliam quandam adjungi permisit, manifesto argumento vel minimas quasque res auctoritati & decreto Præfulis subfuisse (dass man auch in solchen geringen Sachen dem Bischoff zu Gnaden gehen müssen). Chartula ejus hæc est:

Leopoldus Dei gratia Episcopus Bambergensis. Recognoscimus publice in his scriptis, quod ad laudem & bonorem gloriosæ genitricis Dei indulsumus, & presentibus indulgemus, quod cum tantum sit una campana in campanili Hospitalis S. Mariæ in Curia

Re.

„Regnitz, nostra Bambergensis Diocesis, ad huc
„una alia campana possit de novo in campani-
„li erigi supra dicto, ut ob hoc ad laudem Dei
„populus Christianus sollemnius convocetur. Da-
„tum Habenbergæ anno Domini M. CCC. Lse-
„ptimo, Sabbato ante diem Beati Gregorii.

*Formula cujusdam chartæ feudalis Domino-
rum de Weida.*

Charta
Feudalis.

Wir Heinrich der Elter Voit von Weida, und
„Heinrich der jünger unser Sohn der Ritter,
„und alle unsere Erben, bekennen öffentlich
„an diesem Brieve, allen den die ihn sehen, A
„hören oder lesen, daß wir Juten Snyden-
„gratein geliehen haben recht und redlich zu
„rechtem Erbe, Cunrad des Snydengrates ih-
„res wirtes Erbe und Gut, sein Haufs, das
„gelegent ist zum Hoff, vor der Stad auf dem
„Graben, vor dem Nidern Thore, und zwe-
„ne Garten, daß er ihr vor uns Heinrich den
„jüngern von Weida, Ritter hat *) aufge-
„lassen. Auch haben wir ihr geliehen alle
„seine fahrende Haab; und alles das er hat
„im Hauffe und im Hoffe, und schullen sie
„auch dabey behalten, ohn arge list. Vnd
„daruber zu einem Gezeugniß, und zu mehr
„Sicherheit geben wir ihr diesen Brieve, ver-
„siegelt mit unserm anhangenden inniegel,
„der gegeben ist nach Christi unsers Herrn
„Geburt dreizehen hundert Jahr, darnach in
„dem sieben und funffzigsten Jahre, an dem
„nechsten tag nach S. Veits tage.

1358. Anno MCCCLVIII. die 7. Octobr. Johannes
Mors Jo- II. Burggravius ex vita migravit: quod hæc
hannis II. ejus inscriptio Heilsbrunnæ indicat: AN. M. CCC.
Burggr. LVIII. NON. OCTOBR. OBIT DOMINVS IOHANNES
BURGGRAVIVS DE NVRRENBERG.

1361. Anno MCCCLXI. die 5. April: frater ejus
Mors Al- Albertus II. sine sobole decessit & Heilsbrun-
berti II. na hanc inscriptionem habet: ANNO M. CCC.
Burggr. LXI. NON. APRILIS OBIT DOMINVS ALBERTVS
BURGGRAVIVS DE NVRRENBERG.

1363. Anno MCCCLXIII. Carolus IV. Impera-
Burggravi tor Fridericum IV. Burggravium Noribergæ
fuit Prin- in comitiis ibidem habitis, principali digni-
cipes. tate & Principum juribus (quæ Regalia di-
cunt) auxit. Ad hæc ejus filio Johanni Burg-
gravio Margaretham filiam desponsavit.

Hoc anno Fridericus IV. Burggravius, qui D
Xenodo- eminens in Curiam dominium habebat & Hen-
chio novum ricus Advocatus de Weida, Xenodochio no-
balineum stro novum balineum (die neue Bad-Stube)
donatur- his literis donarunt:

Wir Graf Friederich von Gottes Gnaden,
„Burggraf zu Nurrenberg vnd Heinrich von
„Weida der Elter bekennen öffentlich mit die-
„sem Brieve, daß wir eintrechriglich und mit
„rath, und sonderlich durch Gott haben gee-
„gnet und eignen die Badstuben zum Hof, vor
Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

„der Stadt gelegen bey der Spital Mül, dem-
„selben Spital, gelegen vor der vorgeandten
„Stadt zum Hof, darinn daß den armen Leu-
„ten auß demselben Spital gültichen geschehen
„scholl, mit der Bescheidenheit, daß die ob-
„genandte Stube besetzt sey und werde, und
„auch andere Gewonheit darinnen gehalten
„werde, die von alter berkommen ist. Obn-
„gefesrd und ohne arge list. Vnd darum geben
„wir diesen offenen Brieve besetzt mit unse-
„rem anhangenden Insiegel, der geben ward,
„do man zalt von Christi geburt unsers Her-
„ren 1300. Jar und darnach im 63. Jahre an
„nechsten Freitag vor Walpurgis.

Anno MCCCLXIV. Johannes de Hirsch- 1364.
berga, xenodochio duas villas in Fretschben- Item dua
reut vendidit, traditis in ejus rei fidem hisce ville.
literis:

Ich Hans von Hirsberg genant von Sta-
„bersreut und alle meine Erben bekennen of-
„fentlich an diesem Brieve und thun kundal-
„len denen, die ihn sehen oder hören lesen,
„daß ich mit guten willen und mit rath mei-
„ner Freund hab verkaufft zwei Gut gele-
„gen zu Fretschbenreut, darauff gelesen was
„der Schreiner und der Grimm, mit allem,
„das dazu gehöret, Aecker und Wiesen, be-
„sucht und unbesucht, nichts nicht aufzune-
„men, dem Spital zum Hof unser Frauen, und
„dem Cuntzen Kaufchen (Spital meister) und
„all seinen Erben, umb 64. Pfund heller; die
„ich gantz und gar bezalt und gewehret bin,
„und verzeih mich der vorgeandten Gut,
„und schöll ich, noch mein Erben darnach
„kein anspruch noch keinerlei recht nimmer-
„mehr haben. Kündlich, ob dem vorge-
„andten Spital oder dem Kaufchen oder sei-
„ne Erben die vorgeandten Gut jemand an-
„sprech, dem schöllich vor genandter Hans zu
„sagen, bringen und schöll ihm die obgenandte
„Gut entwehren und rechtfertig machen ge-
„gen aller menniglichen, Jar und tag als recht
„ist. Beschehe dis nicht, und nehmen sie
„deß ein Schaden, den schöll ich ihn abrich-
„ten, daß sie wol daran genugt. Vnd alle
„vorgeschriebene rede lob ich Heinrich von
„Hirsberg des vorgeandten Hans Bruder,
„und Heinrich Wolffels Sohn von Schwingen,
„Burger zum Hof, und werden dem Recht
„selbst schuld mit ihm das zuhalten, und ver-
„binden uns des unter sein inniegel; Vnd
„darum daß das stet und gantz gehalten wer-
„de, gieb ich vorgeandter Hans diesen of-
„fenen Brieff bestetet mit mein anhangen-
„den Inniegel, der geben ward, do man
„zalt von Christi geburt 1300. Jahr, darnach
„in dem vier und Sechzigsten Jahr, an S. Pau-
„lustag als er bekeret ward.

Dni de Gera hanc utramq; villam in Fretschben-
reut & simul tria pondo & dimidium pecunie
proprietas jure xenodochio adscriperunt.

Uu 2

Wir

*) In margine adscriptum erat: Auffassung nach Behemischen Sitten, id est, resignatio dominii moribus Bohem-
cis facta.

Confirma-
tio Domini-
rum de Ge-
ra.

Wir Heinrich von Gera der Elter Heinrich
„unser Sohn und unnerer Erben bekennen offen-
„bar mit diesem Brieff, daß wir leuterlichen
„durch Gott und durch unser Frauen Ebre
„willen haben geeignet und eigenen in kraft
„dieß Brieffs vierdthalb Pfund Geldes und die
„Gut, die dazu gehören, gelegen zu Fretschē-
„reut, darauß gefessen was der Schreiner und
„der Grimm, dem Spital zum Hof unser lie-
„ben Frauen, und das zu einem ewigen Seel-
„geret Vns und Vnnern Vordern und Nach-
„kommung Seelen willen zu trost und hülf. A
„So scholl auch das vorgenannt Spital zum Hof
„zu Regnitz Vns und Vnnern Nachkommung
„dienen davon, und Gott für uns bitten, als
„gewöhnleichen gewöhnleichen, sittleichen und
„recht ist, ohn geferd und ohn Argelist, mit
„Vrkund dieß Brieffs, der geben ward, doman
„zalt von Christi Geburt 1300, Jahr, darnach
„in dem Sieben und Sechzigsten Jahr, an S.
„Walpurgen tag der heiligen Jungfrauen.

1364. Anno MCCCLXIV. Fridericus IV. Burg-
gravius a Comite Nassovio Schwobacum, Cam-
mersteinium &c. pro 19000. libris Halensium
accepit.

1365. Anno MCCCLXV. die Euphemie qui 16.
Septembris est, Bertholdus e vita discessit,
Burggravius Noribergæ & Episcopus Eich-
stadenfis, Friderici II. Burggravius filius, & ex
indicio lapidis Heilsbrunnæ litus est: ANNO
M. CCC. LXV. EUPHEMIE VIRGINIS OBIIT REVEREN-
DVS PATER DOMINVS BERTHOLDVS BVRGGRA-
VIVS DE NVRRNBERG, EPISCOPVS EISTETEN-
SIS, ET SACRÆ IMPERIALIS AVLÆ CAN-
CELLARIVS.

1366. Anno MCCCLXVI. Fridericus IV. Schau-
ensteinium a Wolffgango Rigel pro 1261. li-
bris Halensium emit. Porro & pro 4200.
floreus hypothecæ nomine Kirzingam sibi
obligavit (er hat uff Kitzing Pfand weifs ge-
schlagen), cum Comiti Schwartzburgico ad-
versus Episcopum Herbipolitanum auxilio
fuisset.

Henrici Ju-
nioris de
Weida pri-
vilegium.
Anno MCCCLXVIII. die Veneris post B.
Mariæ Assumptionis, quæ Wurtzweich dici-
tur, Henricus junior Advocatus de Weida hac
in cives Curianos fuit clementia, ut se in po-
sterum nullam exactionem ruri (Land-Ber) ab
illis postulaturum aut accepturum de omni-
bus illorum bonis, quæ ruri possiderent, pro-
fiteretur, modo de istis bonis censum debi-
tum in urbe pependissent.

Idem con-
firmas Sta-
tura & pri-
vilegia ur-
bis.
De anti-
quismo-
ribus Curia
eorumque
validitate.
Eodem anno ac die idem Henricus junior
Advocatus de Weida civitati nostræ omnes
mores & consuetudines, a majoribus traditas
confirmavit, ut illis in posterum pro jure u-
teretur. Vtrum vero his & aliis eiusmodi
chartis vetusti nostræ civitatis mores & alia
privilegia, quæ literis mandata non sunt, quæ-
que cum reliquarum civitatum, Superiori-
bus nostris subiectarum, privilegiis fere con-
sentiunt, non satis confirmata fuerint, pru-
dentioribus iudicandum relinquo. Quid e-

nim iura, quibus civitas inter se utitur, aliud
sunt, nisi ipsius civitatis antiqui mores & pri-
vilegia, quibus a civilibus Imperatorum legi-
bus recedit, & his suis iuribus, quæ Superio-
res ab initio tacite approbarunt, & in gene-
re confirmarunt, perpetuo ac sine ulla inter-
pellatione usa est? Et quid antiqui mores
alicuius civitatis aliud sunt, nisi ius literis non
expressum, quod tota quædam universitas,
per temporis diuturnitatem & iuxta exem-
pla maiorum, constanter retinet & observat?
Quæ ideo monuerim, quod adhuc de sola con-
firmatione disputatum est, & quoniam aliqui
negligentiam veterum in eo accusarunt, quod
suos mores confirmari publice non curave-
rint. Verum enim vero illi homines non
vident, omnia civitatis nostræ iura pridein
literis publicis approbata esse, & horum no-
mine omnino etiam consuetudines, tanquam
iura non scripta, contineri. Ab universali
enim ad particulare valet consequentia.

Quæ nostræ consuetudines firmæ sint & va-
lidæ, porro explicatur.

B. Cum autem per Jus civile confirmatio illa
non necessario requiratur, sed saltem, quan-
do & quatenus consuetudines valeant, ad le-
ges æquiparentur, illasque adeo abrogent ac
tollant, præcipiatur: Operæ pretium duxi,
ea ex iure scripto persequi &, quid sit con-
suetudo, & quæ ad illam legitime requirantur
explicare. Quæ omnia eo spectabunt, ut ad-
versariis obviam eatur, qui nostras consue-
tudes cum iure civili pugnare atque ideo
nullas esse contendunt. Quam quidem illo-
rum vocem nullis sultam esse rationibus, se-
quentia præclare docent, & hoc ratiocinium
affirmat contrarium: Quicquid enim appro-
batur in iure civili & canonico, non pugnat
cum eodem: consuetudines autem appro-
bantur & muniuntur ab utroque iure, ergo
consuetudines, & simul nostræ etiam civitatis
consuetudo proprie sic dicta, non pugnant
cum iure civili & canonico.

Jam, quid sit consuetudo, Cicero L. II. de
Invent. his verbis docet: Consuetudo est id,
quod voluntate omnium sine legibus scriptis ve-
rustas comprobavit. vel, ut Jcti tradunt: Con-
suetudo est ius non scriptum, quod mori-
bus & usu populi, vel maioris partis ipsius
populi initiatum, continuatum, & introdu-
ctum est, & propter vetustatem æque ac si
legitimum sit, usitatum est, & vim legis ha-
bet, ut patet ex l. de quibus ff. de LL. & C. con-
suetudo i. distinct. & ex C. finali X. de consuetud.
& quia lex hanc potestatem inducendæ con-
suetudinis concessit cuilibet populo, d. l. de
quibus; ad eam inducendam utique non est
necessaria scientia & auctoritas Superioris,
alias raro vel nunquam introduceretur con-
suetudo, facit c. primum de Constitut. in 6.
Quare cum cuivis populo inducendæ consue-
tudinis potestas a legibus facta sit, etiam sine
Superiorum expresso consensu & auctoritate,
quid

quid quæso opus est, quam nunc tantopere advenari urgent, confirmatione? Quid? nonnullis civitatibus & oppidis illud solenne est, ut tum demum in verba superiorum jurent, si illi pristinos mores & consuetudines se servaturos receperint. Tunc dantur literæ confirmationis, quæ antiquis moribus, quali vim nullam habeant, nisi scripti & a Superiore confirmati, potiores non sunt. Triplices habentur consuetudines, quarum quædam I) vel secundum legem, quam optime interpretantur. II) vel præter legem, quæ provident in casu, a lege non deciso. III) vel sunt contra legem, quarum effectus est tollere & abrogare legem eo in loco, ubi vigent. Bartol. in d. l. de quibus, num. 25. lect. 2. Quæ divisio liquido repugnat iis, qui validam ullam negant esse consuetudinem, nisi quæ per omnia juri communi respondeat. Profecto inutile & ineptum foret consuetudinis inducendæ, & ob graves rationes observandæ consilium, si ne latum unguem a jure civili decedere constitueris. Neque erat causa quam obrem non minus a jure canonico, quam civili variæ consuetudines traderentur, si omnes aut plane nullæ aut per omnia legibus conformes esse deberent.

Objeccio per enumerationem eorum, quæ ad consuetudinem laudabilem requiruntur.

At enim multa ad perfectæ consuetudinis naturam requiruntur, si vel maxime conservatam illam velimus. Primo quidem præcipiunt leges, ut sit *rationabilis*, quæ juri divino & naturali non repugnet, honestatem non lædat, aut peccandi præbeat occasionem: item possibilis & publicæ utilitati conveniens. Deinde, ut sit *præscripta, inveterata, diuturna & longa, continuata nec interrupta*: quæ scilicet est introducta & obtenta per cursum temporis ad præscriptionem requisiti, id est quæ jure civili decem, aut canonico in quibusdam casibus quadraginta, aut Saxonico triginta annos, annum & diem, duravit, sive illa secundum sive contra leges communes esse videatur. Tertio requirunt *actuum frequentiam, seu iteratos aliquos actus*, ut in eodem controversiarum genere aliquoties eodem modo sit pronuntiatum, ut ita consuetudo innotescat, & si non omnes, certe plures illa utantur. Quippe plus valet consensus & scientia populi, quam multi modi agendi in judicio. Roch. Curt. in c. finali X. de consue. Quarto *majoris partis civium aut populi observantiam & consensum*. Quinto & illud videtur ad legitimæ consuetudinis naturam & vim pertinere, ut sit *litteris non expressa*. Est enim jus non scriptum: neque ut ab initio scriberetur, ullo modo fieri potuit, cum tacito populi consensu invalescat. Potest tamen memoriæ & testimonii causa in scripturam redigi: sicut consuetudines feudales hodie scriptæ & Corpori Juris insertæ sunt vid. Bartol. in d. l. de quibus lect. 2 num. 11. Quæ omnia si concur-

rant, consuetudo legum præceptis consentanea efficitur. An vero hæc ad nostræ civitatis consuetudinem accommodari possint, age videamus.

Responsio, qua affirmatur & probatur hæc quinque requisita inesse nostræ Consuetudini Curienti.

Primo quidem (ut per partes eamus) *rationabilem* illam esse, mea sententia nemo negaverit, nisi qui primos urbis hujus incolas eorumque successores ac majores nostros, rudes, barbaros & a brutorum animalium indole non multum abhorrentes fuisse autemet: qui præcipiti impetu & inconsulta libidine omnia, nihil ratione ac providentia gesserint, & contra divina & humana jura, contra honestatem salutemque publicam peccaverint. Egregiam vero laudem & amplissima præmia etiam ipsi antiqui Superiores tandem aliquando coram Deo consequerentur, si per negligentiam suam in civitate sibi credita omnia miscere confundique passi fuissent, nec unquam civium mores in contrahendis nuptiis aliisque negotiis sciscitati essent. Quæ iniquissima sane utrinque foret opinio. Quippe majores nostri jam olim ante *Curie* initia fidem Christi susceperunt, nec minori quam nos prudentia consilioque usi sunt, & tanquam homines senes, periti rerum & exemplorum, nihil non deliberato animo egerunt: quocumque tandem nostra ætas acumine & calliditate sibi placeat.

Jam vero in nuptiis apud nos consuetudo fert, ut novi conjuges primo (quoniam mors certa omnibus, momentum mortis incertum est) intra annum & diem a consummatis nuptiis in casum mortis certam pecuniam pro facultatum ratione constituent, vel maritus etiam alterum tantum præ uxore, nimirum si sponsus sponsæ in casum mortis centum cum uno florenos bonæ memoriæ gratia, & ne velut ancilla ipsius potestati subsuiffe videatur, destinaverit: parentes fœminæ aut Curator quinquaginta florenos cum dimidio vicissim constituent, & tunc alterutro mortuo dos & illatæ fortunæ ad heredes proximos recidunt, nisi consensu mutuo aliud conventum & in scriptis confirmatum fuerit. Quæ prima quæstio nihil controversi habet.

Consuetudo Curientis in nuptiis.

Deinde anno ac die elapso, utroque conjugum superstite, communio bonorum efficitur: quod de facultatibus utrinque allatis, hereditate & per industriam quæsitis, intelligendum est, sive heredes ex utraque parte adsint, sive minus. Quod si tum maritus, relictis liberis, prior decesserit, vidua tertiam partem omnium bonorum sibi capit, duas liberis relinquit, si scilicet novas nuptias paraverit (Woserne sie ihren Witwen Stul verriicket). Sin minus, domina manet bonorum usque ad mortem, nec ad dividendas cum liberis fortunas cogitur, nisi sponte vo-

luerit: Liberi tamen pro dignitate & pro bonorum ratione collocandi, antea vero ex communibus fortunis alendi sunt. Maritus autem post conjugem defunctam, quamvis secundas tertiasve nuptias contraxerit, bona sua per divisionem a liberorum facultatibus superare non cogitur, sed ad vitæ terminum dominus omnia possidet: modo liberi honeste educantur, & quantum fortunæ permittunt, dotentur. Si qui præterea casus dubii & controversi ex communi consuetudine dirimi nequeunt, per sententiam magistratus & ex jure civili deciduntur.

Dubia circa Consuetudinem Curiensem orta.

Hæc pars nostra ætate & paucis abhinc annis in quæstionem venit, tum maxime, cum coniuges post rem familiarem dissipatam & multo alieno ære oppressam, cum contemptu existimationis suæ & civilis nostræ consuetudinis, ad SCtum Velleianum vel alia beneficia iuris in detrimentum creditorum provocantes, dotalia uxori, liberisve materna bona quocunque modo conservatum irent. Egregii scilicet homines, quibus verba Ps. 37. *Mutuo accipit improbus, sed non reddit*, merito exprobrantur. Hinc, quoniam artes illæ non divinæ, sed verbo Dei contrariæ sunt, facile patet, quod ne iustæ quidem aut honestæ appellari, nedum ullo æqui iuris favore defendi possint, quicquid Velleii SC. suggerat. Nam liberis profecto pulchrius, parentum famam integram servare, & uxori convenientius putamus, mariti fidem adstrictam & labefectatam liberare, quam indigne alios bonis suis fraudare, ac deinde contra omnem honestatem, dolose per beneficia iuris se exolvere (aushalstern). Porro & inde aliud non leve civibus nascitur incommodum. Postquam enim fraudes illæ passim tractantur, expirat christiana charitas, afflictis nemo amplius facile succurrit, & suis opibus bonorum virorum inopiam levare audet: sed (quod dicitur) omnis, quo semel læsus est, ignem reformidat, ac suo aliorumque periculo cautior esse discit. Quod si quis pecunias mutuas sumere velit, quanquam uxoris dominus & curator legitimus sit, cogitur iure suo alii cedere, suoque loco curatorem litis, cuius tunc maior, quam mariti, autoritas futura est, constituere, item propter uxorem omnibus illius iuribus renuntiare, & se creditores non impediturum, cavere. Atque ita nasci hodierni, qui veterum sapientiam & antiquam civitatis nostræ consuetudinem vituperant, & reiiciunt, semet ipsi habent ludibrio, dum nunc astu a moribus recedentes, iuris communis beneficia, in damnum aliorum, amplectuntur, nunc illis vicissim renuntiantes, marito illam afferunt contumeliam, ut alius maiori, quam ipse, in uxorem potestate gaudet. Et hac ineptarum vicissitudine iam eo ventum est, ut nec fideiussores, nec pignora, nec curator legitimus, nec qui in litem constituitur, fere valeant: quia his excusationibus ac beneficiis, citra consuetudinem aliunde in civitatem no-

stram adscitis, nemo facile acquiescit, semperque verendum est, ne priora vicissim aut nova alia in morem veniant. Ad quid autem aliud hæc inventa & artes, quantalibet sint vetustate, tam studiose exercentur, nisi ut, cum majorum mores jam fore novitatis gratiam amiserint, novi inducantur, & per hos ipsos viris bonis cum aliis fides auferatur? Quo circa prudentius multo atque honestius est, si maritus, uxor & liberi, conjunctis viribus, ad exempla majorum, & ex præcepto Psalmi 37. Deo freti bona faciunt, honeste victum quærunt, & ingruente calamitate, pauca incolumi, quam multa, affecta existimatione, habere malunt. Nam (ut idem Psalmus habet) *melius est exigium cuique iusto, quam copia multis improbis*. Et sane veterum mores propositum honeste vivendi satis provocant, qui inter conjuges volunt esse non minus communionem facultatum quam corporum & animorum conjunctionem: quia post anni spatium (uti & æquitas suadet) mariti & uxoris bona coalescunt, & alter alterius facultates, nisi adsint, per hereditatem mutuam consequuntur, & hanc ob causam etiam æris alieni, si quæ præmunt, incommoda conjunctim & æquo animo ferre debent. Qui enim sentit commodum, sentire etiam debet onus & contra *c. qui sentit X. de R. J. in 6.* Talis autem consuetudo, satentibus Jctis, juri communi scripto derogat, & contra illud valet. Nam ut D. Andreas Gailius lib. II. *pract. observ.* de consuetudinibus vel statutis, an extra territorium extendantur, scribit, firma illa est consuetudo de mutua successione conjugum, quod his verbis docet: „*Et si de jure communi tunc demum ad successorem vocentur conjuges, quoties parentum vel librorum sive propinquorum legitima deficit successio; tamen consuetudinem valere, quod defuncti conjugis hereditas, non extantibus liberis, neque pactis dotalibus in contrarium confectis, superstiti ab intestato deferatur, sæpe in Camera conclusum fuit: quia notum est, consuetudine vel statuto juri communi derogari posse. Atque hujusmodi consuetudinem, propter individuum non tantum corporum quam animorum conjunctionem atque societatem, propter tot matrimonii onera, quæ conjuges moderate sustinere & ferre debent, justissimam adeoque favore dignam esse, quis inficias ire potest?* E Obs. CXVII, in fine: *Pactum, inquit, reciprocum inter conjuges de succedendo, consuetudine passim receptum & in Camera approbatum est. Si itaque ex æquo & iusto permittitur, & conjuges, alterutro sine liberis defuncto, sibi invicem succedant; quid impedit, quominus, anno elapso, bona utrinque communia sint, ab utroque administrantur, & æs alienum etiam, si quod contractum est, conjunctim dissolvatur: cum in omnis fortunæ societatem conjuges a Deo copulati sint.*

Porro & nostri majores in præcipuum honorem matrimonii, & bonarum conjugum favo-

favorem, his post mortem virorum, quia diligentem rei familiaris curam gesserunt, multasque stante matrimonio molestias tolerarunt, non, ut alibi, quartam bonorum aut virilem portionem, sed tertiam ex hereditate detulerunt. Quod etiam laudandum magis quam vituperandum est. Quippe hæc ipsa consuetudo civitati nostræ magnam olim famam peperit: cum non modo multi viri honesti, aliunde huc commigrantes, potissimum nostrorum civium deligerent affinitatem, præoptarentque illorum filias aliarum nuptiis. (Exemplo sit senior *Albertus Geilsdorffius*, qui *Auerbacō Curiam* se transferens, uxorem Curientem duxit, & genus suum in multos annos propagavit. Obiit hic tandem an. MDII.) sed & inclytræ Nobilium familiæ honoratioribus nostris civibus filias suas in matrimonium darent: quod multa vetusta exempla probant, & nostra memoria in seniore *Wolffgango Zimmero*, *Caspere Grausio*, *Laurentio Meyhöffero* Consule, *Sebastiano Königsdorffero* aliisque apparuit.

Hæc hæctenus de primo momento, quod nostra consuetudo sit *rationabilis*, nec errore contra rationem & honestatem, sed certa scientia, deliberato animo, probabilibusque de causis a majoribus prudenter introducta & longissimo tempore observata.

Secundo (ut jura requirere vidimus) consuetudo nostra jam est *inveterata & præscripta*, quæ certe non per decem, triginta, quadraginta annos vel amplius etiam continuata, & uno tenore semper servata fuit (cum nec antiqua monumenta & civitatis tabulæ, nec ullæ aliæ chartæ veteres civium contrarium exhibeant); sed non minus prisca majores, quam nostri ævi homines illam laudabilem & habuerunt semper & appellarunt. Nihil moror mala quedam nostræ ætatis exempla; quæ tanti non sunt, ut avitam evertant consuetudinem. Nam tanto tempore, cuius fere nulla extat memoria, non consuetudo solum, sed res etiam maximi momenti, quæ ad fiscum Principis spectant, præscribi & contra ius commune vindicari possunt: quam rem Doctor *Wesfenbecius*, *Schneidewinus* aliique de Consuetudinibus copiose & multis allegatis testantur.

Tertio & hoc consuetudinem nostram firmat, quod illa olim & in iudicio & privatim in hereditatum divisionibus nostræ civitatis observata, *omnibus satis innotuit*. Cuius rei plurimum interest. Quodque etiam ultra aliquot sæcula cives illam tenuerunt, in pactis dotalibus eo provocarunt, nuptias ita contraxerunt, & deinde, alterutro coniugum mortuo, hereditatis divisionem, presentibus duobus Senator. & scriba publico, (*Stadtschreiber*) secundum eam instituerunt. Inde nunc quoque in pactis vulgo clausula adjicitur, si qua dissensio aut controversia obveniat, ut illa ex civili consuetudine explicetur & dirimatur. Quæ ex re *actuum frequentia* liquido satis apparet,

& nemini dubium esse potest, quin tam longo tempore, quo hæc consuetudo inter nos floruit, casus aliquot contigerint, qui publice coram Sepatu secundum civilem consuetudinem dijudicati & compoliti fuerint. Estque communis Legistarum & Canonistarum sententia; de necessitate non requiri, actus illos esse judicarios seu in contradictorio iudicio obtentos, sed sufficere etiam extrajudiciales notorios. Vid. *Schneidewini Comment. ad Inst.*

Quarto, consuetudinem nostram a maiore civium parte, & a veteribus semper *probatam, observatam, & ad nos per manus traditam* fuisse, manifesto constat. Nihil officiant pauca quedam exempla contraria, quæ demum post inveteratam olim consuetudinem acciderunt, cum scilicet nostræ ætate unus vel alter, novarum rerum cupidi, a moribus civitatis, vel ab ipso etiam iure communi provinciali, sponte sua recederent. *Vna enim hirundo non facit ver.* Requiritur quidem, ut maior populi pars sit consuetudine usæ, ex quo tacitus eius consensus colligitur; sed interim tamen etiam sufficit, si duo vel plures actus sint celebrati, vel etiam extrajudicialiter observata ea consuetudo, sciente maiore populi parte & non contradicente, etiam si maior populi pars cum effectu non sit usæ tali consuetudine, secundum *gloss. in d. c. fin.* & *Doctores in d. l. de quib.*

Denique consuetudo nostra *litteris non expressa*, & propterea nec a Superioribus in specie confirmata est: quanquam (ut initio monuimus) hoc ad antiquas litteras, quibus jura civitatis in genere approbata sunt, opportune referri possit. Et hoc ipsum principibus requisitis consentaneum est. Ideoque consuetudo vocatur, quoniam litteris adhuc mandata non est. Quæ si scripta foret, jam non consuetudo, sed jus municipale & statutum, vel jus scriptum privatum vocaretur: quemadmodum nos vetusta quedam jura statutoria scripta habemus, de quibus suo loco dicendum est.

Hæc de nostra consuetudine, quæ a civibus merito integra servatur, pro ingenii simplicitate adferre visum est: quæ juris peritioribus, & quibus maturius est iudicium, æstimate relinquitur, eosque insuper considerare jubemus. consuetudinem aliquam per duos testes, qui suæ scientiæ certas & idoneas causas allegaverint, aut per aliquot seniores, qui ab adolescentia sua ita gestum, & a parentibus idem sibi traditum testantur, abunde posse conservari. *Barth. Cynus in lib. 2. C. quæ sit longa consuet. & Dd. ibid. Roch. Curt. in c. finali X. de consuetud. Bartol. in l. de quib. num. 22 ff. de V.*

Porro & hic observandum est, moris inter nos esse, ut, si quis fundum & immobilia emere constituerit, pretium venditori vel in continenti, vel habita fide, intra annum solvat.

vat. & per illud tempus venditor emtori evictionem prestare, ac sine ejus incommodo certam ipsi confirmare possessionem debeat.*) Si ad diem emtor non solverit, ad justas usuras pecuniæ solvendæ obligatur.

Privilegia nostræ civitatis, quibus ab antiquis Superioribus dotata fuit, jam non extant: sunt tamen postea in genere ab Advocatis de *Weida*, Burggraviis *Noribergæ*, & Marchionibus Brandenburgicis confirmata. Eo pertinetius illud, quo civibus antea minorum ferarum & avium venatio (nieder Wildpret und geflügel zu jagen) concessa fuerat: quod anno MDLXXX. quodammodo inhibebatur. Cæterum vetusta civitatis hujus Statuta in confirmatione *FridERICI* Marchionis Brandenburgici, S. Rom. Imperii Archicamerarii adan. MCCCXXXVI. recensentur, ex literis Dominorum Weidensium fere ad verbum repetita.

1370.

Anno MCCCLXX. *Henricus* Advocatus de *Weida* xenodochio hortum quendam his literis donavit:

Xenodochio hortus donatus.

Wir *Heinrich* der Elter Voit von *Weyda* und alle unsere Erben bekennen öffentlich, und thun kundt allen den, die diesen Brief sehen, hören oder lesen, daß wir leuterlich durch Gott, und in der Ehr unser Frauen van Himmelreich, und durch unsern Forderern Seelen und vner Seelen willen, eigenen einen garten zu Flettrissenreut, der da was Hermann des Gebauers, der da leid in den Gärten des Grimmen, den der Kuntz Rausch hat kauftt wieder (das ist von) den Hansen Stabersreuter, unserm Spital zum Hof zu *Regnitz*, zu einem ewigen Eigenkeit, und sollen das Spital darbey behalten, wir vnd unsere Amtleut. Vnd daß das unverbrüchlich sey, daß geb wir obgenandter Herr und Vnser Erben, dem genandten Spital unsern offenen Brief mit unsern anhangenden Innsiegel, der geben ist nach unsern Herrn Geburt, da man zahlt dreizehen hundert Jahr und Siebenzig Jahr, an dem Montag, vor S. Johannes tag des Taufers unsern Herrn Gottes.

1372.

Anno MCCCLXXII. xenodochio piscinæ Goditienfes oppigneratæ sunt: quod ex hac charta intelligitur:

Piscinæ oppigneratur xenodochio.

Ich *JAN* von *Berge* der alte, zu der zeit gessen zu *Goditz*, *Nickel*, *Eberhard* und *Hans* meine Söhne, und alle meine Erben thun kund und bekennen öffentlich an diesem Brief fallen den, die ihn sehen, hören oder lesen, daß wir mit guten Willen, und mit wolbedachten Muth, recht und redlich versetzt haben Herren Orten dem Spital Meister zum Hof, oder wer Spital Meister nach Im ist, vner Wasser zu *Goditz* mit allen den Nutzen und rechten, alß wir es inne gehabt haben und die dazu gehören, vor funffzehen Pfund heller land werunge der Stadt zum Hof,

der wir von ihm gantz und gar bezalt vnd gewehret sein also, daß wir geloben bey vnnern Trauen, dasselbe Wasser zu schützen und zu schirmen vor allen leuten, dem Spital zum Frommen, alß fern wir vermögen. Wir schollen Im auch selber an dem Wasser kein Schaden thun, des er von uns will verhaben seyn, ohn gefehrd. War aber, daß der Spital Meister wolte sein Geld wieder haben, uff welche zeit das im Jahr were, da scholl er uns vier Wochen vorsagen, so schollen wir in demselben vier Wochen das ehgenandte Geld wieder geben unverzüglich, ohne alle Wiederred. Und geben ihm des zur Sicherheit diesen offenen Briefe verliegelt mit unnern Innsiegel, die daran hangen. Dieser Brief ist geben nach Christus Geburt dreizehen hundert Jahr, darnach in dem zwey vnd Siebenzigsten Jahre, an dem Montag in der Oster Wochen.

Anno Domini MCCCLXXIII. *Henricus* Advocatus de *Weida* generosissimo Principi ac Domino *Fridericio* IV. Burggravio *Noribergæ*, urbem *Curiam* vendidit cum terra *Regnitiana*, cumque adiunctis rebus & iuribus pro 8100. sexagenis grossorum *Freibergicorum*, quæ tunc temporis 40500. florenos valebant, ita ut singulæ bonæ sexagenæ quinq; florenis aut sexaginta grossis, singuli floreni duodecim grossis æstimarentur. Testes emtioni adfuerunt *Henricus* Advocatus de *Plawen*, quem *Longum* vocant: *Conradus* *Klassenbergerus* Decanus *Eichstaden*ensis: *Henricus* de *Königsbergæ*: *Conradus* de *Weidenbergæ*: *Conradus* & *Henricus* de *Kotzau*: *Johannes* de *Hirschbergæ*: *Ebrenfridus* de *Seckendorff*: *Henricus* de *Rabenstein*, qui *Niger* cognominatur: *Conradus* de *Siensdorff*: *Johannes* de *Feiltsch*: *Lucas* de *Neustad*, & alii honesti Equites ac milites. Factum (ut diximus) post Dei Nativitatem anno MCCCLXXIII. proxima Mercurii ante festum Pentecostes: sicuti emtionis formula, quæ ab initio Libri nostri provincialis habetur, indicat.

Anno MCCCLXXIV. mense Octobri magna campana ad S. Michaelis fusa est, quæ talem habet inscriptionem tribus separatis versibus, qui connectendi sunt:

Ave Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui Amen.

O Sancta Virgo, ora pro nobis. O Rex gloriae Christe, veni cum pace. Lucas, Marcus, Mattheus, Johannes.

*En ego Campana nunquam pronuncio vana: Ignem vel festum, Guerram vel funus honestum. Anno Dom. millesimo tricentesimo septuagesimo quarto fundata sum ego Campana in mense Octobri per manus Magistri Bernbardi (qui tuus) filius sororis Magistri Hermannii de *Nurrenberg*, & isto anno fuit Vitricus Ecclesie *Henricus* *Parvus*. Amen. Per vocabulum *Gueram**

*) Exemplo sunt literæ *Johannis Hirschbergensis*, ad annum MCCCLXIV. productæ.

ram significatur bellum, repentinus tumultus, subita trepidatio &c. ad quæ Campana pulsabatur. Illo tempore *Ludovicus* Comes Mifniae Episcopus Bambergensis fuit nostræ Ecclesiæ Dioecesanus; *Fridericus* Burggravius Dominus territorialis; *Henricus* Parcus (Karg) Vitricus Ecclesiæ (Kirchen oder Gottes Hauss Vater). Nam Curatores Laicos Ecclesiæ *Vitricos* appellarunt.

Campana minima ad S. Michaelis sine anno est, ut, cuius sit ætatis, ignoretur, credo tamen usam eo tempore, quo ædicula S. Michaelis amplificabatur & duabus turribus ornabatur, quod opus anno M CCC LXXXVIII. absolutum & dedicatio die Conversionis Pauli proximo anno facta est. In ea vero hæc legitur inscriptio:

*O Maria samt deinem Kind
Hilff, daß sie wohl klingt.*

Quantum ad reliquas campanas attinet, campana media (die Sonntags-Glocke) fusa est anno M CCCCLXI. Quippe cum haud dubie bello Hussitico anno M CCCCLXXX. aliquot campanæ vi ignis, quo tota urbs concremabatur, vel alias furore hostium consumptæ & abreptæ forent, & statim illo tempore jactura omnis refarciri non posset, paulatim per partes restitutio facta, & inter alia etiam summum altare, quod anno M CCCCLXV. statutum est, & campana ista media, quæ duobus versibus hæc verba refert:

Anno millesimo quadragesimo (pro quadringentesimo) sexagesimo primo, o Rex gloria veni nobis cum pace. Assumptionis B. XP. Archangele Michael, veni in adiutorium nobis contra Bell, ut tuis precibus liberemur a fe-cibus. Amen.

Campana, quæ die Fried-vel-Salv-Glocke vocatur, eo quod quovis vespere ad ejus pulsatum *Salve Regina & Da Pacem* in templo canerent, & privatim orarent, fusa est proximo anno post; unico versu ita habet: *Anno Domini M CCCCLXII. Servo Sancta Martine, O Rex gloria veni nobis cum pace, O Maria in excessis.* Et istis temporibus Maria Mater Christi crebrius erat in ore precantium, quam ipse Christus; qua ex causa etiam vocabulum *Sancta* veteribus ita solenne usitatumque fuisse constat, ut *Sancta Michael, Sancta Martine*, &c. per simplicitatem scriberent ac loquerentur, *servo pro serva o*. Hæc de campanis nostris.

1376.

Controversia quædam xenodochii componitur.

Anno M CCCCLXXVI. xenodochio de quibusdam possessionibus controversia mota, & coram Capitaneo (Hauptmann) ac senatu nostro composita fuit; uti hæc scriptura perhibet:

„Ich Er *Heinrich* von *Kortzau*, Pfleger bey den zeiten *zum Hof Regnitz*, und *Friderich*, *RODEN* Burgermeister zu der zeit, und der

„Rath und Gemein *zum Hof Regnitz*, bekennen öffentlich mit diesem brieff, und wollen, daß es wissentlich sey allen denen, die ihn sehen, hören oder lesen, daß für vns kommen seyn der Spitalmeister *zum Hof*, und die dozu gehören, die Priester und die Pfründner von einer seiten, und Nickel Limmer, und Hans sein bruder er die andern seiten, und haben beidert halben gekleit (*geklagt*) umb die Gut, die da gelegen sind zu *Ezelsgrün*, die der Herdegen Schütfeldt seeliger hat kauft, zu (*von*) *Heinrich Wolff Strigel*, dem obgenannten Spital und dürffrigen, und die darzu gehören, zu Erbe vnd Eigenschaft, daran das Spital gehindert ward von dem obgenannten Limmern, des hett wir ein Tag beschieden, auf kundschafft und auf recht, daß sie van beiden seiten dozu kommen, das Spital und beide Limmer, und verhörten kundschafft. Darbey was der Erbar und veltste Ritter, herr *Erhard* der *Murring* vnd die erbarn Knecht, *Heinrich Rabesteiner* der Elter, und *Heinrich* und *Mathel* seine brüder, und die weissen, wol bescheidenen leute *Heinrich Tenderlein*, *Cuntz Bock*, *Nickel Taufdscheel*, vnd *Niclas Pab*, *Vlrich Schnarchenreut*, und *Heinrich Knopff*, und der Rath gemeinlichen der obgenannten Stadt *zum Hof*, die da vrtheilen auf ihren Eid und Trew, daß das Spital, und Spital Meister und die feinen, besser Kundschafft hetten zu den obgenannten Guten, denn die Limmer, und daß dieselben Gut das Spital und die feinen behielten mit den rechten, und da geurtheilt ward, daß Ich vorgenanter Herr *Heinrich* von *Kortzau* von meines Herren wegen und von Gerichts wegen schol das Spital bey den obgenannten Gütten behalten und beschützen vor allemenniglich. Auch ward geurtheilt, daß wir der Teiding dem obgenannten Spital und seinem *) Vormunden schullen des vnsern brieff geben mit vnserem anhangenden Insigeln zu einer Kundschafft und zu gewissen der obgenannten Teiding und Vrtheil. Darumb gib Ich obgenander herr *Heinrich* von *Kortzau* dem obgenannten Spital diesen offenen brieff zu vrkundt und zu wissen aller dieser obgenannten rede, teiding und Vrtheil mit mein anhangenden Insigel; Vnd Ich *Friderich Roden* Burgermeister zu der zeit, mit wissen der Burger des Raths, hengen auch der Stadt Insigel an diesem Brieff, zu einer mehrern Kundschafft und gewissen der obgenannten Vrtheil und Teiding. Der Brieff ist geben, da man zält von Christus geburt dreyzehnen hundert Jahr, darnach inn dem Sechsen und Siebenzigsten Jahr, an dem nechsten Freytag nach S. Johannis Tag.

Hoc anno die Dominica ante B. Mariæ Nativitatis, templum monasterio S. Francisci ad jun-
Tempulum Franciscanorum de novo consecratur.

*) Tutores Xenodochii vocantur. Cürator Xenodochii & Senatus, ex cuius ordine semper aliquis curam Xenodochii gerit.

junctum denuo dedicatum fuit, quoniam cum *Henricus de Weida*, exemplum secutus pie matris *Margarethæ de Urtenhofen* (quæ cum sororibus cœnobium monialium fundaverat) ad amplificationem templi Monachorum summam æris donasset, & vicini Nobiles ac cives pii liberaliter de suis fortunis contulissent, anterior fornix cum sacrario &c. ea tempestate accesserat. Et tunc etiam ferrariorum & carpentiorum (der Smiede und Wagner) sacella in posteriori parte prope templum Monialium extructa, & tota cœnobia ædes picturis organoque musico ornata fuit. Porro Advocatus ille de *Weida Henricum* filium primum (ut jam supra diximus) ampliati cœnobia Guardianum esse voluit. Templum autem hoc Monachorum jam tum anno M C C C L I. statim scilicet post ædificationem cœnobia Monialium, proferri cœpit: ut ex chartula, quam *Eberhardus* Guardianus misisse cujusdam gratia dederat, supra ad annum M C C C L I. patet, in qua etiam fornicis alicujus mentio habetur. Ex quo intelligitur, admodum segniter hoc opus absolutum fuisse. Dedicationem dicto anno ac die denuo susceptam verba hæc, in interiori sacrarii introitu adscripta testantur:

Anno 1376. proxima die Dominica ante festum Nativitatis beatæ Virginis Mariæ, reconciliatum est cœmeterium nostrum & Ecclesia consecrata in honore beatæ Virginis Mariæ & beatæ Crucis, & tria altaria, primum quod est juxta pilare (Pfeiler) versus cœmeterium, in honore omnium Apostolorum; Secundum quod est juxta pilare versus ambitum (Kreutzgang), in honore Sanctæ Mariæ Magdalene, S. Marthæ, S. Benedicti & S. Antonii; Tertium, quod est in abside (i. e. curvaturæ studinis ein Gewelb) versus ambitum, in honore S. Nicolai, S. Oswaldi, S. Jodoci, S. Carbarinæ, S. Barbaræ & S. Claræ.

Item notandum, quod eodem anno Domini in festo Nativitatis S. Mariæ consecratum est altare, quod est in abside versus cœmeterium, in honore ipsius beatæ virginis Mariæ; & beatæ Elisabethæ & omnium Angelorum: & tali die agatur dedicatio illius altaris; & dominabitur dedicatio beatæ Virginis, Mariæ.

Sed notandum, quod apud fratres Minores in Curia Regnitz perpetuo aguntur duæ solennes dedicationes omni anno. Una, die S. Trinitatis (quo prima dedicatio hujus Ecclesiæ facta est) & altera in proxima Dominica ante Nativitatem Virginis Mariæ. 1376. scriptum ex antiquo libro mortuorum nostri cœmeterii.

Sacellum S. Anna.

Sacellum etiam S. Anna, quod in cœmeterio Monachorum erat, circa illud tempus amplificati monasterii, aut certe; non multo post, ædificatum esse puto. In hoc majorum ætate missæ atque conciones statis temporibus habebantur, sacrarum etiam virginum

detonsi crines suspendebantur. Verum anno MDXLV. cum schola nova ex monasterio surgeret, & collegis diversa domicilia pararentur destructum fuit. Cœmeterium anno MCCCLXXVI. eam ob causam rursus dedicaverunt, quod ædificationis tempore hominibus ac bestiis liber aditus perpetuo patuisset; quo ipso pollutum & profanatum quodammodo credebat veteres. Et renovatum hoc Monachorum templum postea multæ nobiles & antiquæ Familiae, *Rabensteinii*, *Feilschii*, *Sparneckii*, *Grüneri* in *Hofeck*, *Reizensteinii*, *Lucbouii*, *Wildensteinii*, *Zedwizii*, *Kunsbergii*, *Dobeneckii*, cæterique donationibus suis locupletarunt, aliqui etiam sepulcra ibi habuerunt; sicut arma & insignia, passim in illa æde suffixa, hodie declarant.

Dedicatio cœmeterii.

Eodem anno *Carolus IV.* Imperator *Fri-derico IV.* Burggravio Hygropolin (Feuchtwang) urbem imperialem pro tribus millibus florenorum oppigneravit, eique sylvam circa *Noribergam*, quæ *Apollonii* quondam de *Geilinga* fuerat, tradidit. Hoc tempore *Henricus de Kotzau* Capitaneus (Pfleger oder Hauptmann) in patria nostra fuit.

Sylvæ Noribergensis: venditur Burggravio.

Anno MCCCLXXVII. die Jacobi Apostoli *Fridericus* Burggravius antiqua jura Curie confirmavit, uti ex filii ejus confirmatione ad annum MCCCXXXVI. intelligitur.

1377.

Anno MCCCLXXIX. d. 25. Febr. *Lamberti* Bambergensis Episcopi Vicarius *Alberto* Comiti de *Wert*, Parochio Curienli sacrum matutinum templi S. Michaelis, quod a *Theodorico Zerrer*, *Alberto*, *Sattlero*, & *Nicolao Paw* live *Pabe*, civibus nostris institutum erat, confirmavit. Pii autem illi ad sustentationem Præmissarii (Frühe Messers) &c. ex bonis suis aliquot villas in *Kadirz*, *Oseck* & *Welbatindorf*, item rivum die Geistere inde a molen-dino (Neppels Mühl) usque ad *Salam* donaverunt; ut ex literis eorum & quæ in confirmationem data sunt, apparet.

1379.

Missæ matutina ad S. Michaelis confirmatur.

Anno MCCCLXXX. *Marbelius Rabensteinius* in xenodochii emolumentum villas aliquot his literis publicis tradidit:

1380.

Aliquos silles donantur Hospitali.

Ich *Marbel Rabensteiner*, Frau *Cune* mein eheliche Wirtin bekennen öffentlich mit diesen Brieff allen denen, die ihn hören, sehen oder lesen, daß wir von eigenen guten willen, bey lebendigen Leibe, mit wohlbedachten Muth und mit Rath unserer freundt, haben bedacht unserer Vordern und Nachkommen und Vnner selbst seelen seeligkeit, und haben geben leuterlich durch Gott und durch unser Frauen Ehre, unsere Höff und Guth, die hernach beschrieben seyn, in das spital zum Hof mit allen den Nutzen und Rechten, als wir sie selbst inne gehabt haben, mit groß und klein, nichts ausgenommen; Vnd wir verzeihen uns der leuterlich, daß wir, noch jemand von unsertwegen, darnach kein Ansprach noch Forderung nimmer gethun noch

noch gehoben schollen, heimlich noch öffentlich, leuterlich ohn alles gefehrd. Zum ersten den Hoff zu *Döbenlitz*, und den Hoff zu *Dölen*, die davor auch des Spitals gewest sind; und auch den Hoff zu *Eppenreuth*, und haben das gethan leuterlich durch Gott, und durch unser Frawen Ehre, und auch durch unser Vordern und Nachkommen, und unser selbst seelen seeligkeit willen, und auch darum, daß man uns und allen unsern Vordern und Nachkommen, wer der ist ein Vormund des obgenandten Spitals *zum Hof*, und was Priester darinnen sind, ewiglich schollen seelen gereth und gedeichnuß thun und halten, von dem obgenandten Spital *zum Hof* nach der Brieff sag und laut, die uns und allen unsern Nachkommen geben worden sindt von dem ehegenandten Spital ohn gefehrd und ohn Arglist. Vnd bey dieser obgeschriebenen rede und seel gereth sind gewest unsere liebe Nachgebauern die erbergen burger *zum Hof* an dem Rath; zum ersten Nickel Tausendlichell zu der zeit burgermeister *zum Hof*, und Friederich Rothen; und Heinrich Zerer, und Herman Schuffeld, und Otto Stühler, die alles gehört und gesehen haben, und zwischen uns geredt und gemacht haben und dem Spital. Vnd darumb daß alle diese obgeschriebene Rede stett und gantz bleibe und gehalten werde, das gieb ich obgenandter *Matbel Rabensteiner* dem obgenandten Spital und allen seinen Vormunden diesen offenen Brieff gestehend mit meinem anhängenden Insigel, und mit der Stadt *zum Hof* anhängenden Insigel; das die burger des Raths gemeinlich an diesen brieff gehangen zu einer zeugnuß aller obgeschriebenen, durch unser bet (bitt) willen, der geben ist nach Christus geburth i 300. Jahr in dem achtzigsten Jahr, am nechsten dingstag vor S. Laurentzen tag.

Incrementa Burggraviorum. Hoc an. *Fridericus IV.* Burggravius *Kreilsheimium*, quod antea Comitum *Hobenloicorum* fuerat pro 3600. florenis a Landgravio *Leuchtenbergensi* accepit.

1384. Porro MCCCLXXXIV. *Monchbergam* emit a *Iobanne de Sparneck* pro 11400. pondo *Halensium*; item *Rebaviam* ab *Henrico de Resau* pro octingentis florenis *Vngaricis*. Anno etiam MCCCLXXXVII. Comitibus de *Dorn* sine herede masculino extinctis, ipsi aliquot oppida circa *Onolsbacum* cesserunt.

1385. Anno MCCCLXXXV. Dominica *Latare Petrus de Zedwitz & Creuta* sive *Juditha* uxor ejus, ad unam sexagenam grossorum *Misnenium*, quæ tum triginta grossos valebat, in censum perpetuum animarumque remedium, *Monachis & Monialibus* quotannis ex libero prædio, quod ipsis *Blindendorff* erat, solvendam, literis se obligarunt. Propterea *Monachi & Moniales* ipsorum, parentum ac posterorum memoriam perpetuo conservent, Deum pro illorum omnium salute.

Menekenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

supplicant, & singulis annis vigiliis & missas, aperto feretro, accensis cereis & cum reliquo apparatu, celebrent. Constitutum etiam, si quando bona illa sine possessore essent, ut fratres ac moniales sibi ea vindicarent, ac destinatos redditus ex agris, silvis & pratis perciperent.

Hoc anno die Lunæ ante S. Viti *Henricus & Hilpoldus de Zedwitz* fratres; ex bonis suis *Zedviti* litis, novem pondo *Halensium* novorum; hoc est, quatuor cum dimidia sexagenas veteres, sive nonaginta grossos, fratribus monasterii se quotannis in perpetuum animarum remedium daturos receperunt.

Anno MCCCLXXXVI. die Jovis ante Quadragesimam *Henricus Dossenfelder* pratum *Salanum*; quod pratum longum attingit, fratribus S. *Francisci* in perpetuum animæ solatium tradidit.

Hoc anno, cum *Conradus de Weiselsdorff* Parochus noster & Senatus de rebus quibusdam ecclesiasticis in controversiam incidissent, & utrinque ad *Fridericum Burggravii* sententiam provocarent, jussu Principis duo Commissarii *Curiam* venerunt, qui dissidentes hoc modo placarunt:

Controversia inter Senatum & Parochum per arbitros componitur.

Ich *Conrad von Weydenberg*, des hochgebohrnen Fürsten meines gnedigsten Herrn Herrn *Fridrichs* Burggraffens zu *Nuremberg* zu diesen zeiten Hoffmeister, und Ich *Johann von Dittersheim* Pfarrer zu *Altdorff*; desselben meines gnedigsten Herrn Schreiber, bekennen öffentlich mit diesem brieff allen denen, die ihn sehen oder hören lesen. Als der Erberg und andächtiger Herr *Conrad von Weiselsdorff* Pfarrer *zum Hoff* uff einer seiten; und die Ehrfamen die Bürger des Raths, und auch die Gemein der Stadt daselbst *zum Hoff* uff der andern; und solche stöß und zwiclauffen, die sie bishero unter einander gehabt haben, von der gemein Meister und Pfarr wegen *zum Hoff*, zu uns sie zu richten und zu entscheiden gantzlichen seind gangen. Also berichten und entscheiden wir sie, als hernach an diesem Brieff begriffen ist und geschrieben sthet. Das ersten, daß vorgeandter Herr *Conrad* Pfarrer, und alle seine Nachkommen Pfarrer *zum Hoff*, ewiglich mit den Bürgern des Raths *zum Hoff*, einmüthiglichen, einträchtlichen und besänmet mit einander beyderseits einen oder mehr Gemein Meister setzen und entsetzen sollen und müssen, wenn und wie oft sie in ein jeglichen Jahr wollen, als sie das der Kirchen Gottes Haus allernützeft und best dücket; und sollen auch der Pfarrer und die Bürger mit einander alle Jahr zu dem mindesten zu einem mal von deme oder den Gemein Meistern von ihren Einnemen und Ausgaben Rechnung hören und aufnehmen, die ihnen auch dieselben; Gemein Meister also thun sollen ohne wiederrede, und sollen auch die Gemein Meister dem vorgeandten

XX. 2.

ten Pfarrer und seinen Nachkommen zu allen Gezierden und göttlichen diensten der Kirchen gewarten und gehorsam seyn, als das billig ist, ohn gefehrde. Auch soll der Pfarrer und seine Nachkommen die Gemein Meister alle Sontag und Freytag, an der Predigt oder Kantzel gein (*gegen*) der Gemein des Volcks getreulich fordern, das sie ihnen das Allmosen zu dem Gottes hauss, und Kirchen bau durch Gottes willen reichen und geben; so mögen alsdenn die Gemein Meister das Allmosen also bitten in und ausser der Kirchen oder uff dem Kirchhoff, wann der Opferfang in der Mess ungefehrlich ausgefungen oder vollendet ist worden. Auch scheiden wir, das die Gemein Meister an S. Lorentzen tag von dem morgen an bis nach den Anbrt, in der Kirchen und uff dem Kirchhof das Allmosen sollen und mögen bitten, und was sie dann erbeten und gesammelt; das sollen sie dem Pfarrer gleich halb geben und reichen; und auch in dem Pfarhoff theilen, ohngeferde; Auch was sie am Bartholomeus Tag in S. Niclas Kirchen, und an dem Kirchtag derselben Kirchen, und auch an S. Niclas Tag in der jetzund genannten Kirchen, also von dem morgen, bis nach dem Ambr, erbitten und sammeln, daselbig dörfen sie dem Pfarrer noch seinen gefellen wieder ihren Willen nit mittheilen. Were auch, das einerley Zins Geld, Wax, erb oder eigen, zu dem Gottes Haus u. Bau beschieden, geschicket, oder was auf die Baar geleyget würde, damit sollen der Pfarrer noch seine Nachkommen nichts zuschicken haben, ohngefehrde. Auch scheiden wir von dem Stock; Ist das, das der Stock in der Kirchen stehet, das dan alles, das darein gefellet, der Pfarrer den dritten Theil aufheben und nehmen soll; stünde aber der Stock auswendig der Kirchen, wo das were, was darein gefiel, oder gegeben würde, das soll dem Pfarrer nit gefallen, ohne alles Gefehrde. Mit Vr kund dis Briefs, gegeben mit unsern anhangenden Insiegeln, am Freytag nach S. Valentini Tag, nach Christus unsers lieben Herrn Geburth: dreyzehnhundert Jahr, und in dem sechs und achtzigsten Jahr.

1387.
Donatio
Alberti de
Korzan,

Anno MCCCLXXXVII: in Vigilia S. Crucis Albertus de Korzan, quem de Resau vocabant, aquam piscosam inter rivos den Erelbach & Soerbach Monachis nostris attribuit. Cujus parens Henricus de Korzan, qui etiam de Resau nominabatur, cum antea missam quandam in monasterio sua causa instituisset, hoc anno simul cum Osanna uxore, fratribus monasterii dedit sylvam ad *Lebitum* sitam, genant im Wochenthal, & via, quæ *Egram* fert, proximam. Simulque prata & agros illi sylvæ conjunctos, & hos quoque circa *Lebitum*, ut ex literis donationis clare patet. Item quatuor pondo novorum Halensium sive quadraginta grossos valoris provincialis, in pensionem annuam ex molendino *Resaviensi*: sicut ex-

dem literæ indicant, datæ anno ut supra in S. Walpurgis vigilia. Quæ omnia *Fridericus senior* Burggravius Noribergensis an. MCCCXCVI. die Lunæ ante Nativitatis Mariæ monasterio confirmavit. Propterea in gratiam donatoris, ejus conjugis, heredum ac posterorum, Monachi quotidie primam missam in ejus ara, quæ S. Crucis vocabatur; habendam, & illorum omnium memoriam binis per annum vigiliis vesperi, & mane missa piaculari (Seel Mess) celebrandam promiserunt.

Ad eundem modum *Nicolaus de Korzan* in *Tattiga* Monachis ex *Moschendorffo* singulis annis quatuor modios farris, quinque hordei & totidem avenæ, præterea decem pondo æris dari jussit, ut ejus memoriam, post mortem quotannis ritu consueto etiam colerent.

Alia Nicolai de Korzan.

Anno MCCCLXXXVIII. die Conversionis Pauli ædicula S. Michaelis hic ampliata, denuo dedicari cœpit. Cumque illo tempore per sumtum inopiam facelli hujus dimidia modo pars fornicata, reliqua vero sive Chorus ligno contexta esset; majores quadriennio post dedicationem; cogitantes quo pacto totum facellum intus in eandem formam redigerent, piorum per Germaniam subsidia imploranda statuerunt. Sed tum quidem parum profecisse videntur. Quoniam enim sequentibus annis in aliquot indulgentiarum literis de ruinosa æde S. Michaelis conqueruntur, atque posterior etiam ejus pars per longum tempus sine fornice mansit; facile colligitur, præter ornatum Ecclesiasticum, parum incrementi ædiculæ huic accessisse. Tandem ferme seculi intervallo posterior pars, quæ ad orientem vergit, novis adjunctis facellis, longius prolata, sed tamen & tunc sine fornice relicta est usque ad annum MDXX.

1388.

Templum S. Michaelis ampliatum.

Anno MCCCXCI. *Conradus de Weisselsdorff* Parochus noster & *Henricus de Wirberga* Capitaneus, Consulesque ac Senatus ad absolvendum opus templi sive facelli S. Michaelis, exterarum civitates & oppida eorumque magistratus, clericos æque ac seculares, his literis implorarunt.

1391.

Littere pro Eleemosyna colligenda.

Sententia hujus pro Capella S. Michaelis.

Reverendissimis Patribus & Dominis; Abbatibus, Præpositis, Prioribus, Plebanis, Vice-Plebanis, nec non & omnibus Ecclesiarum, Rectoribus & Capellanis, & specialiter Baronibus, Nobilibus, militibus, civibus aliisque personis discretis, cujuscunque status seu conditionis extiterint, & ad quos præsentem pervenerint, Cunradus de Weisselsdorff Plebanus in Curia Regnitz; Henricus de Wirberga Miles provincialis ibidem, Magister Consul, Consules & omnes jurati oppidi ejusdem, quicquid poterimus obsequii, reverentiæ & honoris.

Cum Capella S. Michaelis oppidi Curia Regnitz prædicti intra muros, in choro, & libris, calicibus & aliis ornamentis, magnum partem defectum, nunc vero chorus cum una sacristia solemniter inceptus ad decorandum,

quod

quod sine piorum Eleemosynis perfici non poterit neque debet: Quare vestram duximus dilectionem & charitatem in Domino Jesu exorandam, ut cum præsens noster nuncius Dominus Michael Ratgeb, lator præsentium ad vos in petendis Eleemosynis (venerit) apud vestros subditos in ambone Ecclesiarum vestrarum & aliis locis, pure propter Deum, & propter sex opera misericordiae ac cultum divinum, qui solemniter in eadem Capella exercetur, & causa nostri servitii, dignemini eum adjuvare, & cum effectu promovere, quod in simili & aliis vestris beneplacitis fideliter refundere cupimus requisiti. Et specialiter omnes Christi fideles, qui Capellæ prædictæ in honore S. Michaelis, S. Crucis, & S. Mariæ Magdalenaë fabricatæ Eleemosynas largiti fuerint seu manum porrexerint adjuvicem, magnas indulgentias consequuntur, videlicet a quatuordecim Episcopis, & a quolibet eorum specialiter quadraginta dies criminalium & annus venialium, & una corona in Domino relaxantur; prout in literis Ecclesiæ Parochialis ibidem Curiaë Regnitz & Capellæ præfatae plenius & veraciter continetur, quæ propter discrimina viarum & metum ad diversa loca secure non possunt nec debent deponari. In quorum præmissorum omnium testimonium & fidem credulam adhibendam, præsentis literas nostris sigillis duximus roborandas, tantum ad annos duos duraturas. Datum anno millesimo trecentesimo nonagesimo primo, in vigilia corporis Christi.

1392.

Anno MCCCXCII. posterior pars fornicata sive Chorus templi S. Laurentii extructa, & 18. Aug. die Agapeti Martyris, qui in Dominicam incidit, dedicata est, quod rutes hi rhythmici, qui antehac in Chori fornice legebantur, deinceps calce oblitterati, significabant:

Post Christum mille, minus octo, quater, ille
Sacer, cepit prisco Chorus in Agapeti
quoque festo.

1393.

Anno MCCCXCIII. festo Ascensionis Christi Henricus Rutbenus Curienfes vicit & prostravit (hernieder geworffen). Causam majores non prodiderunt: ut adeo, in incerto sit, jurene hoc fecerit, an indignatione urbis venditæ, civibus insensus fuerit. Et illa tempestate Domini de Weida primum Russi vel Rutbeni appellati sunt, quoniam (ut fama tenet) quidam hujus gentis diutius in Russia commoratus, cognomen illud traxit & ad posteros suos transmisit.

Domini
Rutbeni.

1395.

Donatio
Friderici
IV. Burgs.

Anno MCCCXCV. proxima Jovis post festum Corporis Christi, Fridericus IV. Burggravius Noribergensis senior, Curia fuit, & in Dei omnipotentis laudes ac B. Virginis omniumque Sanctorum honorem, pure propter Dei gloriam, & suorum majorum ac posterorum salutem, ad missam matutinam in templo S. Michaelis donavit villas duas in Kodin sitas, quæ quotannis viginti octo frumenti modios præbent, item villam in Osseck, ex qua singulis annis duodeviginti modii frumenti, itemque aliam in Weibendorff, ex qua septem

modii mensuræ Curienfis redeunt; ita ut quivis Præmissarius (Frühmesser) qui hanc missam matutinam administraret, villas illas cum adjunctis rebus perpetuo immunes oneribus publicis propriasque (fürbas für ein rechtes freyes Eigen) possideret, iisque nullo impediendo, uteretur, frueretur. In cujus rei fidem memoriamque sempiternam Burggravius membranam dedit Præmissario, sua manu subscriptam & consignatam. Factum Curiaë anno & die ut supra. Hic Princeps (ut ex subscriptionibus, quæ apud nos supersunt, patet) & Latina & Germanica eleganter scripsit, atque integras etiam chartulas ipse exaravit, additis in fine verbis: FRIDERICVS BVRGGRAVIVS SCRIPSIT; item: DOMINVS PER SE. &c.

Ejus scri-
ptura.

Hoc anno Reverendus, nobilissimus doctissimusque vir D. Johannes de Dittersheim, Canonicus Ecclesiæ S. Stephani Bambergensis, Parochus noster, quatuor Libros missales in membrana majori elegantissime scribi curavit, quibus tandem ope & cura successoris ejus Johannis de Culmnaeb, itidem Canonici Ecclesiæ S. Stephani Bambergensis & Parochi Curienfis anno MCCCC III. ultima manus imposita est. Hi Codices in sacratio templi S. Michaelis adhuc servantur.

Anno MCCCXCVII. die Philippi & Jacobi Fridericus Burggravius villam in Kautendorff, quam Ditericus Zebrer olim feudi titulo habuerat, missæque matutinæ templi S. Michaelis donaverat, eidem missæ addixit & confirmavit.

1397.

Anno MCCCXCVIII. d. 21. Jan. Serenissimus generosissimusque Princeps Fridericus Burggravius Noribergensis diem obiit supremum, & Heilsbrunnæ cum hac inscriptione situs est: ANNO MCCCXCVIII. 12. CALEND. FEBRUARII OBIT DOMINVS FRIDERICVS BVRGGRAVIVS SENIOR de NVRNBERG.

1398.
Mors Fri-
derici IV.

Eodem anno die Jovis post festum Pentecostes, filius ejus Johannes Burggravius in suis præfecturis legem publicavit de utendis fructibusque apibus in sylvis publicis, vulgo Jus mellicidii Zeidler-Recht. Unde apparet, quam rigide olim ea de re fuerit actum & statutum. Et quoniam majores nostri, præcipue in urbe antiqua, etiam hortulani apumque cultores (Zeidler) fuerunt, (ex quo nomen viculi des Bienen Gäßlein superest, eo quod multa dibi quondam posita erant alvearia) operæ pretium erit, in memoriam rei, totam legem proferre.

Jus mellicidii
Zeidler-Recht.

„Wir Johannes von Gottes Gnaden Burggraff zu Nürnberg, bekennen offentlichen, mit diesem Brieff, vnd thun kundt allen denen, die ihn sehen, hören oder lesen, vor Vns vnd Vnsere Erben, wann solche Rechten oder Gewohnheiten haben vnsere Zeidler vff vnsern Forst zu Gößler, all hernach geschriben stehet, nach dess Reichs Forsten-Recht, all vns dieselben Vnsere Zeidlere haben, vnd durch Auffnehmung vnd Besserung vnserer Land vnd Leute, haben wir solche Recht ge-

Correcta
est ex Weis-
senstadiensis
exemplis.

„geben, vnd geben auch mit diesem Brieff al-
 „len Vnfern Zeidlern, die jetzund oder ins
 „künftig Zeidel waid haben oder gewinnen,
 „in allen Vnfern Aembtern *Weissenstadt, Wun-*
 „*sfedel, Hobenberg, Kirchenlamitz, REGNITZ*
 „*HOF, Mönchsberg vnd Schauenstein*, in al-
 „len den Wälden vnd Hölzern, die zu den
 „vorgenannten Aembtern gehören, dieselb-
 „den Recht sie alle, vnd ihr jedliches besun-
 „der also halten sollen, als hernach geschrie-
 „ben stehet:

„Zum Ersten ist, dass alle vorgeschriebene
 „Zeidler jetzund auch künftighin alle Jahr uff
 „zwo Zeit ein Gericht suchen sollen, zu der
 „*Weissenstadt* vor einem Forstmeister, dess
 „ersten alle Jahr uff den Montag nach Quasi-
 „modogeniti, das ist der Montag nechst nach
 „dem Sonntag nach Ostern, das andere Ge-
 „richt, so uff den Montag nechst nach Michaë-
 „lis, vmb alle Handlung vnd Sache, die die
 „Zeidelwaid rühren, vnd da ist ein Forstmei-
 „ster über alle dieselben Sache ein Richter,
 „vnd besetzt das Gerichte mit den Zeidlern,
 „vnd lässt aus ihnen nehmen vnd fordern, die
 „versprechen.

„Item, ein jedlicher Zeidler, so dazu ge-
 „schworen hat, der hat Macht zu pfänden, dat-
 „unben, was die Zeidelwaid anrühret, so sind
 „alle Gerichtsfälle halb vnser vnd halb der
 „Zeidler.

„Item, ein jedlicher Zeidler, so eine Zeidel-
 „waid bestehen wil, das sol er thun vor der vor-
 „geschriebnen Gericht einen, vnd das also mit
 „dem Forstmeister vnd den Zeidlern besetzt
 „ist, vnd solle der Zeidler Recht vnd Gewohn-
 „heit zu den Heiligen schweren zu halten, als
 „ihr Recht hernach geschrieben stehet, vnd
 „wenn er das also bestehen will, das solle er
 „thun mit einen Schilling Heller.

„Item, wan einer die Zeidelwaid auffgeben
 „will, das sol er auch thun vor den zweyen
 „Gerichten einen, mit einen Schilling Heller,
 „mit einen Seil, mit einen Smuer, mit einer
 „Peuthacken, mit zweyen Immer, vnd einen
 „Schwarm.

„Item, welcher Zeidler der vorgeschrie-
 „benen Gericht eins, oder sie beide veräu-
 „met, vnd darauff nicht kommet, vnd den e-
 „hehafft Noth daran nicht hindert, der verfäl-
 „let zu jedlichen Gericht ein halb Pfund Hel-
 „ler, er habe darauf zu schicken oder nicht;
 „veräuemet er aber das dritte Gericht, so nach
 „den zweyen schierst kommet, so hat Er ver-
 „lohn alle seine Zeidelwaidt.

„Item, alle Zeidler erben ihre Zeidelwaid
 „vff ihre Kinder, vnd mögen auch die ver-
 „kauffen, hingeben vnd verschickhen wohin
 „sie wollen.

„Item, wann auch ein jedlicher, wer der
 „auch ist, ein Zeidelwaid bestchet vor Ge-

„richt, als oben geschrieben stehet, der mag
 „in allen den Wälden, die zu den Gerichten ge-
 „hören, nach des Forstmeisters Rath, lochen
 „vnd wipfeln, vnd die Zeidelwaid erweitern
 „allenthalben, ungehindert aller Zeidler, doch
 „also, dass er vermeiden solle alle ihre Peuten
 „vnd verzeichnet Bäumb, sonderlich so soll
 „man keinen baumb, ohne des Forstmeisters
 „wissen vnd heissen, nicht lochen noch wip-
 „feln

„Item, welcher Zeidler seine Zeidelwaid
 „verliegen ließ vngearbeitet Jahr vnd Tag,
 „derselben mag sich ein Forstmeister von vn-
 „sert wegen vnterwinden, vnd einen andern
 „hinlassen.

„Item, wer auch Bienen hat vnter Vnff, aus-
 „ser den Zeidelwaiden, wo oder wer das seye,
 „was sich von der Bienen wege verliesse, dar-
 „umb solle ein solcher das Recht nehmen vnd
 „geben vor dem Zeidel Recht.

„Item, es soll auch kein Zeidler auff der Zei-
 „delwaid keinen Schwarm nicht tragen, oder
 „in ein andern Stockh und Fass fassen, die auf-
 „ser der Zeidelwaid weren; wer das überfüh-
 „re, dem möchte die Herrschafft büßen, nach
 „Gnadn oder Vngnadn, so mag ein jedwe-
 „der in die Zeitelwaide Schwarm tragen vnd
 „damit besetzen.

„Item, wer eine Lennen abrisse oder hin-
 „trüge, wer der were, der verfiel von ihr jed-
 „lichen dreyszig Schilling Heller.

„Item, wer ein Beuten oder ein Wipler ni-
 „der fällt, der verfiel fünff Pfund vnd fünff
 „Schilling Heller.

„Item, wer eine Beuten erstieg, der verfiel
 „auf vnd ab zehen Pfund Heller.

„Item, Wer ein besätzte Immen steigt, vnd
 „darunter bleibet, vnd nicht gar darzu kom-
 „met, der verfället sechzig Pfund Heller, vnd
 „wer darzu oder übersteiget, der ist verfallen
 „der Herrschafft Leib vnd Gut.

„Item, wer einen Schwarm in eines jedli-
 „chen Zeidelwaid auffhube, vnd hintrüge,
 „der verfiel fünff Pfund und fünff Schilling
 „Heller.

„Item, wer eine ligende Peut auffhube, ohne
 „des Forstmeisters Wissen, der verfället zehen
 „Pfundt Heller.

„Item, wer ein beisteckh (alias Waidstall)
 „verhiebe oder verfällt, der verfiel fünff Pfund
 „vnd fünff Schilling Heller.

„Item, wer eine Linden oder Sacher (alias
 „Salheim) abhieb, die sind klein oder gross, der
 „verfiel zehen Pfund Heller.

„Item, wer ein Koppel aufsetzet, der verfiel
 „vor einem jedlichen zehen Pfundt Heller.

„Item, wer einen Immen erbricht, dem sol-
 „le geschehen, als einen Kirchen brecher.

„Item, wenn ein Schwarm kommet an
 „das

„das Hegholtz, der soll da bleiben, wer den
„hintrug, der verfiel zehn Pfund Heller.

„Item, wer einen Baumb nicht recht lo-
„chet, der nechste der dann darzu kommet,
„der mag den fertigen vnd niessen nach sei-
„nen beiten.

„Item, wann ein Forst Knecht Jemand an
„der wahren Thar begreiffet, da vor vermöcht
„er nicht gelangen.

„Item, so haben wir von besondern Gna-
„den gethan, daß ein jeglicher die Wipfler ha-
„ben, und der nicht arbeiten ohne Hinderung
„derer, die die Wipfler gemacht haben.

„Item, so gibt ein jedlicher Zeidler zu Zinff
„je vor zweyen Immen ein Nöflein Hönigs,
„vnd stehet ihm das zu dem Aydt, daß er den
„Zinff also rechtiglichen reichen soll.

„Item, welcher Zeidler solchen feinen Zinff
„nicht gebe, vnd den verhielt, und des hin-
„terkommen wird, der verfiel in der Herr-
„schafft Vngnad.

„Item, welches Jahrs ein Schwarm gefas-
„set wird, davon gefeller desselben Jahrs kein
„Kind, vnd darnach alle Jahr, die Bienen
„brecht Frucht oder nicht, die weil sie leben,
„vnd also immen vnd besetzer seyn, so gefäl-
„let der Zinff, die Zeidler gewinnen oder ver-
„liehren.

„Vnd der zu aller Gedächtnus haben wir
„Vnser Insiel an diesen Brieff hengen lassen,
„der geben ist zu *Plassenburg* am Donnerstag
„in der Heyligen Pfingst Wochen nach Christi
„Geburt dreyzehen Hundert, vnd im Acht-
„vnd neuntzigsten Jahr.

*Antiqua
moneta.*

Antiqua moneta genera & pretia.

Pondo Curienfe, semis Misnicis pro uno pon-
do computatis, efficit novem nummos (Pfen-
ning) Franconicos, quorum duodecim gros-
sum valent. Atque ita quinque pondo Curien-
lia quadraginta quinque nummos efficiunt,
& pondo Curienfe cum solido Herbipolitano
(Würtzburger Schilling) ejusdem fere valo-
ris est.

Pondo antiquorum Halensium (alter Hel-
ler) quo tot olim urbes & oppida aliæque pos-
siones coemta fuerunt, dimidiam argenti
libram (Marck) facit, sive quatuor Thaleros.

Pondo novorum Halensium quatuor pon-
do Franconica valet, tricenis nummis pro u-
no pondo Franconico æstimatis, hoc est, ef-
fecit decem grossos & apud Noribergenses vi-
ginti. Sexagena constabat triginta grossis, &
vocabatur sexagena nova. Bona Sexagena
valet sexaginta grossos, ita ut veteri æstima-
tione semper duodecim grossi florenum con-
stituerent, cum florenus Rhenanus viginti
grossos contineret.

Antiqua sexagena (ein altes Schock) effe-
cit viginti grossos, sicut & hodie. Itaque tres
antiquæ sexagenæ argenteam & bonam sexa-
genam valent, continentque tres florenos mi-
nus tribus grossis, juxta valorem Rhenanum.

1401.

*Donatio A-
delheidis
de Dobe-
neck.*

Anno MCCCCI. die Saturni ante Domini-
cam Lætare, *Adelheidis, Bezoldi de Dobe-
neck* uxor duas quotannis vigilias & missas pro sua

mariti, omnisque posteritatis suæ salute cele-
brandas, & ut illi omnes pro suggestu nomina-
tim memorarentur, instituit. Ideo nostri fra-
tres annis singulis dimidiam grossorum sexa-
genam ex Virgindum cœnobio S. Claræ, porro
& quindecim grossos ex prædio quodam in
Langenbach acciperent. Obligarunt se ad
hæc præstanda *Johannes Schloffer* Guardianus
monasterii, *Johannes Ambergerus* Vicarius seu
Vice-Guardianus & totus fratrum Conventus.

Anno MCCCCIII. die Mariæ Magdalenz, 1403.
Johannis & Henrici de Korzau fratres, *Goswi-* *Donatio
Johannis
& Henrici
de Korzau.*
ni de Korzau filii, in animarum solatium, & ut
perpetua missa ipsorum, parentum & poste-
rörum gratia haberetur, fratribus Minoribus
monasterii S. Francisci modium farris & di-
midium tritici de tribus prædiis in *Leibnitz*
jacentibus, se quotannis daturos polliciti sunt.
Præterea monasterio prædium quoddam infra
Schaumbergam ad *Oelsnitzium* donaverunt.

Anno MCCCCVIII. cum aliquot clerici *Au-* 1408.
gustæ nefanda flagitia commississent, *Augusta-* *Aliquot
Clerico-
rum suppli-
cium Au-
gustæ.*
ni, quidam facerent de sceleratis, quos vin-
ctos tenebant, consuluerunt Episcopum. Ille
nullum in clericos jus esse laicis ratus, vim eos
adhibuisse indignabatur, & ut reos in cavea
includerent, & canere juberent, contemtim re-
spondebat. *Augustani* ergo miseros cavea fer-
rea claudunt & ex turri, quæ in foro est, (zum
Perlach-Thurn heraus) suspensos inedia ne-
cant.

Anno MCCCCX. cum Principes, Domini 1410.
& civitates imperiales amplius duobus annis
(ut Chronicon *Seb. Franckii* refert) bella in-
ter se gererent; & *Fridericus V.* Burggravius
Weinsheimium, obluderet, Domini Egrani ar-
cem *Hoffecium* in vicinitate ceperunt. Cau-
sa hujus rei ignoratur, quia majores propter
simplicitatem (quod etiam reliqui scriptores
ætatis nostræ queruntur) rarius momenta &
causas rerum prodiderunt, æque promptam
& expeditam posteris ac sibi futuram cogni-
tionem earum arbitantes; cum tamen & ve-
tustas & seniorum obitus multarum rerum
memoriam aboleverint.

Anno MCCCCXI. die Agnetis Vicarius E- 1411.
piscopi Bamberg. *Alberti* missam matutinam
Hospitalis, quam olim *Herdintus Schürfeld*
fundaverat, confirmavit. Reditus annui in
literis hujus confirmationis recensentur.

Eodem anno, die Veneris post Catharinæ 1412.
Henricus de *Pœlnitz* in uxoris & parentum
salutem animarumque solatium, monachis
nostris dimidium farris modium ex arce *Blan-
ckenbergenst* annis singulis attribuit, ut illo-
rum omnium memoriam una vigilia & missa
annua celebrarent.

Anno MCCCCXII. die Veneris post Geor- 1412.
gii *Nicolaus Koernerus* civis Curienfis, villam
emit *Korzavia* sitam, ex cujus proventibus
in æde S. Michaëlis, ad Corporis Christi ho-
norem, lucerna perpetua oleo nutrire-
tur. Cujus rei curatores fecit Consules & Senatum,
Consulibusque villam possidendam dedit;
quam Serenissimus Burggravius *Johannes* in
Cor-

Corporis sanctissimi honorem publicis oneribus exemit. Sigilla impresserunt non minus *Conradus de Aufseß* Eques, tunc temporis Præfectus noster (Amtmann), quam Consules & Senatores.

Clades Curiensum.

Hoc anno multi populares Johannes Burggravius, & inter eos multi etiam Curienfes ad pagum *Tirfenreut* interfecti sunt. Neque hujus rei causa & ratio in tanto veterum silentio extat.

1415.

Anno MCCCC XV. 8. Julii Concilium Constantiense *Johannem Huß* & proximo deinde Magistrum *Hieronimum Pragensem*, Theologos & Sacerdotes Bohemicos, combussit. Qua crudelitate *Hussitæ* incitati, ferro & flamma *Germaniam* per annos duodeviginti miserime devastarunt. Ita communis patria suis cladibus & irreparabili damno, quas Patres Synodi meruerant, pœnas luit. Hussitarum turbas ad annum MCCCC XXX. attingam.

Hoc anno die Jovis ante Martini festum *Henricus de Feitzsch* in *Drogen*, villam in pago *Hardmannsgrün*, ex qua socer ejus *Georgius de Sparneck* duos farris modios quotannis monasterio attribuerat, ut sibi suæque genti singulis annis duæ missæ piaculares haberentur, ad se revocavit, & constitutos modios singulis annis & perpetuo fratribus datum se promisit.

1418.

A. MCCCCXVIII. postquam *Fridericus IV.* Marchionatum consecutus fuerat, molossi & galeæ insignia (Bracken und Helmkleinod) a *Leupoldo* Ratisbonensi, Barone Episcopatus Constantiensis pro triginta sex argenti marcis accepit.

1419.

Donatio Conradi de Luchuu.

Anno MCCCCXIX. in Vigilia Purificationis Mariæ *Conradus Lubichau* live *Luchau*, qui in *Connersreut* sedem habebat, in perpetuum animæ remedium, nostro monasterio S. Francisci ex villa, templo in *Connersreut*, vicina, tres florens annuos se donaturum promisit: ut Monachi quatuor dies anniversarios singulis quatuor temporibus anni, vigiliis missisque pro parente *Jobanne Lubichovio*, strenuo Equite, & *Juditha* (Geuten) avia, & pro tota simul *Luchoviorum*, *Wiribergensium* & *Rabensteiniarum* gente, celebrarent.

1420.

Mors Jobannis Burggr.

Anno MCCCC XX. 11. Junii die Barnabæ Apost. *Jobannes Noribergæ* Burggravius, *Friderici* Marchionis frater, obiit, & *Heilsbrunnæ* sepultus est.

Die 11. Julii, qui erat Petri & Pauli *Conradus Rabensteinius* villam & diversorium in *Moschendorff*, quorum pensionem & proventus *Nicolaus de Korzau* in *Farriga* (ut ad annum MCCCLXXXVII. ostensum) Monachis addixerat, ipse administranda suscepit, & annuos fructus monasterio præstitit.

Eodem anno die Jovis post Michaelis *Fridericus* Marchio Brandenb. S. R. I. Archicamerarius & Elector civitatis Curianæ privilegia confirmavit.

Anno MCCCCXXI. die Erhardi defunctus est *Nicolaus Nar* Sacerdos ad S. Laurentii; & priori anno *Henricus Stecher* etiam Sacerdos.

1421.

Anno MCCCCXXV. die Mercurii post Walpurgis *Fridericus* Marchio sylvam prope *Zedwitz*, quam M. *Theodoricus Ramus* Parochus noster emerat, Parochiæ propriam esse constituit.

1425.

Anno MCCCCXXVII. d. 28. Aug. Nobilis Matrona *Anna de Weiffelsdorff*, *Henrici Schutfeldii* conjux moritur, & in templo Xenodochii cum hac inscriptione sepelitur: Anno M. CCCC. XXVII. die S. Augustini obiit honorabilis Domina *Anna de Weisdorff* uxor *Henrici Schutfeldii*.

1427. Mors Annæ de Weiffelsdorff.

Anno MCCCCXXX. cum *Hussitæ* d. 25. Jan. *Phaviam* finitimam incendio vastassent, inde equites illorum præcursores eadem die Conversionis Pauli, quæ tunc Mercurii erat, ad nostram urbem armati & minabundi advenarunt, & in conspectu fuerunt. Quos sine Jan. & initio proximi mensis effusa *Hussitarum* multitudo consecuta, *Curiam* vicepit, diripuit, multos mortales interfecit, multos abduxit; vetus æque ac novum oppidum combussit, templa effracta omnibus ornamentis, quæcunque sacrilego furori obveniebant, spoliavit. Hinc 7. Febr. die Martis post Purific. Mariæ *Culmbacum* discedunt, eandem illi cladem importantes. Quo facto, *Bambergam* *Noribergamque* aggrediuntur, quæ civitates pecuniæ magno pondere rabiem illorum avertentes inviolatæ manserunt. Biennio interjecto, cum *Curia* paululum ruinas reparasset, *Hussitarum* iterum obsidionem pertulit; quorum castra erant prope locum suppliciorum (bey dem Gericht). Tum quidem post mensem, interposita pactione, dataque pecunia, sine memorabili nostro damno recesserunt. Tanta undique formidine hostium circumstrepente, majores auri argentique thesauros in agris, celis & aliis retrusis locis defoderunt, quo commodius post transitum tempestatis jacturas ædificiorum & rei familiaris refarcirent. Sed cum plurimi civium cæderentur, posteris opum defossarum ignaris, multi thesauri absconditi manserunt: qui partim longo post tempore inventi sunt, partim adhuc latent. Itaque per agros & alibi interdum antiqui nummi eruuntur.

Curia ab Hussitis incendiatur.

1430.

Anno MCCCCXXX. die Luna post Invocavit, 6. Martii *Fridericus* ejusque filius *Jobannes*; Marchiones Brandenb. cum *Curia Hussitarum* populatione & ignibus sæde diruta sine Superiorum auxilio & munificentia convalescere & refici non posset, civibus proximo decennio omnia tributa clementissime remisissent.

Tributa remittuntur Curienfibus.

Illa tempestate *Caspar de Waldensels* Capitaneus apud nos fuit.

Anno MCCCCXXXII. cum hæc urbs paulo restituta, templaque denuo pro tempore & ta-

1432. Templo dedicatur.

& facultatibus ornata fuissent, *Hussitarum* etiam pericula cessarent; *Antonius* Bamberg. Episcopus ædes sacras S. Laurentii, S. Michaelis &c. mense Oct. per *Gerbardum* Vicarium dedicari iussit, ut ex literis sequentius apparet. Præterea die Jovis post Crucis Exalt. die 18. Sept. Fratibus S. Francisci datis literis potestatem fecit, ut in ejus Dioecesi ad reficiendum monasterium (quod etiam *Hussita* exusserant, omnique ornatu spoliaverant.) piorum hominum beneficia colligerent.

Pro Ecclesia S. Michaelis XL. dies.

Nos *Gerbardus*, Dei Gratia Episcopus Solonensis, vices gerentes in Pontificalibus Reverendissimi in Christo Patris & Domini, Domini *Antonii* eadem Gratia Episcopi Bambergensis, universis & singulis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Omnnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum sive malum, oportet nos diem messianis extremæ misericorditer prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino multiplicato fructu, recolligere debeamus in cœlis, firmam spem fduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur Ecclesiam S. Michaelis in civitate *Curia Regnitz* a nefandis Hæreticis (*Hussitis*) execratam, quæ una cum omnibus altaribus ignis voragine, nec non violenta effractione fuerit execrata, una cum cœmiterio consecravimus & reconciliavimus debita cum reverentia, prout decuit; Nos igitur de Omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus autoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus, confessis & contritis, qui ad dictam Ecclesiam in singulis sui Patroni festivitibus, & in quibuslibet aliis infra scriptis, scilicet Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniæ, Parasceves, Paschæ, Ascensionis, Pentecostes, Trinitatis, Corporis Christi, Inventionis & Exaltationis S. Crucis, Michaelis Archangeli, omnibus festivitibus B. Virginis, Nativitatis & Decollationis S. Johannis Baptistæ, Beatorum Petri & Pauli Apostolorum & omnium aliorum Apostolorum & Evangelistarum, in festo omnium Sanctorum & commemoratione animarum ac in dictæ Ecclesiæ dedicatione, & per octavas omnium festivitatum prædictarum, octavas habentium, Sanctorumque Stephani, Laurentii, Georgii, Nicolai & Martini, Sanctarumque Mariæ Magdalena, Agathæ, Margareta, Catharinæ, Dorotheæ, Agnetis & Lucie, singulisque diebus Dominicis & Sabbathis, causa devotionis, orationis aut peregrinationis accesserint, seu qui missis, prædicationibus matutinis, vespertinis, aut aliis divinis officiis, exequiis & mortuorum sepulturis ibidem interfuerint, & qui ad fabricam ipsius Ecclesiæ luminaria, ornamenta, vestimenta, libros, calices, aurum,

Menckenii Scriptor. Rar. Germ. Tom. III.

argentum, seu qui alia Ecclesiæ dictæ necessaria donaverint, legaverint, seu donari & legari curaverint, & qui in ultima pulsatione campanæ ter Ave Maria dixerint, manusque porrexerint adjutrices, quotiescunque, qualitercunque, ubicunque præmissa, aut quid præmissorum de novo fecerint: Quadraginta dies de injunctis sibi pœnitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Diem V. dedicationis Dominica proxima post festum Visitationis Mariæ Virginis assignamus celebrandum. In cujus rei testimonium præsentibus nostrum sigillum duximus appendendum. Datum *Curia Regnitz* an. Dni M. CCCC XXXII. die XVIII. mensis Oct. Diem vero dedicationis Capellæ S. Hieronymi, Dominica ante festum Conversionis Pauli assignamus.

Sententia hujus pro Ecclesia S. Laurentii XL. dies in dedicatione.

Nos *Gerbardus*, Dei & Apostolicæ fedis gratia, Episcopus Solonensis, universis S. Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens litera pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Pia Mater Ecclesia animarum salute sollicita, devotionem fidelium per munera quædam spiritualia, remissiones videlicet & indulgentias, invitare consuevit, ad debitum famulatum Deo & honorem sacris ipsius ædibus imponendum: ut quanto crebrius illuc confluit populus Christianus, devote Salvatoris gratiam implorando, tanto celerius delictorum suorum veniam & gaudia consequi mereantur æterna. Cum igitur Ecclesia Parochialis & Laurentii extra muros Civitatis *Curia Regnitz*, a nefandis Hæreticis una cum tribus Capellis, & omnibus altaribus, ignis voragine, nec non violenta effractione fuerint execratæ: Nos vero de consensu Reverendi in Christo Patris & Domini, Domini *Antonii* eadem favente gratia Episcopi Bamberg. denuo cum cœmiterio reconciliavimus debita cum reverentia, prout decuit. Nos igitur de omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus autoritate confisi, omnibus vere pœnitentibus & confessis, qui in dedicationis festo ipsius Ecclesiæ & Capellarum, vel in aliquo festorum Domini Dei nostri Jesu Christi, videlicet Nativitatis &c. omnibus diebus Dominicis, feriis & Sabbathis, quolibet festo gloriosæ Virginis Mariæ, scilicet Nativitatis &c. diebus Johannis Baptistæ, beatorum Petri & Pauli Apostolorum, quatuor Evangelistarum, quatuor Doctorum Georgii, Christophori, Pantaleonis, Bonifacii & Martini, & specialiter in festo S. Laurentii Levitæ & Martyris, ipsius Ecclesiæ Patroni, & per totam ipsius octavam, & octavas omnium festivitatum prædictarum, octavas habentium, diebus quoque beatorum Nicolai, Leonhardi, Erasmi, Martini, Bonifacii Germani confessorum; beatarum Catharinæ, Margareta, Anastasiæ &c.

Yy

causa

causa devotionis & orationis dictam Ecclesiam accesserint, vel qui Plebanum in transportatione S. Corporis Domini nostri Jesu Christi, (aut) ejusdem Plebani redditum ad ipsam Ecclesiam secuti fuerint reverenter; vel qui ibidem elevatum corpus & sanguinem ejusdem Domini nostri intra missarum solennia flexis genibus adoraverint, aut qui ad libros, calices, casulas, albas vel alia hujusmodi indumenta & preparamenta sacerdotium & altarium, vel qui ad fabricam ornamenta, luminaria, aurum & argentum & alia dictae Ecclesiae necessaria intuitu divino, manus porrexerint adiutrices, aut qui pulsatione trina serotina sexies salutationem Angelicam flexis genibus dixerint studiose: vel qui coemiterium circumvicarint, orationem Dominicam & requiem aeternam pro omnium fidelium ibidem defunctorum salute cum devotione oraverint, aut qui pro Diocesano loci, hanc indulgentiarum gratiam admittente, aut animae & corporis statum salutiferum consequatur, orationem praedictam cum Ave Maria similiter cooraverint, aut qui in sano corpore aut in fine vitae suae praefatae Ecclesiae aut Capellis quaedam pro modo suorum largiverint facultatum; quotiens praemissa veluti quid fecerint praemissorum, XL. dies de injunctis eis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus. Diem dedicationis Ecclesiae S. Laurentii Dominica IV. temporum post Exaltationem S. Crucis assignamus; diem vero dedicationis Capellae S. Elisabeth Dominica Jubilae assignamus; sed diem dedicationis Capellae S. Johannis Baptistae, Dominica proxima post festum ejusdem: dedicationem vero Capellae omnium Sanctorum post festum S. Lucae Evangelicam duximus fore celebrandum. In cujus rei testimonium praesentibus nostrum sigillum duximus appendendum. Datum Curiae Regnitz Anno M. CCCC. XXXII. die XXVII. mense Octobris.

1434. Anno MCCCXXXIV. frater *Johannes de Schlackwerda* monasterii Curienfis Guardianus, *Johannes Schiencrmesser* Vice-Guardianus: *Wlricus Witticho* Lector & custos Fratrum Minorum Lipsiensis Custodiae (Custos der custodien zu Leipzig.)

1435. *Johannis de Rabensteinis* dictus, in *Döehla*, cum consensu *FridERICI* Marchionis, per Deum & oranium suorum parentum, fratrum & necessariorum salutem, Franciscanis nostris eorumque monasterio ex villa quadam in *Moschendorff* duos quotannis florenos Rhenanos, & ex alio praedio ibidem novem modios frumenti mensurae Curienfis, utpote tres siliginis, tres hordei ac totidem avenae, perpetuo praestari jussit; pollicitus insuper, se haec munera bonis aliis in posterum pro facultatibus suis aucturum. Quod si quando ainbo praedia igni aliisve casibus vastata defererentur, fratres de adjunctis agris & pratis statum sibi censum peterent. Quae clausula

paene omnibus donationum literis inserta legitur, qua monachis in eventum etiam reliqua donantium bona obligabantur. Quam ob rem fratres, se quotidie perpetuam missam in hujus *Rabensteinii* ara B. Virginis, ac duas quotannis vigiliis & missas pro animabus gentis ejus habituros illosque omnes pro concione laudaturos polliciti sunt. Sequenti tempore anno MDI. die Martis post Latare *Andreas & Petrus Rabensteinii* hanc donationem confirmarunt.

Anno MCCCCXXXVI. Marchio Brandenburg: *Fridericus* omnia antiqua jura & statuta Curiae duabus diversis literis, quae ex Parentis ejus de an. MCCCLXXVII. & ex *Henrici* Junioris Advocati de *Weida* confirmatione de anno MCCC LXVIII. ad verbum translatae sunt, confirmavit. Contraximus has duas literas in unam, & quae in altera plenius habentur, uncis inclusimus.

Wir *Friederich* von Gottes Gnaden Marggraf zu *Brandenburg*, des Heil. Römischen Reichs Ertz-Cämmer und Burggraf zu *Nürnberg*, bekennen öffentlich mit diesem Brieff gegen allermänniglichen, die in sehen, lesen oder hören lesen, das Vns unsere liebe Getrewe, Burgermeister, Rhat und Gemein vnser Stad zum Hof an der *Regnitz* gelegen, einen Brieff fürbringendt geweißt und verhören lassen haben, Ihme von dem Höchgebohrnen Fürsten und Herrn *Friederichen* Burggrafen zu *Nürnberg*, Unfern lieben Herrn und Vater seligen, löblichen Gedechnus gegeben, und Uns fleißiglichen und demüthiglichen angerufet, und gebetet haben, Inen solchen vorgeanten Brieff zu vernewern, zu bestetigen, zu confirmiren und dabey zu handhaben. Haben wir angesehen Ihr trwliche und fleißige dienst, so sie Uns, unfern Altvorderern und unser Herrschafft lange zeit her, williglich gethan haben, und Uns und Unfern Erben hinfür noch wal thun sollen und mügen. Und haben Inen für uns, unfern Erben und Nachkommen von besondern Gnaden, den vorgeanten Brieff vernewert, bestetigt und confirmirt, bestetigen und confirmiren Ihn den in Krafft des Brieffs getrewlichen sich dabey zu handhaben und bleiben zu lassen, one allen Eintrag und one alles Geverde, wie der dann von Wort zu Wort inhelt und hernach geschrieben stehet: Wir *Fridericus* von Gottes Gnaden Burggraf zu *Nürnberg*, bekennen und thun kund öffentlich mit diesem Brieff für uns und alle unsere Erben, und Nachkommen, das wir angesehen haben große Klag und Gebrechen, die für uns kommen sind mannegfaltigen von Zweyung und Vereingung wegen Unser lieben getreuen *) der *Erbarn Leut* uff dem Land und der Burger unsrer Stadt zum Hofe, und haben auch wohlbedacht, das gemeiner Nutz, Ehr und Gemach beede der Lande und der Leute, so wol gemehret und gestercket werden, als davon, das *Einmütigkeit* und Gemach

1436.

Confirmatio Statutorum Curiae.

i.e. Nobiles.

„mach zwischen Inen gemacht vnd bestetigt
 „werde. Davon haben wir mit wolbedach-
 „ten Mut vnd mit Rath vnd Rathes eine Ein-
 „gung zwischen Inen gemacht vnd funden,
 „machen vnd bestetigen auch die wissentlich
 „mit diesem Brief; als von Wort zu Wort her-
 „nach geschrieben stehet:

I. „Des Ersten, ob sich ein Man vom Landt,
 „was Man erift, in die Stadt zum Hof verweg-
 „lossen, das mag er thun alle Jor inn 14. Ta-
 „gen vor Vnser lieben frawen Lichtmess o-
 „der inn 14. Tagen hernach, vnd soll Im sein
 „Herr danne, von des Gut er ziehen will, vn-
 „gehindert lassen fahren, vnd nach Im inn
 „die Stadt alles das er vf denselben Gut fah-
 „rende Haab hat, treiben vnd tragen lassen,
 „ausgenommen den Mist, der vf den Gut
 „ist, den soll der abgezogene Man dar-
 „auf bleiben lassen; vnd soll auch derselb
 „abgezogene Man den Winterbau, den er
 „vf das Gut gesetzt hat, hinder sich schnei-
 „den vnd führen, wohin er will, doch also
 „das er dem Herrn, des das Gut ist, den künff-
 „tigen S. Michels Zins davon reichen soll
 „vnd geben. Nach derselben Zeit sollen Vn-
 „sere Burger die vorgenannten Niemand ver-
 „weglosen, es geschehe dann mit des Herrn,
 „von dem sich ein Man verweglosen wolt, Wis-
 „sen vnd guten Willen.

„So soll auch Niemand seinen Man, der sich
 „in der vorgeschriebenen Zeit in die Stad al-
 „so verweglosen will, oder darein verweglo-
 „set hette, doran vnd an allen obgeschriebenen
 „Dingen engen noch irren, on Geferde. Vnd
 „hette auch ein Herr oder Fraw, sie wer ein
 „Erbar oder Burger, Geistlich oder Weltli-
 „chen, seinen Man iemad mit Gelübden oder
 „sonsten verstricket, hinder Im zubleiben, o-
 „der noch thete, dieselbe Verstrickung soll
 „ewiglich weder Krafft haben nach gewinnen,
 „in kein Weis, sonder gantzlich ab vnd vn-
 „nichtig sein.

II. „Auch so soll vnd mag sich keines Bur-
 „gers noch Burgerin Gut zum Hof, wie das
 „genant ist, das in der Stadt oder vf der Marckt
 „in der Stadt zum Hof gelegen ist, vnd das
 „zu kauff recht gehört, nicht verfallen noch
 „ledig werden, sondern es soll vngehendert
 „vf dienechsten Freund erben vnd gefallen,
 „oder an die Stäte, dahin es von denen, deren
 „das Gut ist, hingeschicket wirdt.

III. „Ist auch iemad vf dem Land einem Bur-
 „ger oder Burgerin schuldig, ist der, der schul-
 „dig ist, ein Erbar Man, so soll der Richter
 „dem Bürger, nachdem als er das an Im bracht,
 „in 14. Tagen von Im eines rechten, vf erba-
 „rer Leus Vrteil, helfen. Wer aber, der schul-
 „dig ist ein Gebäuer, so soll sein Herr, hinter
 „dem er sitzt, nach dem als der Burger oder
 „Burgerin Im umb die Schuld klaget, eines
 „rechten von Im in 14. Tagen helfen. Ge-
 „schehe das nit, so möchte der Kläger dar-
 „nach den Erborn Man oder Gebäuer vmb
 „dieselbe Schuld vnbeklagter ding wol pfen-
 „den vnd vfhalten, begert er dazu Vnsers
 „Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

„Richters oder seinen, die sollen Im dazu be-
 „hoffen sein.

IV. „Thut ein Man einen Todschlag vnd wird
 „darumb flüchtig (in eines Bidermans Haus,
 „da soll der Richter noch keiner seiner Bo-
 „ten, eingehen, er soll zween Burger hinein
 „senden, und einen seinen Boten, fin-
 „den sie In darinnen, so sollen sie In dem
 „Richter heraus antworten, will aber tler Rich-
 „ter das Haus besetzen, das stehet bey Im,
 „wird aber der Mann flüchtig) vnd kombt
 „auch dayon, vnd tritt an sein laugnen, so
 „soll er selb sieben da für kommen; vnd
 „kombt er da für nicht, als recht ist, so soll
 „man das Gut beschauen, richtet er sich nicht,
 „so ist das dritte Theil Vnser, und die zwey
 „Theil der Frawen und Kinder.

V. „Thut aber ein Gebäuer einen Todschlag
 „oder ein auswendig Man, begreift In der
 „Richter oder die seinen in der Stad, oder vf
 „der Strassen, ehe er vf seines Herren Gut
 „kombt, was er bey Im begreift, das mag er
 „wol nemen, kombt er aber auff seines Herren
 „Gut, so soll er In nit mehr abgewinnen, dann
 „das sein Gürtel hat begriffen.

VI. „Thut er aber ein Vnflug, vnd komet vf
 „seines Herren Gut, so mus man In darumb
 „vor seinen Herren beklagen, begreift man
 „In aber in der Stad, oder vf der Strassen, so
 „mus es vmb dieselbe Vnflug der Statt Recht
 „leiden.

VII. „Wer bey Tag futtert (das Vieh in eines
 „andern Getraid oder Wiesen gehen lesset, o-
 „der dieselbe abgroset) der soll das mit drey-
 „en Pfunden Hellein büßen: futtert er bey
 „Nacht, der büße es mit sechsen.

VIII. „Es mag auch niemand den andern besa-
 „gen, das Imean seinen Leib, Ehr oder Gut
 „tritt, dann mit zweyen die zu den Rechten
 „geschworen haben, vnd zu dem selben Zeit-
 „ten geschworne Schöpffen (oder Raths-Per-
 „sonen) sein.

IX. „Were auch, das ein Man ein lehmet, der
 „des mit der Warheit hinterkommen würdt,
 „der ist dem Richter 3. Pfund, vnd dem Kle-
 „ger 5. Pfund Heller schuldig oder verfallen;
 „Wer er sein vnschuldig, so fall er mit seim
 „eins Handt dafür treten (mit einem ge-
 „schwornen Aidt sich ledig machen).

X. „Wer einer fließenden Wunden würdt über-
 „wunden, der soll dem Richter ein halb Pfund,
 „vnd dem Kleger 36. Heller geben, vnd ob
 „er dafür tritt, das were mit seim eins Handt.
 „Wer ein einfeltigē wunden thut, der soll dem
 „Richter 36. Heller, vnd dem Kleger 36. Hel-
 „ler geben. Wolt er dafür treten, das were
 „mit seim eins Handt.

XI. „Es mag kein Burger den andern kempfli-
 „chen nicht ansprechen, noch ein auswendig
 „Man einen Burger: doch mag ein Burger
 „einen auswendigen wol ansprechen, doch al-
 „so, das er der Auslendisch Burgerrecht vor
 „hab aufgeben.

XII. „Wer eine heimlich thut, des mag man
 „In nit überwinden, denn mit zuheuerer
 „Thür oder mit nachgebäuern ober seit vnd
 „Yy 2 „vn-

- „vnterleit; wird er des überwunden, so ist
 „er dem Richter 30. Schilling Heller, vnd dem
 „Kieger 30. Schilling Heller. Will er dafür
 „retten, das soll er selb dritt thun.
- XIII. „Der Kirchtag (oder Jarmarckt) soll ste-
 „hen 3. Tag vor S. Laurentzen Tag, vnd drey
 „Tag hernach. Thut aber jemand eine Vn-
 „fug in denselben Kirch Tages Fried, der des
 „überwunden wird, der ist verfallen dem
 „Richter 30. Schilling Heller, will er mit den
 „Rechten dafür kommen, das were selb
 „dritte.
- XIV. „Ob ein Man den Zoll entführet, der soll
 „das thun nach dem Stadrecht zu *Nürnberg. A.*
- XV. „Wolt jemand der Bürger Vrlaub nemen
 „(das Bürger Recht aufgeben) der soll das
 „nemen vor Vnserm Richter, oder von sei-
 „nem Gewalt vnd vor zweyen geschwornen
 „Schöpffen der Stadt, vnd soll darnach in 14.
 „Tagen vor der Stadt Gericht gerecht werden
 „allen den, die in dem Gericht zu Im zu spre-
 „chen haben. Hataber er zu Imand in dem
 „Gericht gefessen, zu klagen, von dem soll
 „er hinder sich Jor vnd Tag in der Stad vor
 „seinem Herren recht nemen.
- XVI. „Es soll kein Richter keinen Bürger zu
 „Gefengnis legen, er fall das Recht von Im
 „verbürget nemen, on allein vmb sach, die
 „den Hals antretten. Was auch der Richter
 „leihet, das zu der Stad gehört, das hat
 „Kraft.
- XVII. „Wer ein Pferd oder Kuh auffanget, vff
 „dem Landt oder vmb der Stadt, der soll den
 „Anfang legen, wo das Pferd oder die Kuh
 „ist. Ist das er das laugnen wolt, so soll es
 „der Bot behalten, dem der Richter leihet;
 „Wer aber das sich ein Man der Buse der We-
 „ge, vnd auffanget ein Pferd oder Kuh, ohn
 „des Richters Boten, die Buß were 36. Hel-
 „ler, vnd thet damit im Gericht, was recht ist.
- XVIII. „Wer ein Notzöge klaget, der soll es schrey-
 „end vollbringen mit geltraubten Haar, vnd
 „mit zurissen Kleidern, wo das nit geschehe,
 „wolt es einer vnschuldig weren, so soll er
 „selb libend dafür treten.
- XIX. „Kein Richter soll Jemand in die Stadt Ge-
 „leite geben für Gulte, er thu es dann mit des
 „Wortt, dem er schuldig ist.
- XX. „Kein Wirth soll keines Burgers Sohn noch
 „Knecht, noch Brot essen nit höher wehren,
 „denn sein Gürtel befangen hat.
- XXI. „Es soll niemand in freyen Wassern fischen,
 „er wolle sie dann selber essen.
- XXII. „Wer vor Gericht einen Meineid schweren,
 „wird er sein überwunden, der mag keines
 „Mans Stadt mehr verstehn, vnd soll das bü-
 „ßen, als recht ist.
- XXIII. „Man soll keinen Man für den andern
 „pfenden, er solle in denn selber (sey Im selbst
 „schuldig) es were dann, das Er beweisen
 „möchte, das man in dort rechtes nicht hel-
 „fen wölte.
- XXIV. „Der Richter mag nichts bezeugen, noch
 „keiner seiner Knecht, on der freyen Boten
 „einen, der gestehet ymb ein Vnfug wol.
- „Wer an dem Marcktage ein Vnfug thut, des
 „Vnfug ist zwiefeltig.
- „Es soll kein Gast (der kein Bürger ist)
 „schnencken noch Gewandt schneiden.
- „Es soll auch Nimand Gewand schneiden,
 „noch multzen, noch preuen vff dem Landt,
 „es sey dann oder vnser Richter, das multzen
 „und preuen mit Namen erlauben. Dann *Er-
 „bar Leut* vnd Pfaffen mögen wol multzen
 „vnd preuen, als vil, alff lie Biers in Ihren
 „Heußern mit Irem Gesinde bedürffen vnd
 „nicht mehr.
- „Wo der Richter Raubens Innen wirdt, vnd
 „darnach sendet, wer das wehret, den soll
 „man für einen Rauber haben.
- „Alle Holtzwaide vnd andere Waide sollen
 „frey sein, ohne Wiesen vnd Uberhaw, die man
 „heget.
- „Hat ein Man Getranck feil, vnd füget da
 „ein schönöde Man mit bösen Wortten oder
 „Wercken, zu sehlegt In der Wirth, darumb
 „darff Er gegen Nimand keine Buß leiden, es
 „were dann das Er Lehme oder Todtschlag
 „thette.
- „Für alle Gulte trit ein Man mit sein eins
 „Handt, ohn für vergoltene Schuld.
- „Wer des Marcks genießen will, der soll
 „sein auch entgelten.
- „(Fehret ein Man in des andern Holtz, und
 „begreiffet In der Förster, er soll Im ein Pfand
 „geben, wehret er es ihm, Er hat vnrecht ge-
 „than, fehret er aber heraus, begreiffet er In vff
 „der Stross, er soll In nit pfenden, er soll es sei-
 „nen Herren klagen.
- „Kein fahrender Man noch Bader soll kein
 „Messer noch Schwert tragen, er wolle dann
 „wandern vff der Strossen.
- „Jüden vnd alle die des Marcks genießen
 „wollen, die sollen dem Burgern helfen wa-
 „chen.
- „Alle die Gesetze, die man ferzet von Wein,
 „von Bier, von Meht, von Broct vnd) Alle die
 „Gesetze, die die Bürger setzen, mit des Rich-
 „ters Wort, wer doran wandelhaft wirdt, das
 „were des Richters halb vnd halb der Stadt.
- „Vnd das solche obgeschriebene Einigung
 „stet gantz vnd vnverruckt werden gehalten,
 „darumb haben wir diesen Brief versigelt mit
 „Vnserm grossen anhangenden Insiegel, der
 „gegeben ward zu *Plassenberg*, nach Christi
 „vnfers Herren Geburt *dreyzeben bundert* Jah-
 „re, vnd darnach in den 77. Jare, an S. Jacobs
 „Tag, des heiligen zwölff Boren.
- „Vnd dis alles zu wahrer Vhrkund, geben
 „wir den Burgermeistern, Rhate vnd gantzen
 „Gemein vnser Stadt zum *Hofe*, diesen Vn-
 „sern Brief mit vnserm anhangenden Insigil
 „versigilten, der geben ist zu *Plassenberg* an
 „vnser lieben Frawen Tage Licht Messe, nach
 „Christi vnfers Herren Geburt *vierzeben bun-
 „dert* Jare, darnach in dem 36. Jare,
- Anno. MCCCC XXXVIII. die Saturni, Petri
 Cathedrae, *Erhardus Mürring* civis noster, *Donatio*
 gente Nobilis, & *Hedwigis* uxor in centum *Erhardi*
 annum ac sempiternum, triginta grossos bo- *Mürring-*
 nos

nos ex hospitio in pago Unter Kotzau Monachis S. Francisci promiserunt; ut propter donantium parentes, heredes omnemque familiam quorannis duas vigiliis & missas instituerent, & ex suggestu singulis hebdomadibus pro his diligenter orarent. Literas donationis *Erhardus Murring & Conradus de Zedwitz* priyignus ejus, sigillis suis confirmarunt.

Donatio L. Tortzschii.
Anno eodem M. Johannes Tortzschius, SS. Scripturæ Licentiatus, cum patre *Conrado Tortzschio* cive ac Senatore nostro, in æde S. Michaelis aram fundavit, & pro se dimidiam partem villæ in *Gumpersreut*, quam ab *Henrico de Reitzenstein* in *Gosseck*, emerat, ut perpetua Missa B. Virgini haberetur, tradidit. Hanc dimidiam partem prædii Illustriss. Princeps *Fridericus Landgrav. Thur. Marchio Misniae*, & Palatinus *Saxoniæ*, quoniam beneficii ejus erat, eodem anno festo Nativitatis Mariæ pro bono ecclesiastico confirmavit, & publicis oneribus exemiit.

Ditherus de Isenburg parochus Curienfis.
Illo tempore *Ditberus de Isenburg (*)* &c. apud nos Parochi munus gessit.

Eodem anno, die Calixti, h. e. 14. Oct. *Johannes Rabenstein Junior*, qui *Curia* habitabat, ædes suas, cœmeterii monasterialis portæ oppositas, Fratribus donavit, ut perpetuam missam cum binis exequiis in ara B. Mariæ pro ejus & parentum salute haberent.

Ita eodem tempore *Sitricus de Zedwitz* Eques 400. florenos monasterio donavit, ut Fratres singulis diebus ei & *Casparo Zedwitz*, qui in itinere ad S. sepulchrum obiit, perpetuam missam canendo celebrarent vs dem Altar Seligen Gemehret. (i. e. in ara Felicis & Adalcti) quam ipse in monasterio statuerat.

1440. Mors Friderici V.
Anno MCCCC XL. die Matthæi Apostoli & Evang. obiit *Fridericus V. Marchio Brandenburg. S. R. I. Archi-Camerarius & Elector &c. & Heilsbrunnæ* sepultus est.

Vita Johannis de Wallenroth.

Tunc temporis *Johannes de Wallenroth* Eques, qui in aula *Sigismundi* Cæs. adolevit, & cujus amore altera Imperatoris uxor *Barbara, Hermannii* Comitissæ Ciliensis (von Cilde) filia, flagravit, (***) Capitaneus apud nos per quatuor annos, deinde Præfectus (Ambtmann) Byruthensis per biennium fuit. Hic postea ad *Albertum Achillem* se contulit, ejusque contra Noribergenses aliosque hostes, castra secutus est. Adolescens sceleratissimam vitam egit, quam ipse literis consignavit & *fündlich Leben* inscripsit; Postea tamen vitia juventutis emendavit virtutibus, cum non solum sub *Alberto* Marchione & alibi fortissime militaret, honesteque viveret, sed cultui etiam divino magis interviret ac prodesset. Quippe templo S. Michaelis &c. tres pulcherrimas holosericas veltes sacras (Mess gewande) cœrulei coloris, quæ flores frondesque aureas

intextas habent, in Dei honorem donavit, & suas facultates ad causas pias contulit.

Anno MCCCC XLII. die Lunæ post Trium Regum *Henricus & Sigismundus* fratres de *Feiltzsch*, villam *Leubnitz* sitam, cum omnibus rebus eo pertinentibus, in gratiam Fratrum S. Francisci pro trecentis florenis compararunt, ut illi exinde annis singulis die Martini decem frumenti modios acciperent, & perpetuam missam in ara S. Jodoci celebrarent. Hoc autem prædium *Philippus de Feiltzsch*, Eques in *Sachsgrün*, Monachorum consensu commutavit, & ipsis de alia villa zur Haidt modios dictos præbere cœpit. Actum anno MDXV. die Lunæ post Simonis & Judæ.

Anno MCCCC XLIV. festo Annunciationis Mariæ *Sigismundus Orlamunda* Comes monasterio S. Francisci, ad renovationem ejus, & maxime dormitorii posterioris, quod vetustate ruinosum erat, item ad extructionem alicujus infirmitorii pro fratribus ægrotis, latum balteum argenteum septem marcarum & totidem lotonum, donavit. Quapropter Monachi ipsius Comitissæ ejusque gentis anniverfarium quam solennissime celebrandum constituerunt. Tunc frater *Henricus* erat custos fratrum minorum Lipsiensis custodiæ & *Marcus Fleischer* Guardianus.

Anno MCCCC XLV. Dominica post festum Paschale M. *Johannes Tortzschius* SS. Scripturæ Licentiatus, *Lipsiæ* testamentum fecit, quo inter alia Senatui Curienti CCCXXV. florenos destinavit, ut monasterio S. Francisci usuræ in annos singulos solverentur, monachi vero quotannis quatuor dies vigiliis & missis in M. *Tortzschii* & parentum ejus solatium, in suo sacello celebrarent. Quod Senatus sigillo confirmatum est. Testamentarii sive Getreuhänder fuere *Johannes Kappel* Præmissarius (Früh-Messer) ad S. Michaelis, *Conradus Tortzschius*, testatoris paren, *Conradus Tieschnerus*, *Quæstor* (Castner) & *Johannes Steinbæuser* Senator.

Die Martis ante festum Corporis Christi, *Mors Henrici de Luchau* in *Roesla* decessit, & apud Franciscanos sepultus est.

Anno MCCCC XLVII. die Veneris post Viti, *Johannes* Marchio prædium *Freschenreut* cum agris, silvis, pratis &c. quod ab *Erhardo Freisleben* per emtionem comparaverat, Præfecto nostri Xenodochii, qui tunc erat *Laurentius Voit*, in feudum verum masculinum tradidit. Et hoc deinde ad Xenodochium pervenit.

Hoc anno die Visitat. Mariæ, *Sigismundus Orlamunda* Comes, ultimus forsan suæ gentis obiit, & in choro Monachorum apud nos sepultus fuit. Lapis ejus hæc verba habet: Anno Domini CCCC. XLVII. die Visitationis Ma-

(*) Adan. 1439. vocatur Nobilis (Junckherr) in Budingen, Scholasticus Colonienfis &c.

(**) Narrat autor, hunc Johannem Wallenrothium propter Barbaræ hujus, scæminæ libidinossimæ, amores a sodalibus, & amicis *Bull-Hanff* dictum fuisse.

Maria obiit generosus Comes Sigismundus de Orlamunde, cujus anima requiescit in pace, hic sepultus. Clypeus, qui ad parietem chori erat suffixus, deinde contractus & pictura delera est.

1451. *Indulgentiæ Nicolai Legati Apostol. pro templo S. Laur.* Anno MCCCCLI. cum *Nicolaus* Pontificis Legatus Cardinalis *Bambergæ* esset, in gratiam templi S. Laurentii has literas, indulgentiarum dedit:

Nicolaus miseratione divina Tit. Sancti Petri ad Vincula, Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Presbyter; Cardinalis, Apostolicæ sedis, per *Alemaniam* Legatus, universis & singulis Christi fidelibus salutem in Domino sempiternam. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne & laudabiliter serviat, de abundantia suæ pietatis, quæ merita supplicum excedit, & vota bene servientibus sibi multo majora retribuat, quam valeant promereri; nihilominus tamen desiderantes Domino populum reddere acceptabilem & operum bonorum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei, quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet & remissionibus invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur, ut Parochialis Ecclesia in oppido *Regnitz Hoffe*, *Bambergenis* Diocesis, quæ in honore S. Laurentii Martyris fabricata existit, congruis honoribus frequentetur; fidelesque ipsi eo libentius devotionis causa confluant ad eandem, quo inibi dono cælestis gratiæ uberius conspexerint se refectos: de Omnip. Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus meritis & autoritate consili, omnibus vere poenitentibus & confessis, qui in Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Dni nostri Jesu Christi ac Pentecostes, nec non Nativitatis, Purificationis, Annunciationis & festivitatis, ccelebritate quoque omnium Sanctorum eandem Ecclesiam devote visiterint, & divinis ibidem interfuerint, atque de bonis a Deo sibi collatis, pro ejusdem Ecclesiæ structura, & ipsius ornamentorum augmento & reparatione, manus porrexerint adjutrices: Centum dies de injunctis eis poenitentis misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuo duraturis; Datum *Bambergæ* sub nostro sigillo; die Sabbati prima mensis Maji, anno a Nativitate Domini M. CCCC. LI. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Nicolai* divina providentia Papæ V. anno quinto.

1454. Anno MCCCCLIV. circa hoc tempus *Friedericus* de *Cunsberg* Eques, Apud nos fuit Capitaneus.

Tunc etiam Dux *Saxonie* *Wilhelmus* in-

festo agmine ad urbem *Curiam* accessit. Causam non invenio. In sylva, quæ *Stockich* dicitur: ad mensis spatium castra habuit, sed inita pactione sine detrimento ius recessit.

Anno M CCCC LV. *Gertrudis Seblasserin* 1455. virgo ædes illas, in platea Judæorum, quas *Erhardus Murring* quondam monasterio S. Francisci donaverat, suis sumptibus a fundamento extruxit, professâ, se post mortem easdem cum rebus mobilibus omnique suppellectile (sampt aller fahrender Haab an Geldt und Geldts werth) cœnobio relicturam, ut perpetua missa sibi haberetur. Factum 8. Januarii, die *Erhardi*. Tunc temporis *Henricus* Guardianus, *Hermannus Daring* Lector, *Johannes Hirsberger* Vice-Guardianus fuere.

Anno MCCCCLVII. die Sabbati post *Margarethæ* *Johannes* Marchio *Brandenb.* Curatoribus templi S. Michaelis dimidiam villam in *Unter Kotzau*, cum omnibus rebus eo pertinentibus, quam pro *Nicolao* de *Feiltzschad* lumen perpetuum in honorem S. Corporis Dominici comparaverant, oeribus publicis exemit, & templo illi confirmavit, suis quoque in illam juribus renunciavit. 1457.

Anno MCCCCLVIII. Marchio *Albertus* 1458. *Judæis* Curiensibus permisit, ut propter hebdomadis moram pro singulis florenis non nisi tres Halenses a debitoribus usuram exigent, item, ut præsentem Iudicem ac duobus Senatoribus, & darent & reciperent mutuum.

Tunc *Johannes* de *Waldensfels* Eques, Capitanei munere functus est.

Anno MCCCCLXI. *Albertus* Marchio cognomine *Achilles*, contra *Ludovicum Bavia Ducem* bellum paraturus, ipse venit in *Curiam Noribergensium*, petens ut auxilia sibi mitterent. Qui cum responsum diutius differrent, moræ impatiens Marchio, conclave Senatus ultro (ungefordert) ingressus est, ut voluntatem eorum exploraret. Senatores, quid non vocatus conclave intrare audeat? interrogant. Esse sibi ab Imperatoribus privilegium, ut, qui, cum consilia conferrentur, invocatus introisset, illi temeritas capite luenda sit (hätte er den Kopff verfallen). Absit, absit a me, inquit *Albertus* (mir nicht, mir nicht) & statim excessit. Cum diu cogitassent, vocatur Marchio, & interprete quodam *Nicolao Musselio* *) Senatore hanc repulsam fert: *Visum esse Senatui, hoc bello quietescere, neutrumque juvare.* Tum *Albertus* facete ac ridicule: Siehe du Müfels Maul, wie hastu so lange daran gemüfelt, ehe du es herausgemüfelt hast, & confestim, consensu equo, discedit *Onolsbacum*. Hæc de *Alberto*, in cujus bella & expeditiones, quarum plurimas contra *Noribergenses* & alios

*) Hic deinde ex patibulo publice suspensus est *Noribergæ* an. 1469. Chytr. in Sax. p. 384. Nic. Mussel. Cor. *Norib.* qui *Alberto* Marchioni *Brandeb.* & *Burggravo* *Norib.* literas venditionis domus & jurium *Burggravi* in urbe *Noribergensi* anno 1427. Squarum datas, insciis Collegii reddidisse scribitur; ex furca suspensus est.

& alios hostes suscepit, civitas nostra ingentem pecuniam contulit, & grande æs alienum contraxit.

1462. Anno MCCCCLXII. obiit *Johannes Wagner*, die S. Julianæ Virginis sepultus in templo Xenodochii nostri.

1463. Anno MCCCCLXIII. Dominica post Michaelis *Margareta Künin*, Matrona vetustæ familiæ, decessit, & in æde S. Laurentii sepulta est.

1464. *Mors Johannis March.* Anno MCCCCLXIV. die Veneris post Martini, 16. Nov. *Johannes* Marchio Brandenburgicus & Burggravius Noribergensis, *Beyersdorff* decessit & *Heilsbrunnæ* sepultus est.

Controversia de hereditate Pomeraniae Hoc an. cum *Otto III.* Dux *Sterini ac Pomeraniae* &c. sine liberis masculis obiisset, provinciam illam nonnulli plenissime Imperio apertam existimabant. Itaque *Fridericus III.* Imp. etiam Marchioni *Friderico*, Electori Brandenburgico, *Johannis* & *Alberti* Marchionum fratri, eam tradidit. Quam cum Elector occupatum iret, reliqui Duces *Pomeraniae* & *Wolgastiae* repugnarunt, causam afferentes, jure sanguinis legitimos se heredes fore. Jamque armis res agebatur, quibus Pomerani superiores fuerunt, provinciamque occuparunt. Elector tamen, cui illa Imperatoris beneficio data erat, gryphi rubri insignia, nec non titulum: *Dux Sterini ac Pomeraniae*, retinuit, quod omnes Brandenburgici Marchiones hodie imitantur.

1465. *Summum altare templi S. Michaelis elegantissimum.* Anno MCCCCLXV. summum altare in templo S. Michaelis quatuor valvis, quæ splendide & ornatissima, imo arte sua plane insignes sunt, statutum est in honore S. Archangeli Michaelis, SS. Petri & Pauli Apostolorum, S. Imperatoris Henrici & S. Episcopi Nicolai. In locum vero *Henrici* Imp. deinde imago S. *Laurentii*, Patroni veteris templi Parochialis, in altari reposita est, cui ante hæc nostra tempora nebulones oraticulam ex sinistra excusserunt.

1466. *Indulgentia pro templo S. Laurentii.* Anno MCCCCLXVI. Plebanus Curiensis *Herrindus* de *Stein* ad incrementum Ecclesiæ S. Laurentii, quæ primaria tunc temporis ædes erat has *Romæ* indulgentias impetravit:

Literæ maximæ pro Ecclesia S. Laurentii, undecim sigillis Cardinalium confirmatæ, quorum nomina & dignitates, propter scripturæ obscuritatem seu literam fugientem & exolescentem, legi jam non possunt; sigillis tamen hæc nomina in membrana fuerunt adscripta.

M. C. Dies.

Bessarion Græcus. Roibomagens. Ursinis. Annuonens. Zamorens. Anastasiae. Constantinensis. Spoletanus. Ravenna Vice-Cancellarius. Mantuanus.

Initium deficit.

Sacro sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales,

universis Christi fidelibus has literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Splendor paternæ gloriæ, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium, de ipsius clementissima Majestate sperantium, tunc præcipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas Sanctorum precibus ac meritis adjuvatur. Cupientes igitur, ut Ecclesia S. Laurentii, sita extra muros Oppidi Curiae Regnitz, Bambergensis Dioecesis, congruis frequentetur honoribus, & a Christi fidelibus jugiter veneretur, & ut Christi fideles eo libentius devotionis causa confluant ad eandem, quo ex hoc ibidem dono celestis gratiæ uberius conspexerint se refectos: etiam supplicationibus dilecti nobis in Christo Hertindi de Lapide, Legum Doctoris & Decani Bambergensis, Apostolicae Sedis Protonotarii & præfatæ Parochialis Ecclesiæ Plebani super hoc inclinati: de Omnipotentis Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum, ejus autoritate confisi, omnibus & singulis utriusque sexus hominibus, vere penitentibus & confessis, qui dictam Parochialem Ecclesiam in singulis Annunciationis gloriosæ Virginis Mariæ & aliis festis, in die Parasceves, Sancti Laurentii, prædicatæ Ecclesiæ Patroni, nec non Dedicacionis ejusdem Ecclesiæ, festivitatis celebrandis, devote vistaverint annuatim, & ad reparationem, augmentacionem & conservationem ædificiorum, calicum, librorum & aliorum ornamentorum, pro divino cultu inibi necessariorum, quotiescunque porrexerint manus suas adjutrices: Nos Cardinales præfati & quilibet nostrum, pro quolibet die festivitatum & celebratum hujusmodi, Centum dies Indulgentiarum, de injunctis eis penitentiis, misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentibus nostras literas exinde fieri mandavimus nostrorumque Cardinalium Sigillorum jussimus & fecimus appensione communiri. Datum Romæ in Domibus nostrarum solitarum residentiarum, anno a Nativitate Domini millesimo, quadringentesimo, sexagesimo sexto, Indictione quarta decima, die vero nona mensis Augusti, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pauli, divina providentia Papæ secundi, anno secundo.

An. MCCCCLXVII. ipse etiam *Paulus* Pontifex eidem templo has indulgentias concessit:

Sententia hujus pro Ecclesia S. Laurentii a Paulo PP. Nativitatis & Annunciationis Mariæ V. Anni & V. Quadragenæ.

Paulus Episcopus, Servus Servorum Dei, universis Christi fidelibus, præsentibus literas inspecturis, salutem & benedictionem Apostolicam. Licet is, de cujus munere venit, ut sibi a suis fidelibus digne & laudabiliter ser-

„serviatur, de abundantia suæ pietatis, quæ
 „merita supplicum excedit & vota, bene ser-
 „vientibus multo majora retribuatur, quam va-
 „leant promereri: nihilominus tamen deside-
 „rantes, Domino populum reddere accepta-
 „bilem, & bonorum operum sectatorem, fide-
 „les ipsos ad complacendum ei, quasi quibus-
 „dam allektivis numeribus, Indulgentiis vide-
 „licet & remissionibus, invitamus, & exinde
 „reddantur divinæ gratiæ aptiores. Cum ita-
 „que, sicut accepimus, Parochialis Ecclesia
 „Laurentii in Curia Regnitz, Bambergensis
 „Dioecesis, quæ, propter guerrarum & pesti-
 „litarum turbines, multum in suis structuris & A
 „ædificiis est collapsa, & reparatione non mo-
 „dica indigere dignoscatur: nos cupientes, ut
 „ipsa Ecclesia congruis honoribus frequente-
 „tur, & in structuris & ædificiis hujusmodi
 „reparetur ac etiam conservetur, & Christi
 „fideles eo libentius, causa devotionis consu-
 „ant ad eandem, & ad reparationem & con-
 „servationem hujusmodi, manus promptius por-
 „rigant adjutrices, quo ex hoc ibidem dono
 „cælestis gratiæ uberius, conspexerint se re-
 „fectos: De Omnipotentis Dei misericordia,
 „& beatorum Petri & Pauli, Apostolorum e- B
 „jus autoritate confisi, omnibus vere penitenti-
 „bus & confessis, qui in Nativitatis & An-
 „nuntiationis beatæ Mariæ festivitibus ipsam
 „Ecclesiam devote visitaverint annuatim, & ad
 „reparationem & conservationem hujusmodi,
 „manus porrexerint adjutrices; singulis festi-
 „vitatibus, eisdem quinque annos & totidem
 „quadragenas de injunctis sibi penitentiis mi-
 „sericorditer relaxamus, præsentibus perpe-
 „tuis futuris temporibus duraturis. Volumus
 „autem, quod si alias visitantibus dictam Ec-
 „clesiam, aut ad reparationem & conservatio- C
 „nem hujusmodi manus porrigentibus adjutri-
 „ces, seu alias inibi pias Eleemosynas erogan-
 „tibus, vel alias antiqua Indulgentia, in per-
 „petuum vel ad certum tempus duratura, per
 „nos concessa fuerit, præsentis literæ nullius
 „existant roboris vel momenti. Datum La-
 „terani, anno Incarnationis Dominicæ mille-
 „simo, quadringentesimo, sexagesimo septimo,
 „nono Calend. Julii, Pontificatus nostri anno
 „tertio.

1467. Anno M CCCC LXVII. festo Nativitatis
 Christi Johannes Rabensteinius Junior decessit, D
 in monasterio Franciscanorum sepultus.

1471. Anno M CCCC LXXI. d. 10. Febr. Domini-
 ca Scholasticæ Fridericus VI. Marchio Brand-
 enb. & Elector &c. diem obiit supremum, &
 cum anno proximo Palæstinam perlustrasset,
 Albertoque fratri Electoratum tradidisset.

1474. Anno M CCCC LXXIV. die Assumptionis
 Mariæ mane hic defunctus est Johannes Dux
 Megalopolit. &c. Causa itineris ejus & ad-
 ventus in hanc urbem haud dubie illa fuit,
 quod Fridericus Imper. eo anno multos E-
 piscopos & Principes imperii Augustam evo-
 caverat, longamque de Friderico Palatino,
 qui tum per sententiam publicam proscri-

ptus est, quæstionem habuerat. Itaque hic
 Dux Megalop. eo etiam se contulit, sed Au-
 gustæ & in reditu morbo affectus, Curia de-
 cessit. Noluit autem corpus suum in avitam
 regionem deduci, sed ut hic in monasterio S.
 Francisci tumularetur; moribundus præce-
 pit. Quod factum est, & monumentum e-
 jus ad nostram mansit memoriam. Clypeus
 in pariete affixus, anno MDLXVI. jussu Vri-
 ci Ducis Megalop. huc transeuntis renovatus
 est.

In Comitibus hisce Augustanis, ubi inter a-
 lia etiam vana contra Turcas agitabantur con-
 silia, Purpuratus quidam Pontificis Legatus
 nomine Marcus adfuit, qui nihil ibi memo-
 rabile gessit, nisi quod sub velo (Himmel)
 circumferretur, & in solenni pompa se jactaret.
 Hic templo nostro S. Michaelis C. dierum in-
 dulgentias largitus est.

Sententia hujus pro Ecclesia S. Michaelis in
 certis festivitibus C. dies.

Marcus miseratione divina Tit. S. Marci, Indulgen-
 „Sacrosanctæ Ro. Ecclesiæ Presbyter, Cardi- tie pro
 „nalis, Patriarcha Aquilegensis, & Aposto- Templo S.
 „licæ Sedis Legatus, universis & singulis Chri- Mich.
 „sti fidelibus præsentibus literas inspecturis, sa-
 „lutem in Domino sempiternam. Splendor
 „paternæ gloriæ, qui sua ineffabili mundum il-
 „luminat claritate, pia vota fidelium, de ipsius
 „clementissima majestate sperantium, tunc
 „præcipue benigno favore prosequitur, cum
 „devota ipsorum humilitas sanctorum præci-
 „bus & meritis adjuvatur. Cupientes igitur
 „ut Ecclesia S. Michaelis Archangeli in opido
 „Hof, alias in Curia Regnitz, quæ a Paro-
 „chiali Ecclesia S. Laurentii, extra dicti opi-
 „di muros, vera ejus matrice dependet, &
 „in qua quidem Ecclesia S. Michaelis omnia
 „ministrantur sacramenta, & major conflu-
 „xus est populi, a Christi fidelibus congruis
 „frequenter honoribus, Christi fidelesque
 „ipsi eo libentius causa devotionis confluant
 „ad eandem, quo ex hoc ibidem dono cælestis
 „gratiæ uberius se noverint resectos: de o-
 „mnipotentis Dei misericordia &c. omnibus
 „& singulis &c. Nos Cardinalis, Patriarcha
 „& Legatus præfatus in singulis festivitati-
 „bus hujusmodi, quibus id fecerint; cen-
 „tum dies indulgentiarum de injunctis
 „eis penitentiis misericorditer in Domino
 „relaxamus. &c. Datum Augusta anno
 „a Nativitate Domini Millesimo, quadringen-
 „tesimo, septuagesimo sexto. Calend. Junii,
 „pontificatus Sanctissimi in Christo Patris &
 „Domini nostri Sixti divina providentia Pa-
 „pæ quarti anno tertio.

Anno M CCCC LXXVIII. cœnobium fratrum 1478.
 & monialium Curia cum vicinis aliquot ædi- Incendium
 „ficiis conflagravit. Auctorem incendii la- & repara-
 „scivam monialem accepimus, quæ ut libidi- tio mona-
 „ni eo liberius obtemperaret, & ex præcluso steriorum.
 „monasterio jure videretur effugisse, illud clam
 „incendit, & concursu ad extinguendum fa-
 „cto, per patentem portam evasit. Postea u-
 „trumque

trumque monasterium restitutum est, præcipue tecta & quicquid materiæ lignæ, nam ma consumerat; novum etiam lacunar Monachorum cœnobio impositum & picturis ornatum fuit. Absoluta hæc tabulatio anno MCCCCLXXIX. die Jovis post Matthæi, ut in altero ejus latere indicatur, ubi *Cunsbergiorum* insignia extant; quoniam *Erhardus* de *Cunsberga* eo tempore mortuus, haud dubie monasterio pecunias testamento legavit. In media parte lacunaris quinque diversa insignia cernuntur. Primo *Dominorum* de *Weida*, quibus hæc urbs olim paruit, & sub quibus monasterium fundatum est. Deinde *Comitum Orlamundanorum*, qui ædificationem utriusque monasterii suis sumptibus adjuvarunt. Tertio in medio picta sunt *Alberti* Marchionis insignia, qui in monasterii renovationem summam æris clementissime dederat. Quarto *Johannis* Ducis Megalopolitani, qui paulo ante apud nos defunctus & apud Franciscanos sepultus est, quique pro annuis vigiliis & missa liberalis in monasterium fuerat. Quintum & ultimum locum tenent civitatis insignia.

1479. Anno MCCCCLXXIX. *Johannes Kappelius* obiit; & in cœnobio S. Francisci sepultus est. Hic per annos XL. sacerdos Curienfis fuit; quippe jam anno MCCCXLII. *Præmissarium in Curia Regnitz* & *Vicarium Capellæ S. Viti* bujus *Civitatis* se scripsit.

Indulgentiæ pro Eccl. S. Mich.
Eodem anno die 5. Octob. *Aufias* Cardinalis & Legatus Pontificius Templis S. Laurentii & Michaelis indulgentiarum literas edit unius argumenti.

Pro Ecclesia S. Michaelis C. dies.

Aufias miseratione divina Tit. Sanctæ Sabinae, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, Montis regalis in natione Alemanniæ ac totius Germaniæ, nec non in universis & singulis provinciis, civitatibus, terris & locis, sacro Romano Imperio subjectis, Apostolicæ sedis de latere Legatus, universis & singulis Christi fidelibus, præsentibus literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. &c. Cum itaque, sicut accepimus, Capellæ S. Michaelis Archangelicæ, in oppido *Curia Regnitz* Bamberg. Diocesis, in suis structuris & ædificiis ac fundamentis murorum, tecto, parietibus, reparationibus indigeat non modicis, & ad quam magna populi multitudo devotionis causa confluere consueverit: Dilecti nobis in Christo *) Decani Bambergensis nobis porrectis humilibus supplicationibus inclinati, omnibus & singulis utriusque sexus Christi fidelibus &c. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum, præsentibus literas fieri nostrique sigilli iussimus appensione muniri. Datum *Nurenbergæ* Bambergensis Diocesis, anno a

„Nativitate Domini *Millesimo Quadringentesimo nonagesimo nono*, tertio Non. Octobr. „Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & „Domini nostri *Sixti* divina providentia Papæ IV. anno nono.

Atque hæc sunt ultimæ literæ, indulgentiarum nomine nostris templis & monasteriis concessæ; neque enim post id tempus ullæ amplius inveniuntur. Summa earum omnium tandem in tabula (quæ adhuc superest) conscribatur, & in festo dedicationis aliisque festivitibus publice proponebatur.

A Hinc cum satis multæ & amplæ donationes ad structuram templi S. Michaelis factæ essent, & inprimis Plebanus ipse D. *Hertindus* de *Stein* in lignem pecuniam contulisset; templum illud novem Capellis separatis & Choro sacratioque augeri latiusque profecti cepit anno MCCCCLXXX. Cumque primus lapis poneretur, *Casspar Geilsdorffus* ducentos ei aureos injecit. Ex quo tempore templum S. Michaelis Parochiale factum, & hoc etiam nomine a majoribus anno MCCCCLXXXIX &c appellatum constat.

B Anno MCCCCLXXXII. die Martis post Purificationis Mariæ moritur *Fridericus* de *Luchau*, in monasterio S. Francisci sepultus. 1482.

Anno MCCCCLXXXIII. die S. Johannis Evangelistæ, 27. Decemb. obiit *Johannes Auerus* Consul Curienfis, templorumque S. Laurentii & S. Michaelis Curator, qui in æde S. Laurentii sepultus est. Post eum filius eandem templorum curam suscepit. 1483.

C Anno Christi MCCCCLXXXVI. die Sabbati ante Domin. Judica, 11. Martii in comitiis Francofurtanis *Albertus* Marchio Brandenburg. & Elector, e vita discessit & *Heilsbrunnam* delatus est. 1486. *Mors Alberti Brand. El.*

Eodem anno Dominica ante S. Laurentii obiit *Conradus* de *Reizenstein*, & apud Monachos sepultus est.

Anno MCCCCLXXXVIII. in Vigilia S. Benedicti, d. 20. Martii *Martbæus* de *Reizenstein* defunctus & apud Franciscanos tumulatus est. 1488.

Anno MCCCCLXXXIX. *Innocentius VIII.* Legatum a latere, & per eum simul indulgentiarum inexhaustam copiam sub titulo Jubilæi in *Germaniam* misit. Quia enim peregrinationes Romanas ob viarum longinquitatem molestas esse *Germanis*, & fere negligi cognoverat; celestia dona ad domos eorum, sui compendii causa transmittere decrevit. Itaque *Raymundus Payraudi* sive *Raymundi Pegayaudi* Gallus, Archi-Diaconus Romanus & Doctor S. Theol. per omnes Episcopatus, urbes, oppida & vicos circumiit & indulgentiarum thesauros aperuit. Cumque hoc anno in Episcopatu Bamberg. & præsertim *Noribergæ* aliquandiu subsisteret, & satis grandem pecuniam colligeret, Clericorum, qui non parum suis reditibus decedere videbant, invidiam 1489. *Raymundi indulgentiarum & Jubilæi præco in Germania.*

*) Intelligit *Hertindum* de *Lapide* Plebanum & Rectorem Ecclesiæ Parochialis Curienfis. Menckenii Scriptoz. Rer. Germ. Tom. III.

D. Theod.
Muringus
indulgen-
tius contra-
dicit.

Capitur.

Tributum
Clericis im-
positum vo-
catur per-
secutio.

Lic. Joh.
Gromann
Commis-
sarius in-
dulgentiar.

vidiam & indignationem excitavit. Eam certe ob causam Doct. *Theodoricus Muringus Noribergam* venit, ut ejus nundinationem compelleret. Cum vero inde *Herbipolim* esset reversurus, ab hominibus *FridERICI* Marchionis Brandenb., inlinctu *Raymundi*, prope *Noribergam* captus & vulneratus *Cadelsburgum* abducitur. Legatus Pontificis deinde auctores publice absolvit, & *Muringo* denunciavit, eum esse captivum Pontificis, tradiditque Marchioni nomine Pontificis custodiendum, qui eum novem annos in castro *Rauhen Culm* detinuit. Causa vero diuturni carceris non solum ea erat, quod Bullæ Pontificiæ contradixisset, verum etiam quod pro auctore haberetur libelli famosi: *Passio Sacerdotum sub Principe Marchione Alberto*; qui tempore persecutionis clericorum, (ut vocabatur) cum scil. *Albertus* a laicis pariter atque clericis ingens tributum exigeret, prodierat. Præterea ille D. *Muringus* artium magicarum insimulatus est & quod sæpe noctu seculari habitu, armatus & gladio succinctus, tanquam miles in publico versaretur. Tandem anno MCCCCXCVIII. liberatus & Parochus factus est Curienfis.

Eodem anno Legatus ille Pontificus Lic. *Johannem Gromannum* Monchbergensem (cum quo *Parisius* studia coluerat) Commissarium suum ablegavit, ut Jubilæi & indulgentiarum gratiam per urbes & oppida Episcopatus Bamberg. commendaret. Venit hic quoque *Curiam*, & per integrum mensem inde a die omnium SS. prædicat Jubilæum, in templo S. Michaelis quindecim ordinat Confessionarios, crucem constituit, ponitque cistam, in quam pecunia, erat conferenda. Quotidie vel ipse vel per alium concionem habet, indulgentiarum literas & confessionalia distribuit; pro charta, in qua omnia omnino delicta & peccata remittebantur (nisi quæ ipsum Pontificem immediate afficiebant) septuaginta denarii Franconici solvebantur. Designabat etiam septem Diaconos pro numero templorum, & ad trecentos florenos colligit. Sed omnis hæc pecunia *Coronaci* a filio rustici, & *Freibergæ* a Pastore quodam ei est erepta, qui ambo deinde capti & miserabili mortis genere necati sunt, quia diabolus eos, alterum quidem sub specie hominis, alterum vero sub figura canis, manifesto adjuviffe in sacrilegio perpetrando fingebatur.

1490. MCCCCXC. die Mercurii post festum Paschale *Johannes de Feiltsch* obiit, qui apud Franciscanos sepulchrum habet.

Die Veneris Bernhardi, d. 22. Augusti obiit *Fridericus de Feiltsch*, apud Franciscanos sepultus, similiter & *Justus von der Grun* in Hofeck.

1492. Anno MCCCCXCII. die Parasceves moritur *Sigismundus de Luchau* zum Hartungs, & in monasterio S. Francisci sepelitur.

Hoc anno *Fridericus* Imper. Marchionem Brandenb. *Fridericum*, Imperii Ducem bellicum arcessivit, ut cum aliis Principibus apud *Augustam* in spatiosissimo campo *Lechfelt* adellet. Marchio se comparavit *Onolsbaci* & die Jovis post Georgii cum quadringentis equitibus & centum plaustris profectus est, opem Cæsari laturus. Jamque expeditus viginti millium exercitus convenerat, cum tandem inter Imperatorem & Duces Bavaræ, qui contumaces Cæsari erant, pax conciliaretur.

A Anno MCCCCXCIV. die Mercurii ante Mariæ Magd. *Sigismundus de Feiltsch* decessit, & apud Franciscanos sepultus est. Item *Georgius de Zedwitz*, qui anno eodem Dominica post Dionysii, d. 12. Octobr. defunctus erat.

Hoc anno D. *Georgius de Gottsfeld* Plebanus apud nos D. *Hertindo de Stein* successit. Hic *Hertindus*, qui per XXX. annos Parochi munus administravit, anno MCCCCXCI. quo adhuc Rector Ecclesiæ Parochialis Curienfis fuit, præstantissimum Librum missalem membranæ impressum, templo S. Laurentii donavit. Capitaneus tunc fuit *Johannes de Reizenstein* in *Schwartzenstein*.

Anno MCCCCXCV. die Jovis post Matthiæ, 26. Febr. *Sigismundus* Marchio Brandenb. *Stetini Pomeraniæ* &c Dux, Dominus *Voilandia* decessit.

Hoc anno Imperator Maximilianus magna comitia *Vormatiæ* inde a Dominica *Palmarum* usque ad *Jacobi* celebravit, ubi inter alia de expeditione, contra Turcas suscipienda egit & toti Germaniæ tributum generale imposuit. Sed Nobiles *Franconiæ*, qui *Schweinsurti* die Martis post *Luciæ*, & Nobiles *Voilandia*, qui anno sequenti *Culmbaci* die Mercurii post *Oculi* conventus habebant, itemque alii Nobiles aliis in locis magno & unanimi consensu tributum negarunt, dicentes, se liberos esse homines (freye Franken) qui Ro. Imperium non argento, sed virtute & sanguine suo contra Turcam essent adjuturi. Se enim experiendo didicisse, Pontifices Ro. jam sæpius expeditiones in Turcas parasse, magnasque pecuniarum summas a Germanis collegisse non in Turcici belli præsidium, sed in superbiæ luxuriæque suæ emolumentum.

Eodem anno, Dominica post *Egidii* vir doctissimus *Georgius de Gottsfeld* Canonicus Augustanus & Parochus Curienfis defunctus, & in templo S. Laurentii ante altare sepultus est. Anno MCCCCXCVIII. D. *Theodoricus Mering*, Canonicus *Freisingensis* & Ecclesiæ S. Stephani Bambergensis muneri successit parochiali, cui aliquot annos præfuit. Sed plurimum alibi, sicut *Noribergæ*, *Herbipoli*, *Romæ*, vixit, vicarioque partes suas delegavit. Sub eo Diaconi ad S. Michaelis fuere *M. Erhardus*

Expeditio
contra Ba-
varos.

1994.
Mors Sigis-
mund. de
Feiltsch &
Georgii de
Zedwitz.

Georgius de
Gottsfeld
fit Para-
chus.

1495.

Nobiles
Franconici
tributum
Turcicum
negant.

Mors Para-
chi Georgii
de Gotts-
feld.

Theod. Mer-
ring.

hardus Königsdörffer, & post hunc *M. Iobannes Sörgel*, Curienſes, viri docti, qui tanquam Vicarii cultum divinum in æde S. Michaelis fideliter adminiſtrarunt.

1496.

Anno MCCCCXCVI. die Vincula Petri, d. 1. Aug. *Nobiles Frauconici* alium conventum *Schweinfurti* habuere, propter tributum Turcicum a *Maximiliano* iterato poſtulatam. Sed acta ſuperioris conventus ibi confirmarunt, & ſemet ipſos militiam ſubituros profeſſi ſunt. Re autem vera hæc per ſpeciem & ſimulationem facta ſunt. Nam decem millia eorum conſpiraverant, ut binos equites adducerent; præter Principes, qui ad eorum ſocietatem ſe adjunxerant. Cum tanta multitudinẽ, credo, non contra Turcas ſed Cæſarem pugnatũri erant, ſi tributũ cauſa vis afferetur. Quæ incommoda Deus clementiſſime avertit.

Job Thoſein obiit.

Anno eodem deceſſit apud nos *Jobannes Thoſein*, Sacerdos & auctor magnæ Sodalitatis Sacerdotum paganorum, atque in templo S. Michaelis ante noyã Capellã, ubi arã S. Crucis ſtetit, cui aliquandiu inſerviit, ſepũtus eſt. Monumentum hæc verba refert: Anno Domini Milleſimo, Quadringentiſimo Nonageſimo Sexto in die N. Apoſtoli, deceſſit Honorable Dominus *Jobannes Thoſein*, fraternitatis Presbyterorum & beneficiũ erectoꝝ, poſſeſſoꝝ que in ſacerdotio ſeptuagenarius.

Anno eodem die Andreæ Apoſtoli, *Conradus*, & *Jobannes de Zedwitz* fratres miſſam perpetuã quotidie, & anniſſarium quotannis pro remedio animæ *Sigismundi de Zedwitz* a monachis celebrandã inſtituerunt.

Hoc tempore *Otto* etiam de *Feilſch* prædium in vico Unter-Kotzau ſitum, cum uniſverſis rebus ad id pertinentibus, fratribus Monachis teſtamento tradidit.

1497.

Anno MCCCCXCVII. per noctes illas, quæ inter feſtum Nativitatis Chriſti ac Trium Regũ intercedunt, miræ tempeſtatis viciffitudines commutationeſque fuerunt. Nunc enim altæ nives delapſæ, nunc imbrum tanta vi effuſa, ut amnes aucti agros inundarent; nunc turbines multa ædificia quaſſarunt ac diruerunt. Menſe Februario tonitruum & fulminum terror inſecutus eſt, magnæque ſcintillæ longo tractu per aerem deciderunt, ut non levẽ ubique incendiõrum periculum eſſet. Harũ tempeſtatum non aliam Clerici afferebant cauſam, quam quod *Fridericus* Marchio Brandenb. & *Henricus* Præful Bamberg. anno proximo die Thomæ Apoſtoli tributa omnibus Clericis, non modo laicis per literas imperaſſent.

Tributum illud, Turcico bello deſtinatum, per hos duos Principes a laicis pariter & clericis poſt ferias Paſchales rigide exigebatur. Pauperes qui paratã pecuniam non habebant, pignora dare jubebantur.

Episcopum verberare capitale eſt.

Eo anno cum quidã Dux *Sileſiæ* Episcopum cum aliis duobus per tumultum vulneraſſet; æſtate tanquam ob læſæ majeſtatis crimen capite plexus eſt. In quo anũquũ illud proverbium verè accidit:

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Wer ihm wil machen zu ſchaffen,
Der neme ein Weib, kauſſ ein Vhr,
vnd ſchlag einen Pfaffen.

Eodem anno, die 4. Sept. die Lunæ ante Nativitatis Mariæ, *Fridericus* Marchio arcem *Guttenbergam* obſeſſam, die Jovis proximo cepit, ſed Nobiles inde noctu dilapſi erant. Quidam illorum *Mauritius de Guttenberg*, hoſtis Marchionis, in caſtrum *Schellenberg* prope *Weidam*, ut ibi ſe tutaretur, aufugit. Sed & hanc anno ſequenti in vigilia Margarethæ, 12. Junii, qui tum Jovis erat, *Fridericus* expugnatã evertit.

Die Matthæi anno MCCCCXCVII. obiit *Juſtus S. Jodocus de Zedwitz*, apud Francicanos ſepultus.

Anno MCCCCXCVIII. Dominica Oculi 1498.

D. Theodoricus Mürung, poſtquam IX. annorum pertulerat captivitatem, libertati ac priſtinis honoribus redditus, Parochus Curienſis conſtituitur. Quod munus (ſicut diximus) per Vicarium geſſit, & plurimum alibi, ubi præbendas habebat, vixit. Anno autem MDI. a Nobilibus & Canonicis Herbipolitanis ludibriõ habitus, clandestino itinere Romam contendit, & in amicitiam *Alexandri XVII.* pervenit. Apud quem aliquandiu verſatus eſt, donec calamitatum ſuarum memoriã ex adverſariorum animis excidiſſe arbitraretur.

Tunc Marchioni *Friderico* cum *Henrico* Episcopo Bambergẽſi liſ fuit de arce *Streiberg*. Tandem res ſine armis compoſita eſt.

Hoc anno ab *Henrico de Feilſch* & *Ulrico de Raitenbach* XC. floreni Rhenani Monachis dati ſunt, ut in Solatium animæ *Jobannis de Feilſch* perpetuã miſſam in ara Omnium Beatarum Virginum celebrarent. Actum die Jovis poſt Martini.

Anno MCCCCXCIX. Henricus Geilsdorf 1499.

J. V. Doctor, Alberti clariffimi civis noſtri filius, in hac urbe per *Wolffg. Streitzbergerum*, J. V. Doctorem & Clericum Patavienſem, auctoritate Imperatoria & Pontificia Comes Palatinus creatus eſt. Sed mox ſequenti anno MD. die Mercurii ante Converſionis Pauli, d. 22. Januarii expiravit, & in æde S. Michaelis ſepultus fuit.

Anno MDI. *Jobannes de Reizenſtein* Capitaneus Curienſis in Dioceli Bamberg. ad viginti quatuor villas combuſſit. Deinde, omnibus etiam ejus villis incendio conſumptis, pax conciliata eſt.

Eodem anno die Martis poſt Latãre, *Henricus de Thandorf* Prætor Curienſis in remedium animæ uxoris *Apolloniæ*, ex prædio ſuo in Haidt florenum cenſus annui Monachis S. Franciſci promiſit. Literas ſubſignarunt *Jobannes Hanſet* D. Theol. & Miniſter Provinciarum *Saxonie*, item *Chilianus Meye* Gardianus, *Hermannus Fabri* Vice-Gardianus.

Eodem anno ſacellum S. Annæ, quod ad introitum templi S. Laurentii anno MD. Al-

Zz 2

ber.

bertus Geilsdorfus ædificaverat, die Sabbathi post Bartholomæi, 28. Augusti per D. *Hieronymum de Reizenstein* Vicarium dedicatum est. Antiqua & honesta *Geilsdorforum* gens ibi sepulchra habuit, ut ex monumentis constat.

Anno eod. die Jovis undecim millium Virginum 21. Oct. post horam VIII. matur. tredecim horreis incensis, magna vis frumenti consumpta est. Incendium ortum ex hostili

Mauritius de Guttenberg incensit Curiam

ira *Mauritii de Guttenberg*, quem ad annum MCCCCXCVII. *Friderici* Marchionis hostem diximus. Nam prope horrea exusta sagittam incendiariam invenerunt, schedulamque in der Mitter beydem Neuen Hoff, hujus tenoris: *Wisset, dass ihr solchen Brand von Niemand anders habt, denn von mir Moritz von Guttenberg, des mein Handschrift, datum XVC und ein Jahr;* id est, sciote, vos hoc incendium a nemine alio pati quam a me *Mauritio de Guttenberg*. Mea manu datum anno MDI.

1502.

Anno MDII: multæ & gravissimæ querelæ de nostro cœnobio monialium ad Principem delatæ sunt, ut moniales propter male clausum monasterium & liberum promiscuæ multitudinis aditum violarentur, spoliarentur, infamiamque contraherent, parum etiam religiose viverent. Itaque *Fridericus* Marchio per *Johannem Hanstet*, Doct. Theol. Supremum Ministrum Provinciarum *Saxoniae*, Ordinis Minorum, reformationem hujus monasterii die *Margarethæ* auspiciatus est, ac trecentos florenos ad muniendos interiores muros aliasque necessarias impensas solvit, ea quidem lege, ut si moniales reformationi morem gererent, trecenti illi floreni dono dati essent, sin minus, redderentur. Itaque cœnobium (quod a nupera calamitate tres & viginti annos non bene septum fuerat, forsân ne, si moniales arctius clauderentur, novum incendium oriretur) majori nunc studio muniri firmiusque claudi cœpit. Nullum etiam virum intromitti, severissime mandatum est. &c. Monachis vero fornicatus porticus subterraneus paruit, (ne miseræ prorsus sine solatio relinquerentur (damit gleichwohl die armen Schwestern nicht allerding ungetröstet blieben))

Cœnobium monialium reformatur & clauditur.

Hoc anno die Martis ante Martini decessit. *Albertus Geilsdorfus*, civis Curienfis clarissimus. Hic filios habuit D. *Henricum*, *Laurentium* Pastorem in *Memmersdorff* und *Gold-Cronach*, & *Casparem* viros præstantes.

1503.

Anno MDIII. die Veneris post Valentini, 17. Febr. *Dietericus* de *Sparneck* diem obiit supremum, & apud Monachos S. Francisci sepultus est.

Peregrinatio sacra in Grimmenthal.

Eodem anno etiam celebris illa peregrinatio ad B. Virginem in *Grimmenthal*, ditionis Hennebergensis, Dioceseos vero Herbipolitanae, cœpit. Tantus eo concursus multitudinis ex omnibus terris fuit, præsertim propter scdissimam luem Gallicam, ut circa festum

Pentecostes uno agmine trecenti Mauri equites per *Silesiam* advenirent. Cum homines diaboli fraude ac stimulis ad illam peregrinationem plerumque inviti subito impellerentur, nec prius, quam ad locum destinatum pervenissent, curis & perturbatione animi solverentur, ab inconsulta & stolta festinatione proverbium apud Germanos extitit. *Es kommt ihm an wie das lauffen ins Grimmenthal.*

Anno MDIV. discordia inter *Sebastianum Scllickium* & civitatem *Elbogam* orta est, ita ut die Mercurii ante festum Purif. Mariæ, 31. Januar. mutuam sibi cladem inferrent, & ex utraque parte CCL. homines perirent. Nam Comes *Slickius* urbem expugnatam diripuit. Oppidani vero a quatuordecim Nobilibus adjuvi, Comitem per totam ferme æstatem persequerentur, & in viis publicis (sicuti potestas erat) cum eo manus conferebant. *Scllickius* Nobilium illorum possessiones igne populabatur. Cum tandem res *Pragam* deferretur, causa Comitum iniquior judicata in eumque & *Nicolaum* ac *Wenceslaum* fratres ejus animadversum est.

1504. Bellum inter Slickios & Elbogam.

Anno MDV. sacrificuli nostri fati turpiter se gesserunt. Nam Dominica post Conversionis Pauli, d. 26. Januar. hora IX. nocturna *Conradus Erbesmann* missæ matutinæ vicarius *Vitum Königsdorferum* in capite ita vulneravit, ut postero die Mercurii animam efflaret. Interfuit *Jodocus Flegel*, *Gera* cognomine, Præmissarius Curienfis, cui missa interdictum est; intersector autem se subduxit. Item alius quidam *Nicolaus Bobemus*, Pastor de *Schwinga* dictus, eodem tempore hic sanguinem effudit, unde a missæ officio remotus est. Die Cinerum tres sacrificuli sacrum tempus quadragesimale & pœnitentiale in lupanari exorsi, & de meretrice inter se digladiati sunt, nominatim *Erhardus Pirner*, *Nicolaus Jbenner* & *Henricus Pianck*, qui statim ab administratione missarum repulsi sunt.

1505. Turpiter Clericum Curienfem.

Hoc anno gravis pestilentia (quæ quidem multa alia *Germaniæ* loca pervaserat) *Curiam* quoque infestavit, ut ibi mille & quadringenti homines absumerentur. Causam majores tum putavere, quod duo filii civium, ex peregrinis terris redeuntes, insolito cultu Helvetico (totâ enim vestis per corporis longitudinem usque ad talos demissa, duobus diversis coloribus, rubro & flavo, aut flavo & cæruleo distinguebatur) in urbe palam se jactassent. Ambo deinde a Clericis coacti, propter nimiam (ut videbatur) insolentiam, qua tantam civitati cladem contraxissent, publice pœnitentiam hoc modo egerunt. Tribus diebus Dominices, dum solennioris missæ sacra peragebantur, superiori corpore nudati, ad limina templi S. Michaëlis steterunt, binas virgas tenentes, ut a civibus & quolibet alio, cui libitum fuisset, uno verbere cæderentur, & ita cœlestes iras placarent. Ex quo patet, majores

Pœnitentia publica.

jores vestium luxuriam nefarium crimen duxisse.

1507. *Incidium magnum Curia.* Anno MDVII. 28. Julii, die Pantaleonis, qui erat Mercurii, atroci igne Curia flagrauit. Flamina ex viculo (Bade Gäßlein) in domo pistoris cujusdam orta, per superiorem portam in urbem veterem penetravit. Extra & intra urbem centum ædificia & amplius cum horreis magno hoc incendio (ut majores dixerent) hausta & combusta sunt.

Vaticinium.

Eodem anno quidam (cujus nomen explorari non potuit) in æde Xenodochii rubrica hæc verba scripserat: *Heutz über 10. Jahr wird über die Stadt abermal Feuers Gefahr kommen. Anno 1507. d. 25. Sept.* (i. e. post decennium hac ipsa die urbs denuo incendiū patietur): Quod vaticinium multi seniores mirabundi legerunt, diligenter memoriæ mandarunt, tristissimumque eventum maximo patriæ damno experti sunt, ut ad an. MDXVII. ostenditur.

1508. *Novæ mundinæ Curiaense.*

Anno MDVIII. die Laurentii (quo propter dedicationem templi S. Laurentii nundinæ inde a longo tempore celebrantur) *Fridericus* Marchio Brand. novum mercatum in diem Conversionis Pauli (quo dedicatio templi S. Michaelis anno MCCCXXXVIII. perfecta est) instituit, tribus diebus ante ac totidem post Pauli Conversionis celebrandum. Proximo octennio nulla vectigalia, nullam pensionem (Stadt Geldt) exigi præcepit. Præterea cives nostri advenas amice & hospitaliter excipere, victumque illis & alia necessaria sine avaritia subministrare jussi sunt, ut in posterum eo libentius frequentarentur nundinæ.

1509. *Diffidatio Libenstein.*

Anno MDIX. d. 3. Junii *Georgius de Zedwitz*, Eques in *Libenstein* *Johanni* cuidam *Mollerfick* in *Hasla* inimicitiam suam per literas more illorum temporum denunciavit, & proxima die Lunæ cum suorum manu vacas abegit, tresque homines occidit. *Egram* die 6. Junii in vigilia Corporis Christi castrum *Libenstein* occuparunt, & septendecim Nobiles, porro decem Equites & quadraginta alios milites secum *Egram* abduxerunt, & in duo diversoria custodiæ causa distribuere. Cum vero aliquot Nobiles die Corporis Christi effugissent, & *Hauensteinus* quidam, concursu facto, a civibus interemtus esset; reliqui arctius asservati sunt; quos ad se mitti Rex postulavit. Quod cum *Egram* facere recusarent, & nihilominus Rex instaret, ita tandem conventum est, ut *Egram* captivos omnes, quatuor vehiculis impositos, & centum sclopetariis (Hackenschützen) comitatos, ad dimidii milliarii spatium, ad fines Regis duci juberent. Ibi Comes *Sebastianus Slickius*, Commissarius Regius, eas in manus Regis sui accepit, sed confestim *Egram* restituit, qui omnes *Egram* reduxerunt, & donec causa cognita & judicata esset, detinuerunt.

Hoc anno pulcherrima illa ædícula S. San-

ctum Sepulchrum a Domino *Caspere Geis-* *S. Sepul-*
dorfo ad situm, formam & distantiam ab urbe, *chrum. Cu-*
Sepulchri Hierosolymitani (cujus delineatio- *riense.*
nem monachus Curienlis *Martinus Mollerus* secum attulit) trans *Salam* apud nos ædificatum, & Dominica ante Dionysii, 7. Octobris. anni per *Casparum* Vicarium Bambergensem, Episcopum Naturensensem, in honorem Sepulturæ Christi & S. Crucis dedicatum est. Ibi sepulchrum Servatoris (uti & *Hierosolymis*) ex solido Saxo excisum, & plurimæ Sanctorum reliquiæ monstrabantur. Altare dedicatum in honorem Mariæ, Dei genitricis, S. Johannis Baptistæ & Evangelistæ, S. Hieronymi, Christophori, Josephi, Nicodemi, Mariæ Magdalenæ, Mariæ Jacobi, Cleophae & Salomes. Mulierum harum signa tam eximia arte sculpta & picta fuerunt, ut ipsam naturam simulare, & veras fundere lachrymas viderentur, (dass man gemeinet, sie wemeten heisse Zehr).

Non debeo hic prætermittere die Felder i. e. pilas illas quadrangulas lapideas, in quarum fastigio partes singulæ passionis Christi Bligno eleganter sub tegulo quodam erant sculptæ. Stabant septem numero a foribus templi S. Michaelis circum usque ad monumentum S. Sepulchri, eodem *Geisdorfo* auctore. Ad has in publicis sacris processionibus, Dominica Palmæ item hebdomade Passionis Christi &c. institutis, erant certæ stationes, ubi homines pio affectu in genua procumbentes, illorum casuum, quibus Christum, cum ad mortem duceretur, præ doloribus & infirmitate corporis, in terram lapsum tradunt, recordabantur. Quo factum est, quidam pilas illas die lieben Fülle appellarent. De iis supersunt hodie tres, reliquæ vel vi aquarum, vel injuria belli anno MDLIII. vel hominum etiam everse ac disturbatæ fuerunt.

Anno MDX. *Laurentius Mordeisen* Curien- *1510.*
sis, Mercator Lipsiensis opulentus, *Johannis Donario*
civis nostri frater, testamentum fecit, quo in *Laurentii*
perpetuas missas templis Lipsiensibus aliquot *Mordeisen.*
florænum millia contulit. Inter alias donationes pias ædi quoque nostræ S. Michaelis quingentos flor. legavit, ut anniversarius ejus celebraretur, & residuum in ædificationem templi impenderetur.

Anno MDXI. die Mercurii ante Jubilate obiit *Sebastianus de Luchau*, & die Wilhelmi, 28. Maji *Sigismundus de Reitzenstein* Senior in Reitzenstein. Ambo in monasterio S. Francisci sepulti sunt.

Hoc anno etiam decessit vir doctissimus M. *Mors Er-*
Erhardus Kænigsdorferus Vicarius S. Concio- *hardi Kæn-*
nator ad S. Michaelis, & ibi juxta S. Cathari- *niguldorfs-*
næ aram, quam diu missa coluit, situs est cum *ri.*
hoc monumento: *Nach unsers liben Hern*
Christi Gepurt M. CCCC. vnd XI. Jar on dem
Tage des beiligen Merterer Gangolff on dem
dreveinzent Tag des Monet May ist verschiden
der Erwardig vnd Hochgelart Herr Magist.
Erhardus Kimstorffer, dises Altars Vicarien

gewessen, welcher sele der Allmechtige Gott gemedig und barmhertzig sey. Amen. Huic M. Johannes Soergelius Vicarius successit.

Tunc temporis Nicolaus Kellermannus fuit Gardianus monasterii, & Franciscus Teubler, qui deinde factus est Gardianus.

1512. Anno MD XII. die Dominica ante Bartholomæi obiit Jodocus de Feiltsch, in Feiltsch, apud Monachos sepultus.

1513. Anno MD XIII. 15. April. die Veneris post Misericordias Domini, Otto de Feiltsch in Zedwitz villam suam in pago Unter Kotzau cum prato adjuncto &c. Ludovico Henninggen S. Theologiæ Doctori & tunc Ministro, & Francisco Teubler Guardiano, omnibusque sacerdotibus & fratribus nostri monasterii utendam fruendamque addixit, eo modo & jure, quo illis fortunas per Curatores suos acquirere & administrare fas est. Quippe illorum regulæ & instituta paupertatem spontaneam, nulliusque rei proprietatem exigunt. Neque eo secius illi pecunias & prædia, & quæcunque dabantur, cupide accipiebant, nullasque recusabant donationes; quarum hæcenus plurima exempla vidimus. Erant scilicet (ut Bernhardus de Monachis profitemur) pauperes sine defectu, divites sine labore, mariti etiam sine uxoribus. Monachus quidam nostri Cœnobii, qui libellos aliquot Physicos Aristotelis aut ipse prælegit fratribus, aut distantia Lectore scripsit, in fine eorum ita concludit: Deo gratias, qui nos satias de labore rusticorum, quorum utimur uxorum per omnia secula seculorum. Pro his autem beneficiis Ottomem de Feiltsch ejusque uxorem & universam gentem Monachi in suam receperunt fraternitatem, & sancta sua opera se cum iis communicaturos, & omnes illos post mortem in Catalogum perpetuæ memoriæ causa (ins ewige Gedächtnis Buch) relatueros promiserunt.

Donatio Ottonis de Feiltsch.

Judicium de Franciscanis.

1514. Anno MD XIV. die Jovis post Pascha, Otto ille de Feiltsch defunctus est, & apud fratres Monachos sepulchrum accepit.

Die Martis ante S. Thomæ, 19. Dec. jussu Nicolai Elbelii Consulis & Senatus reliqui Caspar Geilsdorffus, civis noster Spectabilis ac ditissimus, unus etiam ex quatuor Consulibus numero, quod Elbelium, tum fasces tenentem, arguerat mendacii, manū lectulo excitatus, thorace ac feminalibus indutus, nudis pedibus ex domo sua in carcerem ductus est. Quamvis vero precibus necessariorum ejus Baltasar Wurmius Capitaneus motus, ter separatis temporibus, primo sub multa ducentorum, deinde quadringentorum, tertio sexcentorum florenorum, nomine & auctoritate Marchionis FridERICI præcepisset, ut Consul & Senatus Geilsdorffum statim ad causam dicendam dimitterent; illi tamen mandatum spernentes, captivum in magno frigore per biduum tenuerunt. Re interea Culmbacum ad Principis aures delata, jussu ejus Casparus Geilsdorffus die Thomæ dimissus, Elbelium

Consul Consul in carcerem detrudit.

totidem dies in carcerem conjectum vidit. Præterea Consul & Senatus, causa cognita, trecentos florenos ex suare familiari solvere coacti; reliqui trecenti supplicum & ipsius Geilsdorffus precibus multæ detracti sunt. Capitaneus autem, quem ea Senatus contumacia valde offenderat, mox sponte sua decessit a magistratu.

Anno MDXV. Dominica Sexagesimæ, 19. Febr. obiit Venerabilis doctissimusque M. Job. Soergelius, Vicarius S. Sacerdos Michaelis, ibique ante sacellum S. Hieronymi, in quo missarum sacra celebraverat, sepultus est. Fuit vir doctrina, ingenio & pietate eximius, qui fidei cura huic templo præfuit, & inertes suos sacrificulos, quod abdomini potius inservirent, quam verbo divino operam darent, non semel acriter castigavit. Aliquoties Germanice his verbis ad eos usus est: *Ihr müßigen saulen Meß-Pfaffen! Habt ihr S. Paulum mit seinen heilsamen Schrifften unter die Banck gesteckt? Dencket aber an mich, es wird die Zeit bald kommen, daß er berfür krieche, und euch binunter stecke.* i. e. Oignavissima capita! Itane vos S. Paulum ejusque saluberrima scripta tenebris & squalori tradistis? næ ille mox in lucem se proferet, & vos ad tenebras sordesque damnabit. Quam vocem præclaram etiam Johannes Spangenbergius in Præf. ad Comment. in Epistolam ad Rom. cum magna laude nostræ civitatis retulit. Ita enim existimandum est, Soergelium non temere aut casu ita locutum esse, sed instinctu Spiritus S. proxime futurum Pontificiæ superstitionis casum & lucem sanctissimi Evangelii prædixisse. Neque tum ille solus, sed alii quoque viri sapientes, sicuti Johannes Hiltenus, monachus Isenacensis, D. Andreas Proles, Vicarius Augustinianorum in Germania &c. de reformatione Clericorum & mutatione in sacris vaticinati sunt, tempusque & auctorem ipsum quodammodo indicarunt. Nempe futurum, ut niger Monachus i. e. Augustinianus Romani Pontificis instituta & Monachismum aboleat. Hæc & alia vaticinia majoribus nostris haud ignota fuere. Quippe in nonnullis locis, præcipue circa Wittebergam & Jenæ (quæ milliaris intervallo distat a Witteberga) vulgo sermones de adventu nigri monachi fuerunt, ita ut parentes liberos, si quid deliquissent, severe objurgarent, quasi & ipsi monachum illum, qui religionem antiquam oppugnaturus prædiceretur, sectaturi & pravitatem ejus amplexuri forent.

Vaticinium ejus de reformat. Lusheri.

Aliorumque.

Cæterum hic Soergelius (qui Patris mei Johannis susceptor fuit, & sanus adhuc CCC. florenos testamento ad missam, quandam legaverat) 21. Febr. die Martis post Sexagesimæ sepultus est, cum proxima Dominica Evangelium de vario semine exposuisset, & inprimis dictum illud: *Si quis habet aures ad audiendum, audiat!* magna vocis animique contentione auditoribus inculcasset. Per quam

quam vehementem commotionem, ubi ex cathedra descenderat, apoplexia correptus, & paulo post eodem die defunctus est. *Pangratus Neudecker* de *Weismain* Vicarius S. Mich. successit.

Anno MDXV. die Lunæ ante Invocavit Vir nobilis ac strenuus *Henricus de Feiltzsch* Eques e vita discessit. & in monasterio sepultus est.

Judeorum
ædes diripiuntur
Curia.

Die 8. Aprilis festo Paschatos mane durante missa solenniore, dum conciones habebantur, Judæorum Curienfium ædificia ex hac ratione oppugnata & direpra fuerunt. Civium filii, nebulones, & opificum famuli quotannis die Parasceves a Judæis; eo quod illorum majores Christum ita immerito interfecissent, pecuniam accipiebant, quam, prorsus quasi Judæos stipendiarios haberent, in pœnæ ac debiti necessitatem singulis annis exigere, & feriis deinde paschalibus per commilationes consumere solebant. Sed hoc anno solita munera negabant Judæi se daturus; flagitantes juvenes contumeliose rejiciebant; & in vigilia Paschatos, cum jam mitius rogarentur, ne minimum quidem dare sustinebant. Tum vero juvenes, Judæis jam antea infensi, contumelias & repulsam vindicare, & vi extorquere munera moluntur. Festo itaque Paschatos (dum omnis populus verbum divinum in templis audiebat) hora dicta universi conant, Judæos eorumque ædificia invadunt, spoliant, auferunt, quæcunque possent, occlusas aditus partes, cistas, mensas & tabernas effringunt, pecunias, vestes, omniaque alia diripiunt, cum Judæis obvius, qui quidem propter paucitatem nihil valebant, strenue depugnant. Quamvis autem Judæorum fortunis insigne detrimentum inferretur, leges tamen suas, in membrana scriptas, unice servari, magno clamore nequiquam obtestabantur. Strepitu & tumultu exorto, cives ex templis concurrunt, suaque multitudine prædones tutantur, adeo ut aliquot Judæi occiderentur. Reliqui Judæi deinde omnes ex urbe migrarunt. Sic *Curia* Judæis liberata est. Auctores autem turbarum, quotquot explorari potuerunt, qui Judæis vim & manus intulissent, partim in vincula conjecti, partim pecunia multati sunt.

Illa tempestate Capitaneus fuit *Wilhelmus de Dobeneck* in *Brandstein*. *Fridericus* Marchio Brandenburg. Præpositus Herbipolitanus, frater *Casimiri* ac *Georgii* Marchionum, fuit Parochus noster: Vicarius ejus ad S. Michaelis *Pangratus Neudecker*.

Eodem anno *Friderici* Marchionis filii *Casimirus* & *Georgius*, cum consensu *Maximiliani* Caesaris, principatui præesse cœperunt, parente capto & per XX. circiter annos *Blasenburgi* honeste asservato. Verebantur enim, ne si pater diutius rebus præesset, irreparabile damnum toti provincie contraheret; quippe qui senex & mente captus non tam commodis popularium studebat, quam

quam mulierum & virginum amores sectabatur.

Hoc etiam anno, mense Febr. impostor quidam nomine *Franciscus Tripontinus*, qui per totum fere annum *Germaniam* pervagatus erat, *Curiam* venit, & plenissimam absolutionem de omnibus & singulis delictis & criminibus; scil. rapinis, incendiis, cædibus, incestu, oppressione pupillorum &c. imperitatus est iis, qui ad Hospitale in *Saxia* de *Vrbe*, quod ad sustentationem pauperum & propositis Clericorum infantibus extructum erat, larga beneficia conferrent. Literas ejus impudentissimas hic annectere debuimus, ut appareat, *Lutherum* non immaturo ardore impulsus, indulgentias impugnasse; quippe quarum turpissimo quatu Germanos non solum pecunia fraudari, sed etiam ad atrocissima flagitia impelli videbat.

Indulgentia pro defunctis.

Ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei *Francisci* Patris, & Filii & Spiritus S. Amen. Ad *Tripontinæ* sustentationem Hospitalis S. Spiritus in *Saxia* de *Vrbe*, pauperum, infirmorum & prosectorum infantum, in eo existentium; re-
B, quem animarum fidelium in sancto purgatorio purgantium, ut Dei misericordia & Summi Romani Pontificis potestate a pœnis purgatorii totaliter liberentur, sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster, Dominus *Nicolans*, divina providentia Papa *quin- tus*, post concessionem pro vivis, plenariam concessit indulgentiam animabus defunctorum, pro quibus daretur Eleemosyna, secundum arbitrium Commissariorum, in hæc verba videlicet:

„Quod si forte aliquis eorum prædictam quantitatem dicto Hospitali contulerit, pro animabus patris & matris, seu aliorum defunctorum, qui in sinceritate fidei, unitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, obedientia nostra & successorum nostrorum Romanorum Pontificum, contritione & confessione integra (si tempus affuit & possibilitas confitendi) ab hac vita migraverint, nos omnibus hujusmodi in Christo decedentibus, de misericordia Dei confitentes, de qua magis ac magis confidimus, in cœlis, quam nos ipsius auctoritate relaxamus in terris, omnem pœnam, quam post lucem hujus seculi pro purgandis peccatis pati merentur, autoritate prædicta misericorditer in Domino relaxamus pariter & dimittimus. Quod Sanctissimus in Christo Pater & Dominus *Leo*, divina providentia Papa decimus, confirmavit & approbavit. Et quia *Johannes Burger* dedit Eleemosynam designatam in *Bullis*, pro animabus *Cunradi Burger* & *Margarethe* uxoris *Cunradi* &c. merito tales animæ per modum suffragii plenariam consequuntur indulgentiam, & omnimodam peccatorum remissionem, juxta tenorem literarum

„tum Apostolicarum. Datum *Curia Regnitz*
„die 27. Mensis Februarii anno 1516.

Pro vivis.

In nomine Sanctæ & individuae Trinitatis
„Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. I-
„stæ sunt facultates concessæ Hospitali S. Spi-
„ritus in *Saxia de Vrbe*, ac benefactoribus &
„confratribus ejusdem Hospitalis.

„In primis *Honorius* Papa *quartus* conce-
„dit Magistro & fratribus ac procuratoribus,
„quod possint componere & absolvere de u-
„suris, rapinis, incendiis, præter Ecclesiarum
„incendia, & aliis rebus male & illicite ac-
„quisitis, si non inveniatur verus Dominus; i-
„tem commutare omnia vota, Hierosolymita-
„no duntaxat excepto, & absolvere de ho-
„ris Canonicis a Clericis intermissis. Item
„*Bonifacius* concedit absolutionem usurarum,
„homicidiorum & oppressionem parvulorum,
„& incestuosorum, & aliorum præmissorum,
„sicut *Honorius*. Item concedit benefacto-
„ribus remissionem septimæ partis injunctæ
„pœnitentiæ; ac benefactores & confratres
„facit participes Indulgentiarum, stationum
„urbis, & dedicationis S. Romanæ Ecclesiæ,
„& vult eos participare cum peregrinanti-
„bus Elemosynam, plenariam absolutio-
„nem in mortis articulo. Item *Urbanus*, Pa-
„pa *quintus* concedit benefactoribus & con-
„fratribus auctoritatem eligendi confessorem,
„qui eos semel in vita & in mortis articulo
„plenarie absolvat ab omnibus casibus, etiam
„sedi Apostolicæ reservatis, item excommu-
„nicat sententia majoris excommunicationis
„omnes impediens aut perturbans hoc
„salutare negotium, absolutionem sibi vel
„successoribus reservando. Item *Sixtus* Pa-
„pa *quartus* concedit, quod singuli utriusque
„sexus Christi fideles, tam Ecclesiastici quam
„seculares, qui in libro Sanctæ Confraterni-
„tatis descripti fuerint, secularem vel regu-
„larem Presbyterum, confessione diligenter
„audita, eis semel vita comite, ab omnibus &
„singulis criminibus & peccatis, nec non ex-
„communicationis sententiis & censuris eccle-
„siasticis, etiam occasione Simonie super or-
„dinibus vel beneficiis assequendis contractæ,
„& aliis casibus specialiter vel generaliter Ro-
„mano Pontifici & sedi Apostolicæ quovis
„modo reservatis, & propter quæ ipsa sedis
„merito esset consulenda (præterquam hæ-
„resis, rebellionis & conspirationis in perso-
„nam vel statum Romani Pontificis, seu sedis
„apostolicæ, & offensæ personalis in S. Ro-
„manæ Ecclesiæ Cardinalem, Patriarcham,
„Episcopum & Archi-Episcopum, ac Presby-
„tericidii) ac in mortis etiam articulo plena-
„riam omnium peccatorum, etiam excepto-
„rum, hujusmodi remissionem impendere
„possit, ita, quod si tunc non obierint, illam
„reiterare possit idem, vel alius Confessor sic
„electus; in aliis vero casibus totiens quoti-
„ens opportunum fuerit. Item Clerici de-

„scripti confratres possunt absolvi & dispen-
„sari in foro conscientie a confessore per eos
„eligendo a quacunque irregularitate, biga-
„miae & homicidii voluntarii duntaxat ex-
„ceptis. Item præfati confratres annuatim
„per totam octavam Pentecostes possunt eli-
„gere confessorem, qui eos plenarie absol-
„vat ab omnibus casibus, etiam sedi apostoli-
„cæ reservatis, præterquam a superius ex-
„ceptis. Item præfati confratres in descri-
„ptione confraternitatis seu receptione ha-
„bent benedictionem Papalem, & deceden-
„tes tempore interdicti, etiam a sede aposto-
„lica impositi, Ecclesiasticæ sepulturæ tra-
„dantur, sine funeris pompa, dummodo
„causam non dederint interdicto. Item di-
„cti Confratres participant annuatim in tri-
„ginta duabus millibus missarum, & totidem
„Psalteriorum, ac in omnibus bonis quæ fi-
„unt & fient in toto ordine, tam in vita quam
„post mortem in perpetuum. Item *Leo* Pa-
„pa decimus supra scripta omnia & singula
„confirmat, approbat, extendit & de novo
„concedit, prout latius continetur in literis
„suis, & singulorum Romanorum Pontifi-
„cum. Vniversis & singulis, venerabilibus
„Presbyteris, & cujuscunque ordinis regu-
„laribus nos *Franciscus Tripontinus*, utriusq;
„Juris Doctor Sacri & Apostolici Hospitalis
„S. Spiritus in *Saxia de Vrbe*, autoritate a-
„postolica ad partes *Alamania* Commissa-
„rius, notum facimus, qualiter die infra scri-
„pta dilecti nobis in Christo *Johannes Burge-
„rus*, cum uxore *Catharina*, *Matthao* & *Jo-
„hanne* filiis, devotione moti intraverunt
„in sanctam præfati Hospitalis Confrater-
„nitatem, ac in libro ad hoc deputato
„descripti sunt, & merito consequuntur o-
„mnes gratiæ facultates plenariasque pecca-
„torum remissiones, per summos Romanos
„Pontifices Confratribus concessas: Et nos
„auctoritate nobis commissa, facimus eos par-
„ticipes & consortes in omnibus missis, ma-
„tutinis, jeuniis, disciplinis, officiis, eleemo-
„synis, & aliis quibuscunque bonis, quæ fiunt
„& fient in toto ordine, tam in vita quam
„post mortem. In quorum fidem præsen-
„tes fieri fecimus, sigillo, quo in talibus uti-
„mur, munitas. Datum *Curia Regnitz* die
„27. Mensis Febr. anno Domini M. D. XVI.

Forma Absolutionis.

„Misereatur Tui &c. Dominus noster Je-
„sus Christus, per merita sanctissimæ suæ pas-
„sionis, dignetur te absolvere, & ego auto-
„ritate ipsius, & beatorum Petri & Pauli A-
„postolorum ejus, & Domini nostri Papæ
„michi in hac parte commissa, & tibi concessa,
„absolvo te ab omni vinculo excommunica-
„tionis, majoris vel minoris, suspensionis &
„interdicti, si quam incurristi: & restituo te
„sanctis Ecclesiæ sacramentis, & unitati fide-
„lium, absolvo te etiam plenarie ab omnibus
„peccatis tuis confessis, contritis & oblitis,
„& ac-

& a casibus etiam sedi apostolicæ reservatis, in quantum claves Sanctæ Majoris Ecclesiæ se extendunt, tibi concessum & mihi commissum est: & restituo te illi innocentiae & puritati in qua eras, quando sacrum baptismus recepisti, remittoque tibi omnes poenas in purgatorio debitas: claudo tibi portas inferni, & januas aperio Paradisi: bona per te facta & fienda sint in augmentum tuæ salutis & gratiæ divinæ: & si fuerit Sacerdos aut Clericus, dicatur: Absolvo te etiam eadem autoritate ab officio & horis Canonicis per te prætermittis, & a labe Simoniae seu irregularitatis, si quam incurristi. Infirmo autem dicatur: & si de hac infirmitate non morieris, eadem absolutio sit tibi salva pro ultimo tuæ vitæ spiritu in nomine Patris, & filii, & Spiritus Sancti Amen.

Johannes Roma
de mandato D. F.
Commissarii.

Conradus Molitor
Sacell.

Hæ sunt bonæ illæ literæ, quæ magno pretio emebantur, omniumque delictorum, etiam atrocissimorum (exceptis solis iis, quibus sedes Apostolica vel membra ejus lædebantur) veniam ac remissionem plenariam continebant. Ita vero Imperator, ac reliqui Principes & magistratus seculares omnibus injuriis & contumeliis exponebantur, & reis deinde impunitas & papalis indulgentiæ gratia tribuebatur.

1516. Anno MDXVI. die Martis nach Aller mann Fast-Nacht obiit *Petrus Rabensteinius* in *Dachau*; & die Veneris post Pascha etiam nobilis ac strenuus Vir *Conradus de Luchau*. Ambo in monasterio S. Francisci sepulti sunt. Item *Petrus Ochs* Quæstor (Castner) hoc ipso anno decessit.

Die Martis post Misericordias Domini *Pollippus de Feilzsch*, Eques in *Sachsgrün*, tunc temporis Capitaneus Weidenensis, in gratiam & salutem parentis *Henrici de Feilzsch* Equitis fundum in *Lasau* situm, qui quinque florenos census, annui præbet, monasterio S. Francisci obtulit, ut defuncto patri perpetua missa & dies anniversarius celebraretur.

Peregrinatio ad Formosam Mariam
Eo anno *Ratisbonæ* templum, quod *Formosa Maria* nominatur, conditum ac dedicatum est. Tantus illuc ex omnibus *Germaniæ* locis concursus fuisse fertur, ut una die ultra mille homines advenirent. Accurrunt agmine promiscuo clerici & laici, viri ac mulieres, pueri & puellæ, servi & ancillæ vel ab ipsis negotiis coeptisque laboribus, retinentesque in itinere instrumenta & arma, quibus domi usi fuerant, *Ratisbonam* petunt. Pars mulctras gerebat, pars circas bicornes, alii rastra & secures, pars falces, nonnulli tridentes & cætera arma agrestia & ridicula, quibus suas quisque operas peragere instituerant. Dies noctesque iter faciunt, spreta omni injuria cœli & tempestatum. Quidam ex

Menckenii Scriptoz. Rer. Germ. Tom. III.

somno & lectulis repente exiliunt, & omnem moram induendi damnantes, vix indulsio amicti viam accelerant; ut mirum sit, illos in itinere non obtorpuisse. Pueri propter locorum ignorantiam frusto panis se instruunt, brevem viam judicantes: atque ita bene jejuni quo tendebant, perveniunt. Qui ad locum peregrinationis veniebant, pecunias, argentum, gemmas, margaritas, imagines cereas & alia, quæ quisque in bonis suis habebat, obtulerunt. Tot ibi missæ legébantur, ut vix sacrificulus sacrificulo locum daret, quanquam & intra & extra templum Aræ plurimæ starent. Ibi ægroti convalescere: mortui in vitam revocari: multa insolita & mirabilia fieri, dum morbos suos adfecti singuli amittebant. Cæci visum oculorum recipere: claudi & membris debiles grallas, quibus paulo ante levabantur, in templo relinquere, gressuque libero & exultanti domos suas discedere. Atque hæc fuerunt ultimæ quasi fraudes in *Germania*, quibus diabolus sub Papatu miseris hominibus imposuit. Cum enim per doctrinam sanctissimi Evangelii, a *Luthero* sequenti anno instaurandi, terminum furoris sui, adesse plane intelligeret; voluit jam ultimum in media *Germania* debachari. Vbi quidem, Deo conivente, in superstitiosa multitudo tanta etiam miracula præstitit, quæ hodie fabulam sapere, & fidem omnem humanam excedere videri poterant, nisi majores re ipsa cognovissent, & scriptores locupletes testarentur. Duravit hæc peregrinatio annos sex & amplius, sed postquam diaboli rabiem Deus amplius non ferebat, paulatim defecit, res etiam insolitæ ibi cessarunt. Quæ hic ideo memoranda duxi, quoniam hæc peregrinatio non minus ac illa, quæ in *Grimmenthal* fiebat, parentibus nostris satis nota, & *Formosa Maria* ubique per totum ferme orbem decantata fuit.

Jam, ut in auctorem peregrinationis hujus inquiramus, certissime constat, *Baltasarum Hubmeyerum*, Theologiæ Doctorem fuisse. Qui propter eloquentiam & eruditionem primo Professor & Sacerdos *Ingolstadtii* ad B. Virginis factus est, deinde *Ratisbonam* accersitus, tanta contentione & ardore animi publicis concionibus in Judæos detonuit: (ostendens, quæ mala & incommoda non solum ex falsa illorum religione sed & usuraria pravitate in universam Germanorum gentem derivarentur) ut Senatus ejus civitatis permotus ab Imperatore *Maximiliano I.* Judæorum expulsionem peteret. Quo facto, Judæi extremo Februario anni MDXVI. ex urbe Ratisponensi non sine negotio expulsi, Synagoga destructa, in ejusque locum templum sive sacellum *Formosæ Mariæ* conditum ac dedicatum est. Initio cum alius atque alius illuc templi visendi causa veniret, & incommoda valetudine liberarentur; ad famam rei passim perlatam, magna illa peregrinatio habuit originem. Hanc & alias

Aaa

credi-

credidere quidam a Clericis per artes magicas & opem diaboli excitatam, ut muneribus ditarentur concurrentis plebeculæ. Idque hac ratione effectum, ut cor humanum in altare quoddam cum certis notis magicis & incantamentis carminum includerent: quare hominibus a diabolo adcurrendi libidinem injectam esse, & sic superstitionem invaluisse. Fuerunt certe monachi ad nulla non flagitia acuti & exercitati, & multi eorum callidissimi magi & incantatores solertissimi. *Hubmayerus* autem ille postremo tempore in Anabaptistarum sectam incidit, & *Ratisbona* in *Helvetiam*; inde post multa pericula, & captivitatibus exillique calamitates, *Nicolaiburgum Moravia* venit, ubi Anabaptistarum femina sparsit. Tandem *Viennam Austria* abductus, & a *Ferdinando* Rege Romanorum, cum longo tempore in vinculis fuisset, combustus est. Vxor ejus in profluentem coniecta & demersa. Ambo errores suos pertinaciter retinuerunt.

Anno MDXVII. feria 2. Pentecostes obiit vir venerabilis *Pangratus Neudeckerus* Sacerdos ad S. Michaelis: cui *M. Johannes Hollerus* successit.

Incendium Curia.

Hoc anno die Veneris post *Matthæi*, 25. Septemb. prædictum illud patriæ nostræ accidit incendium, ex quo magnam cladem traxit. Nam tunc alterum fori latus inde a viculo S. Michaelis ad portam usque inferiorem, porro tota platea *Orla* cum ædibus *Diaconorum* usque ad templum S. Michaelis, quinquaginta omnino ædificia & tria horrea funditus deflagrarunt. Ipsum templum S. Michaelis ægre ab igne servari potuit. Incendium ortum est ex incuria cujusdam puellæ.

Eodem anno die 5. Novemb. Curia natus est *Johannes Streibergerus*, deinde Doctor Theol. & Superintendens Generalis *Culmbacensis*.

Anno MDXVIII. avus meus *Petrus Widmannus* obiit, & in æde S. Michaelis sepultus est.

Anno MDXIX. Dom. post Pauli Conversionis, d. 30. Jan. *Caspar Geilsdorffus* decessit, parens *Johannis* ultimi ex hac gente. Situs est in templo S. Laurentii in suo facello.

Spectrum stupenda magnitudinis.

Tunc apud nos gravis pestilentia sævit, quæ & *Culmbaci* alibique in *Germania* grassabatur. Antequam *Curienles* hoc malum invaderet, homo niger, insolita corporis magnitudine per plateam vulgo *Mord-Gasse*, visus est, qui cruribus diductis utrumque vici latus pressit, & capite super ædificia multum eminebat.

Hunc avia mea *Walpurgis*, cum aliquando vesperi per plateam illam transiret, ipsa con-

spexit, tanto intervallo crura expandentem & novo spectaculo exterrita, cum inter pergendi refugiendique consilium hæsitaret, freta tamen Deo & sancta cruce, per mediam plateam procedere, atque ita ipsa crura viri subire ausa est: quoniam timebat, ne spectrum recedentem persequeretur. Jam ubi pervaserat, tanto fragore monstrum crura retro concussit, ut tecta plateæ omnia collabi viderentur. Tum pestis inscureta est, quæ in vico illo primum cœpit.

Erant vero temporibus religionis Pontificiæ & parentum nostrorum, hæc & alia spectra non rara vel insolita, sed dæmones passim quasi cicures (kurr) crebro & quotidie apparebant. *) Neque enim in ædificiis solum manifesto tumultuabantur; (cum nullæ fere domus in hac urbe esset, quam non spectrum aliquod aut tericulum ius specie infantis infestaret, & domesticos in culinis, cellis, stabulis, cubiculis & ubique lacesseret, atque adeo alloqueretur) sed etiam in publicis plateis variæ formæ multa spectra oberrabant, præcipue in latrocinali & ad macellum *Bey den Fleisch-Bäncken* ad quod *diabolus Johanni Schillero*, pannifici *Curienli*, cum per tenebras aliquando temulentus domum rediret, cervicem & caput in alterum latus ita distorsit, ut deinde per omnem vitam obliquo collo incederet, &c.

Anno MDXIX. Prætor civitatis nostræ (*Stadt-Voigt*) fuit *Johannes de Tandorff*, & post eum *Henricus de Tandorff*, qui anno MD. XXIII. die Jovis post *Martini* obiit.

Anno MDXX. feria quarta *Paschæ*, obiit honorabilis vir, *Vdalricus Jhan*, Præmissarius Ecclesiæ xenodochialis, ibidem sepultus.

Anno MDXXI. die Lunæ post Conversionis Pauli in nundinis, nobilis ac strenuus *Conradus Rabensteinius* in *Conradsreut* ab *Eberhardi de Feiltzsch* ministris in foro *Curienli* confossus, & in monasterio sepultus est.

Die Jovis post *Pascha* *Johannes Mordeisen*, postremus hujus gentis apud nos decessit, & in templo S. Laurentii tumulatus est. Ultima ejus uxor fuit *Catbarina Widmannia*, patris mei soror, quæ septem annos cum eo matrimonio vixit & virgo mansit.

Anno MDXXIII. *Quirinum Apollinarem* nostræ civitatis Medicum fuisse ferunt: quem *Alchymia* studium nunc divitem, nunc pauperem reddidit. Hic aliquoties equum sibi aluit, interdum pedibus rursus iter facere coactus est, prout artis alea ferebat (nachdem ihm seine Kunst ab-oder zugeleget hat.)

Wilhelmus de Grün in *Hoffeck* Capitaneus fuit.

Anno

*) Idem refert *Martinus Ant. Del-Rio* Lib. III. *Disquis. Magic. Qu. 3. S. V. p. 405. Ante annos centum, quo tempore nondum hæresis Lusberiana nata, Germania Dæmonum manifesta & crebra infestatione plenissima fuit.*

1524. Anno MDXXIV. M. Caspar Löbnerus, ope
 M. Caspar Löbnerus
 Evangelii-
 sta Curien-
 sium.
 Serenissimi Principis ac Domini *Friederici*
 Marchionis Brandenburgici &c. Præpositi
 Herbipolitani, & Parochi nostri Sacerdos &
 Vicarius templi S. Michaelis constitutus est.
 Primus ille fuit, qui apud nos publice ac li-
 bere sine ulla trepidatione Papatum repre-
 hendit, monachismum & alias superstitiones
 explofit, verbumque Dei sincere ac fideliter
 docuit. Anno etiam MDXXV. cives Curien-
 ses a rusticorum turbis sedulo dehortatus est.
 Sed jubente *Weigando de Redwitz*, Episcopo
 Bambergensi & Diocesano Ecclesiæ Curien-
 sis, aliquandiu ab officio pulsus fuit. Quo
 facta *Wolfgangus Teck*, Concionatoris mu-
 nus denuo suscepit.

Bona lite-
 ra & scho-
 læ contem-
 nuntur
 tempore Re-
 format.
 Hoc tempore non solum schola Curienfis,
 quæ antea florere sensim cœperat, sed etiam
 alia: passim in *Germania* valde defecerunt.
 Quia enim homines ex scriptis *Lutheri* co-
 gnoverant, Cleros & eruditos solos populum
 miserrime depravasse; factum est, ut omnes
 communi in eos odio flagrarent, & injuriis
 illos, omni occasione data, lacerarent. Er-
 go etiam, ob errorem istum, quod eruditi vul-
 go pro corruptoribus traducebantur (als we-
 ren die Gelehrten nur die Verkehrten) opti-
 ma sæpe ingenia per imprudentiam paren-
 tum a literarum studiis avocata sunt. Certe
 D. *Nicolaus Medlerus* non semel questus est,
Fabianum Fegbelmum, *Nicolaum Blechschmid*
 Senatores quondam Curienfes, atque multos
 alios ob præclaram indolem egregie in literis
 proficere potuisse, nisi eorum ætas in hæc
 tempora incidisset. Præterea, si qui literis ex-
 culti erant, ita ut Ecclesiæ vel scholæ infer-
 vire potuissent, relictis studiis, vitam vel po-
 liticam vel privatam ingrediebantur. Sic
Johannes Riebstein promotus Baccalaureus,
 Græcæ & Latine peritus, ex schola in Curiam
 transit; sic *Vitus Godicerus*, qui etiam Bac-
 calaureus SS. Theologiæ *Lipsiæ* creatus, &
 bis ad Clericatum initiatus erat, propterea
 quod Clerici omnibus odio erant, studia de-
 seruit & pannifex factus est. Ita etiam *Seb.*
Poelmannus, qui *Lipsiæ* itidem literis incubi-
 erat, item *Michael Hedler*, qui gradum Ma-
 gisterii Philosophici *Wittebergæ* adeptus e-
 rat, *Culmbacum* concessit, domicilium ibi fi-
 xit, & inter Senatores locum accepit. Hæc
 & alia exempla proponebant liberis suis pa-
 rentes, & ut officia potius addiscerent, per-
 suadebant. Quod nisi D. *Mart. Lutherus* a-
 liquot scriptis luculentis (quæ in Tom. V.
 Jenensi extant) summam scholarum utilita-
 tem & præstantiam commendasset, & inpr-
 mis Principes ac Magistratus ad illarum con-
 servationem instigasset, actum (ut puto) de
 scholis Christianorum atque omni disciplina
 fuisset.

1525. Anno Christi MDXXV. die Cathedræ Pe-
 tri & sequenti Dominica, quidam *Johannes*
 Loewe, Monachus ex nostro monasterio pro-
 fugus, instinctu Præceptoris *Nicolai Svorckii*
 Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom.

Zwickaviensis, apud nos sub dio & in cam-
 po aperto, vespertino tempore, magno con-
 cursu populi, in colle residens, Evangelium
 Matthæi c. V. sanatum in morem interpre-
 tatus est. Cum vero a civibus, qui partim
 antiquæ religioni, partim repurgatæ doctri-
 næ addicti erant, seditionis periculum im-
 mineret, Superiorum jussu ille concionator
 ex urbe relegatus est. Quod ipse in literis
 ad suos adstipulatores queritur:

„Gnadt vnd Friedt von Gott dem Vätter
 „zu vor, Lieben Brüder in Christo, Nachdem
 „itzundt viel falscher Lehr hin vnd wieder-
 „ausgehen, Euch möchten irrig machen in
 „dem Wort Gottes, will Ich Euch zu verste-
 „hen geben, was Ihr Euch in dem Haupt-
 „Stück Vnfers Glaubens, welches Christus
 „ist, halten solt. Das Wort ist Fleisch wor-
 „den, vnd hat gewöhnet in vns, Joh. I. Das
 „Wort hat geglaubt Maria, darumb wird sie
 „selig gesprochen vnd gepreist durch den
 „Heiligen Geist, Lucæ I. Seelig bistu Maria,
 „das du glaubet hast. Dis Wort ist Fleisch
 „worden, Joh. I. ein gantzer Leichnam draus
 „worden, darumb ward sie ein Tempel des
 „heiligen Geistes. Lucæ I. Vnd dis Wort ist
 „wieder gen Himmel gestiegen mit einem
 „krefftigen Leichnam, vnd wird nicht wie-
 „der kommen bis zum Tag des Gerichts.
 „Actor. I. Denn Niemandt steigt gen Himel,
 „denn der hernieder gestiegen ist. Joh. 3.
 „das war ein einiges Wort, das ausging vom
 „Vater, Joh. I. daraus folget nun, wer die-
 „sem Wort glaubt, das er ein neuer Mensch
 „were, wie Paulus spricht, Gal. 2 & 3. Zie-
 „het an den Leichnam Jesu Christi. Dis lehret
 „auch Christus selbst, Joh. 3. Es sey denn das
 „Jemand auf ein neues geboren werde, der
 „mag in das Reich Gottes nicht gehen; das
 „Ihr die Geburt wol verstehen mögt, nicht
 „aus Fleisch geborn, nicht aus den Samen
 „des Mannes, sondern aus Gott. Joh. I.
 „Nun lieben Brüder habt Achtung auf die
 „Wort des heil. Geistes 2. Cor. 2. Luc. 14.
 „Wo euch das Wort verkündigt wird ohn
 „alle Betriegerey, das Niemandt das Wort
 „recht predigen kan, es sey Ihm dann gantz
 „vnd gar abgestorben, aus eigener Lieb, aus
 „eigener Ehr, eigenen Gutdüncken, die
 „heimliche geistliche Sündt, die im Herten
 „steckt, die heimliche Hoffart gefelt Ihm selbst
 „wohl, führet das Wort Gottes auf der Zungen,
 „darumb wird das Wort Gottes zur Lügen
 „getheilt, vnd sucht nicht Gottes Willen,
 „sondern seinen eigenen Willen. Phil. 3. Wer
 „dis fühlet, kan Gottes Wort nicht handeln
 „noch wandlen. Denn Paulus spricht zum
 „1. Cor. 11. Ich gebe euch dies, das Ich vom
 „Herrn empfangen hab. Paulus wardt ein
 „neugeborner Mensch, sein hoffertiges
 „Hertz ward zurschlagen, do er sprach Act.
 „9. Wer bistu? Ich bin den du verfolgest;
 „daraus folget, das wir glauben, das Got-
 „tes Wort zum Gesetz treibet. Rom. 3. wie
 „Ihr vor gehört habt, seines eigenen Willens
 „abzu-
 „Aaa 2

abzusterben, daß wir nichts vermögen noch
 fühlen; denn vnser Verdamnus, Dorumb
 in dieser Anfechtung muesen wir still hal-
 ten, vnd mit vnser Vernunft nichts bauen,
 verzagen an allen Creaturen. Rom. 8. Col.
 3. das die Seel leer werdt von allen Ihren
 Kresten, sonst kan er nicht wissen, was
 Glaub sey, hat nur ein geforbt. Dann
 wurft dich Gott in die Hell, vnd sucht
 dein Hell nnd das Vrtheil deiner Bosheit
 selbst. 1. Reg. 2. 2. Cor. 4. darumb kan dir
 kein Creatur helfen, sind dir allzugering.
 Da mustu hengen an dem Wort des Glau-
 bens; wenn du wirst verlassen werden, das
 du meinst es sey kein Gott. Also führet
 Gott sein Wesen mit den auferwehltten
 Menschen, vnd weist Ihnen Ihr Vrtheil.
 Dann Gott sagt Matth. 7. welcher sich selbst
 richtet, den wird er nicht richten. Also
 bauet Gott seinen Tempel vnd lesset keinen
 Abgott drinnen; Esaiæ 6. Dann er will ein
 gantz Hertz haben; aus gantzen Kresten,
 aus gantzer Seelen, aus gantzem deinem
 Gemüt; aus gantzem Herten geliebt sein.
 Deut. 4. Da hörest du, was Gott von dir
 haben will, nicht zweien Herren zu dienen.
 Matth. 6. Darumb machet euch das Wort
 zu Tempel des heiligen Geistes, zum 1. Cor.
 3. wie Christus spricht, Joh. 14. Ich und
 mein Vater wollen ein Wohnung bey euch
 machen. Das ist die rechte Monstrantzen,
 da Gott innen wohnen will. Da hörestu,
 wie subtil Gott seinen Tempel bauen will,
 das er nichts vmb sich leiden kan, denn er
 will allein Gott sein. Exod. 20. Denn er ist
 ein Eiverer, darumb wirstu sehen, das Nie-
 mand hienauf steigt, denn der Her vnd
 geltegen ist. Also machet das Wort vnd
 wircket in dir, das Fleisch vnd Blut
 daraus wirdt, das ist lebendig. Darum
 spricht er Joh. 6. Trincket und esset, das
 ist mein Fleisch vnd mein Blut. Wer nicht
 glaubt, das es geschehen soll in Ihm selb-
 sten, der weis nicht was er thut, vnd nimbt
 Brod vnd Wein wie ein sicher, nimbt Ihm
 das zum Gericht, zum 1. Cor. 11. Spricht
 er hab In empfangen vnd beleugt sich selbst
 mit einen geltrengen Vrtheil. Darumb ist
 Gottes Eigenschaft nichts anders, denn das
 Er Götter aus den Menschen mache; Joh.
 10. Darumb mus ein solcher Leichnam
 aus dir werden, wie Christus Leichnam,
 denn er spricht selbst Matth. 12. Ihr seit
 meine Schwester vnd Brüder, darumb das
 Ihr glaubt vnd behaltet dasselbige Wort.
 Denn alle Schrift mus in Euch wahr wer-
 den. Matth. 5.

Von diesem Wort hab Ich zum Hof zwo
 Predigt gethan auf dem Feldt, am tag Pe-
 tri Cathedra, vnd Sontag darnach; Darumb
 hab Ich für die Obrigkeit gemußt, aber
 Christus ist warhaftig blicben, vnd die Men-
 schen Lügner. Es grüßen euch die vnbekand-
 ten Brüder hie in der Person, aber im Glauben

bekandte: Grüßet selber unter einander
 in dem Grufs des Friedes. Gott der Herr
 sey mit vns allen. Amen.

Hans Lew; der in Anfechtung
 Christlicher Lieb halben von
 Euch gestossen ist.

Hic autem de Nicolao Storchio (quem Jo-
 hannis Löwii præceptorem diximus) quæ-
 dam amplius memoranda sunt.

Nicolaus Storchius Zwickavia natus & pan-
 nifex fuit. Hunc diabolus contra verbum
 celeste, quod nuper admodum ex tenebris
 eluxerat, excitavit, & per somnia & visus
 fraudulentos eo perpulit, ut veritati divinæ
 obviam iret, clandestinas revelationes jactaret,
 eruditus pariter atque imprudentibus insi-
 diose fucum faceret, eosque a Lutheri do-
 ctrina averteret. Cujus rei expediendæ satis
 egregiam nactus est commoditatem. Nam
 cum Lutherus sapienti cura & consilio Du-
 cis FridERICI, Electoris Saxonie, donec
 Cæsaris ira paululum mitesceret, per an-
 num fere in arce Wartburgensi lateret; in-
 terea Nicolaus Storchius Wittenbergam advo-
 lat; & cum optimo cive suo Marco Strübne-
 ro, qui aliquandiu ibi studiorum causa mora-
 tus erat, errores suos clam (sicut & aliis in
 locis) disseminat, clericosque & pontificios
 reprehendit, quod in vera Ecclesia non es-
 sent. Esse novum & alium cultus divini mo-
 rem tenendum: per visiones & apparitiones
 cum Deo ipso colloquendum; & singulares
 revelationes postcendas. Hoc nempe Stor-
 chio & sociis ejus, tam viris quam feminis;
 solenne erat, ut per somnum; imo vero vi-
 gilantes interdum ex diabolo præstigiis visio-
 nes creparent, res obscuras explicarent; &
 futura vaticinarentur. Porro idem fanaticus
 seculares magistratus reformandos esse doce-
 bat. Eos enim iniqua & nefaria multa pa-
 trare: Omnem potestatem penes paucos im-
 pios esse, qui privata commoda publicis ne-
 cessitatibus haberent potiora. Itaque Deo-
 visum esse, magistratus pravos extinguere, in-
 eorumque locum justos, sanctos & innoxios
 alios substitui: inter quos ipse Storchius mo-
 derator & arbiter consiliorum omnium omnia-
 que solus futurus esset. Gabrielem Ange-
 lum (quem rectius Diabolum dixeris) ad ip-
 sum accedentem, inter alia, quæ in tempo-
 re aperire nolle, his ipsum verbis allocu-
 tum fuisse: TV IN THRONO MEO RESI-
 DEBIS! quæ eo spectare contendebat, ut
 ipse princeps novi terrestri imperii constitu-
 eretur. Quod si quis fidem dictis ejus ha-
 beret; hunc denuo baptizabat, dicens, prio-
 rem baptismum, ab impietate sacrificulorum
 profectum, inutilem esse atque irritum.

Ex quibus omnibus, & cum Storchius pas-
 sim in Germania circumiret, numerumque
 sectatorum colligeret, item Thomam Mün-
 tzeriam, primo Zwickavia, deinde Alstadii
 Sacerdotem, fanatica lue corrumperet, qui
 malum

De Nicolao
 Storchio.

Ejus erro-
 res.

malum illud pro concione & alibi latius propagabat; tandem rusticorum turba, & Anabaptistarum furor, nec minus Sacramentariorum pestis emerferunt.

Porro *Storcbius*, qui non diu in eodem loco subsistebat, suasque fraudes fere omnes per silentium tractabat, & ad exemplum fatana, in tenebris furta & flagitia machinabatur, mox tum *Witteberga* discessit, sed tamen socium & administrum *Marcum Stübnerum* reliquit. Qui, quod antehac literas attigisset, viam ad *Melancthonis* amicitiam sibi parabat. *Philippus* hominem aliquandiu domi suæ habuit, accuratius scrutaturus, quodnam ejus & *Storcbii* dogma esset, quove scripturæ fundamento amborum causa niteretur.

Stübnerus præcipuum sibi a Deo facultatem explicandæ scripturæ datam, profitebatur, etiamsi in illam non amplius impenderet studium ac meditationem: inspirationem & vim Spiritus Sancti omnia, quæ dicenda forent, sibi sine negotio suggerere. Facile intellexit *Philippus*, hæc & alia ex sinistro & seductore spiritu profertur; neque tamen hospitem suum confestim damnare voluit. Sed cum præterea variæ turbæ propter imagines &c. *Wittebergæ* quotidie gliscerent, & ipse solus omnibus controversiis componendis par non videretur, *Lutbero* scripsit, ut tandem ex *Pathmo Wittebergam* ad Ecclesiam suam rediret, & errores invalescentes aboleret. Quod factum est. Postquam ergo *Lutberus*, ineunte Martio anni MDXXII.

Wittebergam reversus, fanaticorum motus compræsserat (die Irre Geister zu Dusch gelauffen); & sua concione velut tranquillitatem ac silentium fecerat: id agere apud eum *Melancthon* cepit, ut *Stübneri* causam & dogmata ipse cognosceret. Quamquam vero ægre adducere *Lutberus*, ut febriculosi hominis (Geiferer) somnia audiret: precibus tamen *Philippi* tandem annuit, & *Stübnerum* ad se arcessivit. Accedit ille ad *Lutberum* & *Melancthonem*; cum alio quodam *Johanne Kellero*, quæque sentiat, exprimit. Ad quæ *Lutberus*, quod meræ nugæ putidæ (citel lame Fratzen) & deliria humani cerebri essent, nihil respondit, sed utrumque monuit, viderent, quæ agerent! eorum enim dicta nullo verbi divini fundamento nisi: vana esse somnia, & otiosorum deliramenta, & a sanatico spiritu profecta. (Sic solten zusehen, was sie ansengen, sitemabl. ihr Ding in Gottes wort keinen Grund bette, war allein erräumer, und von müßigen Köpfen erdacht, und von einen Schwindel-Geist eingegeben). Ad quam vocem *Martinus Kellerus* importune se gerere, pedes manusque more furentium: jactare, acriter in *Lutberum* investus: anne levem adeo fidem tam sancto viro haberet, ut tali eum suspicionem onerare non erubesceret? ipsum præclaris miraculis causam suam abunde confirmaturum: de quibus *Lutbero* quidem non magnopere laborandum

foret. Deinde ambo, quoniam eorum flagitia *Lutberi* præsentiam non ferebant, *Witteberga* abeunt, contumeliosas literas emittunt, aliæque loca, in quibus facilius ipsis credatur, sibi quærunt. Passim in *Germania* imprudentem plebem, imo aliquot ex doctioribus in errores suos implicant: donec anno MDXXV rustici tumultuarentur, & post decennium *Monasterii* in *Westphalia* Anabaptistæ gravissimas turbas darent.

Storcbius Witteberga (ut prædiximus) profectus, illo tempore per alia loca & urbes vagabatur, & sua dogmata nunc hic, nunc alibi magno studio disseminabat. Anno MDXXIV. pervenit quoque *Curiam*, quasi opificii causa iter faceret, & aliquantisper *Simoni Klinger*o Consuli & pannifici hujus civitatis operas suas præstitit. Vbi cum paululum vires collegisset, redit ipsi suos mos suumque ingenium, & sicut alibi, ad se convertere homines tentat. Opificibus & reliquæ plebi nugas suas imprimit, disputat cum eruditis de novo suo dogmate. Mox sectatores ejus fiunt, non solum pannifices horumque ministri, sed & aliquot monachi, item *Johannes Hauptmann* & (quem jam ante memoravimus) *Johannes Löwius*. Qui omnes hanc fere ob causam ipsi adjungebantur, quod scripturæ loca crebro allegaret, & tamen laicum se profiteretur, qui nec literas sciret. Sed prudentiores quidam, ipsum ex monasterio quodam aufugisse suspicabantur. Porro gloriabatur, Angelum *Gabrielem* ipsi multoties sese videndum offerre, cuius & monitu, quæ opus essent, facta, institueret. Eundem sibi lautissimos, quosque cibos & potus adferre, ut persæpe generosissima vina varii generis, & epulas scitissime præparatas aliasque bonas res sociis suis apponeret, qui non sine causa ad eum transirent. Præter ea (quippe artium magicarum aut ipse peritus, aut certe hujusmodi sociis stipatus) homines domi falsa imagine *Gabrielis* sui subinde ludificabatur, ipse interdum se magnifico apparatu, quasi angelus ille, sistebat, alloquebatur eos & nunc hoc, nunc aliud, quod apullimum erat, doctrinæ suæ, præcipiebat. Quibus dolis & miraculorum commentis tota fere civitas in admirationem ejus versa stupebat, & imperiti homines *Storcbium* vere divinum Prophetam existimabant, cui Deus ipse appareret, quem ministerio *Gabrielis* mira ratione aleret, sicut *Elliam* olim & *Danielem*.

Tum nulli non homines tantas res literis & posterorum memoriæ commendabant, ignari quippe fraudum. Namque *Storcbius* & socii, simul & duodecim ejus Apostoli, quos hic collegerat in omnem *Germaniam* dimittendos, civibus carnes, epulas, vina & cerevias, a nemine nisi aliquandiu furim abstulerant, & sub specie, quasi hæc omnia ab Angelo sibi afferrentur, tamdiu luxuriose vivebant, donec aliquoties in furto deprehensi & scæde multati, clam ex urbe

De Marco
Stübnero.

Storcbii
motus Cu-
ria.

Colloquium
Lutberi
cum Stüb-
nero.

se proriperent, & ad alia loca se conferrent.

Sed *Storchius* ille mendax, qui, dum *Curiæ* morabatur, Deum & Gabrielem adeo familiariter sibi iactaverat, ut ab iis aleretur, & omnia, quæ agenda, quæque omittenda forent, & genuinum sensum scripturæ haud falsis & obscuris visionibus disceret; iudicio divino longinqua tandem febri correptus est. Qua cum præter morem suum diutius eodem in loco detineretur, impiis verbis Deum incusavit. Initio morbi quandam æquitatem animi præ se tulit, dicens: „*se carum Deo filium esse, & ideo adversa laborare valetudine, quo magis homines se intuerentur, suosque mores sanctos ac divinos cognoscerent & imitarentur.* Sed mali pertinacia simul omnem constantiam, siue veram siue mentitam, ademit, ut execrandas voces in sanctissimum numen evomeret: „*Deum vel maxime invitum sibi opem ferre oportere, alias non esse Deum verum, sequi illum abjuraturum (Es solte und müste ihm Gott helfen, er wär sonst kein rechter Gott, und er wolte seiner verlaugnen).* In quo cum reprehenderetur a magistro suo pannifice & aliis, qui eum ad patientiam, submissionem animi & preces adhortabantur, impie respondit: „*Vim Deo faciendam importunis verbis necessitatemque imponendam esse, si miracula edere, & facili hominibus auxilio succurrere deberet: quod si supplices verba precantia adhiberent, surdum & inexorabilem fore. (Man müste Gott im Himmel mit Gewalt überschnurren und überpochen, wann er sich mit Zeichen und Wundern, auch mit gewieriger Hülf gegen den Menschen erzeugen solte: Sonst, wenn man so gelind mit bitten, beten, oder betteln mit ihm handelte, so wär er kein gut).* Hinc manifeste intellexeris, quo spiritu agitatus *Storchius* hæc locutus sit. Ipse vero nihilominus apud stipulatores vir magnæ auctoritatis atque potentia habebatur, qui eadem, qua *Lutherus*, puritate verbum Dei doceret: donec clandestina fuga se subtraheret. Tandem in *Bavaria* in xenodochio Monachiensi inortuus est, quo anno MDXXV: cum seditiosi ejus sectatores male ubique acciperentur, ignotus profugerat. Sed redeo, quasi ex longo diverticulo in viam.

Hoc anno MDXXV. rusticorum seditio in plurimis *Germaniæ* partibus contra Superiores & Clericos exarsit. Quædam furiosorum factio apud *Plaviam* coit, accessione sociorum se auctura; unde *Curiam* quoque in partes suas sollicitabant. Et erant non pauci nostrorum civium, qui nugas *Storchii* de abrogatione Magistratum novæque libertatis fundatione in recenti memoria tenebant, præcipientes jam tum animis quandam voluptatem illorum temporum, quibus soluti labore & ærumnis, soluti tributis & vestigalibus, omni rerum copia divites & Domini futuri essent, cum Princi-

pum ac Nobilium, Episcoporum & Clericorum fortunas occupassent. Itaque jam prope erat, ut *Plaviensibus* se sociarent, iisque ferrent auxilium, nisi Deus clandestina eorum consilia severissimo Magistratus edicto cobibisset, ut conatu protinus desisterent. Neque defuere Mag. *Caspar. Loebner*, *Wolfgangus Tech* alique pii viri, qui pro concione homines nefariorum societate graviter avocabant. Alioquin facile futurum erat, ut nostra patria, turbulentorum consiliis implicata, miseras & extremam calamitatem pariter cum iis incurrisset: quippe tum maxime homines abundantia rerum & annonæ vilitate lascivientes (ut fit) res novas concupiscebant.

Cum illo tempore Evangelium & verbi divini puritas doceri apud *Curienses* cœpisset, *Wigandus de Redwitz* Episcopus *Bamberg*. Diocesanus vehementissime resistit. Quapropter *M. Caspar Loebnerus* ex æde *S. Michaelis* in cœnobiale templum concedere jussus est; ubi singulis hebdomadibus semel liberrima voce, ingenti fiducia atque constantia verbum Dei sincere docuit, Papatum fortiter castigavit, & præter cives, aliquos ex monachorum ordine eo adduxit, ut puriora sacra sequerentur. Tandem severo Episcopi imperio compulsus, *Curiensem* Ecclesiam ad tempus reliquit; anno autem MDXXIX. post transactionem *Georgii Marchionis* cum Episcopo *Bambergensi*, revocatus est ad sacerdotium.

Anno MDXXVII. 21. Sept. die *Matthæi* *Buda* in *Vngaria* decessit *Casimirus* Marchio *Brandenburgicus*, *Stetini*, *Pomeraniæ* &c. Dux, *Burggravius* *Noribergensis* &c.

Circa hoc tempus *Nicolaus Medlerus* *Curiensis* *Egra* (ubi *Ludimagister* aliquandiu fuerat) ad nos venit, idem officium suscepit.

Anno MDXXIX. die 7. Martii hujus anni obiit *Johannes Riebstein* Senator, qui antehac (ut diximus) *Ludimagister* *Curiensis* fuerat. Sepulchrum ejus est in templo monasteriali, ubi in suggestum ascenditur. Lapidis hæc verba inscripta sunt: IOHANNIS RIBSTEIN, VIRI CONSULARIS DOCTI ET PIÛSSA SVB HOC LAPIDE CONDVTVR, QVINTO MARTII ANNO M.D.XXIX.

Eodem anno *Agnes Pirneria* siue *Pireria*, virgo pia & ætatis provecæ decessit, quæ sylvam (den Haag) in emolumentum illorum, qui ex sua stirpe pauperes essent futuri, Senatui nostro tradidit, ut quotannis quindecim floreni census nomine illis darentur, qui inter heredes & posteros *Fabiani Fegelmii*, *Hinconis Narr* & *Johannis Gossmann* indigerent. Sylva illa nostro tempore, juxta quorundam æstimationem, quingentorum florenorum pretio emi non poterat.

Dominica post *Egidii*, quæ erat XV. post *Culms* *Tram-* *vimus* *is*.

Storchii a-
gratantis
impia ve-
stis.

B

M. Casp.
Loebner pel-
lurus Curia.

1529.
Mors Jo-
hannis
Riebstein.

Curienses
agraru-
ficorum
factione co-
hibentur.

re reformatur Curia.

Trinitatis festum *Curia* in templo S. Michaelis missa Germanica instituta, & Evangelium palam sine timore atque impedimento doceri cœptum est. Jussu etiam Principis ordinatio Ecclesiastica per M. *Casparem Löbnerum* composita fuit. Episcopus Bamberg jurisdictioni suæ Ecclesiasticæ renūciavit, eiq; aliis quibusdam juribus satisfecit Marchio *Georgius*. Monachi *Thomas Modelius*, *Erhardus Döbs* alique plures Evangelio nomen dederunt; reliqui ex monasterio profugi, fortunam alibi experiendam decrevere; gloriantes, se per occultum porticum fornicatum non semel ad moniales transiisse, cum iisdem lavisse, aliaque ludicra & obscena exercuisse. Veteranis fratribus *Wolffgango Knolio*, *Adriano Fischero*, &c. ad mortem usque in cœnobio alimenta præstita sunt.

Jobannis Geilsdorfii ædus.

Eodem anno die Lunæ post Nativitatis Mariæ, 13. Septemb. *Jobannes Geilsdorfius* in templo S. Michaelis aram S. *Wolffgango* dicatam (quam parens *Caspar Geilsdorfius* & frater ejus statuerant) singulari ardore pietatis actus destruxit, Sanctorumq; reliquias e S. sepulcro ne amplius superstitionis & impietatis forent materies, sustulit. Quod factum, utpote privata auctoritate susceptum, multi in pejorem partem verterunt.

1530. Ornamenta ecclesie in fscum rediguntur a Georgio March.

Anno MDXXX. die Martis post Erhardi, die 11. Jan. *Georgius* Marchio, *Georgii Erikerici* Marchionis Brandenburgici parens (qui bona ecclesiastica Principatus sui majori ex parte in fscum redegit) ex templis & monasteriis omnia aurea & argentea vasa, calices, arculas Eucharistice, imagines & reliqua pretiosa, ut defuncti fratris *Casimiri* æs alienum dissolveret, *Culmbacum*, *Onolsbacum* & *Schwobacum* asportari, & numos exinde cudi jussit. Nostrorum quoque templorum ornamenta ex parte sumit, & ex utroque monasterio, & æde S. Laurentii ac S. Michaelis duas trahas (schleiffen) avexit, auro & argento ornatas. Inter alia fuit imago argentea cubitalis B. Mariæ, quæ Jesum auro solidum in manibus gestabat: & hoc lignum ex monialium cœnobio detractum est. Ita vero templorum Curienfium ornamenta nimium rauerunt (der Kirch Ornat ist ziemlich geläutert worden) & singulis eorum vix amplius, quam unicus calix remansit. Sed hanc jacturam Principes clementissimi aureis quali compensarunt Sacerdotibus, quorum diligentia civitas æternæ salutis fructum, & celestis thesauri possessionem obtinuit.

Illis temporibus Capitaneum habuimus D. *Christophorum de Beilwitz*. Prætor post *Casparem* Bohemum factus est *Jobannes de Heidenab*, sacerdos templi S. Michaelis fuit M. *Caspar Löbnerus*; M. *Jobannes Bachmannus* sacerdos xenodochialis; D. *Jobannes Rumpferus* senior, Medicus; *Nicolaus Medlerus* Ludimagister.

Die Stephani, *Nicolaus Medlerus* Ludimagister Curienfis a *Casparo Löbnero* Diaconus templi S. Michaelis ordinatus est: ut præter labores scholasticos, Evangelium & verbum Dei doceret, Pontificiorum superstitiones ex animis hominum evelleret, atque ita M. *Casparem* in officio fideliter adjuvaret. Quo facto, certatim ambo virilibus animis in idem propositum intenti, ceremonias antiquas alias post alias abolerunt, & veritatem divinam pure magna contentione prædicarunt. Sed occulti quidam hostes Evangelii his duobus viris acerrime resisterunt, eosque adeo a munere sacro depellere astute conati sunt. Cum primis D. *Christophorum de Beilwitz*, Curiensem Capitaneum intensissimum adversarium experti fuere, adeo ut ad *Lutherum Wittebergam* ambo literas dederint, fidelissimumque ejus consilium in tam afflictis rebus petierint. Quibus anno sequenti die 7. Junii *Lutherus* ita 1531. rescripsit:

Persecutio Sacerdotum Curienfium.

MARTINVS LV THERVS.

Venerabilibus in Christo fratribus Casparo Löhnero, Ministro verbi, & Nicolao Medler Ludimagistro. Curianæ Civitatis fidelibus. Gratiam & pacem in Christo.

„Legi vestras litteras, Optimi fratres, in quibus consilium meum petitis: an concedendum sit hostibus illis vulpinis Evangelii apud vos? Ego vero arbitror, nullo modo cedendum esse, ne velut mercenarii deseratis oves. Pergite itaque in officio suscepto, & ab Ecclesia vestra approbato ferentes omnia, quæ ferre oportet, donec vel vi vos ejiciant, vel mandato proscribant Principis, alioquin furori Satanae non est cedendum. Non soli estis, qui talia patimini. Est omnium nostrorum persecutio scilicet domestica, & a nostris fratribus (nomine) sub optimis Principibus. Sed quia ab externa persecutione liberi sumus, & Evangelium absque persecutione esse & crescere non potest: ferenda est ista, saltem domestica. Es wil und muß doch gelitten seyn, sive intus, sive foris. Fortes igitur estote, & tollite hanc crucem post Christum, & invenietis requiem animabus vestris! Ipse Deus Dux & consolator noster servet & soletur vos Spiritu suo principali, Amen. Wittebergæ die 7. Junii anno 1531.

Interjectis quinque hebdomadibus, die Margarethæ, M. C. *Löbnerus* in pago *Erelbach* prope *Noribergam* oriundus, Sacerdos Curienfis, quam uxor ejus esset puerpera, simul cum amico & collega *Nicolao* palam (bey Sonnenschein) a D. *Christophoro de Beilwitz* ex urbe ejicitur, sub hac quidem specie, quod acerbius in pontificiam religionem locuti forent, ex quo Principi multæ molestiæ magnamque odium oriri posset. Re autem vera nonnulli expulsos dicebant, quod nimiam avari-

Ejicitur ex urbe.

*) In Supplemento Epistolar. Lucheri, quod D. Rüddeus edidit, n. CXCVI. lii duo vocantur *Ministri Verbi* in urbe Cignæa.

avaritiam & ufuras, publicas & occultas rapinas, aliaque multa flagitia, quæ a Nobilibus & iis, a quibus talia propter officii rationem prohibenda erant, ab eorumque filiis impune committebantur, ingenti animo reprehenderant, nullius nec gratiam nec auctoritatem respicientes. Itaque præcipites expellebantur, und solte es Gott von Himmel leid gewesen seyn. Quas injurias suorum quomodo tandem Deus ultus fuerit, & par pari retulerit, mox videbinus. *M. Caspar* exul, quod puerperam, *Conradi Feiltzschii* (qui avi mei *Johannis Ruperti Feiltzschii* frater fuit) filiam *Curia* relinquere coactus erat, ad proxima abiit loca, *Oelsnitiumque* pervenit, inde *Naumburgum* & tandem *Nordlingam* concessit. Filium habuit *Josua Löhnerum* SS. Theologiæ Doctorem, & in aula *Altenburgensi* Principis *Saxonie* Concionatorem, ubi diem obiit supremum anno MDXCVII. Erat hic exercitissimus piissimusque Theologus, ut ejus scripta testantur.

Nicolaus Medlerus Wittebergam petiit, ibique Magister creatus est anno MDXXXII. die 30. Januarii, deinde etiam Doctor Theologiæ. *Naumburgi* & *Brunsvigæ* verbum Dei docuit, & bonas scholas instituit; de qua re alibi uberius. Adfuit etiam, cum anno MDXLII. B. *Lutherus Nicolaum Amsdorfum*, in præsentia Electoris aliorumque Magnatum, ad *Naumburgensem* Episcopatum inauguraret. Obiit *Bernburgi* anno MDLI.

1534. Anno MDXXXIV. die Sabbati post Estomihi, 21. Febr. *Sigismundus* de *Mogvitz* fide publica Marchionis per *Curiam* cum aliquot equitibus transire voluit, atque etiam prius, veniam sibi a Principe datam, *Sebastiano Hedlero* Quæstori (Castner) indicavit. Quo facto, fidens ac sine ullo metu periculi urbem ingressus, ad domum *Hßleri* cum equis subitit, ut vires potu aliquantum reficeret, & alacrius deinde iter prosequeretur. Cum ædes a ponderandis mercibus ditatas in foro attigisset, occurrunt D. *Christophorus* de *Beilvitz* Capitaneus, *Caspar* de *Feiltzsch* & *Wilhelmus* Junior de *Dobeneck* ejus gener, duoque filii, omnes stringunt gladios, duriusque agunt cum *Mogvitzio*. Quin & Capitaneus tumultuario campanæ pulsû cives convocat, ex equo eum descendere & nequicquam ad Principis fidem semel atque iterum provocantem dare manus compellit. Præterea equos *Mogvitzii* verberat, quorum unus centum fere florenorum proxima nocte mortuus est. Post multas verborum acerbitates & ignominias captivum in arcem ducit, & in arcto conclavi (*Stüblein*) per dies quatuordecim militari custodia adservat. Quo comperto, *Georgius* Marchio *Wolfgangum* de *Schaumberg*, præfectum (*Ammann*) hoc tempore *Streitbergensem* cum scriba provinciali in montibus *Curiam* mittit, *Mogvitziumque*, omni causa cognita,

præstitaque *veteri Vrpbeda* sine ullo pretio liberum esse jubet. D. *Beilvitzus* autem, comitantibus filiis, clam ex urbe proficiscitur, & aliquoties ad Regimen Principis *Culmbacense* vocatus, contumaciter later, nec dicta die comparet. Tum vero Dominica *Lætare* Principis nostri clementissimi mandatum publice ex curia recitatur, omnesque cives in armis esse, & ulteriorem Principis voluntatem expectare jubentur. *Bombardæ* & tormenta in forum deducuntur. Postero die Martis *Wolfgangus Christophorus* de *Readvitz* & *Nicolaus Herdegen* cum equitibus aliquot adveniunt, mandato Principis instructi. Die Mercurii, ut universi cives viritum cum optimis armis præsto adsint, edicitur, qui ante curiam dicto audientes coeunt, inque duas turmas dividuntur. Vna *Zedvitzium*, altera *Braunsteinium* procedunt, quibus locis *Caspar* de *Feiltzsch* & *Wilhelmus* junior de *Dobeneck* habitabant. *Feiltzschius* in sede sua captivus fit Principis. *Dobeneckius* domo aberat. Arx quoque *Curienfis* die illa Mercurii cingitur, pons posterior rescinditur &c. & intra arcem lingua pervestigantur, *Beilvitzii* etiam uxori, ut intra biduum arce excedat, imperatur. Cui, præter suas filiarumque vestes nihil auferre licuit: reliquæ res Capitanei conjuge & filiabus renitentibus vanaque voce increpantibus, omnes arresto subiciebantur. *Tbirsteinii* (cui præfecturæ quoque ille præsidebat) idem accidit. Itaque D. *Beilvitzus* exul eodem die duabus provinciis excidit, dignasque (uti cives quidem accipiebant) propter expulsionem sacerdotum ante triennium, pœnas dedit.

Hoc ipso anno D. *Beilvitzii* filius *Caspar Ditericus* defunctus die Martis post festum Assumptionis Mariæ, & in ædem S. Michaelis illatus est.

Post Doctorem de *Beilvitz* fuit Capitaneus *Wolfgangus* de *Schaumberg*, & deinde *Balthasar Rabensteinius* de *Conradsvreut*. D. *Stephanus Agricola* (qui alias *Castenbauer* dicebatur) sacerdos ad S. Michaelis fuit per undecim annos. Anno MDXXX. a *Georgio* Marchione Brandenburgico in M. *Löhneri* exulis locum suffectus est. Hic ex numero illorum erat, qui anno MDXXIX. ad *Marburgense* colloquium convenerunt. Anno MDXXXVII. cum præcipuis Theologis Articulos *Smalcaldicos* subscripsit. Anno MDXLII. *Sulzbachium* in Palatinatu concessit, ubi gens ejus hodieque fama & felicitate viget.

Anno MDXXXV. die Lunæ post Viti, die 21. Junii *Drago* ultra partem dimidiam cum ipso templo conflagravit.

Hoc anno in vigilia Petri & Pauli quinque & viginti civium *Ambergensium* filii societatem inter se fecerunt, & in concavum illum vastissimumque montem, qui tribus ab *Amberga* milliaribus distat, ad pagum quendam *Bretenwind*, ingressi, in longitudinem nongen-

nongentorum ulnarum majorum (900. klaffter tief) processerunt, filum tenentes, cujus ductu retro exitum sine erroribus inveniunt. Omnes scalis, luminibus, cibariis & potu dierum aliquot instructi erant, quarum rerum singuli partem portabant. Tum vero rarissima monstra, palatia cum nativis columnis, faxis & imaginibus, porro arca, amnes cum sonitu labentes, fontes scatentes, omnia tamen tenebricosa, nulloque die illustrata apparuere. Jacebant immania gigantum ossa, multa cadavera putrefacta stupendæ molis: quorum aliquot in signum rei & admirationem hominum extraxerunt. Occurrebant hinc inde nunc viæ ambagibus perplexæ & angustissimi cuniculi, per quos alius post alium, more serpentum irrepere cogebantur: nuac tam spatiosa itinera, ut omnes pariter ac libere ingredi possent. Præficiebant sibi antesignanos, qui reliquos adgebant jurejurando, ut se sequerentur vel cum vitæ discrimine. Alter antecessit, atque cum res postularet, etiam omnium primus locorum angustias perreptavit; alter agmen clausit, ne quis, forsan retro elaberetur. Yunus ex quinque illis & viginti juvenibus, qui ferocior omnibus ante ingressum videbatur, a reliquis fuga distractus, filo duce, semianimis ex monte exiit. Alius multas herbas maceratas, ceras aliæque tetra crepundia (abscheulich Lappen-Werck) secum protulit; qui intra montem lapide ictus, plurimo sanguine effuso, a focus recreatus est, & parum absuit, quin alterum oculum amitteret. Neminem vero alium jactus hujus auctorem animadvertent, nisi femina speciem, quam spectrum esse suspicabantur. Denique, cum jam longius penetrare non possent, redierunt, omnes exanguis, truces oculos vesanosque vultus gerentes & semimortui ex monte extiterunt, in cuius latebris horas circiter octo hæserant. Hæc *Bartholdus Buchnerus*, Consul Ambergenlis, qui etiam socius itineris fuerat, memoriæ prodidit.

1536.
Mors Fri-
derici
March.

Anno MDXXXVI. die 4. April. obiit *Friedericus* Marchio Brandenburgicus, *Stetini* & *Dux*, *Bungravius* Noribergensis & Princeps *Rugiæ*, parens Ducum *Casimiri*, *Georgii* & *Friederici*. *Heilsbrunnæ* situs est. Neque ita multo post eodem anno *Genevæ* moritur filius ejus *Friedericus* Marchio Brandenburgicus, Canonicus Ecclesiæ Moguntinensis, & Præpositus Herbipolitanus, Parochus etiam Curienlis, cum in bello *Caroli* Cæsaris contra *Franciscum* profecturus esset. Hic ultimus Parochus fuit, qui & veterem parochialem Ecclesiam S. Laurentii & novam S. Michaelis per Vicarium administravit.

1537.

Anno MDXXXVII. in cæmeterio S. Nicolai nosocomium (Frantzosen Haufs) ædificari cœpit, cum templum S. Sigismundi destrueretur & lapides ejus ad hoc ædificium transferrentur. Rhythmi, qui ibi leguntur, annumque cœpti operis referunt, ita se habent:

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Im sieben und dreyßigsten Jar
Der wenigern Zal wie offenbar,
Nach Christi unsers Herrn geburt
Dis Lazareth erbauet wurd,
Das erste mal darinn die Stadt
Viel armer krancken Leute hat.
Aber da man drey und funffzig schrieb,
Griff Gott die Stad an mit Krieg
Vnd als der Feind sich sehen ließ,
Dis Hauß aus Norb man gar einriess,
Darnach im Jahr sechzig und drey
Verneuet man wieder das Gebu.
Herr Christ vnd Schützer aller Stedt,
Erbör deiner Gläubigen Gebet,
Wir bitten dich durch deine Güte,
Fortbin die Stadt für Krieg bebüt.

Veit Jodizer.

Non ita multo post facellum divi Gangolphi (zu St. Gehülften) ad superiorem pontem lapideum, postquam missæ alias illic institui solitæ desecerant, *Johanni Groen*, ad profanos usus, ad ligna & trumenta reponenda, venditum est. Circa hoc facellum olim undecim salices constiterant, quæ certissimum habebantur indicium visæ a peregrinantibus urbis Curia. Ob man auch wüßte, wo die eilf Weiden Beume stünden.

Hoc anno nosocomium in urbe veteri, in cæmeterio S. Nicolai absolutum, & die Martis, ad vincula Petri, 6. Augusti homines ægri in illud inducti sunt. Tunc & cœna Domini in templo S. Nicolai more Evangelico primum administrata est. In ædificationem hujus nosocomii *Henricus Keglerus*, senex civis septingentos florenos (ut fama est) donavit; qui etiam, ut domus pro pelle laborantibus (das Pestilenz-Haufs) extrueretur, cum *Johanne Geilsdorfo* auctor adjutorque fuit.

Anno MDXL. die Veneris, post Erhardi 1540.
9. Jan. *Johannes Schienerus* sartor, quod publico ærario Ecclesiastico, cujus minister & in domo pauperum curator fuit, rapaces manus intulerat, multaque inde surripuerat, gladio multatus est. Itaque etiam imago ejus, quæ in tabula juxta ærarium una cum *Andrea Palmanni* & *Johannis Weisû*, qui primi duo præfecti ærarii Ecclesiastici fuerunt, signis in templo S. Michaelis picta erat, anno MDLXXXIX. (cum illa tabula renovata in æde S. Michaelis erigeretur) colore oblita est: quod manifesto ibi apparet.

Anno MDXLI. d. 30. Augusti *Firscha* igne 1541.
consumpta est.

Hoc anno Marchio Albertus privilegia, quæ majores civitati & monasterio monialium dederant, confirmavit.

Eodem *Jacobus Schlemmer* Herbipolitanus ad preces Senatus nostri a *Philippo Melanchrone* ex Academia Wittebergensi Curiam missus est, ut Ludimagistri munere fungeretur. Qui quidem a pueritia pontificiis sacris innutritus & sacerdotio jam inauguratus, divina tamen gratia & scriptis Lutheri informatus, majorum religionem abjecit, patri-
monio

Bbb

monioque relicto *Wittebergam* se contulit. Inde Deus eum *Curiam* traiecit, & apud nos uxore ac liberis, honore ac divitiis beavit. Vide porro ad an. MDXLVI. & MDLXXX.

1542. Anno MDXLII. Dominica post Viti, d. 17. Junii, *Leonhardus Eberhardus Guntzbusa* oriundus, qui Culmbacenlis adhuc Diaconus fuerat, in locum *D. Agricolaë* discedentis sacerdos ad *S. Michaelis* Ecclesiæ Curienti præsentatus est. Fuit hic ardentissimus ac fidelissimus Dei Minister, qui insidiosæ doctrinæ Libri *Interim* acriter ac magno animo repugnavit, & simul cum aliis Ecclesiæ Brandenb. A ministris *Alberto* Marchioni, ne hanc formulam, tanquam latens & pestiferum animæ venenum, reciperet, diligentissime dissualit.

1543. Anno MDXLIII. die Jovis post Viti, 26. Junii *Adorsum* funditus igne periit; item eodem anno die Martis post *Bernhardi*, 21. Aug. vicus *Boben-Neunkirchen* conflagravit.

Mors *Georgii* March. Die *Johannis Evangelistæ*, 27. Sept. decesit *Georgius* Marchio Brand. &c. & *Heilsbrunnæ* tumultus est.

1545. Annus MDXLV. nobis fuit pestilentissimus, & homines admodum mille quadringentos absumpsit. In his calamitatibus *Erhardus Jognat* atrocissime cum affectis hominibus egit. Qui cum illorum suscepisset curam; ne uni duntius assideret, sed ut eo plus lucraretur pecuniæ, alios pulvino injecto, alios eliso guttore suffocavit, aliorum etiam capita inter cruciatus parieti impexit, & postea pecunias eorum, & quicquid avaritiæ arridebat, corripuit. Cum fœminis peste laborantibus, imò vero cum cadaveribus earum nefanda exercuit, tandemque ipsam uxorem suam, pedibus conculcatam exanimavit. Ergo sequenti anno dignissimam pro factis tulit mercedem. Ignitis forcipibus adustus & rota fractus est.

1546. Anno MDXLVI. feria II. Pentecostes Schola nova monasterialis, in qua nunc juvenus erudiri solet, aperta & occupata fuit. Cum ante hæc tempora pueri in schola veteri ad *S. Michaelis* bonis literis operam darent, illudque ædificium ob angustiam nec discipulis nec Præceptoribus capiendis sufficeret; Senatus decrevit, cum Cœnobium Franciscanorum, Monachis defunctis, ad *Albertum* Marchionem recidisset, pro ejus donatione Principi supplicare, & ibi scholam ampliorem instituire. Qua mente duo Senatores cum scriba publico *Johanne Baunicister Culmbacum* missi sunt, qui cœnobium (quod tanquam bonum ecclesiasticum cultui divino pridem consecratum, merito eidem relinquendum foret, & mutata religione, nunc ad alios pios usus adhiberi posset) humillimis precibus a Principe peterent. Veniam dedit bonus Princeps, & templum monasteriale cum reliquis ædificiis, annuos etiam redditus & fructus eo pertinentes, aliaque bona Ecclesiastica (quæ sub ortum Evangelii

ad fiscum Principis vocata fuerant) Senatui indulgentissime donavit. Actum *Blaffenburgi* anno Christi MDXLIII. die Lunæ post Oculi.

Tunc temporis *Wolfgangus de Wiersberg* in *Wildenstein* Capitanus; *Sebastianus Hedlerus* Quæstor, *Hieronymus Birner* Prætor, & *D. Johannes Rumpferus* junior post patrem Medicus Curientis fuit.

Hoc anno *Albertus* Marchio arcem *Hoben-Landsberg* in potestatem suam redegit, item *Königsbergam* oppidum in *Franconia*, quam deinde *Mauritio* Electori *Saxonia* pro LX. millibus florenorum vendidit.

Eodem d. 2. Martii, Ducis *Johannis Friderici* Elect. copiarum prima luce Marchionem *Albertum* nec opinato oppressum, ad *Rocklitium* cepere. Quod *D. Eberus* in *Calendario* suo d. 1. Martii factum scribit.

Mox die Jovis post Reminiscere, d. 10. Martii *Curia* jussu Electoris *Saxonia* ab *Herico Rutheno Gracienſi* & *Wilhelmo Thunserno* (vulgo *Tbunsbirn*) obsessa fuit. Qui cum ignibus maxima damna civitati inferrent, & graviora molirentur, oppidani, cum bellico apparatu ad sui defensionem carerent, necessitate coacti deditionem eodem die fecerunt, & protinus tria florenorum millia pro æstimatione incendii soluta sunt. Petierat urbs quam instantissime, ut Electori tanquam *Georgii Friderici* Marchionis tutori jurare liceret, item, ne contra Imperatorem ejusque socios ac domum Brandenburgicam bellare cogeretur. Quod cum rejiceret hostis, urgente publico periculo, præsentissimoque destituti auxilio, in hostium verba jurarunt. His ita gestis, nomine Electoris Sax. tres Nobiles *Christophorus de Feiltzsch*, *Johannes de Neuendorf* & *Christophorus de Dobenek*, administratores & consilarii *Curia* præfecti sunt; illis claves portarum omniumque rerum arbitrium permissum, & cohors peditum Electoralium civitati in præsidium imposita fuit.

Anno MDXLVII. die Veneris post Reminiscere, 1. Martii beate obiit *Johannes Prucknerus*, & in templo monasteriali cum hoc epicedio situs est:

I nvida Pontanum nostro mors abstulit
ævo:

O ssa sub hoc duro marmore tecta latent.

A t bene si meritis etiam post funera, famo

N obilis a sera posteritate manet.

N omine conspicuus poterit clarescere vivo,

E ximioque bona laudis bonore frui.

S ollicitus patria pro commoditate solebat,

P ublica privatis præposuisse bonis.

O fficia eximio gessit civilia honore,

N omen, Aristides, dignus habere tuum.

T emporis divinum funesto dogmo professor,

A rdebat verbi totus amore sacri.

N ec non pauperibus luctu deflexit acerbo

V icinus ille quibus semper amicus erat.

S ed longo nosos numero nososque reliquit,

C uria

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

1547.

*C. ura quibus tanta maxima laudis erit.
Vernanti quos Christe Tibi Pater attulit
ævo*

*R. obore ut augetes corda tenella Tuo,
Illius unanimes posuere hæc carmina nati
O sibus: in supera spiritus arce volat.*

Epitaphium ejusdem:

*Cassibus eripitur fato Pontanus iniquis,
Cum patrias premerent castra inimica
plagas:*

*Longæva numerans vitæ feliciter annos
Ultra bisseños lustra peracta decem.*

MoLLiter hæc tenVI CorpVs reqViesCIt In
Vrna;

SPIritVs æternI VIVIt In arCe patris.

1547.

Hi versiculi antea in æde monasteriali in pulchra illa & dulci tabula, quæ historiam Marti c. 10. de puerulis ad Christum adductis, pictore Luca Wittebergensi, eximie referebat, aureis literis scripti fuerunt. Quam post aliquot annos, cum perditum quidam nebulo nec omnia in templo illo frangerent, heredes Pruckneri detraxerunt.

Curia recipitur a Marchione.

Hoc ipso anno die Mercurii post Oculi, 16. Martii Wolfgangus de Wiersberg Capitaneus hora 4. matutina Curiam cum equis quinquaginta adequitavit, & per rubicinem quatuor ex Senatu & totidem ex civibus data fide ad se arcessivit. Quo facto, Senatus ad Præfectos Electoris accedens rogat, ut quæ futura credant, doceatur. Indicatum est, pridie sub noctem exploratores attulisse, quod tres equitum turmae & sex cohortes peditum Culmbacum venerint, quos periculum esse, iter ingressos jam cum agrestibus assumptis adventare. Itaque Senatores, quid hoc casu consilii essent capturi, sciscitabantur, dicentes, si illi vim instantem depulsi se confiderent, se jam in animum induxisse, quæcunque discrimina, vel ipsius vitæ una cum iis subire. Negabant Præfecti, satis sibi contra ingruentem vim virium esse, neque se auctores fore, ut Senatus & populus temere in perniciem ruèrent. Modicum esse præsidium, & aliquoties per literas postulata auxilia nondum advenisse. Itaque Præfecti Electorales Wiersbergensi Curiam reddunt, civitatemque jurejurando, quo Electori se obligaverat, solvunt, remittuntque eam ad Dominum pristinum. Wiersbergensis nomine Marchionis Alberti civitatem in fidem recipit, & Electorales Triumviros, ut intra mensem Blaffenburgi se sistant, adstringit. Præsidarios Electoris, ademptis armis, folisque gladiis relictis, sacramento adigit, ne intra sex menses contra Cæsarem aut domum Brandenb. militent. Qui misere ex urbe se proripiunt, hastasque longas direptioni plebis relinquunt. Tum Wiersbergensis, non constitutis muneribus publicis, aliisque

Menckenii Scriptor. Rec. Germ. Tom. III.

necessariis rebus, jejunos & festinanter per portam abiit, ita tamen, ut aliam cohortem armatorum in prælidium collocaret. Qui quidem post novem dies, metu externi periculi, retro Culmbacum migrabant, & apud nostros haud alio quam proditorum loco habebantur.

Hoc anno die Saturni post Jubilate, 7. Maji Johannes Geilsdorfus diem obiit supremum, ultimus suæ gentis Casparis Geilsdorfii filius.

Anno MDXLVIII. Curientes, quod anno 1548. præcedenti, Rutbeno & Thinsferno tam ignave (so liederlich; uti quidem Capitaneus Wolfgangus crimini dabit) deditioem fecissent, ab Alberto Principe quinque millibus florenorum multati sunt. Quod deinde ad id profuit, ut civitas sequenti bello & obsidione, quæ anno MDLIII. contigit, animosius se pro patria constantiusque gereret.

Curia multatus ætate.

Hoc anno M. Johannes Streitbergerus Brunsviga Curiam vocatus, & Schlemmero, tanquam Scholæ Inspector & Doctor primarius adjunctus est.

Anno MDXLIX. die 22. Junii obiit Sebastianus Hedlerus Quæstor, & in æde S. Laurentii sepultus est. Cujus filius Johannes, mortuo parente, prædium Jaspis-Stein possedit.

1549.

Anno MDL. Capitaneus fuit Georgius de Creutz; Johannes Langius Prætor; Johannes Rebbun Quæstor, & Thomas Vogelius Scriba Præfecturæ.

1550.

Anno MDLI. die Jovis post Oculi, 5. Martii Conradus Jabn Consul & ærarii Ecclesiastici Curator decessit, in monasteriali templo sepultus.

1551.

An. eodem die Jacobi Mauritius de Feiltsch Eques in Treuen & Henricus de Binau in Durrenhof in causa fuerunt, ut gravis in urbe Curienti tumultus oriretur. Johannes Henricus de Feiltsch tum occisus est. Fæda hæc & tristis res deinde ad Albertum Principem delata, qui Nobiles cum civitate per aliquot Commissarios in concordiam reduxit. Sed in animis Nobilium superfuerunt offensæ simultatum, adeo ut illi deinceps Henricum Burggravium Misniae & Principem Plaviae, cui subjecti erant, ad bellum urbi inferendum non parum instigasse vulgo existimarentur.

Tumultus Curia.

Die 7. Dec. Leonhardus Eberhardus, sacerdos Curientis decedit & futuris patriæ calamitatibus (quas sæpe prædixerat, dum globos ardentes super sanctum sepulchrum & circa illam urbis regionem volitari prævidit) subtrahitur. Situs est ante portam templi S. Laurentii, & lapis ejus gerit librum evolutum cum pedo pastorali ad officium ejus indicandum.

Die 21. Decemb. die Thomæ, hora 5. matutina,

Bbb 2

tutina,

M. Enoch
Widmann
auctor
Chronici
nascitur.

tutina, M. Enoch Widmannus natus est. Orto Apel Pharmacopola, vir probus, cum eodem die ex sacro fonte suscepit.

1552 Anno MDLII. die Martis post Epiphaniam, 12. Januar. inter horam tertiam & quartam matutinam, tam fæva tempesta tonitribus, fulminibus, grandine imbribusque hic & alibi exorta est, ut homines pavore & consternatione percussi, mundi finem adesse crederent.

Dominica 2. post Epiphaniam, Philippus Melancthon cum D. Erasmo Sarcero, D. Job. Paceo & Caspare Peucero, Philippi genero, jussu Mauritzii Electoris ad Concilium Tridentinum iturus, Curiam venit ibique pernoctavit. Statim de scholæ statu quaerivit, eamque visere voluit. Quem Senatus & Job. Pruckneri Senioris vidua Cretico aliisque vinis liberaliter donarunt. Philippus de proxima tempestate, cum ad mensam de illa mentio incidisset, ita locutus est: *Aur portendit Javam imperiorum mutationem, aut extremum diem.* Certè maximi motus per totum imperium Ro. obsessio Curia, aliaque funestissima bella consecuta sunt.

Philippi
Melancthon
vaticinium.

Die 12. Novemb. Marchio Albertus Carolus V. Imper. Merim obsidenti cum copiis suis auxilio venit, cum eoque ad octavum usque diem Januarii sequentis anni oppugnare urbem perseveravit. Sed sævitia frigoris multos homines exanimavit, urbs ipsa inexpugnabilis fuit. Septuaginta Curientes & amplius frigore & fame ad Merim extincti sunt, quorum nomina B. Jacobus Schlemmer Ludimagister Curientis in Historia Germanica de Bello Marchionis & obsidione Curienti ordine recensuit. Atque ita Meris fortissimum Germanorum sepulchrum ac cœmiterium appellata est.

Jacobi
Schlemmeri
Historia
Belli Mar-
chici.

1553 Anno MDLIII. prelio funestissimo ad Sivershusam commisso, die 31. Julii, hora 6. pomer. vetus oppidum nostri concremarunt, ne hostibus, qui quotidie adventuri timebantur, non inopportunum foret receptaculum; cum M. Streitbergerus mane illius die civibus pro concione indicasset, futurum, ut sub vesperam omnia ignibus comburerentur; ideoque ipsi quam optime quamque celerime sibi ac rebus suis consulerent. Ad quam orationem tantus miseris pavor incessit, ut aliqui præ incrore ac trepidatione futurorum temporum paulo post animam efflarent.

Die 1. Aug. quod hostes jam in conspectum venerant, etiam sanctum sepulchrum &c. incensum est.

ObsidioCu-
riae.

Die 7. Aug. Henricus Senior Misnia Burggravius & Dominus in Plauen Curiam sibi dedi per tubicinem postulavit. Die 9. hujus mensis in vigilia Laurentii nomine Regis Bo-

hemia, deditionem iterum poposcit. Quo facto, urbs statim ab Episcoporum Bambergensis & Herbipolitani copiis, & mox etiam a Domino Plaviensi obsideri cœpit.

Obsidionem hanc, & quæ ab initio usque ad finem ejus, diebus omnibus acciderunt, quæ de bello Marchico alias cognitu necessaria, quæ epistolæ & mandata hinc inde missa, ut urbs occupata sit non minus ab hostibus, quam rursus ab Alberzo Marchione, & quomodo hic tandem obierit; ea omnia Jacobus Schlemmerus diligentissime & accurate persecutus est. Liber ille, quem Senatui Curienti an. MDLXXIV. auctor inscripsit & donavit, ad usum posteritatis merito in curia studiose adservatur. Quo lectorem cupidum remitto.

Jacobi
Schlemmeri
Historia.

Die 27. Septemb. cum arctissima in urbe esset annona, militesque, qui in præsidio erant, contra hostes amplius pugnare recusarent, Curia deditionem fecit. Festo Michaelis, loco Regis Bohemia civitas in verba Plaviensis juravit, qui illam in fidem accepit, & cohorte peditum firmavit. Durante obsidione, ex nostris haud amplius nonaginta octo, ex hostibus vero extra urbem mille & quingenti perierunt.

Vrbs dedi-
tur.

Die 11. Octobr. cum Plavienses, qui urbem tenebant, ebrietate graves extra portam superiorem in campo haberent concionem; supervenit Marchio Albertus cum paucis equitibus, occupat milites ante istam portam, multosque illorum globulis perfodit & obtruncat: *) in ipsam adeo urbem pervadit, & tum maxime, qui furori ejus obvii erant, prosternit: ceteros ducit captivos, & in schola veteri & monialium cœnobio misere inclusos prope necat inedia. Quæque Plaviensium tormenta Culmbacum vehuntur. His ita gestis cives denuo Marchioni jurant, qui eos singulari clementia accipit, propter damna bono animo & spe plenos esse jubet; & urbem duobus signis peditum, quæ Culmbaco miserat, confirmat.

Recipitur
ab Alberzo.

Die 19. Novemb. Capitaneus noster Zolbnerus templum S. Laurentii, quod in obsidione Noribergenses occupaverant, & post etiam extremum suburbium concremari jussit, ut, si hostes ad urbis obsidionem reverterentur, horum locorum refugiis excluderentur. Quibus quidem omnibus facile quiesci poterat, quoniam nihil profuere.

Die 28. Novemb. anni MDLIII. Henricus Princeps Plavia (quod præsentem ad resistendum vires civibus non essent) Curiam iterum occupavit, & ad jusjurandum adegit.

Curia ser-
vium occu-
parur ab
hoste.

Anno MDLIV. 7. Febr. Princeps Plaviensis consilio & consensu Nobilium, qui Capiteo Curienti & sex Præfecturis subfunt, atque tunc temporis munimenta urbis destru-

1554.
Munimen-
ta Curia
destruun-
ere; tur.

*) In hoc tumultu mater Martini Crusii vidit militem quendam præsidarium sclopo ab ipso Marchione, nulla deprecatione valente, confici. Crus. in Ann. Svec. L. XI. P. III. c. 27. p. 690.

ere & solo æquare, quam copiis prædialiis defendere malebant; incenia, aggeres & propugnacula *Curie* dirui iussit. Ad quod cum civitas ægre posset adduci, & cunctaretur diutius; omni multitudini, quæ in sex Præfecturis, item quæ est *Monchberga, Helmbrichia & Schauensteinii*, severo mandato injunctum est, ut singuli suo victu per triduum operas conferrent; & cives cunctabundos adjuvarent. Quare destructio murorum & munitiorum die 15. Febr. demum acris inchoatur: & miseri homines inter durissimos labores male habentur. Quin adeo *Petrus Qpprensis*, præfectus militum, *Georgium Jabr* Consullem, qui rigidam urgentium vim æquo animo non ferebat, ferro propemodum confodit. Itaque vetusta *Curie* opera, quæ olim ab *Henrico de Weida* maximis laboribus & impensis excitata fuerant, misere diruuntur & (ut nunc quoque ante oculos est) solo æquantur. Confestim etiam tormenta omnia aliaque arma *Voigtsbergam* deducuntur.

Die 21. April. obiit senior *Wolfgangus Limnerus*, & in æde S. Michaelis tumulatus est.

Die 19. Maji *Henricus* senior *Misnae* Burggravius & Princeps *Plaviae* in oppido *Steinacensi* (zu Stadt *Steinach*), ubi durante bello commorari gestierat, epilepsia extinctus & die 25. mensis *Plaviae* sepultus est.

In vigiliis S. Jacobi *Johannes Tech* senior, vir consularis mortuus est & in templum S. Michaelis illatus.

Anno sequenti MDLV. Deus clementissimus mitiora *Curie* tempora indulgit. Quippe tunc non modo omnia opificia felici successu florebant; sed cuncta etiam, quæ vitæ necessitatibus inserviunt, parvo veniant: ut cives detrimenta rei familiaris, quæ belli sævitia attulerat, aliquantum rescirent.

Tempore, quo juvenes *Plavienses*, mortuo parente, *Curiam* in potestate tenebant, Capitanei munus gessit *Balthasar Fridericus* Nobilis Dominus de *Plantz*. Post *Thomiam Sperber* Prætor oppidanus fuit *Thomas Vogelius*.

1556. Anno salutis MDLVI. d. 13. Augusti, *Curia* (quæ post bella, Domini *Plaviensis* & eo defuncto, amborum filiorum fuerat) a *Joaehimo Schlickio*, Comite *Passaviensi*, Imperatoris Commissario, propter Marchionem *Albertum*, qui tum ab Imperio proscriptus erat, jussu *Caroli* Cæsaris, sacramenti religione obstricta fuit. Et hoc anno idem Comes novum tributum cerevisiarum (das neue Vm-geld) civitati, quo melius, damna resarciret, remisit.

Die 22. Sept. *Wolfgangus Schuldheissus*, Præfectus, xenodochii decessit, ibi sepultus.

An. MDLVII. die 8. Jan. hora 11. meridiana *Pfortzbeni* ex vita discessit serenissimus gene-

rosissimusque Princeps ac Dominus *Albertus* Marchio *Brandenburgicus, Prussiae, Sterini, Romeraniae, Cassubiorum & Venedorum*, ut & in *Silesia Oppoliae & Ratiboriae* Dux, Burggravius *Noribergensis* & Princeps *Rugia*: cum apud *Carolum* Marchionem *Badensem & Hochbergensem* affinem, & sororem *Cunigundam*, &c. per tempus *Pfortzbenii* commoratus fuisset. Princeps erat bellicosissimus, & heros *Germaniae* longe celeberrimus, qui pro libertate *Germanorum* ingenti animo pugnavit, & fortunas omnes, vitam & sanguinem, terrasque suas in discrimen offerre sustinuit. Die 10. Jan. prima, Dominica post festum *Epiphaniae*, hora 1. pomeridiana, Principis exuviae, quo decet honore, comitantibus aliquot Principibus viris, Nobilibus & universa civitate, christiano ritu, cantionibus & laudatione funebri, in templo parochiali S. Michaelis *Pfortzbenii* terræ mandatæ sunt. Campanæ quoque apud nos pulsatae & exequiæ magno luctu civium celebratae sunt.

Tunc *Wolfgangus Wiersbergensis* iterum, brevi tamen tempore, Capitaneus *Curien*sis fuit.

Hoc anno die 30. Martii *Georgius Fridericus*, Marchio *Brandenburgicus* &c. *Curiam* cum adjunctis præfecturis occupatam, sacramenti fide sibi obligavit: cui spectatissimus Senatus poculum (ein Credentz) septuaginta circiter florenorum (quia ærarium jam valde exhaustum, & publici reditus exiles erant) donavit.

Hoc etiam & sequenti anno templum S. Laurentii & deinceps xenodochiale, quæ belli tempestate partim a civibus exusta, partim ab hostibus everfa & lacerata erant, resecta, novisque altaribus, suggestibus aliisque rebus necessariis (sicut nunc apparet) exornata sunt. Pari modo arx & anno MDLIX. porta inferior, quas belli vis destruxerat, reparatae fuerunt. Renovatae portæ inferiori extrinsecus, suburbium versus hi rhythmici adscripti leguntur:

Weiland der hochgeborne Helden
Herr Marggraf Albrecht auserwehlt,
An Ebrn vnd Thaten weit bekannt,
Allhie in grossen Trauren sond
Sein Vnterthan in dieser Stadt,
So der Feind hart belegert hat:
Der teure Fürst, der zog fürüber;
Mit Glück die Stadt erobert wieder:
Sie war beschossen an dreyen Orten
Zum Sturm, vnd auch bey dieser Pforten
Vom Feuer vnd andern Kugln geschwind
Wißendlich herein gangen sind
Wol achzeben tausend vnd der
Zweyhundert sechs vnd dreißig mer,
So die Feind auschlügen ungebeuer
Das handgeschütz war da nicht zbeuer,
Zuletzt errettet sie doch Gott;
Vnd obgleich wohl geschleiffet hor
Der Feind die Mau; ist ihr ein Ebr
Vnd ist wegen der Gegenwehr

Mors Hen-
rici Plavi-
ensis.

1557.
Mors Al-
berti
March.

Gefchehen: dieweil zwey Monat lang
Dem Feind davor ist worden bang.
Solcher alles ist ergangen zwar,
Da tausend und funffhundert Jar
Funffzig und drey nach Christi Geburt
Der Jar zal nach gezeblet wurde,
Sechs Jar hernach ist diß Gebew
Wieder erbauet worden von new.

1559. Anno MDLIX. Johannes Paulus de Schaumburg Capitaneus fuit. Hoc etiam tempore *Mortuus Feilschmid* Wunligelienis, typographus clarus, qui in juvenili ætate literarum studia diligenter coluerat, Curiam migravit, officinam ibi primus instituit, nobilissimamque artem apud nos quoque propagavit.

1560. Anno MDLX. die Veneris post Ascensionis defuncta est nobilis matrona, *Anna, Wolfgangi Limmeri* senioris vidua, ex gente Nobilium de *Neuenmarck* orta. Sepulchrum habet in templo monasteriali.

1564. *Mors Thomæ Modelii* Anno MDLXIV. die 24. Sept. Dominica post Matthæi inter horam 3. & 4. matut. defunctus est vir venerabilis, pius & senex Diaconus *Thomas Modelius*, & hoc die hora tertia vespertina in Xenodochio sepultus. Fuit primo apud nos Monachus S. Francisci, sed mox ad Evangelium conversus, sacerdotium ad S. Michaelis diutissime gessit in perpetuo cælibatu. Morti vicinus reliquam pecuniam & supellectilem pauperibus legavit. Ejus funus hoc Epicedio amoris & grati animi ergo *Widmannus* adhuc juvenis ornavit:

*Turpis Hyana solet mandata cadavera
terra.*

Eruere, & fædis dilacerare modis.

At nos judicio mentis meliore valentes

Manibus innocuis solvere justa decet.

*Ergo refer nostro fimebria carmina Tho-
mæ*

*Pro meritis grates, mesta Thalia, re-
fer!*

*Namque ipsi semper commissum pascere coe-
rum*

*Verbum & salvificum tradere, cura
fuit.*

Cura fuit, cunctis studio prodesse fidei

Affidue, & pura fidere mente Deo:

*Donec ut emeritus sentio confectus & an-
nis*

Miles, non potuit munus obire suum.

*Sed tamen & Christum rade jam donatus
amavit,*

Perpendens animo fata futura suo

Nunc postquam Lachryis fatalia stamina rupit,

*Suaviter in Christo vivis, amande se-
nex.*

*Corpus humo mentemque Deo, bona cætera
linquis*

Pauperibus: porro vive, quiesce, vale.

Hoc epicedion opponere libuit virulento carmini *M. Hartungi Tischeri*, in boni viri tu-

mulum scripto, & typis publice excuso; qui tamen paulo post pœnas suæ maledicentiæ debitas dedit, ut dicemus.

Aliud:

*Candida cum Christo est Tua mens, Vene-
rande Modeli,*

*Conditæ sub putri cespice membra ja-
cent.*

*In Te non fucus, non duplex lingua late-
bat.*

Exemplum antiquæ simplicitatis eras.

*Suavis eras veterum sermone ac utilis ore,
Nec maledicta unquam lingua modesta
dabat.*

*Hoc quicumque boni superant, restantur, &
ornant*

Funere demersum laudibus ingemus.

*Ergo nunc merito lugent juvenesque senes-
que,*

*Et lacrymas fundunt ad Tua busta
pias.*

*Quod superest, Christo vivas solatiâ na-
ctus:*

Sed Tua defuncti molliter ossa cubent!

Sequitur epitaphium, quod ipse *Thomas* ante obitum sibi composuit, bibliisque suis Germanicis inscripsit. Vocabulis autem nonnullis ad leges metricas paullum mutatis, ita positum hoc loco est:

*Floruit hic quondam vir notus, nomine di-
ctus*

Thomas Mothelius, debilis ipse senex.

*Vivus qui populo tradebat dogmata Christi,
Verbi & divini verus amator erat.*

*Alto at jam tumulo clausum tener hospita
cellus,*

Clare expectantem jubila læta tubæ.

Idem Germanice sic reddidit:

Vorzeiten lebt ein Mann, genandt

Thomas Morbel gantz wol bekandt:

Welcher allhie in dieser Stadt

Gotts Wort viel Jahr gelehret hat,

Jetzt aber ihn die Erd bedeckt

So lang bis ihn Christus erweckt.

Hoc anno MDLXIV. die Mercurii post *Visitatio* Galli, 18. Octob. jussu Principis nostri prima eccles. visitatio ecclesiastica in templo S. Michaelis instituta est. Visitatores fuere *Beringerus* de *Korzau*, Præfectus *Streitbergensis* & *Justus Blochius* Superint. *Byruthensis*, quibus sacerdotum accedebat Collegium.

Anno MDLXV. incunte M. *Hartungus* *Tischer* (qui Latinis aliquot epistolis & carmi- *M. Hartungus* nibus *Curia* impressis regimen Principis & *gi Tischer* alios summos aulae *Culmbacensis* viros clam *captivitas* fugillaverat) in ædibus suis per mensis spatium ad mensam catenis alligatur, & inde ad carrum ferro constrictus, *Culmbaciam* avehitur. Ibi in fædo carcere (quem den *Schleicher* appellant) multis hebdomadibus fuit, posthac

posthac ab officiis publicis aliquandiu in Marchionatu exclusus. Fuit ipse fortunæ suæ auctor. Instructus quidem liberaliter literis erat, studia tamen feram indolem non mitigaverant. Quamobrem propter difficiles & asperos mores nemini non molestus erat, & multis locis, quibus munera gessit, ita versabatur, ut brevi discessum parare cogere-
retur.

1566. Anno MDLXVI. die 16. Aug. vir nobilis *Arnus de Tondorf* moritur & in æde monasteriali sepelitur.

1567. Anno MDLXVII. die 22. Martii M. *Andreas Pangratius* cum uxore ac liberis huc trans-
migravit & Superintendentis munus obit. Doctissimus, gravis exercitissimusque Theologus, cujus mores cum doctrina congruebant. A Calvinianis *Amberga* erat expulsus. Die 19. Martii D. *Streitbergerus Culmbacum*, quo ad Generalis Superintendentis in Marchia superiori officium vocatus erat, cum suis profectus est.

Mors Henrici de Plauen.

Die 24. Decemb. in ædibus parochialibus *Curie* decessit *Henricus senior* Burggravius Misn. & Princeps Play. qui cum uxore *Maria Dorothea*, Marchionissa Brandenb. *Georgii Friderici* sorore, aliquandiu ibi habitaverat, & ex indulgentia Marchionis, Parochiæ reditus perceperat. Anno sequenti, die 4. Januarii funus *Schmizam* deportatum est.

1569. Anno MDLXIX. & sequenti urbs nostra diversis in locis magnam per crebra incendia jacturam passa est. Magnus tum pavor cives occupavit, veritus tempus adesse, quo ex veteri vaticinio tam sava flamma *Curiam* ever-
sura esset, ut ruinæ scopis vererentur, (dass man gemeine Stadt nit Besen. solte zusamen kehren).

Vaticinium triste de Curia.

1570. Anno MDLXX. D. *Bernbardus Nascher*, vir doctus, Ebraicæ linguæ peritus, & artis medicæ experientissimus, Medicus Curien-
sis fuit. Deinde *Cizam* vocatus est, ibique senex decessit.

1571. Anno MDLXXI. d. 12. April. die Viridium obiit *Georgius Jabn* Consul Curien-
sis; & in æde S. Laurentii sepultus est.

Die 15. Octob. decessit etiam senex *Vitus Joditzerus* Consul, septuaginta trium annorum, ibidem sepultus.

1572. Anno MDLXXII. die 22. Januarii *Henricus* defunctus est Burggravius Misn. & Princeps Play. novissimus hujus lineæ, filius *Henrici senioris* illius, qui *Curiam* obsedit.

Die 26. Januarii *Johannes Widmannus* parens meus *Wunsfeldæ* decessit annos LXIII. natus.

Hoc anno etiam structura templi S. Michaelis, aliquoties interrupta, tandem perfecta est, cum post clementissimam Principis donationem, precibus *Pangrati* impetratam, certatim quali cives pecuniam contulissent. Die 27. Julii, VIII. Dom. post Trin. templum piis precibus ac cæremoniis dedicatum fuit.

Anno MDLXXIV. *Jacobus Schlemmer* fidelissimus, ille ac diligens Ludimagister officio suo, quod annos triginta tres magna cum laude gesserat, senio jam defectus, se abdicavit, & illud M. *Christophoro Cadesreutero* tradidit.

Anno MDLXXVI. die 19. Martii, die Lunæ post Reminiscere senex *Johannes Hegenbergius* aurifaber & pictor Curien-
sis defunctus est, cujus plurimæ tabulæ in templis omnibus extant. Præcipuam artis laudem habet *Jacobi Schlemmeri* imago in templo S. Laurentii; nec minorem delineatio urbis Curien-
sis, qualis ante bellum fuerat, quæ in curia adhuc conspicitur. Sepultus est in templo S. Laurentii.

Illo tempore D. *Daniel Vßlerus* Medicus fuit nostræ civitatis.

Dominica X. post Trinit. M. *Andreas Pangratius* ultimum pro concione verba fecit de contemptu verbi divini tanquam causa lacrymarum Christi. Simul de sui temporis moribus, deque imminentibus variis periculis acriter questus est, adeo quidem, ut ipse, qui alioquin constantissime & magno animo concionabatur, a lacrymis temperare non poterit. Credo equidem, illum jam tum præsa-
gisse animo, hanc ultimam suam concionem fore, seque mox ex vita discessurum: ideo etiam majori cum desiderio cygneam suam cantionem edere voluit. Quippe eadem hebdomade die Veneris, 31. Aug. *Onolsbacum* (ubi Synodus Theologorum Marchicorum de *Formula Concordiæ*; in diem 17. Septemb. erat instituta) profectus, inde confecto negotio, non sine suspitione veneni, æger domum rediit. Infirmus in dies singulos ita crevit, ut tandem 27. Sept. inter horam 11.

& 12. nocturnam placida morte inter preces expiraret, festoque Michaelis in templo Parochiali ante summum altare humaretur. *Johannes Saferus* Pastor Mönchbergensis, diligentissimus *Pangrati* imitator, funebrem habuit concionem.

Post *Pangratium* paucis diebus alii etiam Pastores obierunt, nempe *Onoldinus*, *Kitzingensis*; *Culmbacensis Georgius Thiel* & *Bergensis Moyses Palmannus*.

Decessit Dn. *Pangratius* natus annos quadraginta octo: postquam jam anno MDLXIX. in vigilia Misericordias Domini hoc ipse sibi scripserat epitaphium:

Hier liegt bey seiner Herdt der Hirt,
Vnd wardt, biß ihn aufwecken wird
Am jüngsten Tag der Herr und Christ,
Der sein getreuer Heyland ist.
Schickt euch all recht ihr müßt bernach,
Vnd mißt doch weder Stund noch Tag.
Was ihr ietzt seyd, ist er gewesen,
Vnd wie er ist, müßt ihr verwesen.
Drum rbt recht Buß, und säumt euch nicht,
Ein harter Standt ist's jüngst Gericht.

Epitaph. ejus.

Ejus-

Ejusdem :

Ex vita in mortem sum Te, mea vita, secutus,

Ex morte in vitam Te quoque, Christe, sequar.

Epistola:

Reverendi & doctissimi viri Dn. Laurentii Codomanni scripta ad Dn. Jacobum Schlemmerum, continens deplorationem obitus & discessus ex hac vita reverendi, clarissimi & incomparabilis viri Dn. M. Andrea Pangratii, Curienſis Eccleſiæ Paſtoris & Superattendentis fidelissimi.

Venerabili, pio & docto viro Domino Jacobo Schlemmero, Domino Præceptori & Compatri ſuo digniſſimo

S. D.

Cum Propheta Eliſæus leſbali morbo decumberet, 2. Reg. 13. descendit ad eum Rex Iſrael, Joas, & illachrymans dixit: Mi pater, pater mi, currus Iſrael & equitatus ejus! Hoc dicto reſtabatur, ſe non modo agnoscere paternum Eliſæi erga ſe ſuosque animum, ſed & dona, quæ Deus toti populo per ipſum provehenda & protegenda curaverit. Cum enim eum vocat currum, ſatetur, quod, ſicut plauſtro per vias, non ſemper planas & amoenas, ſed ſæpe ſalebrosas & luſoſas opus eſt, ad neceſſaria incolis alijus oppidi aut regionis cumulatè convehenda; ita Deus Eliſæo fuerit uſus, ad omnia corporis animæque commoda Iſraelitiſ apporanda. Ipſe enim inſtruebat reliquos doctores, & una cum illis in regno Iſraelitico Dei verbum & cultum propagabat, unde ſalus animarum auditoribus obſecundantibus oriebatur. Cum hac etiam Deus abunde temporalia bona largiebatur, quæ Eliſæus per ſuas & aliorum, illas imitantium, preces impetrabat. Quia vero non ſufficit, regnum aliquod abundare opibus & aliarum rerum proventu vel copia, ſed etiam contra illaturos bellum, præſidia requiruntur; quorum vice Propheta quoque ſunctus fuerat. Ideo Rex Joas inſuper vocat Eliſæum copias tam equeſtres quam pedeftres Iſraelis, per plurale nomen עֲשֵׂרִים, quo oſtendit, eum plus quam pedites & equites, hoſtium direptioni opponendos, regno Iſraelitico profuiſſe, non ſolum propter memorabiles hiftorias, quæ extant 2. Reg. 6. & 7. ſed & propter ſyncera doctrina propagationem, qua tyrannidem Diaboli in cordibus auditorum deſtruebat, & propter ipſius deprecationes ac ſupplicationes Deum exorantes, ut pacem concederet, vel hoſtes tum ſpirituales tum corporales miſericordie proſtigaret, ne opus eſſet, Iſraelitas, in conflictu periclitari. Cum igitur Eliſæus tam fidelis ac utilis patriæ ſuæ fuerit, non immerito lamentatur Joas propinquam Eliſæi mortem, ac dolet, amittentem

dum eſſe virum, de quo vere diceret: mi pater, pater mi, currus & copiarum Iſraelis!

Hanc Joaſi lamentationem imitari poſſumus, quando voce querula deploramus obitum reverendi doctiſſimique viri, M. Andrea Pangratii Compatriſ mei dilecti. Nam ſcimus, eum plane erga ſuos, tam ſuperioris, quam inferioris conditionis auditores paterno animo, ſeveritatem cum benevolentia conjunctam habente, affectum fuiſſe; ac, ut eorum ſaluti ſerviret, non ſolum pro ipſis fideliter oraffe, ſed & labores in ſua vocatione, vix cuiquam immitabiles, ſuſtinuiſſe, ac vere de ipſo quocumque irret aut veberetur, dici poſuiſſe: Hic vir ſalutaribus donis, quibus per eum plebem ſuam Deus beare vult, abundat, & minus quieteſcit, quam plauſtrum, commeatu neceſſario onuſtum, cui non parcitur, & quod per loca aſpera nec ubique ruſta, vocationibus divinis ſponte trahitur ad ſubveniendum indigentium neceſſitati.

Conſiliis & precibus ſuis multa pericula & calamitates a plebe, ipſius fidei commiſſa, avertit, quod multi non credent prius quam experiantur mala; quæ talium Paſtorum obitum plerumque ſequuntur, niſi conciones ab eis auditas, orbitæ oves ruminent, & juxta eas magis quam ante, poenitentiam agant. Augetur omen, accedente obitu aliorum præſtantiſſimorum virorum, & mente captum eſſe oportet, qui nil mali portenti putat civitati, cujus Concionator & Conſul uterque fidelis, uno die fatali moriuntur, quo ipſa ante annos XIII. poſt obſidionem bimēſtrem hoſtibus deditioem fecit & poſtea nihil melior facta eſt.

Hac cum ita ſint, nos quidem ſuperſtites lugendi cauſas graviſſimas habemus, quando quidem cum Conſule etiam Paſtorem Curia amiſiſſi; ſed tamen gratulamur ipſis, ex hac miſeriorum valle ereptis, ac merito proſequimur nos hoc epicedio Eſaiæ: Ecce, quomodo moritur juſtus, & nemo percipit corde; viri juſti colliguntur, & memoria eorum manet. Ante faciem calamitatis colligitur juſtus: intrat in pacem, & quieteſcit in cubiculo ſuo, qui recte ambulavit, & ipſe in juſtitia videbit faciem Dei, ſatiabitur, cum evigilaverit in ſimilitudine ejus. Juſtus autem eſt, quicumque credit in Chriſtum, cujus quædam fidei teſtimonia & fructus ſunt omnia dicta & facta chriſtianorū, Deo præque placentia; diabolos autem & malos homines offendunt. Sed ex his nulla evidentiora hominis coram Deo juſtificandi ſigna ſunt, quam quæ in ejus extrema agone ſidei, etiam ad huc in Chriſto conſtanter poſitam, eſſe teſtatur. Qualia ſunt ultima M. Andrea Pangratii & hodie dubie etiam Sebastiani Schiferi verba. Quod ſuper eſt, æterno patri Domini noſtri Jeſu Chriſti gratias agimus, quod ſervum ſuum M. Andream Pangratium pia memoria conſervaverit ſepulchrum, donec

„cum aliis piis doctoribus suam operam conferret ad consensum Synodi Onoldinae constituendam, quem confido tam piam & salutarem esse, ut deinceps suaviter obdormiant, quicumque vixerunt antea. Hoc unum mihi morituro sollicitudinem pariet, quod non video, qualis docentium concordia sub Principibus Augustanae Confessioni addictis futura. Pulchrum est & jucundum, absoluisse pensum, antequam cubitum eas. Nec inuidebimus sanctis viris suum sabbatum post molestias fideliter obita legationis. Quin potius oremus Dn. nostrum Jesum Christum, ut sua afflictæ Ecclesiæ miseris, superstites verbi divini ministros eorumque successores & discipulos suo Spiritu S. regat ad articulos christianæ religionis tuendos, qui a piis & doctis viris unanimiter approbati verboque Dei confirmati sunt: ne pusillus grex precioso Christi sanguine & morte redemptus, opinionum diversitate in perniciosos errores seducatur, aut iisdem circumventus pereat!

„Cum superiora scripsissem, afferebatur mihi nuntius etiam de Domini Moysi Poelman- ni obitu, cui una cum cæteris piis Christus lætam resurrectionem largiatur. Amen!

LAVRENTIUS CODOMANNUS
Ecclesiæ Egranæ Pastor.

Hoc MDLXXVI. anno in vigilia Michaelis honorabilis & sapiens vir *Sebastianus Schieferus*, alias *Mabler* cognominatus (a parente, qui pictor Curien- sis fuit) sedecim circiter horas post Dn. *Pangratium* defunctus est. Fuit Curator Xenodochii & multorum annorum Consul. In æde S. Laurentii situs est.

1577. Anno MDLXXVII. Dom. VII. post Trinitatis, D. *Aurelius Streitbergerus* in locum Dn. *Pangrati*, Pastor & Superintendens Ecclesiæ a Dn. parente suo præsentatus, eique inspectio & cura omnium templorum & scholarum diocesis Curien- sis commissa est.

1579. Anno MDLXXIX. die 5. Januarii *Christophorus Garing*, senex Consul, gubernacula civitatis tenens, diem obiit supremum, & in templo S. Laurentii cum eleganti hoc Epigrammate sepultus est:

Christophorus fido confessus, pectore Christi-

Christus Christophorum tempus in omne

beat.

Hoc anno *Johannes Paulus* de *Schaumburg*, Capitaneus Curien- sis, officium, cui viginti annos & amplius magno studio, magna- que utilitate patriæ & pauperum præfuerat, deposuit, & d. 17. Aprilis die Parasceves *Coronacum* discessit, ubi post anno MDLXXXIX. animam efflavit. Post eum *Johannes Christophorus* de *Wallenroth* Capita- neus factus est.

1580. Anno MDLXXX. die 7. Sept. obiit *Jacobus Schlenmerus* Herbp. & sequenti die in suum sepulchrum in æde S. Laurentii illatus est.

1581. Anno MDLXXXI. die 13. Febr. die Lunæ post Invocavit, hora VI. vespertina duo Consu-

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom.

les *Georgius Prucknerus* & *Petrus Wunscholdius* post mutua multa convitia eo deven- runt, ut invicem arma caperent; & *Wunscholdius* ejusque socius *Val. Kräschel Pruck- nero* Cos. mortiferum in capite & dextro bra- chio vulnus infligerent, Prætorem etiam ur- bis *Ambros. Prucknerum*, qui agnato succur- rerat, in capite graviter sauciarent. Causa cognita, ad quam ex finitimis civitatibus *Culmbaco*, *Byrurbo* & *Wohnsdelia* Scabini & *Nicolaus Schreiber Mänchberga* tanquam Ju- dex erant constituti, a Scabinis Lipsi. tandem pronuntiata est sententia; ut *Wunscholdius* & *Kräschelius* Prucknerianis expensas omnes, quæ quatuor propè florenorum millia faciebant, refunderent, præterea *Wunscholdius* a Principe magna pecuniæ summa multaretur, *Kräschelius* ex provincia pelleretur. Sed multis precibus tandem exorati Pruckneria- ni, magnam sumtuum partem reis remifere, & mille ac ducentos solum florenos postula- runt. Inde *Wunscholdius* omnibus exutus honoribus, post diuturnos carceres, privatus Curia vixit, & ad mortem usque causas in fo- ro egit. *Leonardus Turneiser* in Calendario suo ad diem 13. Febr. scribit: *Deus po- tentiam suam exercet.* Et sequenti: *Casus miserabilis.*

Die 27. Martii *Matthæus Clodius* Cantor decessit, in ejusque locum *M. Enoch Widmannus* Curien- sis ex Academia Witteb. (ubi annos sex & dimidium Principis Marchionis beneficiarius fuerat) a Regimine Onoldino vo- catus est. Anno sequenti Collega III. factus.

Anno MDLXXXIV. d. 17. Junii *Johannes Christophorus* de *Wallenroth* Capitaneus expi- ravit, & d. 21. hujus mensis Dominica 1. post Trinit. in æde S. Michaelis ante primarium altare juxta *M. Andr. Pangratium* sepultus est; cum hæud ita pridem frater ejus Præfectus Byruthensis, & post eum *Vrsula* de *Wallen- roth* Curia decessissent.

Anno MDLXXXV. die Crucis Exaltationis *Hieronymus Reusnerus* Leorinus Silesius, Me- dicinæ Doctor cum familia & supellectile Cu- riam venit, & civitatis Medicus factus est. Vir utriusque Medicinæ peritissimus.

Anno MDLXXXVI. die 26. Febr. *Berubardus Deltzka* Capitaneus Brandenb. Curiam venit, sed mox Dom. IV. Adventus, die 18. Dec. hora V. pom. defunctus, & in Choro templi S. Michaelis sepultus est.

Anno MDLXXXVII. d. 5. Maji, die Veneris post Philippi & Jacobi *Wolfg. Wilhelmus* de & in *Wildenstein* Capitaneus a Marhione Curiam missus venit.

Anno MDLXXXVIII. d. 6. Maji, die Lunæ post Cantate, idem Capitaneus cum *Adamo Dantzero* Principis Secretario aliisque, in cau- sis Domini nostri Clementissimi, *Pragam* pro- fectus est. Ibi in morbum implicatus, 8. die Junii hora VI. mat. pie decessit. Corpus Cu- riam relatum & die 14. huj. mensis juxta *Wal- lenrothium* in Choro templi S. Michaelis se- pultum est. Fuit hic vir fortissimus, muni-

Ccc

ficus

ConsulCon-
sulem. ecci-
dis.

1584.

1585.

1586.

1587.

1588.

Mors Wolf-
gang. Wilb.
de Wilden-
fels & pro-
pinquorum
ejus.

ficus in egenos, Patronus templorum & scholarum laudatissimus. Filiolus ejus *Wolfgangus Emeranus* d. 18. Martii, & post die 19. Augusti *Rosina*, nata de *Sonderndorf*, obierunt. Frater quoque *Johannes Joachimus* duos menses ante ipsum in Palatinatu occubuit.

Non alienum neque indignum hoc loco arbitror, Capitanei hujus morionem *Thomam* tribus verbis memorare, qui insulso (ut videretur) & rustico ingenio cum ipsius Capitanei tum uxoris ejus obitum prædixit. Neque enim solum statim post profectionem Domini & deinde aliquoties uxorem Capitanei reprehendit, quod maritum solum proficisci sive, neque eomes secuta fuisset: eum haud sane reverfurum; sed etiam cum Capitanei sepulchrum in templo S. Michaelis opere lateritio extrueretur, adstans morio, *Parvum hoc, inquit & angustum nimis Domino sepulchrum est, videndum, ut etiam obesa illa, die dicke* (quo nomine conjugem Capitanei significabat,) *locum in eo habeat.* Quod utrumque vaticinium evenit.

1589 Anno MDLXXXIX. d. 18. Febr. D. *Hieron. Reußnerius*, Medicus & Physicus Curienlis, *Kaufveinam* & deinceps *Nordlingam* vocatus est. Cui eodem anno circa festum Michaelis *Lazarus Meyenschein* Noribergensis, Medicinæ Doctor successit.

Die 23. Maji *Adamus* de & in *Wildenfels* Capitanei prioris frater, Capitaneus designatus, cum suis *Curiam* venit.

Die 9. Octob. hora V. vespertina M. *Christophorus Cadesreuter*, qui annos XXIX. scholæ nostræ inservierat, obiit, & in templo S. Laurentii sepultus est.

Die Catharinæ M. *Aurelius Streitbergerus*, Pastor & Superattendens Curienlis, S. Theol. D. *lenæ* creatus est.

1590 Anno MDXC. d. 2. April. obiit Vir reverendus & doctiss. *Laurentius Codomannus* Pastor & Superattendens Byruthensis, ibique in cœmeterio sepultus est.

1591 Anno MDXCI. d. 9. April. inter horam IX. & X. nocturnam *Amalia* decessit, *Georgii* Marchionis conjux, *Georgii Friderici* hodierni Principis nostri mater, *Augusti El. Saxonia* soror. Sepulta est *Heilsbrunnæ* d. 10. Maji.

Die 17. Junii hora 1. merid. defuncta est *Barbara*, Domini nostri Clementissimi soror. In monasterio *Cæli Coronæ*, ubi per multos

annos Abbatissæ loco fuerat, in Vigilia S. Johannis sepulta est.

Die 8. Novemb. M. *Enoch Widemannus* Collega II. scholæ factus est.


Anno MDXCII. die 4. Octobr. cum *Visula*, 1592. *Johannis Ernesti* de *Hirschberg* filia, & *Samsonis* de *Hirschberg* conjux, tam in matrimonio, quam postea vitam pessimi exempli egisset, & in arce paterna *Schwartzenbach* ex *Baltbasario Krügero* scriba tres liberos, porro ex coctore cerevisiæ *Pangratio Edelmann* unum infantem sustulisset, & omnes quatuor necasset, & propter hæc flagitia *Lobensteinii* aliquandiu in carcere fuisset; ducenti cives nostri, mandato Principis, bene instructi exierunt, captivam in finibus acceperunt & vehiculo (auf einen Leiter Wagen) *Curiam* deduxerunt.

B Anno MDXCIII. die Mercurii post Trium 1593.

Regum Visula illa gladio percussa fuit. Et quamvis secundum Constitutionem Criminales Marchicam culei supplicium meruisset; indulgentia tamen Principis, propter vetustam, inclytam & nobilem ejus stirpem, leniorem nacta est sententiam. Nec ipsi adeo carnifici tangere illam atque ducere licuit, sed ligamento serico constricta a tribus forminis, quas listor sequebatur, ad supplicium ducta est. Beatum habuit vitæ finem, hominesque circumstantes ad virtutis studium & attentam liberorum curam de tabulato ferali hortata est. Inde in sella confidens, mirantibus omnibus, ultra muliebre ingenium intrepida, pœnam capitis sustinuit. Quo facto, corpus in loculum pice oblitum componitur, & in cœmeterio S. Laurentii, habita funebri oratione, honeste sepelitur.

Anno MDXCVI. d. 30. Septemb. M. *Enoch* 1596. *Widemannus* in locum M. *Thomæ Blebelii* Budisini, Rector Scholæ Curienlis successit.

Anno MDXCVII. d. 8. Jan. M. *Hartungus* 1597. *Tischer* Culmbacensis (de quo supra egimus) exul tum & alumnus Xenodochii nostri, mortuus & in templo S. Laurentii sepultus est. Homo ille, qui fordida incedens veste, extremam simulaverat mendicitatem, centum & sexaginta florenos in numerato, & numerosam bibliothecam reliquit, quæ mille ac trecentis florenis ei constituisse dicitur. Ut itaque laurius ante mortem vivere & Xenodochii alimentis facile carere potuisset.



XVII.
 CATALOGVS
 OMNIVM EPISCOPORVM
 ET
 ARCHIEPISCOPORVM BREMENSIVM,
 CONTEXTVS ET CONSCRIPTVS

A
 JOHANNE OTTHONE

LVNÆBURGENSI,

NVNQVAM ANTEHAC EDITVS,

ANNO A NATIVITATE SALVATORIS

M. D. LXXX.

CATALOGVS OMNIVM EPI-
 SCOPORVM ET ARCHIEPISCOPO-
 RVM BREMENSIVM.

BREMA Vrbs *Saxonia* ad *Visurgim* fluvium sita, Reverendissimo & Illustriissimo Principi ac Domino D. Henrico Archi-Episcopo Bremensi, Episcopo Osenbrugenſi & Paderbornensi, & *Saxonia, Angaria & Westphalia* A Duci, paret. *Polonorum* historici scribunt, *Lechum* istius gentis primum conditorem, cum aliquoties cum *Germanis* secundo prælio concertasset, usque ad *Visurgim* imperium protendisse, & ibi civitatem condidisse, quam propter belli onus & prælidii perpetui memoriam *Brzemiam*, quæ modo Brema putatur, appellavit. *Lechus* autem usque ad septingentesimum annum a nato Christo apud *Polonos* regnavit: Quo etiam tempore *Saxones* Ecclesias habuisse ex *Sabellico & Fasciculo temporum* constat: qui *Bremæ* cum vicino Comitatu *Hoiensi* nominatim meminit: Ait enim tum duos præclaros doctores *Evaldum Album & Evaldum Nigrum* ex *Anglia* in *Westphalam* & vicinam *Saxoniæ* venisse, qui ibidem Evangelium de Jesu Christo prædicarunt, & prope *Bremam* in Comitatu *Hoiensi* martyrio affecti sunt. &c.

CAROLVS Magnus vero Rex *Francorum* devictis *Saxonibus*, maxime *Wedekindo* eorum duce sub jugum acto, omnes cogitationes suas eo intendit, ut gentem *Saxonicam* ethnicis superstitionibus deditissimam ad fidem Christianam converteret. Primam igitur Ecclesiam *Ossenbruggensem* ad *Hasam* fluvium in *Occidentali Saxonia* anno Christi 776. in honorem S. Pauli fundavit. Deinde in *Orientali Saxonia* versus *Albim* in loco *Selingsstede*, hodie *Ostervicum* anno Christi 780. alium Episcopatum in honorem S. Stephani martyris consecrari iussit, qui postea *Halberstadium* ad confluentem *Albis & Ora* transla-

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

tus est. Tertiam Ecclesiam Episcopalem in mediterraneis *Saxonia*, nunc *Westphalia* in *Mimngroda*, loco populoso & percelebri, in honorem S. Pauli extruxit anno Christi 786. Nunc est *Monasteriensis* Episcopatus. Non multo post in alio loco *Saxonia* ultra *Visurgim* in honorem Beatæ Virginis Mariæ in loco *Konende*, vel ut alii volunt in vico *Bardorum*, quartum Episcopatum constitui mandavit, qui mox propter majorem commoditatem *Verdom* ad *Aleram* fluvium translatus est. Hunc subsecutus est quintus Episcopatus, quem *Carolus Magnus* inito consilio cum *Adriano* Pontifice Maximo & *Lullo* Archi-Episcopo 18. *Moguntinensi*, qui bellis *Saxonicis* a *Carolo* gestis interfuerat, *Bremæ* ad *Visurgim* *Frisiis* aliisque terris *Saxonicis* continentem anno Domini 788. instituit & fundavit. Hujus sedis suffraganei sive *Comprovinciales* Episcopi sunt:

Lubecensis olim Aldenburgensis.
 Suerinensis olim Megalburgensis.
 Racenburgensis.
 Slesvicensis.
 Lebusiensis.

C Hamburgensis olim Archi-Episcopatus Metropolitanus omnium Aquilonarium provinciarum erat. Nunc vero Archi-Episcopatus Bremensi confociatus & unitus est.

S. WILHADVS Episcopus primus Bremensis, natione Anglus. In synodo a *Bitrico* Rege & Pontificibus Anglicanis licentiam sibi in *Frisiam* proficiscendi ad colligendam Ecclesiam dari petiit: quæ morte *Bonifacii*, quem *Carolus Magnus* Imperator Rom. & Rex *Francorum* in *Frisiam* vicinamque *Saxoniæ* ad propagandum Evangelium Christi miserat, dissipata erat. Dimissus eo, scholas aperit, & magnatum liberos in honestarum artium disciplinis informat, data occasione interdum etiam de religione disputat, & Evangelium Christi docet. Inde progressus in

Septen-

Bremæ origo & nomen.

Ecclesia a Carolo M. fundata.

Præcipue Bremensis.

I. S. Wilhadus.

Propagator fidei.

Septentrionem apud Saxones, *Albim* acco-
lentes, fundamenta doctrinae Christianae po-
suit, & eos lavacro sacrosancti baptismatis ab-
luit: Non pauci vero ex discipulis cum illo
capiuntur, qui *Bremæ* & in aliis locis mise-
re trucidantur: Ipse vero forte de eo missa,
vita donatur. Inde *Ludigero* comitatus *Ro-*
miam pervenit, ubi ab *Adriano* Pontifice beni-
gne exceptus, postea ad sepulchrum *D. Wil-*
lebrodi in *Galliam* contendit, & ibi biennio
pro *Saxonum* conversione orat. Tandem
cum *Carolus Magnus* *Bremæ* Episcopatum
constitueret, *S. Wilbadus* solus dignus & ido-
neus inventus est, qui Ecclesiae praesiceretur.
Mandante igitur *Carolo* Imp. a *Lullone* Archi-
Episcopo Moguntinensi & ceteris Pontifici-
bus anno Christi 788. die 3. Iduum Julii pri-
mus Episcopus *Bremensis* consecratur & in-
auguratur. Cujus Ecclesiam Imper. plurimis
bonis locupletavit, praesidiis contra Barbaros
munivit & certis limitibus distinxit, ut eo
commodius Ecclesiam tenellam propagare &
semina divini verbi populo rudi dispensare
posset. Ecclesiae suae & *Bremenli* civitati, am-
plissima privilegia apud Imper. impetravit,
& *Bremæ* in honorem *Divi Petri* Apostoli
primam Basilicam extruxit.

788.

Mors ejus

791.

Obiit in *Rustringia* apud *Frisios* in villa *Ple-*
xensi 6. Idus Novembris, anno Dni 791. cum
annos duos, menses tres, & viginti unum dies
in Episcopatu exegisset: Et triginta quinque
annos post *S. Bonifacii* martyrium in *Saxonia*
& *Frisia* docuisset. Sepultus *Bremæ* in Basi-
lica *S. Petri*. *Willericus* successor corpus in-
de transtulit, & conclusit in Oratorio quodam
australi, quod monasterio ab ipso condito pro-
pinquum erat, ubi circiter annos 70. quieuit,
usque ad tempora *D. Ansgarii* Archi-Episco-
pi 1. *Hamburgensis*, a quo *Bremam* reporta-
tum & in Basilica *D. Petri* reconditum est, anno
Christi 861.

II.

Willericus

WILLERICVS Episcopus 2. *Bremensis*, di-
scipulus *S. Wilbadi*, Canonicus *Bremenlis*. A
Carolo Magno regalia accepit. Non habuit
tempora adeo tranquilla. Nam *Haderii* &
Frisii cum mediterraneis *Saxoniae* populis,
vel ob decimarum exactionem, vel ob praesidia
Francorum ab Imp. imposita, vel ob in-
vidiam in *Wedekindum*, qui Christo & Regi
jam manus dederat, crebras excursiones fe-
cerunt in diocesim, & saepius bellicos tumultus
excitarunt. Per totos duodecim annos in con-
vertendis *Saxoniae* populis occupatus fuit.
Mandaverat Imperator, ut *Hamburgi* templum
extrueretur, in quo vicini *Vandali* & *Dani* in
vera fide Jesu Christi informarentur. Sed hoc
opus propter crebras barbarorum incursatio-
nes impeditum est. *Willericus* tamen sae-
pius *Albim* trajecit & apud *Diebmarfos* &
Hossatos Ecclesias collegit. Simili modo *Dor-*
stadii, nunc *Stadium* est, *Nordalbingos*, eo
ad mercedem convenientes, in doctrina reli-
gionis instruit. Circa annum Christi 814.
mortuus *Carolo* Imp. *Ludovicus Pius* Imper.

814.

Ejus opera
in conter-
stone gen-
tium.

Monasterium *Corbeienſe* ad ripam *Visurgis*
in *Saxonia* fundavit, transferens eo ex *Gallia*
monachos & viros doctos, inter quos divus
Ansgarius fuit, qui postea Ecclesiis & Scho-
lis, quas *Willericus* in *Saxonia* & *Wandalia*
aedificaverat, praeficiuntur, & in *Daniam* &
Sueciam ad propagationem Christianae religi-
onis ablegantur. Obiit anno Domini 840.
cum annis 50. utiliter praefuisset. Sepultus
Bremæ in templo *D. Petri*.

840.

LVDERICVS, natione Gallus. Fuit homo su-
perbus & invidus, aliquando se *custodem* ali-
quando *pastorem* gregis *Bremensis* nominavit.
Adversus *Ansgarium* exulem se inhumanum &
inhospitalem praebuit, dum cum urbe sua e-
jecit. Ideo propter superbiam a *Ludovico*
Germanico ab officio remotus, nec multo
post eum mors consecuta est, cum annis octo
praefuisset. Sepultus *Bremæ* in templo *S. Pe-*
tri 9. Calend. Septembris. Eo mortuo, sedes
Ecclesiae *Bremensis* per aliquot annos va-
cavit.

III
Ludericus.

Deponitur

DE HAMBURGENSE ARCHI-EPISCOPATV.

Hamburgum civitas ad *Albim* in *Stormaria* *Hambur-*
ſita. *Transalbinorum* & *Nordalbingorum*, *gun unde*
qui *Diebmarſi*, *Hofsati* & *Stormari* sunt, me- *ditum.*
tropolis olim erat. Vandalica lingua *Becb-*
huri, id est civitas Dei nuncupata. *Cran-*
zcius existimat, eam nomen ab *Hama* per-
celebri pugile accepisse, quem *Starcaterus*
Danus interfecit. Alii *castrum Hammonis* vel
Jovis interpretantur, ab Idolo *Jovis*, quod
ibi cultum, sed a *Carolo Magno*, devictis *Sa-*
xonibus, destructum est. Hoc idolum *Cran-*
zcius & alii in hunc modum describunt: *Se-*
det Rex in folio cum duodecim simulacris
deorum utriusque sexus, ex altera oris
parte fulmina, ab altera tonitrua exur-
gunt: Una manu sceptrum, altera gla-
dium fert. A dextris veterum mascula
numina: Apollo, Mercurius, Mars, Ne-
ptunus, Vulcanus, Pluto. A sinistris femi-
nea, Juno, Ceres, Venus, Minerva, Diana,
Vesta, adstant. Carolus Magnus ibidem Eccle-
siam in honorem Salvatoris & S. ejus genitricis *Episcopa-*
Mariae Virginis consecrari jussit: & Archi-E- *tus ibi fun-*
piscopatum instituere in animo habuit. Prae- *datur.*
fecit *Heridagum* primum Praesbyterum & Sa- *Heridagus.*
cerdotem Ecclesiae *Hamburgensis*, quem alii
Archi-Episcopum nominant. Praesidium
quoque civitati imposuit, cujus Praefectus
Vto vir militaris erat. Praesidium postea an-
no Christi 810. occupato & vastato *Hambur-*
go, a *Wilsis* *Vandalis* ejectum est. Non ta-
men Imperator cogitationes de restauranda
urbe remisit, sed etiam restaurari jubet, & me- *Metropolis*
tropolim omnium *Aquilonarium* regionum *futura.*
facere cogitat, cujus limites antiqui erant.
Ab occidua parte mari *Britannico*, a meridie
Albi fluvio, ab oriente *Poni* rivo, ab *Aqui-*
lone mari *Danico* & *Eidora* flumine, termi-
naban-

nabantur. *Heridagus* a barbaris Ecclesiam vastantibus interfectus, aut certe propternovellam Ecclesiam exustam & dissipatam moerore animi extinctus esse putatur.

IV.
S. Ansgarivus.

S. ANSGARIUS Archi-Episcopus 1. Hamburgensis & Bremensis 4. natione Gallus, professor artium, linguarum & sacrarum literarum, in cœnobio Corbeienſi. Vnde a *Ludovico* Imper. evocatus, cum *Haraldo* Rege Danorum in *Daniam* mittitur, qui primus Regum Aquilonarium cum conjugē, liberis & aliquot millibus subditorum suorum in præsentia Imper. ab *Odogario* 21. Archi-Episcopo Moguntinensi anno Christi 826. *Moguntia* baptizatus est. Cum autem *Ansgarius* felici successu cursum suum in *Dania* perfecisset, & Evangelium Christi in *Sueciam* usque docendo propagasset, reversus in *Germaniam* ab Imper. Archi-Episcopus Hamburgensis anno Christi 933. *Wormaciæ* renuntiat: Vbi mox a *Drogone* Episcopo Metensi, fratre germano Imper. Moguntino & Trevirensi *Willerico* Bremensi & *Helingando* Verdensi Episcopis consentientibus, consecratur. Pallium a *Gregorio* 4. Pontifice cum apostolica confirmatione interpellatione Imper. accepit, & insuper *legatus Apostolicus* per regna Aquilonis constitutus & ordinatus est. *Hamburgi* mandato Imperatoris collegium 12. Monachorum Regularium instituit, quibus regula vitæ a conventu Corbeienſi præscripta est. Anno Christi 840. *Hamburgum* a *Danis* & *Normannis* vastatur & incenditur. Ex incendio D. *Ansgarius* nudus tum effugit, & *Ramsolain* pervenit. Postea per *Nicolaum* Pontificem Hamburgensis Bremensis Ecclesiæ unita est, hac conditione, ut Hamburgensis titulus maneret, Bremensis interiret, & simul Canonici utriusque Ecclesiæ privilegia concessa sunt. Idem quoque Pontifex, ne Bremensis Ecclesia suffraganea Colonienſis amplius esset, ordinavit. Transtulerat quidem Metropoli propter everſionem *Hamburgi* sedem suam *Bremam*: Sed nihilominus Aquilonares provincias neglexit, ut ejus res gestæ restantur. Oratorium *Ramsolæ* extruxit in sylva *Bardagoo*, ubi postea Collegium Canoniorum *Ludovicus* Germanicus fundavit. *Ericum* Regem *Daniæ* sacri Baptismatis fonte abluit. *Slesevici* ad lacum *Sliam* Ecclesiam S. Ansgarii circa annum Christi 883 ædificavit. Cœnobium sacrarum puellarum in *Versen* consecravit. *Bremæ* xenodochium pauperum & hospitiū agrotorum, quos ibidem sapius visitavit & curavit, fundavit. Ecclesiam Ripensem in aditu *Daniæ* permissu Regis consecravit. Inde ad Regem *Olaum* in *Sueciam* venit, quem cum toto comitatu & gente suâ baptizavit, & ad fidem Christianam convertit: usus opera *Erimberti* præbyteri, cui commendavit novellam Ecclesiam: Ipse vero ad sua reversus est. Obiit plenus dierum 3. Nonas Februarii anno Christi 865. cum vitam 34. annos in Episcopatibus suis, septem *Hamburgi* novem *Ramsolæ*, *Bremæ* ante impe-

ſit A. Episcopus Hamburg.

840.

Viii. Ecclesiarum Hamburg & Brem.

Gesta Ansgarii.

Suorum Evangelista.

Mors.

865.

tratam Ecclesiarum unionem duodecim, post unionem septem fere exegisset. Sepultus *Bremæ* in Basilica S. Petri ad altare Divæ Mariæ Virginis. Scripsit *historiam vitæ Dri Wilbadi*, primi Episcopi Bremensis.

REMBERTVS Archi-Episcopus 2. Hamburgensis. *Ansgarii* discipulus in Turholdenti cœnobio *Flandriæ*, Magister monachorum *Corbeia*. Vnde vocatus ad Ecclesiam Ripensem, præbyter ab *Ansgario* ordinatur. Eo mortuo a clero & populo Successor eligitur. Mox jussu *Ludovici* Regis, a *Theodorico* Mindenſi Episcopo & *Adalgerio* Corbeienſi Abbate *Moguntiam* deductus, a *Luitberto* 24. Archi-Episcopo consecratur. Ferulam pastoralem, hoc est, investituram feudalem a *Ludovico* Rege: Pallium a *Nicolao* Pontifice & vestem cum professione monastica, in cœnobio Corbeienſi accepit. Socium prædicationis *Adalgarium* Corbeienſem Abbatem assumpsit, cum quo Ecclesias *Danorum* & *Transalbinorum* sedulo visitavit. Bonâ Ecclesiæ adempta, & Christianorum captivos, vendito thesauro, a *Vandalis* & *Danis* redemit. Mortuo *Ludovico* Rege *Germaniæ* anno Christi 876. qui fuit summus benefactor Ecclesiarum Saxoniarum, *Dani* & *Normanni*, qui hæctenus solum *Ludovicum* formidaverant, eruptionem in *Saxoniam* & reliquam *Germaniam* facientes: *Hamburgum* tertio vastant. In loco *Ebbeckstorp* Ducatus Lunæburgensis, ubi hodierno tempore monasterium sacrarum puellarum Ordinis S. Benedicti floret, *Brunonem* Ducem *Saxonie*, cum aliquot Episcopis & numeroſo agmine Christianorum, ne nunciis cladis superſtes maneret, trucidant, & in paludes vicinas prosterunt; *Coloniam Agrippinensem* ferro & incendiis vastant, & *Aquisgranum* palatium *Caroli* Imper. splendido & magnifico ornatu extructum, solo æquant. Soli *Frisi* ad *Nordam* hortatu *Remberti* Archi-Episcopi se *Danis* opposuerunt, eorumque supra decem millia neci submiserunt. Hic Archi-Episcopus Xenodochium Bremense ab antecessore inceptum ampliavit & absolvit. Monasterium in solitudine *Bucken* cum præpositura & Canoniatu sub regula S. Materniani fundavit. Descripsit *historiam vitæ S. Ansgarii*, quam fratribus *Novæ Corbeia* dedicavit. Obiit 3. Idus Junii. Anno Christi 888. cum 23. annis præfuiſſet. Sepultus est *Bremæ* extra Basilicam S. Petri ad orientem, sicut ipse mandaverat.

N.
Rembertus

876.

Normannorum irruptio.

888.

ADALGARIVS Archi-Episcopus 3. Hamburgensis, Monachus cœnobii Corbeienſis & coadjutor antecessoris sui. Pallium a *Stephano* 6. Pontifice, Ferulam ab *Arnulpho* Imper. accepit. A *Lindolfo* Archi-Episcopo 24. Moguntinensi consecratur. Anno 7. gubernationis ejus Ecclesia Bremensis in synodo Tiburienſi *Hermanno* Archi-Episcopo Colonienſi suffraganea facta est, sub cujus jurisdictione usque ad *Albertum* Archi-Episcopum 14. Hamburgensem mansit. *Crantzus* diversum scribit. Citatus a *Formoso* Pontifice comparere noluit, Ccc. 3. nec

VI.
Adalgarivus.

Ecclesia Brem. sit suffraganea Colonienſi.

909.

nec legatum misit. Obiit anno Christi 909. die 7. Iduum Maji: Sepultus in Basilica S. Michaelis, quam ipse super tumbam antecessoris erexerat. Chronicon Bremense tradit, corpus sepulchro *Rembergi* illatum esse.

VII.

Hogerus.

HOGERVVS Archi-Episcopus 4. Hamburgensis, Monachus Corbeiensis & Coadjutor antecessoris sui, a Coloniensi suffraganeo suo ordinatur. Pallium a *Sergio* Pontifice & ferulam pastorem a *Ludovico* 4. Imper. consequitur. Temporibus hujus Pontificis *Vngari* anno Christi 913. totam *Saxoniam* *Bremam* usque pervastarunt. *Vandali* conjuncti *Danis* sub Rege *Gormone*, *Hamburgum* quarto igni ferroque funditus subvertunt. Propter hanc devastationem *Anjstes* curis confectus in morbum incidit: & 4. Calendas Januariarum anno Christi 916. ex hac vita decedit, cum annis 7. præfuisset. Sepultus *Bremæ* in Oratorio S. Michaelis apud antecessorem Orientem versus. Circa hæc tempora sceptrum imperii ad *Saxones* devolutum est.

Vngaricum incur-sio.

916.

VIII.

Reginwardus.

917.

REGINWARDVS Archi-Episcopus 5. Hamburgensis. Vix integro anno præfuit. Mortuus anno Domini 917. die 3. Calendarum Octobris. Apud antecessores in sacello Divi Michaelis sepultus est.

IX.

Vnno.

Danorum Evangelista, item Svecorunu.

936.

VNNO Archi-Episcopus 6. Hamburgensis. A *Conrado* 1. Imper. cujus Sacellarius fuit: posthabito *Ledrado* Præposito Bremensi, qui contra eum designatus erat, ferula pastorali, a *Jobanne* vero 10. Pontifice pallio donatur. Contrito *Gormone* Rege *Daniæ* ab *Henrico* *Aucepe* Imper. *Danos* adiit, & *Haraldum* Regis impii filium, Christo lucrificavit: cujus auctoritate fultus *Danorum* insulas vilitavit, & gentem impiam in professione fidei & Evangelii Christi corroboravit. Inde vestigia S. *Ansgarii* secutus per mare Balthicum *Bircam* primariam *Sueciæ* urbem difficili navigatione appulit, ubi Christo plurimos fideles reddidit, & ægritudine correptus, ad Dominum migravit, Anno Domini 936. circa medium Septembrem. Corpus *Bircæ* a discipulis terræ mandatur. Caput vero resectum *Bremæ* in Basilica S. Petri ad altare sepelitur, cum annos 16. vel, ut alii volunt, 18. in Pontificatu exegisset.

X.

Adeldagus.

Jus A. Ep. Brem. in Ecclesiis regnorum Septentr.

ADEL DAGVS Archi-Episcopus 7. Hamburgensis, nobili familia ortus, *Adalwardi* Episcopi *Verdenensis* consanguineus, cujus commendatione ex collegio *Hildesheimensi* propter singularem eruditionem & prudentiam ad aulam *Ottobonis* 1. Imper. vocatus, consiliarius & Cancellarius factus est. Ab eodem Imper. mortuo *Vnnone*, Hamburgensi Ecclesiæ præficitur & ferula donatur. A *Leone* 7. Pontifice pallium & a *Moguntinensi* consecrationem & manus impositionem accipit. *Agapetus* 2. Pontifex Rom. omnia antecessorum suorum privilegia ipsi confirmavit, & liberam potestatem constituendi & ordinandi Episcopos per regna *Septentrionalia* concessit. *Haral-*

do Rege *Daniæ* circa annum Domini 948. ab *Ottobone* 1. Imper. devicto, qui in ea expeditione terminos antiquos imperii usque ad *Ottonium insulam*, nunc *Fionia* est, & ad fauces *Ottonis* inter *Fioniam* & *Jutiam* promovit, in *Daniam* ad propagandum christianam religionem mittitur ubi *Gunebildem* Regis conjugem & filium parvulum *Quenonem* baptizavit, qui ab Imp. de sacro fonte susceptus *Quenotto* appellatus est. Cum vero ibidem opus susceptum in vinea Domini feliciter promovisset, potestatem ordinandi Episcopos Ecclesiarum per *Daniam* a Rege accepit: Hac occasione *Daniam* cis marinam, quæ *Jutia* dicitur, in tres Episcopatus divisit: *Haraldum* *Slesvicensem* *Lefdagum* *Ripensem*, *Reinbrandum* *Arhusensem* Episcopum constituit, nonnulli *Resbildensem* addunt: quibus insulares Ecclesias in *Fionia*, *Selandia*, *Scania* & *Sueonia* commendavit: & Pontifices Hamburgensi Ecclesiæ suffraganeos fecit. Certamen habuit cum *Brunone* Coloniensi Impergermano fratre, ob Ecclesiam *Bremensem*, quam ad Jurisdictionem suam pertinere asserbat: Sed a Pontifice & Imperat. defensus, jus suum obtinuit. Deinde cum Imper. *Romani* proficiscitur ad reprimendum *Beringarium*, ubi synodo, in qua Pontifex *Johannes* 12. pontificatu motus est, interfuit. Post quinquennium ad Ecclesiam revertitur, & *Benedictum* 5. Pontificem per tumultum creatum jussu Imper. secum in *Saxoniam* deducit, quem apud se *Hamburgi* usque ad extremum vitæ terminum retinuit: Vbi anno Christi 955. mortuus & in choro Ecclesiæ Cathedralis sepultus est. Cum Imper. deinde Ecclesiam *Aldenburgensem*, quæ nunc est *Lubecensis*, fundasset, *Marconem* primum Episcopum consecravit. Cænobium *Heslingæ* in honorem S. Viti fundavit, ubi nobiles puellas monasticam vitam colere voluit; Postea *Zeve-nam* translatum a *Luitmundo* præposito, qui præbyter *Zegebergensis* fuerat. Xenodochium *Bremense* annuis redditibus & pauperum hospitiumque infirmorum numero auxit. *Ostringiæ* in *Frisia* conventus *Canonicorum* in honorem S. *Mauricii* martyris fundamenta jecit. Fuit tribus *Ottobonibus* percharus. Obiit sub *Otthone* 3. anno Christi 988. cum 53. annis præfuisset. Sepultus *Bremæ* ad caput *Luderic*.

948.

Gesta Adeldagi in Dania.

Episcopatus in Dania constituit.

Auctoritas apud Orso-

955.

988.

LIBENTIVS 1. Archi-Episcopus 8. Hamburgensis, natione *Italus*. Pallium a *Jobanne* 15. Pontifice, *Virgam* infeudationis ab *Ottobone* 3. Imperatore accepit. Antecessorum primus a suffraganeis ordinatur. Erat vir literatissimus & castitatis abstinentiæque admirandæ. *Transalbinos* sedulo vilitavit & *Hamburgensem* Ecclesiam tanquam matrem paterno amore amplexus est. Sub isto Præsule *Queno* Rex *Danorum* acerrimam persecutionem Christianorum in regno suo exercuit: & cum contra *Vandalos* bellum movisset, bis captus, & *Julimum* perductus est, toties a suis gravi ære redemptus. Deinde secutum est acerrimum

XI.

Libentius

1000. Slavi & Heneti vastant Ecclesiam.
 mum bellum inter *Quenonem* & *Ericum*; *Suecorum* Regem, in quo sedando & componendo Archi-Episcopus plurimum, sed frustra, sudavit: tandem *Ericus*, pulso *Quenone*, regna obtinuit. Eadem ætate *Henricus* Comes vel civis Rosenfeldensis Hertzefeldensem Præposituram fundavit, quam *Libentius* consecravit. Factum hoc vivente *Bennone*, Duce *Saxoniae*, sub quo *Slavi* graviter afflicti sunt. Civitas Bremensis tum muro cingi cœpta est. Circa annum Christi millesimum post obitum *Orthonis* 3. *Hamburgum* a *Vandalis* & *Slavis* quinto vastatum est, qui transmissis *Albi*, in vicinis locis multos ex clero & Christianis trucidarunt & in captivitate abduxerunt. *Aldenburgi* tum sexaginta Præsbyteri obtruncati & martyrio affecti sunt. Movit ei questionem *Bernarius* Episcopus 18. Verdensis de *Ramsola*, quod sive Ecclesie terminis includeretur: Sed Pontifex Hamburgensi adjudicavit, quod *D. Ansgarius* ex incendio Hamburgensi elapsus, hic substitisset, & plurimas sanctorum reliquias ibidem reposuisset. Obit anno Domini 1013. cum præfuisset annis 25. *Bremæ* in medio choro ante gradus Sanctuarii sepultus.

1013.

XII. *Vnwanus*.

VNWANVS Archi-Episcopus 9. Hamburgensis nobili familia ortus, ex collegio Paderburnensi assumptus, & a *Benedicto* 8. pallio: ab *Henrico* vero 2. Imp. virga pastoralis donatus est. Duodecim templa in diocesi sua ordinavit & consecravit. *Bremæ* in suburbio duo sacella *S. Viti* & *Wilbadi* ædificavit. Cum *Bernhardus*, Dux *Saxoniae*, nepos *Hermann* Ducis, *Henrico* 2. Imp. adversaretur: Episcopus a partibus Imp. sterit, & ideo Ducem infensum habuit, qui propterea sæpius Hamburgensem diocesim invalit & depopulatus est. Sed *Vnwanus* magno animi robore Ducem iracundum & frenebundum adiit, eum gravi oratione castigavit & ad clementiam moderationemque flexit, ipsi Imp. reconciliavit, & effecit, ut per reliquum vitæ tempus quietior esset. Pax quoque Transalpinis Ecclesiis reddita est. Dux ad propagandam religionem in *Vandalia* & *Nordalbingia* animum adjecit. Hac occasione multa templa apud *Slavos* renovata & extructa sunt. *Vnwanus* post Vandalicam cladem Ecclesiam & civitatem Hamburgensem renovavit, & loco duodecim Regularium 12. Canonicosei præfecit, qui populum instituerent & erudirent. *Bennonem* 7. Episcopum Aldenburgensem ordinavit. Controversiam habuit cum *Canuto* Magno Rege *Daniæ*, qui, devicto *Adelrado*, Rege *Angliæ*, Episcopos ex *Anglia* in *Daniam* induxerat. Res vero utrinque composita est: Et Archi-Episcopus *Canutum* *Hamburgum*, ubi cum *Bernardo* Duce nonnunquam per integros sex menses commorabatur, ad colloquium evocavit. *Olai* etiam Regis *Norvegiarum* legatos, de ordinandis Episcopis regni sui ad eum missos, ibidem summa cum reverentia

itemque *Canutum* Regem.

1029. excepit & audivit. Obit anno Christi 1029. sexto Calend. Februarii, cum annis 16. præ-

fuisset. Sepultus *Bremæ* apud antecessores in medio choro cathedralis Ecclesie.

LIBENTIVS 2. Archi-Episcopus 10. Hamburgensis, natione Italus. *Libentii* primi ex *Libentius* fratre Nepos. Favore *Gisela* Imperatricis Episcopatum & regalia a *Conrado* Imp. Pallium vero a *Jobanne* 19. Pontifice obtinuit. Vir fuit simplex & pius, qui incontinentiam cleri in deterius ruentis acriter castigavit. Xenodochiorum curam vigilantissimam habuit, & fratrum reditus annuos auxit & amplificavit. Feruente animo legationem ad gentes Aquilonares suscepit, ad quam feliciter auspiciantem *Canutum* Regem *Danorum* potentissimum sibi reconciliavit. In *Selandia* *Gerbrando* Avocorem Episcopum, *Turgoto* de *Ramsola* *Godesbaleum* successorem subrogavit. Et *Odinacrium* Iuniorum, *Sigarium* e *Suecia* & *Rodolphum* ex *Norvegia* Episcopos, socios legationis habuit. Sæpiissime etiam confedit in *Anglia*, quo *Dani* imperium propagaverant. Pax per hæc tempora per omnem *Saxoniam* & *Transalpinam* regionem, inter *Vandalos*, *Canutum* Regem *Daniæ*, & Ducem *Bernbardum* fuit. *Canutus* deinde maximo apparatu *Conradum* Imp. in *Italiam* comitatus est: In-
 Quinq. regnorum
 & gubernator fuit. Eodem quoque tempore *Bernardus* Dux *Saxoniae* cum fratre *Dithmaro* hortatu *Emme* Viduæ *Luderi* patris sui, Ecclesiam Bremensem *S. Wilbadi* plurimis beneficiis affecerunt. Et ea ipsa *Emma* patrinium suum, & omnia fere bona *S. Wilbado* obtulit & dicavit. Obit anno Christi 1033. die 8. Calend. Septembris, die *Bartholomæi* Apostoli, cum annos 4. utiliter præfuisset.

1033.

HERMANNUS Archi-Episcopus 11. Hamburgensis Præpositus Halberstadiensis. *Ferulam* a *Conrado* Imp. Pallium a *Benedicto* 9. Pontifice accepit. Nimium adulatoribus paruit. Ecclesiam Hamburgensem, cum exercitu veniens, semel visitavit, discedens inde eam egregie spoliavit. Fuit quasi furum manipulo stipatus, quorum ductor fuit quidam *Marco* dictus. Insignes duos Sacellanos *Theodororum* & *Syndigerum* habuit, ex quibus *Syndigerus* Episcopus 2. Bambergensis, deinde Pontifex Romæ dictus *Clemens* 2. factus est. *Guidonem* insignem Mulicum *Bremam* accessit, ut Canonicos artem exercendi musicam choralem doceret. Oratorium *S. Michaelis* *Bremæ* dirui iussit, in quo trium antecessorum corpora, *Adeldagi*, *Reginwardi* & *Hogeri* recondita erant, quæ in maiorem Basilicam sub tribunali transtulit. Ultimo anno Pontificatus *Bremam* muro cingere cœpit. Sed iuxta iactis fundamentis 4. Calend. Octobris, Anno Domini 1036. rebus humanis exemptus est, cum tribus annis præfuisset. Sepultus in medio choro Basilicæ Bremensis.

XIV.

Hermannus.*Spoilat Ecclesiam Hamburg.**Guido Muscus.*

1036.

BEZELINUS: cog. Alebrandus Archi-Episcopus 12. Hamburgensis. Ex Colonienfi

XV.

Bezelinus.

Eo-

Ecclesia accersitus. Baculum a *Conrado* Imp. Pallium a *Benedicto*. 10. accepit. *Hamburgi* a suffraganeis & aliis septem Saxoniarum Ecclesiarum Episcopis consecratus & ordinatus est. Templorum ædificiis extruendis, & muris, propugnaculisque civitatis ædificandis totus deditus fuit. Reditus & præbendas Canonorum, disponendo illis vinum, auxit & amplificavit. *Hamburgi* Ecclesiam ligneam, ab *Vnmano* & *Bernbardo* Duce *Saxonie* in honorem Mariæ Virginis extructam, renovavit & quadrato lapide exornavit. Domum quoque lapideam turribus & propugnaculis munitissimam versus meridiem adiecit, & insuper civitatem muro, tribus portis, & duodecim turribus munivit & circumdedit: Quibus Dux *Bernhardus* versus Septentrionem arcem ad *Alstriam* flumen opposuit, quæ Prætorium Ducis erat. Pace per totam viciniam constituta, legationem in *Daniam* suscepit. *Rodolphum* Sacellanum suum *Slesvici*, *Abelinum* Aldenburgenli, *Walonem* e choro *Bremensi* assumptum *Ripensi* Ecclesiæ præfecit. Principes *Vandalorum* *Anatrogus*, *Gneus* & *Ratiborus* *Hamburgum* venerunt, & Duci Episcopoque militari sacramento se adstringentes: *Hermannus* etiam *Coloniensis* querimoniam de *Bremensi* Episcopatu intendebat: Sed *Bezelini* prudentia victus a postulatione decessit. *Zueno*, *Norwegiæ* Rex cum istis temporibus expeditionem in *Angliam* moveret: prius *Hadeleriam* invadebat cum copiis suis. Captus vero ab exercitu *Archi-Episcopi*, & ad eum deductus, summa humanitate *Bremæ* excipitur, & muneribus affectus ad suos remittitur. Hac benevolentia animos *Bernbardi* Ducis *Saxonie* & *Disbmari* fratris sibi ita devinxit, ut eum in posterum majori observantia colerent. Ea tempestate *Vdo* Marchio *Brandenburgensis* & Comes *Stadensis* in vivis erat: Huius superbiam humanitate & magnanimitate sua *Archi-Episcopus* vicit, ut ad æquiores mentem flecteretur. Tum quoque *Pyratæ* ostia *Visurgis* ingressi *Lismonam* usque omnia vastarant, sed virtute *Bremensium* multis eorum trucidatis, ad naves fugati sunt. Evocavit *Bezelinus* *Magnum*, *Regem* *Daniæ* & *Norwegiæ* *Slesvicum* ad colloquium, ubi in præsentia *Bernbardi* Ducis *Rodolphus* Episcopus *Slesvicensis* ordinatus & *Gunbildis* soror *Regis* *Orrdulphi*, *Bernbardi* Ducis filio, desponsata est. *Emma* Vxor *Luderi*, Fratris *Bennonis* Ducis *Sax.* circa hæc tempora in arce *Lunæburgensi* cum per totos 40. annos vidua mansisset, decessit. Totum patrimonium pauperibus & Ecclesiæ *Bremensi* fere contulerat. *Lismonam* vero solam *Conrado* Imp. donaverat. Anno penultimo *Bezelini* Ecclesia *S. Petri* *Bremæ* cum monasterii habitationibus & urbis ædificiis conflagravit Anno 1270. a prima fundatione & ordinatione *S. Wilbadi* 3. Idum *Septembris*. Sequenti anno Episcopus Ecclesiæ restorationem ad formam *Coloniensis* inchoavit: Sed operis consummationem

non continuavit: Cum enim ab Ecclesia *Schermbecensi* pridie ante diem *Cenæ* *Dominicæ* nudis pedibus *Bremam* pervenisset, febris laborare cepit, unde ad Præposituram *Buccensem* delatus, septem dies decubuit & 17. *Calend. Maji*, anno Christi 1043. alias 1045. cum annis 10. præfuisset in vivis esse desuit. Sepultus *Bremæ* apud *Mausolæum* *S. Wilbadi*, in medio novæ *Basilicæ*, cujus ipse fundamenta jecerat.

ALBERTVS 1. *Archi-Episcopus* 13. *Hamburgensis*, *Conradi* *Palatini* *Rheni* filius, Præpositus *Halberstaden*sis. Ab *Henrico* 3. Imp. *Aguisgrami* in conuentu procerum imperii, duodecim Episcopis manus imponentibus, & ipsum consecrantibus, virga: A *Benedicto* vero 10. Pontifice pallio donatur. Initio gubernationis moenia & munimenta *Vrbis* ab antecessoribus extructa demolitur, ut lapide, calce & relicta materia ad incendio vastatæ Ecclesiæ ædificationem uteretur, quam ad instar *Coloniensis* inchoatam dirui iussit, & ad *Beneventanæ* formam vix. 24. annorum spacio tandem absolvit. Aulam Imp. ut Ecclesiam ad majora privilegia & dignitates eueheret, in plurimis expeditionibus & legationibus secutus est. Cum quo anno Christi 1046. in *Italiam* profectus, ubi tres Pontifices *Benedictum*, *Sylvestrum* & *Gregorium* Imp. pontificatu movit: & *Suidigerum* *Bambergensem* Episcopum, qui *Clemens* 2. dictus est, suffecit: a quo *Hamburgensis* & *Bremensis* Ecclesia veterum suorum privilegiorum confirmationem & renovationem mox accepit. *Roma* deinde Imp. *Bremam* secum duxit, ubi eum regio apparatu excepit, circa Annum Christi 1050. Imp. ut vicissim benevolentiam suam declararet Episcopo Comitatum *Frisiæ*, *Canonis* vero prædium *Balgam* donavit. Inde *Lismonam* Imp. deducit, ubi a *Disbmario*, fratre *Bernbardi* Ducis *Saxonie*, Imp. insidiis pene circumventus est: Sed *Archi-Episcopi* studio & vigilantia defenditur. Vnde inter *Bernbardum* & *Orrbulphum* Duces *Saxonie* ac Episcopum capitalia odia exorta sunt, quæ tamen Episcopus magis benefactis, quam malefactis, sedavit. Præposituras aliquot extruxit *Vnam* *S. Wilbadi*, ubi corpus ejus quiescit. Alteram *S. Stephani*, Tertiam *S. Pauli* *Bremæ*. Quartam *Lismonæ*. Quintam *Stadii*. Sextam *Sullenbergi* trans *Albim*. Septimam in *Mindensi* parochia in *Aspice*, loco *sylvestri* & montoso. Octava, *Abbatia* *Gofficana* fuit ad *Salam* fluvium. Alia præterea opera inchoavit, quæ partim ipso vivente perierunt, partim negligentia Præpositorum interciderunt. *Zueno* *Daniæ*, *Norwegiæ* & *Angliæ* Rex, *Camuti* Magni ex sorore Nepos, incesto conjugio sibi consobrinam junxerat: Episcopus idcirco legatos ad Regem mittit, ut a tam scædo proposito abduceretur. Sed cum nollet resipiscere, apud Pontificem effecit, ut Rex impurus anathematis fulmine percussus consobrinæ libellum repudiū daret &c. Hac de causa Regem per aliquot annos infensum habuit:

1043.

XVI.
Albertus.

1046.

1050.

Henrici III.
liberalitas
in Ecclesi-
am Brem.Præpositura
ab Al-
berto fun-
data.Zueno Rex
excommunicatur.

Hamburgum munit.

Zueno-
nem Regem
capit.Vdorem
March.
flectit.Emma li-
beralitas
in Eccl.
Brem.Incendium
Bremæ.

buit: Nihilominus tamen legatos suos ad terras Aquilonares in *Daniam, Sueciam Norwegiamque* mittere non intermilit. Anno Christi 1051. a *Leone 9. Pontifice & Henrico 3. Imp.* synodus *Moguntia* celebratur; in ea auctoritas *Alberti* apud Pontificem & Imp. præcipua fuit. Et mansit fides & individuus Comes Imp. usque ad mortem. Eo mortuo cum ob *Henrici 4. pueritiam & Agnethe Imperatricis contemptum* varia in imperio distractiones essent; Anno Archipræsul Colonienfis *Henricum* puerum secum in suam dioccesim abduxit: Bremensis vero omnem auctoritatem in administrando imperio sibi sumpsit, ex cuius consiliis & decretis omnia pendebant. Ideo eius Ecclesia in gravem invidiam adducta & varia fortuna quassata est. Adfuit Episcopus *Henrico 3. & 4. Imp.* in quatuor expeditionibus: Italica, Flandrica, Vandalica & Ungarica, in qua *Salomon Rex Ungariæ* restitutus est. In hac expeditione ultima *Hermannus, Orbulpbi Ducis Saxonie* frater, Imp. militaverat, qui cum pro dignitate non satis sufficienti beneficio affectus fuisset, in Archiepiscopum arma convertit, *Bremam* diripuit & vastavit, soli Ecclesie parcens. Ideo apud B Imp. ab Archiepiscopo accusatus exilio multatur, sed vix anno exacto liberatur, & ad satisfactionem Ecclesie præstandam condemnatur. Imp. quoque præfili amplissima munera ad Ecclesie ornatum & ædificiorum destructorum reparationem misit. Cum *Godscalc*, Principe *Vandalorum* religiosissimo, amicitiam coluit, qui ad eum gratia solvendorum vororum *Hamburgum* frequenter commeari solebat. Cujus amicitia Episcopus fretus, & simul prætendens Imp. auctoritatem Aldenbürgensem Episcopatum in tres dioceses partitus est: Et cuilibet Ecclesie suos Pontifices, *Aldenburghi Eizonem, Megapoli Johannem Scotum & Raceburghi Aristonem* præfecit. *Corbejam & Laurissam* cœnobia, Imp. concedente, Ecclesie suæ subiecit. *Lismonam* cum *Haderie* regione ab *Agnethe* Imperatrice novem libris auri emit. Comitatum *Findgoe* in *Frisia* a Rege adeptus est, & per decennium retinuit. Comitatum *Stadensem* *Vdonis*, per *Albim* & agrum Bremensem dispersum, Ecclesie suæ adiecit: pro eo singulis annis *Vdoni* de bonis Ecclesie mille libras argenti obtulit. Comitatum alium *Frisia, Emisgoe* *Bremæ* vicinum a Rege emit, & pro redimendis hisce Comitatibus omnia ornamenta cum Ecclesie thesauro insumpsit. Ab isto tempore Bremensi Ecclesie omnia adversa erant, & Archiepiscopus apud omnes contemptus habebatur. Nam licet Consulatorem curiæ in aula Imp. semotis æmulis & invidis suis, adeptus fuerat: tamen in synodo Tiburienti præfente Imp. tanquam magus & præstigiator condemnatus & regno expulsus est, anno a Christo nato, 1066. Mox *Orbulpbius*, Dux *Saxonie*, cum *Magno* filio & *Hermanno* fratre bonis Ecclesie suæ inhiare & *Albertum* Episcopatu pellere cogitavit:

Sed ille *Gostarim* aufugiens, apud *Lottinam* prædium per dimidium annum delitescit, donec cum *Magno* transigeret his conditionibus, ut Archiepiscopatus in tres partes divideretur. Una pars *Vdoni*, Altera *Magno*, Tertia Episcopo attribueretur, quam ipse postea *Eberhardo* aliisque regis adulatoribus distribuebat: Sibi vero nihil retinebat, nisi quod Exul ex bonis xenodochii Bremensis alimenta & vitæ sustentationem expectabat. Inde exarsit conjuratio *Vandalorum* in *Godscalcum* Principem, quem *Leontii* cum *Appone* sacerdote 7. Idus Junii interfecerunt. Hanc eadem nova Christianorum persecutio mox infecta est. *Hamburgum*, Duce *Pluffone*, marito sororis *Godscalci*, igni ferroque sexto vastatum, & cum arce excisum est: & Ecclesie omnes, quarum fundamenta recenter jacta erant, vastate & dispersa sunt. Aldenbürgensis sedes ab hoc tempore cum filiabus suis *Megapoleni* & *Raceburgensi* per 84. annos vacavit & deserta mansit. Exacto tertio anno exilii, Archiepiscopus cum adversariis in gratiam redit, & in pristinum dignitatis gradum restituitur, cui in brevi temporis spacio omnia adeo prospere succedunt, ut *Plisum, Dusbürgum, Groningam & Sutzicum* acquireret. Præposituram *Wildeshulensem, Bremæ & Rosenfeldam, Hamburgo* proximam prope in manibus habuit. Laboravit etiam Patriarchatum cum duodecim Episcopatibus *Hamburgi* instituire, ut in omnibus Borealibus regnis *Dania, Suecie & Norwegie* auctoritate Archiepiscopali & legationis apostolicæ munere fungeretur. Patriarchatus honore assecuto, duodecim Episcopatus in hæc sedes distribuit, *Bremam, Verdam, Palnam, Helginstadium, Raceburgum, Aldenburghum, Megapolim, Stadium, Lismonam, Wildesbushum, Ramsolam* & alium quendam locum *Frisie*. Cogitavit etiam Patriarchiam *Hamburgi* constituere, ut Ecclesia perenne præsidium adversus Barbarorum incursiones haberet. Renovata tum est conspiratio illa *Orthonis Ducis Bavarie & Magni Ducis Saxonie* in *Henricum 4. Imp.* Sed Archiepiscopi intercellione actum est, ut uterque Dux se in potestatem Cæsaris *Henrici* traderet. Episcopus tum bona Ecclesie, quæ *Magnus* occupaverat, recepit. Post hæc tempora cum *Albertus* morbo, ætate & laboribus per totam vitam molestissimis exhaustus vix spiritum traheret: tamen aulam Imp. lectica vectus non sine suo & aliorum onere secutus est. Et cum variis conscientie stimulis sæpius ad penitentiam admonitus, multumque melancholicis imaginationibus & visionibus secundum quietem exagitatus fuisset; *Gostaria* die. 17. Calend. Aprilis, Anno Christi 1072. obiit. Corpus *Bremam* deductum, decimo post mortem die, festo Annunciationis Mariæ, in medio choro novæ Basilicæ, quam ipse condiderat, conditum est, cum 30. annos ad gubernacula sedisset. Hoc anno *Hamburgum* bis a *Vandalis* vastatum est. Hic Archi-

Distribuit
Archiepiscopatum

Restituitur

Patriarchatum
acquirere1072.
Obiit.

1051.

Auctoritas
Alberti in
imperio
post mortem
Henrici
III.Hermannus
Dux Saxonie
BremamDiviso E-
piscopatus
AldenburghiIncrementa
Ecclesie
Brem.Albertus
A. Ep. exil.
1066.

ch. præful. 20. Episcopus ordinavit, qui ad convertendas & docendas gentes Aquilonares emissi sunt. Ideo *Hamburgum fecundam matrem gentium* appellare solebat.

XVII.
Eimarus.

LIEMARVS Archi-Episcopus 14. Hamburgensis, natione Bavarus. Ab *Henrico 4.* Imp. sine consensu Capituli in feudationem: Ab *Alexandro* vero Pontifice pallium accepit: & a suffraganeis suis ordinatus est. Sub hoc Episcopo *Dania, Norwegia Sueciaque* Episcopi paulatim ab Ecclesia Hamburgensi exempti sunt. Interfuit expeditioni Italicae Imp. adversus *Gregorium 7.* Pontificem anno Christi 1081. Deinde in bello Saxonico Imper.

1081.

1089.
*Capitur a
Lorbario.*

in oppugnatione arcis *Gleichen*, anno Christi 1089. a *Ludero* sive *Lotbario* Comite Supplingburgensi & *Querfordensi*, qui postea Dux Saxoniae & Imp. factus, captus est, cui pro redemptione vitæ Bremensem, ut vocant, advocatiam concessit, & insuper trecentas marcas solvit, Basilicam Bremensem, quam antecessor ædificaverat, destruxit, & novam a fundamento erexit. Circa annum Christi

1100.

1101.

1100. conventus Monachorum in *Hertzefeld* incepit. Sequenti anno Episcopus die 15. Calend. Junii obiit, cum annis 30. præfuisset. Sepultus *Brema* in Basilica, quam ipse condiderat. Circa hæc tempora anno Christi 1099. Bremenses cives cum Comitibus *Oldenburgensibus* ad expeditionem argonauticam *Godefridi Bilionai* in terram Sanctam adversus Saracenos sese accinxerunt: Qui re feliciter gesta, in reditu ab Imper. *Henrico 5.* amplissimis privilegiis, ut viris dignitati equestri conspicuis pares haberentur, donantur, urbs pro *Rolandi insigni Aquilam Romanam* in posterum usurpare jubetur. Et cives ab omnibus vectigalibus imperio solvendis immunes pronunciantur.

Privilegia
Bremen-
sium.

XVIII.

Humbertus

HUMBERTVS alias *Hubertus* Archi-Episcopus 15. Hamburgensis historia illius nullius rebus gestis insignitur. Mortuus anno Domini 1104. præfuit annis tribus.

XIX.

Fridericus

FRIDERICVS 1. Archi-Episcopus 16. Hamburgensis. Hujus temporibus nihil memorabile gestum est, quod ad religionem pertineat. Anno Christi 1112. *Godefridus* Comes *Holsatiae*, post mortem *Ottobonis* fratris *Magni*, Ducis, *Saxonia* impositus, cum *Vandalis Holsatiam* vastantes *Hamburgum* usque insequeretur, cæsus est: Cui *Lorbarius* Dux *Saxonia Adolphum* Comitem *Schawenburgensem* substituit. Eodem tempore mora etiam controversia est de Comitatu *Stadensi*, quem Bremensis Ecclesia a *Carolo* Magno usque optimo jure vendicaverat. Sed transierat in jus *Vdonis* Marchionis *Brandenburgensis* & filiorum ejus, per adoptionem *Idæ* *Elstorpensis*, quæ *Vdonem* adoptaverat. *Eilmarius* autem Junior, *Eilmari* Comitum *Oldeburgensis* & *Ricknissa* filia *Idæ* *Elstorpensis* filius, adoptionem ab avia factam iudicio subvertere nitentur: Sed irritus conatus erat: *Vdo* enim Comitatum retinuit, quem pro eo *Fridericus* quidam, natione *Anglus*, administravit. An-

Controversia de
Comitatu
Stadensi.

no Christi 1122. *Lotbarius* Dux *Saxonia*, Comes *Supplingburgensis* & *Querfordensis*, *Vordam* arcem, ubi nunc sedes Archi-Episcopi *Bremensis* est, ad *Ostam* fl. condidit. Eisdem temporibus Ecclesia *Fladerensis* in *Holsatia*, nunc *Novum Monasterium* dicta, fundatur, & *Vicellinus* eo ex *Bremensi* collegio accersitur, qui *Henrici Vandalorum* Principis jussu, Ecclesias in *Vandalia* plantavit & renovavit. Obiit Archi-Episcopus anno Christi 1123. cum 1123. annis octodecim, ut *Cranzius* scribit, præfuisset.

ADALBERO Archi-Episcopus 17. Hamburgensis. Initio gubernationis *Henricus Adalbero*.

Marchio *Brandenburgensis* & Comes *Stadensis* in pueritia moritur: Et *Fridericus* administrator *Stadensis* Comitatum ab Archipræsule in feudum consequitur, post cujus mortem *Lorbarius* Imper. *Henrico Welpho* genero suo, Duci *Bavariae*, Ducatum *Saxonia* cum Comitatu *Stadensi* anno Domini 1135. *Hertzfeldia* confert: *Henrico* vero post quadriennium mortuo, *Arx Lunaburgensis*, *Bardorian Vicus*, *Brema* & tota inferior *Saxonia* ab *Adalberto* Marchione *Brandenburgensi* occupatur, qui postea *Henrico Leoni* parvulo & impuberi *Welphi* filio, omnia, quæ occupaverat, restituere cogitur. In transactione, controversia de Comitatu *Stadensi* apud Imp. *Conradum 3.* mora est. Dies dicta est *Ramsola*, ubi per arbitros causa tractari coepit: & cum nihil profecissent, ministri Ducis Archi-Episcopum cum *Hartvico* Comite *Stadensi* & *Præposito* *Bremensi Lunaburgum* captivum abducunt: Sed uterque paulo post illæsus dimittitur: controversia de Comitatu indeterminata manente. Nihilominus *Hortvicus* *Præpositus*, permutatione facta, Comitatum pro *Disbmarsia* retinet, quem post mortem cum hereditate tota Ecclesie *Bremensi* legavit. Circa

Albericus
Marchio
occupat
Saxonia
inferiorem.

Adalbero
capitur.

annum Christi 1142. *Cœnobium* *Divæ Mariæ Virginis Stadii* a *Dudone*, *Adecone* & *Richberto* fratribus fundatum, & 6. Cal. Nov. ab *Adalberone* Archi-Episcopo consecratum est, qui *Adalwardum* primum Abbatem cum *Conrado* *Hertzfeldensi* Abbate ordinavit. *Cœnobium* postea anno Christi 1500. in urbem translatum est. *Vicelliman Vandalorum* Apostolum confirmavit ad petitionem *Henrici Vandalorum* Principis & in *Vandalos* Imper. *Conradi 3.* hortatu legationem suscepit. Eisdem Imperat. auspiciis classem in terram sanctam ex *Sax* diocesis subditis, aliisque *Saxonia* populis collectam contra *Saracenos* milit. In hac expeditione cum classis *Bremensium Hispaniam* appulisset, *Vlyssibona* a Christianis recepta & præsidio firmata est. Obiit anno Christi 1148. cum annis 24. præfuisset. Vixit sub tribus Imper. *Henrico V. Lotbario Saxone* & *Conrado 3.*

XXI.
Hartvicus
I.

HARTVICVS 1. Archi-Episcopus 18. & ultimus Hamburgensis, Comes *Stadensis* & *Dithmariensis*, Marchio *Brandenburgensis*, & *Soltquellensis*, *Præpositus* Ecclesie *Bremensis*.
Ec

Episcopatus
Vandal.
restituit.

Ecclesias *Vandalorum* Aldenburgensem, Ra-
ceburgensem & Suerinensem ante annos 84.
solo æquatas a rudibus renovavit, eis Episco-
pos præfecit, quos suæ Ecclesiæ suffraganeos
reddidit. Apud Imper. & Pontificem pluri-
mum sudavit, pro recuperandis Episcopis
& suffraganeis per universam *Daniam*, *Sue-
ciam* & *Norwegiam*: Sed nihil effecit. Dis-
sualit *Vicelino*, Episcopo Aldenburgensi, ne
ab *Henrico* Duce *Saxonie* investituram feu-
dalem acciperet: Cujus successorem *Gerol-
dum* consecrare reculavit, eo quod Ducis ele-
ctionem illegitimam censeret: Cui reconcili-
atus, in præsentia ejus, *Adolphi* Comitis *Hol-
satie*, multorumque aliorum Principum *Lube-
cæ* Ecclesiam cathedralem consecravat. In re-
gressu *Flaccense* cœnobium in *Holsatia* & *Stad-
ensem* Basilicam in honorem Divæ Virginis
facris initiavit. *Vesontij* in *Burgundia* concilio
generali interfuit, ubi quæstionem de pa-
triarchatu restituendo irritò conatu movit.
Eadem ætate: *Christianus* Comes Oldenbur-
genensis cum *Henrico Leone*, Duce *Saxonie* bel-
lum gessit, in quo *Weiam* arcem occupat, &
inde a *Bremensibus* intra urbis mœnia recipi-
tur: Dux exercitu ex *Frisiis* & *Saxonibus* col-
lecto, Comite ejecto civitatem recuperat, &
tamdiu eam in potestate retinet, donec ab Im-
perio officio & dignitate sua privatur: Bremen-
ses vero pro defectione & contumacia Duci
mille marcas argenti puri dare coguntur: Post-
ea per totam diœcesim rapinis populationi-
busque grassatur. Archi-Episcopus interea
Hamburgi consistebat, & eventum obsidionis
arcium suarum *Hamburgi* & *Friburgi* expe-
ctabat. *Friburgum* Dux quidem cepit & so-
lo æquavit: *Hamburgum*, qui loco palustris &
limoso positum, expugnare non potuit. Nec
hisce expletus, Comitatus *Stadensi* inhiavit.
Ideo Archi-Episcopus cum *Conrado* *Lube-
censi* Præfule *Magdeburgum* concessit, ubi per
biennium ab Archi-Episcopo *Wichmanno*
hospitio excipitur, Duci deinde reconciliatus,
in diœcesim suam revertitur, & paulo post in
1168. vivis esse definit 8. Nonas Octobris, anno sa-
lutis 1168. cum annis fere 21. præfuisse.

Henricus
Leo Pre-
mam tenet.

Hartwigus
exul.

XXII.
Balduinus.

Bellum E-
piscoporum
contra Leo-
nem.

BALDVINVS Archi-Episcopus Bremen-
sis, Præpositus *Hamburgensis* & *Halbersta-
densis*. Sacellus *Henrici Leonis*, a quo pro-
motus est: A Pontifice *Paschali* consecratio-
nem & pallium, ab Imperatore *Fridrico* 1. Vir-
gam accepit. Contra quem alii duo *Sigfri-
dus*, Marchionis *Alberti* Filius a *Guncelino* Co-
mite *Suerinensi*, & *Othertus* alias *Echertus* De-
canus *Bremensis* a clero electi fuerunt. Pri-
mus titulum Ecclesiæ *Hamburgensis* negle-
xit. Sub hoc Episcopo *Henricus Leo Sta-
dium* cum Comitatu Ducatus suo adjecit: pro-
pter quem variis tumultibus & bellis intelli-
nis *Saxonia* tum concussa est. *Philippus* e-
nim *Coloniensis*, *Wichmannus* *Magdeburgen-
sis* & *Vricus* *Halberstadenensis* Episcopi atro-
cem conspiracy in eum excitarunt, qui
tandem effecerunt, ut ab Imperio proscriberet.

Menckenii Scriptor. Rec. Germ. Tom. III

retur. Obiit *Balduinus* anno Christi 1178. 1178.
cum annis 10. præfuisse. Quo anno *Adel-
mardus* Abbas primus cœnobii *Stadensis* ex
hac vita decessit: Et in ejus locum *Godescal-
cus* Monachus *Hertzfeldensis* successit.

SIFRIDVS *Alberti* Vrsi Electoris & Mar-
chionis *Brandenburgensis* Filius: Ab *Henri-
co Leone* successit, contra quem alius *Bar-
toldus* eligitur, qui propterea ad *Lateranen-
se* concilium provocavit: Sed *Sifridus* nihil
ominus a Pontifice confirmatus, a *Branden-
burgensi* sede ad *Bremensem* translatus est.
Ab armis quidem quietus, sed ab intestinis
dissensionibus omnino liber non fuit. Nam
Theodoricus Decanus, *Hartvicus* Custos, post-
ea Archi-Episcopus, *Segebodo* S. Pauli Abbas,
Hermannus Præpositus *Buckenensis* & *Eilo* Præ-
positus S. *Wilhadi*, & alii, quos Archi-Episco-
pus ad tantos honores evexerat, grandem
conspirationem in eum excitarunt, varias in-
tentando criminationes, a quibus tamen per
Henricum Scholasticum *Bremensem* coram
Pontifice excusatus est. Proscripto *Henrico
Leone* ab Imperio anno Christi 1181. a *Fride-
rico* 1. Imperat. impetravit, ut Comitatus *Stad-
ensis*, quem *Leo* occupaverat, ad *Bremen-
sem* Ecclesiam rediret: Et *Philippo* *Coloni-
ensi* sexcentas argenti marcas, si oppidum &
arcem, cui Ducis præsidium erat impositum,
expugnaret, promisit. Præterea fratri *Bern-
bardo*, cui Imperator Ducatum *Saxonie* con-
tulerat, *Ditmarfos* subjicere conatus est. Ex-
pletis in Archi-Episcopatu quinque vel sex an-
nis, in *Brandenburgensi* quindecim, in fata
concessit anno salutis humanæ 1184.

HARTVICVS 2. Ecclesiæ Custos & thesau-
rarius consensu totius cleri & populi eligitur.
Regalia & virgam a *Fridrico* 1. Imperat. Pal-
lium & consecrationem a *Lucio* 3. Pontifice ac-
cipit. *Henrico Leoni* ab exilio ex *Anglia* re-
verso, nulla parte adesse voluit Collegium S.
Ansgarii Bremæ tertio Pontificatus sui anno
fundavit, & Calendis Maji anno Christi 1187. 1187.
dedicavit, addens reditus. *Woldam* certum
fundum cum omnibus possessionibus toto-
que dominio pro centum & sexaginta marcis
emit, ubi cœnobium sacrarum puellarum Or-
dinis D. *Benedicti* in honorem *Marie Virginis*
fundavit, quod *Trupam* translatum,
nunc *Vallis Liliorum* nuncupatur. Hujus Ar-
chi-Episcopi ætate *Hierosolyma* propter no-
strorum militum ignaviam & dissensionem a
Saracenis recuperata, & a mercatoribus *Bre-
mensibus* & *Lubecensibus* Ordo militaris

Crucigerorum in honorem *Marie Virginis* ad
Ptolemaida institutus est, in quem soli *Bre-
menses* & *Lubecenses*, cum cæteris dignitate
equestri & nobilitate conspicuis viris recipi-
untur. Expeditioni *Asiaticæ*, quæ suscepta
est anno Christi 1197. interfuit. Anno Do-
mini 1199. *Adolphus*, *Holsatie* Comes, me-
tu *Waldamari* Ducis *Slesvicensis*, qui fuit
Canuti Regis *Daniæ* frater, *Stadium* aufugit,
quem *Waldemarus* fretus auxiliis regis infe-
cutus

Ddd 2

XXIII.
Sifridus.

Conspira-
tio in eum.

1181.

1184.

XXIV.
Hartvicus
II.

1187.

Ordo Cru-
cigerorum.

1197.

1199.

cutus *Hamburgum* primum, deinde *Stadium* oblidere constituerat: Sed Archi-Episcopus ab *Ottbone* Brandenburgensi adjutus, *Waldemaro* occurrens eum a proposito deterruit &c.

1203. Postea anno Christi 1203. *Otto 4.* Imperat. *Stadium* capit, & Archi-Episcopus in potestatem Imperat. perducitur. Liberatus, vero, in *Dithmarienses*, jugum Ecclesie excutere volentes arma, *Adolpho* Holfaticensi, & *Christiano* Oldenburgensi Comitibus eum adiuvantibus, movet: Bellum conditionibus factis mox dirimitur: Sed cum *Dithmarienses* pacta non servarent, Episcopus, quod stipendia solvere non posset, ad tantas angustias redactus est, ut per totum triennium Episcopales redditus abjuraret, donec *Adolpho* & *Christiano* solutionem præstaret. *Dithmarsii* vero se ad *Waldemarum* Episcopum Slesvicensis contulerunt, & se in fidem ipsius tradiderunt, & ab illo tempore sub tutela Regis *Daniae*, usque ad tempus pugne *Bornehovedensis* permanserunt; ubi clypeos suos mutarunt. Biennio post divisione facta inter filios *Henrici Leonis*, *Henrico* Palatino *Rbeni* Comitatus Stadenis cum parte diocesis Bremensis cedit, hac conditione, si Palatinus sine prole mascula deficeret, Comitatus ad Ecclesiam rursus devolveretur. Antistes deinde mandato Imperat. tanquam turbator *Saxoniae* sede Archi-Episcopali amovetur, ille in *Angliam* aufugit, & post annum Imperat. reconciliatus ad Ecclesiam redit. Tandem ultimo gubernationis anno altera vice in *Stedingos* arma movet, & eos ad obedientiam, certa pecuniae summa ab eis persoluta, cogit. Obiit anno Christi 1207. die 3. Novembrii cum annis 23. præfuisset. Sepultus *Bremæ* in Ecclesia Cathedrali: Vnde postea in ardem *S. Ansgarii* ante summum altare translatus est.

XXV.
Waldemarus.

WALDEMARVS, Filius *Canuti* Regis *Daniae*, qui a *Quenone Roschildae* in convivio caesus erat. Episcopus Slesvicensis, post relaxationem diuturni carceris dignitate Episcopali privatus *Bononiæ* relegatur, ubi honestis literis operam navans certior per oratores factus de electione, quod Archi-Episcopus Bremensis designatus erat, *Gerbardum* Episcopum *Ossenbrugenlem* competitorem, prævenit. *Romam* igitur impetrandæ confirmationis gratia contendit, quam cum Pontifex *Innocentius 3.* differret, *Roma* clam discedit, *Bremam* ope *Philippi* Imperat. introductus est. Hac re Pontifex indignatus, literas *Bremam* milit, quibus in festo dedicationis templi insinuat, significatum fuit, *Waldemarum* non solum non confirmatum esse, sed etiam dignum, ut anathematis fulmine ab Ecclesia separetur. Effectum id erat apud Pontificem interpellatione Regis *Daniae*, anno Christi 1211. cum annis tribus præfuisset. Sunt qui scribunt, eum ex hac vita migrasse, cum totis annis duodecim infestis armis *Gerbardum* competitorem suum oppugnasset.

XXVI.
Gerbardus.

GERHARDVS 1, Episcopus 27. *Ossenbru-*

gensis, *Waldemaro* amoto in Bremenli Ecclesia sufficitur, a quo gravissima bella sustinuit. Ab *Innocentio 3.* Pontifice confirmatur. *Bernbardus* Dux *Saxoniae* *Waldemarum* *Bremam* reducit, cui *Bremenses* adeo pertinaciter adherent, ut propterea Ecclesiastico interdicto subjici paterentur. *Waldemarus* *Stadium* expugnat, cujus impulsu *Sredingi Mintzou*, *Zebus* & *Storlo* arces destruunt & evertunt, *Hagenam* obsident. Cum his *Henricus* Comes *Hoiensis* congressus magnam eorum manum fudit. Circa annum Domini 1213. *Gerbardus* arcem *Slutsere* ædificavit, cui *Henricus* Dux *Brunsvicensis*, *Henrici Leonis* filius, *Valkenbergum* pro *Waldemaro* opposuit. Biennio post elapso, *Waldemarus* Rex *Daniae*, qui antea *Waldemarum* *Bremensem* oppugnaverat, & *Otto 4.* cum fratre *Henrico* & *Waldemaro* Episcopo *Hamburgian* obsederunt & ceperunt. Sequenti anno Rex, cum *Albis* glacie constrictus esset, *Stadium* pro *Waldemaro* expugnare voluit: Sed veritus, ne soluta glacie reditus sibi intercluderetur, ab incepto destitit & *Hamburgian* revertitur. Alii scribunt, Regem ab oblidione propter *Henricum* Imper. fratrem deterritum, quem *Bremenses* cum eo reconciliati adversus *Gerbardum* in civitatem receperant. Hic demum fortuna *Gerbaridi* convertitur: *Stedingi* a *Waldemaro* deficientes *Gerbaridi* partes sequuntur, cum quibus & aliis confederatis *Stadium* proficiscitur, cui *Suingeburgum* opponit: quod mox a Duce *Henrico* eversum est. *Bremenses* quoque *Waldemaro* relicto decimo tandem anno confirmationis Archi-Episcopum in urbem recipiunt, & solenni ritu introducunt. Hac re indignatus *Otto 4.* Imperator cum fratre *Henrico* *Bremenlem* provinciam igni ferroque depopulatur & misere vastat. Deinde *Francofurtum* ad Comitiam Archi-Episcopus accersitur ad causæ transactionem de Comitatu *Stadenli*. Sed dum se ad iter parat, in medio apparatu diem suum obiit, anno Christi 1220. cum totis 12. annis infestissimis armis cum hostibus suis concertasset. Manu scriptum chronicon refert, mortuum anno Christi 1217. cum annis 8. præfuisset.

Consentio-
nes cum
mulo *Wal-*
demaro.

1213.

Obtinere
tandem
victoriam.

1220.

XXVII.
Gerbardus
II.

Augeat Epi-
scopatum
arcium ad-
jectione.

GERHARDVS 2. Comes *Lippiensis* Præpositus *Padeburnensis*: Filius *Bernbaridi*, Comitum *Lippiensis*, Abbatis *Ordinis S. Benedicti Romæ* & Episcopi *Lealensis* in *Livonia*, qui habuit tres filios Episcopali dignitate conspicuos, *Ottbonem* Episcopum *Trajectensem*, qui patrem nunciat; *Gerbardum* *Bremensem* qui a patre & fratre *Ottbone*, & *Bernbardum*, *Padebornensem*, qui a fratre *Gerbarido* consecratus est. *Henricum Ottbonis 4.* Imperatoris fratrem adeo propitium habuit, ut Comitatum *Stadensem* cum jure suo Ecclesie *Bremenli* attribueret. *Osteshergum* a *Bernbarido* Comite *Welpensi* occupatum armis recuperavit. Circa hæc tempora *Vorda* arx, cui Duces *Brunsvicensis* Nobilem quendam de *Ostinchusen* imposuerant, a nobilibus Eccle-

sia

siæ Bremensis occupatur, & in posterum Archi-Episcopali sedi attribuitur. Circa annum

1221. Domini 1221. Archi-Episcopus arcem *Albam*,
Alba arce extruitur alias *Wittenburgum* ad *Visurgim*, circiter tertium lapidem infra *Bremam* extruxit, ut *Bremensibus* pro transvectione mercium & cerevisiæ Bremensis, quæ tum in maximo precio haberi cœpit, vectigalia imponeret. Sed illi validissima navi ædificata, quam ferro in proram duraverant, vento potenti & turbulento spirante, plenis velis navem impellunt, catenam, quæ ab utraque parte ripæ *Visurgis* palis annexa erat, frangunt, palos e profundo extrahunt, & omnia impedimenta auferunt. Per mediatores postea controversia dirimitur, per quos actum est, ut *Bremenses* pro arbitrio cum *Alba arce* agerent, illi mox eam solo æquarunt: Et in recompensationem

quam Bremenses verunt.

1222. *Langmedelam* arcem Archi-Episcopo circa annum Christi 1222. ædificarunt. Deinde *Otto* Dux Brunsvicensis & Lunæburgensis, *Henrici Leonis* Ducis *Saxoniæ & Baviariæ* Nepos, *Stedingis* contra Archi-Episcopum auxiliatus est, ut tota pene diocesi, depopulationibus & incendiis devastata *Stadium* infestis signis perit. Archi-Episcopus terra marique *Orientalis Stedingos* adoritur, provinciam depopulatur, domos incendit, utriusque

Bellum de Comitatu Stadenf.

sexus homines supra quadringentos miserime trucidat & captivos ignis incendio vivos subijcit. In ea expeditione *Ottersbergum* & *Harburgum* destruitur. *Harburgum* vero *Henricus Leonis* filius mox anno Christi 1225. denuo restaurari iussit: Et sequenti anno idem princeps in vivis esse deliit. Tum Archi-Episcopus Comitatum *Stadensem* occupavit, & in perpetuum Ecclesiæ suæ adjecit, sicuti certis pactis antea conventum erat.

1229. Anno Domini 1229. Archipræsul die natalis Domini *Stedingos* palustres populos valido exercitu aggreditur, ibi frater ejus *Hermannus*, Comes *Lippiensis* occiditur, & subita consternatione facta, totus apparatus bellicus dissipatur.

Bellum cum Stedingis.

1234. Postea anno Christi 1234. tertio arcem *Slutere*, antea bis eversam, contra *Stedingos* reparari jubet, sed mox impressione facta rursus ab illis diruitur. Ideo, per crucis prædicationem (ut vocant) exercitum cogit: Initio quidem belli *Orientalis Stedingia* a peregrinis, occisis plurimis, misere devastatur: Sed tamen *Bremensibus* cruentior fuit victoria: *Burbarus* enim Comes *Oldenburgensis* cum ducentis, vel alii volunt, cum duobus millibus prosternitur. Hac clade *Henricus* Dux *Brabantia*, *Florentinus* Comes *Hollandiæ*, & Dux *Clivensis* permoti Ecclesiæ contra perfidum populum auxilio venerunt, collecta manu quadraginta millium peregrinorum, qui cum *Stedingis* supra agrum *Oldensche* acie concertarunt, & sex millia eorum uno prælio interfecerunt, exceptis illis, qui in *Visurgi* submersi sunt. In eo conflictu *Henricus* Comes *Oldenburgensis* cum novem peregrinis cecidit: Et *Stedingi* ab eo tempore sub jugo Ecclesiæ permanerunt, cum 44. annos

Qui subiguntur.

repugnassent. Proximo anno *Otto* Dux Brunsvicensis & Lunæburgensis circa festum Martini *Bremam* obsedit: & factis exactionibus, agris incensis & *Ottersbergo* per insidias capto, ad sua revertitur. Anno deinde 1236. 1236.

Archi-Episcopus Duci reconciliatur, cui, ut pax diuturnior esset, quædam feuda Ecclesiæ conceduntur: *Ottersbergum* verò & *Harburgum* eversa & excisa sunt, ne ulla in posterum de illis quæstio reliqua esset.

Albertus tamen Dux Brunsvicensis, *Ottobonis* filius, post quinquennium *Harburgum* de novo extruxit, & controversiam de Comitatu *Stadensi* renovavit. Monasterium quoque *Hertzfeldense* circa hæc tempora 4. Calend. Maji incendio absumptum est. Anno Domini 1250. 1250.

Nobiles quidam Ecclesiæ Bremensis ad flumen *Lusin* fundo *Hertzfeldensi* *Hornburgum* arcem prædiciariam extruxerunt: unde multæ excursions in terram Lunæburgensem factæ sunt. *Gerhardus* Archi-Episcopus cum propter senium per novem annos adversa valetudine conflictatus fuisset, consensu Capituli & Nobilitatis *Simonem* Episcopum *Padebornensem* fratris filium anno 1257. administratorem assumpsit. Postea in fata concessit *Vorda* in die *Panthaleonis* anno Christi 1259. 1259.

cum annis 40. minus uno præfuisse. Sepultus *Bremæ* in templo cathedrali.

HILLEBOLDVS, alias *Hillebrandus* Comes de *Brockbusen* alias *Wüstorpe*. Canonicus Bremensis & Archi-Diaconus *Rustringia*, a majore parte Capituli electus: Fuit ingens tum schisma. Alii enim vota in *Gerhardum* Comitem *Lippiensem* Majorem Ecclesiæ Præpositum, defuncti Archi-Episcopi ex fratre Nepotem, dirigebant: Huic parti Capitulum S. *Wilhadi* jus Electionis prætendens adhæsit. Alii, inter quos erat Scholasticus, Custos & Cantor, *Simonem* Episcopum *Padebornensem* Ecclesiæ Administratorem eligebant: Sed *Hilleboldus* accepta confirmatione & pallio a Pontifice: & arcibus *Langwedela* & *Vordga* a *Simone* administratore, & aliis pro octingentis marcis redemptis, recipitur, & *Bremam* cum triumpho & lætissimo civium applausu introducit. Contentionem habuit cum *Bremensibus* de arce *Bersfleto*, alias *Wersfleto*, unde funestum bellum, quod per aliquot annos duravit, exortum est, in quo multi ex *Frisis* & *Bremensibus* mortem oppetiere. Tandem post multas cædes, incendia & latrocinia, Episcopo *Frisis* in recompensationem interfectorum certam pecuniæ summam solvente, & arcem, de qua contentio erat, in potestatem *Bremensium* tradente, bellum finitur. Circa idem tempus *Bremæ* pene tota incendio perit. Hic Archi-Episcopus primus fuit, qui accepto stipendio Regi *Dania* militavit, & *Slesvico* præsidium imposuit. *Albertus* & *Johannes* fratres, Duces Brunsvicenses & Lunæburgenses, infra *Verdam* pontem transcentes, quæstionem forte de Comitatu *Stadensi* aut aliud renovantes, bellum in Archi-Episcopum movent, qui ma-

xxviii. *Hilleboldus*

Discors electio.

Bellum de arce Bersfleto.

Bellum de arce Bersfleto.

Bellum de arce Bersfleto.

Bellum de arce Bersfleto.

Bellum de arce Bersfleto.

Bellum de arce Bersfleto.

Bellum de arce Bersfleto.

Wildeshufium. turo consilio praveniens, promissa pecunia a Principibus pacem emit. *Wildeshufium* preterea oppidum Ecclesie sue adjecit, Comitibus *Oldenburghensibus* persoluta pecunia, quae debebatur, quam cives *Bremenses*, de quorum capitibus jus comparabatur, facta contributione, mox remunerarunt. Obiit anno redempti Orbis 1273. cum Ecclesie annos 9. stodecim & menses tres praefuisset. *Cranzius* 15. annos ponit. Sepultus est *Bremae* apud antecessores suos.

XXIX.
Giselbertus

GISELBERTVS Comes de *Brunckborst*, consanguineus antecessoris sui: Concordibus votis Capituli eligitur. Post electionem *Lugdunum*, ubi *Gregorius X.* concilium celebrabat, profectus, ibidem Praesbyterii Ordinem cum confirmatione Apostolica impetrat. A *Rodolpho* Habsburgensi regalia cum accepisset, a *Bremensibus* mox recipitur. Principio gubernationis *Kedingos*, accolae *Albis* fluminis ita fregit & repressit, ut deinceps imperata facerent. Cives plurimum dilexit, ut ab Aulicis suis *Archi-Episcopus civium* vocaretur. Iste amor postea in gravissimam indignationem conuertitur. Cum enim quidam ex satellitio aulico aurifabrum vulnerasset, cives domum Episcopi armati invaserunt, & suppellectili omni direpta eam incendio submiserunt. Quare *Archi-Episcopus* ira commotus Urbe egreditur, & in posterum aulicos suos majori benevolentia complectitur. Pro hac contumacia *Bremenses* cum, viris & foeminis, nudis pedibus extra portas Episcopo Urbem intranti obviam prodire coguntur: & veniam impetrant. *Giselbertus* cum *Conrado* Verdensi Episcopo, fratre *Alberri* & *Johannis*, Ducum *Brunsvicensium* & *Lunaburgensium* Anno Christi 1281. bellum gessit, in quo Ecclesia Verdensis hostili igne vastata & irrecuperabili damno affecta est. Comites *Holfatiae* adversus Reges *Daniae* aliquoties defendit, & in exornandis Ecclesie aedificiis admodum sollicitus fuit. Arcis *Tedinghusanae* prima fundamenta posuit. Oppidum novum juxta monasterium Virginum, *Buxtebudam* ad *Estam* condidit & communivit. Oppidum postea *Buxtebuda* a monasterio nominatum est. *Vorda* turrim lateritiam & cocto lapide, eique similem *Bremae* aedificavit. *Langwedelam* renovavit, & novis aedificiis auxit. *Ostersbergum* demolitum restauravit. Inter *Henricum*, *Holfatiae* Comitem & *Dirbmarfos* transegit. Fratres *Lubecenses*, Pontificii edicti violatores, excommunicavit. Reditus fundavit & ordinavit, ut suorum antecessorum, ipsius & parentum perennis memoria intermissificandum haberetur, *Bremae* extructo peculiari altari ad busta sive monumenta *Archi-Episcoporum* defunctorum. Novissime senex calculo vexatus, auxilio Ducum *Saxoniae* & *Brunsvicensium* Comitumque *Holfatiae* & *Oldenburghensium*, in *Kedingos* rebelles armamovit, & plurimis caesis eos tandem perdidit. Obiit *Vorda* anno Christi 1306. *Cran-*

Bremenses supplices ferri coguntur.

Tedingusa.

Buxtebuda.

Langwedela.

1306.

sius habet 1296. cum annis 33. praefuisset. Sepultus in media aera templi *Bremensis*.

Henricus V. Goborm, Decanus *Bremensis*, nobili familia dicecensis suae ortus, omnium unanimi voto & suffragio eligitur. Cum esset Vir decrepitaetatis, Cantorem Ecclesie *Romanam* ad petendam confirmationem misit, qui postquam eam cum pallio a *Benedicto XI.* impetrasset, *Roma* discedens in medio itinere in fata concessit. Litera confirmatoriae interceptae, *Bremam* perferuntur: Sed internuncii inveniunt sepulchro illatum, cui confirmationem deferebant. Episcopus enim *Bremae Stadium* profectus in media via febris correptus fuerat. Unde *Vordam* relatus, non diu aura vitali fruitur. Translatus *Bremam*, apud antecessores suos, nondum anno gubernationis expleto, sepelitur.

FLORENTINVS Nobilis a *Brunckborst*, nepos *Giselberti*, Scholasticus Ecclesie *Bremensis*: contra quem eligentium vota scissa sunt. Alii enim *Bernbardum* Comitem *Welpensem*, Majorem Ecclesie Praepositum, designaverant; Sanioris vero consilii Canonici neutralitatem secuti fuerant. Ambo igitur Pontifices coram *Bonifacio 8.* & *Clemente 5.* *Roma* litem intendunt, quae cum per aliquot annos duraret, *Bernbardus* juri suo renunciat, vel, ut alii volunt, finem vivendi lite pendente facit. *Florentinus* demum pontificiam confirmationem obtinet, cum sex annos persequendo juri suo impendisset. Reversus ad Ecclesiam annis quatuor praefuit. Decem anni ipsius administrationi adscribuntur.

JOHANNES cog. *Danus*, materno genere ex Regibus *Daniae* oriundus. Praepositus *Roschildensis*, deinde *Archi-Episcopus* *Lundensis* in *Dania*: unde a Rege ejectus, *Romanam* se confert, ubi *Rigeni* *Archi-Episcopatu* in *Livonia* vacante a *Benedicto XI.* hac conditione, ut *Lundensem* relinquat, donatur, quod facere recusans, utrumque amittit. Tandem a *Clemente V.* *Bremensi* Ecclesie praeficitur. Principio in monasterio *Hudensi* excipitur, unde a Praelatis & tota nobilitate *Bremam* perductus juramentum fidelitatis a civibus exposcit, & gubernacula Ecclesie cum singulari applausu & acclamatione populi suscipit. Inde *Stadium* contendit, ut a clero *Hamburgensi* subsidium charitativum peteret, quod Praepositus *Hamburgensis* dare recusabat: Et ab eo tempore crebrae, inter Clerum *Bremensem* & *Hamburgensem*, de juribus & privilegiis Ecclesiarum contentiones fuerunt. Deinde *Henricum* a *Borg Vordam* pertinaciter retinentem armis circumcessum (leditionem facere coegit, quem cepit & *Vorda* in carcerem conjecit: Et *Horneburgum* in gratiam Ducis *Lunaburgensis* & *FridERICI 35.* Episcopi *Verdensis* obliuione cinxit: cum quibus *Danzam* arcem oppugnavit, cepit & solo aequavit. *Romana* citatur ad transigendam

XXX.
Henricus V.

1307.

XXXI.
Florentinus.

XXXII.
Johannes.

Contentiones inter clericum Hamb. & Brem.

Danza.

dam causam inter *Albertum* 1. Episcopum 3. Rigensem & *Crucigeros* in *Livonia*. Sed dum itineri se accingit, literæ interveniunt, quibus ab incepto revocatur. Eadem tempestate Bremenses e regione Ecclesiæ cathedralis murum erigere voluerunt, id ipsum ubi Episcopus armis impedire difficulter posset, jure agere cepit, constitutisque vicariis *Burcardo Grelle* Præposito *Rustringiæ* & *Johanne Parvulo* Jurisconsulto *Viennam Galliæ* ad curiam Pontificis, contendit, ubi causam quidem egit adversus civitatem, sed parum profecit. Vicarii interim summa laude & diligentia res Ecclesiæ administrant. Reversus vero Archi-Episcopus invenit omnia perturbata. Nam nonnulli Nobiles, quorum ductor erat quidam *Ortbo Stockem*, vir non adeo sani cerebri, in eum arma sumunt. Episcopus *Vorda* relicta *Bremam* concedit, & ibidem moram trahit. Diocesis interea gubernatorem *Martinum* Nobilem ab *Huda* constituit: quo arcem *Langwedela* imposito jussit loca vicina Comitibus *Hoyensis*, qui arcem Ecclesiæ *Tedinghusanam* occupaverat, rapinis & depopulationibus infestare, & insuper Comitem ad sedem Apostolicam citavit. In posterum in clerum & cives gravior factus est. Sacerdotem *Bremæ* vinciri jussit. *Burcardum* & *Johannem* jam pridem vicarios suos Capitulo ejicere in animo habuit. Cum *Johanni* *Delmenhorsten* grandi ære alieno obstrictus esset, pro illo avenam ex decimis proveniente Comiti solvit, quem propter ea Ecclesiasticæ censuræ submisit. Simili modo Capitulares, nobiles cives reliquosque subditos suos censuris implicavit, ut omnes sine modo protestationibus & appellationibus undique in eum insurgerent. Controversia tandem ad arbitros deducitur, a quibus cum nihil defineretur, quod illi placeret, omnes proditores vocavit. Postea oppignorata arce *Langwedela* centum equites conducit, quos vix expleto mense, cum stipendium deficeret, dimittit. Inde in *Ditmarshos* expeditionem movet, cum hic etiam sumptus deessent, populus alioqui satis contumax arma & minas illius facile contemnit. Transivit in *Nordam Frisiæ*, ubi contumelias istius gentis, clavo a muliere percussus, expertus est. Hinc *Wildenbusium* pervenit, ubi ab *Ortbone* ab *Oytha* vinctus & captus est. Liberatus in *Frisiam* revertitur, dum commemoratur illic, ne Ecclesia gubernatore destitueretur, Capitulares *Johannem* Ducem *Lunæburgensem* Ecclesiæ Scholasticum, Administratorem generalem diocesis pronunciant. Ille *Henricum* a *Borg* ex carcere dimisit, eumque sibi socium consiliorum & totius administrationis suæ adjunxit, & præterea Episcopi censuras, in carcere *Marcellian* quendam, Pontificis mandatum circumferentem, impune interficiendo, superbe contempsit. Ideo *Roman*, alias *Avionem*, ab Archi-Episcopo citatur, ubi comparuit, & causam suam defendit. Archi-E-

piscopo vero a *Johanne* 22. Pontifice mandatur, ut ad Ecclesiam redeat, & controversiæ per arbitros transactionem expectet. Reversus *Henrico Dartzovio* diocesis administrationem commendat, qui tamen parum profuit. Dux cum majorem partem diocesis ære alieno liberasset, munus administrationis suæ deposuit. Antistes iterum *Roman* profectus Vicarium *Nicolaum* Episcopum 36. *Verdensem* constituit, qui improbis malisque ministris usus, per singulos menses vicarios suos mutando non solum totius Ecclesiæ statum valde labefactavit, sed etiam publicam pacem perturbavit. Fuit hic Archi-Episcopus vir præcipua eruditione & eloquentia singulari præditus, justitiæque tenacissimus. Sed parum scilicet in gubernatione sua. Vitam finit *Parisii*, cum viginti anni gubernationis transissent. Hujus Præfulis temporibus magna annonæ caritas *Bremæ* grassata est: & aliquot familiæ cum uxoribus, liberis & tota posteritate, urbe, propter tyrannidem, quam in cives inferioris Ordinis exercuerant, ejecti & in exilium missi sunt.

BVRCHARDVS cog. *Grelle* Archidiaconus *Rustringiæ*, *Bremæ* honesta familia natus. Anno Christi 1327. Ultimo Septembris in magna confusione rerum unanimi consensu Canonorum & procerum totius diocesis eligitur, & *Johanni* 22. Pontifici *Avioni* commemoranti paribus literis & votis commendatur, a quo sacerdotio primum initiatus consecratur, pallio donatur & ad Ecclesiæ gubernationem magno cum honore remittitur. Patriam suam imprimis amavit. Arces oppignoratas, inter quas *Vorda* & *Hagena* erant, initio gubernationis recepit, & brevi aliam rerum faciem per diocesim constituit. Aliarum quoque præfecturarum administrationem viris militaribus & virtute præditis commendavit, posthabitis aliis, qui ab eo magna præmia expectabant. *Kedingos* & trans *Ostam* habitantes, qui auxilia *Transalbinorum* imploraverant, ut res Ecclesiæ perturbarent, copiis ex Ducatu *Lunæburgensi*, *Westphaliæ* & *Ditmarshia* contractis, ita fregit, ut victi pacem peterent, & imperata facerent: Duas præterea arcis præsidarias terræ eorum opposuit, quibus illos sub freno retineret. Inde *Frisios* multum diuque rebellantes sub jugum duxit. Per idem tempus etiam Pontifici bellum ex Diocesi *Verdensi* exoritur, in quo Præfectura *Langwedelen* incendiis & depopulationibus devastatur, sed rebus compositis pax confestim reddita est. Reliquias Sanctorum *Cosmæ* & *Damiani* cum aliis exuviis debito honore & reverentia in festo *Pentecostes* anno Christi 1335. Pontificatus vero octavo, elevavit. Adversus *Rustringos*, qui *Bremensium* naves in *Visurgi* exurebant, auxilio civium exercitum duxit, quos ita armis & minis perterruit, ut rem ad arbitrium & æquas condiciones pervenire paterentur: Sed mobile vulgus haud diu fidem datam serva-

Ejus di-
nam inge-
niunt.

Clavo a
muliere
percussus.

XXXIII

Burchardus.

1327.

Felix ejus
principatus

1335.

Rustringi.

servavit. Paulo post *Henricus* Comes Hoiensis arcem Tedinghusanain occupavit, & *Liborius* Nobilis quidam, qui cognatam Archiepiscopi uxorem duxerat, eo invito & reclamante, *Wildesbuisi* administrationem retinuit. Obiit *Bremæ* anno Christi 1344. pridie Assumptionis Mariæ Virginis, cum annis 17: præfuisset, & vix integro anno elapso *Focco-nem* fratrem animæ suæ dimidium & laborum unicum socium præmississet. *Kedingi*, cognita morte, statim præsidium, quod contra eos firmatum erat, dejecerunt. Idem *Haddeleri* facere tentabant, sed virtute nobilium, qui *Bedecokessa* tenebant, res impedita est.

1344

XXXIV.
Otto I.

OTHO I. Comes Delmenhorstenfis. Decanus Ecclesiæ electus anno Christi 1345. propter decrepitam ætatem, ad tantæ diocesis gubernationem ineptior erat. Consensu majoris partis Capituli, *Mauricum* Comitem Oldenburgensem Ecclesiæ Decanum & Nepotem in administratorem & Vicarium adoptavit: Vix quinquennio in Pontificatu peracto rebus humanis excessit, anno Christi 1349.

1349

XXXV.
Godfridus

GODFRIDVS Comes Arnsbergensis, Episcopus 36. Ossenbrugenfis: Contra quem *Mauricius* Oldenburgensis Administrator Ecclesiæ electus erat: Sed *Godfridus* legatos ipsius præveniens apud Pontificem, confirmationem cum pallio accipit: Ideo *Bremenses* literis Pontificiis non refragantur. Ecclesiæ Vicarius nihilominus arcem cum administratione retinet, & difficile arduumque bellum adversus Ecclesiam movet: Cives *Bremenses* contra Senatus voluntatem partibus Episcopis sese adjungunt. Bello denunciato Administrator vias publicas obsidet: & *Mauricum* ab *Huda* equitem *Lesmonæ*, ne cives transire possent, cum præsidio imponit. *Bremenses* vero pontem in superiori parte fluminis propugnaculis & præsidiariis militibus munitum tenent, quem tamen conatu parum felici defendunt. Nam Administrator a fratruellibus, aliisque vicinis Comitibus adjutus, collecta valida manu nongentorum expeditorum militum, urbem oblidione cingit: ad quam aliquoties virtute exercitus sui ponte & præsidio dejecto, civibus trucidatis, captis, omnibusque quæ obvia habebantur misere devastatis, feliciter pugnatum est. Dum hæc aguntur, exploratores nunciatur, pestem in urbe crudeliter grassari, cives salutem desperare, & civitatem in potestate hostis fore. Quo audito Administrator cum gemitu ait:

Pia vox.

Si altissimus Rex cum civitatem oppugnat, nolo, ut a Deo afflictis nostra afflictio addatur; & mox obsidionem solvit. Post obsidionem populus pœnitentia ductus, Senatam orat, ut de pace cogitare velit, quæ hac formula præscribitur: Vt Godfridus confirmatus Episcopatum obtineat: Mauricius vero totius diocesis, quæ ad Ecclesiam pertinet, Administrator maneat anno Christi 1351. Pax ea non admodum diuturna fuit. Nam cum Archi-

1351

Conditio-
nes pacis.

piscopo debita reverentia non exhiberetur, nec ad victum necessaria suppeditarentur; contempto *Mauricio*, *Gerbardum* Comitem Hoiensem rerum suarum, tradita ipsi arce Tedinghusana, defensorem & procuratorem habere cepit. Is cives quosdam, qui post præteritam pestilentiam ex Comitatu *Bremam* concesserant, in servitutum asserebat. Eam ob causam anno Christi 1356. *Bremæ* novus tumultus exarsit; *Gerbarde* bellum indicitur, qui licet summa ope aliquoties coniteretur, ut per arbitros ex Capitulo electos controversia dirimeretur: tamen apud multitudinem tumultuantem & novis rebus studentem amica compolitio locum invenire non potuit. Inde ad manus & prælia ventum est. *Bremenses*, qui *Mauricum* Oldenburgensem cum valida manu Nobilium in belli societatem assumserant, tum victi, capti, & plurimis eorum caelis infra *Verdum* & *Aleram*, fugati sunt. Et cum finem superbiæ tumultuationumque non facerent, a societate *Anscarum civitatum* excluduntur. Huic exclusioni occasionem præbuerat *Tidemonus Naminck*, civis Bremensis, qui in portum Flandricum, quo mercatores trajicere interdicitum erat, merces suas exposuerat. Non tamen quiescunt: Sed bellum adversus Comitem renovant. In principio quidem arce Hoiensi frustra expugnata vincuntur, ad extremum vero per deditionem arce Tedinghusana recepta superiores evadunt. Anno peracto pax utrinque constituitur, qua facta novus tumultus in urbe excitatur propter cives in præterito bello in captivitatem a Comite Hoiensi coniectos. Locupletiores se proprio arce redemerant, pauperes clamitabant, se publica liberandos esse. Nobiles etiam, qui a Comite ad Senatam Bremensem transiverant, pro damno perperlo restitutionem in integrum postulabant. *Christianus*, Comes Delmenhorstenfis arbiter datur, qui feudali beneficio in arce Tedinghusana Nobilibus concessio, litem diremit. *Godfridus* cum per decennium turbulentissimis temporibus usque ad annum Domini 1359. præfuisset, adoptato successore, per reliquum vitæ tempus *Stadii* consensit & mortuus est anno 1363. Ibidem in Ecclesia divi Georgii sepultus.

1356.
Novus
bellum.Bremenses
ab Hanse
excluduntur.

1359.

1363.

ALBERTVS. Dux Brunsvicensis & Lunenburgensis, Magni Senioris Ducis Brunsvicensis &c. Filius. Magdeburgensis & Bremensis Canonicus. *Gerborde* Comitis Hoiensis interpellatione & Capituli consensu ab antecessore adoptatur, & post biennium *Avenioni* a Pontifice confirmatur, & ad Ecclesiam remittitur. Principio gubernationis cum Capitulo & Bremensibus, de pace agere cepit. Conventus deinde *Waltrade* indicitur, ubi intercessione Archipræsulis, & patris ipsius Comes Hoiensis & Bremenses reconciliantur. Cives tamen juramentum fidelitatis, nisi prius a *Mou-*

XXXVI.
Albertus.

Bellum cum Mauricio Oldenburgensi liberi essent, Alberto præstare recusant; *Mauricio* vero a jure recedere nolente, utriusque ad arma concurritur; *Albertus* cum patre infestis signis diocesim intrat, *Vordamq;* obsidet. In cuius obsidione & oppugnatione cum aliquot armati occubissent, *Mauricius* ad conditiones pacis flectitur, cedit archibus Ecclesie, *Bremensibus* juramentum remittit, & *Hagenam* arcem ad tempus vitæ in potestate retinet. Rebus ita transactis, Episcopus magnifico armorum apparatu *Bremam* contendit, splendido comitatu introducit, & magno cum honore applausuque a civibus excipitur. Gravis seditio, quæ *Grandis Societas* appellabatur, circa hæc tempora *Bremæ* exarsit, propter cives superiori bello a Comite Hoiensi in captivitate detrusos, qui ut redimerentur, Senatus consensu Præcipuorum Ordinum collectam indixerat. Seditiosi vero contributionem dare recusabant, & ideo ad arma consuebant, Senatores ab officio movebant, novos sufficiebant. His se postea *Johannes Holmannus* latro & pirata percelebris adjungit, qui, nullo crudelitatis exemplo, omni sanguine, cædibus & tumultibus complet, & Archi-Episcopo civitatem circa festum Pentecostes perditionem tradit, qui intromissus ultra octiduum in ea non commoratur. Interea Consules, Senatores & sanioris consilii cives ad Comites Oldenburgenses & Delmenhorstenses urbe excefferant. Cives vero, qui seditiosorum causæ addicti non erant & in urbe manserant, clam *Conradum* Oldenburgensem in Vigilia Petri & Pauli intrömittunt. Ibi fit ingens strages, & quocumque oculos intenderes dira omnia obversantur; seditiosi obvii cæduntur, capita eorum ante proprios lares suspenduntur. *Holmannus* seditiosorum antesignanus cum tota familia cæsus spectaculo in igni ante fores domus suæ patibulo affixus cernitur. Vestigia supplicii post centesimum sexagesimum annum *Bremæ* reliqua mansere. Postquam seditiosa multitudo oppressa esset, patres & Senatores in urbem revertuntur, collapsum Reipublicæ statum, quantum possibile est, in meliorem formam redigunt; imperitæ quoque multitudini, quæ culpam deprecabatur, venia data est. Anno Christi 1368. *Bremenses* auxilio Comitum Oldenburgensium in *Rusfringos*, *Frifia* populos arma movent: Et, cum Capitaneo Blexensi parcere nollent, ibidem omnes cæduntur, ut vix nuntius tantæ clacis evaderet. In eo conflictu *Mauricius* Administrator Ecclesie Bremensis, *Gerhardus* & *Christianus*, Comites Oldenburgenses cum *Conrado* Comite Brockhusensi, præcipua nobilitatis vicinarum terrarum flore & septingentis armatis perierunt. Eam ob cladem *Conradus* Oldenburgensis sequenti anno exercitum in *Frifios* reduxit. Sed fortuna & conatus parum scælix fuit: Nam quingentis ex copiarum suarum numero amissis, de victoria desperans, inglorius domum revertitur.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Anno Christi 1374. Bremensis cerevisia vilifecere, & Hamburgensis in majori precio haberi cœpit. Tum quoque *Bremenses* in conventu Lubecensi in societatem Anscarum civitatum recipiuntur: Et inter *Hamburgeres* & *Bremenses* contentio oritur, ultra civitas locum digniorem superioremque in consensu obtineret. *Bremenses* tum propter Ecclesie antiquitatem præferuntur. Biennio elapso, *Johannes a Sesterstere* Decanus Bremensis, postea 42. Episcopus Verdensis *Alberto* Archi-Episcopo insignem contumeliam inussit. Spargebat enim rumorem, quod *Hermaphrodita* & in utramque Venerem promptus eilet. Ad hanc infamiam diluendam *Bremæ* primum Capitularibus, Nobilibus, Senatui & civibus: Deinde Hamburgi suffraganeis & Ecclesiarum Prælatibus: Ultimo Sunday multis gravibus viris se conspiciendum exhibuit. Decanus interea, quia ipsi invidiæ structæ erant, ex arce Meienburgensi Ecclesie prædiis maxima incommoda & damna infert. Tandem controversia ad *Christianum, Conradi* Comitis Brockhusii filium, per arbitrii sententiam dirimenda desertur: cuius reconciliatione actum est, ut Decanus centum Nobilibus sibi adjunctis veniam ab Archi-Episcopo peteret. Anno Christi 1381. Nobiles ex Comitatu Hoiensi, inter quos erant *Henningus, Theodoricus* & *Stacius* a *Mandelor*, *Ortgijus* & *Gerhardus* fratres de *Klencken*, *Phicus* & *Warnerus Beren* fratres, *Bartolomæus* a *Landesbergen*, cum nonnullis aliis *Johanne Gropelink* & *Arnoldo* a *Weyge*, *Drakenbugi* coacto exercitu, per vadum *Tedinghusanæ* Præfecturæ *Langwedelen*se territorium invadunt, & præda abacta, obviisque prædiis ferro & igni devastatis, abierunt. Loci Præfectus *Fridericus Schulte*, *Longus* dictus a *Bremensibus* auxilia sumens hostes insequitur, qui, relicta præda, se fuga salutem querere simulant: Et interea res suas disponunt, primum agmen insequentium excipiunt, prælio commisso plurimos interficiunt, & nonnullos in captivitate abducunt. Captivi mille marcis argenti se redimunt. Fratres a *Mandelor*, qui huic expeditioni interfuerunt, quia Vasalli Ecclesie erant, prædiis & feudis, quæ in diocesis terra possidebant, privantur. Hac de causa *Albertus*, Dux *Saxonie* & *Lunaburgensis*, natus *Agnetha*, Filia *Wilhelmi* Ducis *Lunaburgensis*, *Bremensibus* bellum denunciavit, & mox eductis copiis prædando diocesim pervagatus iterum ad sua revertitur. *Bremenses* aut damnum & injurias acceptas propularent, *Walsrodam* capiunt & incendio perdunt: Et *Drakenburgo* in potestatem accepto, illud solo æquant. Postea pace utriusque constituta controversia dirimitur. Post triennium graviori bello *Bremenses* implicantur, in quo *Orientalis Frifia* pagos oppugnant, & aliquot Ecclesias *Frifiorum* castris & muris circumdatas munitasque expugnant, & *Hoyonem Hussken*, unum ex terræ illius

Ecc

1374.

*Bremenses in Hansam recipiuntur.**Albertus A. Ep. pro hermaprodita dicitur.**Purgat se infamiam suspitione.*1381. *Nobiles Comitatus Hoiensis.**Bellum Bremensium cum Frifis.*

Capitaneis, qui *Bremensium* navibus exercendo piraticam sepius infestus fuerat, capiunt, quem *Edoni Wineken*, loci illius Domino, tradunt, a quo, quia ipsius sorori libellum repudii miserat, miserrimo & crudelissimo supplicii genere excruciat. Bello confecto tota terra urbis gubernatoribus juramentum præstat. Circa hæc tempora turris illa lateritia cum ponte ad *Lismonam* fluvium, in loco, quem *Burgum* appellant, extructa est. Antea vadum erat magno damno & incommodo navigantibus transeundum, nunc pons faciliorem viam transeuntibus præbet. Obiit *Albertus* Archi-Episcopus anno Christi 1395. cum annis 33. Ecclesiæ præfuisse. Sepultus *Bremæ* in media Ecclesia.

xxxvii.
Otto II.

OTTHO 2. Antecessoris ex fratre Nepos, *FridERICI, Henrici & Bernbardi* Ducum Brunsvicentium & Lunaburgensium Frater, de Verdenli Ecclesia ad Bremensem transfertur. Nonnulli Capitularium vora in *Jobannem Monnick*, Majoris Ecclesiæ Præpositum, contulerant: Sed *Otto* apud *Bonifacium III.* Pontificem confirmationem & pallium obtinet: Regalia vero cum baculo a *Ruperto* Imperatore accipit. Principio gubernationis singulari studio provinciam malis hominibus, qui per incuriam antecessoris & ob bellorum licentiam excreuerant, expurgavit. Arces a patrio oppignoratas magno ære redemit. *Ottersbergum* ad *Wunnam* rivum profundissimum frustra obsedit: Obsidione vero soluta *Bremensium* intercessionem effectum est, ut res ex sententia Antistitis decerneretur. Postea *Stacius* a *Mandelilo Langwedelam Henrico* Brunsvicenti, fratri germano Archi-Episcopi, pro certa pecuniæ summa tradidit, quam Dux postea Archi-Episcopo, solutis ipsi prius trium aureorum millibus, reddidit. Episcopus, ut hanc pecuniam conficeret, per *avatra* singulorum agrorum contributionem indixit. Anno deinde Christi 1400. insignis illa argentea tabella in summo altari Ecclesiæ Cathedralis in honorem Dei & patronorum Ecclesiæ ex oblationibus fidei, quæ ex indulgentiis datis provenerant, *Bremæ* inchoatur: Et conventum est inter Capitulares & Senatum, ne de isto thesauro, aut belli aut Ecclesiæ necessitate, quicquam alienaretur, idque literis firmatum est. Eadem tempestate *Bremenses*, adjunctis sibi auxiliis *Mauricii* Comitis Oldenburgensis & Nobilium Ecclesiæ, in *Rustringos* (*Crauzius Buttiados* accolæ *ladæ* fl. vocat) de quorum injuriis *Frisii Orientales* conquesti erant, arma movent. Et tripartito agmine terram ingressi, multis cæsis, captis & fugatis, *Rustringos* sub jugum mittunt. Pontem deinde, connexis in ordinem navigiis, conjungunt, cui cum præsidium custodientium adhibuissent, diviti præda locupletati, domum revertuntur. Sequenti anno bello nondum finito *Bremenses* iterum auxilio *Delmenhorstensis* & *Depholtensis* Comitis eandem terram *Langwardam* usque invadunt:

Arces redimit & acquirit.

1400.
Tabella argentea in altari Templi Brem.

Rustringi vincuntur.

Sed *Frisiis* effusionem sanguinis horrentibus, exercitus civium in *Blexense* territorium deflectit, unde præda onusti ad suos revertuntur. Postea anno Domini 1404. Archi-Episcopus, ut *Hadeleros* in fide contineret, arcem, quam *Novum Domum* appellant, condidit. *Jobannes* cogn. *Slamstorp* Præpositus *Hadeleria*, postea in Pontificatu successor, is Senatu Bremensi consilium dederat, ut dimidium Præfecturæ, quod Archi-Episcopus in *Bederekoffa* tenebat, ab eo redimerent. Fore enim magno emolumento Senatu, si totius Præfecturæ dominium teneret. Illud Pontifici cum indicaretur, adeo indigno animo tulit, ut morbum, quo clam laborabat, indignatio vehementer augeret, quæ mortem illi insperatam *Bremæ* anno Christi 1406. die commemorationis Pauli acceleravit, cum annos 12. in Pontificatu complevisset. Sepultus ibidem in media Ecclesia ad dexteram *Alberti* patris.

JOHANNES cog. *Slamstorp* Nobili genere ortus, Archidiaconus *Hadeleria* & *Wunsa* per 30. annos. Omnium consensu propter sapientiæ, experientiæ & facundiæ non vulgaris opinionem, & quod Senior Capituli erat, eligitur. Pallium & confirmationem a *Gregorio 12.* Regalia & baculum a *Ruperto* Imperatore assequitur. Principio gubernationis Senatum Bremensem de redemptione dimidiæ Præfecturæ in *Bederekoffa* tergiversando & differendo tamdiu suspensum tenuit, donec vana spe se delusum fuisse animadverteret. Simili modo cum *Bremenses* contra *Didium Lubbenum* Capitaneum Frisium urbis hostem propugnaculum ædificare in animo haberent, & ob id consilium Antistitis, simulque copias auxiliares ab eo expectarent; postulatis quidem annuit, sed postea edictum promulgari jubet, ne quis præsidia nova in terris Ecclesiæ extrueret, & ne *Bremensibus* subsidia ministrarentur. Illi animadvertentes se iterum spe frustratos esse, in posterum Episcopum suspectum habent, & aliunde contractis copiis *Fredeburgum* extruunt, & rem ex sententia perficiunt: Ea res occasionem novi belli dedit. Nam *Christianus* Comes Oldenburgensis *Bremensibus*, quod in illius præjudicium novam arcem erexissent, bellum denunciavit, & statim proxima nocte suos ad deprædandum *Bremensium* ditionem dimittit. Antistes, post multas querelas civium, se quidem arbitrum causæ interposuit, sed diu multumque irritò conatu res tractatur. *Bremenses* igitur vicissim Comitibus bellum indicunt. *Otto* Hoiensis & *Otto* Delmenhorstensis Comites & Nobiles quidam *Henningus* de *Reden* & *Conradus* de *Schwichelste* illis cum insigni apparatu subsidiariorum auxilio venerunt, cum quibus brumæ tempore Comitum ditionem rapina & incendiis misere devastant. Prædam vero nulla nive interveniente, propter lubricantem glaciem minime abigere potuerunt. Non multo post iterum, ductore *Memmo*, Capitaneo Frisio, in *Obbenbusen* hostilem terram ingrediuntur:

1404.

1406.

xxxviii.
Jobannes II.

Calliditas
ejus.

Liscum
Bremensibus.

Sed

Sed cum hostes diversis itineribus in ditione eorum grassari audirent, in *Christianum* Oldenburgensem belli facem, territorium *Didi* Capitanei depopulanti arma convertunt, quem, dum ad suos redire contendit, incautum opprimunt, & *Bremam* captivum introducunt. Post non multos dies, per arbitros reconciliatio facta est, & *Christianus* terram, qua *Worda* dicitur, pro redemptione corporis sui, *Bremensibus* dedit. Inde Pontifici ex *Wuisariis* & vicinis accolis de *Le* (sic enim pagum vocant) bellum exoritur. Horum contumaciam ut domaret, *Sinzburgum* arcem erigere decreverat. Sed *Bremenses* adversantur, qui literas sigillatas proferunt, quibus probant, antiquis privilegiis cautum, ne praelidia, sine Senatus populique *Bremensis* assensu, *Visurgi* imponerentur. Simili modo *Wuisarii* opus illud impediunt, qui ea, quae diurno tempore edificata erant, noctu demoliuntur, & bombardas aliaque instrumenta fabricorum in profluentem projiciunt. Tandem pax inter dissidentes constituitur. Anno Domini 1414. *Bremenses* in *Didium* Capitaneum *Frisium*, qui per multos annos ipsis & simul amicis suis sine discrimine gravis fuerat, arma iterum movent: & undecunque coactis copiis ex dioecesi, Comitatu Oldenburgensi & aliis locis hostilem terram, quam *Stadlandiam* dixerunt, ingrediuntur, *Goldferdom* & *Esenissam* Ecclesias propugnaculis & muris communitas capiunt: Illi, *Frisiis* subactis, juramentum ab eis postulaverunt, ut relictis Capitaneis in posterum *Bremensibus* parerent. Quadriennio post in Vigilia Cosmae & Damiani, quadraginta Viri, inter quos ductores erant filii *Didii* praedicti muros *Friedeburgi* transcendunt, & frustra propugnaculis munitionibusque interioribus oppugnatis, Praefectum arcis e fenestra prospicientem interficiunt. Capti deinde *Bremam* perduntur, & supplicio capitis affecti, rotis imponuntur. Eodem anno circa festum Paschae *Siberbus* de *Siberbi* arce, Capitaneus quinque Parochiarum in *Rustringia* inter *Hetzam* & *Jadam* flumina gravem contributionem *Frisiis* indixit, quam ipsi, mox conspiratione facta, dare recusarunt. Ideo Capitaneus legatos Caesaris, in vicinia inter *Frisios Occidentales* & *Groningenses* controversias quasdam componentes, adit: & coram eis, de populo quinque Ecclesiarum, quam gravis sibi amicisque suis esset, conqueritur. Legati accersito in consilium Senatu *Bremensi* usque ad festum Jacobi anni 1419. inducias imperant, & indicunt. Sed non dum finitis induciis, *Siberbus* occasionem nactus, auxilio Christiani Oldenburgensis, *Bremensium* naves cursorias, quibus exercitum imponit, amhe defluenti clam subducit, & terram trans *Jadensem* invadit. Populus vero confestim ad arma concurrens, quantum potest, fortiter restitit. Eodem quoque tempore centum ex terra Oldenburgensi, parochiam *Blexensem* invaserunt, & totam viciniam pra-

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

lando & incendiando pervastarunt, ut hoc modo hostem provocarent: Sed ab accolis *Jadae* fluminis partim exduntur, partim captivitate jugo submittuntur. Inde ad Senatum *Bremensem*, legati de tanta perfidia conquestrari, & auxilium imploraturi mittuntur, quibus hisce conditionibus desensio promittitur: Si *Bremenses Frisiorum* pristina jura & libertates recuperaturi essent, quotannis unaquaque domus mensuram borderi solveret, cuius tertia pars una cum multa, quae in iudiciis colligebatur, apud terrae provisoros, reliqua apud Senatum maneret. Hisce ita constitutis omnem apparatus bellicum cum instrumentis, bombardis, & magna vi armatorum hominum in hostes educunt: & licet magno labore, tamen brevi tempore, quatuor parochias *Blexensem*, *Langwordensem*, *Berhoverensem* & *Waddensem*, cum duabus domibus latericiis capiunt & in potestatem redigunt. *Frisii*, cum hoc modo bello finis impositus esset, in conditiones pacis, quas antea cum *Bremensibus* iniverant, jurant. Eodem anno circa Solstitium aestivum habitatores arcis *Tedinghusanae* & *Langmedele* praedatum in terram *Lunaburgensem* excurrerant, contra quos Vasalli Ducatus, injuria & damno affecti, se armarunt, & vicem reddentes *Tedinghusanam* Praefecturam cum *Sikensi* depopulati sunt, quos Dominus *Sikensis* cum *Tedinghusanis* equitibus infecutus, majorem partem dissipavit, & nonnullos captivos abduxit. Tandem ad *Bernbardum* & *Wilhelmum* Duces *Brunsvicenses* & *Lunaburgenses* fama hujus cladis defertur, qui bellum Ecclesiae denunciant. Duces cum quingentis equitibus Comitatum *Hoiensem* populabundi invadunt, & ingenti praeda abacta, ad sua recedunt. *Bremensibus* Comites *Oldenburgenses* & *Delmenhorstenses* auxiliantur. Duces in societatem belli recipiunt *Verdenses*, quibus jumenta abiguntur & alia incommoda a *Bremensibus* inferuntur. Duces *Bremensium* exercitui ad *Langmedelam* occurrunt, & utrinque vehementis pugna non sine caede & sanguine committitur. Tandem interventu Senatus *Lunaburgensis* & aliorum amicorum bellum diremptum, & pax constituta est. Dum de pace ageretur, Vasalli *Bremensis* Ecclesiae cum Nobilibus Ecclesiae *Hornenburgensis* Ducatum *Lunaburgensem* ferro ignique misere depopulantur. Factum hoc est anno Christi 1420. quo *Archi-Episcopus* in fata concessit, cum dannis 14. praefuisset. Quo tempore *D. Johannes Hemelingus* Architectus Capituli *Bremensis* in medio choro Ecclesiae Cathedralis tumbam, in qua sex Reverendissimorum *Archi-Episcoporum* ossa & cineres conditi erant, elevavit & innovavit: Ex quibus trium Antistitum nomina & inscriptiones tantum reperta sunt. *NICOLAUS* Comes *Delmenhorstensis*, *Othobonis* Filius circa festum *Fabiani* & *Sebastiani* spe consequendi Comitatus *Delmenhorstensis* circa annum Christi 1421. eligitur. *Ecc 2*

Passium

Oldenburgensis captivus.

A. Episcopus arce ad Visurgim extruere prohibetur.

1414.

Bellum in Frisios.

Turba in Frisia.

1419.

Quibus Bremenses multiplicantur.

Quibus Frisii praefuerunt Bremensibus pro archiepiscopo.

De Ducibus Brunsvicenses.

1420.

XXXIX. Nicolaus.

1421.

Pallium cum confirmatione a *Martino* 5. Pontifice, Regalia & baculum a *Sigismundo* Imperatore & ab antecessore Ecclesiam cum omnibus privilegiis & juribus liberrimam & nullo aere alieno obligatam accepit. *Bremensibus* a *Frisiis* non fuit diuturna pax. Nam *Occo* & *Focco* Capitanei foederum obliti, eo quod superiori bello eorum cognati supplicio affecti fuerant, civitati anno Domini 1423. bellum indixerunt, & expeditis copiis suam terram ingrediuntur, obvios quosque caedunt & terram depopulantur: Et cum cives ad repugnandum imparati essent, *Goldferdam* & *Frideburgum* propugnacula civitatis deditio-
ne a praesidiariis facta occupant. Tandem a legatis Reipublicae Lubecensis & Hamburgensis pax constituitur, & *Bremenses* in vitis *Frisiis* utrumque propugnaculum dejiciunt & solo aequant. Biennio post Archiepiscopo a Ducibus Brunsvicensibus & Lunæburgensibus propter Nobiles Horneburgenses *Eymannum Schulten* & *Juanum a Borgk*, qui limites Ducatus praedando & diripiendo infestaverant, bellum inferunt. Duces *Verde* castra ponunt. Pontifex undique coactis auxiliis Vendense oppidum hyberno tempore obsidione cingit & cum frustra oppugnationem tentasset, cum bis magno agmine ducatum pervastasset, re infecta obsidionem solvit. Post discessum Archiepiscopi Feldense monasterium a Ducibus vastatur & diripitur. *Buxtehuda* oppidum oppugnatur. *Horneburgum* obsidetur, cujus obsessio, cum obsessi impune exirent, redirentque quo vellent, mox soluta est. Anno sequenti Antistes in *Focconem Vken* praepotentem *Frisiorum* Capitaneum adjutus ab Oldenburgensi, Tekenburgensi, Hoiensi & Depholtenli Comitibus, arma movit. Principio quidem facie laeta belli fortuna arrisit: Sed cum incautius sibi providissent, ab hostibus opprimuntur. *Conradus* Depholtenlis & *Johannes* Retbergensis caeduntur: Archiepiscopus, & *Johannes* Hoiensis capiuntur. Deinde *Bremensium* intercessione reconciliatio facta est, & Archiepiscopus cum Comite nullo redemptionis precio soluto, dimittitur. Anno 1428. circa festum Michaelis *Bremenses* arcem *Stotelam*, quae pro centum & mille aureis Rhenanis *Henrico* & filio suo *Martino* Nobilibus *von der Lide* oppignorata erat, occuparunt. Huic rei occasionem praebuerunt arcis praesidiarii, qui *Bremensium* naves per *Vsurgim* transeuntes spoliaverunt. Idipsum Nobiles indigne ferentes vias publicas inter *Bremam* & *Stadium* obsederunt, & omnem comitatum *Bremensibus* intercluserunt. Unde magna caritas annonae per urbem grassata est. Anno proxime subsequenti seditio intestina *Bremae* concitatur. Ejecti sunt ex Senatu Seniores & Prudentiores, quorum alii ad Comites Oldenburgios, alii *Stadium*, alii ad alia loca in exilium concesserunt. Novi vero Consules & Senatores in locum ejectorum sufficiuntur. Hic tumultus per aliquot annos duravit, in quo *Johan-*

nes Vasmerus Consul nullo suo merito ab ingratis civibus supplicio capitis affectus est. Interea inter Regem *Daniae* & *Austrias* civitates bellum exortum erat, a quo cum civitates respirassent, reconciliatio inter veterem & novum Senatum, veteribus Senatoribus pro novis repositis & suffectis, facta est. Anno Christi 1430. Archiepiscopus bellum adversus *Johannem* Comitem Hoiensem movet, in quo arx *Harpsteda* obsessa & oppugnata est. Sed cum Antistes viribus suis diffideret, *Orbonem*, *Bernhardi* Ducis Lunæburgensis Filium, Administratorem & Coadjutorem elegit, qui plurimum laboris ad civium *Bremensium* inter se dissidentium reconciliationem & concordiam contulit. Obiit *Delmenborst* anno Christi 1435. postridie Ambrosii, cum multo labore & varia fortuna annis 15. vitam in Pontificatu exegisset.

BALDVINVS 2. Nobilis a *Wenden*, Ordinis S. Benedicti, Abbas in monasterio Lunæburgensi ad S. Michaelem, Decretorum Doctor. Unanimi consensu Capituli & Subditorum eligitur, & *Bremam* a Duce Brunsvicensi & Lunæburgensi magno apparatu & splendore introducit. Dispensatione summi Pontificis Abbatiam ad certos annos retinuit. Plurimum Ecclesiae suae profuit, cujus arces oppignoratas redemit & ab aere alieno liberavit. Vixit temporibus diuturni & perniciosi belli, quod a *Danis* in *Holsatos* motum est, ad cujus compositionem non exiguam operam adhibuit. Antequam ad Pontificatum perveniret, a Concilio Basiliensi arbiter in causa Senatorum Rostochiensium exulantium datus est, cives secundum legales constitutiones condemnavit, & eos parere recusantes Ecclesiasticae censurae subjecit. Illi cum appellationem ad summum Pontificem interposuissent, & diu multumque res suas variis ambagibus involvissent; Antistes nihilominus auctoritate Pontificis Maximi posthabita, concilii majestatem, cujus erat in ea causa Commissarius, praetulit. Quae res *Rostochiensis* parum commovit, donec propter contumaciam & pertinaciam ab Imperatore publica proscriptione multarentur. Cum *Hermanno* Suerinensi & *Raceburgensi* *Nicolaum* *Sachovium* 21. Episcopum Lubecensem anno Christi 1439. *Lubeca* sollemniter consecravit. Obiit *Lunaburgi* & ibidem sepultus in supremo choro. Anno Christi 1441. cum Archiepiscopatum annos sex & quatuor menses tenuisset.

GERHARDVS 3. Comes Hoiensis, Praepositus Ecclesiae Bremensis die Timothei electus. Fuit amans pacis, nec ullis vicinorum turbulentis negotiis se involvi passus est. *Bremenses* anno Domini 1445. cum Duce *Burgundiae* per *Hollandiam*, *Brabantiam*, *Selandiam*, *Flandriam*, *Picardiam* & *Hannoniam* bellum maritima expeditione gesserunt, in qua post graves & difficiles eventus victores evadunt, navibus hostium captis, & *Bremam* deducunt.

1423. *Frisiorum* cum *Bremensibus* bellum.

itemque Ducum *Brunsvic.*

Nicolaus *Archi-Ep.* capitur.

1428. *Stotela* arx.

1429. *Senatores* *Bremae* expelluntur.

1430.

Harpsteda.

1435.

XL. *Balduinus* II.

Arbiter in causacivium Rostoch.

1439.

1441.

XLI. *Gerhardus* III.

1445.

Bremensium victoria in societate cum *Burgundo.*

- deductis, ubi ingenti cum fœnore præda partim victoribus divisa, partim subhastata & belli jure vendita est. Deinde anno 1462. inter *Mauricium & Gerbardum* fratres Comites Oldenburgenses ob Comitatum Delmenhorstensem bellum exortum est: *Bremenses* cum Comitibus Hoiensibus a partibus *Mauricii* stabant: *Gerbarði* partes *Christianus Rex Daniæ* amborum frater fovebat, qui *Wilhelmum* Seniore Duce, Brunsvicentem commovit, ut pro *Gerbarðo* arma fumeret. Dux in eo bello, gravissimo & periculosissimo prælio cum hoste commisso prope *Siburgum*, victor evasit: Comites de *Hoiæ* capti, *Bremenses* cæsi fugatique, *Mauricius* Comes vix fuga elapsus est: Obit Archipræsul Bremæ anno Christi 1463: cum annum 21. Archiepiscopatus attigisset. Sepultus in Ecclesia sua.
- XLII.** HENRICVS 2. Comes Swartzburgensis a *Johanne Rhoden* Ecclesiæ Majoris Præposito & bullarum Apostolicarum Correctore præficitur mox a Pontifice confirmatur, & deinde a quindecim Principibus & tota nobilitate *Bremam* introducitur. Principio gubernationis inter fratres *Oldenburgios* controversia dirempta est: *Mauricio Delmenborstum*, *Gerbarðo Oldenburgum* cellit. Nec multo post nova seditio *Bremæ* exoritur, in qua præcipui ex Consulibus & Senatoribus in carcerem conjiciuntur, qui suspecti habebantur, quod arcana civitatis consilia cum *Gerbarðo* communicassent: Sed aliquanto post dimittuntur. Interea temporis *Bremenses* duris conditionibus propter præteriti belli memoriam ab *Oldenburgio* premebantur, & Archiepiscopus propter Comitatum Delmenhorstensem, aliasque privatas injurias, odia & inimicitias cum eo alebat. Motus igitur querimoniis civium & insolentia Comitis, cum minime timeret, ipsi arma infert. Ille cum vires Pontificis animadverteret, *Johanni* Episcopo 48. Verdensi, & *Orthoni* Duci Brunsvicensi ac Lunæburgensi causam committit, ut eorum consilio & arbitrio decideretur: Sed cum illi nihil promovissent, controversia partium consensu ad iudicium *Scabinorum Magdeburgensium* circa annum Domini 1466. delata est. Circa quod tempus *Henricus* Archiepiscopus ad Monasteriensem Episcopatum, retenta administratione Bremensis Ecclesiæ, ex dispensatione summi Pontificis, vocatur.
1467. Proximo anno *Gerbardus* Oldenburgensis *Holsatiam* turbare cepit, & regionem istam, tanquam Marschalcus *Christiani* Regis Daniæ occupavit, quæ res Regem vehementer offendit. Cum autem finem faciendi in Nobilitatem & incolas terræ non faceret, *Holsatizii* confederationem cum *Lubecensibus* & *Hamburgensibus* fecerunt: quæ res occasionem præbuit, ut confederatos pro hostibus suis haberet. Extructo igitur ad *Visurgim* propugnaculo mercatores civitatum perditionem suam iter facientes cum mercibus intercepti, & eis sub dubia fide plurima incommoda intulit. Accidit hoc circa an. Crsti 1471.
- Antistes vero Bremensis propter hæc latrocinia motus cum *Bremensibus*, *Lubecensibus*, *Hamburgensibus* & *Lunæburgensibus*. Icedere firmato, bellum in *Gerbardum* movet, propugnaculum ad *Visurgim* extructum demolitur, & præliarios capitis supplicio affici mandat. Arx *Harpsteda* capta, *Oldenburgum* obsessum, & per quatuordecim dies oppugnatum est: quod quidem expugnatum fuisset, nisi intercessione Episcopi Verdensis & Oldenburgensis, Comitisque Hoiensis & Tekenburgensis impeditum fuisset. Factum hoc est anno Domini 1474. quo anno *Carolus* Dux Burgundiæ *Novesium* obsedit. Ad cuius exercitum opprimendum *Fridericus* Imperator maturo consilio habito, undique auxilia impetravit, & brevi tempore circiter octoginta millia hominum coegit. *Henricus* Monasteriensis Episcopus & Bremensis Administrator in castra Novesiana nomine Saxoniarum divitatum Imperatori sedecim millia adduxit, & una cum *Alberto* Duce Saxonie in campis Novesianis explicatis & dispositis aciebus *Carolun* ad *stazariam* pugnam provocavit: Sed præter omnem expectationem conversis rebus pax in acie utraque proclamata est. Interea *Gerbardus* Oldenburgensis prædando terra marique non quiescit. *Jumenta Frisorum*, qui Episcopo adhaerebant, abigit: Illi exitum Comiti intercludunt, jumenta omnemque prædam recipiunt, & ducentos quinquaginta de exercitu cadunt. Erexerat Comes præsidium, ut *Bremensium* mercatoribus navigationem interdiceret. At illi collecta manu civium & milite externo conducto anno Domini 1475. præsidium expugnaverunt, & viginti quinque præliarios ceperunt, quos supplicio capitis condemnaverunt. In terram Oldenburgensem quoque copias *Bremenses* educunt, & cum prædando & incendendo terram devastassent, in regressu temeritate Capitanei civitatis in angustias terras *Morinum* vocant, ubi propter paludes exitus difficilis erat, coniecti sunt. Vbi ab *Oldenburgensibus* ab omnibus partibus obsessi, centum & octoginta quibus amissis, & quingentis in captivitatem *Delmenborstum* abductis, cæduntur. Captivi ingenti summa pecunie *Gerbarðo* persoluta, postea dimissi sunt. *Gerbardus* ista victoria insolentior factus, mercatoribus *Lubecensium* & *Hamburgensium*, qui hujus belli focii erant, septem fascès panni Britannici intercepti, & eorum supra viginti in carcerem coniecit, qui ad pannos sex millia aureorum pro redemptione corporis adjecerunt. Hæc gesta sunt anno Christi 1480. Quo *Wildesbusenses* *Fleischburgum* Comitatus Oldenburgensis arcem capiunt. Anno insequenti Episcopus ope *Monasteriensium* bellum renovat, ducto exercitu in terram palustrem, quam *Averlandiam* vocant: *Oldenburgenses*, qui hostes in vicinia erant, eruptionem faciunt: Episcopi milites parte majori exercitus amissa, multis etiam captis, cæduntur. Ad extremum cum

Eorum clades. 1474. Bellum Caroli contra Burgundum.

1463. Henricus 2. Comes Swartzburgensis a Johanne Rhoden Ecclesiæ Majoris Præposito & bullarum Apostolicarum Correctore præficitur mox a Pontifice confirmatur, & deinde a quindecim Principibus & tota nobilitate Bremam introducitur. Principio gubernationis inter fratres Oldenburgios controversia dirempta est: Mauricio Delmenborstum, Gerbarðo Oldenburgum cellit. Nec multo post nova seditio Bremæ exoritur, in qua præcipui ex Consulibus & Senatoribus in carcerem conjiciuntur, qui suspecti habebantur, quod arcana civitatis consilia cum Gerbarðo communicassent: Sed aliquanto post dimittuntur. Interea temporis Bremenses duris conditionibus propter præteriti belli memoriam ab Oldenburgio premebantur, & Archiepiscopus propter Comitatum Delmenhorstensem, aliasque privatas injurias, odia & inimicitias cum eo alebat. Motus igitur querimoniis civium & insolentia Comitis, cum minime timeret, ipsi arma infert. Ille cum vires Pontificis animadverteret, Johanni Episcopo 48. Verdensi, & Orthoni Duci Brunsvicensi ac Lunæburgensi causam committit, ut eorum consilio & arbitrio decideretur: Sed cum illi nihil promovissent, controversia partium consensu ad iudicium Scabinorum Magdeburgensium circa annum Domini 1466. delata est. Circa quod tempus Henricus Archiepiscopus ad Monasteriensem Episcopatum, retenta administratione Bremensis Ecclesiæ, ex dispensatione summi Pontificis, vocatur.

Seditio Bremæ contra Scabinum. Bellum Oldenburgicum contra Bre-menses.

Liscum Oldenburgio Scabinis Magdeburgensium circa annum Domini 1466. delata est. Circa quod tempus Henricus Archiepiscopus ad Monasteriensem Episcopatum, retenta administratione Bremensis Ecclesiæ, ex dispensatione summi Pontificis, vocatur.

Bellum Dani contra Oldenburgicum & Bremenses &c. 1480. Quo Wildesbusenses Fleischburgum Comitatus Oldenburgensis arcem capiunt. Anno insequenti Episcopus ope Monasteriensium bellum renovat, ducto exercitu in terram palustrem, quam Averlandiam vocant: Oldenburgenses, qui hostes in vicinia erant, eruptionem faciunt: Episcopi milites parte majori exercitus amissa, multis etiam captis, cæduntur. Ad extremum cum

1471. Accidit hoc circa an. Crsti 1471. E e e 3 Ger-

Gerhardus toties admonitus, neque relinqueret, neque belli finem faceret, Episcopus anno Christi 1482. postremam in eum expeditionem suscepit in qua tristici clade affectus est.

Clades Oldenburgici

Aliquot enim munitiones ejus tum diruta sunt, *Westerburgum* captum, *Delmenhorstum* obsessum & expugnatum est. In cujus oppugnatione *Guntherus* Schwartzenburgensis, Frater Episcopi, *Exfeldia* provisor, dum se audentius hosti opposuerat, ictu bombardæ læsus animam amittit. Captum est *Delmenhorstum* his conditionibus: Episcopus innoxia

pac.

Comitum posteritati parceret, nec eam propter injurias & offensiones præteritas exhibere redem faceret: *Gerhardus* vero, in posterum omni administratione se abdicaret, per reliquum vitæ tempus monastica vitæ manciparet ibique sati finem expectaret. Hoc responso Episcopus placatus exercitum abducit, & bello finem imponit. Ingressus arcem de turribus Ecclesiæ Monasteriensis vexilla extendit, ut indicaret armis & impensis Ecclesiæ illius arcem occupatam & captam esse.

1497.

Obiit in decrepita ætate an. Christi 1497. cum ad annum ætatis 96. pervenisset, & Bremensi Pontificatui 33. annis Monasteriensi vero cum Bremensi simul 30. præfuisset. Sepultus in Basilica Monasteriensi.

XLIII.

Johannes III.

JOHANNES cog. *Rhode* honesta ex familia *Bremæ* ortus, Major Præpositus Ecclesiæ, permultos annos in Romana curia apud *Alexandrum* 6. versatus unanimi consensu Capituli designatur. Principio gubernationis *Johannes* Oldenburgius, *Gerhardi* Filius, anno Christi 1499. eam *Frisiæ* partem, quam *Stadlandiam* vocant, & *Butjadarum* regionem arma

1499.

Johannes Oldenburg. Frisiæ partes invadit.

ta manu circa festum *Georgii* Equitis ingreditur, ambas terras sub jugum ducit, & incolas juramentum fidelitatis sibi præstare compellit: Sed illi paulo post in Vigilia Pentecostes ope *Wrsatorum* defectione in moluntur: A Comite vero mox domantur, qui aliquot eorum Ecclesias fossis, aggeribusque munivit, ut illis propugnaculorum vice uteretur, quibus populum fide semper fluctuantem in officio retineret. *Magnus*, *Johannis* Ducis *Saxoniæ Inferioris* Filius, horum exemplum imitatus, Archi-Episcopo, propter *Wursatios*, *Hadeleriæ* suæ vicinos populos, arma infert, sed Antistes ope *Bremensium* & *Hamburgensium* magna festinatione exercitum conscribit, cum quo terram hostilem invadit & pene sine conflictu *Hadeleriæ* in potestatem suam redigit: Magna Duce interim frustra apud Principes de patrimonio adempto conquerente. *Magna Gardia*, genus gregarium militum, tum passim in vicinis provinciis vagabatur. Hi milites multis annis *Alberto* Duci *Saxoniæ*, deinde Regi Romanorum in *Geldria*, post eum Duci *Geldrensi* adversus *Clivenses* & *Juliacenses*, postremo *Johanni* Regi *Daniæ* contra Regem *Sueciæ* militaverant. Exercitus ex numero quatuor milium aut supra constabat. Ductores potissimum Germani, tota multitudo ex *Suevis*,

Magna Gardia, genus militum veteranorum.

Bavaris, *Helvetiis*, *Francis*, *Saxonibus*, *Brabantis*, *Geldriis*, *Lombardis*, *Hispanis*, *Gallis*, *Scotis* & aliquot *Æthiopicis* collecta & permixta erat. His copiis *Magnus* Bremensem Ecclesiam invadere decreverat, quas cum eduxisset, ex Comitatu Oldenburgensi *Visurgim* transmittere cogitabat: Sed in altera parte fluminis excubiæ *Bremensium*, & tempestas hyemis, nive & frigore confusa, transitum prohibebat. Quapropter per limites diocesis *Verdensis* & Ducatus *Lunæburgensis* exercitum duxit, cum quo tandem *Stradum* & *Buxtebudam* usque pervenit. Vbi aliquantis per constitit, expectaturus glaciem & frigus continuum, ut oppida oppugnaret, sed cæli intemperies votis non respondebat. Virgines interea in oppida ex monasteriis vicinis profugerant, & milites ea vicissim occupaverant, qui ibidem per brumæ tempus latitabant; In discessu vero malam gratiam pro beneficiis acceptis retulerunt: Nam non solum loca sacra, & omnia, quæ a majoribus in honorem Dei & Sanctorum ejus religionis causa instituta & collata erant, prophanarunt, sed insuper igne injecto templa & ædificia cuncta dejecerunt, & solo æquarunt. Inde per mediam diocesim expedito itinere in *Hadeleriæ* tendunt, quam sine armis solo terrore recuperarunt. Mox in vicinam *Wursatiam* se convertunt, ubi in ipso aditu terræ ab incolis repulsi & insigni clade affecti sunt eo quidem anno, quo *Diemarsenses* insigni victoria de *Johanne* Rege *Daniæ* & *Friderico* Duce *Holsatiæ* potiti sunt. Annus Victorix isto versiculo continetur:

Miri conflictus, Rex Dacus, Dux fuit ictus.

In hoc bello milites *Magna Gardiæ* dispersi, magna ex parte cæsi & interfecti sunt. Eodem tempore Archi-Episcopus animadvertens, optimates Ecclesiæ suæ non satis æquo animo erga se affectos esse, cogitavit rebus Ecclesiæ maturo consilio occurrendum esse, & consensu Capitularium suorum *Christophorum*, *Henrici* Senioris Ducis *Brunsvicensis* & c. Filium Coadjutorem hac conditione designavit, ut Ecclesiam Antistes gubernaret. Administrator nullis se rebus, nisi accersitus, admisceret. Anno Christi 1504. Legatus de Lateræ Dominus *Raimundus* titulo Sanctæ Mariæ Novæ Cardinalis, qui superioribus annis missis per *Germaniam* Commissariis annum Jubilæum publicari mandaverat, & bellum, quod inter *Johannem* Regem *Daniæ* & Senatam *Lubecensem* exortum erat, conciliaverat, *Bremam* ab Archi-Episcopo & Coadjutore magno honore & splendido apparatu introducit, & a toto clero, Senatu & civibus summo cum applausu & læticia excipitur. Reliqua administratio hujus Pontificis tranquillior fuit, nisi quod cum *Wursatis* continuam pacem habere non potuit, a quibus bello, & maximis cladibus injuriisque sæpius laceffitus est. Obiit *Vordæ* die *Barbaræ* 4. Decembris, anno Domini 1511. Sepultus *Bremæ* in Ecclesia cathedrali apud Baptistarium cum annis 15. præfuisset.

1500.

Clades 1500.

1504.

1511.

CHRI.

XLIV. *Christophorus* CHRISTOPHORVS Dux Brunsvicensis, *Henrici* Henrici Senioris Ducis Brunsvicensis &c. Filius Coadjutor Verdenfis anno Christi 1503. annum agens decimum septimum assumptus. Episcopus vero ejusdem Ecclesiæ anno Christi 1503. designatus. Mortuo *Iobanne*, Archi-Episcopo Bremensi, Ecclesiæ totius summi Senatus Canonorum consensu præficitur, & mense Decembri circa diem Luciæ magnifico comitatu & splendido apparatu *Bremam* introducit. Ecclesiæ autem administrationem susceperat antea eo anno, quo milites gregarii *Hadeleriam* & *Wurfatiam* depulabantur, in quos validam & ingentem peditem & equitum manum moturus erat, nisi a *Iobanne*, Rege *Daniæ*, & Fratre ejus *Fride-rico* a proposito retractus fuisset. Initio gubernationis, *Iodocus*, *Iobannes* & *Ericus*, *Orzbonis* Comitum Hoiensis Filii die Petri & Pauli Apostolorum ab *Henrico* Seniore & *Erico* fratribus Ducibus Brunsvicensibus & *Henrico* Duce Lunæburgensi avitis terris & possessionibus ejiciuntur: Duces arces & oppida Comitatus partiuntur: Sed eventu & fortuna rerum conversa, Comites cum ingenti damno, quod in recompensationem sumptuum & expensarum præteriti belli Ducibus præstiterunt, recipiuntur. Annus exilii & expulsionis hoc disticho comprehensus est:

1512. *Vrsellus tumido profugus dat recta Leo-
ni*

Qui locuples terris exit inopsque suis.

Bellum in Frisior. Post biennium Duces nominati, accersito in auxilium *Georgio* Duce *Saxoniæ* & *Marchione Misniæ* & *Philippo* Duce *Grubenhagio*, cum *Iobanne* Comite *Oldenburgensi* *Butjadarum* regionem in *Frisia* magno apparatu & machinis bellicis, quas aquis glaciæ & frigore concretis per *Visurgis* alveum transvehebant, armata manu de *Cæciliæ* Virginis invadunt, & incolas sub jugum ducunt. *Oldenburgius* mox aliquot millibus aureorum regionem a Ducibus redemit, & *Ouelgundam* arcem ad reprimendum populum rebellem & ferocem terræ imposuit. Duces deinde, *Iada* flumine transmissio, *Knipensem* arcem capiunt, ea *Christophoro* *Jeverensi* Capiteo reddita, *Roffbusium*, *Merbusium*, *Fredenburgum* & *Srickbusium* occupant. Inde arcem *Liburtemsem* obsident, quam cum *Henricus* Senior Dux Brunsvicensis 23. Junii, qui dies profestus erat *Johannis Baptistæ*, sub crepusculum vespertinum obequitaret, ut exploraret, qua parte infidiis & arte oppugnationis commode aggrediretur, bombardæ ictu, quem *Sclopetarii* filius direxerat, capite a trunco corporis avulso, concidit. Annum obitus primus versus *tetrastichi* sequentis complectitur:

1514. *Sic cecidit Frisus Princeps mactatus in o-
ris*

Nobile Germani qui decus orbis erat.

*Qui toties armis totum tremefecerat or-
bem;*

Obrutus exigua nunc requiescit humo.

Anno deinde Christi 1517. cum *Wurfatiis* annos reditus, quos Antistes ab ipsis postulaverat, solvere recusarent: Affirmabant enim postulationem iniquam & contra privilegia ab antecessore concessa, factam esse; Ille coacto exercitu militum validissimo *Wurfatiam* invadit, & prælio commisso incolas terræ sub jugum mittit, & imperata facere cogit. In eo conflictu quingenti ex *Wurfatiis* cum trecentis mulieribus istius gentis, quæ in dimicando militum quemque fortissimum æquiparaverant, ceciderunt. Subsequenti anno postero die Inventionis S. Stephani D. *Conradus Klencke*, Præpositus Ecclesiæ Bremensis, cum quibusdam consiliariis tractandorum quorundam negotiorum causa in *Wurfatiam* ab Archi-Episcopo mittitur, qui a *Wurfatiis* cum toto Comitatu contra fidem datam misere trucidatur. In memoriam tam nefandæ cædis locus iste adhuc hodierno tempore *Klencken Hainum* vocatur. Nec hac cæde exatiari potuerunt: Sed insuper arcem, quam Pontifex, ad coercendos illos, ædificaverat, diruunt: in diocesim irruptionem faciunt, crudeliter in quoscunque debachantur, & rusticorum mille ducenta & sedecim prædia incendio consumunt. Post sexennium Archipræsul octies mille expeditæ armaturæ milites ad domandos & subigendos *Wurfatios* coegit & conscripsit, quibus ditionem eorum diripiendam & depopulandam prædamque inter se pro stipendio distribuendam tradidit, excepto terræ Dominio, quod ut penes Ecclesiam maneret, certis conditionibus cum eis pactus est. Milites terram ipsis donatam ingressi, magna alacritate & impetritis animis hostem contumacem & ad rebelandum semper paratum adoriuntur, & manibus confertis, septingentisque *Frisiorum* cæsis victores evadunt. Mox *Wurfatiam* occupant, res sacras, calices, campanas & alia Ecclesiastica ornamenta ex templis & adytis secretioribus auferunt: Incolarum thesauros, opes, & omnem suppellectilem, partim inter se foriuntur & dividunt, partim subhastationi subjiciunt: domos & casas rusticorum evertunt, incenduntque, & solum terræ fundum cum dominio & possessione Ecclesiæ relinquunt. Campanæ, quæ ex templis surreptæ erant, *Bremam* avehuntur, & *Erico* Duci Brunsvicensi, *Francisco* *Mindensi* Episcopo, Capituloque Bremensi a militibus donantur. Dominus *Conradus Klencke*, Decanus, ante sexennium a *Wurfatiis* occisus, e sepulchro suo cum præcipuis, qui cum eo intererant, effusus est, & *Bremæ* sepulturæ honorifice mandatur. Antequam exercitus exautoraretur & dimitteretur, Antistes propter nonnullas injurias, inter quas præcipuus articulus fuit, quod S. Pauli monaste-

1517. *Bellum cum Wurfatiis.*

1518.

Klencken-hainum unde dicatur.

1524.

Wurfatia miserime vastatur.

nasterium invito Abbate a *Bremensibus* dirutum erat, a Senatu quinque & viginti millia florenoram exigebat, sed nihil promissum & solutum tum fuit. Proximo anno ducenti *Wurfarum*, qui ex patria propter flagitia & enormes turpitudines relegati erant, septingentis militibus sibi associatis, *Wurfarum* invadunt, & tota terra recuperata, eam in potestatem suam iterum recipiunt: Sed Archipræsul paulo post a *Bremensibus* & ducentis illius terræ indigenis, qui ne perjurii insinularentur, ad eum confugerant, adjutus, *Wurfarum* sub jugum & Imperium suum denuo mittit. Qui tamen fidem non servarunt, sed postea aliquoties defectionem molientes variis artibus se in libertatem vindicare conati sunt: Sed nihilominus viribus eorum attritis & concisis ad exequendum imperata ab Archi-Episcopo compulsi sunt. Eodem anno Senatus *Bremensis* Ecclesias civitatis patrocinio subjectas a Papisticis traditionibus & ceremoniis repurgari & incorruptam Evangelii vocem, juxta doctrinam propheticam & Apostolicam in eis sonari mandavit. Cantiones quoque latine, & ritus sacramenta administrandi latino sermone abrogati, & cantilenæ germanicæ cum verbis Sacramenti baptismi & cœnæ dominicæ vernaculo nativeque idiomate a Sacerdote pronuntiatis institutæ, & in posterum in Ecclesiis decantatae sunt. Sacramentum quoque cœnæ dominicæ sub utraque specie secundum institutionem Christi administrari cœpit. Elapso deinde triennio Senatus *Bremensis* monasterium Monachorum, qui a nigro habitu appellationem habebant, in gymnasium ludumque literarium convertit, ut in eo juvenus in doctrina religionis & fidei Christianæ, honestis artibus, & optimarum linguarum studiis exercitiisque informaretur. Anno deinde

1531. 1531. Capituli *Bremensis* Canonici, propter nonnullas civium iniquas postulationes & privatas injurias, ne seditionibus & aliis turbulentis machinationibus causam præbuisse viderentur, urbe circa festum Martini excedunt. Post biennium vero transactione & pace cum civibus facta, comitati splendido apparatu ducentorum equitum altera die post Dominicam Judica in urbem redeunt. Circa idem tempus Consules *Bremenses*, qui propter tumultuantes cives ex civitate aufugerant, revocantur: & in pristinam dignitatis gradum reducuntur.

1547. Anno Christi 1547. *Idocus Groningus*, *Selandiæ* Præses cum copiis *Caroli V.* Imperatoris, quæ erant peditum signa viginti unum, & equites mille ducenti, principio mensis Februarii *Bremam* obsidet. Militabant hic Cæsari *Philippus Eberstenius* Comes, *Christophorus Wrisbergius*, *Fridericus Spedius*. Cum vero accessione *Hamburgensium* vires *Bremensium* mediocriter crevisent, ad exitum dicti mensis Cæsarieni milites amillo *Gronin-*

go, belli præcipuo Duce insignem cladem acceperunt. Tum *Wrisbergius*, ad quem morte illius rerum summa pervenerat mutatis castris & longa circuitione facta, propter interjectas paludes, urbem in alia parte obsidere cœpit. Non multo post *Ericus* Dux *Brunsvicensis* eò etiam pervenit, quem Cæsar ad Idus Martias, *Norlingæ* a se demiserat, ut novum equitatum & peditatum conscriberet, quem in ea loca deduceret. *Hamburgenses* tum cum nonnullis aliis confederatis anticarum civitatum auxilio *Bremensibus* veniebant, & jam castris ante urbem imminere dicebantur. *Ericus* igitur rebus suis metuens, ut præsentis periculo se eximeret, & agrum suum ab injuria defenderet, Maji 22. die ab obsidione *Bremensi* discedit. Idem facit *Wrisbergius*, qui alteram exercitus partem ducebat: & inter eos convenit de loco, ubi copias iterum conjungerent: Sed Dux præter spem prope *Drakenburgum* oppidulum in terra *Lunæburgensi* in hostem incidit. Pugnatum est acriter, in ipsam usque noctem. *Ericus* tandem profligatus, ac in *Visurgim* flumen cum equitatu compulsus, multos e suis desideravit. Ipse vero tormentis omnibus amissis incolumis evasit. Post ad *Cæsarem* profectus, culpam omnem in *Wrisbergium* contulit: qui sibi non tulisset opem. Erant cum *Bremensibus*, eorumque copiis *Albertus Mansfeldius*, *Heideccus*, *Thumfernus*, *Conradus Pfenningus* & alii complures. Sub hoc Archipræsule præter enumeratas res gestas multa alia memoratu digna in diocesi *Bremensi* acciderunt, circa & post ea tempora, quo bellum a Protestantibus Principibus & civitatibus adversus *Carolus V.* Imperatorem gestum, & *Mogdeburgum* a *Mauricio* Electore & Duce *Saxoniæ* ex imperatorio edicto obsessum est. Quando *Voldradus* Comes *Mansfeldensis* diocesium *Bremensem* cum arce *Vordensi* occupavit: & ab aliis Ductoribus aliæ expeditiones in hanc terram motæ sunt, in quibus neque sacris neque prophanis locis exercitus hostilis pepercit: Quæ omnia singularim commemorare nimis longum foret, & aliquo modo etiam supervacaneum videtur, quia in recenti memoria plurimorum hominum, qui adhuc superstites sunt, hærent. Obiit anno *Virginie* partus 1558. cum Ecclesiæ *Bremensi* in variis tumultibus & periculosisis perturbacionibus præfuisset annis 47. Verdensi annis 55. *GEORGIUS* Dux *Brunsvicensis* & *Lunæburgensis* antecessoris sui frater: Ex Canonico *Coloniensi* in Episcopum 57. *Mindensem* anni Dni 1553. confirmatur: Deinde in Archi-Episcopum *Bremensium* & Administratorem *Verdensium* auctoritate partus 1558. in demortui fratris locum unanimi consensu & paribus votis totius Senatus Capitularium sufficitur. Fuit Princeps pietati & religioni christianæ: in primis deus natura clemens, mitis, affabilis, pacis & communis tranquillitatis amantissimus, qui dele-

Obsidio solvitur.

XIV. Georgius.

Bremam obsidet Carolus V.

lectabatur maxime consuetudine doctorum hominum, quorum consiliis, iudicio & sermone summa cum voluptate fruebatur. Ideo etiam aula ipsius domus & hospitium eruditiorum virorum apud alios passim prædabatur. Arces Ecclesiarum suarum, quæ ab antecessoribus oppignorata & alienata fuerant, soluto ære alieno redemit, & brevi paterna sua providentia ab exactationibus aliisque oneribus inultatis subditos suos immunes & liberos reddidit, ut optima ratione illud Xenophonis in hunc Pontificem utilissimum & fidelissimum descripti possit: *Bonum principem non multum discriminis a bono patre familias habere.* Hujus Archi-Episcopi temporibus Bremæ incidit ista difficilis & nondum extirpata controversia de præsentia Corporis & Sanguinis Christi in Cæna Domini, mota in eo loco ab *Alberto Durimontano* Concionatore Ecclesiæ Cathedralis. Huic disputationi Reverendissimus Antistes maturo consilio occurrendum judicans, apud Reverendissimum & Illustrissimos Principes & Dominos *D. Sigismundum* Archi-Episcopum Magdeburgensem & Marchionem Brandenburgensem ac *Henricum* Ducem Brunsvicensem & Lunæburgensem fratrem Germanum, crebris literis, admonitionibus & paterna sua cura tantum effecit, ut Durimontana causa in aliquot conventibus theologorum præcipuorum in Ducatibus & civitatibus inferioris Saxonie, Halberstadii, Brunsvigæ & Lunæburgi ageretur, & a theologis discuteretur. Et cum Durimontanus ad propositas sibi in disputationibus quæstiones ex verbo Dei categorice sine ulla tergiversatione & ambiguitate non responderet, sed magis artificiosis & astutioribus præstigiis se involveret: Consiliiarii & Legati Principum & Statuum inferioris Saxonie; convocatis theologis Ordinum ac concionatoribus Bremensibus cum *Alberto Durimontano*, sententiam de eo tulerunt, in qua exposito totius causæ processu; & gravissimis rationibus explicatis, pronunciant, ut *Albertus* intra dies quatuordecim ex urbe *Bremæ*, citra tamen infamiam & condemnationem, decedat, nec ullam amplius in ea urbe concionem habeat, nec ullus in toto inferioris Saxonie circulo locus ipsi vacuus esse concedatur. Acta hæc sunt *Brunsvigæ* anno Christi 1561. die 8. Mensis

Alberti Durimontani controversia de præsentia Corporis & Sanguinis Christi in Cæna.

Albertus exilio afficitur.


Februarii. *Albertus* vero ad Ecclesiam suam reversus non solum latam & pronunciatam de ipso sententiam superbo spiritu contempsit, verum etiam imperitam multitudinem cum aliis primoribus civitatis, quos ad se antea non pertraxerat, suæ opinioni adstipulari & eam defendere persuasionebus suis induxit. Ideo insequenti anno 1562. per *Sigismundum* Archi-Episcopum Magdeburgensem & *Henricum* Juniores Ducem Brunsvicensem & Lunæburgensem ad ultimum diem mensis Maji Principum & Statuum Ducatus inferioris Saxonie Generalis Conventus Lunæburgi indicitur, quem ambo Principes, qui eum denunciaverant, præsentia sua cohonestarunt. In eo conventu Durimontana controversia iterum tractata, diligenter discussa, ac tandem condemnata est, &c. Ex hac vita migravit anno Christi 1566. mense Decembri. Sepultus *Verde* in Ecclesia cathedrali, cum utiliter & laudabiliter Bremensi & Verdeni Ecclesiæ annis 8. Mindenensi vero 13. annis præfuisse.

HENRICVS 3. Dux Saxonie, Angarie & Westphalie ex Canonicò Colonienli & Bremensi in Archi-Episcopum Bremensem anno Domini 1567. 17. Februarii unanimi consensu totius Senatus Canonicorum postulatus. Anno deinde Christi 1576. ad Osnabrugensem & 1578. ad Paderbornensium Ecclesiæ administrationem paribus suffragiis Capitularium eligitur & designatur.

Præest adhuc summa cum laude utiliter & prudenter hoc anno a partu Virginis currente 1580. Faxit æternus pater Salvatoris & Liberatoris Domini nostri JESU CHRISTI, ut tum ad Ecclesiæ & Republicæ Christianæ salutem, tum ad familiæ suæ splendorem, & decus immortale propagandum, quam diutissime vivat, prælit, & salutaria consilia conferat, Amen.

Historiæ Bremensium & Hamburgensium Episcoporum & Archi-Episcoporum ab anno Domini 780. usque ad annum 1580. quæ continet res gestas octingentorum annorum

F I N I S.



XVIII.
BREVE CHRONICON
ADHVC INEDITVM
ECCLESIAE HAMELENSIS
AVCTORE
JOHANNÉ DE POELDE
EJVSDÉM CANONICO SENIORE
ANNO MCCCLXXIV. CONSCRIPTVM
ACCEDIT
EJVSDÉM CIVITATIS DISCVRSVS HISTORI-
CVS CONSCRIPTVS
GERHARDO REICHEN ETC.
ADDITAMENTO SEBASTIANI SPILCKERI
EX BIBLIOTHECA MENCKENIANA.

JOHANNIS A POELDE
CHRONICON HAMELENSE.

Quia ob labentem humani generis memoriam res magnifice antiquitus gestæ Chronice describuntur?

Anno igitur a nativitate ejusdem DCCXII. Anastasio II. Papa sedem Apostolatus in vera Roma tenente, qui gloriosum patronum nostrum B. Bonifacium; martyrem ad votum Pipini Ducis majoris domus Franciæ, B. Wilbrandi Moguntinensis Archi-Episcopi, senio gravati, ac totius cleri precum instantia, in Archi-Episcopum ejusdem sedis Moguntinensis, propriis manibus, cum magna lætitia cæteris Cardinalium, in ergastulo B. Andreae Apostoli consecravit, pallio, clenodiis ac multis reliquiis honestavit, & prænomen sibi, quod est Bonifacius, per eximia sua beneficia, erga Ecclesiam Dei per 40. annos facta, imposuit; quia prius Wulfstadius, nomine patris sui fuit nuncupatus.

Idem venerabilis Papa Gregorius misit B. virum Bonifacium ad dictum Ducem Pipinum majorem, patrem Caroli Magni, ut ipsum in primum Regem Franciæ ungeret & consecraret, quod factum in civitate Jessen, quæ nunc Orliens vocatur.

Ille Princeps Pipinus multum dilexit B. Bonifacium, eo quod penitus juvit eum congregare regnum & ejicere Hildesum libertum & effoeminatum de regno, & quod principio suæ peregrinationis pacem & concor-

diam inter patrem suum Carolum Martellum vel Tondentem sic dictum, quia omnes Principes in circuitu tondebat & macerabat; & Rabadonum ultimum Regem Frisenum constituit & ordinavit. Iste fuit Rabadonus Rex, qui a B. Wulfstano Episcopo debebat baptizari, habens unum pedem in baptisterio, & alterum foris, requisivit, utrum de suis parentibus plures in celo regnarent, vel ad inferos descendissent, responsum fuit, quod plures ad infernum, & ille extrahens pedem de fonte dicebat, & nos cupimus pluralitatem imitari. Tertia die sine baptismo decessit. Et deinceps Bonifacius verbum Dei ubique in Frisia seminavit, quod dictus Rabadonus prohibuit, qui tandem gladiis impiorum occubuit. Hic Athleta & Præliator Bonifacius 35. annos in Episcopatu Moguntinensi viguit, Francos, Bavaros, Thuringos, Hæssonos, Frisones ad veram fidem convertit. Autoritate Apostolica inquisitor hæreticæ pravitatis exstiterat, unde adjutorio dicti Regis Pipini multos hæreticos exterminavit, & igni tradidit comburendos, & quatuor synodos generales instituit, & in Almania multa mirabilia fecit. Primo Ecclesiam Fuldensem in Pago a) Gatzpbedt in honorem beatorum Petri & Pauli Apostolorum constituit, & consecravit, sed eam imperfectam reliquit. Unde petiit Beatum Lullum successorem, ut dictum Monasterium b) ac ibidem ipsum sepeliret, quod factum fuit. Et ipse Pipinus Rex præcepit, quod nunquam deberet exhumari, & alias duci. Deinde ordinavit Ecclesiam collegiatam Frislarichem, & profectus in Westphalam ad oppidum Germariæ;

Bonifacius Inquisitor hæreticæ pravitatis.

Fundatio Fuldensis.

Frislarichem, &c.
ubi

a) Eigilo in vita Sturmionis habet regionem Grapsfeld.
b) Interendum; absolvens, perferens aut tale.

Quercum
superstitio-
sam ever-
sit.

ubi reperit *robur* vel *quercum miræ magnitudinis*, subter qua quercu gentiles orare consuevere, unde ad preces B. *Bonifacii* venit ventus tonitratis validus, dividens ipsam quercum in quatuor partes æquales, de quibus capellam in honorem B. Petri construxit; c) Ad bellum Martis in oppido *Merseberg* destruxit, & Ecclesiam ibidem consecravit, ut in legenda ipsius patuit evidenter. Deinde pervenit ad partes fluminis *Wesera*, quod *Westphalos* segregat ac distinguit; unde *Ostphali* id est *Saxones* sunt dicti, ad quandam comitiam; in fimbriis regni *Angariae* Regis *Wedekindi* sitam, contemplabatur amœnitatem istius loci, quo rivulus *Hamelam* agit in ipsam *Weseram* & reperit ibidem quoddam delubrum, quo *Jupiter* colebatur, unde B. *Bonifacius* accessit Comitem & Comitissam illius loci dicti de *Ostende*, Regali genere ejusdem *Wedekindi* natos, senio gravatos, scintilla modicæ fidei Christi illuminatos, evangelizans ipsis & toti populo ibidem fidelius verbum Dei, regenerans eosdem in fonte baptismatis, *Everbardum* Comitem *Bernbardum*, uxorem suam Comitissam *Odegundinam Christianam* vocavit, & petiit ipsum delubrum destrui, & Ecclesiam in honorem B. Romani quondam sui predecessoris in Ecclesia Moguntinensi consecravit; Ipsi vero annuentes dignis suis precibus fundaverunt & dotaverunt dictam Ecclesiam cum omnibus bonis suis, quia liberis seu heredibus fuerunt orbat, obnixepetierunt, eorum corpora in eadem Ecclesia, tanquam fundatorum, digne sepeliri, quorum memoria, ut factum fuit, in vigilia omnium sanctorum valde solemniter ibidem in Ecclesia Hamelensi peragitur annuatim. Postea S. *Bonifacius* fecit fratres vocare ordinis sui scilicet *Benedictini* de dicto cœnobio suo *Fuldensi*, mutans eos in *Canonicos regulares*, postmodum per *Ludovicum* Imperatorem, *Caroli Magni* filium in *Canonicos seculares* mutatos cui talis religio multum placuit, & plures ordinavit, & ordinavit ibidem *Ecclesiam collegiatam* valde solemnem, quam B. *Bonifacius* Ecclesiam Hamelensem cum omnibus suis pertinentiis cœnobio *Fuldensi* tradidit & incorporavit.

Hic gloriosus Pontifex B. *Bonifacius* cum esset annorum XXI. peregrinare incepit, in peregrinatione sua XL. annos deguit, in Episcopatu suo annos XXXIII. Menses sex & totidem dies obtinuit, in LXXXV. anno impleto in Deo cum palma Martyrii, in terra *Frisonica*, in villa *Delmund* migravit, quanta autem bona pro Ecclesia Domini fecit, patet in Legenda sua magna, quam *alias abbreviavi*.

801.

Anno vero Domini DCCC. primo, ab anno conditæ urbis Romanorum MDLII. ab Anno

Imperatoris Augusti Octavianiani LXXII. gloriosus *Carolus Magnus* in patricium Romanorum fuit vocatus, qui XVIII. ætatis suæ anno *Constantinum*, ultimum Imperatorem Romanorum de *Græcia* debellavit, *Lombardos* devicit, *Franciam* & *Lumbardiam* una cum fratre suo *Carolo* Magno XLVI. annos rexit Regnum Romanorum per XIV. annos solus obtinuit, & venerabilis *Leo* Papa ipsum *Carolum* in Ecclesia B. Petri Apostoli in Imperatorem Romanorum consecravit, & ad d) Patres *Almania* pro fide Catholica eundem designavit. Interea senatores Romanorum, conantes sibi bona & Jura imperialia subusurpare, *Leone* Papa IV. contradicente, diriperunt illum de solenni processione ad S. *Laurentium*, copulantes iter, profcidentes sibi linguam & novacula scissuram suorum oculorum fecerunt quos pariter cum lingua Deus omnipotens sibi mirifice restituit, & quasi album filium pro cicatrice oculorum obtinuit, quem Dux *Spoletanus* de manibus Romanorum eripuit, & secum *Spoletam* perduxit. Propter quod nefas ipsi *Græci* cum potentia spirituali a Romanis recesserunt, & Imperium ad *Carolum* & ad *Francigenos* fuit translatum in hoc scismate. Cum autem hæc doloris fama ad gloriosum Imperatorem *Carolum* pervenisset, fecit vocare *Leonem* Papam, & venit sibi in occursum *Paderbornæ* civitatis *Westphaliae*. Ipse Papa habuit in suo comitatu B. *Lullum* Archi-Episcopum Moguntinensem, seu *Bonifacii* successorem ac venerabilem *Sturmium* Abbatem Ecclesie *Fuldensis*; profecti fuerunt pariter ad ecclesiam collegiatam & villam tunc temporis populosam dictam *Hamelam*; dicti venerabiles Patres, Episcopus *Lullus* & Abbas *Sturmius* informarunt *Leonem* Papam de fundatione, institutione & consecratione ipsius Ecclesie Hamelensis, per B. *Bonifacium* factæ, humiliter *Leoni* ipsi supplicantes, ut dictam Ecclesiam Hamelensem denuo in honorem B. *Bonifacii* defuncti & canonisati consecraret, & B. *Romanum* primum ab infero suo choro restauraret. Quo per B. Papam *Leonem* facto, intimis accesserunt ipsum gloriosum Imperatorem *Carolum* precibus, ut ipse una cum Papa *Leone* institutionem, deflectionem, incorporationem Ecclesie *Fuldensis*, per B. *Bonifacium* factam, cum villa & omnibus pertinentiis per suum privilegium ratificare & confirmare dignaretur. Qui Imperator annuens dictis & dignis eorum supplicationibus fecit juxta tenorem hujus privilegii, quod sic incipit. *Carolus Dei gratia Francorum Longobardorumque Rex ac Romanus Patricius, notificamus, qualiter donavimus atque condonamus ad Fuldense Monasterium quandam rem proprietatis nostræ scilicet Hameln prædium muncupatum, situm in pago Saxoniæ, cum omni integritate, tam terris quam ædificiis,*

Caroli Magni
imperium.

Leonis IV.
fata.

Fundatio
Ecclesie
Hamelensis

Ecclesie
Hamelensis
consecratio
& confirmatio,

c) Corrupte. Legendum puto: *Sacellum*.

d) Leg. *partes*.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

ciis, cultis & incultis, mancipiis, & omnibus suis Juribus, ut in privilegio continetur. Idem Carolus gloriosus ordinavit & ditavit Præposituram multis possessionibus & divitiis a flumine Weseræ pene usque ad Elvam, quæ merito Episcopatus potuisset nuncupari; Heu! heu! nunc per pravos successores multum desolata. Notandum, quod quatuor fratres fuerunt de Everstein cis Rhenum, inter civitates Basileam & Oppenheim, qui fratres multum bene se rexerunt circa Ecclesiam Hamelensem & oppidum tum temporis; quorum fratrum ipse Fridericus tunc fuit senior Canonicus, custos seu thesaurarius Ecclesiæ Moguntinensis, quem Decanus & Capitulum dictæ Ecclesiæ Hamelensis propter suam legalitatem & iustitiam in Præpositum elegerunt, quam electionem Fuldenses impugnaverunt. Dilectus dominus Fridericus renunciavit electioni de se per Capitulum factæ, quem ipsi Fuldenses in gratiam receperunt, & de novo Præposituram ipsi contulerunt, & fratri suo Ortoni Advocatiam pro defensione bonorum Canonicorum nomine homagii dederunt, & sic Advocatia ad ipsos de Everstein pervenit, ut patet in privilegio de renunciatione, quod incipit sic: Ego Fridericus dictus de Everstein, custos Ecclesiæ Moguntinensis; Nos plenius informati de collatione Præposituræ in Hameln, de nobis facta, in manus ipsius Abbatis Fuldensis libere resignamus, omnino existimantes, jus quod nobis per Capitulum fuit acquisitum &c. Actum anno Domini MXXXIII. Calendis Martii.

Anno igitur a nativitate Domini MCCLIX. Abbas, Præpositus, Decanus ac totus conventus Ecclesiæ Fuldensis propter locorum distantiam, Baronum & Nobilium malitiam, venderunt dominium, jus, proprietatem dictæ Ecclesiæ Hamelensis & oppidum tunc bene munitum, circumfossatum ac divitiis ornatum venerabili Wedekindo de Hoya, Episcopo Ecclesiæ Mindensis pro D. marcis examinati argenti, vel Sterlingorum legalium, XIII. solidis & III. Pf. pro marca puri, quarum trecentæ super Festo Pentecostes fuerunt solutæ & ducentæ in sequenti super Festo prædicto, sub pœnis in quietatione scriptis persolvendæ, ut patet in quietatione quæ incipit sic: Henricus Dei gratia Abbas Fuldensis. Et cum hoc venderunt ipsi eidem Episcopo Advocatiam de Everstein, ut patet in privilegio, quod incipit sic: In nomine Domini &c. Et ipsi Fuldenses petierunt consensum hujus venditionis a Capitulo Ecclesiæ Hamelensis, oppidanis & Comitibus de Everstein, in quo contractu ipsi oppidani cum Comitibus prædictis minime consenserunt, contra quos dictus Episcopus Wedekindus Mindensium constituebat prælia & pariter convenerunt circa villam dictam Zedemunden prope Mûnder, quo dictus Episcopus Wedekindus cum suis victoriam obtinuit, &

omnes oppidanos Hamelenses secum captivos in Mindam perduxit, quorum multi ex utraque parte in ore gladii ceciderunt, & ipsorum occisorum memoria adhuc in Ecclesia Hamelensi semper die Panthalconis devotè peragitur vigiliis & misis. Quod prælium fuit commissum anno Domini MCCLXI. die ut supra. Dictus Wedekindus Episcopus exhibuit ipsis oppidanis, ut acclinent se defensionis & protectioni Ecclesiæ Mindensis, quod vellet eos omnes relinquere quietos & solutos; per quibus scripserunt inducias ad deliberandum, & interea ceciderunt in illum potentem Ducem Albertum Magnum de Brunsvic, (hujus frater erat Johannes primus Dux Lüneburgensis in divisione Ducatus Brunsvicensis) & dederunt se protectioni & ditioni suæ, ut eos defenderet & a captivitate liberaret. Qui potens Dux Albertus venit cum DC e) detrariis phaleratis, militia præciosa & copiosa perexit, coram civitate Mindensi & coegit Episcopum & Canonicos ad reddendum Chirographum & literas, quibus Fuldenses oppidum Hameln vendiderunt, & facta est compositio per Abbatem in Locken & Præpositum in Minda & nobilem Advocatum de Monte, ut est in privilegiis. Et ipse Dux recessit & dictum oppidum stat sub protectione Ducum Brunsvicensium hodiernis diebus; & omnem libertatem, quod dictum oppidum habet, habet adhuc a Præposito & Capitulo ejusdem Ecclesiæ Hamelensis, ut in eorum privilegio liquide patet. Et totus fundus oppidi cum censu areali ac dominio cedit Præposito & Capitulo & nunc quoque ab eis annuatim, velut privilegium compositorum evidenter ostendit. Unde cum fundi dominio & uno solido arealis census triumphavit nostra Ecclesia Hamelensis contra Augustinenses, cum quibus XXXIII. annos steterunt in lite & mille marce argenti puri sunt in ea lite peremptæ & Ecclesia Hamelensis permansit in spiritualibus sub protectione Episcopi Mindensis immediate, ita quod nullus Prælatorum vel Archidiaconorum in ea habeat disponere nisi Episcopus propter antiquam fraternitatem. Et fertur & est Ecclesia secundaria immediata post Ecclesiam Cathedralè Mindensem, quia Ecclesia Hamelensis fuit fundata sub anno Domini DCCXII. Ecclesia vero S. Martini in Minda fuit fundata & confirmata per inclytum Imperatorem Conradum, tunc in Minda existentem, ad rogatum Sigiberti Mindensis Ecclesiæ Episcopi, qui eandem Ecclesiam construxit sub anno Domini MXIX. ut patet in privilegio, quod sic incipit: In nomine Sanctæ & individue Trinitatis &c. Conradus divina favente gratia Romanorum Imperator Augustus &c.

Anno Domini MCCCLXXIII. post epidemiam quartam. Ego Johannes de Polde, Canonicus hujus Ecclesiæ Hamelensis ætate & gradu

item dotalio eximia.

Advocatia Eversteinis conferitur.

1259. Hameln oppidum venditur Episcopo Mindensi.

Indeprelium.

1261.

Hamelenses submitunt se protectioni Ducis Brunsvic.

Capituli Hamelensis potestas in urbem.

Lis summo offissima cum Augustinensibus.

Dignitas Ecclesiæ Hamel.

1374.

Vnde hoc
Chronicon
collectum.

gradu Senior collegi hanc Chronicam Hamelensem de Legenda & Vita B. Bonifacii pro parte prima, partem secundam collegi ex decem privilegiis, de venditione Ecclesiae & oppidi Hamelensis per Fuldenses factis & conscriptis.

Notandum, quod primum privilegium venditionis incipit sic: *In nomine Sanctae & individuae Trinitatis, quia ut torrens vebemens praterit &c.* Et in illa litera inseritur litera Caroli praenominati. In secunda litera Fuldenses petunt a Capitulo: (Ecclesiae Hamelensis) consensum venditionis, quae sic incipit: *Henricus Dei gratia, Fuldensis Ecclesiae Abbas. Nos attendentes, quod Mindensis Ecclesia ministerio nostro ab antiquo speciali fraternitatis vinculo, esset adstricta, & quod commodissimum vobis esset, ut Dominum Episcopum Mindensem, quem patrem spirituales ab antiquo habuistis, etiam dominum temporalem haberitis, quam alii Principi servitute tyrannica &c.*

Querela de
Alberto
Duce Brun-
svic.

Heu! heu! heu! quantam tyrannidem exercuit novissimus Princeps *Albertus* Dux ex quorundam oppidanorum adiutorio & consilio in nobis, qui culturam agrorum nostrorum villicis nostris contra iustitiam inhibuit, & nos de curiis nostris expugnare voluit. Dignum esset nostrae memoriae commendandum, cum in principio suae militiae LXXX. marcas puri, vi & metu commissimus; pro quibus Clendia & calices nostri adhuc hodiernis vicibus obligavimus & per quatuor annos postea XXX. marcas puri, pro redemptione suae captivitate sibi obtulimus. Qui autem Auctores & consiliarii ipsius ad hanc pecuniam a nobis extorquendam fuerint, novit qui omnia noscit. Et nota, quando ista necessitas nobis ex parte Ducis *Alberti* incumberebat, quod multi de Consulibus filios, fratres, avunculos & f) nepotes in Capitulo nostro, habuerunt, ibi pater renunciavit filio, frater fratri, avunculus avunculo, nepos nepoti, omnes fuimus eis tanquam haeretici & publicani, crudeliter in nos savientes, quia ego intereram cum domino Decano *Johanne de Lude*, & Domino *Brunone Lüsken*, quod procuravimus citationem contra inclytum Principem Ducem *Ernestum*, Patrem dicti Ducis *Alberti*, qui ex mala informatione etiam prohibuit culturam nostrorum agrorum, & veniebamus ad eum in *Eimbek*, & exhibuimus sibi XL. marcas puri, ut desineret ab omni impetitione, qui consuluit cum Magistro *Thydrico de Arsfelde*, Canonico ibidem in *Eimbek*. Et ille gloriosus Dux retulit nobis, quod non haberet jus ad nostram pecuniam, sed male esset per quosdam informatus & quod nos cassarem citationem nostram, ipse vellet cessare & praecipuum suum tollere; quod cum omni amicitia fuit factum neque unum quadrantem a nobis accepit. Etiam nota, quod gloriosus & Misericors Dux de *Brunsvic Ernestus* renunciavit novum o-

Laus Erne-
sti Ducis.

pus jactu lapidis in insula in medio *Weserae* prope oppidum Hamelense, quod Carmelita edificare coeperunt similiter in oppido contra Augustinenses. Fuit & inclytus fautor nostrae Ecclesiae, & tantam inimicitiam non potuit cum aliquo habere, quod vellet, ut interficeretur, dicens, *animam non possum dare, ergo nolo, ut quis interficiatur.*

Vox ejus
clementissi-
ma.

Quantam autem calumniam passi sumus ab incolis oppidi hujus brevi temporis intervallo de consecratione Capellae pontis *Weserae*, sentiant nanciscentes Praeposito adverentes! Quod Ecclesia Hamelensis ut quingentos annos ante oppidum fuerat, & quod omnem libertatem & omne bonum ab Ecclesia nostra sint consecuti. Quid dicemus adhuc! Si Deus pro nobis, quis contra nos? Item versus.

f) *Quae sibi fortunae glomerati proles in uno*

*Quae sibi progenies formula maceries,
Tam truxit quam pulvis sub pulvere man-
sit.*

Verbum autem Domini & Ecclesia nostra in aeternum permanebit.

Nota, quod propter antiquam Paternitatem Fraternitatemque Ecclesia Fuldensis & Hamelensis habuerunt cum Episcopo Mindensi & Capitulo in spiritualibus, & quando Episcopus *Wedekindus de Hoja* comparavit Ecclesiam Hamelensem & oppidum ab Ecclesia Fuldensi pro D. marcis puri argenti & ex eo, quod Decanus & Capitulum dictae Ecclesiae Hamelensis, tam in temporalibus quam spiritualibus se benevole & benigne absque ulla contradictione ad dictum Episcopum Mindensem *Wedekindum* & suam Ecclesiam acclinavit, tradidit eidem Ecclesiae Hamelensi principaliter dona. Primum donum, quod etiam propter antiquitatem deberet fieri & esse *Ecclesia secundaria* in Ecclesia Mindensi. Secundum donum, quod immediate deberet esse sub Episcopo & suo officiali, & quod nullus Praelatorum dictae Ecclesiae Mindensis aliquam jurisdictionem in dicta Ecclesia Hamelensi deberet habere. Tertium donum, quod dictae Ecclesiae Hamelensis bona deberent esse libera ab omni impetitione Advocatae, &c. quia in eis bonis esset & fundus dicti oppidi, cum quibusdam aliis in perpetuum apud dictam Ecclesiam Hamelensem deberent permanere. Haec omnia habentur in privilegiis.

GERHARDI REICHEN Jcti
DISCURSVS HISTORICVS DE
VRBE HAMELENSI.

Die Stadt *Hameln* ist zu anfangs dem Abte zu *Fulda* gehörig gewesen, und anno

1259.

f) i. e. cognatos.

g) Versus corruptus ac difficilis intellectu.

1259. von Herrn Abt *Heinrich* von *Ertbell*, und gantzen Convent des Stiffts *Fulda*, Erben der Voigtey, welche die Graffen von *Everstein* bis auf die Zeith inne gehabt, für 500. Marck feinen Silbers 13. solidos und 4. pfennig, den Bischoff *Wedekindo* von *Minden*, gebornen Graffen zur *Hoya* verkauft worden. Wieder diesen Kauff haben sich die Bürger, und die Grafen von *Everstein* gelegt, darüber es zu einer öffentlichen Feldschlacht gerathen, welche im Jahr 1261. bey *Zedemünden*, am Tage Panthaleonis gehalten, worin die von *Hamelu* ziemliche Niederlage gelitten; Es ist aber auf guter Leute Vnterhandlung ein anstand gemacht, und nach Aufgang desselben haben die von *Hamelu* (ungeachtet der Bischoff sich erboten, sie alle bey den ihren zulassen und zuschützen, da sie sich ihm ergeben würden,) *Alberto Magno*, Duci Brunsvicensi, fratri *Johannis* primi Ducis Lüneburgensis, sich gänzlich unterworfen; welcher Hertzog *Albertus* darauf für *Minden* mit einen ansehnlichen Krieges Volck gerücket, und dem Bischoff nebst dem Stifft dahin genötiget, daß sie den Kauff-Brieff, h) mit dem Abt von *Fulda*, wegen anno 1336. die Voigtey dafelbst, 40. Pfund Jährliche Rente *Arnolde Haken* und anderen verpfändet hatte.

3tens bezeuget das Manuscriptum *Johannis* de *Polde*, daß noch anno 1374, wie solch Chronicon geschrieben. Hochgedl. Hertzog *Albertus* die Stadt gehabt; Vnd hat dieses Hertzog *Alberti* Voigt und Richter der Stadt anno 1362. einen Schein über 2. Morgen Land gegeben, wie denn auch in selben Jahre zwischen diesen Hertzog *Albertum* und *Johannem* gebrüdern, und dem Capittel ein Contract wegen eines 4. theil dero Voigtey über die Mühle ergangen, welchen die Stadt in testimonium mit versiegelt hat.

Hamelianum
olim *Grubenhagen-*
sium fuisse
probatur.

Zum 4ten probire ich ferner, daß *Hamelu* Grubenhagisch gewesen, mit einen privilegio, welches Hertzog *Bernbard*, Progenitor Ducum Lüneburgensium, und Hertzog *Heinrich*, Progenitor lineæ Guelpherbytensis, Hamelensibus anno 1407. concediret, daß sie mögen, Behuef ihres Kellers, Wein absetzen, cui subicitur, daß diese Gnade nicht länger wehren solte, als dieweil die Huldigung were, welche die Hamelenses ihnen gethan haben, oder noch in künstigen Zeithen ihren Erben thun würden; und der Herrschop von *Bronswick* von öre und öhren Erben nicht wedder gelöset hedden. Vnde apparet, daß *Hamelu* diesen beeden Hertzogen von *Bronswick*, *Bernbardo* und *Henrico* nicht eigenthümlich zugestanden, sondern von andern Hertzogen von *Braun-*

schweig ihnen oder ihren Vorvettern reservirt, daher ihnen das jus reluendi darin reservirt wird, womit dann die Hertzoge von *Grubenhagen* sonder zweifel gemeinet seyn, als welche die Zeith einzig und allein *Braunschweig*, und nicht *Lüneburg* in ihren titul geführt.

5tens probire ich idem thema ex confirmatione privilegiorum civitati ab iisdem *Bernbardo* & *Henrico* anno 1407. facta his verbis: *Omnia & singula jura, quæ civitas Hameln hætenus habuit sub Comitibus de Everstein; ac sub Illustribus Ducibus de Brunswick, ipsis favorabiliter relinquemus.*

Nota hierin wird nicht gedacht, daß diese beeden Vorväter die Stadt zuvor gehabt, sed indefinite *Ducum Brunsvicensium*, womit vermuthlich linea collateralis Grubenhagensis gemeinet wird.

Fürs 6te komt vorigen zu steuer, daß Hertzog *Otto* und Hertzog *Heinrich*, *Bernbardi* filii Duces Lüneburgenses sub dato 1433. die Stadt *Hamelu* wegen darauf gelobenen Pfandschillings verweist an Bischoff *Magnum* zu *Hildesheim*, jedoch mit Vorbehalt Herrn *Orten*, Hertzog *Fridrich* seel. Sohn, und Hertzog *Erich* seel. Kindern, Hertzogen zu *Braunschweig* ihren lieben Vettern ihres artheils. Nun giebt aber die Genealogie, daß diese Herren, welchen die reservatio geschehen, Duces Grubenhagenses gewesen.

Zum 7benden non parum juvat *Magni* Episcopi Hildesensis confirmatio privilegiorum Hamelensibus facta anno 1436, worinn er sich erkläret, die von *Hamelu* zulassen bey allen ihren privilegien, de se heffen von öhren Arthherren (subintellige Ducibus Grubenhagensibus) und von den Herrn tho *Bronswick* und *Lüneburg* (scil. Duce *Ottone* & *FridERICA*, als Pfandes Herren) & paulo post wenn de Herrschop von *Hamborg* von dem Fürsten tho *Bronswick* und de Stadt *Hamelu* von öhren Arthherren gelöset würde.

Hæc verba befinden sich in einer Confirmation Episcopi *Magni*, worunter aber nur dessen Siegell noch verhanden ist, aber des Capittels Siegell davon kommen, sein aber in dem wovon eine Copia zu *Zelle* gelesen ommittiret; unde apparet, daß *Hamelu* nicht die Hertzogen von *Braunschweig* (intellige *Ottone* & *FridERICUM*, de quibus antea erat facta mentio) sondern noch andere *Braunschwl.* Fürsten, nimirum Duces Grubenhagenses zu Erbherren habe.

8tens congruit, daß in selben Briefe fere in

b) Defant quædam;

in sine gesetzt, die Huldigung sey ihm Bischoff *Magno* geschien, zu solchen Gelt, als Hertzog *Otto* und Hertzog *Friedrich* an der Stad haben, und nicht zu Erbe; Womit ebenfals gnugsam angedeutet wird, das diese beyde Hertzoge von *Lüneburg* nur Pfandgeld an *Hamelu* haben, verstehe von dem *Grubenhagischen* Fürsten.

Zum 9ten omnium maxime probant Ducum *Bernhardi & Henrici* literæ reversales *Hamelensibus* datæ anno 1409. ubi expresse fatentur, das *Hamelu* ihn für darin besagte summa Geldes von Hertzog *Friedrich*, und Hertzog *Erich*, und Hertzog *Otten*, prædicti *Frideric* filii (qui omnes fuerunt Duces *Grubenhagenses*) verſetzt, und solte bis ihnen ihr Geld gezahlet, die Huldigung ihnen geschien, aber wenn es zur lohse kommen, sie die von *Hamelu* nirgendts umb gemahnet werden.

Fürs 10te probat Reusnerus in *Genealogia Ducum Brunsvicensium* p. m. 422. Meibom. in *Chron. Bunt.* p. 422. wiewohl idem *Büntingius* sibi ipsi contrarius p. 228. welcher nur der halben Stad *Hamelu*, so hochgedl. Hertzogen zugetheilet, gedencket. Vnd erscheint nun aus obigen zwar zugleich, das *Hamelu* von den Fürstl. Haufe *Grubenhagen* verſetzt sey &c.

Addit. S. Spilckeri &c.

Cui & a quo facta sit oppignoratio? davon ist in der Fürstl. Cantzley zu *Zelle* gute nachrichtung, und dieses conjecturiren nicht mehr nötig, denn von welchen Hertzog von *Grubenhagen* die Stad *Hamelu* an die *Zellische* und *Wolfenbüttelsche* Fürsten, welche die Zeith eine Linie gewesen, verſetzt, davon finde ich gantz keine nachrichtung, wie auch eben wenig hievon, wann solche Verpfändung zuerst geschien? Vermuthlich ist es aber, weil Hertzog *Albertus* zu *Grubenhagen* schwere Kriege geführer, und daher sein Land sehr beschwehret hat, das demnach derselbe, oder ja sein Herr Bruder Hertzog *Friedrich* die Verpfändung etwan an Herrn Hertzog *Bernhard* und Hertzog *Heinrich* zuerst gethan, weil dieselbe in ihrer confirmatione privilegiorum civitatis sich nicht auf einige von ihren Vor-Vätern der Stad gegebene privilegia referiren, sondern indefinite *omnia jura, quæ Hamelenses a Comitibus ab Everstein & Ducibus de Brunsvic habuerunt* nulla majorum mentione facta, von diesen beeden Hertzogen befestiget worden, ut supra dictum, was auch dieß vor jura gewesen, welche die Graffen von *Everstein* an der Stad *Hamelu* gehabt, davon finde ich mehr nicht, als das *Johannes de Poelde* in suo manuscripto Chronico vermeldet, quod *Fuldense Capitulum Frideric* Comiti de *Everstein* circa annum Domini 1033.

Quis Grubenhagenis suum Principem oppignoraverit

contulerit *Præposituram, ejusdemque fratris Ottoni Advocatiam pro defensione bonorum ipsorum Canonice Hamelensium*, womit meines ermessens gemeinet wird, das sie des Stiffts Voigte und Erb-Schütz-Herren gewesen; Aber diese jura haben Graffen von *Everstein*, wie Meib. in *Chron. Bunt.* p. 216. vermeldet, an der Stad *Hamelu* gehabt, bis auf die Zeith, das die Stad neben dero Voigtey dem Stifte *Minden* verkauft worden, denn weil der Bischoff von *Minden*, wie oben erwelnet, alles Recht, so er an *Hamelu* gehabt, Hertzog *Alberto* cediret, und ihm unter andern die *Advocacia Eversteinensis* vom Abte *Heinrich* zu *Fulda* verkauft, teste *JOH. de POELDE* in *Chron. Hamelensi*, wird er auch die *Advocaciam Comitum de Everstein*, als welche im Kauff-Briefe mit benennet, mit überkommen, und die Graffen vom *Everstein* es mit Hertzog *Alberto* sehr verderbet, weil sie an demselben, als ihren Lehnherren, treulos geworden, und ihn mit hülfe des Churfürsten von *Mainz* ins Land gefallen, weidlich darin geraubet und geplündert, und damit soviel zuwege gebracht, das Hertzog *Albertus* anno 1258. Graff *Dietrich*, aut (ut ab aliis nominatur) *Cunradum* von *Everstein* bey den Füßen authencken lassen, Meibom. in *Chron. Buntingens.* p. m. 215. & seqq. Reusn. in *Op. Genealogic.* p. m. 410. derowegen dann dieser Hertzog *Albertus* die Graffen von *Everstein*, rebus lic stantibus, bey der *Advocacii* der Stad *Hamelu* vermutlich umb soviel weniger gelassen hat, und wird daher der Graffen von *Everstein* in *Chron. Ecclesiæ Hamelensis* post annum 1261, wie die Stad erst *Braunschweigisch* worden, nicht mehr gedacht, das aber in privilegio Ducum *Bernhardi & Henrici* de anno 1407. der *Jurium*, welche die von *Hamelu* von dem Graffen von *Everstein* gehabt, Erwchnung geschicht, wie droben im 5ten argumento angezogen, damit könte es wohl folgende Meinung haben.


Es bezeuget Meibom. in *Chron. Bunting.* cont. p. 423, das Hochgedl. Hertzog *Heinrich* anno 1404. *Bernhard* Graff zur *Lipp* ins Land gefallen, und ihn gefangen genommen, warumb Kayser *Rupertus* die Graffen zur *Lipp*, wie auch Graff *Herman* von *Everstein*, welchen demselben gehaufet und geherberget, ex capite fractæ pacis publicæ in die Acht erkläret, die Execution selbiger Acht Hertzog *Heinrich* wieder beede Graffen für die hand genommen, und das Gräfliche *Eversteinische* Haufe wohl eingenommen hat, daher dann, wie auch, das dieser Graff von *Everstein*, und *Henricus* ultimus familiæ gewesen, diese beyde Hertzoge *Bernhardus*, als Lehnherren, sich schon in an. 1407. auf die Graffschafft *Everstein* Hoffnung gemacht, und zu solchem Intent die alte *Eversteinische* jura an der Stad *Hamelu* mögen wieder

Quanam
jura Ever-
steinensium
in Hameli-
am fue-
runt.

wieder herfür gefucht, auch wohl etwas mögen extendiret haben, damit sie gegen die Hertzogen von Grubenbagen sich dessen zugebrauchen, un an der Stad desto mehr präntension hätten. Bin aber sonst der gantzlichen Meinung, das die Herren von Everstein præter Advocatiam niemahls einigen Antheil an der Stadt Hameln gehabt; und mag das gemeine Geschrey, Hameln sey halb Eversteinisch, daher entstanden seyn, weiln die Eversteinische Jura in allen retro gegebenen Fürstlichen und Gräfflichen Confirmationen, über der Stadt Hameln privilegien, wegen der Voigtey, also stipuliret seyn; *Omnia & singula Jura, que Civitas Hamelensis hætenus habuit sub Comitibus de Everstein, & nostris progenitoribus als Dominorum Alberti & Johannis fratrum, Ducum Brunsvicensium de anno 1363. feria sexta infra octavam Paschalis, sub Comitibus de Everstein, & sub Illustribus Principibus Du-*

cibus de Brunsvic, Domini Ortonis, Comitibus Holtzatisch, & in Schowenborg de anno 1372. feria secunda proxima post Dominicam Quisimodogenisi sub Comitibus de Everstein, ac sub Illustribus Principibus de Brunsvic, Dn. Bernardi & Henrici fratrum Ducum de Brunsvic & Lüneborg de anno 1407. ipso die beatorum martyrum Cosma & Damiani.

Vnd aber in allen andern Confirmationen über der Stadt Hameln privilegien, wegen der Stadt an sich selbst, solche Wörter: *sub Comitibus de Everstein* ausgelassen worden, als schliesset sich daraus; das Hertzog Bernhard, und Hertzog Heinrich die Eversteinische Jura nicht zuerst aufgesuchet, sed ad Antecessorum tenorem confirmationis die Jura wegen der Voigtey der Stadt Hameln bekräftiget, und das die Graffen von Everstein alda keine andere Jura, als die Voigtey gehabt haben.



XIX.
 GENEALOGIA
 COMITVM LEISNICENSIVM
 DEDVCTA A MAIORIBVS
 VIPERTI ILLIVS BELLICOSI CO-
 MITIS GROIZENSIS ETC.

AVCTORE
 PETRO ALBINO

NIVEMONTIO.

SPECIMEN, QVOMODO ILLVSTRARE CONATVRVS ERAT
 AVCTOR NOBILITATEM MISNICAM, SAXONICAM, THVRINGICAM ÉTC.
 MODO NECESSARIIS ADMINICVLIS NON
 DESTITVERETVR.

ANNO cIs Is LXXXVII.

NVNC NOTIS ILLVSTRAVIT VARIISQVE
 ACCESSIONIBVS AVXIT
 CHRISTIANVS GOTTLIEBIVS SCHVVARTZIVS
 COMES PALAT. CÆSAR. ET IN ACADEM. ALTORFINA
 PROFESS. PVBL.

Fratres fuerunt ex Teutonia oriundi:
 EMELRICVS, DITMARVS, & HER-
 LIBO. 1)
 EMELRICVS Princeps fuit, seu, ut
 habet Chronicon Pegaviense, Rex
 Teutoniæ, id est, Nordalbingiæ, vel, ut hoc
 tempore in usu sunt nomina, Holfatiæ, & ad-

Emelricus
 I.

iacentium regionum, videlicet Dithmarciæ,
 Stormariæ, &c. Ac de Teutonia paucis hic
 differendum esse videtur. 2) Notum est, *Teu-*
toniæ vocabulo hodie, & quidem consuetudi-
 ne superiorum temporum, Germaniam dici;
 sicut & in vernacula nostra; non Germani;
 sed Teutones, ad superiorum Germanorum,
 vel

Quæretus
 Teutonia?

- 1) Oreditur Albinus *Genealogiam illustris Gentis Vipertinae* ab his tribus, fratribus; neque etiam
 altius easdem origines repetunt Monachi Pegavienses; scilicet Auctor historię *de vita & re-*
bus gestis Viperti, Marchionis Lusatia, Præsæli Magdeburgensis, & Comitum Groicensis; itemque
 huius *Epitomator;* auctor *Libelli de Fundatione Cœnobii Bigaugiensis.* Cujus utriusque libri
 loca a nobis postea excitabuntur; prout a viro celeberrimo, C. G. Hofmannio, inter *scriptores rerum*
Lusaticarum sunt edita. Ibi vero prior, *Cap. l. §. 2:* ELMERICVS, inquit, *Rex Teutoniæ; Dith-*
marum Verduensem, & Herlibonem, Brandenburgensem, fratres habuit. Posterior item: i. e.
 T. IV, fol. 119: ELMERICVS, inquit, *Rex Teutoniæ, fratres habuit DIETMARVM, Verduensem, &*
HERLIBONEM, Brandenburgensem. Ne vero Stemma tam inclutz propaginis quasi sine capi-
 te appareret; Heeningesius & Reusnerus, in operibus suis Genealogicis, his tribus fratribus
 patrem, *Cunonem* quendam, qui bona hereditaria in Cimbrica Chersoneso, id est, Holfatia, pos-
 sederit, nescio unde, adscripserunt. Incertum vero est, an respexerint *Cunonem* illum, qui in
Chronico Weingartensis Monachi de Gwelfis Principibus, f. 783, apud Leibnitium, appellatur
nobilissimus Comes, & dicitur, in matrimonio habuisse *Ricluit,* filiam *Otonis Magni,* Imperato-
 ris; quorum parentum primus filius, *Eggebertus,* Marchiam illam, quæ erat in finibus Saxoniz
 adversus Danos, *Srudin* nominatam, obtinuit, & filios ac filias per diversas regiones dissemina-
 tas genuit. Quamvis enim hinc cognatio Comitum Marchionumque Stadenſium ac Viperti-
 næ Gentis, facile conjiceretur; hæc tamen iis, quæ a Monachis Pegaviensibus aliisque narran-
 tur, non quadrant.
- 2) Quæ Albinus de *Teutonia* hic affert, non est nostri instituti, ut expendamus. Quam conjun-
 cti vero jam antiquis temporibus fuerint *Cimbri & Teutones,* patet vel ex *Mela, Libr. III. cap. 3.*
Super Albin, inquit, *Codanus, ingens finus, magnis parvisque insulis refertus est. Hac re ma-*
re, &c. In eo sunt CIMBRI & TEVTONI; ultra ultimi Germaniæ Hermiones. Vid. Cellacii
 Menckeni Scriptor. Rer. Germ. Tom. III. Ggg Differ-

vel Tuiscones ad inferiorum & Saxonum idioma, nuncupamur, *die Teufschben, und Dii-difchen, vel Tuischen*. Olim vero Teutonia vocabulum parti tantum Germaniæ attributum, & nationis fuit, antequam gentis factum est, ut & in ipso Germanorum, & Alemannorum nomine contigit. Nac deessent plura exempla, si recensere ea liberet.

pag. 2. v. e.
cor. edit.

Dominus Philippus Melancthon *lib. II. Chronicorum Carionis*, etsi dicit, præcipuam & vetustam sedem Teutonum sciri non posse, tamen conjectat ex Cornelio Tacito & Ptolemæo, *Teutones* illorum scriptorum temporibus Westvaliam & vicina loca ad Visurgin tenuisse, præsertim cum Tacitus Teutoburgum in Westvalia collocet, & nomen suburbii etiamnum hodie Tuitium, *Teutzsch*, ad Colonia Vbiorum, seu Agrippinensem, vocetur. Eodem fere alludit etiam *lib. III.* Sed Dn. Peucerus *lib. IV. ejusdem Chronici*, ex Ptolemæo Teutonum sedem fuisse putat eo in loco præcipue, ubi hodie est pars *Marchia Brandenburgensis*, & quidem circa Prignitium & Episcopatum Havelburgensem. Eaque in re secutus est eundem Dn. Melancthonem, qui alio in loco, videlicet in *explicatione vocabulorum, adjecta Tacito*, idem sentit.

Alii inter Vistulam & Albim ad mare Pomeranicum *Teutones* collocarunt. Et ab his non dissentire videtur auctor *vite Viperti* germanice editæ, qui Teutones ad Oceanum, ut appellat, Teutonicum, juxta Daniam, seu ad mare Codanum habitasse putat. Nam cum *Eidoro* h. juxta Helmodum, *lib. I. c. 2. & II. c. 13*, vel *ultimo*, & Crantzium, Daniam a Teutonia discriminet, sequitur, *Teutonum* nomine censerî debere veteres *Saxones Scandiam*, nempe *Holfatos, Dismarfos, Stormaros, & Hadeleros*, qui *Nordalbingi* aliquando vocitati sunt. Credibile igitur est, successu temporis eosdem Teutones progressos potissimum versus ortum, occupasse eas regiones, quæ nunc sunt Saxonie inferioris, seu Lauenburgensis, ditionis Mechelburgensis, Pomeraniæ &c. ad mare Balticum & Pomeranum, quod Sarmaticum etiam aliquando appellatum est.

Ex his vero apparet, & non pugnare auctorum, quos allegavimus, de situ Teutonum sententias, & in præsentî negotio de *Emelrico*, Teutoniâ omnino de regionibus illis littoralibus inter Albim & mare Balticum, seu

Oriente, intelligi debere, quo loco *Nordalbingi*, ut jam innuimus, postea fuerunt. Helmodus, *l. II. c. 48*, dicit; tres fuisse Nordalbingorum populos, *Sturmarios, Holfatos & Thermanfos*, nec habitu, nec lingua, multum discrepantes, tenentes Saxonum jura, & christianum nomen, jam tum temporis, id est, sub Lothario Saxone, Imperatore. Ut autem de reliquis taceamus, sine dubio *Dismarsia* live a Teutone quodam, vel Ditone, seu potius ab ipsis Teutonibus populis, & *Marchia*, id est, loco ad aquas depressiori, vel terra campestri, & palustri dicta est; sicut & Reinerus Reinccius V. Cl. amicus meus singularis, *Dismarsia* a Teutonibus conditos, atque a regionis situ, quasi Teutones Riparios, aut continentis accolas, dictos esse censer, cum *Marsch* tam Dismarforum, quam aliorum Saxonum lingua, sit, tam continens, & locus littoralis, quam quælibet alia planities ad amnem sita, seu *hæmpes*; sicut & auctor tabulæ Geographicæ Holfatiæ loca palustria & uliginosa ab incolis illius regionis *Marschen* vocari scribit.

Vnde *Dismarsia* dicitur?

p. 4.

Hæc ideo adduximus, ut & de *Emelrici* Principatu (sic enim regium Teutoniae titulum intelligo) constaret, & in primis planum fieret, sic divinæ providentiæ consilio effectum, ut ejus posteritatis flos deinde in eam oram remigraret, sicut ex sequentibus videre erit.

Porro hunc *Emelricum*, quasi a coelorum regno, vel si malis a vervecum, seu ovium divitiis, dictum alii *Helmericum* a galca appellant, & Herlibonis II. patrem fuisse tradunt, contra Chronicon Pegaviense, quod Herlibonis I. qui II. pater fuit, fratrem esse prodidit. Fuit igitur *Emelricus* Regulus, live Præses quorundam locorum in Teutonia &c.

Vnde *Emelricus* dicitur?

DITMARVS Verdunensis. Ita enim appellatur simpliciter. Ego vero Principem Verdensem in Saxonia non procul a Brema fuisse, non diffitear, quemadmodum frater ejus *Herlibo* deinceps penitus Teutoniâ ingressus, usque in Henetorum regionem pervasit, ibique principatus sui sedem posuit. Etsi enim post tempora CAROLI MAGNI vixit, a quo Ecclesiæ Verdensis initium factum est, S. Suiperto, vel Simperto primo ejus loci pastore, 3) qui in Catalogo Episcoporum ideo primus recensetur, eo collato, (circiter annum 787) tamen quæ Episcopatum initia fuerint,

p. 5.
Dismarsus Verdensis

Dissertatio de Cimbris & Teutonibus. Item, Viri Gravissimi, Dn. Mascovii *Geschichte der Teufschben, Libr. I. f. IX.* De Teutonicis orientalibus mediæ ævi Cosmas Pragensis, ad annum 981, p. 16, ubi describit principatus *Zlaunicii*, Ducis Slesvicensis, (ut appellatur *Annalista Saxoni*) hæc tradit: *Ad plagam Australem contra Teutonicos orientales hæc urbes habuit terminales: Hinou, Dudlebi, Netholici.*

3) de Dismaro hoc Verdensi nihil nobis ex historia Verdensi succurrit. Ecclesiæ Verdensi anno 890. præfuit Episcopus, suaque bona legavit, *Suipertus*, sive *Vipertus*, qui ex progenie Wittkindi, Ducis Saxonum, fuisse putatur. Vid. Wolterus, Chronographus Bremensis, apud Meibomium *Tom. III. Rerum German.* item, Auctor *Chronici Episcoporum Verdensium* apud Leibnitium *Tom. II. Scriptorum Brunsvicensium*; & Auctor *Libri de fundatione quarundam Saxonie Ecclesiarum*, apud eundem Leibnitium, *Tom. I. pag. 261.* *Verdunensis* autem pro *Verdensi* scribitur etiam a Dismaro Martisburgensi.

fuerint, & quam tenuia, notum est. Et primi illi Episcopi fere suos defensores a Cæsari-
 bus ibi constitutos habuerunt, qui castris
 Imperatorum, quibus præfecti fuerunt, *Burg-*
grafi dicti sunt. Scribitur etiam, Episcopatu-
 rum Verdensem primo fuisse Bardewici, eo-
 que deinde translatum, sicut & Pirnensis Mo-
 nachus refert; Carolum Magnum condidisse
 collegium Covendæ, quod ipsum quoque
 postea Verdam sit translatum. Vt adeo cre-
 dam, *Ditmariun* hunc Verdensem regionem
 gubernasse. Non discrepat a Teutonum, gen-
 tis lingua nomen ejus, quod seu Teutonum, seu
 Ditionis, (quo vocabulo quid significetur, alibi
 explicatur) præfectum seu villicum, denotat.
 HERLIBO, tertius & natu minimus frater,
 Brandenburgensis, in *Pegaviensi Chronico* di-
 citur. Fuit autem Princeps ibidem, ut su-
 spicor, eadem ratione, qua reliqui fratres suis
 in locis, (etsi de Emelrici Teutonia, eam hæ-
 reditariam fuisse credere malim) præfuerunt.
 Et quidem Principem Brandenburgicum fuisse
 manifeste ostendit cognomen *Harlungo-*
tum, quod, ut testatur *Chronicon Pegaviense*,
 gesserunt filii, & reliqui ejus posterii, qui vel
 soli non sunt nobis beneficio monumento-
 rum literariorum, vel soli forte fuerunt reli-
 quis fratribus sobole carentibus. Cogno-
 mentum autem ipsis sine dubio impositum
 est vel a subditis, vel vicinis; cum id anteces-
 sores eorum habuerent gentile, ut pote qui
 ex Alfatia bello profecti Brandenburgum a Ca-

Herlibo.
p. 6.

Harlungi.

rolo Magno contra Slavos, seu Henetos, in
 præidiis collocati erant cum justo exercitu,
 ut semper contra paganos militarent in limi-
 te Imperii. Etsi nec illud improbarim, ho-
 rum nomen *Herlibonis* filios, honoris & me-
 moriæ causa, usurpare voluisse. Cum enim
 nomen *Harlungorum* diu superstes habuerit
 Brandenburgum, (nam & ab eis mons urbi vi-
 cinus, qui deinde a diva Virgine religiose
 Anuncupatus est, nominatus fuit) verimile
 est, eos bene de subditis meritos esse; quam
 gratiam & successores forte aucupari volue-
 runt. Annorum certorum, quibus vixerit,
 numerum nescimus. Conjecturam autem
 facere licet, fuisse adhuc sub Imperatoribus
 ex Caroli Magni posteritate, & quidem dele-
 ta bellis, vel alio translata familia *Harlungo-*
rum Suevica, de qua dictum est. Alias circa
 annum 880. *Pope Hennebergius* Comes a Lu-
 dewico Rege Marchio Soraborum constitu-
 tus fuit, quaquam locus præfecturæ non
 indicetur, 5) ut adeo de Brandeburgo hoc
 accipere & pro certo affirmari non possumus.
 Nam & Landsbergi interdum præsidia contra
 Slavos collocata fuisse traditur, de quibus a-
 libi.

Pope Hen-
nebergius.

HERLIBONIS I.

POSTERITAS. 6)

EMELRICVS II. De hoc nihil nobis no-
 tum est, quam *Harlungi* nomen, cum ceteris
 fratribus, gessisse.

Emelricus
II.

4) Liberos quidem *Herlibonis I.* cognomen *Harlungorum* gessisse, testatur auctor *Vite Viperti*,
 at nihil de eodem cognomine ipsius *Herlibonis I.* produunt Monachi Pegavienses, alique scri-
 ptores. Sed neque quicquam de illo *Herlibone Brandenburgensi* in historia Brandenburgensi
 deprehenditur. Alias, circa ea fere tempora, quibus Herlibonem illum vixisse, credibile
 est, h. e. anno 952, observamus, regionem *Sermund*, quæ pars nobilis fuit hodiernæ Mar-
 chie Brandenburgicæ, fuisse in *Comitatu Theotmari Civitatis Osterburgensis*. Id quod do-
 cet Diploma Otonis Magni, apud Meibomium, T. I. pag. 744. Ad hæc & Sagittarius,
 in *Historia Marchie Soltwedelensis*, §. 21. ad aliud Diploma Otonis M. provocat, ubi vel in
 ejusdem *Tbimari*, vel forte ejus filii cognominis, *Comitatu*, pagus *Sirmunde* situs memora-
 tur: *Villa Biendorp*, inquit, in pago SEREMODE, in Comitatu THITMANNI, sive A-
 dum Dornburg, IV. Non. Novembr. anno. 970. Nomen Ditmari alias etiam scribitur, *Tbim-*
mari, *Theomari*, *Tbitmanni*. Sed cum ille ad aliam stirpem referatur, (vid. Dn. ab Eccart,
 in *Histor. Geneal. primorum Marchionum Orientalium*, pag. 119. & seqq. & Dominus Zollman-
 nus, in *Stemmata Buzico-Saxonico*, p. 6.) non est, cur suspicemur, fortasse *Ditmariun Ver-*
densem, cujus jam paullo ante mentio facta est, e regione Verdensi digressum fuisse in regio-
 nem Sermundanam, aut Brandenburgicam, & fratri, *Herliboni Brandenburgensi*, successisse,
 aut *Herlibonem* ipsum habuisse filium, cognominem fratri *Ditmari Verdensi*.

5) Quæ de *Poppone* immisceat Albinus, copiosius explicari possunt ex Domini ab Eccart *Origin.*
Principum Saxon. pag. 237. seqq. ubi is ostendit, alium *Popponem* videri fuisse Patrem, cujus
 Comitatus situs fuerit in pago *Grabsfeld*, qui circa annum 836. majorem Hennebergicam
 Fuldenis monasterii, & Hassæ, partem sit complexus; alium *Popponem* filium, Ducem Thu-
 ringiæ, & Marchionem limitis Sorabici, fratremque Henrici, Ducis Saxonum & Thu-
 ringorum; qui Poppo anno 880. Slavos, Dalmincios, Bohemos, & Sorabos, vicerat, testan-
 tibus *Annalibus Fuldensibus* ad annum 880. & 883. Sed si, quæ conjectura est Dom. ab Ec-
 cart, in *Origin. Saxon. Libr. II. cap. V. p. 74.* illi tres fratres *Elmericus*, *Herlibo* & *Dietmarus*,
 qui commemorantur tanquam capita Stirpis Vipertinæ, vixerunt sub Ottone M. Imperatore;
 ad horum tempora ætas Popponis vix pertingere potuit.

6) *Herlibonis I.* liberos hinc verbis indicat scriptor *Vite Viperti*, cap. I. §. 1. *Herlibo tres filios*,
scilicet, Emelricum, Fridelonem & Herlibonem II. qui HARLVNGI sunt nuncupati, ge-
 nuit. Epitomator eosdem filios recenset, sed cognomen *Harlungorum* prætermittit. Quod
 cognomen, unde majores Viperti inveniunt, varie disputatur. Multi diu cum Albino cen-
 fuerunt, gorum.

Fridelo. VRIDELO *Harlungus*, quasi paruum *Fridericum* dicas; quod nomen hodieque in usu est, *Fridel.*

Herlibo II. HERLIBO II. cognomine *Harlungus*, uxorem duxit Regis *Frøvegiae*, rectius *Norvegiae* 7.) non nominati filiam, & ipsam anonymam: quod argumento est, hos in casibus illis fortunæ (vel potius spontaneis migrationibus, quas virtutis causa, & bellorum studio, susceperant, unde & parentem *Herlibonem* I. adversus Henetos præfectum belli con-

stitutum esse audivimus,) quibus jactati in exterâs regiones venerunt, semper nihilominus ad patriam, & veterem sine dubio seu cognationem, seu amicitiam cum populis septentrionalibus, singularem respectum habuisse. Forte etiam *Emelrici* I. & *Dismari* posterî, si qui fuerunt in eadem pristina patria, horum patruelium suorum curam eam gesserunt, ut non prorsus eliminati esse viderentur: sed vel affinitatibus saltem loco illi, qui familiæ originem dederat, semper quasi obstricti manerent.

HER-

suerunt, id ab iis ortum, qui ex Alsatia bello profecti Brandenburgum a Carolo M. contra Slavos, seu Henetos, in præfidiis collocati fuerint. Et Spangenbergius, *P. II. des Adél-Spiegels*, pag. 274 nobis narrat *Eccardum Harlungum*, Dominum Brisgovix Alsatizque, ac curatorem Harlingorum. Et certe *Annalista Saxo*, ad A. 942. hæc annotavit: *Est in consinio Alsatia inde adiacens pagus, Brisagome appellatur; fertur olim, illorum fuisse, qui dicebantur HARLYNGE; nunc vero milites Eberhardi ex ipso magnam provinciam partem sibi vendicantes Regis fideles laniabant. &c.* Sed, quando isti *Harlungi* Brandenburgum translati fuerint, & quomodo illi tres fratres, de quibus loquimur, inde cognomen acceperint, nemo satis luculenter indicat. Henricus Meibomius, de *Pagis Saxonie*, pag. 102. T. II. *Script. Germ.* nomen hoc deducit a pago *Herolga*. *Pagus Herolga*, inquit, *subjicitur Episcopo Bremensi, ut habent scholia ad Adamum Bremensem. Adrianus Pontifex in bulla confirmationis Ecclesie ejusdem HARLINGIAM appellat. Est tractus a pago Nordis ad Wängriam usque.* Conf. idem, T. III. pag. 786. Caspar Abel, in *der Brandenb. Staats-Historie*, P. II. pag. 49. putat, nomen illud vel ab *Herulis*, vel a Germanico vocabulo *Herr*, i. e. domino, ortum traxisse. *Man kante*, inquit, *erstlich muschmassen; daß dieser Name noch von den Herulis übrig wäre, wenn man nicht wüßte, daß diese gleichfalls Teutsche Nation besser hinunter an der Ost-See ihren Sitz gehabt. Hernach kan er auch gar stüglich von dem Worte Herr abgeleitet werden, daß er so viel bedeute; als aus Herren-Stamm entsprossen; eben als die Ehren-Nahmen der Adelinges und Freylinger, vorzeiten die udelichen und freyen Leute sammt deren Angehörigen bezeichnet haben.* Sic *Harlungi* dicti fuissent quasi *Junge Herren*; *Junkern.* Dn. ab *Eccart*, in *Histor. Geneal. Principum Saxon.* pag. 171, & 176. animadvertit, Poëtis antiquis in *Helden-Buch*, *Harlingos* dici quasi *Carolingos* i. e. ex stemmate Caroli M. ortos. Sed id quomodo in *Viperti* majores conveniat, non apparet. *Illustrius Gundlingius*, in *Henrico Aucupe*, pag. 151, & 161. omnino censet, *Harlingos* ab *Herulis* esse appellatos. *Est plane indubitatum*, inquit, *nationem Herulorum cum Suevis & Vandalis esse jungendam. Cernitur bodienum juxta Brandenburgicam civitatem der Herlunger-Berg, de quo inepte a quibusdam productum est, hunc montem ab Harlungis denominationem accepisse, quos Carolus M. ex Alsatia evocatos eo collocasset. Tu, si supis, hic Herulos agnosce, vetustum populum, Vandalorum subolem, orbi ac Romanorum ætæ no imperio, formidabilem. &c.* Et paullo post: *Ergo Harlungi sunt Heruli, quorum vestigia sicut in Mecklenburgensi tractu, in Werlensi Principatu, superant; ita quoque in Marchia neutiquam sunt extincta. Quæ si ita sint; nos etiam existimemus, tres istos fratres Harlungos audisse, quia fortasse terram Herulorum possederint. Sed quis aliquid certi in ista obscuritate definiat? Sicuti vero in veteri Marchia juxta Brandenburgum est Mons Harlungorum; de quo legere licet *Observas. Halens. T. VIII. Observ. XVI*; ita, quod hoc loco non est prætereundum, etiam istud nomen jam ab antiquis temporibus adhuc superest Leisnicii in Misnia; cum mons huic opido proxime vicinus, & quondam rudibus vetusti castelli insignis, hodieque vulgo vocetur *Mons Harlungorum, der Harlung-Berg*: ut hinc conjectura existat, vel ibi inter Sorabos etiam *Herulas* peculiare castrum quondam habuisse; vel, quod mihi verisimilius videtur, *Vipertum*, abnepotem istorum trium fratrum, nomen *Harlungi* in istam terram transtulisse.*

7) Ita uxor *Herlibonis* II, in vita *Viperti* diserte scribitur filia Regis de *Norwege*; in *Pegaviensi* autem *Chronico* pro *Norwege* extat *Frøvege*. Sine dubio utrobique eadem regio intelligitur. In antiqua historia de *Regibus Nordagici*, quam *Kirchmannus* primum edidit, cap. XIII. commemoratur inter Principes *Norvegiæ*, *Erlingus*, seu *Herlingus*, cui *Olavus*, Rex *Norvegiæ*, qui martyrium subit, filiam *Astritham* nuptum collocavit; cujus Principis nomen cum *Herlibonis* nostri *Harlungi* nomine utrunque conciliari potest. Neque tempus prorsus repugnat. Scriptores enim antiqui historię Anglicanę, ac nominatim *Simeo Dunemulmensis*, mortem illius *Olavi* referunt ad annum 1030. *Sanctus OLAVVS* inquit *Simeo*, quem *Canutus Rex expulerat*, Rex & Martyr *Haroldi*, Regis *Norregatorum* filius, in *Norrega* injuste perimitur a *Norreganis*. Regnum suscepisse dicitur A. 1015. Ad hæc fieri potuisset, ut *Herlibonis* filius, *Wolvus*, nomen ab avo materno, Rege *Norvegiæ*, *Olavo*, id est, *Wolvo*, acceperit. Ut adeo tandem vera vestigia originum gentis *Vipertinę* nobis invenisse videamur. At enim vero, in eadem historia illius *Erlingi* pater nominatur *Scialgi de Sola*, Princeps *Norvegiæ*. Id quod quomodo cum *Monachorum Pegaviensium* traditione conciliari possit, nescimus: Hi enim narrant, hunc *Harlungum* fuisse *Herlibonis* filium cognominem.

Astritha, uxor *Erlingi*; Princeps *Norvegiæ*.

HERLIBONIS II.

FILII 8.)

Suetibor-
rus.

pag. 9.

Scambo-
rus.

SVETIBORVS, *Harlungus* cognomi-
ne, & ipse Brandeburgi, ut arbitrōr, Prin-
ceps. 9.) Hujus nomen Slavicum est, quod
pater filio sine dubio in gentis subditæ, & vici-
næ, gratiam indidit, ut adeo appareat *Herli-
bonem* II. Hænetos in his regionibus, quibus
cum vivebat; non solum vi reprimere, sed et-
iam amicitia quadam specie delinire, & in of-
ficio continere studuisse, quod ipsum & hic fi-
lius *Suetiborus*, (qui forte etiam non Norvegi-
cam illam, sed Slavicam matrem habuit; cum
ex Norwegia *Wolsum* natum esse verisimile
sit) æmulari voluit; & filio *Scamboro* itidem
Slavicum nomen indere.

De hujus posteris nihil præterea scitur,
quam filium habuisse SCAMBORVM, & ali-
os, quorum nomina non sunt expressa. 10.) C
Successerunt ei vel filiis in Marchia Principes
vel Slavici, sicut varia fuit ejus loci fortuna,
quos *Heinricus* deinde *Auceps* ejecit, vel alii
ex Germanis, sicut de *Poppone* jam dictum
est. Brotusius unum ex filiis *Herlibonis* II. &
matre Norwegica, procreatis, in Teutonia
post patrem regnasse scribit, sed nomen ejus
omittit. Cumque de *Suetiboro* id vix intelli-
gi possit, id de *Wolff* in Cimbrica Chersoneso
dominatione accipere liceret, nisi expresse alia
de eo idem auctor referret. Nam *Suetiborus*
ubi manserit, ex Chronico Pegaviensi certius
liquet. 11.)

WOLFVS. Hic, ut habet *Chronicon Pegaviense*, *Wolffus*.
vicense, primum Pomeranorum Princeps fuit,
postea provincia pulsus ad Daniæ Regem exul
venit; ab eoque tum propter Heroici corporis
formam & robur, tum fortitudinis opinionem
& virtutis bellicæ famam, benigne exceptum
adamavit, & postquam aliquandiu liberaliter
habuisset, ejusque opera multis in rebus inter
præcipuos familiares usus fuisset, filiam etiam
nuptui dedit. Regis Daniæ nomen non expri-
mitur, sicut nec filia. Virtus autem & for-
tuna *Wolff* comitem, ut fit, invidiam habuere,
quare ab affinibus, Regis filiis calumniose eje-
ctus est ex aula, seu potius illorum odiis & in-
sidiis sponte & prudenter cedens alio se con-
tulit, donec post obitum soceri de vindicta co-
gitavit. Nam bello illato duos majores natu
ex illis trucidavit, quod ne idem accideret mi-
nimo natu, præsentis periculo is ereptus est a
consanguineis & amicis, qui *Wolffum*, ea perpe-
trantem oderant, & ita Regno Daniæ verus hæ-
res conservatus est. Nam addit Pegaviensis
Chronicus, Daniæ regnum tum post victori-
am a *Wolffo* occupatum esse, cum præsertim
etiam conjugis suæ jus aliquod prætenderet;
quod an recte credi possit, aliis judicandum re-
linquo. Sane in regni Daniæ Catalogo nul-
lus *Wolffus* est. 12.) Suspicio tamen regno tum
violenter *Wolffum* esse potitum, sed cum invi-
tis, ut credibile est, subditis id teneret, non diu
tenuisse, ideoque & titulo Regis a nemine da-
gnatum. Nam cum & alij asserant, quod eo-
dem tempore *Wolffus* Holsatiam occupatam, pag. 11.

8) Herlibonis II. liberos sic commemorat auctor *Vita Viperti*, Cap. 1. §. 1. *Ex his Herlibo, filiam
Regis de Norwege sibi desponsata, sobolem suam duobus liberis propagavit; quorum unum SVETI-
BOR, alterum WOLFVM, nominavit. In Chronico Pegaviensi, fol. 119. Qui (Herlibo II.)
ex filia Regis de Vrmeghe procreavit filios, ZVENTIBOR, & WOLFVM.*

9) Monachi Pegavienses nusquam expresse docent, *Suetiborum* etiam cognomen *Harlungi* retinuis-
se, aut eum fuisse Principem Brandeburgi. Mihi fere suspicio nascitur, istos scriptores commi-
scuisse inter se fratres, & *Suetiborem* dicere debuisse Principem Pomeranorum, ubi hunc principa-
tum *Wolffo* tribuunt. Inter Principes enim Pomeranorum sequentis temporis utique *Suetiboros*
& *Scamboros* deprehendimus, dummodo hos liceret ad stirpem Vipertinam referre. Nominatim
celebratur *Swaniporas Magnus*, anno 1107. vita defunctus; a quo plures Principes & Duces
Pomeraniæ descendunt. Vnde ille fuerit ortus, quosque habuerit majores, profus incertum est.
Quæ de re adire licet *Micrzellium*, Lib. II. *Pomer.* p. 27. *Hartknochium*, de *Republ. Polonorum*,
Lib. I. cap. VI. §. 6. *Schurzfleischium*, in *dissert. de Originibus Pomer.* Rangonem, in *Pomera-
nia diplomatica*, pag. 303.

10) De liberis *Suetibori* nihil habet *Chronicon Pegaviense*; at auctor *Vita Viperti*, Cap. 1. §. 1.
hæc tradit; *Suetibor* Scamborem & ejus fratres habuit filios.

11) Nihil tale liquet hodie ex *Chronico Pegaviensi*; cum uterque Monachus Pegaviensis, præter ver-
ba modo citata, de *Suetiboro* nihil amplius tradant.

12) Equidem non nescimus, quam varie veteres nomen *Wolffus* scripserint. Bene enim *Schefferus*
ad Anonymi breve Chronicon de *Archiepiscopis Ecclesie Vpsaliensis*, pag. 16. veteres; inquit, pro-
miscue dixerunt *Olaf* & *Wolaf*; sicut *Odan* & *Wodan*. Ab *Olaf* est *Olaus*, quod deinde immu-
tarunt in *Olavus*. A *Wolaff* est contractum *Wolff*, & per transmutationem literæ O in U; sic
fit fit *Thor* & *Thur*; *Wulf*, & abjecto W, *Vlf*; quod *Vlphonem* peperit. Hoc sunt indicandum,
quia sunt, qui pro diversis nomina illa habent. Nihilominus tamen, neque in Pomeranica, ne-
que in Daniæ Historia, quendam hujusmodi nomina deprehendimus, qui ad hunc *Wolffum* pri-
mo Pomeranorum Principem, & deinde Danorum Regem, commode satis possit referri. Sed
fortasse isti Majores Viperti tantum fuisse Sætrape Daniæ; uti e. g. *Adamo* Bremensi de *fini Daniæ*,
pag. 58 recent. edition. quidam *Gemund-Wolff* dicitur *Sætrapa Danorum*. Sic etiam *Simeoni* Du-
nelmensi, ad Annum 1049. dicitur *Danicus Comes*, *VLFFVS*; sed is filius *Spraclingi*, filii *Vrsi*, ac
frater *Suani*, Regis Danorum. De *Wolff* nostri satis & nuptiis, auctor *Vita Viperti*, cap. 1. §. II.

acquisiverit, (etsi male cum parte veteris Marchiæ confundant) Daniæ mature pulsus, vel initio quoque non longe progressum, sed in extremitatibus ejus in Iulia, vel in Holsatia, hæsisse opinor. De fortuna ejus in bellis, augusta apud omnes nominis opinione ex felicitatis successu continuo, deque aliis, ut ritu funebri, quo mortuum sepulturæ tradiderint barbari, legatur Chronicon sæpe dictum. Felici autem conjugio usus sobolem regiam suscepit *Ottone*, *Hermannum* & *Wigbertum*, qui post obitum patris a Danis exuti sunt omnibus ditionibus paternis in illo loco sitis, sola terra *Balsamæa* relicta, 13) quam Brotusius non recte de Holsatia intelligit. Fuit enim hæc, ut ex Enzelio primum didici, eamque rem cum aliis communicavi, pars veteris, quæ & Soldwedelenis dicta est, Marchiæ ad Albim, a fluviolo ibidem sic nuncupata, quæ nomen etiamnum retinet. Pulsi autem sunt ab avunculo uxoris Wolfi; qui superstitem hæredem verum, fratrem eorum, quos Wolfus sustulerat, quemque servatum esse diximus, regno restituit. Possit a quopiam defensor id, quod Pegaviense Chronicon habet, de *Wolfe* in Dania regno forte sic excusando dici, vel non omnium consensu præfuisse imperio, quare cotonam nunquam adeptus Regum numero non adscriptus sit, vel partem tantum regni gubernasse, defensoribus pupilli Daniæ insulas tenentibus: vel nomen etiam domi aliud habuisse, aliud in Germania, qua de causa quoque miras in aliis Historiis notus sit: verum ego prius indicatæ de Holsatia, quam & majores ejus tenuisse jam constat, sententiæ infisto. Et magnum adeo *Viperi* majoribus regnum in septentrionalibus illis terris regnum neutiquam adscribi debere, censens. Vixit, ut arbitror, sub *Henrico* Sancto Imperatore; vel etiam sub *Henrico III.* Nam filius ejus deinde admodum juvenis sub *Conrado* Sa-

liquo vixit &c. obiit sub *Henrico III.* Imperatore.

WOLFI FILII. (14)

OTTO. Hic a patris obitu, cum possessionibus suis ipse & fratres nudarentur, exul in Græciam profectus est; & Casari Constantinopolitano servivit, ut habet Chronicon Pegaviense, & Vita *Viperi* bellicosissimi.

HERMANNVS. in Russiam secessit, patria pulsus, ut avunculi odium declinaret, sine dubio militiæ causa, ut & frater more laudabili majorum suorum fecerat.

VIPERTVS. seu potius integro vocabulo, **WIGPERTVS.** hujus nominis I, Vir bellicosus & prudens. Hic fratribus alio profectis in Germania mansit; & se intra limites præsentis fortunæ continens ditionem *Balsamorum*; quam bello acquisiverat, ut habet Pegaviense Chronicon, pater, quiete gubernavit. Fuit ea (nam repetendum est) non Holsatia, ut inepte Brotusius, sed veteris Marchiæ pars, ab amne cognomine sic dicta, in qua hodie sunt *Stendalia*, *Osterburgum*, *Arneburgum*, & alia oppida, quam regionem permutatione ab *Vdone*; ut audiemus, *Wigberdo II.* ademptam, deinceps a *Slavis* iterum occupatam esse, verisimile est. Eam enim una cum tota vicinia usque ad saltum *Bojemicum* ab *Hollandis* novis colonis receptam esse, testatur *Helmoldus*, lib. I. cap. 39. Quo loco & mendam aliud restat, ubi enim sic scribit: Quæ dicitur *Balsamerlande*, & *Marschinerlande*, &c. ego *Marschiner* omiſſa litera *s* legendum esse censeo. Nam adhuc *Merckener* interdum dicuntur a vicinis illi, qui in *Marchia* habitant. De altero quoque mendo eodem in loco, ubi *Saltwedele* pro *Saltveldele*, ut vulgo non recte scriptum est, legi debet, ante aliquot annos cum doctissimo *Reinero* meo per literas egi &c.

Uxorem habuit *Vipertus Sigenam*, *Goswini Sigena*, *Comi-*

inter alia hæc narrat: *Wolffus*, *Pomeranorum* adeptus primatum, deinde provincia pulsus, ad Regem confugit Danorum, avi - - cum inter præcipuos familiares sibi adſciſſis, FILIAM etiam suam ei tradidit. Et §. IV. (Wolffus) cunctis sibi faventibus REGNUM, utpote gener Regis, obtinuit. Conf. Autor. libelli de fundatione *Canobii Bigaugiensis*, pag. 119. edit. Hofm. Interim repetere hic ea libet, quæ *Dn. ab Eccart.* de hac re animadvertit, Libr. II. cap. V. Origin. Saxon. p. 72. Occurrit, inquit, inter *Dania* Regis, *Suenonis II.* liberos *Estritha*, *Vlphoni* (Wolffo) *Comiti* nuptia, qua mater fuit *Suenonis III.* *Dania* ab anno 1049. Regis & sequentium sæculi. Tempora itaque congruunt in *Wolffum* nostrum. Sed dicendum nunc est, cum filios a *Pegaviensi* monacho reventor non ex *Estritha* *Dana*, sed ex alia *Germanica* conjugæ, habuisse: qua defuncta; *Estritham* duxerit. *Casp. Abel*, in *der Brandenb. Staats-Historie*, P. II. pag. 64. puræ, hunc *Wolffum* fuisse *Alwo*, caput stemmatis *Alvensleborum*. At enim vero; cum *Alwo* ille, docente *Hieronymo Henninges*, in *Genealog. aliquot Famil. Saxon.* pag. 2. referatur ad tempora *Caroli Magni*; hic *Wolffus* autem tempora *Otonis III.* aut *Henrici II.* Imperatorum, non facile excesserit; ætas utriusque nullo modo convenit.

13) De *Balsamorum* regione nos copiosius agimus in *Commentatione de Dignitatibus possessionibusque Viperi Groizensis*, §. II.

14) De *Wolff* liberis hæc tradit scriptor *Vita Viperi*, cap. I. §. 4. *Secundis* debinc rebus; (Wolffus) ex præfata conjugæ (filia Regis Danorum) tres filios suscepit, scilicet *OTHONEM*, *HERMANNUM* & *WIGBERTUM*, patrem *Wigberti* *Marchionis*. Præterea *Balsamorum* regio sorte bellica cæſſe ejus dominio. Et §. IV. *OTHO* in *Græciam* declinavit; *HERMANNUS* in *Russiam*; *WIGBERTVS* vero in *Balsamorum* regionem, quæ ei paterna hereditate obvenerat, a reliquis fratribus secesserat. Eadem repetit *Auctor Libelli de fundatione Canobii Bigaugiensis*, pag. 119.

Wolffo posteritas.

Terra Balsamica.

pag. 12.

Orca

Hermannus

Viperus pag. 13

Iterum de Balsam.

Sigena

uxor Vi-
perti I.
pag. 14.

Comitis de Leige Senioris filiam, sceminam pulcherrimam, (15.) quam illi focer propter industriam & alacritatem, respondentem nobilitati, desponderat, honesta dote *Morunga & Gaterslebæ* cum suis territoriis adjuncta; cum duas alias haberet filias, quibus reliquum parimonium *Leigo* videlicet, *Sibichenroda & Drachenstadium* cesserunt.

Porro quomodo *Wigbertus* sibi & fratribus alio profectis illatas injurias ultus sit, & barbarorum fines depopulatus, præda inter com-
provinciales, id est, subditos suos bellatores di-
visa, qua ratione & Nobilitatis & plebis subje-
ctæ favorem sibi conciliavit, legatur in eodem
Chronico. Illud hic monendum, eorum, quo-
rum jam facta est mentio, barbarorum urbem

Urbs Por-
dovic.

Posdovic, barbarica lingua dictam fuisse, quam
si quis *Paswalcum*, quod in finibus Pomeraniæ

litum est, fuisse opinari velit, per me id ei li-
cere non distitit. Illud certum est, postero-
rem vocabuli (nam priorem nondum intelli-
go) partem Slavicam esse, & prædonum signi-
ficationem habere; unde & partem Hæneto-
rium *Wilcos*, a lupina rapacitate dictos alibi le-
gitur. Pegaviensis Monachus sic explicat,
quod urbem *Wolff* significet. Ex hoc autem

susplicari quis posset, auctorem Chronici Pega-
viensis, Danos, quorum Regem *Wolsum* di-
quando fuisse, & quem a barbaris sepultum es-
se scribit, confudisse aliquantulum cum Slavis,
quos hoc loco Barbarorum voce notari credo.

Sed forte Dani in suis bellis contra *Wolsum* &
ejus præcipue tandem filios, Slavorum opera
uli sunt, quare vindictam de iis sumit *Wigber-
tus*. Obiit immatura morte, adhuc juvenis,
idque circa annum Christi 1040. (16.) id est,

pag. 15.

ante-

15) De uxore Viperti I. Domini Balsamiæ, hæc legimus in *Vita Viperti, Cap. I, §. VIII. Quæ indu-
Goswinus
fria (Wigbertus) familiaritatem Domini GOSWINI, Comitis senioris de Leige, emeruit. Qui Comes de
cum videret animi alacritatem nobilitati ejus respondere, filiam suam Wigberto, SIGENAM no-
Leige.
mine, elegantem facie tradidit, arbitratus, ut re vera fuit, illum generis sui decus monumentumque
fore. In cujus dotem Morunga & Gaterslevæ, cum suis territoriis & allodiis, ac ceteris appendiciis
constituit. Reliqua vero patrimonia, Leige scilicet & Sibichenroth, & Trachenstede, duabus re-
liquis filiabus assignavit. Breviter hæc excerpta sunt in Chronico Bigamienfi, pag. 119. Quod cer-
nens Dominus GOSWINVS, Comes de Leige, filiam suam, nomine SIGENAM, in conjugem ei
tradidit. Duos Goswinos de Leige eodem tempore floruisse necesse est, cum pater Sigene appelleretur
Comes Senior. Qui vero isti Comites fuerint, quosque majores & posteros habuerint, & unde no-
men habuerint, prorsus incertum est. Animadverti, eò circiter tempore duos floruisse Goswinos Co-
mites, in Franciâ orientali. Alter quidem, in Necrologio Fuldensi, T. III. Leibniti Script. Brunsvic.
dicitur mortuus esse anno 1051; alter, in Episcopatu Wirceburgensi, tyrannidem exercens a Comi-
tibus Adalberonis, Præsulis, occisus esse dicitur, in Chronico Wirceburgensi, inter Miscellanea Balu-
zii, & ab Annalista Saxone, ad A. 1065. Goswini hujus nomen in aliquot documentis Traditionum
Fuldensium, a Dn. Schannat editarum, occurrit, sigillatim, pag. 256. in Traditione Alberata Co-
mitissa, ubi hæc legimus: Anno Dominica incarnationis MLVIII. Indiæ. XI. die XII. Kal. Julii,
in orientali Francia, in Comitatu Goswini Comitis, in loco qui dicitur Otbalnehusen, factus est con-
ventus Fidelium Principum, & quædam matrona Comitissa Albrat, (Conjux Hermannii de Voh-
burg) tradidit Deo & Sancto Bonifacio Martyri quoddam monasterium in Bânze constructum.
Tradidit ergo III. territoria in Banzgowe, I in Salzingen, & VII. in regione Hessonum.
Sed prædia, quæ nostro Goswino tribuuntur, ad Franciam orientalem non spectant. Quidam istum
Comitem de Leige Germanice scribunt *Graf von der Leye*; quasi forte intellexerint pævetustam
Dynastiarum de Leye prosapiam, inter Rhenanas illustrissimas jamdudum annumeratam, qui sub al-
terutro vel de Petra, vel de Leye, nomine celebrati dicuntur, docente Jac. Masenio, in dedicatione
Annalium Trevirensium, & quos olim in regione Hassorum sedes habuisse, memorat Winkelman-
nus, in der Beschreibung Hesson, pag. 124. seq. Alioquin & fuerunt duo castra inter confinia
Brunsvicensium & Hassicarum certarum sita, quæ olim *Lichen, Leichen*, & postea *Gloichen*, di-
cebantur, ac sigillatim unum ex iis, teste Annalista Saxone, ad A. 1120. audiit Goswimenstein, quasi
Goswini Petra. Unde suspicentis, ejusmodi castrum *Leichen*, vel *Lichen*, ab hoc ipso Goswino
aliquando nomen adscivisse. Ibi quondam vetusti & illustres habitaverunt Comites, qui hinc Comi-
tes de Lichen & Reindausen dici consueverunt, de quibus videre licet Reinhardi Reinhufensis Ab-
batis opusculum apud Leibniti, T. I. rerum Brunsvicensium, pag. 703. Neque adversantur
huius conjecturæ cetera nomina prædiorum Goswini, quæ itidem in Brunsvicensi & Halberstadien-
si territoris occurrunt; prout in Commentatione de Viperti possessionibus §. III. ostendemus. Nol-
tenius, in Diatribe de illustri Veltheimorum familia, pag. 3. putat, hunc Goswinum fuisse unum ex
majoribus familie Comitum Heimbergensium, ex qua etiam Philippus, Archiepiscopus Colonienfis,
Goswinus II. ex Palatina Saxonie Adelbeide filius, & Goswinus I. nepos natus feratur. Conf. Mei-
bomius, in notis ad Chronicon Comitum Schaumburgicorum, T. I. Opt. p. 529. Sed vereor, ne
hi duo Goswini Heimburgii videantur juniores, quam ut commode ad duos istos Goswinos de Lei-
ge referri possint.*

16) Crediderim, Vipertum I. forte decennio serius obisse; eum ejus filius, Vipertus II. non nisi pue-
rulus a patre relictus, demum A. 1124. mortuus sit, postquam paullo ante adhuc gravia gessisset bel-
la: & cum ejus uxor, Sigena A. 1110. obierit, & sic vel post mortem mariti primi annos septua-
ginta vixisset. Dies vero obitus, in Calendario Pegaviensi, T. II. Menck. Scriptor. pag. 128, his
verbis annotatur: III. Kal. Maji WICPERTVS Comes, pater nostri fundatoris. Auctor Vita
Viper-

antequam Henricus III. Imperator, rerum potitus est. Vixit igitur in ea scilicet ætate, quæ rebus agendis apta est, sub Conrado Saliquo, Imperatore. Antè patrem *Wolsum* diem suum obiisse *Wigbertum*, tradit Brotusius, quod non consentit cum iis, quæ habet Chronicon Pegaviense. Nam ibi *Wolfo* defuncto, *Ottomem* &

Hermannum alio secessisse, *Wigbertum* vero Balsamorum terras adiisse, scribitur.

WIGBERTO I. defuncto, nupsit *Sigena* FRIDERICO Comiti de *Lengefeld* (locum in Francia situm esse volunt) & ex eo conjugio nati sunt (17)

Fridericus de Lengefeld, alter Sigenæ maritus.

Fridericus junior Comes de Lengenfeld. N. Uxor *Rugeri* Comitis, familia non expressa est in Chronico Pegaviensi.

Rugerus Archiepiscopus Magdeburgensis, post *Adelgostum* cognatum, quicum ex Bambergensi Ecclesia Magdeburgum adduxerat, & Camerarii officio atque Præpositura Byvatiensi dignatus erat. Evectus deinde ad Episcopatum est auxilio *Wiperti* Groicensis Comitis, Magdeburgensis præfecti, id est, *Burgravi*, propinqui sui. Nam ejus nepos ex sorore uterina *Rugerus*, seu *Rotgardus*, ut in Magdeburgensi Chronico dicitur, erat. Fuit, ut id Chronicon habet, probitate & eloquentia satis clarus, sed magnis adversitatibus fortunæ usus. Diuturna febris tandem confectus obiit Magdeburgi 13. Calend. Januarii Anno 1125. *Wernerus* habet 14. Januarii. Sepultus Magdeburgæ in Cathedrali Ecclesia in septentrionali Manica, ut loquitur Chronicon Magdeburgense.

Hanc vero *Rugeri* Comitis nurum, *Ottonis* Palatini uxorem appellat Dominam HELICAM de *Lengefeld*, Caspar Bruschius, *Monasteriorum Centuria I*, & Maritum ipsius *Ottomem IV*, Comitem Palatinum in *Wittelspach*: eique ascribit tres filios, *Ottomem* majorem, postea Bavaricæ Ducem, *Fridericum* & *Ottomem* juniorem, Palatinum *Wittelspachensem*, qui ex Domina *Benedicta Werdensi* Comitissa suscepit ultimum *Ottomem*, illum, qui auxilio Ec-

cenberti, Episcopi Bambergensis, *Philippum* Imperatorem, *Barbarossæ* filium, interfecit; & quartum horum fratrum *Conradum*, Archiepiscopum Moguntinum, & *Salisburgensem*; etiam de *Ottone* juniore & *Conrado* nihil habet Chronicon Pegaviense. Per *Ottomem* autem lectoris judicio, an Bruschius eam, quæ aviam paternam *Lengefeldiam* habuit *Lengefeldiam* recte vocet. Nec ego *Rugeri* familiæ nomen adhuc indagare potui. (18)

Fridericus Comes

pag. 26

N. Filia, Uxor *Ottonis* Comitis Palatini de *Witlinspach*.

Otto Comes Palatinus post obitum patris. Chronicon Pegaviense. *Fridericus* Comes. Hunc credo avimateri Comitatum consecutum esse.

Sgt.

Viperti II. Cap. I. §. X, de morte *Viperti I.* hæc tradit: Cum tan: virtutis, quam roboris enormitate adhuc juvenis polleret, immatura morte terminum vitæ clausit, *Wigberto* filio a: hoc puerulo.

17) De secundis nuptiis *Sigenæ* hæc legimus in *Vita Viperti*, Cap. I. §. XI. Dominus *SIGENA* tantæ viri contubernio viduata, tandem vix egre aliquanta consolatione recepta, Comiti *FRIDERICO* de *LENGENFELT* se sociari passa est; ex quo *FILIVM* ejusdem nominis suscepit: *FILIAM*, quoque, quam *RUGGERUS* Comes ducens, *RUGGERUM*, Magdeburgensem postea Episcopum, & *FRIDERICVM* Comitem, ex eadem habuit &c. Et ad A. 1104. Dominus *WIGBERTUS* partes Franconie adiens, ubi Dominam *SIGENAM*, matrem ejus, in *Lengenfeld* fuisse maritatum, nos ante retulisse meminimus, plurimos ejusdem provincia colonos inde transfukit. Paria extant in *Chronico Bigaugiensi*, pag. 119. De progeie hujus *Friderici*, Comitis *Lengenfeldensis*, & *Sigenæ* *Leigensis*, viduæ *Viperti I.* in Appendice peculiari tabula de *Stemmate Lengenfeldio-Veltheimensi* agemus, & ea, quæ auctor noster de hoc argumento habet, supplere conabimur.


18) *Rugeri* nomen varie scribitur ab auctoribus, v. g. *Ruggerus*, *Rutgerus*, *Roccardus*, *Roccarus*, *Ruthardus*, *Rutharius*, *Rotherus*, *Ratgerus* &c. Hunc *Ratgerum* satis verisimiliter ad pervertitam *VELTHEMIGORVM* Gentem, non pauci scriptores recentiores referunt, scilicet *Johannes Pomarius*, in *Summarischen Begriff der Magdeburgischen Stadt-Chronicken*, A. 1586. impresso; *Andreas Wernerus*, in *Chronico Magdeburgensi*; *Caspar Bruschius*, in *Chronologia Monasteriorum Germaniæ*, pag. 670; *V. CL. Ge. Christianus Joannis*; in *Annotat. ad Parisi Historiam Bavarico-Palatinam*, p. 606. & *Conradus Barth. Behrens*, in *der historischen Beschreibung derer Herren von Steinberg*, pag. 105. *Rudolphus* vero *Augustus Noltenius*, in *Diatribe Genealogico-Historica*, de illustri *Veltheimiorum familia* pag. 53. hunc *Ratgerum*, Episcopum Magdeburgensem, inter *Veltheimios* non refert, contra auctoritatem *Monachorum Pegaveinsium*, persuasus, eum ex *Henrico de Leyge*, & filia *Viperti I.* natum fuisse. Equidem nomen *Rugeri* ab Gente *Velthemiorum* non est alienum. Sic *Rotherus de Veltem* A. 1160. subscripsit Diplomati *Henrici Ducis Bavaricæ & Saxonie*, quod protulit *Polyc. Lyserus*, in *Historia Comitum Wunstorpiensium*, pag. 16. Ad hæc *Ratgerus de Veltheim* subscripsit A. 1190. cum fratre *Friderico de Veltheim*, Canonico *Brunsvicensi*, Diplomati *Henrici Leonis*, in appendice *Chronici Riddagibusiani*, apud *Meibomium* T. III. pag. 414. Atque in alio Diplomate de A. 1192, quod exhibet *Leuckfeldius*

Rugerus de Veltheim.



*Genuina delineatio Monumenti VIPERTI II. Comitis Groizensis,
Marchionis Lusatie, etc. quod adhuc extat Pegaviae in Templo,
in quo Vipertus hic A. 1124 Sepultus fuit.*





*Effigies WIPERTI II, Comitis Groizensis,
Marchionis Lusatiæ, etc. prout ab Hieronymo
Henningesio exhibetur.*



Sigena tandem secundo vidua facta permis-
su Viperti filii vixit in cœnobio Vizenburgensi
quod in castello suo cōstruxerat *Vizo de Via*
zenburg (19) nobilis ac prædives (ut in Chro-
nico appellatur; quæ verba ostendunt, eum ex
primaria, vel ingenua nobilitate, quæ Dyna-
starum, vel Baronum est, fuisse) consanguine-
us Viperti, a quo etiam morituro Anno 1110.
heres bonorum suorum institutus erat. Cum-
que deinde 6. Calend. Martii (nescitur, quo An-

no) (20) decessisset, juxta duas loci ejus abba-
tissas sepulta est.

WIGBERTI I

POSTERITAS (21)

WIGBERTVS II, illustris ille & bellicosus *Cō-*
mes & Princeps, qui ob excellentiam vulgo in
vernacula nostra suo seculo & deinceps *Graf*
Wiprecht dictus est. (22) Puer adhuc fuit
mori-

dius, in *Antiquit. Walckenrid.* pag. 411. inter testes annotatus est. *Lutharius de Veltheim*, ubi
per errorem *Lutharium* pro *Ruthario* exscriptum esse puto. Pro hujus autem *Rutgeri* filio Nol-
tenius l. c. pag. 29. 53, *Ratgerum* juniorem habet, qui A. 1218. testamento *Ottonis* IV, Imp. inter
alios testes adscriptus est. Jam vero, cum *Sigena* ex priore marito, *Viperto* I, genuerit filiam, de-
inceps uxorem *Werneri de Veltheim*, & matrem *Adelgoti*, Archiepiscopi Magdeburgensis, A. 1119.
mortui; contra autem ex altero marito, *Fridericō Comite de Lengensfeld* genuerit filiam, postea nu-
ptiam *Rutgero de Veltheim*, & matrem *Rutgeri*, Archi Episcopi Magdeburgensis, A. 1125. defun-
cti: ambiguum est, quo gradu agnationis inter se conjuncti fuerint isti duo *Veltheimii*, *Werne-*
rus scilicet, & *Rutgerus*? Ego putem fuisse fratres, qui istas duas sorores uterinas, filias scilicet
Sigenæ, in matrimonio habuerint; & nisi fallor, pro utriusque parente habeo *Everhardum de*
Veltheim, qui, (apud Schatenium, in *Annal. Paderbornens.* pag. 633.) subscripsit A. 1093, Di-
plomati *Henrici* Paderbornensis. Saltem tempus huic conjecturæ non repugnat. Certiora mon-
straturis lubens accedam. *Rotgerus* Archiepiscopus ille Magdeburgensis, in *Vita Viperti*, cap. *Rotgeri*,
XII, §. IV. dicitur *filius sororis Viperti II*; id quod *Henninges*, & alii, de ejus sorore germana
a *Viperto* I procreata intellexerunt; cum de sorore uterina, a *Rutgero de Veltheim* genita, explica-
ri debeat. Secundum *Chronicon Magdeburgense*, apud Meibonium T. I, *Script. rer. Germ.* ROC-
CARDUS, *duodecimus Archiepiscopus sedit annis sex, qui a Bambergensi Ecclesia, permissione &*
licentia sui Episcopi, a Domino ADELGOTO, Archiepiscopo, Magdeburgum adductus, ab ipso est
fratrum congregationi associatus, - illoque defuncto, favore WIPERTI, consanguinitatis causa
exaltatus. Secundum *Chronographum Saxonem*, Anno c10cxx, *Adelgoz Magdeburgensis Archie-*
piscopus obiit; cui successit RUKERUS. Consentit Auctor *Vita Viperti*, cap. XI. §. XXVI. At
recte *Conradus Vrpergensis*: *Hoc anno c10c19, inquit, Adelgoz Magdeburgensis Archiepiscopus,*
homo juvenis, & tam Deo, quam omnibus bonis acceptabilis, immaturo præventus occasu, vitam præ-
sentem in Domino finiuit. Cui etiam RUGGERUS Canonicus, canonica electione successit. Atque
ita *Adelgoti depositio & anniversarium in Calendario Begaviensi ad II. Idus Junii A. c10c19 anno-*
tatur. De morte *Rotgeri* hæc tradit *Chronicon Montis Sereni*, pag. 167. edit. *Menck.* ROTHE-
RUS XII. *Magdeburgensis Episcopus obiit XIII. Calend. Jan. A. c10c25; sedit Annis sex.* Ex-
tat adhuc in Dn. *Ludwigii T. V. Reliqu. MSC.* p. 66. Diploma hujus *Rotgeri*, Archiepiscopi, quo
A. 1121. ea, quæ ante *Adelgotus* Basilicæ Hallensî noviter tunc extractæ contulerat, confirmavit
& auxit. Quod Diploma & nos in *Mantissa Diplomatum, Num. VII, exhibemus.*

19) De *Vizone* hoc *Vizenburgico* non nihil afferimus in *Comment. de Dignitatibus possessionibusque*
Viperti, §. XI.

20) Auctor *Vita Viperti*, cap. IX. §. 6. VI. Cal. Martii, diem mortis *Sigenæ* annotavit ad A. c10c1; ne-
que tamen necesse est, ut eodem anno mortua credatur; cum *Monachus* ille *Pegaviensis* addat, eam
post aliquod tempus obiisse; quamquam illa jam tum vel post mortem prioris mariti minimum an-
nos LX. vixisset. Ita vero etiam in *Calendario Pegaviensi* ad VI. Kal. Martii annotatur: SYGE-
NA I. (laica) mater fundatoris nostri.

21) Cum de posteritate WIPERTI, præter *Monachos Pegavienses*, nemo aliquid certi memorie *Viperti* I.
prodiderit, horum quoque testimonia nunc potissimum excitabimus. Sic vero auctor *Vita Viperti*,
cap. I. §. IX. *Tam felix, inquit, potius WIGBERTVS conjugio (SIGENÆ) ex eadem FILI-*
VM genuit, quem iam SVO NOMINE, quam patrimonio, ditavit, quemque longe præstantiorem
paternis virtutibus, ut clare scire volentibus liquebit, posthumum (i. e. adhuc puerulum, uti paullo post
loquitur idem scriptor) reliquit. Præterea DVAS FILIAS ex Domina SIGENA susceperat; qua-
rum unam HENRICVS quidam de LEIGE duxit; alteram WERNERUS Senior de VELT-
HEIM. Eadem repetit auctor Libelli de fundatione Cœnobii Bigaugiensis, pag. 119. edit. Hof-
manniana.

22) De *Viperti* II educatione, & reliquis factis, rebusque gestis, omnino legere licet utriusque *Mo-*
nachi Pegaviensis scripta hæctenus jam sæpius memorata. His addere licet *Cosmam Pragensem*, no-
tis nostris illustratum, & Tomo I. Dn. *Menckenii Scriptorum rer. Misn.* insertum; item & *Dis-*
sertationem nostram de dignitatibus opibusque Viperti Groizensis, quam infra in Appendicem hu-
jus commentationis referendam curabimus. *Udo* ille, a quo *Vipertus* noster liberaliter educatus &
gladio militari ornatus erat, fuit e progenie Comitum *Stadensium*; utpote qui, docente *Annalista*
Saxone, pag. 485. & *Chronico Francorum MS.* quod citatur in *Felleri Monumentis ineditis*, pag. 82.
Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

moriente patre, ideoque, cum ad secunda vota rediret mater, tutelæ & educationi *Vdonis*, Marchionis Stadenſis, (ut Chronicon Pegaviense eum nominat, cum Comes fuerit ab eo loco dictus, *Marchiam* vero, quæ *vetus* jam dicitur, tenuerit) commissus est; ab eoque honorifice educatus, & tandem veteri Germanorum more, de quo etiam est in Tacito, in iusta ætate armis militaribus cinctus, ac honoris & virtutis causa urbe Tangermunda cum adjunctis prædiis donatus est.

De factis & rebus gestis Viperti II. summam

pag. 19

De hujus indole & virtute bellica, deque auctoritate, existimatione, & metu apud omnes sibi comparato, item de invidia perpetua laudis comite, quam etiam aui Wolfi exemplo sensit, & quomodo propterea ex Balfamia in veteri Marchia permutatione honorum, ab Udone remotus, & in Mysnia parte, quæ Orientalis terra dicitur ad Elstram fluvium (quare & Chronicon ad *Orientem* cessisse Wigbertum scribit) collocatus, *Groisecam*, unde Comitatus titulum habuit, habitare cœperit, habet Chronicon Pegaviense. Tum autem pro *Tangermunda* quoque Wigberto alias possessiones in *Northmarchia* traditas esse, ibidem traditur, quam Marchiæ partem versus septentrionem sitam fuisse, nomen indicat. Pro *Udone* hoc ponit Brotius ubique *Siffridum*, Comitem Stadensem, Marchionem & Electorem Bran-

deburgenſem, sed sine auctoritate, & ratione; ideo Chronicon Pegaviense sequi malim. Refertur in eodem Chronico, quæ fortuna usus sit in Mysnia initio, & quomodo; cum quietis impatiens esset, a nobilibus vicinis, quibus molestus fuerat, exceptus, tandemque ab iis, ut locum mutaret, coactus; Quare & singularis prudentiæ atque moderationis specimine edito, æmulis ad tempus cesserit, & majora viribus aggredi, aut temere se periculo presenti objicere veritus, centum comitatus militibus in aulam *VVratislai* Bohemiæ Ducis iuerit, ab eoque benigne susceptus, probitate & industria Ducis & optimatum provinciæ favorem adeptus sit: Mox etiam quomodo Ducem ad Regii nominis decus repetendum inflammarit; & denique Henrico Imperatori in Italiam profecturo militiam suam obtulerit, & gratia ejus perspecta confidentius agere cœperit, atque Duci Uratislao Regnum nomen hac conditione, ut & ipsi Cæsari militaret, petierit & impetrarit. De his ergo & aliis ejus rebus deinde gestis, deque divitiis & honoribus acquisitis, habet abunde Chronicon Pegaviense, a Monacho in fundatoris laudem instituto. Obiit tandem post res præclare gestas & varias fortunæ vicin veste Monachica Anno 1124. (23) Vocatur *Saxonice gentis illustris Comes*. in literis Paschalis II. Papæ, quibus fundatio Pigaviensis confir-

pag. 26.

Moes Viperti.

Wilhelmo, Aquionali Marchioni, successit, & primus ex hac Gente *Marchiam Septentrionalem* acquisivit, uxoremque habuit *Odam*, privignam *Otonis*, Ducis de *Northem*, mortuusque est IV Nonas Maii, A. 1082. Albinus noster ait, *Vdonem* hunc non Marchionem, sed saltem Comitem Stadensem fuisse, eam vero *Marchiam*, quæ jam vetus dicitur, tenuisse. Quam sententiã etiam secutus est Leibnitiuſ, qui in *Pref. ad T. II. Scriptorum rerum Brunſvic. f. XXV. pag. 26.* tradidit, per errorem natam esse *Marchiam Stadenſem*, cum Marchiones septentrionales, sive Brandenburgici, simul Stadam possederint, ibique subinde habitavit. Sed vir eruditus, Georgius Roth, Gymnasti Stadenſis, in *Programmate solennibus anni secularis II. dicato*, probavit, utique, etiam ante hujus *Vdonis* tempora, extitisse *Marchiam Stadenſem*; cum auctoritate Adami Bremensis constet, jam *Sigefridum I.* qui *Marchio Brandenburgicus* numquam fuerit, a Marchia Stadenſi fuisse appellatum *Marchionem*. Et certe auctor *Vite Viperti, cap. II. f. I.* disertè *Vdonis Marchiam* vocat *Stadenſem*. Sub *Henrico III. Imp.* inquit, *inter ceteros Principes VDO Marchiam Stadenſem* regebat. Hujus obsequio *Wigbertus* adolescens, patre orbatuſ, a venerabili matre destinatur; per quam honorifice, quousque adolevit, educatur, gladio deinde militari, a tanto Principe, utpote Principum collega quandoque futurus, nobiliter accingitur, ac Urbem, *Tangermunde* dicta cum ejus adventu, ab eodem Marchione liberaliter inbeneficiatur. Vix autem dubium est, quin *Viperto I.* aut ejus Vxori, *Sigenæ*, ex comitibus de *Leige* natæ, aliqua cognatio fuerit cum Comitibus Stadenſibus; quam vero indagare nondum potuimus. Ceterum, idem *Vdo* etiam comitatum *Groisensem* in orientali plaga, id est, in Misnia, situm habuit; cum *Burgwardum Groisſch*, & alia bona, pro commutatione *Balsamie* dederit *Viperto II.* commemorante scriptore *Vite Viperti, cap. II. f. III.* Cum vero *Alboniuſ*, *Episcopus Merſeburgensis*, in privilegio Ecclesiæ Pigaviensis A. 1105. dato, (quod in *Mantissa Diplomatum, num. III.* exhibemus) adhuc vocarit *Comitatum Vdonis*, in quo *Groiseca* sita fuit; tum vel ab *Vdone* hoc seniore nomen retinuit, vel *Comitatus* illè ex parte adhuc ad *Vdonem* juniorem, A. 1107. defunctum, pertinuit.

- 23) Tempus mortis Viperti II. nempe XI. Calend. Junii, A. 1124. varii scriptores annotarunt, quos jam excitavimus in notis nostris ad Cosimam Pragenſem sub num. (182) pag. 2123. Repeto nunc inde unicum testimonium *Calendarii Pegaviensis*, in quo, pag. 132, anniversarium *Viperti* his verbis annotatur: XI. Kal. Jun. WIPERTVS Marchio, & mo. n. c. (i. e.) monachus nostre congregationis; quia paullo ante finem vitæ assumerat habitum Monachi.) an Dom. 1124. Quibus etiam eximionis anniversarium illud celebrari consueverit, patet ex pag. 1103. T. I. Menck. scriptor. Germ. Sic (ut nunc alia quædam loca addamus) & in *Necrologio Monasterii S. Mariae in Kemniz*, pag. 158. annotatur: XI. Kal. Jun. † WIPERTVS Marchio. Similiter in *Appendice Chronici Montis Sereni*, pag. 310. edit. Menck. WIPERTVS Marchio Pigaviensis ecclesiæ fundator, cujus filiam DEDO Comes duxerat, anno 1124. XI. Kal. Junii moritur. Siffridus Presbyter, ad A. 1124. WIPERTVS fundator monasterii Pegaviensis Monachus factus, in eadem quiescit in

pag. 26.

confirmatur. 24) Quomodo opes & dignitates suas consecutus sit, alio loco dabimus.

Juditha,
prima uxor
Viperti II.

Habuit uxores duas, primam *Juditham*, *Wratislai*, Bohemiarum regis filiam, *Borivoy* Du-

cis, optimi & fidelissimi sui socii in bellis, forem, foeminam pientissimam, 25) ex qua su-
stulit duos filios, *Waczelauum*, qui *Wigbertus*
junior vulgo dictus est; *Henricum*, & unam fi-
liam

Liberi Vi-
perti II.

pace: Placet, huc ea afferre, quæ b. Schmidius, Helmstadiensis Theologus, de exuviis Viperti commemorat, in Dissert. de numis. bracteatis Pegaviensibus, pag. 97. *Cenobium Pegaviense*, inquit, & *Wiperto* extructum habuit cryptam *Wipertianam*, in qua ossa *Judithæ* & *Wiperti* recondita per tot secula mansere intacta. Ante hos vero annos viginti & ultra, nescio quo fato, ceperunt distrahi. Qua occasione factum, ut max. Rev. Dn. *Olearius*, vel invitus, cum Pegavia esset, acceperis *Judithæ* maxillam, cum parte cranii, & de *Wiperti* brachio partem eam frustato *Sarcophagi Wiperti* uni. &c.

24) Literas has servavit auctor *Vite Viperti*, cap. VIII. §. 32; quas & nos in Mantissam Diplomatum retulimus. Sed & aliorum scriptorum insignia elogia promeruit *Vipertus*. Sic enim *Conradus a Lichtenaui*, *Abbas Urspergensis*, in *Chronico* sub, ad A. 1105, pag. 245. scribit: *Audiens interim Rex (Henricus V.) patrem suum (Henricum IV.) apud Vngbertum quendam illustrissimum & prudentissimum virum, qui partibus in illis, quas Sorabi inhabitabant, principabatur, esse reperiunt, usque ad Rhenum illi ducatum, hoc enim per legatos ipse supplicabat, administrari permisit.* Quæ verba etiam fere repetit *Annalista Saxo*, ad eundem annum, pag. 606. qui & non pauca loca de *Viperto* e *Cosma Pragensi* ad annos certos digessit. Ipse vero *Cosmas* ad A. 1088. primum hujus *Viperti* mentionem facit. *Beneda*, inquit, *remeans de Polonia, adit Wigbertum, generum Regis.*

Elogia
Viperti II.

— Sed, quia hic *Wigbertus* vir erat in rebus valde discretus, notens, ut in aliquo jocerum suum offenderet. &c. Conf. idem ad A. 1098. & plura ibi loca. *Conradus Urspergensis* eiusdem *Viperti* adhuc meminit ad A. 1106. pag. 248. *Bruno*, inquit, *Trevirensis Episcopus, & Vngbertus Comes episcopo dimittuntur, quatenus & Imperatorem (Henricum IV.) cum illo pacem facturi, conveniant, & quid de reliquis ipse precipiat, relaturi redeant.* Adeo hic sine dubio idem est *Vipertus*, quem nominat *Henricus IV. Imp.* in epistola ad *Ludovicum Regem Francorum in Uabrics Bambergensis Codice*, pag. 222. In illis, inquit, *penitentia & tribulationis meæ diebus a filio meo missus venit ad me quidam princeps, WIPERTVS, dicens, nullum vitæ meæ esse consilium, nisi sine ulla contradictione omnia regni insignia redderem ex voluntate & imperio principum.* Præterea *Urspergensis*, ad A. 1112. & 1113. commemorat, hunc ipsum *Vipertum* aliquando partes *Henrici IV. Imp.* deseruisse; at deinde ab eodem Imperatore captum fuisse. Id quod etiam *Chronographus Saxo*, ad A. 1114. refert, *Werra*, inquit, *inter Henricum Regem, & Principes Saxonie: in qua WICBERTUS, & Sigisfridus, Palatinus Comes, ejus gratiam perdunt; qui fugientes ab eo ab Hogero in quadam villa deprehensi, Wigbertus quidem capitur, & Regi offertur.* &c.

25) *Vipertum II.* in matrimonio habuisse filiam *Wratislai*, Regis Bohemorum, manifestum est; cum a *Cosma Pragensi* A. 1088. & alibi sæpius, hujus Regis generi vocetur; & cum in *Calendario Pegaviensi*; quod *Tom. II. Meuck Scriptor. rer. Germ.* extat, pag. 119. hæc legamus: *XVIII. Febr.*

FRATISLAVS (Wratislaus) Rex, Pater fundatrix, (nempe uxoris Viperti II.) mille talenta. Sic & Annalista Saxo, ad A. 1061. pag. 492. sine dubio Cosmam, ad A. 1062. secutus, docet: Dux WRATISLAVS genuit ex filia Andree Regis Vngarie Juditham & Ludmillam filias, & Bratislaum juniorem, & Wratislaum, qui in primo flore juventutis occidit; & illa defuncta, accepit uxorem VATAVAM, Kazimer, Ducis Polonorum, filiam; Bolislai vero & Wladislai germanam; ex qua habuit quatuor liberos, Bozslauum, Borivoy, Wladislauum, & Sobzslauum: filiarum ejus unam WICBERTVS senior accepit, genuit que ei WICBERTVM juniorem; altera conjuncta est Duci Polonico. Verum, de nomine & matre hujus Vxoris non nihil dubii existit. Eam enim *Ludomillam* proprie dictam fuisse, putavit *Manlius*, in *Comment. rerum Lusat. libr. III. cap. 4.* Quod nomen etiam retinuit *Reuincerus*, in *Auctario Operis Genealogici*, pag. 117. item, *Bohusl. Balbinus*, *Miscell. Histor. Regni Bohem. Decad. I. Libr. VII. Tabula IV. Genealog.* pag. 103. Fortasse, quia apud *Cosmam Pragensem*, ad A. 1062. legerant, *Wratislaum*, Regem Bohemiarum, ex *Adelheide*, uxore secunda, præter duos filios, procreasse totidem filias, *Juditham* & *Ludomillam*; *Juditham* autem convenisse in manus *Wladislai*, Ducis Polonorum, & anno 1085. diem suum obiisse. At *Ludomilla* ista potius sacro ordini adscripta fuisse, adeoque numquam nupsisse, videtur cum a *Cosma* ad A. 1110. non sine causa dicatur *DEO devota sumula*; haud secus, ac *Windelmuthis*, *Abbatissa*, eodem titulo ibidem insignitur. Præterea *Monachi Pegavienses* Vxorem primam *Viperti II.* diserte appellant *Juditham*; nempe scriptor *Vite Viperti*, cap. V. §. X. cuius locum paullo post excitabimus. Et auctor libelli de *fundatione cenobii Bigaugiensis*, pag. 120. *Persuadet sibi*, inquit, *Patri*, (*Wratislao*, Regi Bohemiarum) *ut filiam suam, JVDITH nomine, elegantem, illi in conjugem traderet, quod illi plus prodesse posset, quam si ipsam Russorum, vel Vngarorum, Regi sociaret.* Sic enim notatur in *Calendario Pegaviensi*, pag. 153. *XVI. Kal. Jun. JVDITHA, Cometissa, fundatrix nostra.* In *Appendice Chronici Montis Sreni* ubique exscriptum est: *Anno MCXVI. Kal. Januarii obiit JVDITA, uxor Wiperti Marchionis.* Sed vitium ex neglecta interpunctione in numerum annorum irrepsit. Auctor enim *Vite Viperti*, cap. VIII. §. I. & II. diserte memorat, *Juditham XVI. Cal. Jan. A. cxcix. obiisse.* Nondum tamen expeditum est, ex qua conjugè *Wratislaus II.* hanc filiam, *Juditham*, genuerit. Is enim, si *Cosmam* ad A. 1065. & 1062. atque *Haggeium*, de

Quod no-
men pri-
mæ uxoris
Viperti II.

Meuckgani Scriptor. Res. Germ. Tom. III.

Quæ mater
fuerit pri-
mæ uxori
Viperti II.

liam *Bertham*. 26) *Juditham* amisit mortuam Anno 1109. in suo patrimonio Budisinæ 16. Calend. Januarii, dum ipse cum filiis ambobus *Wigberto* & *Heinrico* esset apud Imperatorem in conventu Moguntino. Alteram conjugem viduam duxit, *Cunegundam*, relictam a *Cunone*, Comite *Bichlingensi*, qui nobilissimus Princeps a Pegaviensi appellatur. Ex ea nihil liberorum suscepit. Ea ex qua stirpe fuerit,

nescitur. 27) Neque ejus deinceps mentio fit in Chronico Pegaviensi. Maritus ejus prior insidiose contra jus & fas a suis hominibus, id est, subditis, *Edelgero* de *Ilfeld* & *Christiano* de *Rotenburg*, de quibus nihil mali unquam suspicatus erat, interfectus fuerat, idque Anno 1103. ut testatur *Vrspergensis*, qui *Cunonem* valde laudat.

Cunigunda *Beichlingensis*, altera uxor *Viperti* II.

N. Fi.

rebus Bohemicis, P. I. pag. 159. & p. 188. sequimur, habuit tres uxores: primam *Arabonem* apud *Hagecium* dictam; quæ anno 1056. ex partu mortua est; alteram *Adelheidam*, *Andrez*, *Vngarorum* Regis, filiam; & hac anno 1062. defuncta, post annum viz elapsam, tertiam *Suatavam*, seu Polonice *Swientocknam* h. e. interprete *Dubravio*, *Bestam*, *Calimiri*, *Polonorum* Ducis, filiam. Sed, nullus scriptor indicat, ex qua uxore hæc *Juditha*, uxor *Viperti* II. sit nata; nisi quod in *Calendario Pegaviensi*, pag. 142. hæc legamus: *Kalendis Septembribus*, *ZVVATISLAVA*, *Regina*, *mater fundatrix nostræ*, nempe *Judithæ*, uxoris *Viperti* II. secundum *Balbinum*, A. 1125. ætatis 75. vita defuncta. Hinc igitur, nisi quis suspicetur, *Zwatslavam* saltem fuisse novercam *Judithæ*, nec nisi honoris causa matrem appellari; agnoscimus matrem ejusdem *Judithæ*, quam quidem *Vipertus*, innuente *Monacho Pegaviensi*, demum post expeditionem *Italicam*, h. e. post annum circiter 1085. domum duxerat.

Liberi *Viperti* II.

26) Liberos hos *Viperti* II. e *Juditha* natos, sic recenset auctor *Vita Viperti*, cap. V. §. 10. *Wigbertus* ex conjugem nobilissima, nomine *Juditha*, *Vrasislai*, *Regis Bojemorum*, filia, suscepit filios, *WIGBERTVM juniorem*, & *HENRICVM*, fratrem ejus, & filiam nomine *BERTHAM*. Eadem repetuntur in *Chronico Bigaugiensi*, pag. 120. Neque plurium *Viperti* liberorum nomina & anniversaria in *Calendario Pegaviensi* annotantur. De singulis postea seorsum agemus. Frustra ergo *Henninges* in *Genealog. aliquot Saxon. Famil.* item & alii, his *Viperti* II. liberis addidere: *WRATISLAVVM*; tanquam filium a *Viperto* III. distinctum. Neque habeo, quod dicam de alia filia *Viperti* II. *ELIGARDE*, *Boteslavo de Zischelstedt in Bohemia* nupta, cujus nusquam aliud vestigium extat. Imo, *Bohuslaus Balbinus*, *Miscell. Histor. Bohem. Decad. II. Libr. II.* ubi exponit *Genealogiam stirpis Swibouskiorum*, a *Wladislao* I usque ad recentia tempora deductam, dicit, istam *Eligerdem*, sive *Helicardem*, filiam *Viperti* II. *Groicensis*, nuptam fuisse *Brzetislao*, cognomento *Magno*, stirpis *Regiæ*, anno 1230. defuncto. Verum tempus huic narrationi repugnat. Non enim intelligo, quomodo *Helicardis* illa, cujus mater, *Juditha* *Bohemica*, anno 1109. ac pater, *Vipertus* II. anno 1124. jam vita excesserant, potuerit matrimonio jungi *Marito*, qui demum A. 1230. mortuus esse dicatur; nisi existimem, sphalma in numero annorum exprimendo fuisse admissum. Interim visum est, particulam istius *Genealogiæ* ex *Balbino*, cujus hi libri non sunt in omnium manibus, hic repetere:

Wladislaus, Rex *Bohemie*, † 1125.

Vxor, *Amabilia*, sive *Reiza*, *Ducissa Vohburgensis*. (Vide *Notam* nostram (186) ad *Cosmanum Pragensem*.)

Theopaldus I, natus A. 1107. mortuus in castris in *Italia*, A. 1167.

Vxor, *Sibylla*, vel *Sidonis*, *Wisselbachia*, cognata *Ducibus Bavarie*.

Brzetislaus, cogn. *Magnus*, † 1230. quinque annis ante mortem *Clavoviz Monachus*.

Vxor, *HELICARDIS*, *Wiperti* II. *Groicensis* *Comitis*, & *Lusatiz Marchionis*, filia.

Brzetislaus IV, *Russiz* per uxorem *Princeps*.

Vxor *Maria*, *Dux Russiz*.

27) De altera *Viperti* II. conjugem, in ejus *Vita*, cap. IX. §. 7. hæc legimus ad annum 1110. Post hæc *Domini Wigbertus* - - relictam *Domini CUNONIS*, nobilissimi *Principis* de *BICHELINGEN*, nomine *CUNEGUNDAM*, ducere statuit. Concinit *Epitomator*, pag. 122. stirpem *Cunigunde* indagare non potuit *Albinus*; quam verò nobis nunc luculenter ostendit *Annalista Saxo*, bonæ frugis scriptor, qui plurima ex melioribus scriptoribus hausit, digesitque. Ad annum enim 1062, pag. 493: *Habuit*, inquit *OTTO de Orlagenunde uxorem*, nomine *ADELAM*, de *Brabantia*, ex *Castello*, quod *Louene* dicitur; quæ peperit ei tres filias: *Odam*, *CUNIGUNDAM*, *Adelheidam*. *Odam* accepit *Ecbortus*, *Marchio junior de Brunsvic*, & hæc sine liberis obiit. *CUNIGUNDA*, nupsit *REGI RUSSORUM*, genuitque filiam, quam nobilis quidam de *Thuringia*, (aut, uti idem loquitur ad A. 1103: quidam de *Principibus Thuringorum*) *GUNTERUS* nomine, (forte *Kesferburgensis* propaginis) accepit, genuitque ex illa *SIZONEM*; post ejus mortem reversa in patriam, conjuncta fuit *CONONI*, *Comiti de BICHELINGE*, filio *Ducis Ottonis de Northem*, genuitque illi quatuor filias: quo item defuncto, *WIPERTUS senior*, *cortius* (scilicet *maritus*) eam desponsavit. *Adelheidis* vero conjuncta fuit *Adelberto*, *Comiti de Balkinside*, - qui genuit ex ea *Ottomem* & *Sigfridum*, *Palatinum Comitem*. Facile autem animadvertimus, qua occasione *Vipertus*

Cunigunda, cujus stirpis?

portus

N. FILIA Viperti I. ex Sigena *Heinrico comiti de Leige*, nupta. 28)

N. FILIARVM altera, uxor fuit *Bernberi*, seu *Weneri*, senioris de *Veltheim*, qui extre-

mam villæ Pegaviensis plateam jure hereditario, ut loquitur *Chronicon*, possedit, ex qua ei nati sunt. 29)

Bernberus de Veltheim junior. Hic Comes appellatur in *Lauterbergio* sub Anno 1157. quo

Adelgotus, primo præpositus Halberstaden- sis; inde Archiepiscopus Magdeburgensis, ubi præ-

pertus II. matrimonium inierit cum ista *Cunigunda*; vidua *Cononis*, Comitis Beichlingensis. Pater enim hujus *Cononis* fuit *Otto*, Comes de Nordheim, cujus privigna fuit *Oda* vidua *Vdonis* senioris, Marchionis Saxonici & Comitis Stadensis; a quo, uti supra ostendimus, educatus fuerat *Vipertus II.* Id quod ex *Stemmata Comitum Stadensium*; & *Nordheimensium*, clarius patet.

28) Neque de hac filia Viperti I. neque de ejus marito, *Heinrico Comite de Leige*, alii scriptores veteres, præter Monachos Pegavienses, aliquid tradunt. Henninges vero, in *Genealog. aliquot Famil. nobil. Saxon. pag. 14*; & Reufnerus in *Auctario operis Genealog. p. 117.* nescio qua auctoritate nixi, eam nominant BERTHAM; ejusque maritum *Henricum* quidem, sed, quod mirum est, *Comitem Leisnicensem*; traduntque, hos genuisse *Rotgerum*, XII Archiepiscopum Magdeburgensem. Sed hæc Genealogia prorsus repugnat auctoritati Monachorum Pegaviensium, quibus tamen hæc in re major fides habenda. *Rotgeri* enim natales ad stirpem *Lengenseldio-Veltheimensem* potius spectare, jam supra probavimus. Deinde credibile non est, Leisnicium eo tempore in alius Comitis, quam Viperti II. potestate fuisse. Ergo *Henricus* ille gratis dicitur *Comes Leisnicensis*; quem scriptores domestici potius appellant *Comitem de Leige*. In *Calendario autem Pegaviensi*, T. II. *Menck. Script. rer. Germ. pag. 123, ad VIII. Kal. Martii* hæc legimus: YSINGARDIS, Comitissa. Soror WICPERTI Marchionis, stolam de auro. Atque ibidem, pag. 136, ad III. Kal. Julii: GORWINUS, I. (laicus) filius SORORIS WICPERTI occisus. III. Mansus. Cum vero Monachi Pegavienses, sine indicatis nominibus propriis, duas enumerent Viperti I filias; alteram uxorem *Henrici de Leige*; alteram, uxorem *Weneri de Veltheim*; incertum videtur, utra gesserit nomen *Ysgardis*, in *Calendario Pegaviensi* indicatum? Ego tamen interim nomen illud ad uxorem *Henrici de Leige* referre, eidemque filium *Goswinum* occisum assignare, malim; propterea, quod Monachi Pegavienses in *Vita Viperti II.* & in *Chronico Pegaviensi*, alterius filie Viperti I, nempe uxoris *Weneri, Comitis de Veltheim*, alios filios, scilicet *Wernerum* junio-rem & *Adelgotum*, Archiepiscopum Magdeburgensem, nominatim designant; & fortasse *Henrici de Leige* filium, utpote in juventute occisum, silentio prætereunt; contra vero in *Calendario Pegaviensi* nullus alius ex progenie *Veltheimiorum* annotatur.

De prima filia Viperti I, nupta *Henrico de Leige*.

29) De altera filia, quam *Vipertus I.* ex Sigena procreavit, hæc habet auctor *Vita Viperti, cap. I. §. IX.* Alteram filiam duxit WERNERUS senior de VELTHEIM; ex qua idem filios habuit BERNERUM (sive *Wernerum*) junio-rem; & ADELGOTUM, postea Magdeburgensem Archiepiscopum. Eadem repetuntur in *Chronico Bigaviensi, pag. 119.* Mirum ergo est, cur *Manlius*, in *Comment. rerum Lusatic.* *Adelgotum* vocet *Comitem Leyensem*; & *Pomarius*, atque *Wernerus*, in *Chronico Magdeburgensi, c. 119.* quasi ex altera filia Viperti I, uxore *Henrici, Comitis de Leige*, natus fuisset; nisi existimes, *Comitatum Leigensem* tandem ad *Adelgotum* hereditatis jure pervenisse. Istam vero filiam Viperti I, *Wenero de Veltheim* nupti datam, *Broctuffius*, nescio, cujus testimonio fretus, nominat GISELAM; quod nomen etiam *Manlius* & *Henninges* retinuerunt. Credibile autem est, hunc esse illum *Wernerum de Veltheim*, qui A. 1129. *Goslariz*, una cum *Henrico, Viperti* filio, uxoris scilicet suæ ex fratre Nepote, subscripsit *Diploma* ti, quod in *Mantissa Num. IX.* exhibemus.

Alteram filiam Viperti I, nupta *Wenero de Veltheim*.

30) Ex *Wernbero* seniori de *Veltheim*, & altera filia Viperti I, natum esse *Wernerum junio-rem de Veltheim* liquet ex his testimoniis, quæ supra nota (29) attuli: ac nolim accedere *Albino*, *Henningestio*, & aliis, affirmantibus, hunc ipsum junio-rem *Wernerum* fuisse illum, de quo, in *Chronico Montis Sereni, pag. 187. Mencken. edit.* ad A. c. 1157 hæc legimus: *Brandenburg a Wichmanno, Archiepiscopo & Saxonibus obsidetur & capitur, ubi occisus est WERNERUS, Comes junior de VELTHEIM.* Cum enim ejus frater, *Adelgotus*, qui per XII. annos Archiepiscopatu Magdeburgensi præfuerat, jam A. 1119. mortuus sit; vix verisimile est, ejus fratrem usque ad A. 1157. superstitem fuisse. Igitur potius, quod in *Genealogia Veltheimiorum* declaratur, ille *Wernerus de Veltheim I*, qui Viperti I. filiam habuerat in matrimonio, genuit WERNERUM II, seu junio-rem, cujus conjux, docente *Alberto Stadensi*, ad A. 1144. fuit ADELHEIDIS, filia *Ostonsis*, soror *Alberti Urfi* Comitis de *Ballenstede*, & vidua *Henrici*, Marchionis *Stadensis*, A. 1128. domum ducta. Ab his demum procreatus est WERNERUS III, etiam junior dictus, & indicante *Annalista Saxone*, item & *Chronico vetusto Ducum Brunsvicensium*, apud *Maderum*, in *Antiquit. Brunsvic. pag. 6*, *MATHILDI*, filie *Dedonis de Crozock*, matrimonio junctus, atque in expugnatione Urbis, *Brandenburgi*, A. 1157. occisus. Quæ de adire licet *Noltenii Diatriben Genealogicam Veltheimiorum*; quæ tamen ex his nostris observationibus hæc in parte quodammodo corrigenda & locupletanda est. Cum vero idem *Noltenius Wernerum II. de Veltheim & Adelheidis Ballensta-*

Wernerus de Veltheim, junior.

quo occisus est, cum Wigmannus Archiepiscopus Magdeburgensis Brandenburgum obli-deret. 30)

pag. 22.
Adelgotus,
Archiepi-
scopus
Magde-
burg.

Dicitur *Adelgotus* in Chronico Magdebur-
genſi: Vir omni morum probitate decoratus,
religionis & caſtitaſis amator præcipuus, ino-
pium compatiens neceſſitatibus, qui canonicè
viviſtes in clero ſingulari quodam affectu di-
lexerit: rebelles vero ſeveriſſima diſciplinæ
ceniſura corripuerit, in utroque pietatis viſcera
ſervans, dum hos ad meliora accenderet, illos
autem a pravitate compeſceret: Qui diligen-
tiſſimam adhibuerit ſollicitudinem ſuæ Para-
ochiæ. Quare & augmentandæ in ea ſervitutis
divinæ gratia duas congregationes inſtitue-
rit, unam in urbe Metropoli ſub honore Petri
& Nicolai, in Eccleſia, quam antecellor ejus
primum condiderat. &c. Alteram in Hala,
Anno, ut habet *Chron. Pegau. 1116.* quod ce-
nobium dicitur ad *Novum opus*, de quo plura
in Magdeburgenſi Chronico. Præterea & Xe-
nodochium Magdeburgi extruxit. &c. Inſti-
tuit Feſtum omnium fidelium deſunctorum,
eoque die pecuniam legavit Canonicis diſtri-

præſedit ab Anno 1107. per Annos 11. menſes
11. dies 21. 31)

buendam. Auctor etiam fuit magnæ Elec-
moſynæ Magdeburgi tempore quadrageſima-
li, ſeu Jejuniorum, ita, ut quolibet die uſque
ad Feſtum Paſchatos, centum panes, totidem
haleces, & totidem potus cereviſiæ, pauperi-
bus diſtribuerentur. Fuit valetudinarius fere
per totam vitam. Anno 1115. fuit in pericu-
lo propter hoſpitio ſuſceptum Wigbertum III,
propinquum ſuum. Vide Chronicon Pegavi-
enſe. Obiit 1118. prid. Id. Junii, ſepultus,
ut Wernerus ſcribit, in monaſterio Novi ope-
nis ad Halam, quod ipſe condiderat. Chro-
nicon Pegavienſe habet Annam 1119. & nu-
merus annorum, quibus præſedit, id requi-
rit. 32)

WIGBERTI II

LIBER. 33)

WACEZLAVS. Sic nominat eum Coſmas
Pragenſis, Decanus, in Chronico Bohemico,
ſub Anno 1109, quo hic filius Wigberti in Bo-
hemia

Vipertus
III, qui &
Wacedan
dicitur.

dienſi, præter *Wernerium III. de Veltheim*, etiam tribuat filium, *Henricum*, Comitem *Oſterburgium*,
(cujus comitatus fuerit pars terræ *Balfamorum*) maritum *Irmingardis de Wunſtorff*, nos hunc *Henri-
cum Oſterburgium* Tabulæ Genealogicæ Stemmatum Vipertini adſcribere adhuc dubitavimus; quia
non dum testimoniis veterum ſcriptorum adiuvamur: quamquam negare non poſſimus; jam *Werne-
rum II. de Veltheim*, in Bothonis *Chronico picturato*, apud Leibnitium, T. II. *Scr. rer. Brunſv.*
p. 333. appellari *der eddele Greve Warner to der Oſterborch*, i. e. *Comitem Oſterburgium*. Ut vero
Adelgoti & Rudgeri, Archiepiſcoporum Magdeburgenſium, ſtirpis Veltheimienſis cognatio,
quam Noltenius, pluresque alii, non ſatis capere potuerunt, eo facilius intelligatur, quamvis & Vi-
pertini & Velthemio-Lengenfeldenſis Stemmatum Tabulas, infra in Appendice, ſeorſum ſimus pro-
poſituri, nunc tamen utriusque Stemmatum particulam quandam conjunctim exhibebimus:

S I G E N A,

filia *Gofwini*, Comitis *de*

I. VIPERTO I, Comiti

Balfamiz. 15)

hinc nati:

Loige. † 1110. 15) 20)

nupta:

II. FRIDERICO, Comiti

de Lengensfeld. 17) a) f)

hinc nati:

<i>Vipertus II</i> , Comes Groizenſis, & Mar- chio Luſatiz. † 1124. 21) 23)	<i>Iſingardis</i> , uxor <i>Henrici de Loige</i> . 21) 28)	uxor <i>Gifela</i> uxor <i>WER- NERI I</i> , Com. de <i>VELTHEIM</i> , 21) 29) 18)	Filia <i>Anonyma</i> , uxor <i>RVDGERI de Lengensfeld</i> , 2) g) 18)
--	--	--	---

<i>Wernerus II</i> , <i>de Veltheim</i> . Vxor, <i>Adelhei- dis Ballenſtadi- enſis</i> . 29) 30)	ADELGO- TVS Archi- epiſcopus Mag- deburgenſis. † 1119. 29) 31) 32)	RVDGERVS, Archiepiſco- pus Magde- burgenſis, † 1125. 2) g) 3) b)	Filia <i>Anony- ma</i> h) <i>hemio Len- genfeldenſis</i> . 3) b)
--	---	---	--

Nota: Numeri nominibus additi remittunt Lectorem ad notas huic Albino adjectas; literæ vero
ad probationes ſtemmatum *Velthemio-Lengenfeldenſis*, infra in Appendice expoſitas.

31) De *Adelgoti* plura tradunt, auctor anonymus *Chronici Magdeburgenſis*, apud Meibomium, T. II
ſcript. rer. Germ. & Andreas Wernerus, *Chron. der hochlöbl. Erzbischof Primat-Stifts Magde-
burg*. De ejus accessu ad Archiepiſcopum hæc annotavit *Annaliſta Saxo*: Anno 1107. *Henricus*,
Magdeburgenſis Archiepiſcopus obiit, eiſque Adelgotus eodem anno ſucceſſit. Multa Diplomata,
quæ ad hiftoriam *Novi Operis* ab *Adelgoti* conditi pertinent, exhibet Dn. *Ludewigius*, *Tom. V.*
Reliqu. MSS.

32) Certum tempus mortis *Adelgoti* deſignatur in *Calendario Pegavienſi*, pag. 134. ubi hæc legimus:
II Idus Junii, *Depoſitio ADILGOTI, Archiepiſcopi*, anno Dom. MCXIX. Conferantur: *Anna-
liſta Saxo*, ad A. 1119; *Albertus Stadenſis*, p. 263; & auctor *Viſæ Viperti*, cap. XL 5. XXX.

33) *Viperti II. & Judithæ* liberos jam ſupra, ſub nota (26) recensuimus.



*Effigies WIPERTI III, Filii WIPERTI II; prout
in Hier. Henningsii Genealogiis aliquot
Famil. Nobil. Saxoniae proditur.*



hemia militavit. Fuit autem idem cum eo, qui semper alias WIGERTVS JUNIOR dictus est, 34) cognomine videlicet a patre sumto, quod aut felix contineret omen, filium paternae virtutis amulum fore, cum praeclara quotidie specimina ederet, aut quod alias per excellentiam celebritatis & gloriae in patriae tacitam commendationem contingeret. Ita enim Bohemicum nomen, quod ipsi propter maternam originem inditum erat, in Germania deletum est, adeo, ut apud nullum scriptorem, quod sciam, reperiat. Est autem *Wacslaus* idem, quod major gloria, Graeci *Megalodoxum*, vel *Periclem*, nominarent. Alii scribunt *Wetislavus*, unde corruptum *Wenclavus*; quod nunc pro *Wacslavo* in usu est.

Hic igitur WIGBERTVS III. (hoc enim nomen retinebimus) uxorem habuit CVNEGVNDAM, *Cunonis, Comitum Bichlingensis*, (cujus viduam pater Wigbertus duxerat) filiam elegantissimam, & famolissimam; ut Chronicon Pegaviense eam appellat; quae nuptiae celebratae sunt uno & eodem tempore cum patris nuptiis secundis, Anno 1110. 35) Habuit *Cunigunda* quatuor sorores, quae nobilissimis Saxoniae & Turingiae Principibus desponsatae sunt, ut idem Chronicon. Sed maritos earum nondum indagare potui. 36) Fuit autem hic Comes Bichlingensis *Cuno* ex Saxonica Witekindae familia Serenissima & Illustrissima oriundus, (ideoque & nobilissimus Princeps a Pegaviensi Monacho dicitur) filius videlicet

Otto

34) *Vipertum* III. & *Wacslavum*, unum eundemque, & sic binominem filium *Viperti* II. fuisse, facile patet, si ea, quae Cosmas de *Weezlao* narrat, conferamus cum iis, quae de hoc *Viperto* juniore commemorant Monachi Pegavienses. Sic enim Cosmas Pragensis, pag. 210. edit. Menckes, scribit ad A. 1109. *Ut ascendit (Dux Vladislavus, qui Borivorio regimen Bohemiae eripere volebat) supercilium montis, vidit in campo longam seriem armorum, in quibus WACSLAVS, filius WIGBERTI, veniebat in auxilium Borivoy - Prædictus juvenis (Wacslavus) expavit, & reversit gradum.* &c. Et ad A. 1110. pag. 2103. *Quo cum secundum Regis (Henrici V. Imp.) jussum advenissent, sine omni audientia Borivoy, & filius Wigperti capitur.* Jam vero a *Viperto* patre *Vipertum* filium, (quem Cosmas *Wacslavum* vocat) *Borivorio* missum fuisse auxilio captumque esse a Caesare, Henrico V; testantur Monachi Pegavienses; in *Vita Viperti*, Cap. X, §. 3. 4. 5; & in *Chronico Bigaugiensi*, pag. 122. edit. Hofmann. Conferas, si lubet, Annalitam Saxonem, ad A. 1110; item & notas nostras (158) ac (159) ad Cosmam Pragensem scriptas.

35) *VIPERTVM* III. domum duxisse *CVNIGVNDAM*, novercae suae filiam cognomine, ortu *Beichlingensem*, docet scriptor *Vite Viperti*, cap. IX. §. 1. & II. Ergo, inquit, Dominus Wigbertus (II) non solum felici conjugio *CVNIGVNDAE*, relicta Domini *CVNONIS* de *BICHELINGEN*, potius est; sed & persuasit ei, ut filiam prae aliis elegantissimam ac famosissimam; nomine *CVNIGVNDAM*, filio ejus seniori, *WIGBERTO* scilicet, desponsaret. Quod cum impetrasset, utriusque videlicet tam matri, quam filiae, una in nuptiis solennibus (A. 1110.) pater cum filio; supra quam dici nunc possit, liberaliter exhibuere. Reliquas vero sorores quatuor nobilissimas Saxoniae & Thuringiae Principibus desponsavere. Similia narrantur etiam in *Chronico Bigaugiensi*, pag. 122.

Cunigunda Beichlingensis, uxor Viperti III.

36) Sorores *Cunigundae* junioris, earumque maritos, quos Albinus noster indagare non potuit, nunc cognoscimus ex *Annalista Saxone*, qui; ad A. 1103; hæc commentatur: *CVNIGVNDA*; (filia *Otonis de Orlagemunde*) genuit posthac ex *CONONE*, Comite (de *Beicheling*) quatuor filias; ex quibus unam accepit *HENRICVS*, Comes de *SIVTFENE* (*Zutphania*); alteram *WILLEHELMVS*, Comes de *LICELENBVRH*; tertiam, quae *ADELA* dicebatur, *THIEDERICVS*, Comes de *KATELENBVRCH*; sed; illæ defuncto, *HELPERICVS*, Comes de *POLEKE* duxit eam; peperitque; illi *CONRADVM*, Marchionem, & *BERNHARDVM*: Quarta, *CVNIGVNDA*; nominata sicut mater, nupsit *WIPERTO JUNIORI* (i. e. III.) quæ defuncto; accepit eam *THIEPOLDVS*, Marchio de *Bavaria*; Senior autem *WIPERTVS* (II) desponsavit matrem illarum tertius (Maritus.) Non excutio nunc cetera, quæ de maritis filiarum *Cunonis*; Comitum *Beichlingensis*, & *Cunigundae*, tradit *Annalista Saxo*; at, cum sigillatim referat, *Cunigundam*; *Viperti* III. uxorem; post hujus mortem, nupsisse *Thiepoldo*, Marchioni *Bavariae*; ea de re hæsit. *Thiepoldus* enim, qui eo circiter tempore floruit, Marchio *Cambiensis* de *Vohburg*, filius *Thiepoldi* senioris, & *Leucardis*, Comitissæ de *Castel & Sulzbach*, duas alius nominis habuit uxores; primam *Adelheidam*, ex *Polonia* ortam; alteram, *Mechtildem*, filiam *Henrici VIII.* Ducis *Bavariae*, propaginis *Guelficae*. De *Adelheida* hæc legimus, in *Andreae Ratisbonensis Chronico*, pag. 2074. Anno Dom. 1113. *DIEPOLDVS*, Marchio de *Vohburg*, petitione matris suae, *Leucardis*, & uxoris suae, *ADELHAIDIS*, cepit construere monasterium in *Reichenbach*. De *Mechtilde*, altera uxore *Thiepoldi* junioris, hæc scribit ipse *Annalista Saxo*; ad A. 1106. Quarta filia (Henrici; Ducis *Bavariae*, & *Wifhildis*) *MECHTILDIS* nomine, nupsit *THIEPOLDO* juniori, filio *Thiepoldi*, Marchionis senioris; illoque mortuo, duxit eam *Gebhardus*, filius *Beringheri*, Comitum de *Sulzbach*. Hæc etiam tradit autor *Chronici Weingartensis de Guelfis Principibus*, apud *Leibnitium*, T. I. pag. 786. *Mütbildis* primo *Theobaldo*, filio *Theobaldi*, Marchionis *Cambiensis* de *Vohburg*; postea, eo mortuo, *Gebhardo* de *Sulzbach*, copulata est. Conf. *Aventinus* in *Chronico*, pag. 618; & *Wiguleus Hund*; P. I. des *Bayerischen Stamm-Bücher*, pag. 149. Nescio igitur, quomodo *Cunigundis*, uxor quondam *Viperti* III; quæ ante annum 1122; non vidua est facta; in manus *Thiepoldi* hujus venire potuerit?

Quatuor sorores *Cunigundae Beichlingensis*.

An Viperti III. vidua; Cunigunda, nupsit Thiepoldo; Marchioni Vohburgensi?

Neque

pag. 25. *Ottonis*, Ducis Saxoniae & Bavariae, qui & *Virsurgianus* interdum dictus est, & hostis *Heinrici*, IV Imp. praecipuus fuit in Saxonia, pater *Heinrici*, cognomine *Crassi*, Comitis *Nordheimii*, in Frisia occisi &c. 37) Ab hoc Cunone (cum vetus illa stirps *Bichlingensium*, quae in Chronicis Thuringicis a Julii Caesaris temporibus fabulose, ut puto, deducitur, extincta esset) novam Comitum *Bichlingensium* familiam, quae paulo ante nostra tempora & ipsa defuit, & cujus bona nobilissima *Wertherorum* familia nunc tenet, propagatam esse, vulgo volunt; quemadmodum indicavi in *Com. Mysn. libro I. Tit. XIX.* & in *Progymnasmatibus novae Historia Sax. f. 121.* ubi autores hujus sententiae allegantur.

Sed ad *Wipertum III* revertamur. Hujus sub anno 1090. mentio fit in Chronico Pegaviensi, quod preciosam Cycladem monasterio a matre ipsius doni loco oblatam, in Italiam profecturus abstulerit.

Anno IIII. post bellum in Polonia jussu patris Boriiuoyum restituit in Ducatu Bohemico. Et paulo post in Bohemia captus ab *Heinrico V. Imp.* in Hammersteini arcis custodia detentus est, donec sequenti anno a patre, qui urbem *Lisnigam*, pagos *Nisen* & *Budislin* una cum *Morunga* pro eo dedit, liberaretur: Quo ipso gratiam Imperatoris consecutus *Eckardbergam* ab eo accepit, & patre neglecto, Anno 1113, Imperatori contra eundem adhærens *Naumburgo* inhiavit, sed spe sua frustratus est, & ad patrem rediit. Sequenti anno idem, cum pater, captivus & capitis dam-

natus jam plectendus, traditus esset *Conrado de Plisna*, militi suasu quorundam *Groizam* etiam pro patre liberando tradidit: Sed cum Imperator contra promissa & fidem ageret, una cum fratre *Henrico* se ad Saxones, Imperatoris hostes, contulit, ut vel eo modo patris saluti & libertati consulere. Ideoque Anno 1115. cum aliis conspirat, & Imperatorem Saxonibus valde iniquum & molestum oppugnat; quare & majestatis rei una cum *Lothario* Saxone iudicati sunt. In eo exilio suo receptus est ab *Adelgotto*, Magdeburgensi Antistite, propinquo suo, qui ea de causa ab Imperatore exauctoratus est. Eodem Anno, in proelio *Welpesholzen* singulari certamine concreditur cum *Hugero* Mansfeldensi, a quo pater captus erat; cumque interficit. Anno inde 1117. sua fere omnia recuperat. Occupata enim urbe *Dewino*, in qua magnam praedam consecutus est, & viginti quatuor vicinis municipiis captis, *Groizam* auxilio *Adelgotti*, & *Gertruda*, Marchionissae Saxonicae, obsessam etiam recipit; sed intervenit bellum *Numburgense*, in quo cum *Heinricum cum Capite* cognominatum, Caesari carissimum, cepisset, & ad *Adelgotum* duxisset, *Wipertus* senior una cum captivitatis sociis *Ludovico* Turingo, & *Burckardo* Mysn. permutatione dimissus est, atque ita tum filius patri liberationem praestitit.

Quando diem suum obierit, nescitur; sed ante patrem obiisse, argumento est, quod Pegaviense Chronicon scribit, *Vipertum II.* bellicosum inter uxorem ac filium sepultum esse. 38)

HEIN-

Neque tamen adhuc subscribere possum *Leuckfeldio*, in *Historia Canobii Kelbrensis & Comitum Beichlingensium*; item, *Joachimo Meioro*, in *Praef. Dissert. Epistol. de Bojorum migrationibus*, pag. 9; & in *Originibus Pleffensibus*, pag. 137; conjicientibus, neque ex satis idonea auctoritate veterum scriptorum, tradentibus, *Cunigundam* hanc secundis votis nupsisse *Sigfrido IV. Comiti de Barchmberg*, patrueli suo. Potius persuasus sum, illam post mortem mariti sui, *Viperti III.* & soceri sui *Viperti II.*, una cum matre sua, rediisse in hereditarias possessiones suas, & fortasse quidem *Nordheimium* aut *Oldislebium*; ibique in viduitate permansisse; cum inter *Diplomata Oldeslebenia*, quae vir inclutus, *MENCKENIVS*, Tom. I. *Script. rerum German. pag. 614.* seqq. edidit, quaedam existant, in quibus *Cunigundis* hujus fit mentio. Ita A. 1126, in duobus *Diplomatibus* simpliciter dicitur *Kunegundis, Comitissa*. Anno vero 1131, appellatur *nobilis vidua, Domina Cunigundis de Bichlingen*. Quod posterius Diploma probabilius in filiam, quam matrem, convenit; cum mater, ter ante haec nupta, vix ad id tempus superstes fuisse videatur. Nec dubito, quin huc pertineat, quod legimus in Chronographo Saxone ad A. 1140: *Obit etiam Domina CVNEGUND de Aldeslove*. Illud enim *Oldesleebium* *Cunigundae Beichlingensis* etiam *Aldesleven* scribitur in VII *Diplomate Oldesleebensi*; & *Haldesleven*, in *Chronico Montis Sereni*.

Cuno, Comes Beichlingensis.

37) *CVNO*, Comes *Beichlingensis*, non, prout *Albinus* loquitur, Pater; sed, quod in *Stemmata Comitum Nordheimensium* ostendemus, saltem frater fuit *Heinrici Crassi*, sive *Pinguis*, anno 1101, in Frisia interfecti. Cetera, quae idem *Albinus* hoc loco captim annotavit de Gente *Comitum Beichlingensium*, bene se habent. Cujus prosapiae origines inquisiverunt: *Knauthius*, *Tenzelius*, *Leuckfeldius*, sed ita, ut iis aliquid & demi & addi recte possit. Illustrissimae *WERTHERORVM GENTIS*, quae successit in Comitatum *Beichlingensem*, hodieque felicissime floret, Genealogiam etiam attigit *Dresserus*, in parte II *Millenarii VI.* & in peculiari Oratione *Isagogæ* suae annexa. Praeterea A. 1705. Lipsiae prodit *Historia von demuralen Geschlechts des H. R. R. Grafen und Herren von Werthern, aus einem MS. Petri Albini; nebst D. Sebastian Reinhardts Stamm-Baumdieses uralten Geschlechts, mit M. Pauli Jovii Anmerkungen. fol.*

38) Sic legimus in fine *Vita Viperti* ad A. 1124. *WIGBERTVS Marchio honorifice terrae mandatur, & in medio sui monasterii. (Pegaviensis) inter VXOREM (Sigenam) & FILIAM, sepelitur. Conf. Chronicon Bigaugiense, pag. 124.* Oportet ergo, *Vipertum* filium esse praemortuum. In *Calendario Pegaviensi*, pag. 120, non nisi dies ejus anniversarius his verbis annotatur: *VI. Kal. Febr. WIGPERTVS Comes, filius fundatoris nostri vigiliis cum tribus caudelis.*



*Effigies HEINRICI, Filii WIPERTI II. post patrem
Burggraviu Magdeburgensis, et Marchionis Lusatiae,
A. 1135. defuncti. Ex Hier. Henningesio.*



Henricus
Viperti II
filius.

HEINRICVS fuit Anno 1109. una cum patre & fratre in Comitibus seu conventu Moguntino ab Heinrico V. celebrato, quo tempore domi mater ipsius mortua est. 39)

Anno 1114. Propter parentem a Caesare in vincula conjectum, & urbem Groizam, quam *Wipow* Imperator acceperat, sed parentem nihilominus in carcere Dreifelsensis arcis munitissimæ, quæ in Wasgovia ad Rhenum sita esse scribitur, detinebat, amissam, ob perfidiam illam, una cum fratre, ad Saxones transit, Cæsarem oppugnat, quare & majestatis cum complicibus damnatus est, & exul usus latibulis sylvarum, & ferarum more vitam solitariam & vagam degere coactus est. A morte patris in *Burggrafiaru* quidem *Magdeburgensi* eidem succedit, 40) sed *Marchia* ejus, *Lusatia* vi-

delicet, occupatur a duobus Comitibus *Adelberto*, (qui *Vrsus* est cognominatus) & *Conrado* (*Magno*, seu *Pio* deinde dicto) qui & priori anno auxiliis *Lutheri*, Ducis Saxoniae, Marchiam (*Mysniae*) post obitum *Heinrici* junioris Marchionis, *Wigberto* cuidam prædiviti, (ego de *Wigberto* II etiam intelligo) & *Hermanno*, Comiti Winceburgensi, qui provincialis Turingiæ Comes, seu Landgrafius extitit, ab Heinrico V, Imp. traditam, armis recuperarant, utpote hereditatis jure ad se pertinentem. Obtinuit itaque *Adelbertus* Marchiam *Lusatiae* usque ad A. 1131: quo Cæsar *Adelberto* iratus, huic *Henrico* eam reddidit, quam & ad vitæ finem retinuit; cum interea semper *Burggrafius Magdeburgensis* fuisset, atque ita alteram patris dignitatem etiam recuperasset; quod

39) HENRICI, filii junioris Viperti II, res gestas & fata Albinus breviter repetiit ex Monachis Pegaviensibus; at neque Albinus, neque alius, quantum nobis constat, adhuc animadvertit ejus conjugium cum BERTHA, e Comitibus GLISBERGENSIBVS nata, initum. Cujus nobis primum indicium fecit Diploma, in *Gottha Diplomatica, P. V, pag. 1905*, quod & in *Mantissa Diplomatum, Num. XI*. exhibemus. In quo Diplomate *Vdo*, Episcopus Numburgensis, consentiente CONRADO, Marchione Misniae A. 1133, Idibus Februarii HENRICO, *Marchioni Lusatiae*, scilicet Viperti II. filio, ejusque uxori BERTHAE, potestatem dedit condendæ Abbatiae Burgelensis. Præterea Generosissimus Dominus de GLEICHENSTEIN, *Consiliar. Aul. Saxo-Vinar.* tecum benevole communicavit, & postea in *Primitias Abbatie Burgelensis* retulit duo alia Diplomata, A. 1133, & 1138, scripta, in quibus *Bertha* hujus fit mentio; in quorum priori cum testetur, se post obitum patri sui, *Walberti*, & fratris *Eckerti de Glizberk* omnia bona paterna, consensu LVTOLDI DE GLISBERG, ad inaugurationem piarum sororum, & pro remedio animarum *Damiani & Oniliae*, Parentum suorum, tradere; generis sui luxulentum indicium simul affert. Denique hæc ipsa *Bertha* etiam annotatur in *Calendario Pegaviensi, pag. 139*: III. Kal. Augusti, BERCHA, *Marchionissa, uxor HENRICI Marchionis X. Marci in kakerc.* Eam marito supersitem fuisse, indicat Diploma A. 1138, modo memoratum. Vtrumque Diploma retulimus in *Mantissam Diplomatum, Num. XII & XVI*. Ceterum *Castrum Gleisbergense* non procul absuit a Jena; & Comitatus Gleisbergensis, in quo *Burgela* sita est ad *Gliffum*, fluviolum, confinis fuit Eisenbergensi, Leuchtenburgensi, Kirchbergensi & Orlamundano, Comitibus.

Henrici
Groizensis
uxor Bertha
Glisbergensis.

40) Patre defuncto, utique *Henricum* filium non parum afflixerant adversarii; is tamen, favente *Rogero, Archiepiscopo*, cognato suo, præfecturam Magdeburgensem facile retinuit; at Marchiam *Lusatiae* demum A. 1131. recuperavit. Hinc, in *Chronico Magdeburgensi*, apud Meibomium, T. II. pag. 328, hæc traduntur: *Secundo anno ordinationis Conradi, decimi quarti Archiepiscopi Magdeburgensis, HENRICVS, Marchio, qui & Magdeburg. Comes fuit, obiit, & præfecturam urbis, quam ipse tenebat, Burcardo, commissis Archiepiscopus.* Et in *Annalista Saxone*, ad A. 1136: HENRICVS, *Marchio Magdeburgensisque Comes, filius WICBERTI Marchionis, ad curiam pergens, obiit; cui in comitatu Magdeburgensi Burcardus frater Conradi Archiepiscopi, successit; MARCHIA (Lusatia) vero concessa est CONRADO, Marchioni (Misniae.)* Infra in *Mantissa Diplomatum, num. IX, X, XI, XIII, & XIV*, quinque occurrunt documenta antiqua, in quibus nomen & memoria hujus *Henrici* adhuc superest. Imo, non dubitamus, quin idem *Henricus* jam A. 1118. una cum aliis superscripserit literis, quibus sororis suæ, *Berthæ*, donatio Ecclesiæ *Cygnæ* facta, per *Theodoricum*, Episcopum Numburgensem, confirmata est. Vid. *Num. V. Mantiss. Diplom.* In Diplomate autem *Lotharii Imperatoris* A. 1129, expresse scribitur inter testes HENRICVS WIPERTI. In ejusdem Imperatoris *Lotharii* Diplomate, *Narberto*, A. 1130. dato, dicitur HENRICVS, PRAEFECTVS VRBIS MAGDEBURG. In literis supra citatis *Vdonis*, Episcopi Numburgensis, A. 1133, dicitur HENRICVS MARCHIO, & ejus uxor BERTHA. In alio *Lotharii Imp.* Diplomate, A. 1134, commemoratur inter testes MARCHIONES, adeoque ADELBERTO, Marchioni Brandenburgico, & CVNRADO, Marchioni Misniae, adjungitur hic HENRICVS, tamquam jam *Marchio Lusatiae*. In Diplomate *Conradi*, Archiepiscopi Magdeburgensis, A. 1135, primo loco inter testes subscripsit: HENRICVS MARCHIO, & ADVOCATVS scilicet Magdeburgensis; quem ibi subsequuntur: *Cunradus*, Marchio Misniae, & *Adelbertus*, Marchio Brandenburgensis. Vbi, in nomine HENRICI Marchionis interpretando, multum aberravit *Lauckfeldius* in *Antiquitat. Præmonstrat. de monast. Gratia Dei, pag. 24*. Plura de hoc *Henrico* annotavimus ad *Cosmam Pragensem*, sub nota (184.) Item & in *Dissertatione de Dignitatibus Viperti*, §. XXI, & §. XXIII, copiosius probavimus, HENRICO huic Groizensi, post mortem Patris, Viperti II. Marchiam *Lusatiae* præceptam, & demum A. 1131. restitutam fuisse.

Henricus
Viperti
filius,
Marchio
Lusatiae &
Præfectus
Magdeburgensis.

quod utrumque ex Appendice Chronici Pegaviensis, & Lauterbergio, atque Sampetrino Erfurdiano, Chronicis, habeo. Obiit 1136, in Comitibus Moguntiae, ut habet Lauterberg. Chron. Igitur hujus Marchiam a Lothario Cæsare consequitur Marchio Mysniae, Conradus, qui, ut & jam mentio facta est, Mysniae Marchiam prius Anno 1123, ut habent, Pegaviense & Sampetrinum Erford. ab obitu Heinrici junioris Marchionis, excussis Wigberto & Hermanno Winceburgio, adeptus erat, quod Lauterbergius ad annum 1127, refert, sed utra

Henrici, filii Viperti II, posteritas commentitia. Bertha, filia Viperti II. pag. 49;

parshac in re justum annorum numerum exprimat, nondum discernere queo: 41) Filios isti tribuo *Heinricum II & Fridericum*. 42) BERTHA elocata fuit *Dedoni*, filio *Timonis*, Comitis *Wetynii & Landsbergii*, fratri *Conradi*, March. Mysn. &c. de quo modo aliquid dictum. 43) Repudiatam fuisse apparet


ex Lauterbergio sub Anno 1124; ubi narratur, quod Præsulum consilio eam receperit, & iter Hierosolymitanum ingressus sit, inchoato prius cœnobio S. Petri in monte Sereno ad Halam, quod frater Conradus deinde perfecit. Reversus est autem *Dedo* ex Palæstina, & partem ligni de cruce Christi, ut credidit, secum tulit, eamque cœnobio dedit, nec ita diu postea mortuus est.

Obiit *Bertha* Anno 1143, ut arbitror. Nam in appendice Chronici Pegaviensis ita scriptum est: *Bertha de Morunben filia Wicperti Marchionis obiit*. Fuit autem *Morungen* in bonis Wicperti, ut notum est, ex hereditate materna. Sed confirmatur idem in Lauterbergensi, qui scribit de sequenti Anno, obiisse *Bertham* Comitissam, *Dedonis* Comitis, fratris *Conradi* Marchionis Mysnensis & Orientalis, uxorem, 17. Cal. Junii. Eadem *Bertha* *Dedoni*, *Conradi*

41.) De tempore nos disquisivimus, in *Commentatione de dignitatibus Viperti Groizensis*, §. XXV. & XXVI, ostendimusque, HENRICVM juniorem, Ileburgensis propaginis, non demum Anno cxcxxvii, uti in *Chronico Montis Sereni* vitiose exscriptum est, sed probabilissime jam Anno cxcxxiii, mortuum esse, & *Marchiam Misnicam* tunc ejus morte vacuefactam ad *Conradum* *Wetynensem* pervenisse. Cum hoc *Henrico Ileburgensi* non confundendus est noster *Henricus Groizensis*, filius *Viperti II*; qui posterior *Henricus* demum A. 1135, 2. Kal. Januarii, diem suum obiit; prout hoc tempus recte designatur in *Appendice Chronici Montis Sereni*, pag. 310, edit. *Mencken*. & in *Calendario Pegaviensi*, ubi, pag. 156, hæc legimus: II. Kal. Januar. HENRICVS *Marchio*, anno Dom. cxc xxxv.

42) Hæc nimis audax est formula loquendi in tradenda vetustæ Gentis *Genealogia*: Albinus enim non ipse *Henrico Groizensi* filios tribuere, sed idoneis testimoniis ab aliis adscriptos probare debuerat.

43) *Bertha* hæc, filia *Viperti II*, ac *Juditha* Bohemica, uti supra, nota (26) probavimus, & uxor *Dedonis V*, filii *Thiemonis*, *Buzicæ* propaginis, fratris *Conradi*, Marchionis *Misnicæ & Lusaticæ*; non confundenda est cum *Bertha Glibergensi*, uxore *Henrici Groizensis*, & *Marchionis Lusaticæ*; de qua paullo ante sub nota (39) egimus. Ista est, quæ, secundum *Manissam Diplomatum*, Num. V, in *Diplomate Theodorici*, *Numburgensis* Episcopi; A. 1118, d. 1 Maji (ubi fortasse divertit a marito suo,) vocatur BERTHA, illustris Comitissa; cum in territorio suo *Zwickaw*, (quod ex hereditate matris suæ, *Judithæ*, filię *Wratislai*, Regis Bohemice, acceperat) ecclesiam parochialem in honorem b. Mariæ Virginis, conderet, &, consentiente *SIZZONE*, *Comite Keserburgensi*, novercæ suæ *Cunigunde* *Beichlingensis* Nepote, ex *Gunthero*, principe *Thuringiæ*, nato, largis bonis locupletaret. Et nescio, utrum ad hanc quoque *Bertham*, an ad *Glibergensem*, pervenerint castra & prædia a Rege Bohemice olim *Viperto II* oppignorata, quæ *Sobislaus*, Dux Bohemice, A. 1139, redemit, referente *Wenceslao Hagecio*, in *Chronico Bohemico*, pag. 235. Anno 1139. *Herzog Sobislaus zog in Weuden, und lasete von des verstorbenen Wigberti nachgelassen Witbe* (vel filia intelligenda est *Viperti II*, vel *Henrici* vidua; quia vidua *Viperti II*, *Cunigunda* *Beichlingensis*, dudum reverterat in terram patriam, & sine dubio interea jam obierat) *die Schlasser, welche zur Zeit seine Vorfahren, dem Wigberto veretzt gehabt; ließ ihr zuzehlen 700. Marck Silber, und besobl darneben, daß man ihr von dem Einkommen des Schlosses Dona, vermoge der Vertrag, zu ihrem Unterhalt, dieweil sie lebte, den dritten Pfennig geben sollte.* De *Bertha* hac *Vipertina* ejusque marito, *Dedone*, hæc legimus in *Chronico Montis Sereni*, ad A. 1124, pag. 166: *DEDO, Comes, filius Thiemonis Comitis, & Ida, Ecclesiam B. Petri in Sereno Monte, inchoavit.* Et paullo post: *Quia Comes idem locum resurrectionis Christi visitandi votum habebat; recepta de Episcoporum consilio uxore sua BERTHA, quam repudiaverat, (forte ob gravia bella, quæ Bertha patet cum Dedonis fratre gerebat) qua erat filia WIPERTI Marchionis de Groiz, proficiscens, fratremque suum CONRADVM, Comitem totius proprietatis suæ, nec minus bone incepti heredem ordinans, promotionem ejus ipsi fideliter injunxit.* Quo tempore mortua sit, docent *Annales Bosavienses* inter Dn. ab *Eccart* *Scriptores*: Anno 1143, *BERCHTA Morunben, filia WICPERTI, Marchionis, obiit.* A *Morunga* appellatur, quia forte illam ex hereditate avic suæ *Sigene*, acceperat. Luculentius id tempus indicat *Calendarium Pegaviense*, pag. 131. XVII. Kal. Junii *BERCHTA, Comitissa filia WICBERTI Marchionis, anno Dom. cxcxlvi.* At *Chronicon Montis Sereni*, pag. 178, ad A. 1144: *Eodem anno obiit BERTA Comitissa, uxor Dedonis, Comitis, fratris CONRADI Misnensis & Orientalis Marchionis, XVII. Kal. Junii. Hæc proprietatem suam Groiz dedis DEDONI, filio prædicti Marchionis, quem ipsa loco filii euniverat.*



Rex bonus - quous colit - ex comite - ratiocine
 Duxit - fundavit - comes - hac - opib' - cumulavit
 Qui - comes - atenbg' - fuit - hic - rexul - q' - lam - bg'
 hys - ungas - comite - dum - cumat - unmorem
 Czechildum - socia - coniugaturq' - Sopha

Vos - de - Corp' - Christi - hinc - locus - ist'
 annos - funeat - haurum - qui - ruc - uocatur
 Dignus - aq' - pie - matris - sub - honore - marie
 At - Sancti - ia - cobi - qui - maior - uel - jebedi
 da - uenia - cunctis - deus - hic - requie - tibi - fuit

J. B. Brühl sc. Lips.



radi Mysnici Filio, qui Comes vulgo *Rochli-*
censis dictus est, dono dedit Comitatum Groi-
censem, proprietatem suam, ut vocatur; qua-
propter & *Groizensis Comes* sere apud eundem
scriptorem appellatur. Enutrierat enim ip-
sum loco filii. Filia autem *Berthæ & Dedonis*
fuit, MACHTHILDIS, nupta RABODONI

Comiti, Advocato, seu Praefecto Bambergensi,
(ut appendix Lauterberg:) 44) Hæc *Bertha*
præposituram in *Scolen* in honorem B. Virg.
Mariæ fundavit, & satis abunde dotatam, Ec-
clesiæ Pigavienli a patre extracta, incorpo-
ravit.

Mechthildis,
filia Dedo-
nis V, &
Berthæ Vi-
pertzinæ.

pag. 30.

HEIN-

44) Verba ex appendice *Chronici Lauterbergensis*, sive *Montis Sereni*, pag. 309, hæc sunt: DEDO, filius THIEMONIS, duxit uxorem BERTHAM, filiam WIPERTI de Groiz; genuitque ex ea filiam, nomine MACHTILDEM; qua nupsit Comiti RABODONI, Bambergensi Advocato. Et, pag. 310: BERTHA, Comitissa, filia WIPERTI, uxor DEDONIS Comitis, proprietatem suam Groiz dedit DEDONI, filio Conradi, Marchionis, quem filii loco nutrierat. Ipsa autem obiit anno MDCLIV, XVII. Kal. Januarii. Conferantur *Annales Vetero-Cellenses*, edit. Mencken. pag. 382, & 396. Priori loco nomen Comitis *Rabodoni* minus accurate scribitur *Paibodo*; haud secus, ac idem Comes, apud Lazium, *Libr. IX. de Migrat. Gent.* ubi de Genealogia *Marchionum de Wisthin* agit, insolentius dicitur *Rolandus*. Diu ignoratum est, quis fuerit ille Comes *Raboldo*, vulgo *Comes Plisnensis* dictus: sed ejus verum genus nobis occurrit in Diplomate *Friderici I*, Imperatoris, anno 1160. dato; in quo hæc legimus: *Fidelis Imperii nostri*, RAPOTO DE ABENSBERG, Advocatus Burgi Bambergensis, Ecclesie beneficio Comes in Rangowe. Vide *Manissam Diplomatum*, Num. XVII. Hic *Rabodo* sine dubio, cum uxore sua, MECHTILDE, nepte *Viperti II*, ac filia *Dedonis V*, & *Berthæ*, dotis, vel hereditatis causa, eximium patrimonium in Misnia acceperat, nempe Comitatum *Altenburgensem* & *Leisnicensem*, & *Dynastiam Coldizensem*, atque alia. Ab hoc enim *Rabadone Comiti* ea loca postea redemit, ac sibi imperioque vindicavit FRIDERICVS I, Imperator. Cujus rei testem locupletem habemus *Arnoldum, Abbatem Lubecensem, Libr. VII. Chron. Slavorum, cap. 18.* Anno MDCCIX, inquit, indicta est curia in ALDENBURG, qua alio nomine PLISNE nuncupatur; ubi etiam ingens patrimonium Imperator (OTTO IV.) possedit, Comitis RABODONIS, cum castro LEISNICK & COLDITZ, quod FRIDERICVS Imperator quingentis Marcis a Comite memorato comparavit. Cum enim *Rabodo*, Ecclesie Bambergensis Advocatus, procul abesset a terra Plisnensi, in qua *Mechthildis*, uxoris suæ, bona hereditaria sita erant; facile is induci potuit, ut ea pro condicto pretio vendiderit Imperatori & Imperio. Hic ipse RABATHO, ejusque uxor MATHILDIS, una cum fratre *Rabathonis*, CONRADO, Comite Abensbergensi, hujusque uxore SOPHIA, instinctu potissimum OTTONIS, Comitis Andecensis, & Episcopi Bambergensis, condere cœperant eximium Cœnobium Cisterciensis ordinis, quod *Fons Salutis*, sive *Heilbrunnna*, vocatur, & medio fere itinere Onoldinum & Norimbergam situm est. Cui rei documento est monumentum templi *Heilbronnensis*, non quidem, ut puto, profus cœvum, at satis tamen vetustum, quod ære exscriptum hic proferimus; cum nomen & memoriam METHILDIS nostræ, quæ ultima fuit propago stirpis *Vipertzinæ*, luculenter servet illustretque; maxime cum ibi sequentes versus legere liceat:

Hæc Domus OTTONEM colit, & Comitem RAPADONEM.

Praesul fundavit; Comes hanc opibus cumulavit.

Qui COMES ABENBERG fuit: hic Praesul quoque Bamberg.

Hic jungat Comitem Dominum CONRAD juniorem;

MECHTILDEM socia, jungaturque SOPHIA.

Post M. C. Christs tringinta duos locus iste

Annos fundatur, Hailbrunn qui rite vocatur,

Virginis atque pie matris sub honore Mariae;

Ac Sancti Jacobi, qui major vel Zebedæi.

Da veniam cunctis, Deus, hic requie tibi sanctis!

De *Abensbergensium Comitum Genealogia* agit *Aventinus* in ultima *tabula Genealogica, Germanica Epitomes Chronici Bavarici*, A. 1522. editæ; item *Wiguleus Hund, P. I. der Bayerischen Stamm-Buchs*, pag. 2; qui utrique notant, *Rabodoni* hujus Patrem fuisse *Wolframum II*, Comitem *Abensbergensem*; ejus vero filium, *Fridericum*, Erfordii A. 1184. misere esse extinctum; (vid. *Chron. Montis Sereni*, ad A. 1183) & nepotem, itidem *Fridericum* A. 1230, sine prole obiisse. Pater *Rabato de Abenberg* & *Fridericus*, filius ejus, A. 1168. inter testes subscripserunt Privilegio *Friderici* Imperatoris *Episcopatus Wirzburgensi* concessio. Vid. *Leuckfeldii Antiquit. Poeldenses*, pag. 257. Comites autem *Abensbergenses* ab *Abensbergensibus* probe discernendos esse, demonstrabit Generosissimus Dominus de *Falckenstein*, qui egregiam historiam *Episcopatus Etschstadensis* molitur. *Bruschius*, in *Chronologia Monasteriorum Germaniae*, pag. 194, refert, istum, de quo diximus; *Rapotbonem*, post mortem conjugis suæ, se contulisse in cœnobium a se conditum, idque

HEINRICI I

POSTERITAS. 45)

Fuimus hæcenus plerique decepti a Brotufio de auctoritate Lãuterbergii, cujus verba strictius intellexit, scribente, *Heinricum I*

sine sobole extinctum esse, quia ille scilicet de nulla ejus posteritate legerat; quam sententiam ego quoque securus alicubi sum, cum nondum ipse fontes Historiarum nostrarum penitus inspexissem; quam me nunc denique meliora edoctum corrigere non diffiteor. Et dubi-

Abbatis nomine rexisse. Quo fortasse etiam facit illud, quod in *Calendario Pegaviensi*, pag. 132, *Rabodonis* sacrum anniversarium his verbis annotatum legimus; *XI Kal. Junii, RABOTO, Comes, & mo. i. e. monachus*: quia forte, exemplo Viperti, paullo ante mortem, habitum Monachi in cœnobio suo induerat, sed & idem Cœnobio Pegaviensi ex prædiis in terra Plissenfi sitis benefecerat. Sic fortasse etiam ad uxorem ejus spectat, quod in eodem *Calendario* pag. 118, annotatur: *VI Idus Januarii MECHTILDIS, Comitissa, villam in Bukuiz, cum foreto adjacente*. Quod vero ad figuram Monumenti *Hailbronnensis* attinet; videmus ibi sigillatim duas personas geniculantes, quæ Cœnobium *Hailbronnense* quasi manibus gestant atque repræsentant. A dextris est OTTO, Episcopus Bambergensis, episcopalibus ornamentis indutus, qui perhibetur A. 1069. ex vetustissima *Comitum Andechsium* gente fuisse procreatus; mortuus vero sepultusque est in choro Monasterii Bambergensis S. Michaelis A. 1139, atque tandem A. 1189. in Divorum numerum relatus. Vide notam nostram (187) ad Cosmam Pagensem. Hic Otto, uti totus fuerat in templis monasteriisque extruendis, ita & *Rabodonem* in condendo monasterio *Fontis salutaris* confirmarat, juveratque; jam ante hujus etiam profocero, *Viperio* II Groizensi, cognitus consultusque; utpote cui, testibus Monachis Pegaviensibus; in condendo cœnobio Reinersdorsensi consilium operamque tulerat. Repræsentat igitur hic OTTO, tanquam auctor primarius, *monasterium Hailbronnense*; ante quem procumbentem conspicimus insignia *Episcopatus Bambergensis*; quorum autem forma vix satis in illam ætatem convenit; quippe cum eo ævo *Episcopatus* potius sanctorum Episcoporumque suorum imagine, loco insignium sigillorumque, uti consueverint. Taceo, iis temporibus scuta triangularia & magis in cuspidem exeuntia, in usu fuisse. Pone Episcopum consistit *Diaconus*, Leviticò habitum vestitus, qui Episcopo quasi ministrat, ejusque pedum episcopale tenet. A sinistra, itidem genibus submissis, Monasterium manibus gestat RABODO, Comes de ABENSBERG; de quo hæcenus egimus: Ante quem insignia *Comitum Abensbergiorum gentilitia* conspicimus; in quibus apparent duo *Leones bardi*, uti Heraldicis dicuntur; superior quidem gradiens, inferior autem assurgens. Pone *Rabodonem* stat ejus quidam *minister*, vel *vasallus*, qui erectum Comitum gladium dextra gestat. Hinc genibus incumbit MECHTILDIS, uxor *Rabodonis*, neptis *Viperii* II, Groizensis, ex filia *Bërtha* prognata. Deinde stat, Gentisque suæ insignia manūtenet CONRADVS, *Comes de Abensberg*; quem Bruschius, de *Monasteriis*, fratrem *Rabodonis* fuisse tradit; Hofmannus autem, *Libro II Annalium Bambergensium*, pag. 115, *Rabodonis* filium fuisse, contendit, ad testimonia veterum Diplomatum provocans. Denique, precantis ritu, sequitur uxor *Conradi*, SOPHIA; cujus vero genus hæc cognitum exploratumque habemus. Ipsa autem *Comitum Abensbergiorum* insignia Hundius, loco supra excitato, his verbis descripsit: *Dieser Graven von Abinberg Wappen, sind zween weisse Löwen, mit rothen ausgestreckten Zungen, im blauen Feld; auf dem Helm zwey blawe hœrner in einer Kron*. Paulo copiosior in hac re explicanda fui; quia, quantum scio, nemo antehac hujus *Rabodonis* ortum & nexum tum familia Vipertina, satis ostendit.

Probatur quinque argumentis, stirpem masculinam Vipertorum cum Henrico Groizensi A. 1135 exaruisse.

45) Albinus inani conatu operosus est in deducenda *Henrici Groizensis* posteritate. Cum hoc enim *Henrico* utique stirps masculina *Vipertorum* penitus exaruit. Id quod contra Albinum, *Henningesium*, totque alios, qui perennem propaginem *Burggravorum Leisnicensium* inde usque a *Viperis* illis deducendam sibi finxere, nunc ex instituto probabimus. Primum argumentum meæ sententiæ repetò à luculentis testimoniis scriptorum veterum, & mox subsequentium; quorum auctoritas in hoc argumento, sine prægnante ratione, non est negligenda. Sic vero auctor *Chronici Montis Sereii*, pag. 175, ad Annum MCXXXVI. disertè scribit: *HENRICVS, Marchio (Lusatia) & Magdeburgensis Præfectus, filius WIPERTI, ad curiam pergens Moguntia, moritur II Kal. Jan. cui in Comitatu Magdeburgensi successit Burcardus, frater Archi-Episcopi. Marchiam vero LVSICENSEM, que nunc orientalis dicitur, Imperator CONRADO, Marchioni Misnensi, concessit; qui etiam totius proprietatis hæres factus est, QUIA ALIUM HÆREDEM NON HABUIT*. Et in *Appendice ejusdem Chronici*, pag. 310: *WIPERTVS Marchio Pegaviensis ecclesie fundator cujus filiam DEDO Comes duxerat, anno c10cxxiv, XI. Kal. Junii, moritur, relinquens hæredem HENRICVM Marchionem. Quo SINE HEREDE mortuo, anno c10cxxxv, II. Kal. Januarii, Imperator Marchiam ejus, que Orientalis (i. e. Lusatia) dicitur, CONRADO Marchioni concessit, cui etiam Misnensem prius concesserat. Eadem testantur *Annales Vetro-Cellenfes*, pag. 883: edit. *Mencken*. Hic WIGBERTVS habuit filiam Ducis Bohemiae in uxorem; habuit & filium HENRICVM, qui dono Imperatoris ex post LVSACIAM obtinuit: qui mortuus fuit SINE HÆREDIBVS, ET IN EO GENERATIO WIGBERTI, fundatoris Pegaviensis, CESSAVIT, & Marchia Lusatia ad CONRADVM, Marchionem Misnensem, pervenit. Quæ iidem *Annales* etiam ad*

dubitationem quidem omnem tollere nobis Lisnicensium in hac terra monumentis desu-
possunt tot documenta ex Chronico Büchavi. A menda, de quibus postea cum de nobilissimo-
enli, & Illustrium & Generosorum Comitum rum RANZOVIORUM stemmate dicendum
erit,

ad A. 1136, pag. 384. & 385. inculcant. Talia etiam annotata suere in margine *Chronici Vete-
ro-Cellenfis minoris*, pag. 437, edit. Mencken. ad A. 1124: *Marchio Henricus tunc dictus de Il-
burch sine herede moritur. Similiter HENRICVS, Lusz. Marchio, ipso anno, SINE HEREDE
obit.* Adeo autem ista commemoratio de interitu Stirpis Vipertinæ inveterata fuit, ut usque ad
tempora postremorum *Burggravorum Leisnicensium* nemo eam in dubium vocasse videatur. Al-
terum meæ sententiæ argumentum arcesso a relicta hereditate dignitatum & opum *Henrici*, ultimi
filii *Viperti II*, quæ ita divisa & ad alios personas translata fuit, ut, si is filium superstitem habuerit,
vix appareat, quid inde ad hunc pervenerit. Id quod facile patet ex primi argumenti rationibus,
veterumque scriptorum testimoniis, quæ nunc repetere nolo. Quantum enim inde constat, post
mortem hujus *Henrici*, ejus *Marchia Lusatia*, & alia bona beneficiaria, ab Imperatore dependentia,
tradebantur *CONRADO Wettinensi*, jam tum Marchioni Misniæ; Præfecturam Magdeburgensem
obtinebat *CONRADVS*, Comes Querfurtensis, frater Archiepiscopi Magdeburgensis. *Allodia*
retinebat vidua relicta, *Berchta Gleisbergensis*, & filia superstes, itidem *Berchta* dicta, & *Dedoni V.*
nupta. Hæc enim hereditarium castellum *Groitzsch*, quod jam *Vipertus II* acceperat ab *Vdono*,
Marchione Stadeni, teste *Chronico Montis Sereni*, ad A. 1144, donabat *Dedoni VI*, filio *Conradi*,
Marchionis Misniæ & Lusatia; quia istum filii loco educaverat. Qua de re ita etiam loquitur au-
ctor *Annalium Vetro-Cellenfis*, §. XXII, pag. 396. ex editione Menckeniana: *DEDO (V) ha-
buit uxorem BERTHAM, filiam WIGBERTI, Comitum de Groitz, ex qua non habuit filium. Hic
itaque DEDO (V) hunc DEDONEM (VI) de Rochlitz adoptavit in filium, & pro tanto, mortuo
HENRICO, filio WIGBERTI de Groitz & Marchione Lusatia, GROEZIG castrum cum suis
pertinentiis dedit DEDONI de Rochlitz, & sic primo venit ad genealogiam Marchionum Misnicen-
sium castrum predictum, & Advocatiæ Pegaviensis.* Quidni illud fratris *Henrici* filio tradidisset,
si quis superstes fuisset? Præcipua vero pars terræ *Plissensis*, & in hac nominatim *Aldenburgum*,
Leisnicium, & *Coldicium*, pervenerat ad *Berthæ* filiam, *Mechtildem*, uxorem *Rabodonis*, Comi-
tis de *Abensberg*, & *Burggravi* *Bambergensis*. Ab hoc enim, docente *Arnoldo*, in *Chronico
Slavorum*, istud patrimonium sibi & imperio emptionis jure jam comparaverat *Fridericus I*, Impê-
rator; adeo, ut isti Comitatus non solum adhuc A. 1209, *Otonis IV*, Imperatoris, tempore, sed &
adhuc diutius postea, æmicos ad Imperatorem & Imperium pertinuerint. Quæ cum ita sint, non
video, quid sibi proprium ex paterna hereditate retinuerit *Henrici Groizenfis* filius, si quis super-
stes fuisset; aut certe, quomodo is inter *Comites Leisnicenses* numerari possit, cum *Leisnicensis Co-
mitatus*, post *Rabodonis*, & *Mechtildis* possessionem, tamdiu in Imperatorum & Imperii potestate
fuerit, qui eum interim per Præfectos certos gubernari jusserant? Tertium argumentum, neque id
contemnendum, affero a silentio *Monachorum Pegaviensium*. Cum enim auctor *Libelli de foun-
datione Cœnobii Bigaugiensis* non solum cetera *Vipertorum* & *Henrici* fata, & res gestas; sed &
alia, quæ diu post illos acciderunt, enumerarit; nihil tamen prorsus de prole superstite *Henrici*,
Marchionis *Lusatia*, & benefactoris sui, commemorat. Adhæc, auctores *Calendarii Pegaviensis*
diligenter quidem annotarunt nomina & dies anniversarios alicuius Stirpis *Vipertinæ* istius tem-
poris, sic, e. g. ibi repèriuntur; pag. 129, *WIPERTVS, Comes, pater fundatoris*; pag. 125, *SIGENA,
mater fundatoris*; pag. 132, *WICPERTVS, Marchio, ipse fundator*; pag. 153, *JVDITHA, Comitissa,
fundatrix* (& uxor *Viperti II*;) pag. 119, *FRATIZLAVS, Rex (Bohemie) pater fundatricis*; pag.
142, *ZWATISLAWA, regina, mater fundatricis*; (ut jam taceamus fratres & patruos ejus, *Duces
Bohemie*;) pag. 123, *YSINGARDIS, Comitissa, soror Wicperti Marchionis*; pag. 136, *GOEWINVS,
filius sororis Wicperti occisus*; pag. 127, *FRIDERICVS Comes, frater (uterinus) Wicperti Marchio-
nis*; pag. 120, *WICPERTVS, Comes, filius fundatoris*; pag. 156, *HENRICVS Marchio, (itidem filius
fundatoris)* pag. 131, *BERCHTA, Comitissa, filia Wicperti Marchionis*; pag. 139, *DEDO, Comes
(f. maritus hujus Berchtae)*; & *BERCHTA, Marchionissa, uxor Henrici Marchionis*; pag. 118.
MECHTILDIS, Comitissa (neptis *Viperti II*) pag. 132; *RABOTO Comes* (*Mechtildis* maritus) pag.
134, & 140; *KYNIGVNDIS, Comitissa*, (fortasse altera conjux, item & nurus *Viperti II*) At, præter
hos, invenimus ibi neminem, quem commode ad stirpem *Vipertinam* referre possimus. Et quan-
quam e *Comitibus Leisnicensibus* posterioris ævi, hi pauci sint adscripti, pag. 148; *ALBERO senior*,
& *MEINHERVS junior, Comites*, & *AGNES, Comitissa de Lizenick*; (qui A. 1306 floruerunt;) & pag.
130, *ALBERO Comes de Lizenic*, (forte prioris filius;) tanto magis tamen hos dubito cum *Gene
Vipertina* conjungere; quanto minus aliqua ratio apparet, cur ceteri, si qui a *Viperto II*, vel ejus filio,
Henrico, prognati fuissent, & prosapiam suam propagassent, per tot tempora intermedia *Monasterio
Pegaviensi* a *Viperto* condito nullam prorsus occasionem dedissent, ut nomina & memoriam po-
steritatis *Conditoris* & primorum benefactorum suorum quomodocunque servasset. Quartum ar-
gumentum fundo in historia *Advocatorum Cœnobii Pegaviensis* illius ævi. Scilicet *Vipertus II* *Advocato-
rum Abbatie Pegaviensis* insignem illam *Abbatiam Pegaviensem* in *Misnia* A. 1092. condere cœperat, largisque bonis instru-
ctam A. 1096. solenniter inaugurarat, eamque; teste *Diplomate Paschalis II*, Pontif. Rom. æmicos
juri *Sedis Apostolicæ* in perpetuum manciparat; *Advocatiâ* tamen ipse *Domnus Wigbertus ha-
biturus*

erit, plura dabimus, quæ nunc in eum locum reijcienda censemus. Sane ut hic pauca referam, vivunt adhuc in his regionibus homines A fide dignissimi, (ex iis, qui aliquando in adolescentia sua HVGONI, Comiti Leisnicensi, ultimo defuncto, a ministeriis fuerunt, inter quos est integerrimus vir *Ambrosius Francus*, Quæstor Torgensis) qui *Hugonem* genus suum ad WIPERTVM BELLICOSVM referentem glorari audiverunt, & tabulas artificiose pictas ostentantem, in quibus & effigies fuit Viperti, & res præcipue ab eodem in bellis gestæ. Et cura-

vit idem *Hugo* in libris Buchaviensibus & alibi, semper ad insignia sua appingi *Wipertum*, sed reliqua differemus.

HEINRICVS igitur II, HEINRICI I, Marchionis Lusatiæ & Burggraffii Magdeburgensis filius (nam *Groizani* & *Morungani* amita ejus *Bertha* tenuit, ut dictum est) Burggraffius Leisnicensis, solus fuit, ut aliter nobis non constat, qui illustrem WIPERTINAM familiam propagavit. 46) Hic anno 1143. una cum *Hermannno*, Burggraffio Mysnensi, testis fuit in literis *Conradi* III, Imperatoris, quibus fundatio cœ-

Henricus
II, Comes
Leisnicen-
sis,

biturus exceptit; post eum POSTERITATIS SVÆ NATU PRIMVS, si quidem iusto & utiliter Ecclesia præesse voluerit; sin autem posteritas sua defecerit, Abbas loci ejusdem juniori consilio suorum utilem sibi & Ecclesie eligeret. Advocatum, quem voluerit. Nunc autem, si subsequentes Comites & Burggravi Leisnicenses ex Vipertina familia superstitēs descendissent; quæ ratio fuit, cur in tam gravibus controversiis, quæ de illa *Advocatia* identidem extiterunt, nullus ex Comitibus Leisnicensibus occurrat, qui istam eximiam Majorum suorum prærogativam ambierit, aut sibi vindicaret? Et quamquam fieri potuit, ut, quamdiu adhuc e stirpe Vipertina supersuit *Bertha*, hujusque filia, *Mechtildis*; Abbates Pegavienses tunc ipsas, aut illarum maritos, nempe *Dedonem V*, & deinde *Rabadonem*, honoris causa adhuc sibi adsciverint *Advocatos*; postea certe, progenie Vipertina penitus extincta, jus libere eligendi *Advocati*, a Viperto conditore ex prima institutione sibi traditum, & a Pontifice Romano, Paschale II, confirmatum, ope Imperatorum, quantum fieri potuit, contra invalores defenderunt. Id quod potissimum patet ex historia *Siffridi*, *Abbatis*; qui ab A. 1185, ad A. 1223, Cœnobium Pegaviense rexit; quam historiam exposuit Auctor *Chronici Montis Sereni*, ubi pag. 270, inter alia hæc legimus: *Advocatia Ecclesie Pegaviensis immediate ad Imperatorem pertinet; nec jure feudi cuiquam conferri potest; sed habet potestatem eligendi (Advocatum) Abbas, ad quantum temporis spatium voluerit, quemcunque sibi viderit expedire. Quam libertatem Sifridus Abbas Ecclesie sue multis laboribus & expensis primo a FRIDERICO (I) postmodum a filio ipsius HENRICO: & nostris temporibus a FRIDERICO (II) Henrici filio, Imperatoribus, datis sibi privilegiis acquisivit. Tempore igitur, quo hæc gerabantur, FRIDERICVM quendam DE GROITZ, (quem non ad Comites Leisnicenses pertinere, mox ostendemus,) ex Imperatoris (FRIDERICI I.) fidelibus *Advocatum* habens, ejus auxilium contra monachos invocavit. Et paulo post, pag. 272: Denique post mortem HENRICI (VI) Imperatoris, PHILIPPVS Rex *Advocatum* Pegaviensem TIDERICO, Comiti de Summerchenburg, qui etiam de GROIZ dictus est, († 1207, filius scilicet *Dedonis* VI, Pinguis, Comitis Groicensis & Rochlicensis, & postea Marchionis Lusatiæ A. 1190. mortui) contra privilegia ipsius Ecclesie concessit. - - Mortuo Comite (Friderico) CONRADVS Marchio, (Lusatiæ, † 1210) frater ejus, *Advocatum* Pegaviensem, ab ipso Rege PHILIPPO sibi concessam, invasit. - - Post mortem CONRADI Marchionis, qui triennio tantum fratri supervixit, TIDERICVS, (IV. † 1220.) Marchio Misnensis, modis omnibus ambiebat, ut ipse Ecclesia Pegaviensis *Advocatus* eligeretur. Vides igitur, per tantum temporis intervallum, neminem e Comitibus Leisnicensibus adspirasse ad *Advocatum* Abbatie Pegaviensis; qui tamen, si ex Vipertina stirpe propagati fuissent, propter primam institutionem jure excludi non potuissent, neque tam facile, & sine ulla contradictione jure suo cessuri fuissent. His luculentis, ut opinor, rationibus addo denique quintam; quod Albinus, & alii recentiores, contrariam sententiam argumentis maxime incertis & historica fide vix dignis comprobare annisi sunt. Quod si enim omnia colligamus, quæ Albinus hæc in rem affert; provocat is ad *Antonii Siffridi Zopachii*, Monachi Buchensis, libellum de *fundatione Cœnobii Buchensis*, anno demum 1531. conscriptum, & ad fragmentum, sive Appendicem libelli Zopachiani eodem circiter tempore claudicantibus versiculis compositam, huicque libello infra insertam. Excitat præterea testes *Georgium Agricolum*, in libris de *Re metallica*, & *Ambrosium Francum*, Quæstorem Torgaviensem, ipsi Albino æquales. Denique nominat laudatque ipsum *Hugonem*, ultimum *Burggravorum Leisnicensium*, anno 1538 vita defunctum, qui aperte gloriatus sit, se a Viperto bellicoso genus ducere, & qui in libris Buchaviensibus, aliisque locis, Vipertum ad insignia sua appingi curaverit. Sed, quam parum idonea hæc sunt testimonia de tanta vetustate! Quasi boni illi viri non ex opinione & traditione postremorum Burggravorum ita sentire & scribere potuerint; ac quasi mirum sit, istos posteriores Burggravios Leisnicenses voluisse genus suum ad stirpem Marchionum, & sigillatim Viperti, magni illius herois, libenter referre; cum innumera affectatatum illustrium originum exempla prostent. Sed veniam nobis dabunt Lectores benevoli, quod sententiam, quam Albinus tam operose adstruere conatus est, & quam deinceps non pauci *Genealogiarum* scriptores temere occuparunt, opera non tralatitia excutiendam duxerimus.*

46) Eadem tradit Fabricius, *Libr. I Annalium Urbis Misnie*, pag. 95: Hoc Anno CIOCLIII, inquit, *Hermannus*, Burggravius Misnensis, & HENRICVS LEISNICIVS, subscripserunt diplomati *Conradi* II, Imperatoris, quo confirmavit fundationem *Lotharii*, de Cœnobio *Chemnicensi extra mania*.
Johan-

nobii Chemnicensis a *Lotbario*, ejus antecessore, Anno 1125, ut habet *Monsterbergius*, instituta, confirmatur. De uxore ejus nondum quicquam legi: tribuo autem 47) duos

terberg. sub Anno 1123. in *Historia Siffredi*, abbatis Pegaviensis, qui eo anno obiit. 48)

Filii *Henrici II*, Comitum *Leisnicensium*.

pag. 32.

illi filios, *Henricum III.* & *Ottonem*, qui bifurcatam deinceps faciunt familiam; quarum illa in *Mysnia* mansit titulo *Burggraforum*, & *Comitum Lisnicensium*, hæc in *Holsatiam*, unde prima stirpis origo est, reversa adhuc hodie floret.

Fridericus de Groitz.

FRIDERICVS DE GROITZ fuit Advocatus Ecclesie *Pigaviensis* sub Imperio *Henrici VI*, *Barbarossæ* filii, quod duravit ab anno 1190. per annos 8. ex concessione Imperatoris, ad quem spectat *Advocatia* ejusdem cœnobii, ita tamen, ut eligat Abbas quem velit, & quamdiu velit, eum retineat, Lau-

HEINRICI II FILII.

HEINRICVS III. *Burggrafus* *Lisnicensis*, seu *præfectus*, seu *Castellanus* (nam his vocabulis scriptores de eadem re utuntur) in *Lisnig*; cujus in *Chronico Buchaviensi* mentio est, fundavit Cœnobium *BUCHAVIENSE*, quod alio nomine *Ilgenhal* dicitur, id est *vallis sancti Egidii*, (nam prius nomen villæ adiacentis est) a patrono videlicet *Religiosorum* ejus loci, situm supra *Muldam*, ut loquuntur literæ *FridERICI* *Barbarossæ* Imperatoris, juxta castrum *Lisnig*, anno 1192, quo

Henricus III, Comes *Leisnicensis*.

pag. 33.
EX

Johannes ille *Monsterbergius*, quem nominat *Albinus*, vixerat in Cœnobio *Chemnicensi*, & de eodem usque ad A. 1515. conscripserat *Chronicon*, teste *Fabricio*, ad A. 1515; cujus tantum postremam particulam ex *Archivo Dresdensi* nactus est; & Operi huic, Tomo III. pag. 157, seqq. inseruit illustris *Menckenius*. Vinam integrum tandem opusculum e tenebris in lucem protraheretur! Sic enim forasse de nonnullis rebus certius judicium ferre possemus. Quod si vero *Pfeffingero*, ad *Vitriarium T. II. pag. 593*, non contigit, nomen Germanicum *Burggravi* in vetulis chartis ante annum 1170 scriptis videre; mirum est, si id jam in *Diplomate Conradii III*, Imper. A. 1143. dato, extiterit? Sicubi, certè hoc loco, opus fuisset, ut *Albinus* omni studio & opera connexionem cognationemque hujus *Henrici* cum *Stemmata Vipertino* clarius ostendisset. Non enim illico sequitur, si eo tempore *Henricus* quidam de *Lissenic* dictus scriptusque est, ut is *Viperti II* nepos, aut *Henrici* *Marchionis Lusatiæ*, filius, fuerit. Pro more illius temporis, sæpe plures milites & nobiles, uti in aliis urbibus, ita & *Leisnicii*, sua democilia habuerunt, & inde cognomen invenerunt. Sic anno 1114, prout patet ex *HENRICI V*. Imper. *Diplomate de prima coemptione castelli Scowenburg*, in *Halinii T. I. Collect. Monumentorum veterum*, pag. 74, inter testes commemoratur *Herimani de Liznic*; quo tempore *Leisnicium*, *Viperto* ablatum, in potestate *Hogeri*, *Comitis Mansfeldensis*, fuit. Adhæc, in literis *Vdonis*, *Numburgensis* *Episcopi*, quas num. XV. in *Mantissam Diplomatum* retulimus, inter testes nominatur *Fridericus de Liznic* A. 1135; quo anno adhuc *Henricus*, *Marchio Lusatiæ* & *Præfectus Magdeburgensis*, vivebat, *Leisnicium*que tenebat: Præterea anno 1200, in *Diplomate Theodori Marchionis Misnensis & Orientalis* (num. XXIII. *Mantiss. Diplom.*) occurrit inter testes *Herdegenus de Lyznik*; quo eodem anno *Henricus*, *Præfectus in Liznic*. num. XXII. *Mantiss. Diplom.* memoratur. Tum A. 1256, in *Excerptis Grævnerianis* (n. 4) mentio fit *Stephani*, *Militis de Liznic*; quo ipso tempore florebat *Meinherus Præfectus in Lyznik*. Nihil jam dico de *Gunthero de Lyznik*, A. 1297; *Conrado de Liznic*, A. 1375, aliisque; qui quidem conspectæ & militaris dignitatis viri, *Leisnicii* habitasse; sed non *Burggravi* *Leisnicenses*, multo minus ex *Vipertina* Gente profati videntur. At, si etiam ille *Henricus*, de quo loquitur *Albinus*, fuit *Præfectus*, vel *Burggravius* *Leisnicii*; non tamen necesse est, ut eo nomine pro nepote *Viperti II* habeatur: cum *Vipertus*, & ejus filius, *Henricus*, sub finem anni 1135 mortuus, non *Præfecti* & *Burggravi*; sed prout supra ostendimus, tunc *Domini* *Leisnicii*, tamquam *allodii* & *proprietatis* suæ, fuerint; & fortasse ipsi illam urbem alius *Præfectis* tuendam regendamque tradiderint. Sic & anno 1143, quo *Henricum*, *Præfectum Leisnicensem* floruisse dicit *Albinus*; usque ad XVII. Kal. Junii supererat, *Bertha*, filia *Viperti II*, uxor *Dedonis V*; de qua sub nota (43) egimus; certe adhuc superstes erat hujus *Berthæ* filia, *Mechtildis*, *Rabadoni* *Comiti* nupta. In cujus potestate adhuc *Leisnicium* fuisse, sub nota (44) docuimus; usque dum una cum maxima parte terræ *Plissensis*, per *Rabadonem*, venditionis lege anno circiter 1160 transferretur ad *Fridericum I*, Imperatorem, imperioque *æmæros* subjeceretur. Ergo verisimillimum est, *Henricum* illum, si quidem fuerit *Præfectus* *Leisnicensis*, non nisi a *Rabado* & *Mechtilda*, qui tunc *Bambergæ* degebant, constitutum fuisse. *Marchiones* enim, & *Comites*, aliosque *Nobiles*, sæpe etiam *Castrorum* suorum *Præfectos* & *Burggravios* habuisse, multis exemplis, si opus foret, comprobari posset.

De *Johanne Monstherbergii Chronico*.

De *Henrico II*, *Comite Leisnicensi*.

47) Agnosce solennem *Albini* formulam in *Genealogia*, quæ maxime dubia erat, probanda!

48) Hic *Fridericus de Groitzsch*, ministerialis Imperatoris & Regni, jam anno 1181, cum *Eckelino*, *Abbate Pegaviensi*, controversiam agitaverat de fundis certis, aliisque juribus, excitatam; quam eodem anno composuit *Fridericus I*, Imperator, *Diplomate* in castro *Altenburgensi* dato; cui inter ceteros testes subscripserunt; *DEDO*, *Comes*; *Thimo de Colditz*; *SIBODO*, *Camerarius*, & fratres sui de *GROITZSCH*; *Siffridus*, & *Gerhardus de Aldenburg*. Vid. Num. XXI, in *Mantissa Diplom.* Qui *FridERICI* frater nominatur etiam in alio ejusdem Imperatoris *Diplomate*.

A.

ex *Sittichenbachensi* cœnobio diœcesis Halber-
stadenſis conventus novellus ordinis Cister-
tienſis eo miſſus eſt III. Id. Auguſti; inter quos
primus Abbas erat *Hildebertus*, qui exacto
ibidem decennio obiit Idibus Maji. Confir-
mata eſt fundatio ab *Henrico VI.* Imp. anno
eodem, Indict. X. Anno regni ejus XXIII. Im-
perii vero II. &c. 49) Hæc autem funda-
tio ſuſtentationi 12. tantum Monachorum
præter Abbatem ſufficit. Obiit *Henricus*,
egregius *Præfeſtus de Liſing*, vel *Burggra-
fus*, ut loquitur in Buchavienſi Chronico Zo-
pachius, anno 1203. ſepultus in templo Mo-
naſterii ſui ante ſummum altare in medio gra-
dus preſbyterii, ſub grandi lapide ſepulchrali.
Vxor ejus fuit, CLARA, quæ vocatur ingenua
venerabilisque matrona. Origo generis non
eſt annotata. Hic reſpondendum erat ad id,
quod Fabricius in annalibus Myſniæ urbis di-
cit, *Monasterium Buchavienſe* ad Zopæ fluvii
oſtium in Oſterlandia conditum eſſe a *Fride-
rico* fratre *Ottonis*, qui *Conradi* Marchionis
Myſniæ & Luſatiæ Principis potentiffimi, filius
fuit, circa annum 1184. quo tempore fere
etiam Monasterium *Zillenſe* (quo loco nunc
Wechſelburgum, arx Generoſorum & Magni-

ficorum Baronum de *Schonburg*, &c. eſt) a
Dedone Rochlicio, cui *Bertha* Groizam dede-
rat, item *Doberluſenſe* a *Diterico*, *Conradi*
filio, & *Brenenſe*, a *Frideric*, qui itidem
Conradi filius fuit, filiis, *Otton* & altero, pa-
tri cognomine, etiam extracta ſunt. Deinde
quodam ſcribunt, *Ottonem* ipſum, Marchio-
nem Myſnenſem, Buchenſis cœnobii eſſe fun-
datorem: quibus adſtipulatur Pirnenſis Mo-
nachus, qui *Ottoni Dedonem*, Comitem Roch-
licium, fratrem adjungit, & exprimit tempus
anni 1176; qua de re *Wolfgangus Fuſus*, vir
doctiffimus, anno 1531, inſtinctu *Pauli Gre-
fi*, Cygnæi, boni & hiftoriarum ſtudioſi viri,
ad *Antonium Siffridum Zopachium*, Mona-
chum Buchavienſem, ſcripſit. Verum, non
difficilis eſt explicatio. Non dubium enim
eſt, Myſniæ Principes, *Conradi* Marchionis
filios, Principes tum divitiis, & potentia cla-
ros, tum pietatis paternæ æmulos, multa tum
cœnobia condidiſſe, multorum extractionem,
quam alii vel illorum inſtinctu, vel ſponte ſua,
inſtituerant, liberaliter juviſſe. Eaque ratio-
ne nihil huic ſententiæ decedit; nam & *Otto*
eodem fere tempore, id eſt, paulo ante, ina-
gnificum cœnobium *Cellenſe* ad Muldam,
quod

A. 1180, Philippo, Archiepiſcopo Colonienſi, dato; cui præter ceteros ſubſcripſerunt: *Theodori-
chus*, *Marchio de Luſiz*; *Dedo*, *Comes de Groiz*, SIBODO de GROIZ, *Camerarius*. Vid. *Miræi
opera hiftorico-diplomatica*, T. II, pag. 1185. Imo dubium non eſt, quin hi fratres iam anno 1166.
in literis *Johannis Merſeburgienſis* Epifcopi, ad confirmandam donationem Cœnobio Pegavienſi
factam, inter teſtes deſignentur: *Dedo*, *Comes*; *Theodoricus*; SIGEBODO, & FRIDERICVS,
frater, miniſteriales regni. Vid. Dn. Ludwigi T. II. *Reliqu. MS.* pag. 197. Sicuti igitur nemo ad-
huc *Sigebodonem* illum de *Groitz*, *Camerarium* Imperatoris, retulit ad ſtirpem *Vipertinam*, aut
inter *Comites Leifnicenſes*; ita nec video, quomodo ejus frater, *Fridericus de Groitz*; huc ſit re-
ferendus. Cum vero DEDO ille VI, *Pinguis* cognominatus, *Conradi* Wétinienſis, & Mar-
chionis Miſniæ ac Luſatiæ, filius, jam A. 1173. in *Frideric* I, Imper. *Diplomate*, (quod extat in
unſchuldigen Nachrichten de A. 1722, pag. 519.) ac deinde in aliis literis, ſæpius etiam appelletur
Comes de Groiz; item poſt *Dedonem* A. 1190. mortuum, *Theodoricus*, *Comes de Summer-
ſenburg*, non raro itidem *Comes de Groiz*, ſalutetur; non quidem nunc diſquiram: utrum, quod
Chronicon Montis Sereni innuere videtur, a dominio hujus caſtri *Groizenſis*, vel *Grentſchenſis*,
quod in vicinia Pegaviæ non procul ab Elyſtro fluvio ſitum fuit; an, quod *Annales Vetero-Cel-
lenſes*, & *Monachus Pirnenſis* in *Onomaſtico*, tradunt, a loco cognomine, eoque ad Muldam ſito,
& *Eulenburgo* confinii; appellationem illam adſciverint hi *Comites*? quamquam mihi probabilius
videtur, quod a *Groiza* Pegaviæ vicina nomen receperint; propterea, quod iſte comitatus *Groizen-
ſis* primum a *Bertha*, filia *Viperti*, ad *Dedonem* Pinguem, & ab hoc deinde ad ceteros *Comites
Summersburgenſes*, & *Marchiones Miſniæ*, tranſiit: deinde, quod hinc *Theodoricus*, *Marchio
Miſniæ*, *Aſſuctus* cognominatus, A. 1212, filium noſtri *Frideric* de *Groitz* inter *filios Miniſteria-
lium ſuorum numeravit*. Vid. *Num. XXIV*, in *Mantiſſa Diplom.* Nihilominus tamen *Sibodo* &
Fridericus de Groitz etiam de domicilio ita dici ſcribique; & propter alia prædia, Imperio immédia-
te ſubjecta, aut ob adminiſtrationem rerum imperialium, inter *miniſteriales regni* haberi potue-
runt. Poſtquam vero, ab extincta ſtirpe *Vipertina* liberum jus conſtituendi *Advocati* ad Abbatem
& fratres Cœnobii Pegavienſis venerat; *Fridericum de Groitz* adſciverat Abbas, *Siffridus*, qui ab
A. 1185. uſque ad A. 1223, huic cœnobio præſuerat. Qua de re in *Chronico Montis Sereni*; pag.
271, iſta legimus: *Tempore igitur, quo hæc gerebantur, Siffridus Abbas FRIDERICVM quen-
dam de GROITZ, ex IMPERATORIS FIDELIBVS* (i. e. *vaſallis*, vel *miniſtris*) *ADVOCA-
TVM habens, ejus auxilium contra monachos invocavit*. Ex his vero aliisque nihil ſane adhuc
conſtat, hunc *Fridericum* ex ſtirpe *Vipertina* genus duxiſſe, aut inter *Burggravios Leifnicenſes* nu-
merandum eſſe; cum eodem tempore *Leifnicium* ad Imperatorem & Imperium *æque* pertineret,
& ſigillatim *Fridericus* I, Imperator, *Theodoricum* quendam adminiſtratorem & *villicum* ſuum
(quæ tunc non pœnitenda dignitas erat) ibidem haberet; prout ex *Ejus Diplomate* A. 1180 ſcri-
pto, & *Num. XIX*, in *Mantiſſam Diplom.* a nobis relato, intelligere licet.

49) *Henricum VI*, Imper. A. 1192 poſuiſſe confirmare fundatiõnem Cœnobii Buchavienſis, facile
concedimus; nam & in *Excerptis Gribnerianis*, num. (1) hæc legimus: *Anno 1192. mentio fit HEN-
RICI*,

pag. 35.

quod *verus* appellatur, de novo extruxerat, & regio sumtu dotaverat; & *Portam* ad *Salam* denuo quasi fundaverat, ab incommodo loco ad magis commodum transferendo; & aliis præsiidiis instaurando; quemadmodum & horum filii atque posterij majorum vestigiis insistentes idem postea fecerunt: quæ de re alibi dicendi locus erit. Deinde usitatum fuit, quod subinde alij, atque alij primis, & fundatoribus successerint, quemadmodum & Buchaviense cœnobium suos deinde reperit quasi secundarios fundatores: *Albertum* videlicet de *Seeberg*, militem; & *Baronem de Colditz*; quorum ille, qui anno

1221 ibidem ante summum altare versus austrum sepultus est sub grandi petra cum duobus versibus Epitaphiis, monasterium eluvionibus præcipue destructum; & ad egestatem redactum; una cum uxore sua, *Margaretha*, instauravit, & ædificiis atque proventibus ita auxit, ut 20 Monachos alere posset. Hi vero fratres, *Thimo*, *Volradus*, & *Vricus*, *Henrici* & *Adelheide*, filii, præsertim vero *Thimo*, cum uxore *Agnete*; circa annum Domini 1240, 1245, & undecim annis post, ita priorum liberalitatem vicerunt, ut deinceps 30 Monachii facile sustentari possent. Sed hæc fortasse non sunt hujus loci. Quod autem præ-

HENRICI Castellani de LIZNIC, fundatoris monasterii in villa, quondam dicta, *BUCH*; in litteris *HENRICI VII*, Imperatoris, datis apud *Altimbura*. At quomodo *Fridericus I*, Imperator, eodem anno 1192, 4. Id. Augusti, ut loquitur *Albinus*; idem cœnobium litteris confirmare potuerit, non intelligo; cum *Fridericus I*, *Barbarossa* cognominatus, secundum plurimum historicorum fide dignorum testimonia, annorante perillustri *DOMINO de BUNA*; in ornamentum hujus sæculi nato, in *Vita illius Imperatoris*, pag. 333; item *b. Hahnio*, *P. III. der Reichs-Historie*, pag. 304; Anno 1190, mense Junio, diem supremum obierit. Sed & quidam *Henricus, Præfectus de LIZNIC*, jam antea A. 1174, in tribus Diplomatum commemoratur. In primo, quod num. XVIII, in *Mantissa Diplomatum*, exhibemus; inter testes laudantur: *Eribericus, Comes de Kirchberg*; *Reinbodo, Comes de Bichilingen*; *HENRICVS, Præfectus de LIZNIC*. In altero Diplomate ejusdem anni, (num. XVIII) testes proferuntur: *Wicmannus, Magusheburgensis Archiepiscopus*; *Henricus, Dux Saxonie & Bavariae*; *Otto Brandenburgensis Marchio*; *Fridericus Comes de Wirbene*; *HENRICVS, PRÆFECTVS DE LIZNIC*. Imo; *Præfectus Leisnicensis* hujus nominis ad *THUC* A. 1200 (Num. XXII, in *Mantissa Diplom.*) in Codicillo *Theodorici* Marchionis *Misnensis*, nominatur, testibus in hunc modum ibi ordinatis: *Theodoricus, Misnensis Episcopus*; *Theodoricus prepositus de Wreim*; *Menherus præfectus de Misnia*; *HENRICVS, præfectus in LIZNIC*; *Gerhardus, præfectus de Greuz*; *Erkenbertus, præfectus de Demin*; *TAMMO, præfectus de STREIT*; *Henricus de Colditz*; &c. Quo ipso anno & die, (Num. XXIII. *Mantiss. Dipl.*) alii Diplomati ejusdem *Theodorici* Marchionis; subsignarunt; præter ceteros: *Henricus de Colditz*; *HERDEGENVS de LYZNIK*, (sine dubio miles) *Albertus, dapifer de Borne*, *Ludoldus de domo Grymme*; Equidem *Antonius Weckius*, in *Chronico Dresdensi*, pag. 435, credit, sed nescio qua ratione inductus; *Præfectos istos Leisnicenses & Streitenses* ejusdem generis fuisse. Quamvis utique omnes isti testes, præter Episcopum & Præpositum; qui Diplomati XXII, paullo ante citato, subscripserunt, cognatione quadam inter se juncti fuisse videantur. Nobis ex residuis documentis nondum satis liquet, utrum *Henricus* ille, qui ab A. 1177 ad A. 1200; nominatur in antiquis litteris; unus idemque fuerit *Præfectus Leisnicensis*; an forte duo ejusdem nominis? Potissimum autem latet adhuc, ex qua domo idem genus suum duxerit. Eo tempore Imperatores libere disponebant de *Leisnicio*, tamquam castro & urbe imperiali; postquam *Fridericus I*, Imperator, ingens illud terræ *Plissenensis* patrimonium, adeoque & *Leisnicium*, a *Rabadone* Comite redemerat. Ista igitur castra & urbes; ceteraque prædia committebantur certis *Præfectis & Villicis*; quos statim ab initio hereditarios constitutos fuisse, credibile non est; Ego; etsi in his rebus non libenter indulgeo conjecturis; jam tamen fere persuasus sum; hunc *Præfectum Leisnicensem Henricum*, quem tertium hujus nominis vocat *Albinus*; & a quo *Buchense Cœnobium* A. 1192 conditum esse dicit; natalibus fuisse *Comitem de Buch*. Floruisse enim eo ævo ejus nominis Comites, satis constat. Sic, referente *Pertuchio*, in *Chronico Portensi*, pag. 96, *HENRICVS* quidam, *Comes de BUCH*; *Portensi ecclesie*; apud *Numaburgum*; cum consensu uxoris suæ, pro anima suæ; & pro anima filii, quandam patrimonii sui villam, nomine *Odisford*, donavit. Ob quam donationem cum *Sigebodus de Scharfelde*; cujus filia nupsit *Henricus*, Cœnobio *Portensi* nimis molestus esset; *Fridericus I*, Imperator; lite composita; An. 1157, d. 3. Non. Augusti; donationem istam confirmavit. Imo; & A. 1180 aliquis *HENRICVS, Comes de BUCH*, celebratur. Cujus inter testes fit mentio, cum *Fridericus I*, Imperator, A. 1180, d. 7. Idus Octobris, *Altenburgi*, litteris datis, permetteret, ut fratres de *Porta* coemerent; *THEODORICO de LIZNIC, Villico Imperatoris, molendinum unum in Pichou*; ita, ut jure *Francorum* perpetuo illud possidentes sex tantum solidos eidem *villico & successoribus ejus, annuatim exinde persolverent*. (Vid. Num. XX in *Mantissa Diplom.*) Quis itaque interim, dum dies certiora proferat; non suspicetur, hunc *Henricum, Comitem de Buch*, esse illum ipsum, cui deinde ab Imperatore *Præfectura Leisnicensis* fuerit commissa; & qui A. 1192 *Cœnobium Buchense* condiderit?

pag. 36. præcipuus fundator *Heinricus* Lisnicius, de quo diximus, fuerit; probat Zopachius aliquot Diplomatis, ut *Siffredi Præfecti*, id est, *Burggrafi Lisnicensis*, *Brunnonis II*, Præfuit Mysnensis, *Heinrici*, Mysnensis Episcopi; ex quibus patet, ejusdem *Heinrici Burggrafi* permutatione pro Parochia in *Eichstede*, (quæ in ipsius Præfecti prædio sita fuit, non in Bavaria, ut inepte meo iudicio sentit Meirus) 50) *Heinricum VI* Imperat. tradidisse cœnobio Buchaviensi Parochiam in *Lisnig* ad *S. Matthæum*; quæ donatio facta est anno statim proximo a fundatore, sed ab aliis deinde approbata. Fuit; ut & hoc addamus, congregatio ea Monachorum subiecta Regulæ *D. Bernhardi*, sub ordinè Cisterciensium, ad Mysnensem pertinens Diocesis. Et laurum, opulentumque fuisse cœnobium, vel ex vulgari rhythmo apparet, qui dicitur locum hæcenus obtinuit: *Cell & Buch faciunt unum Doberkuch*. Atque hic est conditor novæ quasi familiæ LISNICENSIS, qui ex *Clara* sustulit *Siffridum*, *Alberanem* & *Hermannum*. 51)

Liberi Henrici III, Comes Leisnicensis, & Clara.

Otto I, Comes Leisnicensis.

OTTO I, Burggrafus Lisnicensis. Hic tempestate belli, ut loquitur *appendix*, seu *fragmentum Historicum*, in monasterio Buchaviensi scriptum; in regionem transalbianam, & Vandaliam, id est, Holsatiam, & loca vi-

cina Saxoniae, profectus est, 52) ex quo loco advenerant majores ejus, & Wiperti bellicofissimi illius Comitum, a quo & Castellani Lisnicenses. (retineo fere verba Chronici) descenderant: ubi & profapiam, quæ, ut testatur idem, hodie durat, condidit, nobilissimorum equitum, seu militarium, ut antiquo vocantur vocabulo, de RANIZOVE. Hujus esse credo insignia in Reinsfeldensi monasterio ad Travenam fluvium, qui limes est Holsatiæ; & Saxoniae inferioris, sito, suspensa anno 1186, ut habet publicata jam aliquoties *Genealogia Ranzoviana*, & quidem proximo loco post fundatoris *Adolfi III*, Comitum *Schaumburgensis* & Holsatiæ, quæ sequuntur deinde aliorum ex præcipuis in Holsatia nobilibus; insignia. Sine dubio autem ideo proximum locum a Principis armis occupant Insignia Ranzoviana, quia non ignotum Principi fuit, eos ducere originem ex vetusta & nobilissima familia Holsatica, quæ aliquando rerum ibi potita fuisset. Nec aliunde causa deinceps in cista privilegiorum Holsaticorum, post Principis & Episcoporum insignia statim RANZOVIANA appicta sunt. Filios habuit *Schalkonem*, *Johannem*, & *N.* de quibus postea. Nunc enim relicta hac linea de LISNICENSIBVS, quorum stirps interiit, priori loco agemus.

pag. 37.

pag. 38.

POSTE-

50) Error hic præcipue fuit Sebastiani Meyeri, in *Chronico Pegaviensi* MSc; cujus Excerpta dabitur in Appendice. Locus vero ille etiam dicebatur, *Eckstede*. Sic legimus in *Chronico Montis Sereni*, ad A. 1130: *Conradus de Eckstede apud Hallam a civibus ejusdem oppidi cum aliis multis occisus est.*

51) Tres hos præfectus Leisnicenses in antiquis documentis occurrere; nihil ambigimus; profusus vero incertum putamus, eos ex *Henrico*, Præfecto Leisnicensi, propagatos fuisse. Imo & circa illa ipsa tempora etiam floruit GERHARDVS, Burggravius de LIZNIC; quem non animadvertit Albinus; neque nos habemus, cui eum Patri assignemus. Scilicet, cum OTTO IV, Imperator, A. 1212, d. 13 Kal. Aprilis, pactionem fœderis iniret, in formula conventionis, quam Num. XXIII, in *Mantissa Diplomatum*, ex Madero exhibentur, pro Imperatore, & de ejus voluntate ac mandato sponsonderunt data fide, & jurarunt: *frater ejus*, *Henricus*, *Palatinus Comes Rheni*; *Albertus de Arnstein*, & GERHARDVS, BVRGGRAVIUS DE LIZNIC; ALBERTVS, BVRGGRAVIUS DE ALDENBURG; *Gunzel*, *Dapifer*; *HENRICVS DE COLDIZ*; *Henricus de Wida*, &c. Vnde evidenti argumento intelligimus, hunc Burggraviùm Leisnicensem vasallum & ministerialem Imperatoris & Imperii fuisse. Cum vero A. 1197, in Diplomate *Hedwigis*, viduæ Marchionis *Otonis* Divitis; item & A. 1200, in Diplomate *Theodorici*, Marchionis *Misnensis*. (T. II *Menck. Script. rer. Germ. pag. 449 & 452* atque eodem anno 1200, Num. XXIII, in *Mantissa Diplomatum* inter testes occurrat *Gerhardus*, *Præfectus*, sive *Burggravius de Groizb*; nescimus; annon forte hic *Gerhardus Groizensis* ab Imperatore ad præfecturam Leisnicensem translatus sit; an vero isti *Gerhardi* omnino distincti fuerint? Imo, cum apud Maderum, in *Antiquit. Brunsvic. pag. 127*, in formulâ Conventionis *Otonis IV, Imp. & Theodorici, Marchionis Misnensis*, paulo ante citata; inter filios *Ministerialium Marchionis* commemoretur filius *Alberti Liznick*; alii dispiciant, annon ibi *Alberti de Liznick* exscribi debuisset, isque tantum inter milites, qui tunc Leisnici habitaverunt, sit referendus?

52) Videtur Anonymus Pegaviensis de *fundatione & benefactoribus Ecclesie Pegaviensis*, (in *Mencken. Scriptor. rer. German. Tom. II, pag. 106.*) hujus *Otonis* nomen his verbis indicare: *Insuper Siffridus, Abbas*, (qui ab A. 1185 ad A. 1223 *Abbatiam Pegaviensem* rexit) *comparavit IIII mansos pro, quinquaginta IIII marcis argenti ab OTTONE DE LYZNIK, in Webowe; duos in anniversario ejus ad caritatem fratribus impendendam, & elemosynam pauperibus erogandam; reliquos ad usus fructum.*

POSTERITAS HEINRICI III, *Burggrafi Lisnicensis*, qui in Mysnia propagavit illustres & generosos Comites, *Burggrafos in Lisnig, Dominos Penicii, & Rosburgi*, ad Muldam, & aliquandiu etiam *Sireloviae* ad Albim, atque *Mutzovia*, tandem quoque *Topavia*, & *Nepomisavia* in Bohemia.

SIFRIDVS, *Præfectus* seu *Burggrafus Lisnicensis*, vixit adhuc anno 1217, quo monasterio Buchaviensi donavit montem dictum *Lisnig* (hodie dic *Leisnitz*, ut vult *Zopachius*) prope oppidum Lisnicense situm. Sepultus est sine dubio in Buchavia, etsi expressum ejus rei nondum mihi sit testimonium. Hujus & fratrum tempore, anno 1209, *castrum Lisnig* in patrimonio Imperatoris fuisse, scribit Arnoldus, continuatione historiae Helmoldi Slavicae, lib. VII, cap. 18. 53) Anno 1224 *Siffridus, Præfectus de Lizenick*, una cum *Doninensi, Aldenburgensi, Misnensi, Dewinensi, Cicensi, Kirchbergensi* Præfectis, id est, *Burggrafus*, testis est in literis Cellensis Abbatis. Anno 1233, 8 Calendar. Martii, ejusdem *Siffridi, Burggrafi de Lizenick*, & fratris ejus, *Alberonis*, fit mentio in literis *Henrici*, Episcopi My-

snensis, quod ambo jure feudali ab Episcopo tenuerint villam *Cozzebude*. (quæ inter Mysniam & Dresdam sita, hodieque Collegii canonicorum Mysnensium est) atque ab ipsis rursus *Bertholdus de Sconove*, miles, qui eam tum vendidit *Henrico*, Majori præposito Mysnensi. Itaque resignarunt juri suo tam *Lisnicii*, quam *Sconovius*.

ALBERO I, *Burggrafus de Litznik*, 54) Tenuit feudum *Cozzebude*, idque reliquit, ut jam in *Siffrido* dictum est, anno 1233. Anno 1244 Indict. III, 15. Cal. Martii, fuit testis in literis *Henrici*, cogn. Illustris Marchionis Mysnensis, &c. quibus Vicariam quandam in Ecclesia Mysnensi, in honorem fidelis & devoti ministri *Conradi Machservii*, donavit, ut loquuti sunt. Anno 1252, Indict. X. II. Cal. Jun. 55) Mysnæ, una cum *Meinbero*, *Burggraffo de Mysne*, *Alberto*, *Burggraffo de Dewin*, *Alberto*, *Comite de Rabenswalde*, *Rudolfo de Lupe*, *Milite*, & *Episcopis*, atque aliis quibusdam Prælati, interfuit transactioni inter *Henricum*, *Landgraffum Thuringiæ*, & *Marchionem Mysniæ* &c. & *Conradum*, *Episcopum Misnensem*, de bonis *Wurzinensibus*, quæ *Esconis* *Comitis* fue-

Sifridus,
Præfectus
Leisnicens.

pag. 39.

Albero I,
Præfectus
Leisnicens.

pag. 40.

53) Si ergo, quod *Albinus* ipse fateretur, & quod nos jam supra, nota (45) explicavimus, *Leisnicium* tunc fuit in patrimonio Imperatoris; cur non idem inde agnoscat indicium familiae *Vipertinae* extinctæ? Ceterum, anno 1228, (prout ex *Excerptis Gribnerianis, num. 2.* intelligimus,) *HENRICVS*, *Misnensis & Orientalis Marchio*, fortasse tunc tanquam arbiter, literis datis professus est, quod causa, quæ inter fratres de *Cella S. Mariæ* ex parte una; & *SIFRIDVM, Præfectum de LIZNIK*, & fratrem ejus, *ALBERONEM*, ex altera parte, versabatur, terminata sit; cui, præter alios testes subscribere: *Meinberus, Præfectus Misnensis; Otto & Bodo, fratres de Ylburch; Henricus, Dapifer de Burne, &c.*

54) Ex excerptis veterum quorundam Diplomatum, quæ humanissime mecum communicavit Generosissimus *Joh. Basilus de GLEICHENSTEIN*, animadverti, A. 1198. floruisse *ALBERONEM DE LIZNICK, qui cum consensu Archi-Episcopi Moguntini, Conradi, ex permutacionis jure tradiderit IV agros in Rudersdorff Canobio in Isenberg*: Sed, istum *Alberonem* potius pro patre *Siffridi*, Præfecti *Leisnicensis*, atque hujus *Alberonis*, de quo loquitur *Albinus*, haberem; si in his quidem argumentis solis conjecturae locus esset. Noster vero *ALBERO, Burggravius in LIZNIK*, una cum aliis, testis erat, cum *Henricus*, *Marchio, illustris cognominatus* A. 1235 *Monachis Dobrilucensibus nundinas in Kirchbayn habendas confirmaret.* vid. *Num. xxv. in Mantiff. Diplom.* Excitat præterea *REINHARDVS*, in *Dissert. de origine tituli Comitis Pal. Sax.* Diploma, quo idem *Henricus, Marchio*, confitetur, se *Everhardo*, venerabili Abbati *Cellensi*, ejusque *Conventui, XXI mansos in villa Ganeck*, prope oppidum *Gozzeck*, pro ducentis & quinque marcis argenti vendidisse; tituloque usus est sequente: *HENRICVS, Dei gratia Misnensis & Orientalis Marchio, notum. &c. Testes: Henricus, Præpositus Misnensis; Sifridus, Conradus, Henricus, Monachi Cellenses; Henricus, Conversus Cellensis, Meinberus, præfectus Misnensis, ALBERO PRÆFECTVS DE LIZNICK, Meinberus de Vizzenburg, Burchardus de Dewin, Ulrichus de Maltiz; Wienhardus de Herstene Henricus de Kasinkyreben, Bozwinus de Tarant, Christianus de Lewensteine, Godefridus, filius Wirim; Theodoricus, Catulus de Vriberg, Gerlacus de Hunsberg, Godescalcus Kezzelbut, Conradus domicellus de Vriberg.* Actum *Tarant. III Cal. Jan. clb CXLII. Indictione I.* Hoc adeo primum exemplum in hac historia nobis observare adhuc contigit, cum frater fratri in præfectura *Leisnicensi* successerit; neque tamen adhuc inde certo conficere licet, jam tum hereditariam *Burggraviorum Leisnicensium* successio- nem invaluisse.

55) Hujus transactionis inter *Henricum illustrem, Marchionem, & Alberonem, Præfectum Lei-*
Menckemii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Kkk 2

Leisnicens.

fuerant, & post ejus obitum ad Imperium devoluta ab *Ottone III*, Imperatore, Monasterio, id est, Episcopatu Misnensi, dono data erant. Uxor ejus *N. Burggravia Mysnensis*. Filii ejus *Meinbardus, Albero II, & Albertus*.

Alberonis
I liberi.

Hermannus
de Litz-
nik.

HERMANNVS, *Burggrafus Litsnicensis*, vulgo tantum *Comes Litsnicensis* in literis dicitur. 56) forte, quia ipsi nihil rei fuit cum praefectura illa Caesarea, quam reliqui fratres Laici tenuerunt, Canonicus Mysnensis in Ecclesia illa nobili, quae *INGENVA* dicta est, propterea quod a jurisdictione Metropolitanis exempta, soli sedi Romanae immediate subjecta fuit, etsi eam Archiepiscopi Magdeburgenses aliquoties sub sua jura trahere, & suffraganeam efficere conati sunt. Quae de re alibi dicendum. In literis *Brunonis*, Episcopi Mysnensis testis est *Hermannus de Litznik*, Canon. Mysn. Anno 1227. Idem anno 1233 in literis *Heinrici*, Episcopi Mysnensis, 8 Calend. Martii datis, testis adducitur.

Idem Anno 1244. Indict. III, 14 Cal. Martii in literis *Heinrici* Illustris, de quibus jam in *Alberone* diximus, adhibetur. Idem Anno 1245 nominatur a Rege Bohemiae, *Wenceslao*, Dilectus Capellanus, qui & eidem ad vitae tempus concessit bona quaedam, quae deinde ad *Obedientiam Dominicalem* (beneficium Ecclesiasticum sic vocatur) pertinerent. Ejusdem testimonium advocatur Anno 1250 in literis *Conradi I*, Episcopi Mysnensis.

pag. 41.

ALBERONIS I FILII.

MEINHARDVS, *Burggrafus*, seu *Meinherus Castellanus Litsnicensis*, vel potius, ut credo, *Præfectus Litsnicensis*. MEINHERVS, quod nomen ei sine dubio a materno avo, *Burggravo Mysnensi*, quantum ego conjicio, inditum fuit. 57) De hoc nihil nobis constat, nisi quod ab *Ant. Zopachio*, in *Chronico Buchaviensi*, laudatur.

Litsnicensem, factae, multi scriptores recentiores mentionem fecere; sed in tempore notando sibi non constiterunt. Id quod jam annotavit V. C. Jo. Gottlob Hornius, in Historia diligentissime conscripta de *HENRICO illustri*, pag. 166. Ea transactio, inquit, quod volunt Fabricius, & in *Monum. Litsnic.* Caspar Schneiderus, non potuit demum fieri M CC LII; nec, quae est opinio Dresseri, M CCLIV; siquidem, secundum ipsummet Fabricium, in *Annal. CONRADVM* jam M CCXLVIII, prid. Epiphan. anima reliquit; nisi loco hujus anni, ut convenit, ex *Chron. membran. Vet. Cellensi*, malimus substituere M CC LVIII; quem etiam habet *Catalogus Episcoporum Misnensium*, a V. C. Chr. Schœtgenio, in *Historia Wurcensi*, suppeditatus. Manlius sane, in *Comment. rerum Lusat. controversiam hancce multo citius, primoque statim anno, quo is insula ornatus est, seu M CC XXXIX, motam fuisse asseruit; quod & alicubi Fabricius senserat. Ad haec, in arbitris apud hunc se varii exserunt scrupuli: quandoquidem, praeter Ericum, Archiepiscopum Magdelurgensem, & ALBERONEM I, Burggravium Litsnicensem, ipsi etiam interconciliandi officium dicuntur praestitisse praesules, Ludolphus, Numburgensis, & Henricus, Merseburgensis; cum tamen diocesi Numburgensi circa annum M CC XXXIX non Ludolphus, qui demum Meinherum secutus, M CCLXXXIII extinctus est, verum Engelhardus; Merseburgensi vero, non Henricus, qui M CCLXIX primo lituum accepit; sed vel Eccardus adhuc, vel Rudolphus, praesiderent. &c.*

56) De *Hermanno, Comite Litsnicensi*, nihil nobis adhuc succurrit ex antiquis Diplomatum. At circa ea tempora, nempe A. 1236, commemoratur *Theodoricus de Litznik*; quo conciliante, *Albertus*, Dapifer de Burnis, & quidam *Burggravius de Altenburg*, qui cum *Theodorico de Litznik* sanguine conjunctus fuisse videtur, Ecclesiae Altenburgensi Regularium Canonicarum S. Mariae, talentum nummerum in moneta Altenburgensi delegavit donavitque. At, quomodo hic cum ceteris Litsnicensibus fuerit conjunctus, adhuc ignoramus. Vid. *Num. XXVI. in Mantissa Diplom.*

Theodoricus
de Litznic.

57) Pertinet huc, inter *Excerpta Gribneriana*, *Num. 3.* fragmentum literarum, in quibus rei gestae testes nominantur: *Conradus*, Misnensis Episcopus; *Henricus*, major Praepositus; *Sifridus*, Decanus; *Ulricus*, Praepositus in Budesin; *Christophorus*, Notarius Marchionis; *Godescalus*, Canonicus Misnensis; *Henricus*, Abbas in Buch; MEINHERVS, PRAELECTVS IN LICENICK; *Albertus*, Praefectus in Dewin; *Otto*, Praefectus in Donin; *Bodo & Otto* fratres de Ilburc; *Ulricus de Maltiz*, *Johannes de Blanckenstein*. Data Id. Jan. anno 1254, Indict. XII. Iisdem temporibus floruisse etiam *Meinberum, Burggravium Misnensem*, uti ex pluribus aliis documentis, ita etiam ex fragmento Diplomatis patet, quo *Henricus*, Marchio Misn. A. 1241 tradidit *Everburdo*, Abbati, & Conventui Cenobii Cellensis pacificam possessionem, proprietatem, & dominium X mansorum, prati & tabernae in villa *Ozrowe*; quae fratres de *Zirele* eidem vendiderunt & resignarunt. Testes resignationis sunt; MEINHERVS, Misnensis *Burggravius*, & HERMANNVS, filius ejusdem; *Hermannus de Lodeburg*, *Meinberus de Pizen*.

tur a pietate, & munificentia erga Monasterium, una cum filio *Meinhardo*. Filii ejus fuerunt *Meinhardus* & *Erhardus*. 58)

Meinberti I
filii.

Albero II,
Burggrav.
Leisnicenf.

pag. 42.

ALBERO II, *Burggravius Leisnicenfis*, 59) captus est anno 1276 dolose, cum Principibus Misnæ ab *Erico*, Episcopo Magdeburgio, & iratre ejus, *Ottone*, Marchione Brandenburgensi, ut refert Chronicon Germanicum, quod Mysnense vulgo dicitur, sed Cellense esse putatur. Elapsus vero ex custodia una cum *Friderico*, Marchione Mysnensi, de hostibus vindictam sumisit. &c. Anno 1284, *Albero, Burggravius de Lizenik*, testis est in literis *Theodorici*, Marchionis de Landsberg, datis in Rideburg pro exemptione Ecclesiæ in *Kolmen*, V Id. Novembr. Ex Diplomate Lauterb. Idem Anno 1288 fuit inter executores publicæ pacis adversus præ-

donum, & atrocina exercentium, factionem; qui post obitum Marchionis Mysniæ, & Landgravi Thuringiæ, *Heinrici*, cognomine Illustris, & Munifici, his terris molesti fuerunt; delectus ad id munus in publico scedere; quod in Principum conventu Grimæ tempore brumali istum est a proceribus Thuringiæ, Mysniæ, & Anhalti, una cum Episcopis Mysniæ tribus. Habuit ejus rei socios *Ottonem*, Comitem Arnshugium, *Meinhardum*, Burggravium Mysnensem, *Voitum* seu Advocatum *Plauensem*, *Anargum*, Baronem Waldenburgium, *Heinricum*, Baronem Coldicium, viros nobilissimos & præstantissimos. Anno sequenti, *Albero, Burggravius de Lizenik*, una cum aliis, testis adducitur in literis *Friderici*, cognomine *Tuzonis*, Marchionis Mysniæ Orientalis, & de Landsberg, scriptis pro libertate Ecclesiæ Mysniensis.

Vizzenburg, Thimo de Schellenberg, Hugo de Wolckenburg, Henricus de Wolckenburg; Henricus, Marechalculus, & Conradus Camerarius; fratres de Gnannenstein. Vid. Dn. GRIBNERI Programma inaugurale, Lipsiæ, A. cl. lccc xxvi propositum, sub Num. 20)

58) *Meinhardus*; sive *Meynberus* junior, nobis infra quidem notabitur; at is non hujus *Meynberti*, de quo loquitur Albinus; sed *Alberonis* fuit filius. De *Erhardo* nobis prorsus nihil constat; nisi quod suspicemus, ejus nomen irrepsisse pro *Gerhardo*, qui A. 1319, inter *Alberonis* filios commemoratur. Vid. notam 59). Ceterum, iis fere temporibus in multis Diplomatebus celebratur THIMO de LISNICK; non quidem *Burggravius Leisnicenfis*, sed tamen vir magnæ auctoritatis, incertum, cujus is fuerit filius. De quo paullo plura disseremus in notis ad Diploma A. 1291, Num. XXXVI in *Mantissa Diplomatica*.

Thimo de
Leisnic.

59) Istam invasionem Archiepiscopi Magdeburgensis, quem alii *Conradum* rectius vocant, commemorat auctor *Chronici Terræ Misnensis*, Tom. II *Meuschen. Script. rer. Germ. pag. 326*; item Jo. Rothe, in *Chronico Thuringico*, ad A. 1276, pag. 1746; & auctor de *Landgraviis* apud Pistorium, cap. LXX. Conf. Tenzelius, in *vita Friderici Admorsii*, pag. 914, & 932; quamquam ibi non ipsum nomen *Burggravius Leisnicenfis* diserte referant. Ceterum ea documenta, quæ de hoc *Alberone* nobis obvenerunt, paucis annotabimus. Secundum *Excerpta Gribneriana*, Num. 5, A. 1275, ALBERO, *Burggravius de Lizenik*, contulit Cœnobio *Sanctimonialium* Vallis S. Mariæ prope *Mugelin*; bona in *Waldbach* sita. Quæ Albinus ad A. 1288 de *Alberone* refert; Fabricius, in *Supplemento Chronici Misnensis*, pag. 348, exponit. A. 1290 idem *Albero* interfuit transactioni *Alberti*, Marchionis Thuringiæ, *Friderici* Marchionis Misniæ, fratris filii; quæ, præsentē *Rudolpho*, Imperatore, Erfordiæ iniita est: cujus exemplum afferimus Num. XXXV. in *Mantissa Diplom.* A. 1291, cum *Theodoricus de Lizenik* certos mansus, circa *Altenburg* sitos, Ecclesiæ Cœnobii Buchensis prope *Leisnicium* donaret, inter testes illius donationis commemoratur ALBERO, *Burggravius in Lizenik*. Vid. Num. XXXVI in *Mantissa Diplomat.* A. 1293, in literis *Henrici & Ulrici*, fratrum de *Scellenberg*, mentio fit *nobilis viri, Domini ALBERONIS, Burggravius de Lizenik*. Atque A. 1304, datæ sunt literæ ALBERONIS, *Burggravius de Lizenik*; quibus censum quendam *Sanctimonialibus* in Cœnobio *Surenzeck*, (Sofnzig, prope *Mugelam*) concessit. Vid. *Excerpta Gribneriana*, Num. 7. & 8. A. 1306, idem ALBERO, *Dei gratia Burggravius de Lizenik*, Monasterio *Doburlucensi* omne jus, quod habuit in *Arnaldishain*, & *Lichtenau*, ac in silva *Pavey*, donavit, pro remedio animæ suæ, & Conjugis suæ, *Agnæ*, & liberorum suorum, scilicet *Alberonis*, *Meyneri*, *Alberti*, *Henrici*, *Otonis*, *Hermannii*, *Nicolai*, *Theodorici*; & filiarum *Agnæ* atque *Justæ*. Vid. Num. XXXVIII in *Mantissa Diplom.* Adde Num. XXXIX formulam scilicet aliam donationis, A. 1319 scriptam; in qua liberis *Alberonis* modo commemoratis adhuc additur *Gerhardus*; ut adeo novem ejus filii enumerentur. Vnde evidens ex-

pag. 43 Mysnensis, in quibus promittit, se subsidium publicum ex bonis Ecclesiæ non amplius exacturum. &c.

Anno 1290, in ejusdem *Tutonis* literis, Mersburgi, & aliis deinceps Dresdæ datis A testis est. Eodem anno in literis *Rodolphi*, Imperatoris, Erfordiæ. Id. Martii datis (ubi indictione III annus notatur.) quibus Privilegium *Innocentii* Papæ de pace tam hominum, quam possessionum, Ecclesiæ montis Petri, seu Lauterbergi, subjectarum confirmat, testis est *Albertus, Burggrafus de Lizenik*. Ex Diplômate Lauterbergensi, C ut & anno sequenti, & postea 1294 in ejusdem *Tutonis* literis.

Anno 1283 apud gentiles suos hunc *Alberonem*, & filium ejus, *Erbardum*, præfectos, sive *Castellanos in Litznig*, (hic enim solus cum patre nominatur) in Mysnia fuit *Schalko, Schalkonis* filius, militaris de *Ranizove*, qui secum habuit *Ottonem*, & *Bri-*

zolfum, primogenitum & secundo genitum inter decem filios; de quibus plura in *RANZOVIANA* linea. Uxor *Alberonis* fuit *N. Waldenburgia* (ut ex *Monsterbergio*, si modo is avunculi vocabulum recte usurpavit, & non pro cognato in genere, ut alibi reperitur, posuit.) Comitissa seu Baronissa. Uterque enim titulus a diversis scriptoribus ei familiæ tributus est. De insignibus ejus familiæ alibi. Nati sunt ei *Otto* & *Albertus*.

pag. 44.

ALBERTVS, *Burggravius Lisenicensis*, primo Præpositus Mysnensis Ecclesiæ, inde Episcopus ejusdem, anno 1299 constitutus fuit, dictus III ejus nominis; secutus in eadem dignitate *Bernbardum*, de generosa Dynastiarum *Cameniziorum* familia; qui *Albertus*, etsi præfuit Præfaturæ tempore difficillimo, & bellis civilibus, atque exterorum irruptionibus calamitosissimo: tamen arcem *Stolpinam* recuperasse scribitur; quæ a *Brunone II*, Episcopo Mysnensi, empta fuerat, sed ab Ecclesia postea abalienata erat.

Albertus, Comes Lisenicensis, Episcopus Mysnensis.

Obiit

emplum animadvertimus, quam manca adhuc, & quam parum ordinata sit Genealogia Burggravorum Lisenicensium. Ceterum, in celebri illo prælio, quod A. 1207 Misnenses Thuringique cum Suevis ad Luccam commiserunt, captus fuisse dicitur *Albertus*, Burggravius Lisenicensis; itemque altero post anno vita defunctus. Sic legimus in *Chronico parvo Dresdensi*, Tom. III *Mencken. Scriptor. rerum German. pag. 348. A. 1307, in dem VII freyt Marggraven Friderich um Landgrave Tyczemann by Luckow myt den Swaben; do wurden sechs schok lute erschlagen; und ward gevangen GRAVE ALBRECHT VON LISNIK, und viel guter hand lute vom Lande zu Misfen.* Et mox ad A. 1308: *In der cxyz starb Landgrave Tyczemann. Auch starb Burgrave ALBRECHT VON LISENIK und Burgrave Meyner von Misfen.* Vix dubito, (nisi alius *Albertus* eodem tempore simul floruit) quin in his *Albertus* pro *Alberone* sit scriptus; item, quin ad hunc pertineat anniversarium in *Calendario Pegaviensi*, pag. 148, annotatum: *V. Kal. Novembr. ALBERO senior, & MEINHERVS, junior, Comites, & AGNES, Comitissa, de LIZENIK, duas annuatim marcas in Pristaulic.* *Thammius*, in *Chronico Coldicensi*, pag. 671, (qui alias parum veri sanique de antiquiore Genealogia veterum Burggravorum Lisenicensium affert,) ista de Lisenicio, ejusque Comitibus, commemorat: Anno clccc.vii, in bello *Nassovio* rursus in hostium venit potestatem, & cum eo tempore *Leisnigk* conflagraret, & plurimam partem solo aquaretur; nemo propter *Caesaris* in *Dœbeln* & *Coldiz* presidia, tuto potuit in *Leisnigk* commorari & ruinas adificare. Quamobrem *Burggravis* etiam posthac *Penigii* sedes erat constituenda. Et ne cum suis ibi locorum angustia premerentur, possessiones ita diviserunt: *Eckardus*, utpote *Burggravius*, *Rochsburgi* sibi sedem paravit; filiis autem *Alberto* & *Henrico* servavit *Wolckenbergam* & *Koenigsfeldiam*. Frater *Otto*, ejusque filius, *Albero*, retinuerunt *Penigium*; alter filius factus est *Canonicus Misnensis*. Ita jam hac gens in duas se distinxit stirpes, quarum una *Penigk*; altera *Wolckenbergam* & *Koenigsfeldiam* possedit: *Rochsburgum* autem loco *Leisnigii* perpetua sedes fuit *Burggravorum*. In hac narratione vera quædam cum commentitiis mixta esse opinor; quæ autem, pluribus in posterum documentis in lucem prodituris, ipsa forte dies discernet, & luculentius declarabit.

Obiit 1312. V. Non. Martii. 60.) Hujus, ut arbitror Episcopi, quantum ex insignibus conjectura assequi licuit, ossa effodi in templo cathedrali Mysniæ vidi, cum N. *Carlowicia*, Domini *Georgii*, Comitis Palatini & Canonici Magdeburgensis, Mysnensis, Numburgensis, &c. mater, sepulturæ traderetur; & pedum ipsius Episcopale, calicemque, qui cum eo inhumatus fuerat, manibus meis contrectavi, simulque antiquitatem simplicem admiratus sum.

De MEINHARDI I POSTERITATE primo loco explicabimus; nam ea ante *Alberonis II* posteros desuit.

pag. 54.
Meinherus
II.

MEINHARDUS II, prædicatur a Zopachio ob pietatem & liberalitatem in Monachos Buchavienses; qua in re exemplum patris habuit.

Erhardus,
Burggrav.
Leisnicens.

ERHARDUS, *Burggrafus Leisnicensis*, benefactor cœnobii Buchaviensis, exemplo fratris, patris, avi, proavi; anno 1308 diem suum obiit, auctore Zopachio, & sine dubio Buchaviæ sepultus est. Filii ejus sunt *Albertus* & *Henricus*.

ERHARDI FILII. 61.)

Albertus,
Burggrav.
Leisnicens.

ALBERTUS, Dei gratia senior *Burggrafus de Liznig*. Anno 1330 die 30 Julii vendit Domino *Henrico*, Plebano in Hayn, duo talenta annui census in *Lutimwiz*, qui ipsi ex morte *Hekilmanni*, & *Wernberi*, de *Nuendorf*, vacaverant, ut loquitur Diploma. In-

signe ejus infra dabitur. Habuit filios: *Henricum*, *Albertum*, & alios præterea, quorum nomina non sunt nobis nota. Constat vero de re ipsa ex Diplomate horum fratrum.

HEINRICUS, *Castellanus de Lisnig*, Benefactor Buchæ. Nam scribit Zopachius, eum se persimili, atque majores ejus, mansuetudine favorabilem erga Buchenses fratres exhibuisse, & vitæ spiritum cœlestibus auris afflasse Anno 1345. Filius ejus fuit *Henricus*, hostis Monasterii.

Henricus,
Castellanus
de Lisnig.

pag. 46.

ALBERTI SENIORIS LIBERI.

HEINRICUS, *Burggrafus de Liznig*, Dominus in *Strela*, 62) una cum fratre, *Alberto*, literis idioma Teutonico, quod tum insolens fuit, scriptis, renunciavit juri suo, quod habuerat in molendino medio *Hildebrandensdorfii*, ad rivum *Scremsniz*. Idem cum eodem fratre suo, (titulo tamen *STRELENSI* omisso) vendit *Theodorico*, Medicinæ Magistro, Ecclesiæ Mysnensis Decano, *FridERICI*, Thuringiæ Landgraffii, Mysniæ & Orientalis, & in *Landsperg* Marchionis, Comitis in *Orlemunde*, & Domini terræ *Plisnensis*, & progenitorum ipsius, ministro, aliquot mansos. in villa *Gryn* & *Boyl*, apud strenuum *Frizonem de Gysfelwitz*, qui contractus per principem approbatione confirmatus est, Anno 1361, Feria II. post Bonifacii.

Henricus,
Burggrav.
Leisnic. &
Dominus
Strela.

ALBERTUS, *Burggrafus de Liznig*, Dominus in *Strela*. 63) De hoc eadem, quæ de

Albertus,
Burggrav.
de Liznic,
& Dominus
Strela.

60) Eadem de hoc *Alberto* refert *Fabricius*, *Annal. Urbis Misniæ Libr. II, pag. 121. & 123*; item auctor *Catalogi Episcoporum Misnensium*, in V. C. Schœttgenii *Chronico Wurzenfi*, in *Append. pag. 13*. Obitus etiam *Alberti* annotatur in *Chronico parvo Dresdensi*, pag. 348. In dem 1312 *Jabr starb Bischoff Albrecht von Meissen*. Dum vero nonnulli etiam *Witigonen II*, Præsulem Misnensem, qui A. 1347 obiit, ad *stipem Burggraviarum Leisnicensium* referunt; eos labi facile animadvertes, si apud eundem Dn. Schœttgenium, pag. 154, vel solum hujus *Witigonis* Diploma, A. 1340 datum, respicias; utpote in quo idem *Henricum* ac *Thimonem de Coldiz*, fratres suos appellat. Affinem vero fuisse, non negamus.

61) Sicuti de *Erbaro*, *Burggravio Leisnicensi*, nihil nobis constat; ita neque de his ejus filiis aliquid certi possumus afferre; nisi forte huc referendum putes, quod legimus in *Excerptis Gribnerianis*, Num. 10. Anno 1323. ALBERTVS & HENRICVS, fratres, *Burggravi de Liznik* villam *Hafela* illustri Principi, Domino *FRIDERICO*, juniori, *Marchioni Misnensi*, resignant, ut monasterio *Celle S. Mariae* pleno jure approprietur. Item Num. 13, ALBERTVS *Burggravius in Liznik*, monasterio & conventui *Sanctimonialium in Sornzk* 2 *Maldratas filiginis* appropriat. *Albertum* illum, qui vixit A. 1330, & *Henricum*, qui obiit A. 1345, (quos commemorat *Albinus*) facile possis referre ad subsequentes hujus nominis *Burggravios*, quos *Albinus* patri, *Alberto* seniori, adscribit; qui tamen secundum notam 59) rectius *Alberoni II* assignandi videntur; quamquam nos, sine documentorum testimonio, nihil certi hic definire audeamus.

62) In *Excerptis Gribnerianis*, Num. 17, dicitur *HENRICVS*, *Burggravius in Liznik*, A. 1341 Ecclesiæ in *Sornzk* 15 modios filiginis contulisse. Et, Num. 21, notantur literæ ab *HENRICO*, & *ALBERTO*, fratribus, *Burggraviis de Liznik*, ejusdem monasterii causa, A. 1352 datæ. Iste *Theodoricus*, *Misnensis* Decanus, cujus meminit *Albinus* e nobili *Juliacensi* familia de *Goch*, vel *Goeche* fuisse dicitur *Fabricio*.

63) A. 1338, secundum *Excerpta Gribneriana*, Num. 16, scriptæ sunt literæ, quibus *ALBERTVS* Senior, *Burggravius in Liznik*, *Sanctimonialibus in Sornzk* unam *Marcam* contulit. Et,

pag. 47.

de fratre, observanda. Insigne eorum infra dabimus, quod idem fere est cum patris *Alberti senioris*. Diploma Germanicum hic ascribendum putavi, propter vetustatem:

WIR HEINRICH VND ALBRECHT, A Brüdir, Burggraffin von Lifsnick, Herren zu Strele, bekennen öffentlich an dissem gegenwertigen Briffe, und tun künz allin den, at diesen Briff sen, oder hörin lesin, das wir an der Mittelmö, dy do lyt by Hildebrunadisdorf an dem Wasfir, das da beyst die Schrensenitz, keinerley Rechten haben. Und were das wir kein Recht berten, oder gebabet betzen, des vorzeyge wir uns williclich und miswol bedachtrem Mute, vor uns und ander vnser Bruder und Erben an disim Briffe, der gegelbin ist nach Gottis Gebürte: Tusint Jahr, dreybundirt Jar in dem siebin und funffzigsten, vnter vnser Brüdir Insiegel.

Ex hoc Diplomate apparet, & fratres horum fuisse natu majores, utpote quorum sigillo usi sunt, (nam minorum natu sigillo usos esse, quis credat?) Et heredum etiam mentionem fieri, de quibus nobis nihil constat.

HEINRICI I, QVI AL.

BERTI SENIORIS FRA-

TER FUIT,

FILIVS

HENRICUS, Burggrafus Lifsnicensis. 64)

Sub hoc Anno 1354 parochia Lifsnicensis, quam fundator *Henricus* antea cœnobio dederat, ut dictum est, etiam ratum ad habente Imperatore, denuo Monasterio Buchensi incorporata est, ut loquitur Diploma, cum omnibus fructibus obventionibus, &c. Anno

pag. 48.
Henricus,
Burggraf.
Lifsnicens.
hustiz Ca-
nobii Bu-
chenfis.

Et, Num. 18, idem ALBERTVS Senior, Burggravius de Lifsnik, A. 1342 duas *Marcas*, conventui Sanctimonialium in *Rysow* donavit. Num. 21. A. 1352, citantur literæ HENRICI & ALBERTI, fratris, Burggravorum Lifsnicensium, ex eadem causa Cœnobii Sornizensis scriptæ. An omnia ista documenta hunc *Albertum*, de quo agit Albinus, respiciant; determinare non possumus.

64) Secundum antiqua documenta, hunc *Henricum* ab illo, de quo sub nota 62) ductu Albinus egimus, non satis accurate discernere possumus. Ipse Albinus sub finem vitæ hujus *Henrici* hæsitat. Quid? quod animadvertimus, ea, quæ de *Henrici* hostilitate adversus Cœnobium Buchense narrat Albinus, planè ad alium *Henricum* pertinere. Ex bonitate enim sæpius laudati Domini de *Gleichenstein* nobis obvenit Diploma *Theodorici de Lifsnik*, anno 1291 datum, & Num. XXXVI *Mantissa Diplomatum* insertura, ejus jam supra mentionem injecimus. Ex hoc intelligimus, potius Burggravios Altenburgenses, quam Lifsnicenses, (quos tamen sanguine, vel affinitate, conjunctos fuisse credimus) nempe ALBERTVM, & ejus filium, HENRICVM, in *Altenburg*, Ecclesiæ Buchensi damnum ad ducentas *Marcas* computatum in villis ejusdem Ecclesiæ, *Streckenwalde*, *Vrsberg*, *Wildenow*, *Kichenaw*, *Lichtenbayn*, intulisse; inque hujus damni compensationem deinde A. 1291, *Theodicum*, idem Burggravius *Altenburgensem*, fratrem modo dicti *Alberti*, Burggravius *Altenburgensis*, eidem Ecclesiæ Buchensi septem mansos in *Selwize* & in *Lydelow*, largitum esse. Quæ cum ita sint, facile animadvertimus, quam fallax sit illud *Zopachii*, vel alius ei æqualis scriptoris fragmentum, quod passim nimis laudat Albinus noster, atque huic Genealogiæ Comitum Lifsnicensium, pag. 91 sequi veteris editionis, inservit. Auctor enim illius Fragmenti *Henricum*, hostem Cœnobii Buchensis, & cum eo Albinus noster, referunt ad A. 1362 & 1365; cum ex hoc Diplomate *Theodorici de Lifsnik*, A. 1291 dato, intelligamus, eum potius ad tempora annum 1291 antecedentia, & quidem inter Burggravios *Altenburgenses*, referendum; atque adeo hinc totam illam Genealogiam aliter ordinandam esse: cum *Henricus* iste, hostis cœnobii Buchensis, Burggravius *Altenburgensis*, non *Henrici*, Burggravius *Lifsnicensis*, sed *Alberti*, Burggravius *Altenburgensis*, filius, ac *Theodorici*, idem Burggravius *Altenburgensis* A. 1291 florantis, nepos ex fratre, fuerit: nisi aliunde probeatur, duos *Henricos* diversis temporibus Cœnobio Buchensi infestos fuisse. Plura nomina Burggravorum *Altenburgensium* infra ad hoc ipsum Diploma, Num. XXXVI in *Mantissa* recensebimus. Ceterum, Dn. *Mullerus*, Archivarius *Vinaciensis*, me monuit, extare in Archivo *Wittembergensi* documentum, ex quo constet, *Fridericum*, *Balsasarem* & *Wilhelmum*, Marchiones *Misnie*, &c. A. 1365 ab HENRICO, Burggravo *Lifsnicensi*, partem juris & domini ejus in præfectura & urbe *Lifsnicensi* emisse. Unde conjiciendum foret, non tam belli, quam emtionis jure, *Lifsnicium* ab illo tempore in potestatem Marchionum *Misnie* pervenisse. Certe, cum Anno 1382 provinciæ & oppida inter Marchiones istos *Misnie* dividerentur; ex illo ipso Diplomate divisionis discimus, tunc sigillatim *Leifsticum* *WILHELMO* Marchioni attributum fuisse. Confer Diploma de A. 1389, (in *Mulleri Staats-Cabinet*, Tom. IV) quo castrum & oppidum *Lifsnicense* uxori *Wilhelmi* Marchionis concessum est. Sic, cum *Fridericus*, *Wilhelmus*, & *Fridericus* junior, Landgravius *Thuringiæ* & Marchiones *Misnie*, provincias a Marchione *Wilhelmo* seniore relictas, A. 1420 inter se dividerent; Burggravius *Lifsnicensis*, tam qui *Rochsbergii* & *Penigii*, quam qui *Mueschenæ*, habitabant, *Fridericus* & *Wilhelmus* fratribus Marchionibus, attri-

Anno 1361 cœnobii Buchaviensis a majoribus suis extracti, & liberaliter conservati hostis factus est; idque sub Abbate *Nicolao Hobero*, Rochlicenli, vexavit per annos quatuor & ultra, donec Anno 1365, die S. Eustachii, omnino succendit, & exussit, sed eo ipso a Principibus Mynsniæ, tribus fratribus, bello petitus, Lisnicio oppido pro certa pecuniæ summa vendito cedere coactus est. Meierus dicit, factum esse in dissidio intestino fratrum, quo alter alteri ægre facturus cœnobium tandem combusserit; sed Zopachius ne minimam quidem ejus rei mentionem facit. Historia petenda est ex Zopachio. Apud hunc gentilem suum anno 1362 fuerunt *Kogenberus*, & *Otto*, militares, de *Ranizove*, *Otonis de Ranizove* & *Jutta*, quæ ex Ducali stirmate fuit, ut Appendix, seu fragmentum Historicum jam citatum, testatur, filii. Quæ de re suo loco plura. Forte huic frater *Albertus* fuit, ut de eo intelligendum sit illud, quod de *Alberti* Senioris filiis relatum est, sub Anno 1361, de venditis bonis in villis *Gryn* & *Boyla*.

pag. 49.

ALBERONIS II, QVI

MEINHARDI I, frater fuit, posteritas 65)

OTTO, Comes Leisnicius, vixit Anno 1312. Hunc Seniores vocatum conjicio ex cognomine filii. 66)

Otto, Senior, Comes Leisnicensis.

Filios habuit *Alberonem III*, *Otonem* & *Georgium*.

ALBERTVS, Burggrafius Lisnicensis, Canonicus Mynensis Ecclesiæ. Anno 1319. *Albertus de Lisnik*, præpositus Wircinensis testis est inter Canonicos Mynenses; in literis *Witegonis II*, Episcopi Mynensis. 67) Anno 1325. *Albertus de Lisnik*, Canonicus & Cantor Ecclesiæ Mynensis, testis subscriptus est in ejusdem Episcopi Diplomate Anno 1329. Dn. *Albertus de Lisnik*, Burggrafius, Præpositus subscripsit literis *Friderici*, Landgraffii Thuringiæ, Mynensis, & Orientalis Marchionis, Domini terræ Pleiffensis, qui Gravis cognomentum habuit. Et eodem Anno in litteris *Witegonis II*, Episcopi Mynen-

Albertus, Canonicus & Præpositus Mynensis ac Wircinensis.

attributi sunt; ac castrum & opidum Leisnicense, una cum aliis, *Anne*, viduæ *Wilhelmi* Senioris, erat assignatum. Diploma divisionis illius exhibet Dn. *Lunigius*, Vol. VIII des Reichs-Archiv, p. 200; ubi hæc legimus: -- also, dass uns Friedrichen und Wilhelmen, Gebrüder, gefallen und worden sind diese nachgeschriebene Schloß, Städte, Land, Leuthe und Herrschafften: Torgau, Delitzsch, Zorbeck, Grevenheinen, Dewin, Mühlberg, Weidenhahn, Grunen-Neuhoff, Colditz, Born, Geiten, Rochliz, Mitweide, Kemnitz und Schellenberg, nehmlich mit diesen nachgeschriebenen Mannschafften und Klöstern: der von Leisneck mit Rockberg und Benigk; der von Leisneck zu Mutschien; die von Waldenberg mit allen ihren Schloßern, &c. Et paullo post: -- als auch die hochgebohrne Fürstin, Frau Anna, etwan Ebelich Gemahl unsern lieben Vetter, Herrn Wilhelm, des ältern seel. obgenandt, zu Leibgeding hat die Schloß und Städte, Leisneck, Eulenburg, Döbeln und Oschaz, mit ihren zugehörungen. De aliis vicissitudinibus Leisnicii nihil attinet nunc differere. Qui vero Burggravi Leisnicensis ab illo tempore superfuere, retento quidem dignitatis stirpisque suæ nomine, domicilia tamen potissimum a Marchionum beneficio, seu feudo, dependentia alibi habuere.

65) Jam supra, sub nota 59) probavimus, *Alberoni II* novem fuisse filios, nempe: *Alberonem III*, *Meynerum*, *Albertum*, *Henricum*, *Otonem*, *Hermannum*, *Nicolaum*, *Theodicum*, & *Gerhardum*; ac duas filias, *Agnetem* atque *Juttam*. Cum ergo ex his non nisi duos filios, *Otonem*; & *Albertum*, annotarit *Albinus*; judicent alii, annon idem ceteros fratres sejunxerit, ac quosdam aliis parentibus assignarit?

66) *Otonis* hujus sit etiam mentio in literis *Alberti*, *Alberonis*, & *Henrici*, anno 1319 datis; in quibus hi tres profitentur, fratrem suum, *Otonem* jam divisa ab ipsis bona possidere. Vid. Num. XXXIX, in *Mantissa Diplom.*

67) Illo ipso Num. XXXIX, in *Mantiff. Diplom.* a nobis exhibentur literæ Leisnicii eodem anno 1319 datæ; quibus monasterio Dobrslugensi certa jura in villis *Arnaldshain* & *Lichtenau* ac in silva *Pavey* conferuntur; quarum literarum hoc est initium: Nos ALBERTVS, Dei gratia Præpositus Wircinensis, nec non Canonicus Ecclesiæ Mynensis; ALBERO & HENRICVS, fratres, Dei gratia Burggravi in Lisnik, &c. Sic & Num. XXX præferimus codicillum, quo *Witbego*, Episcopus Misenensis, anno 1330, feria quarta post *Invocavit*, certas villas concessit Ecclesiæ parochiali in *Bavusf*; cui tanquam testis subscripsit ALBERTVS de *Lysfenigk*; Dei gratia Præpositus majoris Ecclesiæ. Vnde patet, eum tunc & Præpositum Ecclesiæ Misenensis fuisse. Imo & adhuc anno 1332, (secundum *Excerpta Gribneriana*, Num. 14.) *Gebhardus de Querenport* & Dominus in *Molberg*, ad petitionem avunculorum suorum, Nobilis Domini ALBERTI, Burggravi in *Lyznik*, & fratris ipsius Venerabilis PRÆPOSITI Misenensis Ecclesiæ, Cœnobio Sanctimonialium in *Sornitz* unam Marcam annui census largitus est. Vnde simul affinitas

Mysnensis. Anno vero sequenti subscriptione nominis sui, qua Præpositus perhibetur, confirmavit literas Stuchovienſis Monasterii, quod Dobelinum ad Muldam translatum est. Additur dies literis annunciationis Mariæ facer. Et eodem anno atque die iterum refertur in literis *Witegonis*, Anno denique 1339 idem *Witigo Albertum*, Præpositum ejusdem Ecclesiæ, dictum de *Lisnik* appellat avunculum suum dilectum in litteris datis Mogelini, 8 Cal. Novembr. Fuit autem *Witigo* gente *Coldicius*, ut ante dictum.

OTTONIS POSTERITAS,

quæ Penicii fere habitavit.

ALBERO III, *Burggrafus Lisnicensis* 68) Anno 1334 tenuit. PENICIVM, ibique aulae sedem habuit. Uxor ejus fuit BEATA ex Illustri Principium ANHALTINORVM stirpe, ut annotavit Sebastianus Meierus, & testatur pictura quædam Penicii in templo, de qua postea plura dicentur. Hunc credo esse cum, qui inter Benefactores Buchovienſes recensetur a Zopachio; mortuus esse scribitur Anno 1349. Semper autem in ea fui opinione, *Penicium* antea fuisse *Burggraforum de Altenburg*, eo, quod oppidum illud pro insigni gestet rosam; quam in Aldenburghensium Comitum armis fuisse scimus. Fere enim oppida olim insignia acceperunt Dominorum suorum clypeos referentia. In hac sententia deinde confirmatus sum lectione Monsterbergii, qui testatur *Albertum & Theodoricum*, Burggrafios de *Aldenburgh*, Alberto Abbati Chemnicensi e castro suo

Rochsperg, & forensi civitate *Penig*, in compensationem damnorum illatorum dedisse sex marcas argenti annuas cum promissione amplioris liberalitatis, Anno 1301.

OTTO II, *Burggrafus de Lisnik*. Hic testis adducitur in literis *Eckenpoti*, *Burggrafi de Starckenberg*, quibus bona quædam in *Guederiz* donavit monialibus in *Cronswiz*, datis Aldenburghi, Anno 1327. Feria III post Dominicam Judica. In illis litteris tribuitur ei cognomentum *junioris*. 69) Deinde Anno 1349. Feria V post festum Nicolai: OTTO, *Dei Gratia Burggrafus in Lisnik*, & *Dominus in Rochsperg*, agros, quos præpositus in monte ad Aldeburgum a strenuo famulo *Galfrido de Popziz* emerat, eidem monasterio appropriavit, ut tum locuti sunt. Idem *Otto*, *Burggrafus Lisnicensis*, Dominus Penicii, seu Penigæ, Anno 1352 testis est in literis vernacula lingua conscriptis ab Illustrissimis Mysniæ & Thuringiæ Principibus, *Friderico*, & *Baltasaro*. Anno 1358 Penicii habitavit, & uxorem habuit ELISABETHAM, ex *Burggrafis ALDENBURGENSIBVS*. Meierus ex literis Penicensibus. 70) OTTO, *Burggrafus de Lisnik*, anno eodem ex mandato *Friderici & Baltasari*, Principum, transiit inter Scholasticum Ecclesiæ Mysnensis, & *Gerbardum Lubschwiz*, disceptantes de quibusdam bonis in *Ringethala*, eaque transactio Dresdæ a Principibus confirmata. *Otto* quidam, *Comes Leisnicensis*, vixit Anno 1360, qui refertur a Pirnenſi Monacho in Onomastico Historico in

Otto II,
Burggrav.
Leisnicens.

pag. 52.

Albero III,
Burggrav.
Leisnicens.

pag. 51.
An Penicium olim fuerit Burggraviorum Altenburghensium?

horum Burggraviorum Leisnicensium cum Dominis *Quersfordensibus* intelligitur; haud secus, ac *Witigo*, gente *Coldicius*, Episcopus Misnensis, eundem *Albertum*, Comitem de *Lisnic*, & Præpositum Misnensem, etiam suum appellavit avunculum; unde conjicias, ex istis duabus *Alberti* sororibus, quæ *Agnes* & *Jutta* dicebantur, alteram *Gebhardi de Quersford*, alteram *Witigonis Coldicii*, matrem fuisse. Cum vero in citato fragmento frater Præpositi etiam dicatur *Albertus*; suspicor, scribi debuisse *Alberonem*; inter novem enim illos fratres solus Præpositus *Wurzenſis & Misnensis*, appellatus est *Albertus*.

68) Ex iis, quæ paullo ante, nota 59) 65) & 67) attulimus, patet, *Alberonem III* non *Otonis*, sed *Alberonis II*, filium fuisse. De *Beata Anhaltina*, ejus uxore, nihil nobis aliunde constat. Sebastianus Mayerus hunc Burggravium etiam vocat *Albertum*; sed vereor, ne duos istius generis Burggravios inter se permisceat.

69) Nescio igitur, utrum an hunc, an ad seniore *Otonem*, spectent, quæ Dom. Struvius, in notis ad Sebast. Mayerum tradit, *Otonem*, *Burggravium Lisnicensem*, Sacerdoti Rochsburgensi certa jura *Muhlhusii*, quæ villa hodie *Lunzenavia* vocatur, contulisse literis A. 1327 datis. &c. Alia documenta ab A. 1328, 1331, 1349 & 1357, quæ huic pertinent, annotantur in *Excerptis Gribnerianis*, Num. 11, 12, 19, & 22. Quibus addas Diplomata A. 1333 & 1334, quæ Num. XLI & XLII in *Mantiff. Diplom.* exhibemus. Atque ibidem, Num. XLV, in literis anno 1357 datis dicitur ODO, *Dei gratia Burcgravius in Lisnik*, & *Dominus in Rochsberg*; literas vero dederat in castro *Penigk*.

70) Uxor *Otonis*, *Burggravi de Lissenig*, vocatur *Elisabetha*, in literis ipsius *Otonis*, A. 1357 scriptis, Num. XLV *Mantiff. Diplom.* item in literis *Johannis*, Episcopi Martisburgensis, quas in *Mantiffa Diplom.* Num. XLIX, afferimus. Atque sine dubio ibidem ejus parentes simul indicantur, scilicet *Albertus de Altenburg*, & hujus uxor, *Swinken*, (forte ex *Kutheliorum de Geita* Gente prognata.) Sic etiam in *Excerptis Gribnerianis*, Num. 15, hujus *Otonis* socer appellatur *Dominus ALBERTVS, Burggravius in Altinburg*. Quibus adde Num. 23, & 25, in iisdem *Excerptis*.

in dictione *Leisnig*. Idem *Otto*, Burggravius in *Lisnik* & *Dominus* in *Rochsperg* Anno 1361, feria III post *Judica* confirmat bona quædam vendita *Hermanno*, præposito Canonicorum Regularium in monte *Aldenburgi*, sita in *Gorbuz*, quæ tenuerant strenui famuli, *Henricus* & *Johannes*, fratres dicti de *Buckou*, quæ a Burggrafio in feudum tenuerant. Hæc appropriavit cum consensu filii *Alberti*. Actum in *Penigk*. Insigne ejus infra depingetur. Idem eodem anno, die Veneris ante festum *Palmarum*, testis adducitur in litteris generi, *Henrici* Advocati de *Plauen*. Filium habuit *Albertum* successorem in *Penig*, & *Rosburg*, & filiam N. *Henrico*, Advocato de *Plauen*, nuptam, cujus mentio est in litteris, quas modo allegavimus.

pag. 53.

Georgius,
Burggrav.
Leisnicens.

GEORGIUS, Burggravius *Leisnicensis*. Anno 1365. *Ernestus* Elector, & frater ejus *Albertus*, de controversia inter *Casparem*, Abbatem *Chemnicensem*, & inter *Georgium*, Comitem de *Leisnig*, *Otonis* filium orta, dixerunt sententiam pro Abbate *Monsterberg*. A Burggrafis *Leisnicensibus*, qui non nominantur, emit *Gebhardus* de *Schrapelau*, Episcopus *Merseburgensis*, *Ostraviam* & *Carlsdorffum*, eaque Episcopatu inferuit. Is autem Anno 1338 (71) mortuus est, cum per annos 24 præsedisset. Ad quos igitur referendum hoc sit Burggrafios, nisi ad hos, non video: nisi forte melius ad *Erhardi* fili-

os, vel nepotes, pertineat. Nam & alia illi bona vendiderunt.

OTTONIS JUNIORIS

POSTERITAS.

ALBERTVS, *Burggrafius Leisnicensis*, *Albertus*, *Dominus Penicii* (72) Anno 1351. *Albertus*, Burggrafius *Leisnicensis*, junior, testis est in litteris *Friderici* Landgrafi *Turingia*, *Marchionis Mysniæ* & *Orientalis*, *Comitis Orlemundani*, & *Domini terræ Pleissentis*, de metallo *Ulrichsperg*, cujus causa Princeps transiit cum *Volrado*, & *Buffone de Koldiz*. Actum *Weissenvelsi* die *Vincentii*. Anno 1359 in litteris *Meniberi*, & *Bertoldi*, fratrum *Burggrafiorum Mysnensium*, advocatur testimonium nobilis Domini *Alberti de Lisnik junioris*, *Domini in Penigk*, cognati sui (*Oheim*). Dictum autem juniorem existimo respectu *Alberti*, qui *Erhardi* filius fuit, & seniore se scripsit. Nam tum adhuc vixisse, credibile est; etsi ejus filii biennio ante gubernarunt *Strelam*. Anno 1364 die *Lunæ* ante festum *Stephani*, *Albertus*, *Burggrafius de Lisnig*, & *Dominus de Rochsperg*, litteras *Penicii* conscripsit de debitis quibusdam persolvendis monasterio *Aldenburgensi* in monte. Anno 1365, idem *Albertus* celebris fuit *Penicii*; cujus Uxor fuit *SOPHIA* de *WALDENBURG Baronissa* (73) Fuit tum sæpe *Rosburgi* seu *Rochspergi*, quæ arx est ad

pag. 54.

pag. 54.
Sophia de
Waldenburg, uxor
Alberti,
Burggrav.
Leisnicens.

71) Imo vero, secundum *Chronicon Merseburgense*, quod T. IV Reliqu. MSS. evulgavit Dn. *Ludewigius*, *Gevehardus* de *Schrapelau* Ecclesiæ *Merseburgensi* ab A. 1323, usque ad A. 1348 præfuit; de quo ibi pag. 405, hæc legimus: Ipse etiam suis temporibus acquisivit Ecclesia proprietatem & dominium castrorum *Osteraw* & *Karlsdorff*. Emit etiam ab illis de *LISENIK* omnia bona feudalia, quæ tenuerunt ab Ecclesia, sita & in dominio & in jurisdictione ecclesiæ, quæ se bene extenderunt ad redditus trecentarum Marcarum. *ὅς ἐν τῷ ποσῶ* e *Cl. Schœrtgenii* *Chronico Wurzensi*, in *Append. pag. 41*, notamus, quæ bona Burggravii *Leisnicenses* ab Episcopo *Misnenti* beneficiaria lege tenuerint? *Comites de Leisnig* tenent in feudum ab ecclesia *Misnensi* silvam dictam *Beyerholtz*, prope *Mogelin*; quam dicti de *Honsberg*, & alii, ulterius ab eisdem habent titulo feudali. Item, dicti *Comites* habent ab ecclesia in feudum villam *Meitebach*, villam *Nickaufen*; item certa bona in villa *Nebischn*, quæ ab eisdem tenet in feudum *Heinrich Camiz*, in *Schloßwitz* residens.

72) *Albertum* *Otonis* filium fuisse, docet *Paullus Mart. Sagittarius*, in *Programmate I de Familiis Nobilium in præfectura Altenburgensi emortuis*: *Henricus*, inquit, & *Johannes*, fratres, de *Bockau* bona quædam *Kurbizii* situ, *Hermanno*, Præposito *Canobii B. Virginis* in *Monte*, consentiente Feudi Domino, *OTONE II*, Burggrafio *Leisnicensi*, & huius filio, *ALBERTO* vendiderunt; ut litteræ *Penicii* feria tertia post *Judica* A. 1361 data pluribus docent. Sic & in *Excerptis Gribnerianis*, Num. 25, Parentes hujus *Alberti* luculenter indicantur: A. 1368, hat *Heinrich*, *Abt*, und die *Sammeling der Gemeine des Closters zu Kempnitz*, *Burggraf ALBRECHTEN* von *LYSNIG*, und dessen *Erben*, in einem *Brief* angelobet, alle *Seelen* *Geräthe*, die seine *Eltern*, seu *Vater* und *seine Mütter*, *Burggraf OTTO* von *LYSNIG*, und *Frau ELISABETH*, dessen *eheliche Wirthin*, mit ihnen gemacht, stete und gantz zu halten. In litteris *Friderici Balsubarii*, & *Wilhelmi*, Landgraviorum *Thuringiæ* & *Marchionum Misniæ*, A. 1368 *Warteburgi* datis, testis excitatur *Burggraf ALBRECHT* zu *LISSNIG*; ubi, P. IV *Gothe Diplomaticæ*, pag. 206, pro *Lisnig* vitiose expressum est *Laufsmitz*.

73) Sic & *Sebastianus Meyerus* huic *Alberto*, quem tertium hujus nominis appellat, Conjugem assignat *Sophiam* de *Waldenburg*; cujus pater fuit *Johannes*, *Dominus de Waldenburg*; prout *Meuckeii* Scriptor. *Rer. Germ. Tom. III.*

Muldam infra *Penigam*, ut testantur Diplomata. Unde intelligimus, sicut & ex præcedentibus apparet, *Rosburgum* illo tempore etiam in potestate Leisnicioꝝ Comitum fuisse, & ad *Penigam* pertinuisse ut hodie; etsi arx ea deinceps aliquandiu nobilis familiæ ab ENDE fuit. Nam *Georgius*, Comes Leisnicensis, *Hugonis*, qui familiam A clausit, pater, propter sumtus bellicos eam *Alberto*, Saxonie Duci, oppignoravit; qua occasione forsan ad ENDIOS translata est. Unum habuit filium, cujus quidem memoria ad nos pervenit, qui patris nomen habuit. 74) Etsi enim Meierus dubitare videatur: tamen homonymia me confirmat, ut sic statuam. Obiit *Albertus*, Anno 1378, 75) sepultus in Monasterio Buchaviensi ante aram versus Aquilonem cum inscriptione hac in lapide sepulchrali:

ALBRECHT præfectus jacet hac petra bene tectus;
Jungatur Christo, mundo transmissus ab isto,

Fuit enim singularis fautor, benefactor, ac protector Monachorum ibidem. Additum autem fuit monumento ejus vexillum, in quo arma Leisnensium integra ex tribus clypeis conjuncta, depicta fuerunt, quorum descriptionem ex Zopachio infra dabimus.

ALBERTI FILIVS.

ALBERTVS, *Burggravius Leisnicensis, Dominus Penicii*, cognomento *Wirt*, id est, *Hospes*, quod forte ab hospitalitate & liberali munificentia habuit, vel etiam a diligentia in Oeconomia. 76) Utrumque enim hoc

Albertus, Burggrav. Leisnicensis Dominus Penicii, Hospes cognominatus.

ex iis conicere licet, quæ paullo post, sub nota 74) afferemus. At, in *Excerptis Gribnerianis*, Num. 27, hæc legimus: A. 1373 hat Herr ALBRECHT, der älteste, BVRGGRAF von LYSE-NIG, und Herr zu Motzschin, mit seiner Hausfrauen, MARGARETHEN, und seines Sohns ALBRECHTS Einwilligung, denen Closter-Eruen zu Ryssav, was Caspar von CTZABILTITZ von ihm zu Lehn gehabt, übergeben. Sic *Alberto* alibi tribuitur conjux *Sophia de Waldenburg*; alibi, *Margaretha*; nisi hic *Albertus* Muzschenis a Peniciensis forte distinctus fuerit, aut etiam idem votis secundis alteram duxerit uxorem, illam scilicet *Sophiam*, quæ superstes fuit marito. In *Excerptis* enim *Gribnerianis*, Num. 28, legimus, SOPHIAM, Burggraviam Leisnensem, *Francisco*, Abbati Cellensi, A. 1394 vendidisse prædium *Holaufft*, prout id quondam possederat ipsius maritus, ALBERTVS, *Burggravius de Lisnigk*. At conjicio, *Albertum* illum, cui nupta fuit *Sophia Waldenburgica*, omnino ab hoc *Alberto* Peniciensis, A. 1378 mortuo, fuisse distinctum. Anno 1383 duo Cives Chemnicenses ad ditandum altare Ecclesie Chemnicensis D. Jacobi emerunt a JOHANNNE de WALDENBURG pagum *Meinersdorff*; cujus emtionis tabulis testes adscripti fuere: Der Ehrwürdige in Gott Vater und Herr, Herr Heinrich, Apt und Archidiaconus zu Kemnitz, der Edle Herr ALBRECHT von LEISSNIGK, Herr zu Zschopau, der würdige Herr Nicolaus, Pfarrherr zu Kemnitz, und die vorsichtigen Peter Arnold und Matthias Schuster, Bürger der Stadt Kemnitz, nach Christi Geburt 1383, am 8 Tage des Monats May, im Pabsthum des Allerheiligsten in Gott Vaters und Herrn, unsers Herrn Urbani des Namens des VI, im VI Jahr seines Pabsthums. Vid. Jo. Christiani Leonhardi Disputationem de rebus memorabilibus Chemnicis anno 1709 Lipsiæ editam.

74) Sed istis temporibus adhuc etiam floruit quidam HENRICVS, *Burggravius Leisnicensis*. In *Excerptis Gribnerianis*, Num. 26, commemorantur literæ, quibus Anno 1371, HENRICVS *Burggravius de Lyznyk, Wythigoni*, Abbati Monasterii S Mariæ, villam, dictam *Myra*, donavit. Atque ibidem, Num. 23, hæc annotantur: Anno 1363. Heinrich von Weissenbach, Probst, und Eberlein, Prior, des Closters zu Altenburg, versprechen Burggrafen Albrecht von Lisnig, und dessen Erben, wie auch Meinburden und Beribolden, Gebrüdern, Burggrafen zu Meissen, Heinrichen und Albrechten, Burggrafen zu Leisnig, Hansen, Herrn zu Waldenburg, (cujus filiam *Sophiam* in matrimonio habebat *Albertus*, senior Burggravius Leisnicensis) und Heinrichen, den ältern, Russen von Plauen, seinem Schwager, (qui domum duxerat filiam illius *Alberti* senioris) das sie das Seelen-Geräthe vor Burggraf Otten von Leisnig, und Elisabethen, dessen Haus-Frau, (qui fuerant parentes ejusdem *Alberti* senioris) verordnet in allen Punkten gantz halten sollen und wollen. Iste vero *Henricus*, Burggravius Leisnicensis, non fuit filius *Alberti* senioris, adeoque nec frater *Alberti* junioris, sed forte patrue-
lis; dubito, an ille, de quo Not. 64) mentio facta? Dn. enim Struvius, in *Annotationibus* ad Sebast. Meyerum, testatur, A. 1369, die Veneris ante festum Candelarum, *Albertum*, Burggravium Leisnensem, collegio Sutorum Peniciensium, in præsentia agnati sui (seines Vettern) certa jura & privilegia concessisse.

Henricus, Burggravius de Lisnic.

75) Errat igitur Meyerus, qui hunc *Albertum* A. 1411 diem supremum obiisse affirmat; cum tempus illud mortis potius ad filium ejus cognominem pertinere videatur.

76) Certum est, hujus *Alberti* patrem etiam nomen *Alberti* gessisse; at nondum liquet, an is fuerit, qui

pag. 56.
Uxor, Fri-
deruna
Comit. de
Stolberg.

vocabulo significatur; & tribuuntur huic *Alberto*, divitiarum satis magnarum. Uxorem habuit FRIDERUNAM Comitissam de STOLBERG. Extruxit sacellum ad templum parochiale Penicium; ubi sepultura Leisnicensium deinceps fuit. Occasio forte præbita est a quibusdam, qui cœnobium Buchaviense criminati sunt apud Comites; propterea, quod ante 30 annos causa fuerit, ut familia Leisnicium oppidum amitteret. Factum hoc anno 1380, teste Meiero; etsi Monsterbergius hoc in annum 1395 referat, eique conjugem attribuat *Sophiam*. 77) Soribit enim: Anno 1395 ALBERTVS, Burggrafus de Leisnig; & SOPHIA, uxor ejus, fundarunt sacellum in Penig, & id proprium tradiderunt ejus loci præposito. Forte autem Monsterbergius *Sophiam*, matrem *Alberti*, quæ foundationem adjuverit, pro conjugate accepit. Vel *Sophia* una cum suo marito foundationem incepit, quam filius deinde perfecit. Nam quod *Stolbergiam* hic *Albertus Hospes* habuerit, pictura Penicensis templi in organo Musico, cujus jam ante facta mentio, testatur, quam & secutus est Meierus. Anno 1386 Nobilis Dn. *Albertus Burggrafus de Leisnig, Dominus in Penig*, testis est in literis *Wilhelmi*, Marchionis Mysniæ, qui *Cocles*

a vitio corporis dictus est, quæ datæ sunt die Laurentii. Et in ejusdem alio Diplomate scripto sequenti anno, Dominica festum diem Divi Viti insequente. Et in alio quoque scriptum est: Anno 1401. Porro Anno 1394 *Albertus, Burggrafus Leisnicensis, Dominus in Penig, & Fridericus Baro Schonburgius, Dominus in Glaucha*, inter se dissidentes, ab Arbitro inter Ecclesiasticos præcipuo *Johanne III*, qui *Isenbergius* genere fuit, Præsule Mysnenli, reconciliati sunt. 78) Anno 1406 Dominus *Albertus, Burggrafus de Leisnig, Dominus in Penig*, subscriptus est testis in *Wilhelmi* Marchionis Mysniæ, & Landgraffi Thuringiæ Palatini Saxon. literis. Anno 1408; idem in Trium Marchionum, *Friderici Senioris, Wilhelmi & Friderici*, qui *Balthasari* filius fuit, Diplomate testis ascriptus est. Obiit *Albertus quidam Leisnicensis, Dominus in Penig*, anno 1411, quod de hoc intelligo.

pag. 57.

ALBERTI HOSPITIS FILII.

ALBERTVS, Burggrafus Leisnicensis, Dominus Penigæ, 79) cognomento Senior, quem inter eos, qui Penicensem titulum habent

Albertus,
Burggrav.
Leisnicensis
& Dom. Pe-
nicii, qui
concilio
Constanti-
ensi inter-
fuit.

qui erat *Otonis* filius; an alius *Albertus*, qui ex hac Gente illo tempore floruit? Paulo ante sub nota 73) ex documento A. 1373 excitavimus *Albertum*, Burggravium de *Lysenig*, & Dominum in *Motzschin*; cujus uxor fuit *Margaretha*; filius vero, idem *Albertus* dictus. At nondum extra omnem dubium positum est, eosdem *Albertos*, de quibus nunc loquimur, ibi intelligi. Sed & in aliis literis, duorum *Albertorum*, Patris & filii, Burggravium *Leisnicensium*, sit mentio. v. g. secundum *Excerpta Gribneriana*. A. 1366; ein Kauff-Brieff, darinnen Burggraf Albrecht von Lysnick, und Albrecht, sein Sohn, der Hochgebohrnen Jgfr. Beatrix, derer Edlen Fürsten von Mysne, seiner Herren Schwester, der Aebtissin, und alle der heyligen Sammlung S. Claren Ordens zu Sutzlitz 18 Scheffel Korn, ohne ein viertel Lysnische MASSES verkauffen. Item, A. 1368 *Albertus*, Burggrafius Leisnicensis, cum filio cognomine, *Altari S. Crucis*, quod fuit *Dœbelz* in Misnia certos donavit redditus, (fünff Pfund Geldes, weniger 5. gl. in Masten gelegen) Vid. *Mœrbizii Chronica Dœbelensia*, pag. 185. Verum, planius testimonium præbet fragmentum literarum, quod D. Struvius, in Annotat. ad *Sebast. Meierum* affert, pag. 173: Wir Albrecht, Burggraf zu Leisnigk, Herr zu Rochsberg, und Graf Wyrth, unser Sohn: - - - Gegeben zu Penigk, 1404, am Tage Reminiscere, den Sonntag in der Fasten.

77) De *Sophia* hac paullo ante, not. 73) egimus; dubiamque mentem nostram exposuimus.

78) Hujus controversiæ meminit etiam *Fabricius*, *Libr. II. Annual. Urbis Misna*, pag. 156. At inter documenta *Dœbelensia* extat Diploma, quod, *Num. XLVI*, in *Manissa Diplom.* afferimus; unde cognoscimus, anno 1385, die Mercurii ante S. Donati, MEYNERVM, Burggravium de *Leisnig*, Dominum in *Penig*, fuisse testem, cum *Wilhelmus*, Marchio Misniæ, *Olterlandiæ & Landesbergæ*, certos redditus e pago *Kudilsdorff* provenientes altari S. *Barbaræ* in urbe *Dœbelensi* dedicasset. Ad quem vero Patrem hic *Meynerus*, Burggrafius *Leisnicensis*, sit referendus, aut quæ ejus fuerit posteritas, nobis nondum liquet.

Meynerus
Burggrav.
de *Lissenig*,
Albino
non cogni-
tus.

79) In *Ulrici Reichenthaleri historia Concilii Constantiensis* Germanice scripta, quam *Augustæ Vindellicorum* ab *Antonio Sorgio* A. 1483 impressam possideo, fol. CLXVIII, inter Comites, qui A. 1413 Marchionem Misniæ & Landgravium Thuringiæ ad Concilium Constantiense comitati sunt, refertur: *Graff Albrecht, Burggraf von Lising, Herr zu Perig (Penig)* Et fol. CLXXXII, insignia ejusdem Comitatus repræsentantur, nempe simplex scutum linea perpendiculari divisum. *Fabricius*, *Orig. Saxon. Libr. VI*, fol. 682, commemorat, tunc *Otonem*, Burggravium *Leisnicensem*, & Dominum *Penicensem*, coram isto Concilio ab *Ortuino*, Abbate *Chemnicensi*, de vi

at, I numerarim, in comitatu Mar-
 cona Myſnia *Friderici Senioris, & Wil-*
 259. *mi* alii, inter alios Comites, Barones &
 impoſectus eſt ad Concilium Conſtan-
 zano Anno 1413, Anno 1418 *arcem Raben-*
in Bati Chemnicenſi eripit Albertus Se-
ur Lzgraſius in Liſnig. Itaque Albertus
ſus ſatus coram Papa, ſe Erfordiam ſe-
ſe ſatus eſt; ut habet Monſterber-
 15.)

OTTO III, *Burggraſius Liſnicenſis, Domi-*
us Petra. 81) Anno 1443 in Vigilia Tho-
 80 & *Albertus, Burggraſii de Liſnik,*
 de *Rochſperg,* Præpoſito, in monte
 Anburgum *D. Jobanni de Dolin* con-
 firmat ſex ſexagenas. (*Leiſenigſch Leben*)
 vendia a *Jobanne Schochirio.* Huic in ve-

teri pictura; cujus jam aliquoties teſtimonio
 uſi ſumus, tribuitur conjux, MARGARE-
 TA, *Comitiſſa de SCHWARTZBURG,* quæ
 poſt mariti prioris obitum nupſit HEINRI-
 CO, *Baroni de WILDENFELS.* 82)

Post bellum civile inter fratres duces Sa-
 xoniæ, *Fridericum II. Electorem, & Wil-*
helmum III, Turingiæ Landgraſium, quod
 anno Domini 1455 fere finitum eſt, pace
 Mulhuſii inſita, & Numburgi confirmata, in
 Myſnia aliquot ſeditioſi puniti ſunt, in
 quibus & *Comes Liſnicus* & Baro Doninensis,
 ut & habet Fabricius in libello de Electoribus
 Saxoniæ. Hoc de quo intelligendum ſit, an
 de *Alberto, ſeniore, vel Ottone II, vel deni-*
 que hujus filio *Georgio,* aut alio quopiam,
 non

Otto II,
 Burggrav.
 Leiſnic. &
 Dom. Peni-
 cii & Rochs-
 pergi.

pag. 59.

ſinjuria publice accuſatum fuiſſe; ſed Reichenthalerus nuſquam meminit hujus *Otonis* inter
 eos, qui præſentes Concilio aſſuere. Igitur forte frater fratris abſentis cauſſam egit, aut Fabri-
 cis controverſiam inter Burggravios Leiſnicenſes & Abbatem Chemnicenſem A. 1418 agitaram
 in mente habuit. Ceterum, neſcio, an hic idem *Albertus, Burggravius de Liſſenig, Dominus*
in Penig, qui privilegio, quod *Wilhelmus, Marchio Miſniæ, A. 1403* Civibus Palzo-Dresden-
 ſibus impertierat, inter alios teſtes ſubſcripſit? idem memoratur in alio Diplomate a Marchio-
 nibus Miſniæ & Landgraſiis Thuringiæ Comitibusque Palatinis Saxoniæ, A. 1404, dato, cum de
 permutando jure patronatus Eccleſiæ Dresdenſis b. Mariæ cum Thimone, Epifcopo Miſnenſi,
 tranſigerent. Vid. *Maniſſ. Diplom. Num. XLVII, & XLVIII.* Cum A. 1428 *Fridericus II,*
 Elector Saxoniæ cum *Henrico* Plauienſi, Burggravio Miſnenſi, de certis juribus *Burggraviatus*
Miſnenſis paciſceretur; transactioni iſti interfuit & *Albertus, Burggravius Leiſnicenſis, & Do-*
minus Rogſburgi. In Diplomate enim, quod Num. XLVIII, exhibemus, iſta legimus: *Hier-*
bey ſeynd geweſen als Gezeugen, und haben gebediget, die Wohlgebobirne, Edlen und Geſtren-
gen, unſere Rätbe und lieben Getreuen, neblich, Graff Heinrich von Schwartzburg, Herr zu
Sundershaufen, Er Albrecht, Burggraſſ zu Leiſnigk, Herr zu Rabnſpurgk, Er Marx von
Waldenburg, Herr zu Tſchopau, Günther von Bünnau, Marſchalck. &c. Plura documenta
 paullo poſt ad *Ottonem* annotabimus.

80) Hæc verba hodie extant in fragmento *Chronici Chemnicenſis,* quod Celeberr. Menckenius
 Tom. III *Script. rer. Germ.* pag. 157, evulgavit.

81) Cum *Fridericus II, Elector Saxoniæ, Placidus* cognominatus, pro more illius ævi, *Frider-*
ricum, Ducem Saxoniæ, aliosque plures nobiles, gladio & cingulo ornasset, Equitesque cre-
 aſſet; memorante *Weckio,* in *Chronico Dresdenſi,* pag. 120, OTTONEM, Burggravium Lei-
 ſnicenſem, eodem honore maſtavit. In *Dn. Struvii Archivio hiſtorico-politico P. I, pag. 120,*
 hæc legimus: Anno 1446 *iſt daitret ein Brieff, in welchen Burggraſſ Otto zu Penigk dem*
Cloſter zu Altenburg 4 Schilling Groſchen Freyberger Münze, und auch 24 Groſchen, um 58
Rheinſche Gülden überläſſet. In quibusdam documentis hic *Otto* conjungitur cum *Alberto;*
 incertum fere, utrum *Albertus ſenior,* (quem pro fratre *Otonis* habet *Albinus,*) an junior, in-
 telligatur, qui *Albino* filius *Otonis* videtur. Cum vero *Otonis* nomen tuuc priore loco col-
 locetur, pro *Alberto* juniore pronuntiandum opinamur. Sic, cum *Fridericus II, Elector Sa-*
 xoniæ, cum fratre *Wilhelmo,* Duce Saxoniæ de partiendis provinciis paciſceretur, pactioni illi
 atque transactioni etiam aſſuere *Otto & Albertus.* Hoc enim initium eſt formulæ illius trans-
 actionis, A. 1445, poſtridie S. Catharinæ, ſcriptæ: *Wir von Gottes Gnaden, Johannes zu*
Meiſſen, Johannes zu Merſeburg, Petrus zu Naumburg, Biſchöffe, und unſer Capitul, Johan-
nes zu Kempnitz, Henricus zu Saalfeld, Henricus zu Pegau, Johannes zur Zelle, Johann zum
Bieche, Nicolaus zum Grünbayn, und Erhardus zum Bürgeln, Abte, Otto und Albrecht, Bürg-
graſſen zu Liſnigk, und Herrn zu Penigk und Rachsburg; Heinrich und Heinrich, Herren
zu Gerau und zum Lobinſtein, Heinrich Ruſſe der Ältere zu Greytz, &c. Vid. Num. LI, in
Maniſſ. Diplom.

82) Pater *Margarete* Dn. *Struvio* dicitur *Guntherus, Comes de Schwarzburg;* quæ cum ſecundis
 votis nupſit *Henrico de Wildenfels;* facile intelligimus, quomodo hic *Wildenſelſius* quædam
 ſibi jura *Penigii* acquiſiverit. In fragmento enim *Chronici Chemnicenſis* ad A. M CCCCLIX
 hæc relata legimus: *Henricus de Wildenwels, dominus in Penig, Eccleſiæ, quam antea mona-*
cha gubernabant, præſecit ſacerdotem ea conditione, ut id Abbas Chemnicenſis mutaret ſuo
arbitrio.

non video. 83) Sane, *Ottonem* admodum immatura morte obiisse annotavit Mejerus.

ALBERTI III FILII.

ALBERTVS IV, Senioris filius. De quo nihil habeo; præter ea, quæ ex *Monsterbergio* de patre ejus invasore arcis *Rabenstein* allata sunt. 84)

Albertus IV. Com. Leisnic.

OTTONIS III. POSTERITAS.

GEORGIUS I, *Burggrafus Leisnicensis; Dominus in Peniga*, nominatur demum (quantum quidem ego legendo cognovi) Anno 1455. 85) Hic post obitum patris cœlebs diu admodum gubernavit ditionem *Penicensem*, & anno eo, qui jam nominatus est, jus civitatis concessit oppido *Peniga*, (quod tamen diu antè, nempe 1301. civitas *forensis*, ut puto *ein Marckfleck* dicitur) quare, Re publica denuo constituta & ordinata, electus est Consul *Nicolaus Rombrechtus*, idque factum instinctu, consilio & opera *Vitrici* ejus, *Heinrici Wildenfelsii*, qui fortassis eam ob causam, & propter conjugium a *Munsterbergio* sub Anno 1459 dicitur *Dominus in Penig*; quo etiam *Johannes Leubisus*, Decretorum *Baccalaureus*, primus oppidi pastor constitutus est, cum prius res *Ecclésiastica* per præpositum quendam a cœnobio *Chemnicensi* eo missum semper administrata esset. Eodem anno & incendium quartam oppidi partem absumsit.

Georgius I, Burggraf. Leisnic. &c.

pag. 60.

Fuit autem *Georgius* homo militaris, & raro domi mansit, & præsertim *Turcicis* bellis præclaram orbi *Christiano* operam navavit. Unde non solum magnos sumtus fecit, & possessiones atque prædia sua gravi ære alieno bellorum causa involvit: verum tandem etiam 1472. in *Ungaria* veneno extinctus, ibique sepultus est, ut testatur clypeus in sacello *Penicensi* parieti affixus. Obitus autem ipsius tempore conflavit *orx. Penicensis* (*Rosburgensis* tum *Alberto Sax. Duci*, ut ante mentio facta est, pignori data erat) *Bin.* qua multa vetera *Diplomata* perierunt, & inter ea etiam literæ recentes de bonis oppignoratis, quod liberis ejus maximo fuit damno.

Uxor *Georgii* fuit *JOHANNA de Coldiz*, 86) quæ ei peperit *Hugonem, Eustachium, & Alexandrum*. Hæc cum aliquoties in expeditiones & bella secuta est, præcipue in *Ungariam*. Annotata est commemorabilis hiltoria de hac Comitissa. Cum enim maritus ejus, ut dictum est, rarissime domi esset, & assidue bella frequentaret, sive præ conjugalis amoris impatientia & magnitudine, sive ut virum a bellis vel hac ratione tandem abstraheret, aliquoties ipsum cum maximo vitæ periculo invisit, & in itineribus magnis, quæ sexui huic difficilius accidunt; bona malaque tolerare coacta est. Aliquando igitur cum in *Ungariam* ad eum excurreret, adductis eo secum filiis tribus, quos nominavimus (parvos enim tunc fuisse inde constat, quod *Hugo* natu maximus tempore obitus patris decem annorum fuit), &

pag. 61.
Johanna de Coldiz, uxor Georgii, Burggr. Leisnicens.

83) Hæc *Abr. Thammius* in *Chron. Coldicensi*, pag. 672, ad *Georgium*, *Burggraviu* *Leisnicensem*, refert.

84) Hunc *Albertum IV* prætermittit *Sebastianus Meyerus* in recensendis *Burggraviis Leisnicensibus*; qui *Penigiam* possederunt. Sed respice notam 81.)

85) Unicum hujus *Georgii* documentum nobis occurrit, quo is A. 1457; *Decurionibus & Civibus* oppidi *Penigiensis* jus ac facultatem altaris condendi dotandique concessit. Vid. *Mantissa Diplom. Num.* LII.

86) Hæc *Johanna de Coldiz*, patrem habuit *Johannem, Baronem de Coldiz*, qui in *Bohemia* confederat, & A. 1421 & 1432 memoratur in bello *Hussitico*, quod arcem & urbem *Belinensem* possederit; quem Comitatum fortasse dotali jure adeptus erat, sicut & *Graupani*. Matrem illa habuit *Agnetem*, ex *Belinensium* gente in *Bohemia* natam. Avus paternus ei fuit *Volradus de Coldiz*; *Johanna* meminuit *Monsterbergius*, seu auctor fragmenti *Chroni. Chemnicensis*, pag. 158. Anno dñi MCCC LXVI, inquit; *Ernestus, Saxonie Elector*, illud jus confirmat constituendi parochum, inter *Casparem Abbatem*; & *JOANNICAM, Burggraviam de LEISNIG*, natam de *COLDIZ*; in quod jus concesserunt *HUGO, EVSTACHIVS*; & *ALEXANDER, Joannicæ filii*. Plura de eadem suggerit *Mollerus*, in *Annalibus Freibergensibus*, P. II, pag. 159; Anno 1513; *Mittwochs Exaltationis Crucis ist die Wohlgebohrne Frau JOHANNA, Frau von COLDIZ, Herrn GEORGEN, weiland BURGGRAFENS von LEISNIG Witbe, im Jungfer. Closter zu Freyberg, du sie eine besondere Capelle gestiftet; gestorben; bey ihrem Begängniße: bat daselbst müssen gebeten werden: erstlich für ihre und ihres Gemahls Seele; hernach für Herrn HANSEN, Herrn von COLDIZ, und Frau AGNES, dessen Gemabl, die ihre Eltern gewesen; ferner für Herrn HAVG, Grafen von LEISNIG und Frauen BRIGITTEN (nuptæ Comiti Schlickio) die ihre Kinder gewesen, wie auch vor alle, die aus der Herrschaft derer von Leisnig verschieden sind. Conferatur *Thammii Chronicon Coldicense*; pag. 672, 676, & 678. Cetera, quæ de hac *Johanna* tradidit, fere e *Sebastiano Meyer*o repetiit *Albinus*.*

in arce quadam commoraretur, subito ei nunciatum est, caveret sibi suisque; nam affore jam jam hostes, qui arcem & adjacentes pagos capiant, & omnia vastent. Cum igitur in mariti, qui procul forte aberat, præsidio nullam spem ponere posset, & animo fluctuaret, tandem; quo ingenio fuit, ad muliebris astutiæ auxilia confugit; & tenui vestitu arrepto filiolo puellarum vestibus indutos in currum conjecit, seque & liberos ea ratione servavit. Relictis enim omnibus impedimentis, & preciosa supellectile, quantis itineribus potuit, progressa, in patriam revertit. Atque hoc argumento est prudentiæ ejus, & dexteritatis in consiliis, quibus alias etiam in absentia mariti domi suos rexit: Et fidei atque amoris erga filios, quos post mariti obitum præclare educavit, missos primum in Academiam Lipsiensem, deinde in aulas. *Hugonem* enim commendavit *Alberto*, Saxoniarum Duci, *Eustachium* Archi-Episcopo Moguntino, *Alexandrum* Bohemiarum Regi. Est & illud conjugalis fidei indicium non fallax, quod in viduitate permansit, etsi adhuc juvenula esset, in qua castissimam degit vitam, & filiis damna illa, quibus & a parente & a fortunæ iniquitate involuti erant, sarcire studuit, donec *Hugo* per ætatem gubernacula suscipere potuit. Tandem enim profecta *Fribergum* est, & religioni studuit, ibique diem suum obiit Anno 1513. sepulta in cœnobio Monialium.

Sub *Johanna Comitissa*, extracta est Anno 1476 turris ad templum D. Virginis dictum, in monte, *Penigæ* urbis, quod ligneum tum fuit, de quo suo loco plura dicentur; quia ingens aliquando ad id fuit concursus hominum superstitiosorum.

GEORGII I FILII.

HUGO, Burggrafus *Lisnicensis*, Dominus in *Peniga*, & tandem etiam *Nepomislavia* & *Wilicia*, natus Anno 1458, circiter, ut ex ætatis illius indicatione conjicio. Hujus virtus post annum 1484 emicare cœpit. Pro-

fectus enim in aulas Principum est, & bellicæ etiam virtutis specimina edidit. Ideoque deinde etiam Anno 1488 cum *Alberto*, Duce Saxoniarum, &c. ad *Maximilianum*, Imperatorem, profectus est in Belgium, ut habent libri; in quos acta publica oppidi *Penicii* relata sunt, ibique eam virtutis & fortitudinis opinionem sibi comparavit, ut non solum a Proceribus coleretur, sed ab Imperatore ipso etiam diligeretur. Ob eam quoque existimationem, in qua apud omnes fuit, delectus est præ multis aliis, cui negotium committeretur, *Annam*, Britanniarum Ducis ultimi filiam unicam, quam *Maximilianus* in Comitibus *Noribergensibus* anno 1490 per legatos sibi desponsaverat, adducendi. Stipatus igitur impetrato, nemineque amplo comitatu; per Galliam salvo conductu impediente; maximis itineribus in Britanniam contendit, sponsamque Imperatoris sui nomine accepit. 87) Sed cum per Galliam redeundum esset, nescio quo in oppido, vesperi, jubente Rege, *Carolo VIII*, subito oppressus, & quamvis multis protestaretur, *Anna Britannica* contra hospitii jura per vim spoliatus est. Calumniati enim sunt, ipsi promissam esse incolumitatem & fidem, non vero puellam, quam secum ducebat. Hæc res si feliciter processisset, maximo ipsi, totique posteritati, emolumento futura erat. Ideoque de infelici ejus negotii successu sæpe deinde conquestus est *Hugo*.

Interea domi Anno 1488 & sequenti moenia oppidi, magnam partem instaurata sunt, & lapidibus extracta, cum lignea prius fuissent septa, a *Tonnero* Consule simul & Præfecto atque Quæstore, homine non vulgari dexteritate prædito, sed qui tandem perfidiæ accusatus, gratia amissa carcere diuturno pœnas luit. Secuta est Anno 1491. eluvio, quæ non parum afflixit cives & accolæ. Præterea sub hoc Comite Anno 1499 templum S. Virginis in monte denuo splendidius extractum est, cum ligneum prius fuisset a tempore religiosi concursus ibidem inchoati. Hodie templum illud Parochiale est, & nomen vetus

pag. 62.
Hugo,
Burggrav.
Leisnicens.
& Domin.
Penicii.

87) Rem illam gestam sic breviter exponit *Fabricius*, *Origin. Saxon. Libr. VII. pag. 826*: *Mistuntur circa id tempus (A. 1491) a Maximiliano in Brabantiam ceteriorem, nobilem Galliarum provinciam, ad ducem Armoricensium (minoris Britanniarum) legati, qui filiam Francisci Ducis, ANNAM, vite desponsatam, sibi deducerent. In ea legatione inter viros militares locum primum tenuerunt, Wolfgangus Polhemius, Comes Austriacus, & Hugo, Comes Leisnicensis & Misnia. Carolus VIII, Rex Galliarum, tutum iis iter permittit: verum, in reditu puellam eripit, & sibi matrimonio jungit. Legati de vi conquesti, tacere jubentur; ipsis concessum iter tutum, atque concedi: puella regio thalamo honestandæ, nullam fieri injuriam. Wolfgangus & Hugo Oenipontem profecti, rem omnem Maximiliano nuntiant; qui adeo non motus raptus est, ut eo die armatus concurreret cum aulico. &c. Alii, qui de vita & fati Maximiliani I exposuerunt, rem paullo aliter enarrant; ac sigillatim in *Spiegel der Ebrer des Haussees Oesterreich, pag. 1038*, legimus, illius legationis primarias partes obiisse *Johannem Chalonium*, Principem *Aurantium*, eique adjunctum fuisse *Polheimium*. Certe *Aurantium*, cum sponsa in thalamum collocata esset cum litteris procuratoris ingressum, & adstantibus multis, tibiam suam ad genu usque nudatam inter lintea nuptialia inseruisse, refert *Baco de Verulamio, in Historia Henrici VII.* Etiam Pontus Heute-*

De Anna
Britanna,
Maximil. I
Spons. Spon-
saliorum-
que isto-
rum procur-
atoribus.

tus servat, consecratur deinceps ritu veteri ab *Adolfo* Anhaltino, Episcopo Mersburgensi, Anno 1515. *Hugo* domum reversus, etsi Reipublicæ & Oeconomix administrandæ incubuit, nihilominus tamen, cum paternum id haberet, bellorum curam deponere non potuit, non semel in Ungariam, Phrysiam, & alio profectus. Sane Dux Saxonix, *Georgius*, cui æqualis fuit, inter præcipuos eum Consiliarios domi, & præsertim in bellis Phrysicis, habuit; cum quo etiam interfuit oppugnationi Thamenfi, An. 1514, nna cum fratre *Alexandro*, qui & ipse patris bellicam virtutem æmulatus est. 88) Sub hoc Comite Anno 1511, autoribus duobus civibus fratribus, *Wolfio* & *Petro Roth*, inchoatæ sunt cellæ cerevisiaræ suburbanæ in montibus vicinis, quæ mirabilibus flexibus fossæ sunt in solo petroso. Sunt quasi cuniculi quidam duas ulnas lati, tres alti, qui ab ore paulatim depressi, in medio fere ramos quasi suos habent, ab utroque latere proten-

fos. Anno 1520 pestilentia grassata est, & 1522, octava feria post festum, quo corporis Christi memoria celebratur, a cive quodam inter eos, qui faces gesserunt, horrea quædam succensa conflagrarunt in veteri Peniga. Anno 1527 pons lapideus extrui cepit in Mulda flumine.

Anno 1525 *Hugonis* Comitis adversus seditiosos agrestes magna alibi virtus & diligentia fuit, cumque ipso absente etiam subditi ejus eodem veneno infecti essent, domum reversus paterne ipsos primum dehortatus est; inde, cum apud quosdam admonitio non reperiret locum, iusta severitate usus, capite eos plecti iussit. Anno præcedenti una cum filio *Georgio*, Dresdæ in nuptiis *Georgii Ducis*, filia *Magdalena* cum *Joachino II*, Electore deinceps Brandeburgio, 89) eodemque Mysnæ fuit in solennium rituum apothecoscis *Bennonis* Episcopi Mysnensis celebratione. De qua vide *Georgium Fabricium* in *annalibus Mysnæ urbis*. Vitam

Heuterus, *Libr. IV rerum Belgicarum*, pag. 191, haud secus ac *Fuggerus*, non nisi duos legatos, nempe *Aurantii Principem* ac *Palladium* (Pollheimium) Germanum, a Maximiliano ad Annam Britannam, cum duobus Germanorum millibus missos, nominant. Plures fuisse procuratores, quibus negotium id commiserat Maximilianus, facile conjicimus ex iis, quæ *Robertus Gaguius*, Franciæ Regis Orator, in *Epistola ad Jacobum Wimpfelingum*, Sletstadensem, Anno 1492, d. 14 Febr. scripta, pro defendenda sui Regis causa attulit: *Nec tibi, inquit, fecerint folem destinati ad connubium procuratores: qui tamen si QUATVOR essent, nulli illorum tamen erat in solidum conjugii gerendi decreta facultas.* *Nid. Tom. II. Pistorii Script. rer. Germ.* in *Listuui Append. ad Fascic. temporum.* Verum, *Gui Alexi Lobineau*, *Histoire de Bretagne*, (cujus libri, uti & plurium aliorum, usum refero acceptum humanitati Dn. D. RINCKII, Antecessoris Acad. Altorfinæ celeberrimi) *Tom. I. pag. 307*, istos quatuor procuratores sigillatim recenset, mandatque procuratorium iis jam d. 20 Martii, A. 1489, Oenoponti datum esse, refert. *Les procureurs nommez par Maximilien pour épouser Anne de Bretagne, furent le Comte de NASSAV, WOLFGANG-SEIGNEUR DE POLHAIN, JACQUES DE GONDEBAVT, Secrétaire des Ordonnances & des guerres du mesme Prince, & de LOUPIAN, l'un de ses Maitres d'hostel. Leur lettres de procuration sont dates d'Instruck, le 20 de Mars, de l'ann 1489. &c.* Ergo *Hugo Leisnicus* non fuit inter illos ipsos procuratores; ac præfuit militibus Germanis, quorum duo millia isti comitatui adjuncta erant. Vnde eidem *Lobineau*, *Tom. II. pag. 155*, dicitur *le COMTE DE LISSENEVC, Capitaine d'une partie d'Almans.*

88) De ista oppugnatione Thami, oppidi Frisiæ, duobus a Groninga milliariibus siti, *Ge. Fabricius*, *Libr. VII. Origin. Saxon.* pag. 354, hæc narrat: *Locis quatuor obsidio tentatur: equitatus præerat Dux GEORGIVS, & Duces Brunsvigii; nigras peditum cohortes, ut nominabant, HUGO COMES DE LEISNICIVS, ducebat; albas, Caspar Ziglerus; Amasum, ut antea, tenebat Draxdorffius. &c.*

89) Harum nuptiarum solennia describit *Weckius*, in *Chronico Dresdensi*, pag. 340, ubi inter Comites, qui illi solennitati interfuerunt, commemorat: *Hugonem*, & *Georgium*, Patrem & Filium, *Burggravios Leisnicenses*; & *Hugo* quidem tunc præmia distribuit victoribus in ludis equestribus, & saltantium chororum duxit, pag. 345. At pag. 343, ejusdem nomen vitiose exscriptum est: *Burggraff HANNES zu Leisnig.* Idem *Hugo*, etiam Anno 1500, adfuerat nuptiis *Johanni*, Ducis & Electoris Saxonix, ac *Sophiæ*, Ducis Megapolitanæ, quæ Torgaviæ solennissime sunt celebratæ, teste *Spalartino*, in *Vitis aliquot Electorum Saxonix*, pag. 1105. Imo, cum A. 1512, d. 6. Julii, *Henricus*, Dux Saxonix, cum *Catharina*, Duce Megapolitana, Freibergæ solennissimo matrimonii fœdere conjungeretur, splendido illi comitatui hic ipse *Hugo* simul interfuit. Errat vero *Mollerus*, in *Annal. Freyberg. P. II, pag. 157*, cum tradidit, duos Comites Leisnicenses, *Hugonem* & *Ernestum* tunc affuisse; nullus enim eo tempore inter Comites

Uxor prima Hugo-
nis, Doro-
thea Lands-
bergia.

Uxor altera, Emilia,
Bohemia, de
Schwiban &
Risenberg.

Vitam autem Bennonis descripsit Emserus homo Suevus. Uxorem I habuit DOROTHEAM ex Pincernarum de LANDSBERG familia, quæ obiit Penicii Anno; 1535, ibidemque sepulta est. Cum videret, Georgium, filium, carere sobole; ante ejus obitum circiter biennio, alteram conjugem suorum suafu duxit Dominam N. de Schwiban & RISENBERG Bobemam 90) ex qua tamen nihil sustulit. Itaque filiabus prospicere cupiens in Bohemia arcem Nepomislam, addunt alii Welizium etiam, & alia bona in eadem regione ab ipso coemta. Præter filium habuit filias aliquot, quarum tres a patre elocata; reliquæ ante pubertatem mortuæ sunt.

Bohemia rediit. Fuit Hugo, ut staturæ proceræ & decentis, vultusque Heroici & severi; ita etiam animi magni & gravis. Summo odio profecutus est levitatem, inconstantiam, inobedientiam, injustitiam, mendaciâ, & omnem petulantiam: contra autem veritatem & constantiam amavit & defendit. Usurpavit Meierus de eo Terentianum illud: *Tristis severitas in vultu, atque in verbis fides.* Fuit revera pater subditorum suorum, quibus & ipse exactionibus immodicis non molestus esse voluit, & pro ipsi apud Principes, cum gratia apud eos valeret, sæpe intercessit. Quare & eo majus sui desiderium deinde reliquit, & memoria ejus etiam nunc in benedictione hominum est, anima sine dubio in manu Dei quiescente.

pag. 67.

Obiit, postquam filii totum Leisniciorum Comitum familiam claudentis funus magno cum dolore aspexisset, ætatis suæ anno circiter 80. A Christo autem nato 1538, diè 21 Martii. 91) Sepultus Peqigii, cum maximi omnium subditorum & amicorum planctu, & astantium animi magna tristitia affecti sunt, cum respexerunt, ut moris est, insigniæ gentis, & arma Hugonis militaria confracta simul terræ mandari. Vidua ejus, cum legata ei persoluta essent a Duce Georgio, in

EYSTACHIVS Burggrafius Leisnicensis, &c. bonam in discendis literis operam primum navavit: deinde in Comitatu fuit *FridERICI*, Saxoniae Ducis, *Alberti* filii, *Georgii*, & *Henrici* fratris, &c. qui deinceps Teutonici ordinis Magister in Prussia factus est. &c. Cum in Italiam Senas studiorum causa proficisceretur, in reditu Wormatientia Comitum invisit. 92) Fuit aliquandiu aulicus Moguntinus, deinde Canonicus.

pag. 68.
Eustachius,
Burggrav.
Leisnicens.

mites Leisnicenses extitit *Ernestus*; nisi Mollerus fortasse generum Hugonis, *Ernestum Schenburgum*, Dynastam, sive Baronem, ex memoriæ lapsu huic retulerit. Adhæc, secundum Mulleri *Annales Saxonie*, cum Anno 1522, nomine *Electoris* & Principalis Domus Saxonie, jura beneficiaria repeterentur ab imperatore, cærimoniarum solennitate fungebantur hi Legati: *Albertus*, Comes Mansfeldius, HVGGO, Burggravius Leisnicensis, *Henricus* junior, Russus, & *Ernestus*, Dynasta de *Schenburg*. Sed & cum metus esset de scedere hostium, anno 1527, in Comitibus provincialibus Fribergæ indictis, summa rei militaris in Misnia deferebatur huic *Hugoni*; adeo, ut is aulæ pariter atque bello natus haberetur. Vid. Mollerus, l. c. pag. 184.

90) De *Dorothea Landsbergia*, primâ uxore *Hugonis*, nihil amplius nobis constat. Quod ad *Bobemam*, alteram ejus uxorem, attinet, fortasse pater hujus fuit *Wilhelmus de Schwiban*, qui, primo loco commemoratur inter Dynastas nobiles, qui A. 1524 nuptiis *Jouchimi*, Marchionis Brandenburgici, ac *Magdalene*, Ducis Saxonie, Dresenæ celebratis, interfuere. Vid. Weck. in *Chron. Dresd.* pag. 340. Nomen huic uxori fuisse *Amabilia*, sive *Emilia*, tradit Bohuslaus Balbinus, *Miscellan. Histor. Bohem. Decad. II. Libr. II.* HVGGO, inquit, *Comes de Leysnek, habuit uxorem AMABILIAM Swihouskiam de Ryzmberg (Risenberg); cum qua etiam habuit filiam, itidem AMABILIAM de Lysenek. Obiit Hugo A. 1538. De filia vide paullo post notam 97).*

91) Ge. Fabricius, *Libr. VII Orig. Saxon.* pag. 877: *Moritur*, inquit, anno 1538, sine heredibus HVGGO LEISNICIVS, qui in bello Phryso Ducum *Alberti* & *Georgii* fuerat legatus. Is tum habitabat in oppido *Penica* ad *Muldam* flumen: petitum est, pro *Mauricio*, *Henrici* filio, ut eam terra partem ipsi *Georgius* traderet; sed non impetratum: propterea quod superiori anno puriori doctrinæ Evangelicæ locum *Eribergi* pater detulerat, item *Vulchensteinii* & *Mariabergi*; hac enim oppida sola possidebat. De eodem *Hugone* etiam adire licet *Lindnerum*, Monachum *Pirnensem*, in *Onomastico*, pag. 1482.

92) Ge. Fabricius, *Libr. II. Annal. Urbis Misnae*, pag. 164, ad Annum 1494: *Fridericus*, inquit, *Dux Saxonie*, *Alberti* filius, die 24 Sept. Misna transit, iturus Senas in Italiam, literarum causa; in ejus comitatu fuit COMES LEISNICIVS, & *Anargus Vuildenvelfus*; *Doctores*, *Paulus Watcus*, & *Henricus Scheiba*. Atque idem, *Libr. VII. Orig. Sax.* p. 840, cum illius profecionis meminit: *Fride-*

Canonicus & Decanus Magdeburgensis factus est. Liberalitate sua iuvat fratrem in solvendo ære alieno a patre contracto, & coemendis prædiis Bohemicis. Nam, quicquid in aula corraferat, & deinceps Magdeburgi comparavit, omne fere fratri dedit. Stipendio suo aluit semper aliquot studiosos adolecentes ex territorio Penicensi oriundos; inter quos eminuit *Johannes Hermanus*, vir doctus & prudens, qui & Cancellarius factus est Archiepiscopi Moguntini, & postea civis opulentus & honoratus in urbe Halensi fuit. Contulit etiam non pauca in usus Ecclesiasticos, & ad ornatus Templorum patriæ. Anno 1518, mortuo *Johanne VI.*, Episcopo Misnensi, gente *Salbusio*, ipse una cum Doctore *Nicolao de Heimz*, Ducis Georgii Cancellario, votis quorundam propositus est; sed prævaluit fortuna *Schleimicii*, qui *Johannes VII* dictus est. 93) Anno 1522 in tumultu quodam civium Magdeburgensium reformatae religioni addictorum & perterrefactus, & collisione læsus ita est, ut deinceps pristinam recuperare valetudinem nunquam potuerit. Obiit Penicii apud fratrem anno 1523, quem non ita diu ante visendi & colloquendi gratia accesserat. 94)

Alexander
Burggrav
Leisnicens.

ALEXANDER, Burggravius Leisnicensis, Dominus Topaviæ in Bohemia. Hic in aula, ut dictum est, Bohemica educatus, fere semper deinceps apud Bohemos vixit, nisi quando in bellis fuit. Nam & cum Ducibus Saxoniae in Phrysiam militatum profectus est, idque primum sub *Alberto*, ut volunt, & post

ipsum Anno 1501: porro etiam sub *Georgio*, Anno 1514. &c Deinde emit arcem *Neberram* in finibus Bohemiae, & Silesiae, a *Johanne Olsnicio*, & tandem etiam TOPAVIAM in Bohemia ad Schonaviam, ubi & habitavit. Fuit postea inter eos, quibus debetur inventio metalli lautissimi in valle S. Joachimi una cum *Stephano Schliccio*, Comite *Passauni*, & *Weissenkirchæ*, & *Johanne Pflugio*, viro generoso, quibus & *Johannes Hirnus*, metallicus Annabergensis, equestris stirpis conditor, annumeratur. 95). In eadem valle initio fere effossum metallorum Anno 1518 seditiosos metallicos placavit. Nam cum ades magnificas ibi extruxisset, sæpe eo divertit, atque aliquandiu subtitit. Anno 1526 tenuit etiam arcem *Hauensteinum* prope vallem Joachimicam. Putant hunc initio abstinuisse studii a conjugio, ne familia nimis amplificata, & inter multos divisis possessionibus, pauperiores evaderent Leisnenses: verum fratre unicum tantum filium, eumque sterilem, habente, sero cum tandem consilii pœnituisse. Statura corporis proceram etiam fratrem *Hugonem* vicit, sed gracilento magis corpore fuit, nigris capillis, & barba atque oculis. Mistacem autem prolixam plerumque aluisse dicitur, cumque severiore etiam vultu & grandi sermone esset & paululum hæsitaret lingua (unde & *Balbi* cognomentum invenit) vulgo terribilis extitit. Gravis alias vir & manu promptissimus, atque in bellis fortissimus, tum *gr. Βασιλειος* & *χελος*. Obiit Penicii in arce Anno 1528. ibique sepultus est.

Inventor
metallo-
rum Vallis
Joachimicæ.

pag. 70.

HUGO.

Fridericus reversus ex Italia interfuit conventui Vicornatiensi; ad quem secum deduxit inter precipuos, EVSTACHIVM, Leisnicensem Comitem, & Anargum Vuildevellsum, & Christophorum Gabelentium, doctorem, Moguntinum & Misnensem Canonicum. Vixit deinceps in aula Artistitis Berchtoldi. &c.

93) Conr. Fabricius, in *Annal. Urbis Misnae, Libr. III, pag. 178*, ad A. 1518. Item, CL. Schœtgen, in *Appendice Chronici Wurcensis, pag. 22.*

94) Linderus, Monachus Pirnenis, in *Onomastico, pag. 1466*: *EVSTACHIVS, Burggrave zu Leisnick, Tumberr zu Magdeburg, wurd An. 1422 in einem Aufflauff in dem hochsten Gestiffte vorschreckt und etlicher massen belediget; starb unlang darnach.*

95) Ge. Agricola, *Libr. I. de veteribus & novis metallis, pag. 398*: *Vallis Joachimica*, inquit, *hoc est principium. Bachus Misenus, qui habitabat Gairi, cum Oesero Bocmo, qui Schlaccheverdi, coit societatem agendi cuniculi in valle pagoque deserto a cultura hominum, cui nomen erat Canradi Gruna. Sed cum metalli fossiones istis nullum utilitatis fructum præberent, cuniculus ruinis est relictus. Aliquot annis post ALEXANDER, Comes, ut ajunt, Leisnicensis, Viperti Pegensis sutu ortus, & Stephanus Slico, item Comes, Wolfgangus Schönburgius, & Johannes Pflugius, Barones, ut nominant, Joannes Hirnus, metallicus in calidis Caroli quarti, propter bonam spem, quæ de illo erat metallo, in commune conferunt pecuniam, eaque rescium cuniculum, qui vitium fecerat. Nondum omnem pecuniam in fossiones impenderant, cum multum erueretur argenti, quod alios ad fodendum excitavit; magnaue multitudo hominum congregata est ex vicinis Misena metallis. Similia repetit Agricola, in *Bermanno, sive Dialogo de re metallica, pag. 427*, ubi *Alexandrum*, Comitem Leisnicensem, appellat *virum strenuum, & qui persæpe Turcis fuerit terrori*. Germanice etiam hæc exponit Jo. Mathesius, in *Sarepta, Conc. II, fol. 17, b. Ein Bergmann von Geyer* (oppido inter Freibergam & Vallem Joachimicam sito)*

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Mmm 2

Caspar

HUGONIS LIBERI.

Georgius,
Burggrav.
Leisnicens.
pag. 71

GEORGIUS, Burggravius Leisnicensis, &c. Vir fuit corporis & animi dotibus insignis, cumque bonus & mansuetus esset, carissimus suis fuit. Uxorem habuit AGNETAM, *Ernesti II*, Comitis MANSFELDII Domini in HELDRUNGEN filiam, quæ nata erat Anno 1504. 18 Decembris, & cujus frater, *Philippus Æmiliam* ejusdem *Georgii*, Comitis Leisnicensis, sororem, in matrimonio, ut dicemus, habuit. 96) Nuptiæ Helderungiae celebratæ fuerunt, anno 1518; sed sponsa domum ducta anno sequenti, die Jovis post Dominicam, qua in Ecclesia cantatur: *Remiscere* &c. Hæres unicus Comitatus Penicensis obiit ante patrem Anno 1537, 19 Martii, Nemislæ in Bohemia, ætatis suæ 41. Cum nullam sobolem relinqueret, & pater ejus per ætatem ex secundo conjugio nihil gigneret, Penicensis ditio post *Hugonis* obitum deinde ad *Georgium*, Ducem Saxoniam, devoluta est; excepta donatione propter nuptias, quæ Cimbergo pago, & dimidia Peniga fuit, ubi & habitavit *Agnes* in ædibus privatis; nam pro sua rata, seu dimidia parte Penigæ, quam integram concessit Principi, quotannis ex aula Saxonica accepit mille florenos.

Æmilia, fi-
lia Hugonis,
Burggrav.
Leisnicens.
pag. 72

ÆMILIA, seu *Amalia*, seu ut alii, *Amalia*, nupsit primo ERNESTO, *Baroni de SCHONBURG*, Domino in GLAUCHA, Waldenburg, Hartenstein &c. 97) quas nuptias factas esse opinor Anno 1526. Nam anno sequenti peperit ei *Wolfgangum*, qui in pueritia obiit. Deinde ordine *Johannem Ernestum, Georgium, HUGONEM & WOLF-*

GANGUM, quorum duorum posteriorum propago adhuc floret in Dominis *Glauchæ, Waldenburgi, & Penicii* &c. Hic maritus ejus obiit anno 1534, sepultus *Glauchæ*. Deinde iterum nupsit Generoso & illustri Comiti de MANSFELD, PHILIPPO, *Ernesti II*, in *Heldringen* habitantis, filio primogenito; nato in arce *Heldringen*, An. 1502, die 26 Octobris, noctu; qui conjugem hanc natus annos decem & novem duxit, atque ex ea sustulit quatuor liberos HUGONEM, Comitem de Mansfeld, qui deinde Anno 1550 ex aula *Gunzbergi*, Comitis in Schwarzburg, abductus est per *Justum Hakium*, Mansfeldensium hostem, & in alterum annum captivus detentus: BRUNONEM, Comitem Mansfeldensem BORNSTETI habitantem; *Æmiliam & Barbaram*. 98) Hæc *Æmilia* Anno 1549, quo de his aliquid consignavit Meierus, iterum vidua fuit.

N. Uxor Generosi & nobilissimi Dn. PHILIPPI *de Lobcomitz*, & HASISTEIN, Baronis Bohemici. 99) Altera filia Hugonis.

N. tertia *Hugonis* filia. 100) Nupta Generoso & Magnifico Dn. ALBINO SCLICCIO Comiti de *Passau & Weiskirchen*, &c. *Nicolai*, Domini in Falckenau, filio, *Matthiæ* Nepoti *Hieronymi* Pronepoti, *Caspari*, Cancellarii illius Trium Imperatorum, Abnepoti. Tertia filia Hugonis, Comiti Schlickio nupta.

Dynastia ergo Penicensis cessit, ut jam mentio facta est, *Georgio* Duci Saxoniam, qui tamen & ipse non diu vixit, sed post duorum filiorum funera Anno 1539, 15. Calend. Maji, extinctus est, relicto ditionum suarum & opum amplissimarum hærede, fratre *Heinrico*,

Caspar Bach genandt, und der alte Osej von Schlackewerck, haben ein Stolln, che der (Joachim) Thal angegangen, in Schottenberg getrieben, in die alte Fund-Gruben, weil sie ihm aber allein zu schwach, und die Zeit noch nicht vorhanden war, ist derselbe Stolln liegen geblieben, bis ihn (A. 1516) Graf Stephan Schlick, Graf Alexander von Leisnigk, Herr Wolff von Schonberg, und Hans Tommesbirn, wieder ausgehoben, und ihr Heil allda versucht, und das Bergwerck also damit auffbracht haben. Conf. Concio IX fol. 95. Atque idem, in Chronico, Sæptæ adjuncto: Anno 1523. Sabbatho nach Cantate, war ein Aufflehen der Bergleuthe; welches durch Graf Alexander von Leisnigk getragen worden. Conf. Lindnerus, Monachus Pirmensis, in Onomastico, pag. 1452; & Mollerus, in Annal. Freibergens. P. II, pag. 181.

96) Hæc cum iis conveniunt, quæ Rittershusius, in *Tabul. Geneal. I Comitum Mansfeldensium* tradit de *Ernesti*, Comitis Mansfeldensis & Domini in *Heldringen*, filia, AGNETE, nupta *Georgio*, Burggravio Leisnicensi, quæ obiit A. 1570, 20 Jan. item de ejusdem *Ernesti* filio, *Philippo*; de quo postea.

97) Quoniam stirps Comitum Leisnicensium sæpius conjuncta fuit cum stirpe Dynastarum ac Baro-

rico, qui *Fribergi* habitabat. Sed hic quoque non ita diu vixit. Hoc enim etiam Anno 1541 defuncto ad *Mauricium & Augustum*, Illustrissimos Saxoniae Duces, fratres, regio *Mysnensis* devoluta est; ex quibus ille potissimam partem gubernans Anno 1543, *Penicensem* ditionem permutatione tradidit

Generosis & nobilissimis quatuor fratribus Baronibus *Schonburgiis*, *D. Johanni Ernesto*, *D. Georgio*, *D. Hugoni*, & *D. Wolfgango*, Dominus in *Glauchaburg & Waldenburg*, &c natus ex filia *D. Hugonis*, *Æmylia*, plerisque adhuc impuberibus. Hi enim *Hohensteinum*, arcem supra *Dresdam*, tenebant, quæ cum *Mauri-*

Baronum *Schonburgensium*; visum est; ex *Bucelini Germania Stematographica Part. III pag. 69*, particulam *Stemmatum Schonburgici* hic repetere:

VITVS, Dominus de *Schenburg*, claruit anno Christi 1380 & 1395.

Vxor, *GUTA*, Burggravia LEISNICENSIS, sive de *Leisnig*.

FRIDERICVS, Dominus de *Schenburg*, claruit anno 1418. occubuit in prælio ad *Aussigk*, An. 1426.

Vxor, *SOPHIA* de *LEYSNIGK*.

Wolfgangus, Dominus de *Schenburg*.

Vxor, *Kunegunda*, Domina in *Altenburg*. Hi duo ab aliis dicuntur Parentes *Eriderici II.*

Eridericus II., Dominus de *Schenburg*, vita excessit anno 1481.

Vxor *Elisabetha*, Comitissa de *Guttenstein*, *Bernardi* filia.

Ernestus, Dominus de *Schenburg*, obiit *Silfurti* in *Flandria*, anno 1489.

Vxor *Anna* Comitissa de *Keineck*.

ERNESTVS, Dominus de *Schenburg*, in *Hartenstein*, *Glauchaburg & Waldenburg*, *Lichtenstein & Hohenstein*, obiit A. 1534.

Vxor, *AMALIA*, filia *Hugonis*, ultimi Burggravi *Leisnicensis*.

Wolfgangus, Dominus de *Schenburg*, moritur A. 1529.

Wolfgangus, in *fans* obiit.

Johannes Ernestus, Dominus de *Schenburg*, natus A. 1527. † A. 1547.

Hugo, in *Waldenburg*, † A. 1565. ætatis 36. Uxor, *Anna*, Com. de *Gleichen*.

Georgius, Dominus in *Schenburg & Glauchaburg*, † 1585.

Uxor 1. *Dorothea*, Com. de *Mansfeld*, *Ernesti* filia. † 1558.

2. *Dorothea Reuffin*, de *Plauen*, in *Græz*. † 1572.

3. *Catharina Agatha*, 2. *Pintus Caspar*. *Ulrici* Comit. de *Reinstein* filia.

Wolfgangus, Dominus de *Schenburg* in *Penig*. † 1581. d. 8. Sept. Anno ætatis suæ 49. Uxor 1. *Anna* de *Landsberg*, filia *Wilhelmi* in *Leuten*.

2. *Jobanna Streinin*, de *Schwarzenau*, filia *Gabrielis*.

Plures liberi faminei sexus.

98) *Ernestus* hic; Comes de *Mansfeld*, qui *Heldrunge* domicilium habuit, bis inierat matrimonium; primum cum *Barbara*, filia *Brunonis*, Domini in *Quersurt*; deinde cum *Dorothea*, filia *Philippi*, Comit. a *Solm*. Ex quo biuo conjugio XXII liberos sustulit; quorum nomina *Genealogiarum* conditores recensent. Sigillatim vero ex *Barbara Quersurtensi* sustulerat *AGNETEM*, *Georgio*, Burggravio *Leisnicensi*, nuptam, de qua jam diximus; item *PHILIPPVM*, natum 1502; vita defunctum A. 1546, d. 9. Julii. Hic domum duxerat *AMALIAM*, filiam *Hugonis* Burggravi *Leisnicensis*, sororem *Georgii*, itidem Burggravi *Leisnicensis*; viduam *Ernesti*, Lib. Baronis de *Schonburg*, Domini in *Glauchaburg*, quæ diem supremum obiit 27 Febr. An. 1569. Cum vero *Philippus* jam A. 1502 natus fuerit; fallitur *Albinus*, qui eum tradit duntaxat decem & novem annos habuisse, cum *Amaliam*, viduam *Ernesti Schonburgii*, demum A. 1534 defuncti, duxerit uxorem.

99) Hic *Philippus de Lobkowiz & Husssteyn*, quantum conjicio, fuit ille ipse, cujus epistola adhuc extat ad *Sebastianum*, patrum suum, A. 1552 *Waleticzii* scripta; quæ in *farragine Poematum Bohuslai Husssteyni a Lobkowiz*, per Thomam *Mitem* A. 1570. *Pragæ* edita, fere circa finem, reperitur. De eodem *Philippo* intelligo, quæ *Georgius Fabricius* ad Thomam *Mitem* Mmm 3 scripsit:

Mauricio arderet, propter varias loci comoditates, *Penigam* oppidum & praefecturam una cum cœnobio *Zillenenfi*, a Teutonicis militibus prius inhabitato, quod *Wecselburgum* propterea vocatum est, pro ea dedit. Tutoribus tum existentibus Baronum, *Johanne Georgio*, Comite de *Mansfeld*, *Henrico de Schonberg in Stollburg*, & *Ludowico Fachsio*, J. V. D. Lipsico. Ita ditio ad nepotes *Hugonis* rediit, quam posterius *Wolfgangi* adhuc tenent, & cum laude sapientiæ, & aliarum heroicarum virtutum gubernant.

POSTERITAS OTTONIS I, *Burggrafi Lisnicensis*, qui ex *Mysnia* in *Holsatiam*, majorum suorum patriam antiquissimam, post aliquot secula reversus, stirps nova fuit **GENEROSÆ** & nobilissimæ familiæ **RANZOVIANÆ**, quæ non solum in *Holsatia* & *Saxonia*, sed etiam *Daniæ* regni diversis locis, hodie plurima bona possidet, majorum suorum virtutis gloriam cum laude propagat.

Generosam & nobilem *Ranzovianorum* familiam, quæ in *Holsatia*, *Ditmarsia* & vicinis regionibus late hodie dispersa est, oriundam esse ex nobilissima & vetusta stirpe atque posteris *Wiperzi*, Comitis *Groicentis* in *Mysnia*, (qui duo *Monasteria* fundavit, unum locupletavit, inter quæ amplissimum est *Pegaviense*, quique propter virtutem bellicam divitiis, & dignitate in Imperio Romano crevit & floruit) ideoque etiam agnatione junctam esse **Generosæ** & **Nobilissimæ** familiæ **Comitum**, seu **Burggrafiorum Leisnicensium** in

Mysnia, quæ itidem a *Viperio* profecta, paulo ante nostra tempora interiit. 101) Id ergo satis apparet ex appendice quadam, seu fragmento *Chronici Buchaviensis*, ab *Antonio Siffrido Zopachio*, Cœnobita *Buchaviensi* conscripti. Quod, etsi anonymon est, ut apud superiorum seculorum scriptores Monachos nihil usitatus, tamen vel eundem *Antonium* ejus autorem esse puto, vel alium, qui cum eo vixerit, aut denique, qui non ita diu ipsum præcesserit: etsi imperfectum est, tamen id, quod nunc indicare volumus, ex eo abunde probari potest.

Primum enim diserte scribitur, ejusdem esse **Genealogiæ Castellanos**, seu **Burggrafios Lisnicenses**, & militares de *Ranzove*: Et quidem quod *Otto*, ex *Castellanis Lisnicensibus* profectus sit in regionem *transalbinam*, unde majores ejus originem suam traxerant. Deinde expresse additur, unos eosdemque fuisse majores *Ortonis*, conditoris *Ranzoviorum*, & *Wiperzi* illius bellicosissimi Comitis, ut appellatur, ex *transalbina* regione, id est, *Nordalbingia*, seu, ut nunc dicitur, *Holsatia* oriundos. Postea inculcatur, eosdem *Castellanos Lisnicenses* conditos itidem esse a *Viperio*, ut hæc omnia luce meridiana clariora sint, nec demonstratione aliqua luculentiore indigeant. Tandem inferuntur circumstantiæ, quæ rem magis probabilem faciunt, quarum præcipua est, tempore belli *Ortonem* ex *Lisnicensi* familia alio, nempe in veterem majorum suorum patriam, profectum, quod sane utrunque fidem meretur. Nam & usitatissimum olim fuit, bellica virtute aliquid vel divi-

scripsit: De **PHILIPPO**, inquit, ex eadem Gente *Lobkowiziorum* nato, *audivi*, qui linguam Latinam non literis didicerat, sed usu. Itaque, cum & carmen scriberet, & Orationem solutam; nec numeros satis observabat, nec structuram Orationis, ingenii tamen facultas maxima apparebat, & *Musica*, hoc est, divina quedam vis natura. Unde cognoscimus familiæ *Hassensteinianæ* gentilem, & proprium quendam impetum esse ad eruditionem & excellentiam. Vide *Appendicem Poematum Bohuslai Hassensteinii a Lobkowiz* non procul ab initio. Haud dubito, quin *Philippus* huic illustri & erudito Heroi, *Bohuslao*, proximo gradu fuerit agnatus; quamvis rationem agnationis, nondum indagare potuerim. *Bohislaum* etiam aliquam rerum *Penicensium* habuisse notitiam, inde patet, quod jucundum *Epigramma* (quod in *Appendice Farraginis* modo citatæ extat, pag. 265) scripsit de *Olla in Penica*, oppido *Asisniæ*, ubi uxor *Philippi Hassensteinii* nata & educata fuerat; Ex quo hæc duo disticha afferimus:

Hæc etenim superat *Phariæ* miracula *Memphis*,
Templaque noctivaga scilicet olla *Deæ*,
Piramida hanc intra concurrere posset *Achilles*;
Et *Xerxes* acies dinumerare sua.

Grandiores autem ollas olim *Penicii* fingi formarique consuevissent, vel ex *Monachi Pirnensis* *Onomastico* intelligimus. Ceterum, hujus *Philippi Lobkowizii* uxorem, nescio jam ubi, legi, appellatam fuisse *Lucardam*.

100) Nomen hujus filię indicat *Bohuslaus Balbinus*, in *Tabulis Genealogicis Gentium Bobemicarum*. Ibi enim dicitur **BRIGITTA**, *Burggravina Leisnicensis*, filia **HUGONIS**; uxor **ALBINI**, Comitis **SCHLICKII**, Domini in *Tuppau* & *Pommensel*. E quibus genitus est **CHRISTOPHORVS**, Comes *Schlick*, Dominus in *Falckenaue* & *Tuppau*; matrimonio conjunctus *Catharina*, Baronissæ ab *Harras*. *Albini* Pater fuerat **NICOLAUS** Comes *Schlick*; Dominus *Cubiti*, *Falckenaue*, *Henrichgrun*, *Seeberg*, *Neudeck*, *Diepolsgrun*, & *Voigtsgrun*; mortuus A. 1522; Ma-

ter,

divitiarum, vel honoris comparandi causa, alio se conferre, quod ipsum & avus Wiperti, *Wolfus*, & ejus exemplo *Wipertus* ipse fecerat: Et *Ottonem* fama antiquæ stemmatis sui patriæ facile excitare potuit. Tum hoc etiam forte accessit, quod *Heinricus III*, frater ipsius, majorem partem Comitatus *Lisnicensis*, (ut illorum temporum mos erat, quo primogeniti fere paternam hæreditatem soli possidendam accipiebant inter Principes, reliqui fratres particulis quibusdam contenti esse cogebantur) adeptus teneret, nec generoso animo *Ottonis* satis esset, quod frater obtulisset; quare alibi sibi plus quærendum esse arbitratus sit. Sed his considerationibus forte non opus est; adducuntur enim & alia documenta de iis *Ranzoviiis*, qui agnatos suos *Burggrafos* non semel ex *Holfatia* in *Mysniam* profecti invisere voluerunt, quod sine dubio etiam a *Lisnicensibus* factum est, etsi illud literis perscriptum

nusquam reperimus. Utinam autem extaret *Chronicon* illud *Pofaugiense*, quod allegatur in hoc, de quo dicimus, fragmento historico, de *Kagenbero*, & *Ottone Ranzoviiis*, qui *Ottonis* & *Jutta*, Ducissæ, filii fuerunt, & non interiisset etiam alterum scriptum de familia *Lisnicensi* ab Abbate *Nicolao Hubero*, *Rochlicensi*, confectum, ex quibus plura petere possemus. Nunc interea his, quæ temporum iniquitas nobis reliquit, utimur.

Antequam autem subjungamus, illud Fragmentum, rem ipsam, de qua agimus, aliis etiam seu conjecturis, seu probationibus, munemus. Deinde & iis, qui *Heinricum*, *Wiperti* filium, absque hæredibus obiisse voluerunt, quod in hunc locum distulimus, respondemus.

Ac ejusdem esse originis familias *Lisnicensem* & *Ranzovianam*, similitudo etiam armorum, ostendit, in qua certe non parum momenti

ter, *BARBARA*, (aut, uti in *Rangonis Pomerania Diplomatica*, pag. 315. vocatur, *Eleonora Schenkin a Tautenberg*. Sed juvat ad illustrandum hunc locum ex *Bucelini* & *Bohuslai Balbini Tabulis Genealogicis* particulam *Stemmatis Schlickiorum* huc transferre:

Henricus Schlick, Baro in *Weissenkirchen* & *Ellenbogen*.
Uxor, *Constantia*, filia *Rolandi*, Marchionis *Tarvisini*,
Comitis *Collaltini*.

Caspar Schlick, a *Sigismundo*, Imper. in Concilio *Constantiensi* Comes creatus,
Cancellarius ejusdem, & *Alberti II*, ac *FridERICI III*,
Imperatorum.

Uxor 1. *Agnes*, Ducissa *Olsnicensis*.

2. *Joanna Theodora*, Com. de
Collalto. † 1499.

Ex priorè uxore:

HIERONYMUS SCHLICK, Comes *Passauni* & *Weissenkirche*.

Uxor *SUSANNA*, Comitissa *LEISNICENSIS*.

Matthaus Schlick, Comes *Passauni*. † 1487.

Uxor, *Kunigunda*, Comitissa *Schwarzenburgica*, *Erckingeri* filia.

Nicolaus Schlick, Comes *Passauni*.

† 1522.

Uxor, *Barbara Schenckin*,
a *Tautenberg*.

Hieronymus Schlick.

Uxor, Domina de
Zelcking.

Caspar Schlick, Comes de
Passauni & *Weissenkirchen*.

Uxor, *Elisabeth*, Comes
de *Guertenslein*.

ALBINUS Schlickius, Comes *Passauni*, Dominus
in *Tuppau*. &c.

Uxor **BRIGITTA**, *Burggravia LEISNICENSIS*, *Hugonis* filia.

Christophorus Schlick, Comes *Passauni*,
Dominus in *Falckenau*
& *Tuppau*.

Uxor, *Catharina*, Baronissa ab
Harras.

Brigitta Schlickia, Comitissa,
uxor, 1. *Andrea*, Comitis *Schlickii*,
cognati.

2. *Henrici*, Baronis de *Wildenfels*.

IOI) Illustrissimam Comitum *Ranzoviorum* familiam cum *Burggraviis Leisnicensibus* conjunctam esse, admittere possumus; at *Burggravios Leisnicenses* a *Vipertina Gente* non descendisse, supra. Not. 45) copiose demonstravimus. Neque hinc aliquid decedit splendori *Ranzovianæ* Stirpis, ut pote quæ vetustatis ingentiumque meritorum gloria, per se maxime splendet; & a qua *Viperto-*

De insigni-
bus Burg-
graviorum
Leisnicensi.

menti situm esse doctis notum est. 102) Comitum Leisnicensium insignia præcipua fuerunt *clypeus per longitudinem*, ut loqui solemus, *divisus*, cujus pars dextra *rubea* fuit, sinistra *flava*; seu *crocea*. Hæc sane non valde discrepant ab *armis Ranzovianis*, in quibus clypeus eodem modo distinctus dextrum itidem rubeum latus habet, sinistrum solummodo albo, seu argenteo colore, pro croceo vel aureo Leisnicensium, pingitur. Et quis certo affirmare posset colorem alterum non etiam a Leisnicensibus successu temporis B mutatum, cum initio etiam forte album gererent. Sed ne in minutis etiam movendis aut pervestigandis superciliosus esse videar, pergo. Ornamenta *galeæ* sine dubio Leisnicensis aliquoties mutarunt, id quod ex veteribus picturis, & sigillis apparet.

Nam *Albertus* senior Burggrafius in Leisnig Anno Domini 1338 in sigillo suo habet *petasum* satis latum, seu *galerum* cassidi impositum, quemadmodum & *Henricus* & *Albertus* fratres Burggravi de Leisnig, Domini in Strelen Anno 1357, 103) quo tempore Leisnig oppidum adhuc tenuit *Henricus*, hostis Buchovienium Monachorum, usque ad annum 1365, quo illud Principes Mysnenses occuparunt. *Streloviensis* autem *Baro-*


natus, ut ita loquar, seu Dynastie insignia in sigillo illi, quod sciam, non pinxerunt. Ea sunt, ut ex lapidibus monumentorum & sigillis Diplomatum habeo, *tria ferramenta* *falcium messoriarum majorum*, quarum præcipuus usus est in demetendo læno. Sed hæc obiter. Ad Leisnicensia redeo, que Anno 1361 aliis ornamentis *galeæ* impositis gessit *Otto*, Burggrafius de Leisnig, Dominus in Röchzperg; posuit enim in cuspidem *fasciculum pennarum de pavonibus*.

Venio tandem ad *arma Leisnicensium integra*, id est, sicut ea, teste Antonio Siffrido, aucta, seu cum aliis conjuncta usurpavit *Albertus*, Leisnicensis Castellanus, qui Anno 1378 obiit. Ea enim forma in templo Buchaviensi ante altare versus Aquilonem ubi *Albertus* sepultus est, in vexillo appenso picta fuerunt. Verba Antonii ascribam: *Sunt* *bis duo campi, velut in crucis formam quadrifariam divisi. Unus quidem campus uno latere purpureus, altero crocei coloris vel aureus: ex obliquo similem habens campum eisdem coloribus per omnia correspondentem. Campus alter nigricre via cancellatim ac ad modum retis dividit hinc inde colorem aureum, desuper pullum fundamentum: similem æque campum habens oppositum ex obliquo.* Inter

perorum illorum Majores, qui quondam in *Ditmarsia* floruerant, descendisse facilius credideris. *Fragmentum* illud *Chronici Buchaviensis*, quod nimis jactat Albinus, recentioris auctoritatis est, quam ut præco illi ævo testimonium idoneum perhibere possit. Demus, *Otonem*, Leisnicensem, abiisse in Holsatiam, & se conjunxisse cum *Ranzoviiis*, hosque deinde identidem venisse in Misniam, & invisisse Leisnicenses; non tamen necesse est, ut id propter utrorumque cognationem cum stirpe Vipertina factum sit.

102) Argumentis nimis levibus utitur Albinus, ad incrustandam opinionem suam. Ista qualiscunque similitudo *insignium* per se nihil valet. Quorundam Burggravorum Leisnicensium nimis simplicia fuerunt insignia, utpote securum secundum longitudinem divisum, & solis duobus coloribus distinctum. Cujusmodi simplicia insignia quot non aliis etiam familiis contingere potuerunt? Attamen in *Ranzovianis* & *Leisnicensibus* quoddam colorum discrimen occurrit. Sic vero & *Comitum de Traün*, item de *Wratislau*, & de *Wartenberg*, Gentes etiam ad Leisnicensis referendæ forent; cum & illarum similia fuerint insignia. Ea vero, quam ipse Albinus prodit, varietas insignium, quibus usi sunt ipsi Burggravi Leisnicensis, inter alia argumenta potius indicio esse possit, hos *Burggravios* non ex una eademque Gente semper produisse.

103) Ista insignia Burggravorum Leisnicensium de A. 1338 & 1357, exhibet Hieronymus Hennings, in *Genealogiis aliquot familiarum nobilium in Saxonia*, fol. 16, b. quarum particulam de *Stemmate Burggravorum Leisnicensium* in Appendice proferimus; atque inde hæc ipsa insignia jam repetimus.



Inter quos quidem tales quatuor campos mediat quintus, albi vel potius argentei coloris, in cuius campi medietate Leo stat frontatenus auream gestans coronam: qui quidem Leo partim est crocei, partim burbi coloris, id est, rubri. Est proinde vexillo jani dicto apposta cassis aurea, fulvo diademate redimita, binis nihilominus desuper cornibus auream gestantibus coronam insignis, quorum unum quidem puniceo colore rubet, alterum aureo rutilat splendore. Ita Antonius Siffrius, ex cuius verbis insignia Lisnicensia integra depingi possunt.

Et si autem existimo, uti cornua galeæ imposita & coronæ implicata ad medium clypeolum, qui Leonem diversi coloris & coronatum habet, & qui, meo iudicio, quod libenter ad consuetudinem præsentem & vulgarem conformo, is est, qui originem Comitum primariam denotat: quare vetustissima illa Majorum Wiperti, quæ secum ex Holfatia tulerunt, insignia esse putaverim; tamen nihilominus manifestum est, Ranzoviana arma a Lisnicensibus parum discrepare; addo etiam, ab iis descendere, ita, ut pro alis Aquilinis, (quæ in duo spatia, seu campos clypei bipartiti, positæ pro petaso illo, & pro pennis pavonum deinceps sunt, & quarum ad similitudinem clypei altera rubra, flavi coloris altera est) clypeo Ranzoviano imposita sint cornua Vri, quæ alterius clypeoli Leonem rubeo & aureo colore distinctum continentis propria galeæ ornamenta sunt; ita, ut ex diversis quasi insignibus compolita sint, nempe vetustis Holfaticis, & novis, seu deinceps acquiritis Lisnicensibus: ut videlicet galeæ ornamenta referrent primariam originem; clypeus vero bipartitus ostenderet dignitatem illam, qua familia eo tempore, quando Ranzoviana linea a stirpe agnata secessit, eminebat, quæ fuit *Burggrafatus Lisnicensis*. Sic enim omnino arbitror, ut jam dixi, Leonem bicolorem, & Vri cornua antiquissima familie insignia esse; bipartitum vero clypeum cum duabus alis ad Præfecturam, seu Burggrafatum Lisnicensem pertinere, alii etiam scripserunt. Quo autem referenda sint arma tertia cancellata, ut Antonius vocat, seu potius scachis oblongis, (panes Boiarici in suo insigni vocant) variata, nondum inveni. Habent ea sua quoque ornamenta cassidi im-

ponenda, etsi ab Antonio non depicta sunt, qui unicam tantum galeam describit. Nam ex pictura organi Mulici in templo archiepiscopalis Penicensis, 104) (quæ a *Johanna, Baronissa de Coldiz*, Georgii senioris, qui Hugonis ultimo in familia defuncti pater fuit, conjugis, foemina, ut demonstratum est, fortitudine præter sexum & sapientia præstante, Anno 1492 polita est) desumenda sunt arma Lisnicensium integra: quæ quidem in clypeo non discrepant ab iis, quæ Antonius Siffrius in vexillo Buchaviensi descripsit, galearum vero numero aucta sunt, & earum ornamentis, præcipue vero aureis coronis, quæ singulis impositæ cernuntur eo modo, quo etiam *Hugo Comes* illa in librum, quem *Graduale* vulgo dici scribit, cœnobio Buchaviensi donatum pingi curavit, ut *Zopachius* testatur. Pictura vero, de qua dixi, Penicensis continet octo Comitum, seu Burggraforum, qui Penicii habitasse seruntur, & Buxorum nomina & insignia, utrinque expressa in forma arboris, cui tandem imposita sunt arma conjuncta. Nec vero impedit, quod *Albertus senior*, & *Henricus* atque *Albertus*, filii, clypeum tantum bipartitum gesserunt, quemadmodum sigilla testantur; nam & quidam ex iis, qui Penicii habitaverunt, modo cancellatum clypeum, ut *Albero* & *Albertus*, Hospes, modo *Leonem*, ut *Ottonem* duo; modo clypeum bipartitum, ut *Albertus*, *Sophiæ* maritus, & *Georgius I*, modo conjunctum, ut *Hugo* & *Georgius II*, amarunt, ut ex eadem pictura liquet.

Hæc enim in cuiusque arbitrio polita principibus, & vulgo *arma*, modo simplia, modo multiplicata appicta videntur. Ut autem amplius esset quædam inter Lisnicensia & Ranzoviana arma discriminatio, colores etiam paulum immutati sunt, nempe argenteo in alteram partem pro aureo reposito, & coronis, quarum altera cornibus implicata erat, galeæ imposita altera, omittis. Quamquam non inficias ierim, si quis conjiciat, primo & circa ea quidem tempora, quo linea Ranzoviorum discessit. Lisnicensium etiam insignium cum Leone ornatum galeare, (quod in alterum clypeum bipartitum translatum esse me autumare ostendi) coronis caruisse. Magnam enim veterum insignium simplicitatem fuisse constat, quæ deinde successu temporum eorum, in quibus homines arrogancia etiam titulorum, præter morem Veterum

104) Hanc picturam arboris Genealogica posteriorum Burggrafiorum *Leisnicensium* exhibet Henninges, in Libro citato, fol. 17; & nos ex eo infra in *Appendice*. De ista vero *Arbore Genealogica* hæc tradit Henninges: HÆC ARBOR ex Monumentis sepulchrorum, vexillis ad ea appensis, & libris antiquis, qui apud heredes, Dominos de *SCHOENBERGK*, asservantur, est desumptum. Composita autem sunt hæc insignia Comitum *Lisnicensium* ex diversis insignibus. Nam hæc familia alias *Dynastis* acquisivit: unde ei alia ornamenta deinceps quoque accesserunt. Retinuit tamen semper, inter alia, primariam originem, indicantem clypeum *Holfaticæ* vetustatis, per longitudinem in duos colores distinctum, cum duobus cornibus in galea existentibus: progressu temporis duabus coronis sunt ornata. Constat autem ex hac arbore, nonnullos eo solo clypeo usos fuisse, in testimonium familie & originis sue.

veterum delectari sunt, in insignium quoque ratione quali corrupta est.

Alterum argumentum paucioribus annotandum erit. Illud est, quod (etsi forte tenuè cuiquam videri possit) 105) similia quaedam in utraq[ue] familia & Lisnicensi & Ranzoviana reperiuntur nomina, quorum præcipua sunt *Henricus* & *Otto*, quæ in Ranzoviana præsertim stirpe non sunt infrequentia, utpote quæ conditoris nomen referunt, & ejusdem patris.

Tertio illud repero, quod initio monui. Cum Chronicon Pegaviense tradat, *Wipertum* bellatorem origine Cimbrum vel Danum fuisse, & quidem præ alta stirpe satum; verisimile esse, *Ottonem*, *Henrici II* filium, III fratrem, qui in fragmento Buchaviensi in Saxoniam, seu, ut ibidem dicitur, regiones transalbinas, & Vandaliam, profectus esse dicitur, patriam majorum suorum repetere voluisse, vel eo profectum in bellis, recordatione originis majorum suorum & agnatorum, quorum quosdam fortassis adhuc invenit, eorumque instinctu & petitu eo libentius ibidem resedisse, & posteritatem in antiquissima patria de novo condidisse, & propagasse. 106)

Nunc & illud demonstrandum est. Lisnicenses *Wiperti* prosapiam fuisse; quo probato major erit fides assertioni fragmenti illius, quod & Ranzovii Lisnicensium sint agnati, & utrique eandem ex *Wiperto* communemque originem ducant. Nam reperiri possent, qui hoc ita resellere conentur, quod nullius, neque *Wiperti III*, neque *Henrici*, filiorum *Wiperti* bellicosi, posteritatis in Chronico Pegaviensi mentio fiat. At vanum esse, quod ex eo arguitur, mox patebit. 107)

Primum enim audiamus clarissimum virum, *Georgium Agricolam*, qui *Alexandrum*, Comitem Lisnicensem, *Hugonis* fratrem, *Viperti* Pegensis (ita eum vocat) Delsati ortum, nominat *Libr. de veter. & nov. metal. I*, non procul a fine. Astipulatur Antonius Siffrius in libello de *fundatione Cenobii Buchensis*, qui Anno 1531 conscriptus est, cum dicit: *denique si licitum non esset res perperam gestas literarum testimoniis commendare, ex historia bellatoris Wiperti justa portio detruncanda veniret: qui præcipuum, inter armorum splendorem, decus pro-*

sapiae fundatorum (scilicet Lisnicensium Comitum) fertur attulisse; *Habere*que *hic præbitam ansam aliqua dicere, de viro mirabilis, ut sic dicam, fortune &c.* Idem eodem libello innuit, posteriores Comites Lisnicenses hoc suo conditore etiam præcipue delectatos fuisse, ideoque ad arma sua ubique fere virum a planta usque ad verticem cataphractum & armatum (per quem *Wipertum* illum intellexerunt) qui clypeum Lisnicensem manu tenuerit, appingi curasse. 108) ut & liber Büchensibus ab *Hugone* donatus, cujus ante mentio facta est, ostendit, quod ipsum a *Zopachio* eodem modo explicatur. Et vivunt fide digni homines, qui in aula *Hugonis* fuerunt, cumque originem suam ad *Wipertum* referentem, idque picturis variis præ se ferentem & ostentantem, audiverunt viderunt, ut supra quoque indicatum est.

Deinde, quod a quibusdam objici posset, nullam posteritatis filiorum *Wiperti* mentionem expresse fieri, tum in *Chronico Pegaviensi*, tum *vita ejus*, quæ ex illo Chronico potissimum desumpta hætenus circumlata est: non dubito, omnibus intelligentibus liquere, quam puerile illud sit. Habuit quidem *Wipertus* bellicosus præter filiam, *Bertram*, *De doni Wittynio & Landsbergio* nuptam, duos tantum filios, *Wipertum III*, juniorem vulgo dictum, paternæ virtutis & fortitudinis æmulum, & *Henricum I*, qui in Burggrafatu Magdeburgensi, & Marchia Lusitici, successit (etsi & *Cosmas Pragensis* unum ex filiis ejusdem *Waceslaum*, qui in Bohemia militavit sub Anno 1109, vocet, quem eundem cum *Wiperto* juniore, qui sic a Germanis, cum alias in Bohemia, ut credo, natus, Bohemico nomine appellatus esset, a patri nominis celebritate cognominatus sit, esse judico) verum idcirco non sequitur, posteritatem *Wiperti* in filiis expirasse, quoniam ejus nulla est mentio in Chronicis illis eo tempore desinentibus. Et quamvis etiam ab *Henrico I*, Marchionis Lusitici & Burggravi Magdeburgensis, obitu Anno 1136 *Conradus*, Marchio Mysnensis, Lusitiam, seu Lusitensem Marchiam, ab Imperatore *Lothario* impetravit: tamen quis ex eo statim colliget, *Henricum* sine liberis obiisse? Fuerunt enim tum temporis dignitates illæ cum possessionibus annexis nondum plane, vel rarissime, hereditariæ, sicut deinceps paulatim factæ sunt. Et

105) Ratiocinatio hæc omnino nimis tenuis est: *Henricorum* enim & *Ottonum* nomina apud Germanos medio ævo fuere vulgatissima, & tantum non plerisque omnibus familiis communia.

106) Anno *Otto* ille etiam ex aliis causis in Holsatiam abire, & ibi fortunarum suarum sedem figere potuit, etiam si haud prognatus fuerit a *Viperti*?

107) Non propterea vanum est, antiquorum scriptorum auctoritatem opponi testimonio scriptorum recentiorum.

108) Effigies istas videmus in *Vita Wiperti*, *Groizensis*, *Brotuffii Chronico Martisburgensi* adjuncta; in *Albini Chronico Misnensi*; & in *Hieronymi Henningesii Genealogiis aliquot familiarum Nobilium in Saxonia*: verum, quis earum veritatem præstabit, maxime, cum istius formæ insignia in id ævum vix conveniant? Ad ceteras leviuscilicet & frigidas *Albini* conjecturas, haud opus est, ut respondeamus.

pag. 88.

Et quidem beneficia illa de alia familia in aliam collata sunt propter nova merita, quemadmodum in quodam Chronico additur; Lusitensem Marchiam *Conrado*, Marchioni Mysniae, ab Imperatore *Lorbario* concessam esse propter magnam fidelitatem contra paganos praestitam. Igitur nequitiam dubito, *Henricum II*, ejus nominis Burggrafium Lisnicensem, qui & Anno 1143 una cum *Hermanno*, Burggrafio Mysnensi, testis adducitur in literis *Conradi III*, quibus, ut supra retulimus, foundationem Chemnicensis coenobii a *Lorbario* factam confirmat, *Henrici*, Marchionis Lusitiae, filium, *Viperti* Nepotem, esse, qui deinde generosum Lisnicensium stemma propagavit. De *Friderico* vero Groicensi, Advocato Pegaviensi, certo id affirmare nolo. Quare falsa est Brotufii sententia qui (ex *Lauterbergio* dicente: *Conradum Henrico successisse, & Henricum alium heredem non habuisse*) diserte scribere non est veritus; *Henricum I*, *Viperti* filium, prorsus sine liberis obuisse, scilicet quia & *Lauterbergio* & illi de posteritate ejus parum sollicitis nihil constitit: quo errore & ego deceptus, eadem, seu de orbitate, seu sterilitate, *Henrici* fol. 377, Tit. XV. *Commentarii Mysnici* inserui. Falsum & illud esse credo, quod vulgo haecenus ex *Chronico Mysniae*, Germanico idiomate conscripto (quod ex *Veterocellenis* potissimum desumptum est) traditur, nec a me etiam diserte rejectum, vel refutatam est: *Conradum*, Marchionem Mysniae, oppidum Leisnicium possedisse: nisi forte sic intelligas, statim a *Viperti* obitu Leisnicium, ut & Lusitiae Marchiam, a *Conrado*, ut supra ostendimus, occupatam, sed ab hoc non ita diu post vel ad *Henricum* ipsum, vel ad ejus filium, *Henricum II*, rediisse; quemadmodum illae mutationes ob causam ante dictam eo tempore crebrae fuerunt.

pag. 89.

Denique frivolum esset, si quis objiceret, Lisnicenses forte alterius, & quidem vetustioris stirpis fuisse, & vel ideo a *Viperto* conditos non esse, quod in libro Troiaminis reperitur; *Johannem*, Burggrafium Lisnicensem, jam tum in exercitu *Henrici* Aucupis contra Hunnos fuisse. Nam id cuiquam facile clarum est, etsi de aliqua, antiquiori fa-

milia, cui dignitas ea, si tum fuit, concessa ab Aucupe, aut antecessoribus ejus in imperio, fuerit omnino sit intelligendum: tamen id non obstare nostrae sententiae, cum prius iuculcatum sit, ejusmodi dignitates primo non fuisse hereditarias. Eadem enim ratione, sub *Henrico III* Praefectura Lisnicensis *Viperto* Groicensi concessa est. Sed cum satis haec declarata esse censeam, desino, ne illud Martialis objiciatur: *Et stultus labor est inepitiarum*. Fuit tamen omnino ad haec aliquid respondendum, ne inveterati errores veritati praevalerent, cum praesertim non pauci hoc tempore prudentuli & inviduli reperiantur, qui malint cum veteribus errare, quam recentioris, cujusdam recte indagatis sententiis altipulari. Id quod mihi in veritate de *Witkindeae familia* origine eruenda etiam contigisse scio. Nunc fragmentum ipsum *historicum* subjungendum est.

pag. 90.

DE FUNDATIONE MONASTERII BUCH, alias vallis S. Egidii prope urbem *Lisnigk*, per Praefectum castri ibidem, & alios Christi fideles.

Fragmentum historicum de fundatione Monasterii Buchensis.

Anno milleno centeno nonaque geno

Et Domini bino, sub Caestri quoque trino,
Fundavit Claustrum, quod Lisnig vergit ad
Austrum

Heinrich cum Clara contestali, stetit ara
Omne praecleara tanto, pietateque rara.

De Seeberg, miles, de Coldiz atque Barones

Hoc opus auxerunt & plurima dona dederunt.

Seeberg Albertus sit caeli in lumine certus pag. 91.

Et Margarita laetetur perpete vita,

Antea vix deni monachi, sunt ecce viceni.

Thimo, Volradus de Coldiz, Huldegericus 109)

Sunt fundatores nostri non valde minores.

Princeps magnificus Henricus in ordine Sextus

Omnia firmavit, doravit, nos bene pavit,

Ter deni monachi clamant ad sidera caeli

Rex

109) De Dynastiis Coldicis adire licet Abr. Thammii *Chronicon Coldicense*, pag. 675, seqq. ubi & duo Diplomata A. 1351 & 1371 proferuntur de *Volrado* & *Bussone* fratribus de *Coldiz*; itemque horum sororibus, *Agatha de Kanigsfeld*, & *Sophia*. Aliud de iisdem subijcimus: (*aus den unschuldigen Nachrichten A. 1716, pag. 1207.*) *Wir Volrad und Busse von Koldicz, Herrn zu Wolckenberg, bekenn an dissem geinwertigen Briffe allen den die on sehn adir horn lezin, dacz wir mit gutem Willin und bedachtin Mute durch Got und der libin Heyligen sante Jorgen und sante Maurittii unser Herrpt treu yn der Psaren zu Wolckenberg, eyn Holz, das leynt an der Molden an deme forte, als man zugit gein Koffunge. In vnser Wydem zu reyne als vnser Vater, deme Got gnade, vorgenygent und gewedempt had ewiklichen dorby zu bleibin. Dorum wenn alle ding vorgenglich sijn, so gebin wir eyne Orkunde dissin Kriff bestetigit mit vnsern angehangin Ingesegel, und sin Gezeug wir Volrad und Busse von Coldicz, Sophia un-* Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Rex Osso explevit, quod longo tempore crevit.

Filius Heinrici subit, aquivocus Friderici, hic augmentavit, stirps Missinæ cumulat.

Nunc redeo ad primos fundantes & similes imos.

Lisnig Dominos, Praefectos, non inimicos.

Sunt novus Heinricus, Albero, Albertus, Erhardus,

Meinhardique duo, sequitur quos optimus Hugo,

Non hic stant reliqui, quorum sunt codicem cali.

Nomina conscripta requiescunt corpora crypta.

Det Deus in calis ut eorum vita fidelis Præmia condigna capiat per calica tigna.

Nota: quod de Genealogia Castellanosum de Lisnig sunt isti de Ranizove in regione transalbiana & in Vandalia in territorio Lunenburgensi. Et nota, quod in illas partes quidam Otto nomine profectus est tempestate belli, quia ex eo loco majores sui & Wiperti bellicosissimi illius Comitum (a quo Castellani descendisse dinoscuntur) transmeaverant, & profapia sua ibi adhuc mansit usque in bodierum diem. Et nota amplius, quod anno virginis partus M C C L X X X I I I quidam ex militaribus istis de Ranizove, nomine Schalko, filius Schalkonis, hic fuit apud congenites suos, praefectos, sive Castellanos in Lisnik, & secum adduxit filios ejus Ottonem & Britolum primogenitum & secundogenitum inter

decem, ut annuebat filios. Hic veritas sollicite intendebat ab Imperatore, qui tamen eum per sex menses sine gratia expectare fecit. Hic idem Schalko saepe monasterium nostrum visitavit, & devotorum Christo fratrum conversatione gaudens eos specialiter dilexit, eisque non parum profuit apud Dominum Alberonem & filium ejus Dominum Erhardum, specialem hujus conventualis sodalium amicum, cujus anima perpetuo sit in bona pace. Meruit illorum devotio, ut pro eis semper ita oremus: Det eis ambobus in celo Deus præmia, inter indubitata salutis initia. Certe eorum apud nos inferos optima est memoria, quorum est apud superiores, ut speramus, presentia. Item anno Deiparæ virginis M C C C L X I I tempore Reverendi patris Nicolai Hober de Rochlizia, pag. 93. hic denuo fuerunt apud Henricum Castellanosum in Lisnik, (proh dolor, de quo gemens dico, nostri monasterii hostem) Kagenberus & Otto de Ranizove, Ottonis & Juttae, ex Ducali sanguine procreatae, ut præ se ferebant, filii, qui Henrico Castellano quantumvis exacerbato non parum resistere amicis & asperis loquelis præsumperunt. Hi fuerunt viri militares satis bonæ conversationis & Cænobitis bene fautores, ut latius habetur in Chronica quadam Posaugiensi, quorum nomina utique Deus etiam habeat ascripta in libro vite.

Castellanosum vero profabiam conscripsit stylo eminentiori præfatus R. pater Nicolaus Hober, quæ habetur in Chronico nostri monasterii, & ut ex illa paucis. Defunt reliqua,

Hactenus appendix illa, seu fragmentum, Chronico Buchensi a Siffrido Cænobita scripto adjunctum. Nunc Genealogiam persequamur.

OTTO.

ser Schwester und Sophia unser Frawe zu Wolkenberg. Und er mit die von Donin, und Herr Hermann von Lichtensteyn, unser Pfarrer, und Herman seyn Vater und Nickel, seyn Bruder, und Künze von Koffunge und Hans von Turbach und ander erbar Leute. Datum Anno Domini M C C C L I I I feria 3. post Trinit. Aliud Diploma, idque fortasse duntaxat ex interpretatione Germanica depromptum, ex iisdem Relationibus A. 1718, pag. 17, huc transferre lubet, quod vero, ni error est in numero annorum, ad fratres Coldicorum adhuc antiquiores, & forte eos ipsos, de quibus loquuntur versiculi, pertinere videtur. Die weil zeitliche Sache in der Welt leichtlich, es sey denn das sie in Schriften verfasst, in Vergessenheit gestellt, haben wir Volrad Otto und Ulrich, Gebrüder, Herrn von Koldiz, Herrn in Wolkenburg, mit wohlbedachten Muth und guter Wissenschaft fünf Schilling Pfening, und vier schnitten jeriche Zinse zu bezahlen durch zwey Zinscut, namlich Hermann Hustmann, und seine Schwester genannt Thollmut, die gleich gegen ym über wout, im Dorff Gernesdorff, der Pfarr zu Wolkenberg mit eintrechigen Gemüth und Willen übergeben und zugeeignet, mit aller Gerechtigkeit, wie wirs in unsrer Herrschafft und Gepiete gehabt, zu welchen wir, auch nichts weiter sprechen und begeren wollen um Hoffnung Göttlicher Wiedervergeltung. Auf das aber in zukünftiger Zeit kein yrriger Zweifel, oder sonst Einspruch geschehe und erwachsen muge, haben wir obbeschriebene Herren von Coldiz diesen Brieff mit unsern angeborn Insigel becreffiget und besesiget. Auch zum Gezeugnus und vollständiger Crafft zu sicherheit dieses Brieffs genommen Herrn Wilhelm, Pfarrer zu Kemnitz und Herrn Heinrich von Tyrbach, und Herrn Volkwyn von Kaufungen Ritter, Theodoricus und Johannem von Tyrbach, Herbot von Kauffungen, Ottho von Kokeritz, Bosslau und Conrad von Burxdorff, und sunst viel glaubwürdige Leute. Geben zu Wolkenberg, nach Christi Geburt M C C C und IX Jar, den xxvii tag May.

OTTONIS, QVI HEINRICI III

Burggrafi Lisnicensis alter filius fuit, (10)

pag. 94.
Schalko I
de Ranzau.

SCHALKO I. Hic nominatur, ut jam ostensum est, militaris de RANICOVE & congenitis Praefectorum seu Castellanos de LISNICK. Propter exacte congruentem temporis rationem hunc *Ottonis* ipsius, ex hac regione in Holsatiam, ut saepe jam inculcatum est, profecti filium esse, omnino statuo, etsi in appendice Buchoviana non expressum est. Qua vero occasione hic, aut potius pater, Lisnicensi titulo abjecto, novum assumeret, nobis non constat. Verisimile autem est, ut huius rei hic inferendo mentionem faciamus, si non in expeditione illa *Conradi III*. Imperatoris, contra Slavos Obertitos, una cum *Conrado*, Comite Werynensi Myniae, aut *Alberto*, Brandenburgensi Marchionae, Anno 1147. Aut deinceps in contentione de Daniae regno *Zuenonis* atque *Cannuti* Anno 1152. vel 1155 in Holsatiam descendit *Otto*; tamen forte Anno 1164. vel post ab *Heinrico*, Comite de Orlemunda populari suo, qui Holsatiae Vicarius, sub puero *Adolfo III*, Comite, fuit, eo allectum: vel in *Heinrici* Leonis, Saxoniae Ducis, expeditione aliqua, vel denique Anno 1180 cum ipso Imperatore *Friderico*, Sigebergam, *Adolfi* Comitum, urbem obsidente, & cum nil proficeret, pace falso promissa, dolo eam obtinente, & quibus pax jurata erat, eos captivos detinente, ut loquitur appendix Pegauiensis, eo profectum esse crediderim. Itatum praedia consecutus ab iis, tanquam feudo suo, se nominari sine dubio voluit. Quare & Anno 1186, vel postea, fundato jam monasterio, clypeus ejus Reinfeldiae, ut ante relatum est, suspensus.

JOHANNES de Ranzove, Eques AVRA-TVS, qui cum alio fratre suo, cujus nomen ignoro, Anno 1236 testimonio & sigillo confirmavit privilegium, quo *Adolfus III*, Holsatiae & Schaumburgi Comes, Plorensi civitati jus Lubecense concessit.

N. de Ranzove, frater *Johannis*, qui una cum eo obsignavit literas *Adolfi*, datas Plorensis, ut jam indicatum est.

SCHALKONIS I. POSTE-

RITAS.

Schalko II.

SCHALKO II, Militaris de Ranzove: Hic Anno 1283 in Mynia fuit apud suos gentiles, seu agnatos Castellanos in Lisnig, Dn. ALBERONEM & ERHARDVM, filium ejus, ut est in Fragmento Chronici Buchoviensis,

& veniam petiit ab Imperatore, qui tum fuit *Rudolfus* Habsburgensis, sed causa non exprimitur. Additur autem, sex mensibus *Schalkonem* his in locis ea gratia expectasse, & Monasterium Buchaviense frequentasse, gavisum conversatione devotorum Christo fratrum, quibus non parum commodavit apud Comites Lisnicenses. Quare & pius ipsum una cum filiis & agnatis profequitur votis 10-dalitas illa monastica.

Cum autem *Schalko II*, dicatur fuisse ex militaribus, de Ranzove, observandum est, eo significari, vel *Schalkonem I*, vel ipsum patrem *Ottone* Militem, id est, ut nunc loquimur, Equitem auratum fuisse. Ea enim consuetudo est vetustatis, quemadmodum ex Diplomatum observavi, ut *Miltum*, id est, Equitum auratorum posterum, Militares vocentur. Unde hodiernorum Nobilium, seu potius equestrum, ordo fluxit; qua de re alibi dicendum.

SCHALKONIS II

FILII.

OTTO II, Militaris de Ranzove, primogenitus inter decem fratres. Hunc una cum fratre BRITOLFEO secum habuit in Mynia pater Anno 1183. Uxor JUTTA fuit ex Ducali sanguine procreata, ut habet idem fragmentum. Nam cur hunc *Ottone* Schalkonis filium cum *Kagenberi* & *Ottone*, de quibus sub Anno 1362 mentio fit, patre *Ottone* non eundem esse statuam, causas nullas habeo.

BRITOLFUS, Militaris de Ranzove, secundogenitus inter decem fratres, qui ut ex Fragmento apparet, in Mynia fuit, una cum parente & fratre majori. Credo autem idem nomen hujus esse cum abbreviato Britdonis, quod deinceps etiam in familia Ranzoviana invenitur. Cupio tamen ea de re erudiri ab iis, qui nati sunt in Saxonia littorali, sicut & de nomine Schalkonis.

N. N. N. N. N. N. N. octo fratres *Ottone* & *Britolfi*, quorum nomina nobis ignota sunt.

Horum autem filii sine dubio fuerunt RANCOVII illi, qui in hanc Genealogiam certa loci serie nusquam inseri possunt, ut NICOLAVS, qui vixit Anno 1322, & interfuit tractationi cum Lubecensibus. Sic JOHANNES, & ELERVS vixerunt Anno 1326, ut constat ex literis archivi Episcoporum Lubecensium.

BRVNO Ranzovius Woldemari Ducis Jutlan-

110) Dabit nobis veniam Lector benevolus, quod *Stemma Ranzovianum* jam non profequamur, illustrandumque suscipiamus; cum id a pluribus aliis jam sit expositum; neque nobis nunc suppetat, quod praeterea afferamus.

landiæ Consiliarius fuit, sepultus Chilovii Anno 1334. CONSTANTINVS mortuus est Anno 1335, ut colligitur ex memoria Colonice instituta in Collegio nobilium virginum in Capitolio. HARDEWIGVS vixit Anno 1347, qui testis fuit in privilegio Johannis Comitis Holsatiæ Monasterio Reinfeldensi concessio.

pag. 98.

Woldemarus.

Unius autem ex his filius fortassis fuit WOLDEMARVS, Nicolai, Comitis Holsatiæ, Consiliarius, qui Chilovii Anno 1390 sepultus est. Horum posterii quidam adhuc superstites esse scribuntur. Nam nostro tempore ultra 100. Ranzovios numerari certum est, a quibus castra, arces, prædia ac nobilium domicilia ultra quinquaginta in Regno Daniæ ac Norvegiæ, & in Ducatibus Holsatiæ, Schleswicensi, Lunenburgensi, ac inferioris Saxoniae, possidentur, in quibus jurisdictionem habent minorem & majorem, id est capituli; quemadmodum Comites, Barones, ac præcipui ex nobilibus in Germania, & tota Cimbrica, & Daniæ nobilitas suis possessionibus cum tali libertate fruitur.

Scribit Nobilissimus vir, Dominus *Heinricus Ranzovius*, Serenissimi Daniæ Regis in Ducatibus Schleswici, Holsatiæ, Ditmariae Vicarius, Ranzovios quosdam Innocentii VII. Pontificis, confirmatione usos, Canonicatum Hamburgi pro posteris constituisse. Sicut & alia beneficia Ecclesiastica eodem fere tempore Itzehoæ, Chilovii, Flensburgi, Schleswici, Plonæ, & in cœnobio Pretzensi, fundarunt. Et de constantini fundatione Coloniensi jam dictum est. Electus est autem Papa Innocentius VII. Anno 1403, ut tradit Compilatio Chronologica, vel sequenti, ut Paulus Langius in Chronico Citizenensi. Sed nunc reliquæ Genealogiæ partes attextendæ sunt.

pag. 99.

OTTO II FILII.

Kagenherus.

KAGENHERUS, Militaris de *Ranizove*. Hic una cum fratre *Ottone* Anno 1362 fuit in Mysnia apud gentilem suum HEINRICUM, Comitem Lisnicensem, hostem & persecutorem Cœnobii Buchoviensis. Si divinare licet iis in rebus, in quibus luce meridiana clariora desunt documenta, arbitror hunc Kagenherum eundem esse cum eo, qui in Genealogia Ranzoviorum hactenus ter quaterve publicata dicitur CAJVS: qui EQVES AURATUS fuit, & vixit Anno 1364. Duos is habuit filios *Cajum* & *Godschalkum*.

Otto III.

OTTO III, Militaris de *Ranizove*, de hoc, sicut & de fratre, in appendice, seu fragmento Buchaviensi, citatur Chronicon Posaugiense, quod quantum scio, non extat. Hic cum esset in Mysnia una cum fratre, conatus est animum Heinrici in Mona-

pag. 100.

sterium Bochoviense, valde tum exacerbatum placare & lenire, & prædicatur amborum bona conversatio, id est, vita laudabiliter acta, & benignitas erga cœnobium. Filium habuit OTTONEM III. Et hactenus quidem Chronicis Mysniæ, videlicet Bigaviensi, Prageni, Urspergeni, Sampetrino, Erfordienfi, Magdeburgensi, Buchaviensi, & ejusdem appendici, Chemnicensi, Penitenti, quod Meieri est, & multis præterea variorum locorum diplomatibus institimus. Nunc porro, quæ scribemus, omnia ex RANZOVIORUM genealogia illa non semel edita, & a D. Chytræo in continuatione hystoriæ Crancianæ repetita, desumenda erunt. Primum autem de OTTONIS III. Posteritate agemus.

OTTO III. POSTERITAS.

OTTO III. Dominus in Salzou, RANZOV, Schlage, & Långker, quæ præaque in WAGRIA sita sunt, & honorum in terra Oldenburgensi, id est, circa Oldenburgum urbem in eadem regione sitam, quæ posterii ejus adhuc hodie possident. Filios habuit *Breidonem* & *Schackonem*.

Otto IV.

OTTO III. FILII.

Dn. BREIDO, Eques Auratus. Anno 1390 habita est Kilonii (quod oppidum est Holsatiæ primarium, in Wagria, habens portum ad sinum Orientalis Oceani, seu Maris Balthici) de divisione Comitum Holsatiæ Normar. & Schaumburgensium, tractatio, videlicet inter Gerhardum, Ducem Schleswicensem, Albertum juniorem, & Heinricum, filios Heinrici Senioris ex una, & Ottonem, Bernhardum, Præpositum Hamburgensem, Adolphum, & Willhelmum, Ottonis filios, ex altera parte. Ei interfuere undecim Equites aurati, quorum primus & præcipuus fuit hic *Breido*. Inter reliquos vero nobiles, quorum multi fuerunt, *Schacko* & *Heinricus*, *Ranzovii*, etiam recensentur. Filium habuit *Heinricum*.

Dn. SCHACKO, Eques Auratus. Hic Anno 1416. Dux belli fuit in expugnatione insulæ Eemerensis. Inde Anno 1439. *Albertus II*, Imperator, *Adolphum*, Ducem Schleswicensem ex Schaumburgensi familia ultimum, dignatus est honore societatis suæ, qui peculiaris ordo fuit, gestans insigne Draconis cum Cruce. In eo diplomate, quod hodieque in archivis Gotterpiensibus aservatur, *Adolpho* mandatur, ut eum honorem cum *Schackone Ranzovio* communicet, quod illustre argumentum est, qua in estimatione apud exteros etiam & summos homines ob virtutem fuerit hic *Schacko*. Relictis quinque filiis, *Nicolao*, *Cajo*, *Hanso*, *Heinri-*

Schacko.

pag. 102.

Henrico, & Hardwico, obiit, & sepultus est in Gickau.

DN. BREIDONIS POSTERITAS, qui obtinent Neugersdorff, & Hogenfelde.

Henricus. DN. HENRICUS, Eques auratus. Obiit Anno 1464. Filios habuit Deutlevum, & Henningum.

DN. HEINRICI FILII.

Deutlevus. DEUTLEVUS Canonicus Lubecensis. Obiit 1465.

Henningus. HENNINGIUS in Neugersdorff. Hic filios habuit Nicolaum, & Marquardum, Breidonem, Daniclem.

HENNINGII POSTERITAS.

Nicolaus. 1. NICOLAUS, Confiliarius Regis Danicæ, & Præfectus in Steinburg. Obiit 1571, die 5. Februarii, ætatis 63, cum aliquot mensibus. Pertexemus autem hunc ramum, ut de aliis deinceps eo commodius agatur. PAULUS, Nicolai filius, præfectus Trumelbutænsis, natus est Anno 1551. Hic filios habet NICOLAUM Anno 1567. LAURENTIUM, Anno 1578, & PAULUM, Anno 1582, natos.

Marquard. 2. MARQVADRVS, Henningi filius. Obiit 1570. ætatis 63. Filii ejus sunt HENNINGUS BREIDO, & NICOLAUS.

Breido. 3. BREIDO, Henningi filius. Natus Anno 1534. Præfectus fuit militum in bello Suetico. Nunc Friderici II. Danicæ Regis Confiliarius, & Præpositus monasterii Utersen.

Uxor ejus DOROTHEA Alefeldia, cum qua in dotem accepit dimidiam partem castri Scegarten. Subjungemus hujus quoque filios, qui sunt HANSIUS ætatis annum 19, & FRANCISCUS annum 11 ingressus.

DN. SCHACKONIS POSTERITAS.

Hujus quinque filii vixerunt circa annum 1469, ut apparet ex literis fœderis, quod nobiles Holfatiæ inter se inierunt contra vicinas civitates, & injustam vim aliorum. Ei enim 24 Ranzovii subscripserunt. Divise-

runt autem hi fratres quinque inter se bona terræ Oldenburgensis, Salzou, Klampe, Lammershagen, Rastorp, Siggem, Pudlofen, Bredov, Lœrsdorp, Packer, Helmfelde, Quernebeck, & Marutendorp. Sunt ii

1. NICOLAUS. Hic Cœnobio Pretzensi præter cætera dedit militare munus, nempe 28. equos Anno 1469. Subjungemus statim posteros ab hoc conditos, ut Henrici posteritati, quæ major est, deinceps major Alouus sit.

BENEDICTUS I. Filius Nicolai suscepit CHRISTOFERUM, natum anno 1503. adhuc superstitem, qui rursus filios habet BENEDICTUM II. Dominum in Tunderen, & CHRISTOFERUM, Dn. in Quernebeck. Horum etiam sunt Marutendorp, & Osterrode. Et NICOLAUM. Hic Benedicti I. filius in bello, quod CHRISTIERNUS III. Danicæ Rex cum Lubecensibus gessit, Tribunus militum fuit, & cum duabus cohortibus sub Martino Rossemio in Belgicum, & Galliam se contulit. Deinde Præfectus Peinensis factus est, mortuusque Lubecæ, annum ægens 77, 3. Augusti, anno 1584. Sepultus ibidem in monumento Ranzoviorum, quod Henricus Ranzovius filio suo Theodoro extrui ante curaverat.

2. CAJUS. Vixit anno 1469.

3. HANSIUS. Obiit 1485, die 2. Octobris, sepultus in monasterio Pretz, quod situm est in Wagria ad Zuentinum fluvium.

4. HENRICUS vixit anno 1469. Hoc nati sunt Hansius & Otto, de quibus seorsim.

5. HARDWICUS vixit anno 1469. Hoc natus est OVO Dominus in Rastorp, qui periit in Ditmarsia, anno 1500, & filium habuit NICOLAUM, qui ANDREAM: quonatus est NICOLAUS RANZOV cubicularius Illustrissimi Principis Wilhelmi Landgraffii Hassiæ, qui in venatione aprum interficiens ejusdem ictu vicissim occubuit.

HEINRICI POSTERITAS.

HANSIUS, Henrici filius, Dn. *Schackonis*, Equitis aurati N. Primo Canonicatum Lubecensem habuit, quo resignato, uxorem duxit *Margaretam Brocktorpiam*. Vir doctus

doctus & Dominus in Nienhus, quam ipse funditus ædificavit. Obiit Hedersleebii, ubi in Monasterio sepultus est. Reliquit posteritatem septem filiorum felicem & honoratam. Omnes enim *Friderici I. & Christiani III.* Regii Vicarii, Oratores & Consiliiarii fuerunt.

pag. 106.

Otto.

DN. OTTO, Eques auratus, Dominus in *Bulke*, quod castrum funditus ædificavit, & *Knope*, & *Johannis*, Regis Daniæ, Senator. Sepultus est anno 1511. Chilonii in cæde D. Jacobi in delubro Ranzoviorum, ubi & filii ejus conditi sunt. Uxor ejus ANNA de BREIDEN.

DE DN. OTTONIS EQUI- ris Posteritate primum.

Christo-
phorus.

1. CHRISTOPHORUS, Dominus in *Bulke*, Præfectus arcis Tunderensis. Obiit anno Christi 1571. die 20. Februarii ætatis 60. Uxor ejus ANNA RANZOVIA de *Rudlos*. Filii ejus OTTO HIERONYMUS, & HEINRICUS.

Hieronym.

2. HIERONYMUS. Decessit absque liberis anno 1561. Uxor ejus MARGARETA BROCTORPIA.

Henricus.

3. HEINRICUS. Uxor ejus MAGDALENA REVENTLOVIA. Filii JOHANNES, OTTO, & MELCHIOR, quorum MELCHIOR, DOROTHEAM RANZOVIAM de Quernbeck uxorem duxit, & castrum Salewick pro Tuschou a Regia Majestate Daniæ, titulo permutationis, ad se transtulit *Christophori & Henrici* liberi possident bona *Bulke*, *Knope*, *Seekamp*, *Borchhorst*, & *Schenkel*.

pag. 107.

HANSII LIBERI.

Casperus,
&c.

1. CASPARUS, Dominus in Smolde, Regis Daniæ Consiliarius, & Præfectus Flensburgensis. Uxor MARGARETA Ranzovia de Neuerstorff, ex qua duos sustulit filios HEINRICUM & JOHANNEM.

HEINRICI Filii sunt CASPARUS, JOACHIMUS & HANSIUS, qui possident Schmolde. JOHANNES adhuc superstes est, Præfectus Rendesburgensis, & Regius in Holsatia Consiliarius, agens annum 55, qui cum uxore dotis loco accepit castrum *Hasselborch & Muskenzin*.

Melchior.

2. MELCHIOR, Regis Daniæ Christierni

III. aulae Præfectus, five Marschalkus, ipsique charus fuit. Hic enim satis crebro dixisse fertur, se gemmam ex corona amisisse. Obiit juvenis & cælebs anno Christi 1539. Vir disertus & latinæ linguæ non imperitus. Sepultus est Hafniæ in loco, qui coronationi Regum Daniæ deputatus est. Clarus bello Lubecensi.

pag. 108.

3. BALTHASAR, Episcopus Lubecensis, & Præpositus Schleswicensis, nec non Christiani III. Daniæ Regis Consiliarius. Captus est in arce Episcopali Coldenhauen a quodam nobili Regis Daniæ, *Christiani III.* inimico, ut pecuniam ab ipso extorqueret, & in captivitate vitam cum morte commutavit, cum per annos 17. Episcopatus summa cum laude præfuisset, anno 1547, ætatis 49. Fuit vir insigniter doctus, qui Episcopatus bene præfuit.

Balthasar.

4. BREIDO, Heres, seu Dominus in *Bolgenstede & Redwisch*, vir eloquens, Regis Daniæ in Ducatibus Holsatiæ &c. Vicarius, seu locum tenens & Præpositus Pretzensis. A Christiano III. Daniæ Rege in Frisiam missus est cum copiis equestribus ac pedestribus, ut capitaneum Menardum de Hamme obsidione solveret. A Domino Georgio Schenkio autem Caroli V. gubernatore Frisio captus fuit. Deinde iterum captus a *Christofero*, Comite Oldenburgico, in Fionia. Obiit anno 1562, 13. Octobris, ætatis 56, sepultus in Parochia sua *Eggebeke*. Uxor ejus CATHARINA *Heißera*.

Breido.

5. HEINRICUS. Heres in *Efelsmarck*, & *Satwisch*, Adolphi Ducis Holsatiæ Consiliarius, & Præfectus Gortorpiensis. Sepultus Rosleebii anno 1561, 2. Februarii, Sexagenarius fere. Uxor DOROTHEA *Wonschstedt*. Filius ejus HANSIUS possessor bonorum paternorum & Dominus pro rata sua castri Nienhus. Duxit uxorem MARGARETAM *Alfeldiam*, quæ dotem habuit arcem *Saxdorff*. Hujus filii tres HEINRICUS, MARQUARDUS, & SIFFRIDUS.

pag. 109.

Henricus.

6. SIFFRIDUS Dominus quondam fuit castri Nienhus, Administrator Insulæ Vemrensis & Præfecturæ Haderslebiensis, Johannis Holsatiæ Ducis Consiliarius. Obiit cælebs 1576, sepultus in *Gikouy*.

Siffridus.

7. OTTO, Heres in *Ranzou*, *Schonenweide*, & ex parte aliqua castri *Nienbus*. Uxor ejus MARGARETHA *Alfeldia*. Obiit 1585. die 24. Decembris, fere octogenarius, sepultus in *Gikouy*. Habuit 4. filios, quorum tres superstites sunt, HANSIUS, BALTHASAR, & HEINRICUS. MELCHIOR enim anno 1585. submersus est.

Otto, &c.

Hacte-

pag. 110.
Kagenheri
propago.

Hactenus de OTTONIS III. posteritate. Nunc de linea CAJI, quem KAGENHERVM in appendice Buchöviensi dici existimo, agendum, quæ rursus bifurcata est, nam filios, ut supra indicatum est, habuit Cajum & Godschalkum.

CAJI POSTERITAS.

Cajus II.

CAJVS II. Dominus fuit castri Krumendik & bonorum palustrium ac circa oppidum Itzeho (quod ab Helmoldo lib. I. c. 19. Etzeho præsidium, id est, munitio) jam tum sub *Conrado II.* Imperatore, appellatur, jacentium. Hic anno 1397 ordinavit divisionem inter Comites Holfatiæ & Stormariæ, quæ scripto comprehensa in hodiernum usque diem in archivis Gottorpiensibus servatur. Sepultus est Itzeho in æde sacra D. Laurentii, contigua monasterio nobilium Monialium prope altare S. Trinitati dicatum.

GODSCHALKVS I. Gerhardi, Ducis Schleswicensis, Senator, cujus literis, quibus privilegia Reinfeldensis Monasterii anno 1399 confirmavit, testis subscripsit. Obiit ætatis anno 63.

pag. 111.

Nunc primum de *Godschalki* posteritate. Nam Caji amplior est.

GODSCHALCI I POSTERITAS.

Godschal-
cki posteri-
tas.

Godschal-
ckus II.

GODSCHALKVS II. Hic anno 1469 inter 24 *Ranzovios*, qui una cum reliquis Holfatiæ prioribus, a quibus tum sædus istum est, (ut supra in Domini Schackonis Equitis aurati filius etiam mentio facta est) nominatur. Reliqui plerique non sunt in hac Genealogia, quod argumentum est amplitudinis hujus familiæ nobilissimæ. Uxor ejus fuit Elisabetha de Sehstede, de Cluvenlick. Vixit annos 63.

Antonius.

ANTONIVS Godschalci II filius, Dominus in Nienhave, quod castrum funditus extruxit. Friderici I. Regis Daniæ Consiliarius, & Præfectus Gottorpiensis. Obiit anno 1533, ætatis 63. Sepultus in æde sua Parochiali Westenséh (una cum uxore DRVDA RANZOVIA, Petri filia, quæ obiit 1540.) elegantissimo monumento muris inserto.

ANTONII LIBERI.

pag. 112.
Godschal-
ckus III.

GODSCHALCVS III. Natus 1501. Dominus in Neuénhave, Wammendorff, & Wilstede, Christiani III. Daniæ Regis Senator. Obiit 1564. 22. Martii, conditus apud majores in Westenséh juxta monumentum lapideum a posteris ejus erectum una cum uxore MARGARETHA BOCKWOLDIA, quæ obiit eodem anno, die 22. Februarii. Attigerunt ambo annum ætatis 63.

CLARA nupsit Christofero de Schulenburg, Domino quondam in Engern & Betzendorff, quæ heredes adhuc obtinent.

GODSCHALCI III FILII.

Daniel.

DANIEL, DOMINVS in Nienhave & Woldeborn, juvenis *Carolo V.* militarem operam præstitit. In expugnatione Ditmarsicæ primum

Menckenii Scriptur. Rer. Germ. Tom. III.

duarum cohortium ductor: deinde Regis Daniæ Friderici II. summus belli dux contra Suetiæ Regem designatus est, atque hoc munus in VII. usque annum cum laude administravit. Regem Suetiæ aliquot præliis superavit, exiguo exercitu ingentes hostium copias fudit, ut in campo Alstorff heide 4. millibus 26. millia hominum prostravit. Tandem in obsidione arcis Warburgicæ, quæ paulo post deditioe facta expugnata est, globo ex tormento aereo exploso per caput ejus adacto expiravit, ætatis circiter anno 40, anno Christi 1569. 11. die Novembris. In Parochia sua Westenséh apud Majores sepultus est, splendido monumento cryptæ ejus instrato, una cum aliis Epitaphiis in memoriam ibidem erectis. Mortuus est *ἀνωπυ*. Nam desponsata ei fuerat Catharina a Damme, quam postea ipsius frater Petrus duxit. Linguam latinam, Italicam, Gallicam, Danicam & Germanicam egregie calluit.

pag. 113.

ANTONIVS II. Natus anno 1533. Heres in Wilstorff, quod prædium Regi Daniæ Friderico II. vendidit. Post obitum Danielis fratris cessit ei Nienhave. Hic adhuc vivit cum duobus filiis ANTONIO & GODSCHALCO III, qui literis dant operam, & linguæ latinæ & gallicæ non imperiti sunt.

PETRVS, natus anno 1538. Dominus in Arnshorch, sive Woldeborn, cujus fundamenta jecit prima, fossa ac vallo additis, & Wammendorff, quod pro Troieburg cum Rege Daniæ *Friderico II.* permutavit. Præterea heres in Schirenséh & Mollendorp. Regius Danicus Consiliarius est, & Præfectus Flensburgenfis. Uxor ejus CATHARINA a Dame, quæ defuncta est anno 1577. 20. Januarii. Donatus est a Friderico II. Daniæ Rege ordine Danico, nempe aureo Elephante cum turri. Hic natus est filius DANIEL ex Catharina uxore anno 1572, 5. die Januarii, hora 6. min. 40.

pag. 114.

POSTERITAS CAJI. QVI CAJI I. Filius, *Ottonis II.* Nepos, *Schalkonis II.*

Pronepos, *Schalkonis I.* abnepos, *Ottonis* Burggraffii Lifsuicensis atnepos fuit.

Habuit hic *Otto*, Burggraffius, *Ranzoviorum* conditor, proavum *Wigbertum* Groicensem, Marchionem Lusatiae, Burggraffum Magdeburg. ut ex præcedentibus manifestum est.

BREIDO, Caji II. filius. Heres in Crumendik. Obiit 1440. tumulatus Itzehoæ apud patrem. Uxor ejus DRVDA Radlovia de Lentsan, quæ obiit 1451. die 24 Augusti. Reliquit quinque liberos, Petrum, Berroldum, Heincricum, Woldemarum & Mettam.

pag. 115.

BREIDONIS LIBERI.

PETRVS. Vixit anno 1480, quo bona Petrus prope Itzehoam sita, ad Castellum Crumendik quondam spectantia, Monasterio Itzehoensi vendidit. Filiam ejus DRV DAM duxit Antonius Ranzovius ex Godschalci posteritate, quæ obiit 1540.

BARTOLDVS, Præpositus Hadelariensis,

Bartoldus

Ooo

Canon.

Canon:icus Bremensis. Excessit e vivis Buxtehuda anno 1459. 8. Januarii, translatusque Bremam, ubi in sacra æde cathedrali sepultus cum Epitaphio, quod HEINRICVS RANZOVIVS, Regius Danicus Vicarius renovari fecit. Hic Bartholdus, si diutius vixisset, forsitan etiam ad dignitatem Episcopalem Bremensem evectus fuisset.

Henricus I. HEINRICVS I. Heres bonorum feudali-um in Itzehoa, quondam Hamburgensium præfectus in arce Steinborg. Obiit sexagenarius 1497. apud majores sepulturæ mandatus.

pag. 116. Vxor ejus OLEGARDIS, Bockwoldia (Detlevi Equitis aurati, Domini in Borstel & Siehagen, qui & ipse Itzehoæ sepultus est, cum uxore Magdalena de Humelsburtel, filia,) quæ decessit anno 1538. prope maritum condita, cum annis 41. vidua fuisset, vitam ad annum 80. perduxisset. Filios habuerunt quinque, Breidonem, Cajum, Paulum, Detel-um, Johannem, & unam filiam Catharinam.

Woldemarus. WOLDEMARVS Heres in Crumendik; cujus posterii castrum Crumendik Sehdii vendiderunt. Habuit tres filios, Jacobum, Christophorum, Ottonem. JACOBVS ex his unam filiam reliquit, quam duxit Henningus Ranzovius.

Metta. METTA, sive Methilda, uxor N. Reventlavii, sed sine heredibus defuncta anno 1489, 9. die Maji, Cœnobio Itzchoensi quinque milia marcarum in testamento donavit, ut patet ex majorum relationibus, ex Diplomatis hac de re confectis, nec non saxo sepulturæ ibidem instrato.

HEINRICI I LIBERI.

pag. 117. BREIDO II In Dithmarisia fortiter pugnans Breido II. periit, anno 1500, cum tribus aliis Ranzovii, cum Rex Daniæ Johannes hanc bello oppugnaret, ubi etiam tumulis obruti sub dio jacent. Nam honor sepulturæ, quem ipsorum propinquæ & agnatæ Moniales nobiles Cœnobii Itzchoensis eis tribuere instituerant, a Dithmaris est negatus. Sed illustrium virorum sepulchrum quævis terra & monumentum est, non tantum inscriptio in tumulo, sed etiam non sculpta honesta memoria, quæ historiis non tumulis conservatur.

Paulus. PAVLVS, Regis Daniæ, *Friderici I*, aulæ moderator, sive præfectus, fuit, inque florescente ætate extinctus est, anno 1521. & Itzehoæ sub lapide sepulchrali humatus jacet. Reliquit filium HENRICVM, qui aliquandiu castra secutus in Galliis apud Martinum Rossemium unius Equitum turmæ ductor fuit, aqua submersus periit, Schleswicique sepultus est, anno Domini 1546, ætatis 28.

Cajus. CAJVS Dominus in Hanrou, Kletkampe & Cherubi, Adolphi Ducis Holsatiæ Consiliarius fuit, præfectus Tritaviensis. Vulnus accepit in bello Lubecensi tormento, cum propugnaculum Travemunda ipsis ereptum est. Mortuus anno 1560, ætatis supra 72. majorum sepulchris illatus est. Filii ejus fuerunt Paulus, Henricus, Mauritius, Detlevus, de quibus suo loco.

DETLEVVS Canonicus Bremensis & Detlevus. Hamburgensis, Bononiæ aliquandiu in studiis bonarum artium versatus linguam latinam & Italicam recte didicit: postea Romam se conferens & ad reliquas dignitates Ecclesiasticas contendens ibidem obiit anno 1504.

CATHARINA. Per 20. annos Abbatissæ munus in cœnobio Itzchoensi sustinuit. Mortua anno 1564, 23. die Januarii, ætatis suæ 81. Monumentum ipsi posuit in peristylio ejusdem cœnobii australi in angulo Henricus Ranzovius VICARIVS REGIVS, filius Johannis fratris hujus.

DN. JOHANNES, Dominus in Bredem. Johannes. berg, Botkamp, Sturenhagen, & Melbeck, Hierosolymis decore Balthei militaris insignitus est, circa id tempus cum Selymus, Turcarum Imperator eam civitatem bello superasset. Tribus Daniæ Regibus summus bellorum Dux, & Consiliarius intimus. Regis insuper Christiani III in Holsatia vices gerens. Lubecam obsidione cinxit, & aliquot Lubecensium prope Oetinum profligavit. In Jutia cum Erico Banner Dano Equite aurato rusticos seditiosos domuit Navarchum Clementem, qui se propria autoritate pro Rege gessit, cepit, captisque supplicio affecit.

pag. 119. Duabus obsidionibus Hafniæ in Seelandia interfuit. Severinum Norbium Regis Daniæ Christiani II, summum belli Ducem patentibus in campis proelio superavit in Scania & cepit. Comites quoque aliquot in Fionia in loco Ochsenberg dicto, fudit. Inter Imperatorem Carolum V. ac Daniæ Regem Christiernum III, Spiræ, una cum sociis legationis, ut Dn. Andrea de Bilde, Equite aurato, & aliis pacem composuit ac stabilivit anno 1544. Tandem cum Daniæ Rege Friderico II, nec non Holsatiæ Ducibus Johanne, & Adolfo in Dithmarsiam expeditionem suscepit, ejusque belli dux fuit. Vixit annos 73, & mensem unum. Placide obiit filiis claudentibus oculos anno 1565. 12. Decembris.

pag. 120. Castra Brendenberg & Bodcamp precio suo emit, & funditus ædificavit, quorum prius inter munitissima totius Holsatiæ recensetur, Uxor ejus fuit ANNA WALSDORPIA, ultima ejus familiæ in illis oris, quæ obiit 1582. 29. Decembris, cum vixisset annos 72. prope conjugem honorifice condita sub sepulchro splendido Itzehoæ cum variis Epitaphiis, quæ filii moerentes parentibus statui curarunt. Vidit liberos, nepotes, ac pronepotes XLVIII. Ecce sic benedicatur homini, qui timet Dominum.

Pater ejus fuerat GERHARDVS WALSTORPIVS, qui cum sexagenarius obiisset, in templo Segebergeni sepulturæ traditus est, & monumento honorifico ornatus a Nepote HEINRICO RANZOVIO Vicario Regio.

Mater fuerat CATHARINA RANZOVIA, quæ obiit in Pretz septuagenaria fere, ibidemque apud sorores suas quæ virgines moniales fuerunt, sepulta jacet. Gerhardi pater fuit HEINRICVS WALSDORPIVS Dominus in Pardol, sepultus Bornhovedæ. Mater ejus

ejus ANNA *Svaenia*. *Catharina* vero *Ranzovia*, quæ Gerhardi conjux, ut diximus, pag. 121. fuit, pater HEINRICVS RANZOVIVS fuit Dominus in Niendorff, & Quernbeck, qui uxorem ABELAM Seestedia habuit. Atque horum, quæ jam inferuimus, adminiculo Majores Indiciarii, ut appellare vulgo solemus, octo HEINRICI REGII VICARII in Holsatia &c. deduci possunt.

CAJI DOMINI IN HANROU &c. FILII.

Paulus. PAVLYS vir doctus, & juris cognitione imbutus, Signifer Caroli V. in bello contra Johannem Fridericum Saxonie Ducem Principem Electorem, perijt. Iuc pestifera infectus prope Lipsiam, tumulatus in Zeitz, oppido Episcopatus Naumburgensis.

Heinricus. HEINRICVS, Canonicus Hamburgensis, nec non vir militaris. Stipendium meruit sub *Baltasare* Comite de *Witmund*, contra Bremenses. Ab obsidione urbis Metensis cum Duce Holsatiae *Adolfo* unius turmae Equitum ductor discedens apud Treviros peste interijt, ibidemque in templo cathedrali sepultus est. Anno 1553. monumento in memoriam ejusposito.

pag. 122. MAVRITIVS Dominus in Hanrou & B Mauritus. Holtenklinke, *Adolphi* Ducis Holsatiae Consiliarius, & Praefectus Gottorpiensis, Ditmarsensis, & Reinbeccensis, & in expugnationibus Ditmarsica & Gotthana unius equitum turmae ductor.

Anno 1572. hydrope correptus obiit Lubeca, ac Itzehoam ad sepulchra majorum translatus est, cum monumento ejus parieti affixo. Unicus ejus ex Barbara Seestedia uxore filius CAJVS adhuc superstes egit annum aetatis 20. cum hæc scripta sunt.

Detlevus. DETHLEVVS Dominus in Kletkampe & Cherubi, *Adolphi* Ducis Holsatiae Consiliarius, & praefectus Cismariensis, & Oldenburgerensis. Natus est anno 1537. Uxor MARGARETHA, Heinrici Ranzovii de Satwisch filia. Filius ejus CAJVS annum agens 16. literis incumbit.

DN. JOHANNIS EQVITIS AVRATI POSTERITAS.

Henricus. HEINRICVS natus anno 1526, die 11. Martii, hora 10. min. 31. post meridiem in arce Steinborg, Dominus in Bredenbergh, Ranzovisholm, Wandesborg, Tuschbeck, Nutzschou, Melbek, Redingersdorff, Gronou, & D Wellingsbuttel: Regum Daniae *Christiani III.*, & *Friderici II.* in Ducatibus Schleswici, Holsatiae, & Ditmarsiae Vicarius, Consiliarius & Administrator praefecturae Segebergensis per spatium 30. annorum. Loquitur & scribit latino sermone expedite & eleganter, Gallicae quoque linguae non imperitus. Ab inclyto Rege Daniae Friderico II. titulo emtionis 55000. thalerorum Ranzovisholmum comparavit, Nutzkou, Wandesberg, Gronou, & Redingersdorff similiter coemit & extruxit. Expeditioni Ditmarsiae interfuit, quam sub Menckenii Scriptor. *Rer. Germ. Tom. III.*

jugatam inter Regem Daniae, Holsatiaeque Principes divisit, nec non tractationi pacis inter Daniam, Suetiae ac Poloniae Reges, & civitatem Lubecam; Stetini una cum reliquis adhibitus fuit anno Christi 1570. Donatus est etiam a Friderico II. Daniae Rege insignibus ordinis Danici, quæ sunt aureus Elephas cum turri.

Vxor ejus CHRISTINA, unica filia Francisci ab HALLE (ex equestri Brunsvicensium ordine nati, clari propter multas magnorum Principum adversitates & captivitates, quas superavit, mortui Antverpiae, anno 1553, die 28 Septembris, aetatis anno 63, honorati ibidem marmoreo monumento a genero, & filia in primaria aede S. Mariae) heres ingenium divitiarum, praecipue vero in Drakenborg, & Rintelem, nata anno Christi 1533. Filii hujus 7, Franciscus, Breido, Fridericus, Gerhardus, Ditericus, Cajus, Johannes; Filiae 5: Magdalena, Catharina, Oligarda, Elisabetha, Margaretha.

PAVLVS. Natus anno Christi 1527, die 16. Octobris inter 2. & 3. horam noctis, Dominus in Bodekamp, Lindovith, Arlevat, Beienstet, & Scaphulen. *Adolphi* Ducis Holsatiae, Consiliarius, & Praefectus Tritaviensis, Reinbeccensis, & Tremmelsbuttelensis fuit, ejusdemque ducis vexillifer in obsidione Metensi: nec non legatus, cum idem dux bis mille Equites ex mandato Philippi Regis Hispaniarum Duci Albano adduceret. In juventute *Alberti* Marchionis, primi Ducis Borussiae cubicularius fuit. Obit in Reinbeck, & Itzehoae apud majores honorifice tumulatus est 1579, cum vixisset annos 51. menses 5. dies 6. MAGDALENA &c.

HEINRICI VICARII REGII LIBERI.

FRANCISCVS RANZOVIVS. Natus anno Christi 1555, die 28 Augusti, hora 17. m. o. post meridiem Segebergae Friderici II, Regis Daniae Praefectus in Coslor, ubi trajectus est inter Fioniam & Selandiam. Linguam callet Gallicam, Latinam & Danicam. In juventute operam literis dedit Lovanii cum Wilhelmi Principis Aurantii filio, quo Antverpiam vocato, capto & in Hispaniam abducto hic Franciscus a Duce Albano Lovanium remissus est. Vxorem ANNAM ROSENKRANZIAM, quæ bona possidet in Norvegia, Selandia, & Fionia natam in Norvegia Bergae 1566. die 13. Maji hora 12. cum m. 31. noctis, cum pater ejus regni gubernator tum temporis esset, duxit anno 1584. Ex hac ei natus est ERICVS anno 1585. die 29. Augusti inter 1 & 2 horam noctis in arce Rosenkranziorum Arischou in Fionia.

BREIDO III. Natus anno 1556. die 13. Octobris hora 19. m. 4. mane, Segebergae, Regius Danicus, Senator, & Praefectus insulae Langeland. Loquitur latine, gallice & danice expedite, fuitque in magno discrimine vitae Lutetiae, cum ibidem nuptiae illae cruen-

ta Regis Navarrai celebrarentur. Missus est a Rege Daniæ Friderico II, anno 1586. ad Regem Henricum Gallia. Vxor SOPHIA Rosenkrancia soror Annae, mata Bergæ in Norwegia anno Christi 1560. die 25. Decembris hora 3. m. 24. a meridie, qua itidem possessiones habet in Norwegia, Selandia, & Fionia, ducta a Breidone anno 1579.

Fridericus. FRIDERICVS Ranzovius. Natus anno 1557, die 31. Octobris hora 5. m. 30. post meridiem Segebergæ, Archidiaconus & Canonicus Schlesvicensis, latinæ linguæ peritus. Hic apud Johannem Calimirum Palatinum in expeditione Colonienfi aliquandiu commoratus est anno 1583. Cum Regio Danico Admiratio profectus est in Livoniam, versus Osel, & Arnsburgum, cum illi denuo Friderico II. Daniæ Regi juramento sunt obstructi, anno Christi 1584. Postea profectus est cum Ernesto de Mandeslo in Galliam ad expeditionem anno 1586.

Gerhardus. GERHARDVS. Natus anno 1558, die 16. Octobris hora 11. m. 30. post meridiem Segebergæ, Canonicus Bremenfis & Lubecensis: Regius Danicus præfectus propugnaculi maritimi Cronenburg. Peregrinatus est per Germaniam inde usque ad Constantinopolim, & ulterius Hierosolymam: nec non per Italiam, Galliam, & Hispaniam versus Madritum & Vlyssibonam profectus, iter suum Lutetiam convertit, atque hoc modo in Angliam indeque rursus in Daniam se recepit, ad quod iter perficiendum in primis ipsi profuit linguæ Gallicæ, Italicæ, & Latinæ cognitio, quas didicit apud Comitern Arenbergium in inferiori Germania, ubi educatus est.

Theodorus. THEODORVS, Natus anno Christi 1561. 24. Maii, hora 3. post meridiem. Obiit anno 1572. die 27. Junii Lubecæ, ubi in summo templo quiescit.

Cajus. CAJVS Ranzovius. Natus anno 1562. die 9. Augusti hora 6. m. 12. post meridiem. Præpositus & Canonicus Hamburgensis. Loquitur Gallice & Latine.

Johannes. JOHANNES. Natus anno 1566. die 14. Februarii. Obiit Heidelbergæ, cum se eodem cum Illustrissimis Holsatiæ Principibus Friderico & Philippo contulisset, peste extinctus, anno 1582, die 17. Octobris, sepultus ibidem in æde D. Petri, in cujus memoriam pater monumentum poni fecit.

MAGDALENA.
CATHARINA,
ELISABETHA.
OLIGARDA.
MARGARETHA.

PAVLI FILII.

GERHARDVS. Natus anno 1554. An-
no 1580. Ottonia in singulari certamine ab
alio quodam nobili gladio interemptus est, al-
tero etiam graviter vulnerato, ubi & sepultus
est. Fuit hoc circa id tempus, quo Duces
Schlesvicenses Ducatum Holsatiæ a Rege Da-
niæ Friderico II, in feudum susceperunt. Locu-
tus est Latine, Gallice, & Italice expedite. Nam
in Italia & Gallia literis operam navarat.

CAJVS sepultus Dresdæ anno 1580, die
9. Septembris, ætatis 14.

BREIDONATUS est anno 1563.

MELCHIOR natus est anno Christi
1565. In Vngaria contra Turcas militavit.

OTTO.

JOHANNES natus anno Christi 1567.

HEINRICVS natus anno 1568. versatus
in literis.

DANIEL.

BARTRAMVS. Natus anno 1569, die 17.
Decembris hora 1. min. 7. post meridiem.

Cicero:

*Tantam vim atque necessitatem possides pa-
ternus maternasque sanguis, ut si quod decus
ex eo profectum, non intermori: si qua macula
vero inde concepta non facile elui possit.*

Idem:

*Semper ita senserunt Sapientes, in heroicis
familis vim natura præstantiorem esse quam in
reliqua multitudine, & virtutis semina genera-
tione communicari liberis.*

Euripides:

*Egregia & insignis inter homines nota, bo-
na stirpe nasci: & successu augetur nobilitatis
nomen, hominibus dignum.*

In insignia Ranzoviana.

*Ranzovii rubra est Clypei pars dextra; sinistra
est*

Candida, sed castis cornua vino gerit.

*Cornua sunt robur, Martis color alter, & alter
Pacis: utrumque satis nobilitate docet.*

*Forma quid hæc simplex? simplex fuit ista ve-
rustas,*

Simplicitas formæ stemmata præfca notat,

FINIS ALBINI

CHRISTIANI GOTTLIBII SCHWARZII P. P.

APPENDIX

PETRI ALBINI

GENEALOGIAM COMITVM LEISNICENSIVM.

PRÆFATIO AD LECTOREM
BENEVOLVM.

Leisnicensis de priscis *Leisnicii Dominis Burggraviisque* non nihil commentari ingressus sum. Quid enim proniore animo, quam antiquas res patriæ, cognoscere cupimus? Stimulum conanti addidit MËNCKENIVS, illustre orbis eruditi ornamentum, cuius majora in rem literariam merita sunt, quam ut a me prædicari possint. Edideram antehac brevem dissertationem de hoc ipso argumento. Auctor ergo suavorque hic fuit, ut prosequerer institutum; voluitque, ut notis illustrarem Petri Albinii *Genealogia Comitum Leisnicensium*. Obtemperavi humanissime suadenti, adeoque nunc Albinum reddo non parum, ut puto, auctum ornatumque: certe capita quædam indagavi, quæ a se indagari non posse fassus erat Albinus; quamquam adhuc quædam aliorum industriæ investiganda relinquere necesse habuerim. Si quando ab aliis dissentio, dissentio modeste, hoc est, ita, ut eos decet, qui veræ humanitatis amore ducuntur. Brotuffii, Fabricii, Albinii, similiumque virorum, eximia in historiam rerum Misnensium merita utique magni facio; in præsentia tamen opera, quantum fieri potuit, fontes adire, hoc est, scriptores *coævos*, & *Diplomata*, consulere, quam sectari rivales, malui: Sed neque est, quod de me omnia certa pollicear. Quid enim proclivius, quam identidem hallucinari, in ista rerum antiquarum obscuritate, & in aliorum, quibus distringimur, laborum genere; præsertim vero in necessariorum documentorum penuria? Interim abunde mihi pulchrum erit, me & hac ratione aliis daturum occasionem veritatis magis illustrandæ. In hac vero *Appendice*, quam Albino subiiciendum duxi, primo loco commentatus sum, de *dignitatibus possessionibusque Viperthi Groizensis*: quia argumentum hoc, quod quidem tractationi huic proprium erat, is prætermiserat, vel in aliud se posuerat tempus. Quod institutum meum hominibus ejusmodi rerum curiosis non prorsus ingratum fore confido. Ea enim sæpius inspersa, quæ forte non omnibus venerant in mentem, aut antehac fuerant observata. Sic vero in universum illam simul attingi particulam *historiæ Misniæ & Lusatiæ*, quæ fere omnium est intricatissima, plurimisque difficultatibus obstructa. Altero *Appendicis* loco profero *Manuscriptam Diplomatum*, quam postea potius *Codicillum*, vel *Codicem* dixissem; nisi nomen

forte positum in tot locis jam citatis mutaturus, vix operæ pretium fecissem. Huc autem refero *Diplomata*, quæ non solum *Genealogiæ Comitum Leisnicensium*, sed & generatim *historiæ rerum Misnicarum* illustrandæ, majorem in modum inservire possunt. Quædam horum jam antehac sparsim edita multo studio collegi; quæ nunc uberiorem lucem & recipiunt, & reddunt. Quædam jam primum evulgantur; gratumque iis suo loco testor animum, qui his procurandis manus benignas & auxiliatrices præstitere; ac sigillatim laudo egregia illa *Diplomatum* argumenta, quæ *EXCERPTA GRIBNERIANA* voco. Quæ *Diplomata* si integra quondam in lucem lint proditura, descriptis simul delineatisque veterum *Burggravorum* sigillis; multo plus luminis huic ipsi afferent argumento. Tertia pars hujus *Appendicis* comp. lectitur *Tabulas Genealogicas*, cum probationibus suis, easque, quod præfiscini dixerim, accuratiori studio, quam antehac a me dispositas elaboratasque; quæ faciunt ad Albinum explicandum, nec tamen commode in *Annotationes nostras* referri poterant. Videbis igitur hic *Stemma Viperthinum*, paullo plenius deductum; at, contra Albinii opinionem, morte *Henrici Groizensis*, *Marchionis Lusatiæ & Præfeti Magdeburgensis*, extinctum, finitumque. Habebis & *Stemma Veltheimio-Lengfeldiense*; ut hinc cognationem *Adelgori & Rotgeri*, insignium *Archiepiscoporum Magdeburgensium*, facilius intelligas. Recognosces denique & *Comitum Stadenium*, *Marchionumque Septentrionalium*, & *Comitum Nordheimensium Beichlingensiumque* vetusta *Stemmata*; quibuscum *Vipertho Groizensi*, bellicoso illi Heroi, conjunctæ res fuere; & quorum *Stemmatum* cognitio non tenuem *historiæ Germanicæ* partem illustrare potest. Quarto loco exhibes *Relationem de Burggraviis Leisnicensibus, qui Penicium habitaverunt*; quæ *Relatio* debetur *Sebastiano Meiero*, *Rectori* quondam *scholæ Penicensis*, & auctori *Chronici Penicensis*, anno cl. Io XLIX. scripti, sed nondum typis impressi. Equidem hanc ipsam *Relationem* jam edidit celeberrimus *STRUVIUS, P. I. Archivi Historici & Politici*; sed, ad supplementam *Comitum Leisnicensium Genealogiam*, nos eandem hoc etiam loco repetendam duximus. Tandem his omnibus adjicio *Hieronymi Henningesii* duas *Tabulas Genealogicas Comitum Leisnicensium*, ex ejusdem *Genealogiis aliquor nobilium Saxonie Familiarum*

rum depromptas: non quasi eas approbem, ratasque habeam; sed ne liber iste, qui non in omnium facile manibus versatur, a me prorsus neglectus videatur; utque alii ex nostra Henningesique inter se collata intelligant, quam incerta & lubrica ex hac parte sit fides Hennigesi. Perfuasissimum enim mihi habeo, ex saeculo duodecimo, & magnam partem decimo tertio, continuam propaginem *Comitum Leisnicensium* vix unquam demonstratum iri. Vnde nec ego Stemma illud continua serie contexere ausus sum. Audebunt fortasse felicius alii, si plura in posterum nacti fuerint sub-

dia, eaque cum nostris contulerint. Non autem dubito, quin dies & plura & certiora sit allaturus. Interim his, quae jam dare licuit, fruiere; LECTOR BENEVOLE, idque in primis meliorem partem interpretare, quod, cum maximam studiorum partem in Graecis Romanisque Antiquitatibus tractandis hucusque contriverim, aliquando etiam ad cognoscendas res prisca, cum PATRIÆ ubi natus sum, tum INCLVTÆ REIPVBLICÆ NORIMBERGENSIS, cujus praesidio & beneficiis nunc fruor, animi causa digredi instituiam. Vale. Dabam Altorffii Norimbergensium, A. S. R. clo lxxx.

CHRISTIANI GOTTLIBII SCHWARZII COMMENTATIO

DE

DIGNITATIBVS POSSESSIONIBVSQVE VIPERTI GROIZENSIS.

Essi nostra parum videtur interesse, an sciamus, quos gesserit honores, quasque rexit terras, VIPERTVS GROIZENSIS, bellicosissimus sui ævi Heros; dici tamen non potest, quantum luminis hoc ipsum argumentum affundat historia rerum Misniae & Lusaciae illius temporis. Quam ob causam, sine ambagibus, ab ovo, ut ajunt, rem ordiemur, strictimque exponere allaborabimus.

II. Primum quidem constat, Vipertum ex avita paternaque hereditate accepisse *regionem Balsamorum*. Sic enim legimus in *vita Viperti, cap. I. §. 7*, inter *Scriptores Hofmannianos rerum Lusaciae: Wigpertus vero in BALSAMORVM REGIONEM, quae ei paterna hereditate obvenerat, a reliquis fratribus secesserat*. Eadem repetit auctor *Chronici Bigaviensis, sive Pegaviensis, pag. 119. edit. Hofm.* Quae regio ubi sita fuerit, varie disceptatum est inter eruditos. Brotuffius & Reusnerus eam pro *Holsatia* habuerunt; sed sine suffragio veterum. Balsamiae regionem etiam hinc extendit Engelhusius, in *Chronico ad A. 1000 LXXXVIII. Terra, inquit, quondam BALSAMIA nunc dicitur MARCKMANNIA, & portio ejus Pomerania; alia Ruania (Rugiana) Wandalia, &c.* Sed propius ad veritatem accedunt, *Reineccius, in Norat. ad Historiam de Viperto*; *Albinus noster, in Viperto, sive Genealogia Comitum Leisnicensium*; *Sagittarius, in Historia Marchiae Soltmedelensis, §. XX, S. XXI. & XXII.* *Meibomius, de Pagis Saxoniae, pag. 108*; alique viri eruditi, qui putant, *Balsamorum regionem idem fere territorium fuisse, quod hodie etiam in Marchia veteri vocetur, das Balsamer-Land, oder Balsamer Weichbild, a fluvio Balsamo, qui in agris collectus in alterum fluvium Vebriam, infra Stendaliam, se exonerat.* *Dr. Noltenius, in Diatriba Genealogico-historica de illustri VELTHEIMIO-*

RVM familia, pag. 49, duo profert Diploma, alterum Benedicti VIII, Papae; alterum Henrici II, Imperatoris, A. MVI datum; ex quo utroque constat, pagum istum Balsamia olim dictum esse Belesbem, & Belesemi; ac praeter alia loca urbem Arnsburgum, adeoque particulam provinciae, quae postea Marchia vetus dicta est, ambitu suo continuisse. Sic vero Benedictus VII: Dilectus, inquit, & spiritualis filius noster, sanctae sedis Apostolicae dignissimus advocatus, piissimae memoriae OTTO Imperator, & semper Augustus, limina Apostolorum digna devotione visitans, ac nobiscum plurima de statu sanctae religionis tractans, retulit, quendam locum ARNABVRCH dictum in honore S. Mariae semper Virginis sanctique Thomae Apostolici cum congregatione monachorum regulam S. Benedicti observantium, constructum in ripa fluminis Albiae, in pago BELESEMI, in comitatu Thitmari, situm, in suum suscepisse mundiburdium. Henricus II vero, Imperator, in donatione Tagenoni, Archiepiscopo Magdeburgensi, A. 1006 facta, ita scribit: Civitatem ARNBVRG totam, in pago BELESEM, in Comitatu autem WERINZONIS sitam, cum omnibus praediis, sive pertinentiis, quae Abbatiam ibi prius constructam respiciebant, ad servitium Dei sanctique Mauricii, Ecclesiae Magdeburgensi, pro anima nostra redemptione tradimus atque donamus. Insuper autem tradimus eidem ecclesiae Metropoli centum & sexaginta mansos, quorum centum de Ziazone, clerico nostro, filio BRVNONIS Comes, cum medietate civitatis Arnburgensis, LX autem cum medietate alia ejusdem civitatis ab VNNONE Comite acquisivimus. &c. Sunt, qui existiment, fluvium illum Balsamum, a quo Balsamia dicta, alio nomine & Zeram, vel Sere, fuisse appellatum, adeoque Balsamiam etiam audisse Serrunde, vel Zeremunde. At Paullini, in

Instituti
ratio.De regione
Balsamorum.

Anti-

Antiquit. Pagor. & Comit. Principatus Anbalini, f. LXX, & seqq. tradit, pagum Serimunt fuisse tractum inter Salam & Mildam, ubi in Albim se exonerat, adeoque male pro ipsa *Marchia vetere*, sive *Soltwedelensi*, haberi. Quid eadem de re tradat Caspar Abel, in *der Preussischen, und Brandenburgischen Staats-Historie, P. II, pag. 63*, non vacat hoc loco repetere. Adscribam vero nunc integrum locum de *Balsamia*, ex *Helmoldi Chronico Slavorum, Libr. I. cap. 88. (89)* Is enim, ubi terras, quas possedit rexitque Adelbertus Marchio, *Vrsus* cognominatus, describit, præter alia, hæc verba subjicit: *Sed & australe littus Albiae ipso tempore caperunt incolere Hollandienses advena, ab urbe Saleveldele (Soltwedele) omnem terram palustrem atque campestram; terram, quæ dicitur BALSAMERLANDE, & Marschbimerlande, civitates & oppida multa valde, usque ad saltum Bohemicum possederunt Hollandi.* Siquidem has terras Saxones olim inhabitasse feruntur, tempore scilicet *Ottonum*, ut videri potest in antiquis aggeribus, qui congesti fuerant super ripas Albiae in TERRA PALVSTRI BALSAMORVM; sed prævalentibus postmodum Slavibus, Saxones occisi, & terra a Slavibus usque ad nostra tempora possessa. In quibus Helmoldi verbis, uti Reinccius & Albinus bene conjecerant, pro nomine corrupto *Saleveldele* legendum esse SALTWEDELE; ita Bangerus monuit, in Codice MSCti Helmoldi utique nomen SOLWEDELE sic exaratum inveniri. Sic vero ex iisdem verbis generatim quidem intelligimus situm *regionis Balsamorum*; ejus tamen fines, qui Viperti ævo fuerint; speciatim determinare vix audemus. Interim nobis non obscurum esse videtur, hanc ipsam regionem Balsamorum, non peculiarem *Marchiam* constituisse; utpotè cum non nisi pagus, vel pars quædam comitatus, fuisse videatur; quam cum *municipio*, i. e. *alodio GROITSCH*, quod postea docebimus, inter se permutarunt Vipertus & Vdo Stadenfis.

De Morunga Gatterslebia. &c.

III. Quid de maternis bonis ad Vipertum pervenerit, jam dispiciemus. Habuerat autem ille matrem SIGENAM, filiam GOSWINI, senioris Comitum de LEIGE: In *cujus dotem*, inquit auctor *vita Viperti, Cap. I. §. 2, Pater MORVNGE & GATERSLEBE cum suis territoriis & allodiis ac ceteris appendiciis constituit. Reliqua vero patrimonium, LEIGE scilicet, & SIBICHENROTH & TRACHENSTEDE, duabus reliquis filiabus assignavit.* Invenimus quidem in libris Geographicis horum nominum loca, sed non parum dispersa. Nominatim autem intelligimus, *Morungam* in Viperti potestatem venisse. Cum enim Vipertus junior, ab HENRICO, Imperatore, A. 1072. captus detineretur; *nullo alio pacto* (inquit auctor *Viperti, cap. X, f. 6.*) *pater filium redimere potuit, donec urbem Leisnick, & pagos Nisen &*

Budessen, una cum urbe MORVNGE, Regi tradidit; quæ omnia statim Hogero, Comiti de Mansfelt, sibi familiarissimo, in beneficium Rex concessit. Hinc Eusebius Christianus Franckius (in *Historia Germanica Comitatus Mansfeldensis, pag. 74.*) tradit, *Morungam* istam, quam dotis loco acceperit possederitque Vipertus Groizensis, fuisse *dynastiam, Comitatus Mansfeldensi* vicinam, & aliquandiu cum eo conjunctam; castellum autem *Morungæ* hodie destructum dirutumque jacere. Et certe castrum istud *Morungense* adhuc anno 1023. Burchardo, *Comiti Mansfeldensi*, a Ludovico Bavaro, Imperatore, beneficiaria lege datum confirmatumque fuisse, argumento est Diploma, apud Dn. Ludwigham, *T. V. Reliqu. Diplom. pag. 508.* Adhuc in Martini Zeileri *Tabulis Geographicis Thuringiæ & Comitatus Mansfeldensis*, locus quidam *Sebickerode* inter *Morungam* & *Mansfeldiam* designatur, quem facile credas esse *Sibichenroth*, quod inter prædia *Goswini Leigensis* recensetur. At enim vero, ceterorum prædiorum nomina, quæ in Halberstadiensi & Brunsvicensi territoriis, occurrunt, movent nos, ut & *Morungam* Goswini extra Thuringiam quæramus. Primum enim, quoad certior ratio aliunde appareat, primarium locum, *Leige*, unde Goswinus ille nomen duxerat, verisimiliter constitimus in duobus illis castris, *Gleichem*, olim *Lichen, Leichen*, vel *Leigen*, dictis, quæ inter confinia Brunsvicentium & Haliacarum terrarum, non adeo procul a Göttinga, sunt sita. Deinde, Göttingam inter & Eimbecam, ad fluviolum *Mobrum*, extat *Morunga*, vetusti nominis oppidum. *Gatterslebia* antiqua autem in Halberstadiensi Diocesi ad lacum *Gatterslebens* posita est. Porro *Trachenstadium*, quod hodie dicitur *Drackenstedt*, Magdeburgensi territorio assignatur, non procul ab *Arxlebio*. Cum vero plurima loca, quorum nomina in *Roda* designant, occurrant versus Hercyniam; facile inducor, ut credam, ibi etiam illud Goswini prædium, quod *Sibichenroth* Monachis Pegaviensibus dicitur, potuisse existere.

III. Vipertus II in teneris adhuc annis patre orbatus educabatur ab *Vdone, Marchione, ut vocatur, Stadenfi*. Ab hoc militari cingulo ornatus, beneficiaria lege accepit urbem, *Tangermunde*, teste auctore *vita Viperti, cap. II. §. 1.* Quæ pervetusta urbs in *Marchia vetere*, ad confluentes *Tangeri* & *Albis* sita est; cujus jam Ditmarus, *Libr. VI, pag. 388*, his verbis meminit: *Tongeramunda dicta, quia Tongera fluvius ibi in Albim cadit.* At, cum futurum virtutis æmulum Vdo ferre non posset, id agebat, ut Vipertum alio dimitteret. Itaque, permutationis lege, pro regione *Balsamorum*, ei dedit *municipium* i. e. *alodium, Groiscam*; & pro *Tangermunda*, beneficia alia, ad *Northarchiam* pertinentia. Hæc enim legimus in *vita Viperti, Cap. II. f. 3.* Qui (Vdo) *juvenem (Vipertum) amice con-*

De Tangermunda.

De Northarchia.

veniens, municipium suam, quod in orientali plaga situm juxta Elltram fluvium, nomine GROISCA, cum omnibus ejusdem adjaecentibus, quæ ejus juris erant in villis & silvis, pratis, & pascuis, ejus potestati tradidit, pro mutatione regionis Balsamorum. Pro Tangermunde vero alia beneficia ad NORTHMARCHIAM continentia ei restituit. De Groisca postea dicemus; de Northmarchia vero vix habemus aliquid certi, quod nunc dicamus. Northmarchia, quæ scriptoribus mediæ ævi etiam Marchia septentrionalis, & Aquilonalis, & Borealis, dicitur, vulgo habetur pro Marchia veteri, & Brandenburgica. Neque negamus, hanc ipsam Marchiam eo nomine apud scriptores mediæ ævi non raro designari. At dubites, an ita interpretatio hic locum habeat? Voluit Vdo Vipertum ex veteri Marchia, ejusque vicinia, dimovere, ideoque terram Balsamorum & Tangermunde ex permutatione a Viperto recepit Vdo; quomodo ergo in illa ipsa Marchia, eidem beneficia aliareddidisse videatur. Campius, l. c. p. 67, per Northmarchiam intelligit Slesvicum & Holsatiam. Sed utinam is comprobasset, eas regiones & alibi nomen Marchie septentrionalis gessisse; aut Vipertum unquam ex Vdonis permutatione in Slesvicensi & Holsatica regione certa prædia possidisse! Alioqui, sicut animadvertimus, non unam Marchiam orientalem dictam fuisse; ita nec absurdum foret, ex situ etiam duas tresve appellatas esse Marchias septentrionales. Venit mihi aliquando in mentem, annon Thuringia septentrionalis aliquando etiam proprios habuerit Marchiones; unde & illa terra dicta fuerit Marchia septentrionalis; quæ Ditmaro, Libr. VIII. dicitur provincia Northuringen: Certe ipsius Ditmari avus, Lotbarius de Waldbeke, Annalista Saxoni ad An. 997. dicitur ex clara Thuringiæ septentrionalis prosapia editus. Ista autem Northuringia, a Torquato, in Annal. Halberstad. & Magdeb. sic describitur: Omnis terra illa, quæ jacet inter Herciniam, Salam, Albi; imo ultra quoque Brandeburgum usque ad Hauel ripas, & Ducatum Brunsvicensis, sive Alarim omnem, dicebatur pagus (provincia) North - Thuringorum. Conf. Laurentii Origines Doringicæ, Cap. XIII, pag. 102. Quo loco nec illud prætereundum est, Pagum Northuringiæ a Thuringia Septentrionali distinctum fuisse. Non enim omnem Thuringiam Septentrionalem pagus ille complexus est; quippe quæ in plures pagos olim fuit divisa. Conf. Conringius, de antiquissimo Helmstadi statu, pag. 74. & Christianus Knaut, in Antiquit. Princip. Anhalt. pag. 10. Nec vero de nihilo est, quod b. Reinhardus, in Antiquitatibus Marchionatus Thuringici, pag. 88, annotavit, Borealem Thuringiam tandem in Saxonia nomen transiisse. Qui & verba Henrici Bodonis, ex Syntagm. Gundersb. excitavit: Ipsa terra (Northdoringlant) quia jam ad Saxones longiuscule pertinuit, nomen illi muta-

tim est, & orientalis plaga Saxonia vocatur. Quam rem vero jam in medio relinquo, & ab aliis diligentius discussum iri, spero.

V. Secessit ergo Vipertus in ORIENTEM, ut loquitur auctor vitæ ejus, cap. II. §. 4, quo occuparet Groiscam, ex permutationis lege sibi ab Vdone Stadeni traditam. Loquitur autem Monachus more avi sui, dum per Orientem, sive terram Orientalem, intelligit eam partem hodiernæ Misniæ, quæ postea sigillatim Osterlandia dicta est; de qua b. Frater meus, Paulus Henricus Schwarzius, sub præsidio Rechenbergiano, Lipsiæ, A. 1691, disputavit. Monet, autem CL. Hornius, in Henrico illustri, cap. VIII, §. X, demum a Friderico Admorsio, & Theodorico Juniore, profectum esse, ut Misnenses notas Marchionis Orientalis ac Lusatia consueverint distincte aliquandiu adhibere, prioremque Osterlandia accomodare; quando nempe hic, v. g. in Diplom. de A. circ. XI Kal. Aug. dicitur: Theodoricus, DEI gratia Junior Thuringiæ Lantgravius, Orientalis & Lusatia Marchio. Conf. Sagittar. Histor. Gorb. pag. 107. Anterioribus autem temporibus, apud Ditmarum, aliosque, Lusatia potius nomen Orientalis, sive terræ orientalis sustinuit. Quod non opus est, ut nunc exemplis testimoniisque confirmemus: tantum abest, ut hoc loco doceamus, nec minus Austriam sæpissime terram orientalem dictam esse. In ista igitur terra orientali, i. e. in Osterlandia, etiam comitatum habuerunt Vdones de Stade, Marchiones septentrionales, teste Diplomate Alboini, Episcopi Martisburgensis, Cœnobio, Pegaviensi A. circ. dato, quod in Mantissa, num. III, proferemus. Mirabar primum, unde Comitibus Stadenibus Comitatus in Misnia proveniret? sed, cum animadverterem, Cunigundam, Comitissam Stadensem, aviam illius Vdonis Stadenis, qui educavit Vipertum nostrum, venisse in manus Sifridi, Comitis Waldenbeccensis, Regis in Saxonia legati, & ex eo genuisse, præter alios liberos, Ditmarum, Episcopum Martisburgensem, & historicum celeberrimum; non difficulter colligebam, qua occasione bona hereditaria in Misnia sita ad Comites Stadenes, potuerint transmitti. In hoc autem comitatu situm fuit Burgwardium GROITSCH, quod Vdo Stadenis cum regione Balsamorum Viperti commutaverat. Indicat id Alboinus, Episcopus Martisburgensis, in Diplomate modo citato, variaque prædia circumiacentia simul enumerat. Monasterio, inquit, Bigaviensi (seu, Pegaviensi) in honorem S. Jacobi constructo, & provisorio ejus Windulfo, tradidimus: Scarlansdorf, Ottendorf, Scarndorf, Mornbroch, Luziki, Snerd, Zulonesdorf, Belanestorf, Milanistorf, Drogistorf, Scarindorf, Wadisdorf, Waseska, Everbardisdorf, Moistorf, Sescince, Kosowo. Hæc autem sita sunt in Burgwardio GROISKA, in COMITATU VDONIS MARCHIONIS, inter fluvios Wira & Sunda. GROISCA vero illa non incelebris urbs

De terra orientali.

Vnde Comes Stadenes habuerint comitatum in Misnia?

De Groitzensi Burgwardio.

urbs *Osterlandiæ* prope Pegaviam ad Elystrum olim fuit, unde *comitatus Groitzensis* nomen invenit: hodie autem, jam commemorante Fabricio, *Orig. Saxon. p. 614*, vix ejus rudera supersunt. Nomen ejus varie scribitur: *Groisca, Grōiza, Grōetscha, Grōtsh, Groitsch, & Grēusch*. Alium locum ejusdem nominis prope Heburgum, ad Muldam situm, & a *Comitibus Sommersburgis* aliquandiu possessum, observavit Dn. Knauthius in *Prodrōmo Misnia illustrandæ, pag. 184*.

VI. Sed posthæc alia atque alia potentia incrementa cepit Vipertus II. Primum enim ob res in Italia fortiter glorioseque gestas, a quibusdam Principibus Imperii, ipsoque Imperatore, HENRICO IV, egregia recepit beneficia, virtutisque suæ præmia. Qua de re hæc tradit scriptor *vita Viperti, cap. IV, §. 19: Moguntinus MCC. talentorum beneficium; Coloniensis, pagum omnium, qui dicitur HORTLA; Halberstadiensis & Monasteriensis singuli ad trecenta, Wigberto concesserunt. Revertenti Imperator (Henricus IV) castellum, nomine LEISNICK cum pluribus adjacentibus in proprietatem donavit; postmodum ad curiam in Alstede beneficium trecentorum talentorum, & DORNBVRG, cum suis attinentiis; postea in Curia Meiseburg habita,*

idem CCC talenta assignavit. HORTLAM, Knauthius, Junckerus & alii, conjiciunt fuisse pagum ad fluvium Thuringiæ, *Orlam*, sive *Orlami*, propter *Orlemundam* in Salam se exonerantem. Quod si ita est, aliquot prædia, in pago *Orla* sita, cognoscimus ex *Friderici I, Imperatoris, privilegio de redimenda Advocatia, & de Concanbio, quod Monasterio Kaldenbrunnensi datum fuit A. cccccxxviii, xvi Kal. Sept. & legi potest in Appendice perillustris Dom. de BVNAV Spec. Histor. imp. de Friderico I, pag. 430. Dedimus eis, inquit, in Ruskesz XIII mansos & 1 molendinum; in Droganiz III; mansos, in Butene; VIII mansos & Inovale, in Kozzibut, VIII mansos, in Modelwiz, V mansos; in Croep, duos mansos; in Drets I mansum. Hæc sita sunt in pago ORLA, & redditus eorundem bonorum computati sunt ad XXV. talenta. Hæc eadem bona concessimus nos in feodum Comiti Sifrido de Orlamunda, in compensationem bonorum illorum, que ipsi habuit in Koyne. &c.* Etiam Honorius II, Papa, in privilegio, quod *Walthero, Abbati Saalfeldensi, A. cccccxxvi, dederat, quodque extat in G. P. H. Chronico Coburgensi, Libr. II. p. 10, aliquot nominat prædia, quæ Adelbertus de Konz, habuit in terra, quæ dicitur ORLA, videlicet in Konz, in Bucbe, in Brisenice, & in Guezina. &c.* Verum ista scriptorum loca inter se conferre, jam nobis non vacat. Neque nihil dubii est, quomodo Archiepiscopus Coloniensis tunc *Orlam*, pagum, ad Vipertum transferre potuerit; cum potius Archiepiscopi Moguntini de rebus Thuringicis disponendi jus quoddam sibi vindicare consueverint; & cum Viperti ævo floreret *Sigefridus, Comes Palatinus de Orlamunde,*

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

utpote demum A. 1113 mortuus, teste *Chronico Bigaugiensi*, ad eundem annum? At enim vero & hoc dubium expediri potest. Scilicet in historia sæculi undecimi commemoratur illustris matrona, RICHENZA, filia *Ezoni*, sive *Ebrenfridi*, Comitis Palatini ad Rhenum, ac *Marbildis*, filia *Otonis II, Augusti*; quibus conjugibus, *Ezoni* nempe & *Mathildi*, *Oto III* dederat *Salfeldam, Coburgum & Orlam*, secundum *Codicem Brunsvileranæ narrationis*, quem profert *Leibniti*; in *Præf. ad T. I. scriptor. Brunsvic. Num. XXVII, Richenzam* in matrimonio habuerat *Mesco*, sive *Micislaus II, Rex Poloniæ*. Ab hoc ob pellicem, diverterat *Richenza*, & ad Patrem reversa, ex materna hereditate ea ipsa loca acceperat. Habebat autem fratres, *Ludolphum & Otonem*, Comites Palatinos Rheni; item *HERMANNUM, Archiepiscopum Coloniensem*. Cum vero *Richenza* monasticæ se dicaret vitæ, sua ista bona Ecclesiæ Coloniensi consecrare instituit. Quod igitur consilium jam sub fratre *Hermanno*, A. 1056. mortuo, ceperat, demum sub *Annone II, Archiepiscopo Coloniensi*, perfecit, ipsa A. 1063. rebus humanis crepta. Cujus donationis vetusta documenta adhuc supersunt; quæ exhibent, *Aegidius Gelenius, de magnitudine Coloniensis; G. P. Höhnii, in Chronico Coburgensi, Libro I, pag. 238, & Libro II, pag. 5; ac Schameli*, in *descriptione Cœnobii Salfeldensis D. Petri, pag. 140, seqq.* Totam vero rem breviter enarrat, & simul stemma hujus *Richenzæ* exponit *Leibniti*, loco paullo ante excitato. Hinc adeo intelligimus, quomodo dominium *Orla*, pagi, pervenerit ad Archiepiscopos Colonienses. Cum itaque hi Archiepiscopi ista bona maximam partem aliis lege beneficiaria largirentur, hinc forte *Sigminus*, Archiepiscopus Coloniensis, qui eo tempore floruit, etiam Viperto pagum *Orlam* eadem ratione donavit. Quæ cum attendamus, non obscure cognoscimus, hæc ex parte Monachis Pegaviensibus facile fidem suam constare. Sed & *Adelbertum de Konz* quædam prædia in pago *Orla* possedisse, & anno 1126 Ecclesiæ *Salfeldensi* detulisse, ex *Honorii II, Pontificis Romani, Diplomate* intelligimus, quod jam supra ex *Chronico Coburgensi* laudavimus. *Comitatus autem Orlamundanus*, trans *Orlam* fluvium situs, nondum eo tempore pagum *Orlam* ambitu suo comprehendisse videtur. *DORNBVRGVM*, cujus etiam potitus erat *Vipertus*, in *Thuringia*, *Jenam* inter & *Numburgum*, propter *Salam* situm est; castellum pervetustum, & olim *venerabili palatio*, ut *Ditmarus* loquitur, instructum. Sicut autem idem *Vipertus* etiam ad *Elystrum* in *Osterlandia* tenuit *Pegaviam*, quæ a Monachis & *Bigawe & Bigovia* scribitur, (unde *Chronicon Pegaviense, & Bigaugiense*, unum idemque est,) ita insigne ibi *Cœnobium & Abbatiam Ordinis divi Benedicti* condidit, atque anno *MXCVI* dedicavit; illudque multis atque insignibus bonis ac prædiis ditavit. Præter illa enim, quæ *Aboinus, Episcopus*

Ppp

De Dorn-
burgo.

De Pega-
via.

pu

pus Merseburgensis, in Privilegio antea excitato, recensuit, etiam sequentia commemorat scriptor *vita Viperti, cap. VII, §. 13, & 14*: *Dedit, inquit, præterea (Vipertus) eidem Ecclesie (Pegaviensi) ad dotis augmentum duas villas, quarum una Hilperitze, altera Wurzen, (quam ab urbe Wurzen Schoetgenius diversam statuit) dicitur, cum vineis & pratis adiacentibus, & malendino, & in Stone IX mansos, & decem solidos in Luzke. - Processu temporis, religione & fratrum numero crescente, donavit Dominus Wigbertus majora, ad fratrum solatia, villas scilicet has, Mucholiz, Boritze, Carlesdorf, Heinrichsdorf, Lippen. Et in Borckwize IV mansos, & Ecclesiam in Luzke, cum decimis XVI villarum, & Ecclesiam in Diemarsdorf, & in Suchesdorf novem mansos, reliqua. Quorum locorum nomina quamvis pleraque hodie exoleverint; facit tamen horum recensio ad opes Viperti cognoscendas.*

De Leisnicio. VII. Diximus paullo ante, ex Monacho Pegaviensi, Vipertum etiam ab Henrico IV, Imperatore, proprium accepisse LEISNICIVM. Est hoc castellum & opidum, in Misnia, Dresenam inter & Lipliam, ad Muldam fluvium situm. De quo Dresserus, in *Isagog. histor. de præcipuis Germaniæ urbibus, p. 352*, hæc scribit: LEISNICIVM, *Leisnig, ad Muldam Frivbergensem; cuius nominis vetustas inde apparet, quod, imperante Henrico Aucupe, Burggravius quidam Leisnicensis, (Johannes) nominatur, qui in proelio ad Merseburgum, anno Christi 993, operam navavit.* Verum, nomen *Burggravorum* in tempora Henrici Aucupis vix convenit. Quod si vero vetusta & coæva documenta respiciam, mihi hucusque nomen hujus opidi non prius occurrit, quam, nisi fallor, in *litteris Adalberti, Bremensis Metropolitanæ Ecclesiæ Archiepiscopi, ejusque fratrum, Dedonis & Friderici, Palatinorum Præsidentum, quibus A. clxxiii fundarunt, dotaruntque, Monasterium Gozecenſe, quæ in Mantissa, n. 1. proferuntur.* Ibi enim inter *Liberos, i. e. Barones, & conspectæ dignitatis viros, tanquam testis nominatur Fridericus de Litznec.* Vtrum hic Fridericus *Leisnicium* tunc Imperatoris & Imperii nomine, tanquam Præfectus custodierit, an alio nomine possederit; id non illico liquet. Hoc vero extra dubium est, extincta fortasse interim *Friderici Leisnicensis* familia, castellum hoc in Imperatoris, Henrici IV, potestate fuisse, cum id anno circiter 1085, scilicet post expeditionem Italicam, Viperto II donaverit; non quidem tanquam Præfecturam, h. e. *Burggraviatum*; sed quod signanter l. c. innuit Auctor *Vitæ Viperti, in proprietatem, h. e. tanquam Alodium.* Vnde intelligimus, id, extinctis masculis heredibus, transiisse ad *Bersbam, Viperti II filiam, & ab hac ad ejusdem maritum, Rabadonem, Comitem de Abensberg.* Quapropter errant, qui Vipertum, ejusque filios, *Burggravios Leisnicenses* appellant. Sed de hoc *Rabadone* in notis ad Alpinum plura diximus. Cum vero Schnei-

deri *Cbronicon Leisnicense* nimis sit sterile; bene de patria merebitur, si quod pro laudabili industria sua molitur, id correctius auctiusque ediderit Amicus & conterraneus noster charissimus, *Christianus Zuchserus.*

VIII. Vbi vero Viperto II nuptui data est *Juditha, Vratislai, Regis Bohemiæ, filia; is pluribus adhuc crevit opibus: accepit enim dotis loco pagos duos, NISIN scilicet, & BVDESIN, teste auctore Vita Viperti, cap. IV, §. 28.* De quorum pagorum situ variæ dispurant eruditi. Præter rationem, Brotufius & Manlius hos in *Voigtlandia* quærendos censuerunt. Quos pariter, atque alios diversum sentientes, recte refutavit V. celeberr. Hoffmannus, in *Præfatione Script. rer. Lusat. præmissa.* Pagus *Budisin* sine dubio in Lusatia situs est, cujus primaria urbs, BVDISSA; in quo patrimonio suo *Budisin* Juditha, uxor Viperti, diem supremum obiit. l. c. *cap. VII, §. 2.* Neque tamen eo tempore peculiarem constituerebat *Marchiam*; at in Diplomatum posterioris ævi *Marchia Budisincensis* appellari consuevit. Cui rei documento sunt literæ, in quibus *Henricus, Dux Silesiæ, A. clxxxviii*, renuntiavit juri suo in *Marchiam Budisin*, apud Dn. Ludwigiū, *T. V. Reliqu. Diplom. p. 536. & T. VI. p. 1. NISENEN, live Nisana regionis, jam fit mentio in Diplomate, quo Otto Magnus, Imp. Ecclesiam Misenenſem A. 10, cccxlviii fundavit; itemque in Ditmari Cbronico Marisburgensi, Libr. VI, p. 348. apud Leibnitium; neque non in Henrici IV, Imper. Diplomate de A. 1069; ubi Niciza vocatur, in quo pago tunc Dedo Marchio certa prædia possederat. vid. infra §. XIX.* Ex quibus satis constat, hanc provinciam inter Bohemiam & Budissinam jacuisse; cui sine dubio fluvius *Nissus* nomen dedit; utpote quam idem fluvius in Bohemia ortus, primum in Lusatia rigat, & Zittavia in primis illustrem reddit; prout hunc pagum ex instituto descripsit b. Strunzius, Prof. Vitembergensis, in *Disquisitionibus de duobus antiquis Saxoniam pagis, Nisani & Dolennci; qui ad eundem pagum Nisani, Scharfenbergum, Veisfigum, castella Dresenam inter Misenamque lita, & Costebaudiam ac Bisternizium, villas haud longe a Dresena disjunctas, aliaque loca quædam, refert; ibidemque exponit, quomodo Nisanus pagus cum aliis quibusdam regionibus, quas Witichindi posteri inter Albim Salsamque habuerant, ad Bohemos fuerit translatus. Id unum adhuc notandum, cum in Cbronico Bigaugiensi, in Maderiana editione, fortasse per librarii, vel typographi sphalma, pro *Nisin* legatur *Insen, Janckerum, in Geograph. medii ævi, p. 249, male hinc peculiarem pagum, qui Insen sit dictus, effinxisse.* De urbe *Schwarz* autem, quam Vipertum in præsidium & sedem uxoris suæ condidisse dicit auctor *Vitæ Viperti, cap. IV, §. 28, nihil habemus, quod afferamus; nisi quod Brotufius, incertum, quibus rationibus persuasus, eam pro Geravia habuerit. At nomen Gera jam Or-**

De pagis
Nisin &
Budisin.

Schwarz

romis. In temporibus erat usitatum; ut ex ejus Diplomate A. 999 dato patet. Vid. Kettneri *Anziquit. Quedlinb. pag. 37.*

An Vipertus etiam Cygneam possederit

VIII. Sunt, qui quarant, an Vipertus II, etiam possederit *Cygneam*, sive *Zuicavium*? Tacet ea de re, uti & de aliis, uterque Monachus Pegauiensis; at Brotusius, item & qui *Chronica Zuicaviensia* scripsere, Wilhelmus & Schmidius, id affirmant. Quos Schlegelius primum erroris arguerat; at postea mutavit sententiam, in *Dissert. de Numis antiquis Gothanis, &c. p. 146.* postquam scilicet incidit in antiquum Diploma, quod in *Manissa, num. V.* exhibemus, in quo A. cl. c. xviii, BERTHA, filia Viperti II. & Judithæ Bohemici Regis, filia; uxor Dedonis V, sed tunc forte repudiata, territorium suum, ZWICKAW, sine dubio ex hereditate materna ad se delatum, commemorat, & de rebus *Ecclesiæ Parochialis* ejusdem Civitatis disponit, eique, inter alia *XV libras argenti puri annuis ex teloneo Bobemico reditibus* assignavit.

De pago Buzin.

X. Inter memorabiles autem accessiones Viperti refertur etiam pagus *Buzin*, omnino a *Budisin* distinctus; de quo auctor *vita Viperti, Cap. V. §. 7.* *Suscepit etiam*, inquit, *eo tempore*, (i. e. intra annum 1080, & 1090,) a *Walrabano, Zizensi Episcopo, pagum BVT-SIN, cum mille & centum mansis, et adiacentibus.* Obscurum fere est, quis ille pagus fuerit? Si, uti *Nisen & Nisci*, sic *Buzin*, live *Buzin*, & *Buzici*, dictum est; credas, hunc esse illum ipsum locum, cujus nomen, secundum multorum opinionem, gessit *tribus Buzici*, sive *Strips-Budscia*. Certè, hujus tribus res sitas fuisse in *Dioecesi Cizensi*, innunt, *Ditmarus Rest. in Chron. Merseb. Libr. VI, pag. 388;* & *Annalista Saxo, ad A. cl. viii, p. 413.* *Dedonis*, inquit ille, *fuit de tribu, quæ BUZICI dicitur.* Hic Boemos adversum nos insurgentes ad *Cizensem perduxit Civitatem; ubi cum bis vastando circumquaque perlustrans, ad ultimum captivam matrem suam hostis, non filius, cum cetera abduxerat præda.*

De nomine *Buzici* adire licet Dom. ab *Eccard*, in *Præfat. Histor. Geneal. Princip. Saxon. §. 6.* sequi itemque VV. CLL. *Zolmanum*, in *Stemmata Buzico-Saxonico, p. 5.* & *Hornium*; de *Henrico illustri, cap. 1. §. 4;* qui posterior annotat, & *Buzinam* quantam extitisse in *Vogtlandia* ad *Elystram*. Conferas licet ea, quæ de hoc loco *Budsin* Dn. *Hofmannus* ex sententia *Frencelii* disserat in *Notis ad Manlii Commentar. rer. Lusaric. pag. 201.*

De pactis dotalitiis Viperti & Cunigundæ.

XI. Incertum vero est, quid ex conjugio *Cunigundæ*, filia *Ottonis*, Ducis *Bavariz*, & *Comitis Nordheimensis*, sibi acquisiverit *Vipertus II*; quem jam natu majorem duxerat domum; utpote antehac *Regi Rufforum*, deinde *Principi Cunoni, Comiti de Beichlingen*, nuptam; cum qua, teste auctore *Vita Viperti cap. IX, §. 2.* id pepigerat *Vipertus*, ut, si prior eadem *Comitissa naturæ concederet, ipse Vipertus, & hujus beredes ejus patrimonium obtinerent.* Sed de tempore obitus *Cunigundæ*

Menckenii Scriptor, *Rer. Germ. Tom. III.*

dæ nihil nobis constat; adeoque nec certum est, an, & quid, de hujus hereditate ad *Vipertum*, ejusque liberos, pervenerit? Mihi autem verisimile est, cum *Vipertus* non ita diu post novum conjugium, gravissimis implicaretur bellis, & ab Imperatore per triennium captivus detineretur, tunc *Cunigundam* se in pristinos laxes recepisse, & fortasse in *Comitatu Beichlingensi* resedisse. Interim, cum inter cetera prædia sua, *Abbatiam in confinis Saxoniz & Thuringiz* haberet, *OLDESLEBEN* dictam, & secundum *Additiones ad Lambert. Schafnaburgensem*, jam Anno 1089 institutam; hanc, teste auctore *vita Viperti, cap. VIII, §. 3.* præ omnibus specialiter *Domini Wigberti mariti sui curæ dominioque commendaverat.* Vnde in *Adelberti*, Archiepiscopi *Moguntini*, Diplomate, A. 1124 *Cœnobio Aldesleviensi* dato, adhuc inter testes annotatur: *Advocatus Ecclesiæ (Aldesleviensis,) MARCHIO WIBERTUS.* Si hoc est illud ipsum cœnobium, quod a *Sachsenburgum* non procul disjunctum est; nescio, quomodo, secundum *Paulum Langium*, in *Chron. Cizizensi, pag. 775,* & secundum *Anonymum Erpbesfordensem*, in *Historia de Landgraviis Thuring: cap. XIII, Adelbeidis*, conjux *Ludovici II, Salii* cognominati, id condidisse dicatur; aut quomodo ab *Adelbeide*, multorum liberorum matre, mox ad *Cunigundam Beichlingensem* pervenire potuerit? Aut igitur errant, *Anonymus Erfordiensis*, *Langius*, & cum his, *Reinhardus* in *Commentatione de Ludovico Salio, pag. 38,* aliique plures, forte a nomine inducti, quia *Oldesleben*, quasi *Adelbeidisleben* dictum, & ab *Adelbeide* conditum, crediderunt; aut ejusdem nominis Cœnobium, quod etiam ad *Beichlingios* spectat; alibi quærendum foret. Cœnobium enim *Oldislebiense* jam ante, quam *Cunigunda*, *Beichlingensis* vidua, in manus *Viperti Groizensis* venisset, ad *Comitem Beichlingensem*, maritum *Cunigundæ* pertinuisse, indicat vetustus scriptor *Annalium Gozezensium*, ad A. 1088. *Per idem tempus*, inquit, *Abbas Fridericus a CUNONE, Comite de Bigligen* (marito *Cunigundæ*, postea uxoris *Viperti*) *exoratus, Abbatiam in Holde slebe regendam suscepit; quam, quia laboris piguit, post paucos annos memorati Comiti resignavit.* Imo & subsequentes *Comites Beichlingenses* adhuc sæculo decimo tertio, & quarto, *Advocatos Cœnobii Oldesleviensis* fuisse, patet ex *Diplomatibus Oldeslebiensibus*, quæ *Tom. I. Mencken. Script. rer. Germ.* consulere licet. Jam vero, ubi commodius quæramus Cœnobium *Oldeslebiense*, quod a *Comitibus Beichlingensibus* conditum, ac certe in eorum *Advocatia* & tutela fuerit, quam ad fluvium *Vnstrutum*, prope *Sachsenburgum*, *Comitatus* scilicet *Beichlingensi* maxime vicinum?

XII. Haud prætereunda est hereditas *Vizonis de Wyzenborch*, quæ etiam ad *Vipertum II* fuit devoluta. De qua in *Vita Viperti, cap. IX, §. 5,* hæc legimus: *Pater hæc, porestaburgii.*

De Cœnobio Oldeslebiensi.

De hereditate Vizonis Vifemburgii.

eis, in eo felicitatis, incrementum domino Wig-
 berto per idem tempus accessit. Viso quidam
 de Wisenburck, nobilis ac perdives, ei consan-
 guinitate junctus, ad extrema deveniens,
 ipsum omnium prædiorum suorum heredem re-
 liquit. Eadem ad A. clō c x, pag. 122. tradit
 Chronicon Bigaugiense. Quomodo Viso, ille
 Wisenburgus cum Viperto fuerit sanguine
 conjunctus, adhuc explorare nondum licuit.
 Cum autem in illo castello Wisenburgensi cœ-
 nobium Sanctimonialium a Vizione institutum
 fuisset, eae autem Virgines a recta vivendi
 ratione nimis descivissent; Vipertus postea,
 A. 1110, ex consilio Otronis, Episcopi Bamber-
 gensis, ejus loco, & in vicinia quidem ejusdem
 castelli, in Thuringia, juxta fluvium Unstrud,
 monasterium Reinerödorsense Monachorum
 condidit, docentibus iisdem Monachis Pega-
 viensibus. Unde intelligimus, illud Wisen-
 burgum omnino situm fuisse ad Unstrutum,
 non a Nebra, & alias etiam scribi Vizburgum;
 quod nonnulli a Meroveo, Rege Franciæ,
 jam conditum, & ab ejus Vice-Domino appel-
 latum, fabulantur. Rectius scribit Adrianus
 Beicus, in Geographo Jenensi, pag. 141.
 Etliche stehen in den Gedancken, als sollte die
 Vizenburg bey Nebra, unfern der Unstrut,
 von denen Vizburgen den Nahmen bekommen
 haben. Aber das Schloß hat seinen Nahmen vom
 Vizione, dessen Güter an Graff Wipprecht zu
 Grotzsch kommen sind. Plane præpostere
 eam rem narrat auctor der alten und neuen
 Thüringischen Chronick, pag. 404. Hoc vero
 in medio relinquo, quod ille addit: Ao. 1262;
 kam Vizenburg an Meynhardum, Edlen Herrn
 von Querfurt; von solchem erbichten es die
 von Schleinitz; von diesem die von Lichten-
 bayn; und denen die von Hefster. Qui vero,
 post extinctam stirpem Vipertinam, proxime
 possederint Vizeburgum, non liquet. Anno
 1272. inter testes subscripsit Meinberus de
 Vizenburg, Diplomatici Henrici illustris,
 Marchionis orientalis; citante Reinhardo, in
 dissertatione de Titulo Comitum Palatini Saxo-
 niæ, &c. pag. 12. Neque adeo hoc Wisen-
 burgense cœnobium cum Weisenburgensi, iti-
 dem ad Unstrutum, non procul ab oppido
 Lauchia sito, confundendum est; utpote quod
 postea Scheiplizenise audiit, quodque condidit,
 & Reinhardsbronenli Cœnobio tradidit Adel-
 beidis, filia Udonis, Marchionis Septentriona-
 lis propaginiis Stadenlis; uxor Ludovici II,
 Comitis Thuringiæ, Salii cognominati. Cum
 illa enim Adelbeidis A. clō c x. defuncta plures
 filios filiasque reliquerit; non patet, qua
 ratione istud Weissenburgense, sive Scheipeli-
 cense, monasterium ad Vizonem pervenerit.
 Plura autem de Scheiplizenensi monasterio tra-
 didit Dn. Reinhardus, in Comment. de Ludovi-
 co Salio, pag. 39. Sed Vizo ille de Wisenburg,
 cujus hereditatem crevit Vipertus, videri pos-
 sit idem esse, qui in Diplomate Henrici IV, Im-
 peratoris, A. clō c xvi. dato (quod in Man-
 rissa, v. II, exhibemus) dicitur Vizo, sive Vi-
 zio, Miles Viperti; cui etiam, interpellante
 Henrico, Marchione Misniæ, itemque precan-
 te Viperto, Imperator duos mansos, sitos in
 villa Scorlup, in Burcwardio Zolin, & duos
 mansos in virgulis adiacentibus, tanquam
 propria prædia, tradiderat. Sic vero ille &
 in Misnia habuisset bona & in Thuringia. Zo-
 lyn enim, sive Scolyn in Osterlandia situm, ad
 Vipertum pervenisse, vel exinde intelligitur,
 quod ejus filia Berzba, ibi in honorem B. Mariæ
 Virginis Præposituram instituerit, eamque
 cum Abbatia Pigaviensi conjunxit. De
 qua Præpositura Schoelense, nuper non nihil
 egit Jo. Mart. Schamelius, in der Beschrei-
 bung des Closters zu St. Moriz vor der Stadt
 Naumburg. Certe, vix dubito, quin idem
 Vizo, sive Vizo, in Diplomate foundationis Ec-
 clesiæ Wurcensis, quod Herwicus, Episcopus
 Misnensis A. clō c xiii dederat, Pizo, ejus-
 que filius Fridericus, dicatur, horumque tunc
 defunctorum alia prædia, in Diocesi Wurcensi
 sita, indicentur. Ibi enim, inter alia, hæc ver-
 balegimus: Monasterium, inquit, in territo-
 rio Wurcensi, in honore S. Mariæ, Dei genitri-
 cis, construximus, ibique, pro parvitate nostra
 fratribus Deo & S. Mariæ servituri, præben-
 dam statuimus de bonis ecclesiæ nostræ benefi-
 cialibus nobis legitimo jure solutis Burgwar-
 dum videlicet P. O. V. C. H. cum ecclesiâ & deci-
 matione & cum omni utilitate, quæ ibi est, aut
 inde omni tempore provenire potest, & velo-
 nium Wurcense, & ibidem duas villas, Mistivitz
 & Triiskow vocatas (in antiqua versione
 Germanica dicuntur: (Nitschwitz und
 Trauschkaw) quod fuit beneficium cujusdam
 militis, PISONIS nomine, & filii ejus Fride-
 rici, quibus ABSQUE HEREDIBUS de-
 functis, fratribus supra dictis in præbendam
 dedimus. Vid. V. C. Schottgenii Chron. Wur-
 cense, p. 86.
 XIII. Sed inter ista fortunæ incrementa, tur-
 bis in Bohemia & Saxonia ortis, etiam cum ad-
 versis rebus identidem conflictatus est Viper-
 tus. Cum enim filii soceri sui, Uratislai, Re-
 gis Bohemiæ, de regno inter se contenderent;
 Vipertus II, filium cognominem, Vipertum
 III, quem Cosmas Pragensis & Hagecius Wen-
 ceslaus Bohemice nominant, cum armata ma-
 nu misit, ut in regnum Bohemiæ reduceret
 Borivorium. Quod cum contra voluntatem
 Henrici V. Imperatoris, fieret, hic Vipertum
 III, devicit cepitque; neque dimisit prius,
 quam Pater, Vipertus II, filii redirendi causa,
 A. clō c xii, cederet Nisano Budissinoque pa-
 gis, itemque Leisnicio & Merunga, urbibus;
 quæ omnia, ut auctor Vitæ Viperti loco jam
 ante citato, nempe cap. X, §. 6. loquitur, sta-
 tim Hogero, Comiti de Mansfeld sibi familia-
 rissimo, in beneficium Rex concessit. Neque
 ipse Vipertus II, Pater, meliore sorte usus est.
 Cum enim Imperator, sine dubio ob causam
 Bohemicam, aut quia etiam Sigfridus, Comes
 Palatinus, Wicbertum, & alios, ab obsequio Re-
 gis retraxerat, prout Conradus Urspergensis,
 & Annalista Saxo, ad A. 1112. annotarunt,
 cum jam manifesto infectaretur odio, tandem
 Hoger-

Hogeri, Comitis Mansfeldensis, insidiis A. clocxiii, aut secundum quosdam, altero post anno, captus, & in Leisnicensi castro, quod jam in Comitis Mansfeldensis erat potestate, custodiæ mancipatus, ac deinde in Comitibus Wirceburgensibus capitis damnatus est. Ad quam sententiam revocandam, Patremque redimendum, filius, Vipertus III, Imperatori *Groiscam*, ceteraque paterna bona, obtulit. Nihilominus tamen per tres adhuc annos Pater captivitatem sustinere necesse habuit; usque dum, post memorabilem illam pugnam Weitholzensem, & expugnatam urbem *Numburgensem*, virtute filii, Viperti, in pristinam libertatem restitutus est, & *Groiscam* pariter atque Leisnicium, aliaque, recuperavit. Et de Leisnicio quidem auctor *Vitæ Viperti, cap. XI, §. 20.* hæc sigillatim tradit: *Exinde LEISNICK Wigbertus cum exercitu petiit; sed castellanis ei resistentibus, multo tandem labore, multoque tempore confecto, urbanis expulsis, eam obtinuit.* Ex istis castellanis, qui interea Leisnicio præfuerunt, nihil fallor, in *Diplomate Henrici Imp. A. clocxiv* dato, in Dn. Hahnii *T. I. Collect. Monum. p. 72.* nominatur *Hermannus de Lizni.*

De Serbia vel Sorabia.

XIII. Superfedeo, alio, quæ Vipertus II, possedit, prædia, & castella, commemorare. His enim, uti in *Vita ejus, cap. V, §. 7.* legimus, *aliisque quam plurimis, quæ radiosum esset enumerare, prædiis & beneficiis præditus, præcipuum inter provincie nobilis, virtutis & probitatis præconium est adeptus.* Provinciam illam, in qua præ ceteris, ditatus invaluerat prædiis, SIRBIAM vocat. idem auctor *Vitæ Viperti, cap. XII, §. 1.* Eandem provinciam sic describit *Annalista Saxo, ad A. 1105.* *Imperator per australem plagam intrat Bœmiam, quem dux Borivoy honorifice suscipiens deduxit ad generum suum WICBERTUM, illustrissimum & prudentem virum, qui in partibus illis, quas SORABI inhabitabant, principabatur.* Sic & scripserat Conradus Urspergensis, in *Chronico* ad A. 1105: *Audierat interim Rex (Henricus V.) Patrem suum apud Wigbertum, quendam illustrissimum & prudentissimum virum, qui partibus illis, quas Sorabi inhabitabant, principabatur, esse reperiunt.* Non ergo totam Sirbiam, sed ejus tantummodo partem complectebatur ditio Viperti. *Annalista Saxo, ad A. 772,* Sorabos vocat *Slavos, qui campos inter Albiam & Sa-*

notamus, Bohemos comitibus, & nominatim Cosmam Pragensem, & clocxvii Misnensem terram vocasse *Zrbiam*, sive *Swirbiam*. Sic enim ille, pag. 42, ad A. clocxxxvii, scribit: *Rex Wratislaus, collecto exercitu, intrat ZRBIAM, quam olim Imperator, Henricus, in perpetuum sibi habendam tradiderat. Et dum quoddam castrum, nomine Guozdec, prope urbem MISSEN reedificavit, mittit duas scarras ex electis militibus cum filio suo Byccisla, ultum ire olim sibi illata injuria.* Atque idem, pag. 60, ad A. clocxvi, scribit, *Borivoy perrexisse in Zrbiam, ad Wigbertum, suum per fororem generum.* Ad annum autem clocxiii idem acerbe notat *pellacis Zrbia versutias.* Hæc in *Chronico Bohem. ad A. clocxxiii* hos populos vocat *Venedos*: *Sobieslaus begab sich in Wenden, und blieb bey Wigberto sechs Monden lang, &c.*

XV. Commemoranda autem adhuc sunt plures majoresque dignitates, quas in sequentibus vitæ suæ annis consecutus est Vipertus II. Huc pertinet Præfectura Magdeburgensis, quæ vulgo Burggraviatus dicitur. Ita vero auctor *Vitæ Viperti, cap. XI, §. 19, ad A. clocxvii* hac de re scribit: *Eodem tempore ab ADELGOTO, Archiepiscopo (Magdeburgensi, sororis suæ filio) præfecturam mille chypeis & quingentis talentis præditam, in beneficium accepit.* Neque alia leguntur in *Chronico Bigaugiensi, f. 124;* ubi & ad A. clocxxviii, hæc dignitas appellatur *præfectura principalis.* Certe, si, per *chypeos* intelligas tot *vasallos*; hujus dignitatis amplitudo latissime patuit. In tempore designando, quo Vipertus adeptus fuerit Præfecturam Magdeburgensem, scriptores alii cum Monacho Pegaviensi non conveniunt. *Annalista Saxo* refert, eum altero post anno *Hermanno* Comiti successisse. Eodem anno (1118,) inquit, *obit Hermannus, Magdeburgensis Comes; pro quo WICBERTVS Comes electus est.* *Chronographus Saxo* autem ad A. 1119: *Helpericus, inquit, Comes de Plozeke, & HERMANNUS Comes ADVOCATVS Magadab. Ecclesie, obierunt.* Hic est ille *Hermannus*, cujus filiam, *Richardam*, Rudolpho, Marchioni septentrionali, & Comiti Stadeni, nupsisse idem testatur *Annalista Saxo, p. 655.* Hunc *Hermannum* fuisse propaginis Plocensis, tradit *Botho*, in *Chronico picturato, ad A. 1117:* *Ok so starff Greve Heljifrid unde Greve Hermen van Plozike, Borggreve to Meideberch unde Domvoget.* At *Hilpericum* quidem fuisse Comitem Plocensem, certum est; de *Hermanno* adhuc ambigo. Ipse autem Vipertus in literis ROGGERI, Archiepiscopi Magdeburgensis, A. 1121, datis, quas in *Mantissa n. VII.* exhibemus, inter testes *Laicos civitatis Magdeburgensis* scribitur: *COMES & ECCLESIAE NOSTRAE (Magdeburgensis) ADVOCATVS.* Cum vero in iisdem Roggeri literis *Comes Urbis Magdeburgensis* etiam constituatur *Advocatus Basilicæ Hallensis*; hinc intelligimus, cur in *Vitæ Viperti, cap. XII, §. 2,* legamus,

Vipertus II adeptus est Burggraviatus Magdeburgensem, tamquam Præfecturam principalem.

hunc Vipertum in villa Hallæ advocatiæ causas administrasse. Ceterum, ad illustrandam Burggraviorum Magdeburgensium historiam illud adhuc annoto, ex iis, quæ a Chronographo Saxone ad A. 972 narrantur, conjici posse, jam HENRICVM Calvum, Comitem Stadensem, fuisse Præfectum Magdeburgensem. Deinde vero fuit FRIDERICVS, Comes Walbeccensis, nepos illius Henrici Calvi, & filius Sigfridi, Comitis Walbeccensis, ac Cünigundæ, filiæ Henrici Calvi; cum ab eodem Chronographo, ad A. 968; tum ab Annalista Saxone, ad A. 998, 1034, & 1049, diserte vocatur Præfectus Magdeburgensis; fortasse post mortem avunculorum suorum, aut etiam post mortem Geronis, Comitis Alueslebiensis, eam dignitatem adeptus. Hic autem Fridericus genuerat ex Thierberga, Comitissa CONRADVM, itidem Præfectum Magdeburgensem. Defuncto Friderico, viduam illius, Thiedbergam, matrimonio sibi junxerat quidam Nobilis ex Proceribus Hessorum; genueratque ex illa MEINFRIDUM, qui antea memorato fratri suo uterino, Conrado in comitatu Magdeburgensi surrogatus est. Quæ omnia luculenter docet Annalista Saxo, simulque refert, A. 1080, Meinfridum cecidisse in prælio. An vero Meinfrido deinceps THIEDERICVS, Comes Plocensis, qui Mechtildem, Conradi Magdeburgensis Præfecti filiam, in matrimonio habuerat; & Thiedericp, VDO, Marchio Stadenfis, A. 1107 defunctus, cui nupserat Irmingardis, soror hujus Thiderici Plocensis, in eadem præfectura Magdeburgensi successerint, prout Spangenbergius tradidit; nobis quidem ex evidentibus veterum scriptorum testimoniis non liquet; quodammodo tamen ex cognatione, itemque ex iis, quæ Annalista Saxo ad A. 1049, commemorat, conjicitur. Imo, neque satis patet, quomodo hæc dignitas pervenerit ad HERMANNUM, proximum antecessorem VIPERTI; quamvis id certum sit, quoniam inuimus hujus Hermanni filiam nuptui collocatam fuisse Rudolpbo, fratri Vdonis, Comitis Stadenfis & Marchionis septentrionalis, A. 1124, defuncto.

Viperto II delata fuit Marchia Lusatia.

XVI. Altior excrevit dignitas Viperti, cum is anno cl. cxvii Marchionis Lusatiaë honoribus ab Imperatore ornaretur. Juvat, eade re testimonium ex Vita Viperti, cap. XI, §. 21. reperere: Omnibus igitur suis ei restituti, inquit, ad curiam H'ormatiæ indictam perrexit, (Vipertus) & Imperatori pro suorum recuperatione grates persolvit, & ut MARCHIA LVZENSIS ab eo insigniretur, promissis 2000 talentorum, exoravit. Imperator utile sibi fore ratus, ut tantæ virtutis virum cum tali beneficio suæ familiaritati adscisceret, dignitate, quam affectaret, insignivit, ac deinceps inter reliquos PRINCIPES tam honore, quam familiaritate, parem habuit. In sequentibus idem Auctor Vipertum diserte MARCHIONEM LVSATIAE vocat, itemque refert; eundem ab Imperatore etiam cappa Dalmatica & tunica (quasi principalis dignitatis inaugurandæ causâ) do-

natum fuisse. Eodem repetit auctor Chronici Bigaugiensis, ad A. 1117, f. 124. Vtrum Vipertus II, tunc universæ Lusatiaë, an inferioris tantum Marchiam acceperit non est in propatulo. Neque illico liquet, cui & qua occasione Marchia Lusatiaë tunc fuerit adempta, & in Vipertum translata? Nisi quod infra §. XX, probatum ibimus, hanc Marchiam Henrico juniori, Illeburgensis progaginis, post mortem matris, GERTRUDIS, ablatam fuisse; nobisque verisimillimum videtur, illam ipsam Marchiam fuisse Lusatiaë inferioris. Maximam enim Lusatiaë superioris partem, pagos scilicet Budisfin, & Nizici, aliaque loca, jam antehac ex dote Bohemica possederat Vipertus; sed sine titulo & dignitate Marchionatus principalis. Dubravius, Fabricius, Albinus, & adhuc recentiores quidam, qui fere sola illorum auctoritate nituntur, rem aliquando intricant magis, quam expediunt. Atque adeo satis causæ habuit Dn. Spenerus, qui in Formula antiquiorum & recentiorum Lusatiaë Marchionatus cum Misnico conjunctionum p. 16, ingenue fateretur, multa occurrere hac in historia dubia, maleque propeinodum inter se cobærentia omnia. Nihilominus, tantum abest, ut auctoritatem & testimonia Monachorum Pegaviensium modo commemorata temere convellere velim; ut potius eadem confirmare contendam. Interim, ne quid dissimulem, ipse miror, cur non & in aliis scriptoribus æqualibus; Diplomatusque, Vipertus Marchio Lusatiaë & Misniaë appellatus hucusque reperiat; præterquam, quod in Addit. ad Lambertium Schafnaburgensem, ad A. cl. cxxiv, hæc generatim legamus: WIGBERTUS MARCHIO, qui & Monachus, obiit. Sic & Siffrius, Presbyter Misnensis, (at & hic ætate dispar) ad A. cl. xcii. ista scribit: Fundatio Ecclesie Pegaviensis inchoata est a VIPERTO MARCHIONE. Ubi vero dubium non est, quin hic Vipertus quasi per anticipationem Marchio dictus sit; cum eo anno nullam adhuc Marchiam adeptus esse videatur. Atque adeo mirum non est; cum in Diplomate Alboini, Episcopi Merseburgensis A. cl. cv. dato, quod videas in Mantissa, num. III, sine Marchionis characterè, tantum simpliciter Dominum Wigbertum nominari, & a Paschale, Pontifice Romano, A. cl. cvi. (Mantissa, num. IV.) Saxonica gentis illustrem Comitem dici: cum sciamus, illis adhuc temporibus & alium Lusatiaë, & alium Misniaë, Marchionem extitisse. At illud utique mirum accidit; cur & post illud tempus, ex quo constat, Vipertum obtinuisse Marchiam, is quasi medius inter alios Marchiones nihilominus tantum Comes fuerit scriptus? In Mantissa, num. VI, memorabile proferimus Diploma Henrici, Imperatoris, qui Itolorum more ibi quartus hujus nominis scribitur, quum inter Reges Germaniæ ejusdem nominis esset quintus. In hoc ipso Diplomate, anno cl. cxix, xii. Cal. Febr. dato, inter PRINCIPES testes commemorantur: Ludericus, Dux; RODOLPHUS, MARCHIO; Fridericus, Palatinus;

Cur Vipertus Marchio inter alios Marchiones tantum Comes scribatur.

Latinus; WIPERTUS COMES; HENRICUS MARCHIO; *Fridericus Comes; Hermannus Comes.* Vides, WIPERTUM, cum tamen jam A. cl. cxvii *Marchiam Lusatia* suscepisset, simpliciter scribi COMITEM, & quod singulare est, non minus tamen HENRICO MARCHIONI in ordine subscribentium præferri. Num igitur putemus, Vipertum jam tum, fortasse per vim bellicam, rursus exidisse *Marchia Lusatia*? At hoc vix suadet prerogativa ordinis; nisi si dicas, *Comitem seniore* forte prælatum fuisse *Marchioni juniori*; aut generatim *Marchionis & Comitum* titulum tunc promiscue fuisse usurpatum; prout, v. g. adhuc in literis Wigmanni, Archi-Episcopi Magdeburgensis, A. cl. cxviii. datis, apud Becmannum, in *Histor. Anbalt. P. III, L. 4, c. 1.* idem *Adelbertus* Ursus, modo *Marchio Advocatus*, modo *Comes & Advocatus Ecclesie* est dictus? Unde credimus, Vipertum hunc ex ea ipsa ratione etiam in Prologo *Libelli de Fundatione Cænobii Bigaugiensis* appellari *Comitem in Luzitz*; cum tamen *Marchio Lusatia* esset appellandus. An dicamus, Vipertum, ex consuetudine sibi familiari maluisse *Comitem*, quam *Marchionem*, se scribere; cum demum posterioribus vitæ annis *Marchionis dignitatem* fuerit adeptus? An denique existimemus, Vipertum scientem prudentemque, evitandæ invidiæ minuendique odii causa, se abstinuisse tunc titulo *Marchionis*; cum forte simul literis istis subscripserit *Henricus, Marchio Misnia*, ex Iieburgensi propagine ortus, cui ea pars principatus, quæ tunc dicebatur *Marchia Lusatia*, fuerat adempta, & qui contra istum Viperti titulum coram intercedere, sive protestari, potuisset? Alii pro suo arbitrio meliorem opinionem amplectantur, aut ipsi proferrant certiorum: Ji autem omnes *Principes Latini*, qui dicto Diplomati A. cl. cxix inter testes subscripserant, cum Viperto affinitate aut foedere conjuncti, & Henrici V, Imperatoris, antea adversarii, tunc vero eidem reconciliati, fuisse videntur. Id quod paucis declarabimus. Sic vero Conradus Urspergensis, ad A. cl. cxii: *Sigfridus, Comes Palatinus*, inquit, *totam pene Saxoniam, suam videlicet patriam, tantis implevit querimoniis, ut tam Ducem LOTHARIUM, quam RUDOLPHUM MARCHIONEM, FRIDERICUM, Palatinum Comitem, WIGBERTUM, atque Ludovicum, nonnullosque alios, ab obsequio traheret Imperatoris.* Et *Annalista Saxo*, ad A. cl. cxv: *Contra Imperatorem*, inquit, *Dux LUIDERICUS, Palatinus Comes, FRIDERICUS, Marchio RUDOLPHUS, adjunctis sibi FRIDRICO de ARNESBORCH, Henrico, fratre suo, Henrico de Linsburcb, HERIMANNO de Cavelage, tendunt.* Similia narrantur in *Chronico Bigaugiensis*, ad A. cl. cxv: *Henricus (Imperator) insolens, Principes Saxonie infestabat graviter, privavitque dignitatibus suis, Episcopum Halberstadensem, venerabilem Reinbardum, Comitem Palatinum de Sommersenborcb, & FRIDERICUM de Arnsborcb, ac RODVL-*

PHUM, *Nortmarchia positum.* Hi vero deinde cum Imperatore redierant in gratiam, adeoque maximam partem Diplomati ejus simul subscripserant. Etenim *Henricus*, Imperator, A. cl. cxix, & cl. cxx, aliquot in locis conventus Principum convocaverat, ut Principes adhuc a se dissentientes, omni, qua poterat, arte, obsecrando & pollicendo, in partes suas pelliceret. Id quod docet *Chronicon Hildesense*, apud Quercetanum, T. III. *verum Francicarum*, ad h. a. itemque *Annalista Saxo*, ad A. cl. cxx, ubi narrat, *Imperatorem ductu FRIDERICI de Arnsbercb, in Saxoniam venisse; Ducem LIVDERUM, FRIDERICUM Palatinum Comitem, & RODOLPHUM, & plures alios, Imperatori reconciliatos fuisse GOSLARIÆ*; ubi illud ipsum, quod jam illustramus, Diploma exaratum datumque fuit. Atque adeo jam literis Imperatoris, inter PRINCIPES Laicos, primo loco subscripserat LUIDERUS, sive *Lotharius*, Dux, postea ipse ad Imperatoris fastigium evehctus. Cujus uxor fuit *Richenza*, filia *Henrici* Pinguis, *Comitis Nordheimensis*. *Henrici* vero hujus *Nordheimensis* frater fuit CUNO, *Comes Baiclingensis*; cujus viduam, *Canigundam*, eo tempore in matrimonio habuit *Vipertus* noster. Altero loco nomen Diplomati dicto subsignavit RUDOLPHUS MARCHIO, *Stadensis* videlicet propaginis; a cujus patre, UDONE, *Comite Stadensi*, & *Marchione Saxonico*, tanquam a cognato, idem Vipertus educatus fuerat. Qui *Rudolphus*, quamvis jam A. cl. cxv teste *Chronographo Saxone*, *Marchia septentrionali* cecidisset *Henrico*, fratris sui filio: vel retinuit tamen adhuc titulum *Marchionis*, vel certe aliam habuit *Marchiam*. Quarto loco, & quidem post *Vipertum Comitem*, subscripserat HENRICUS MARCHIO. Cum autem isto tempore, prout infra pluribus probatum dabimus, duo florent *Henrici Marchiones*, alter HENRICUS *Stadensis, Marchio Septentrionalis*, cujus modo mentionem injecimus; alter HENRICUS *Iieburgensis, Marchio Misnia*; suspensas habemus rationes, utri subscriptionem illam tribuamus. Quinto denique & sexto loco inter Principes testimonium perhibuerant, FRIDERICUS COMES, & HERMANNUS COMES. Cujus nominis etfi & alii Comites eo ævo reperiantur; credibile tamen est, hic indicari FRIDERICUM, *Comitem de Arenburg*, & HERMANNUM, *Comitem de Cavelage*; utpote qui, sicuti antea inter adversarios Imperatoris numerabantur; ita tunc ejusdem sibi gratiam cum ceteris reconciliaverant. Hanc qualemcunque digressionem harum rerum studioli non ingrati fore opinor, cum ad illustrandum tam eximium Diploma non nihil conferre videatur. Unicum vero adhuc Diploma, idque ab *Adelberto*, Archiepiscopo Moguntino; Cænobio Oldislebieni A. 1124 datum superesse deprehendimus, in quo diserte scribitur MARCHIO WIPERTUS. Vid. Num. VIII. in *Mantiss. Diplom.*

XVII. Sicut autem, ex evidentibus Monachorum

Nomina
Principum
Diplomati
A. 1119.
subscripto-
rum expli-
cantur.

Viperto etiam Marchia Misnia ab Imperatore defertur.

choium Pegaviensium testimoniiis, supra excitatis, cognoscimus, Vipertum omnino *Marchiam Lusatiae* accepisse, & possedisse; ita idem ex eo etiam colligimus, quod filius eius *Henricus* eandem *Marchiam* deinceps *legati jure* recepisse dicitur; quae de re postea differemus. Sed jam cumulus honorum, omnique Viperto accessurus videbatur, cum idem, praeter *Marchiam Lusatiae*, favente Caesare, A. 1103 etiam *Marchiam Misnensem* consequeretur; nisi & breve vitae spatium reliquum, & hostium impetus, altius dignitatis fructum ei nimis prope intercepisset. Ad vero iidem testantur Monachii Pegavienses. Sic enim auctor *Chronici Bigaugiensis*, f. 124, ubi ea narrat, quae intra annum 1103 & 1104 gesta erant: HENRICVS, *Marchio junior*, inquit, obiit: pro quo *Henricus Rex instituit WICPERTVM Duxem, & HERMANNVM de Winiborg* (Wincenburg) *sed ALBERTVS & CONRADVS, Comites de Saxonia, adjuvato LOTHARII, Ducis Saxonum, illis pulsatis, eorum invadunt loca & dignitates.* Non diversa leguntur in *Vita Viperti*, ad Annum 1103, Cap. XI, f. 29, f. 27: HENRICVS, inquit, MARCHIO junior, obiit; pro quo Imp. *Henricus BINOS MARCHIONES constituit, WIGBERTVM quendam praedivitem, & Comitem HERMANNVM de WINCIBVRG. ADELBERTVS & CONRADVS, Comites de Saxonia, Ducis LOTHARII, ceterorumque Saxonum, freti auxilio, depulsis illis, loca eorum pariter atque dignitates invadunt.* Mirifice his in verbis Auctor ille *Wigbertum* quendam *praedivitem* vocat; quasi non novisset eum *Wigbertum*, cujus vitam ex instituto descripturus erat; aut quasi existimaverit, non *Wipertum*, Comitem Groizensem, & Cœnobii Pegaviensis Conditorem, sed alium forte Principem ejusdem nominis, *Marchiam Misnensem* tunc obtinuisse: nisi uxor quendam, vel quondam, plane hic omittenda fuisset, prout omisit auctor *Chronici Bigaugiensis*. Utrobique autem de *Marchia Misnia* sermonem esse, infra docebo, in primis seriem Marchionum Misniae commemoraturus, ac Cosmae Pragensis & *Annalista Saxons* loca multo luculentiora excitaturus; neque enim jam moror Scriptores sequioris aevi, eadem vel similia, vel diversa commemorantes.

An Marchia Brandenburgensis Viperto fuerit comitata?

XVIII. Verum, ex recentioribus scriptoribus REINHARDVS, vir quondam in hoc studiorum genere versatissimus, in *Originibus Landgraviatus Thuringici*, p. 73, concedit quidem, Imperatorem Viperto ob eximia merita, *Marchiam Misnensem* Dedoni I, Marchioni, ob rebellionis crimen abjudicatam, addixisse; verum, id diu factum esse ante A. 1103, eidemque semper restitisse *Henricum*, Ileburgensem Comitem; testibus Lamberto Aschafnaburgensi, & Conrado Vrspergeni; contra autem in *Vita Viperti*, & in *Chronico Bigaugensi*, c. ad A. 1103 non significari *Marchiam Misnensem*, sed *Brandenburgensem*, quae,

Henrico juniore mortuo, Viperto & Hermano ab Imperatore fuerit delata: Etenim non *Henricum juniorem*, Marchionem Misnensem; *Comitem de Ileburg*; sed *Henricum juniorem*, e stirpe *Comitum Stadenium*, Marchionem Brandenburgensem, eo anno 1103 mortuum indicari Pegaviensium Monachorum testimoniiis. Quid in hac sententia auctoritatem veterum Scriptorum convenire; quidque gratis affirmari, videatur; nunc paucis expendemus. Primum Reinhardus frustra provocat ad Lambertum Schafnaburgensem, & Conradum Vrspergensem; quasi hi tradiderint, Viperto nostro jam ante A. 1103 *Marchiam Misnensem* addictam delatamque fuisse. Nusquam Conradus Vrspergensis eum vocat *Marchionem*, multo minus *Marchionem Misnensem*. Equidem ad A. 1105, p. 235 scribit, hunc *Wigbertum partibus in illis, quas Sorabi inhabitant, principatum esse*: at hinc non *Marchionatum Misniae* demonstrare licet, cum eo a quo etiam Comites inter Principes referrentur; & cum tunc alius viveret *Marchio Misniae*. Ad A. 1102, p. 256, eundem *Wigbertum* commemorat Vrspergensis inter adversarios Imperatoris, at sine omni titulo dignitatis adjecto; quum tamen *Rudolphum* ibi vocasset *Marchionem*. Atque ita paullo post, p. 257, simpliciter ait, *Wigbertum* fuisse captum. Lambertum Schafnaburgensem legi, & relegi; sed nihil in eo reperi, quod *directe* pertineret ad Vipertum Groizensem. Neque Lambertus ultra res gestas anni 1107 progressus est; cum Vipertus, si Monachi Pegaviensis narrationem sequamur, demum maxime in altera expeditione Italica, qua Vrbs Roma A. 1108 capta est, de Henrico IV, Imperatore, bene meruisse, & praemii loco castellum Leisnicense, cum aliis adjacentibus praediis, ab eo accepisse, antehac autem in *Osterlandia* non nisi *comitatum Groizensem*, ab Udone, Marchione, & Comite Stadeni, ex permutatione pro terra Balsamorum acceptum possedisse perhibeatur. Quapropter miror etiam, cur in *Exercit. de duplici Marchia Thuringorum*, p. 310, statuatur, Vipertum jam ab A. 1107 *Marchionem Osterlandicum*, & nescio, a quo tempore, *Marchionem Misnensem fuisse*; adeoque Lambertum Schafnaburgensem ex confusione *Egbertum* pro *Viperto* nominasse; cum tamen nolim Lambertum, tam gravem scriptorem, qui a temporibus rerum illarum tam prope abfuit, tam enormis erroris insimulare.

XVIII. Verum, non possumus aut opinio-

Compendium rerum a Viperto II gestarum.

nem illam de *Marchia Brandenburgensi* Viperto delata, aut veterum scriptorum loca, pro eo, ac par est, expendere; nisi historiam *Marchionum Misniae & Lusatiae* illius temporis breviter repetamus, simulque res gestas & fata Viperti nostri quasi in compendium mittamus. Quod adeo ad Vipertum quidem primo attinet, ex *ejus vita*, & *Chronico Bigaugensi*, iisque, quae jam supra attulimus, satis verisimiliter constat, eum ante annum recuperatae

ratae

re salutis humanæ clō. vix natum fuisse; deinde vero, ubi militares annos affecutus erat, in *Misnicam*, aut, si specialius loqui velimus in *Osterlandicam* terram abiisse, ibidemque *Comitatū Groizensem*, ab Udōne ex permutatione pro regione Balsamorum sibi traditum, occupasse; sed deinde ob vicinorum Dynastarum Nobiliumque, ac sigillatim *Echeri Marchionis* odia, ad Bohemos se contulisse, ibique *Vratislāum*, Ducem, ac postea Regem, sibi conciliaffe, & anno clōLXXXI cum ejus filio, *Borivoy*, qui tunc vix octodecim ætatis annos habere potuit, cum Pater demum A. clōLXIII *Zuatonam*, Polonam, matrem *Borivoy*, duxisset domum, in expeditione Italica, *Henrico IV*, Imperatori, affuisse, atque hinc demum, anno circiter clōLXXXIV ob præclara merita, pluribus prædiis & feudis ab Imperatore, & Imperii Principibus quibusdam, locupletatum in Bohemiam rediisse, ibique fere ad obitum *Vratislai Regis*, h. e. ad A. clōxcvii, si non perpetuo, tamen sæpius, commoratum, plurimumque in ea aula versatum fuisse: maxime, cum successor *Vratislai, Breceslaus*, Viperto quasi consiliario adhuc usus sit. Cum enim hic A. clōxcviii de eligendo Episcopo Pragenſi consultaret, referente *Cosma Pragenſi*, pag. 51. in consilium vocavit Vipertum, suum per sororem generum; virum sapientem & in talibus negotiis eruditum valde & perspicacem cui & ait: Tu tempore Patris mei, Regis *Vratislai*, semper in curia primus inter amicos fuisti; tu mores & vitam Boemorum perspexisti; tu non solum Laicos verum etiam Clericos omnes, intus & in cute nosti; tuo consilio nunc Episcopum eligere volo. Ad hæc Heros in propria verba non improprie respondit: Olin, inquiens, dum Rex, Pater tuus, viguit, meum consilium valuit. &c. Jam, cum ab omni verisimilitudine alienum sit, Vipertum ante Italianam expeditionem vel *Lusatia*, vel *Misnia*, *Marchiam* obtinuisse; de hac etiam non nihil subjiciemus. Relatum scilicet legimus, tunc Romam ab Imperatore obsessam captamque fuisse. De qua expugnatione Urbis Romæ, etſi scriptor *Vitæ Viperti* ea tradat, quæ non ex omni parte cum testimoniis aliorum satis cohæreant, easque res tantum non miraculose tunc a Viperto gestas commemoret, ut hunc prope inter beatos sanctosque referre voluisse videatur: tamen memorabilis *Henrici Imperatoris Epistola ad Theodoricum, Episcopum Viridunensem*, per scripta, in *Gestis Treverorum*, p. 93, extat, in qua mirandæ illius expugnationis diserte fit mentio. Romam, inquit Imperator, intravimus in die *Benedicti* - - - Incredibile videtur, quod verissimum probatur, quod factum est in VRBE ROMA; ut ita dicam, cum decem hominibus in nobis operatus est Dominus, quod antecessores nostri si fecissent cum X milibus, MIRACULUM esset omnibus. Pertinet huc etiam præclarum illud testimonium, quod *Henricus IV* dederat *Liemaro*, *Hamburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopo*, qui Imperatorem æque tanquam fidus Achates, ac Vipertus, cum

aliis quibusdam, in capiunda Urbe Roma, fuerat secutus. *Liemarus*, inquit, tribus vicibus AD EXPUGNANDAM URBEM ROMAM ET CAPIENDAM nobiscum venerat. - - - Data X. Calend. Julii, anno Dominica incarnationis MEXXXII, Indiæ. VI, anno autem Ordinat. Domini HENRICI IV, Regis, xxix, regni xxvii. Actum Romæ, post URBEM CAPTAM FELICITER. Amen. Vid. Heineccii *Antiquit. Goslar. Libr. I, pag. 86*. Bis vero circa ea tempora *Henricus IV* in Italianam profectus est. Cum enim turbido rerum statu videret, se de summa, rerum periclitari, A. clōLXXVII, asperrima hieme, iter Italianum ingressus est, a Papa absolutionem petiturus. Qua de re legere *Lambertum Schafnaburgensem*, & *Monachum Herveldensem*, utrumque ad A. clōLXXVI. Sed, crescente Procerum Imperii dissensione, mox regressus in Germaniam, A. clōLXXVIII gravissimum proelium cum *Rudolpho Anti Casare*, in Saxonia commisit. Mortuo Rudolpho, A. clōLXXXI repetiit Italianam, urbemque Romam obsedit referentibus *Leone Ostiensi, Libr. III. Chron. Casin. cap. 49*; *Bertholdo Constantiensi ad b. a. Chronographo Saxone, p. 263*, & aliis. Urbe autem Roma, ut paullo ante annotavimus, demum A. clōLXXXIII potitus, confectisque in Italia rebus, revertit CÆSAR altero post anno in Germaniam. Cum igitur auctor *Chronici Bigaugiensis, fol. 120*, scribit, Vipertum per septem annos Italianæ expeditioni interfuisse, aut ille, annis utriusque expeditionis simul computatis, indicare voluit, Vipertum in utroque itinere Italico fidele ministerium Imperatori præstitisse, aut in tempore delignando lapsus est,

XX. Hæc de expeditione Italica, cui interfuit Vipertus, ad Monachos Pegavienſes quodammodo illustrandos, *ὡς ἐν παραπόδῳ* attulisse sufficiat. Sed ut eo facilius pateat, in quorum locum, & quando, quaque occasione, in suscipienda *Marchia* cum *Misnensi*, tum *Lusatia*, successerit Vipertus noster; historiam Marchionum utriusque regionis, quod quidem ad Viperti circiter ævum pertinet, paucissimis repetemus. De antiquioribus quidem *Lusatia* Marchionibus hæc annotavit auctor *Chronici Montis Sereni, p. 38*: DITMARUS MARCHIO duxit filiam *Hermann Ducis a Luneburg*, *Suanchildam* nomine, ex qua genuit GERONEM MARCHIONEM. GERONEM genuit DITMARUM; DITMARUS genuit ODONEM, qui sine liberis obiit, & in eo posteritatis propagatio cessavit. Hi omnes Provincia LUSICENSIS MARCHIONES fuerunt, quæ nunc ORIENTALIS MARCHIA vocatur. Non disquiro nunc, quas etiam alias terras possederint hi Marchiones; satis nobis est, hinc liquere, eos per successionem præfuisse *Marchia* potissimum inferioris *Lusatia*. Odoni illi, sine liberis mortuo successit DEDO, e tribu *Buzicensi*. Hoc edocet *Appendix Chronici Montis Sereni, f. 105*: Secundus filius (Theoderici) DEDO, MARCHIAM HODONIS

Brevis recensio Marchionum Lusatia ævi Vipertini.

Speciatim de Henrico IV Imp. expeditione Italica, cui interfuit Vipertus II.

NIS MARCHIONIS obtinuit, qui heredem non habuit. Idem Dedo etiam Patris sui Theoderici, Comitis Orientalium, A. clxxxiv interfecti, dignitatem obtinuerat. Testes excito *Annales Hildesbemenses, ad eundem annum clxxxiv: Thiedericus, COMES ORIENTALIVM, a militibus Eggibardi Marchionis in proprio cubiculo, fide salutacione circumventus in dolo, XIII Kal. Decembr. occiditur. CUJUS DIGNITATEM HONORIS DAEDI filius obtinuit; qui postea ODAM, Wilhelm Turgorum Praetoris, viduam, in conjugium adscivit.* Postea vero Dedo hic, viduus factus, duxit Adelam, viduam Ottonis de Orlamunda, ex eademque procreavit Henricum seniore de Ilburg, & Conradum; itemque ipse Dedo deinde reus perduellionis declaratus, non exiguam opum terrarumque amisit partem, ut Imperatori reconciliaretur. Quam rem, (ne nunc copiosiora verba Lamberti Schafnaburgensis, Conradi Urspergensis, & auctoris *Appendicis Chronici Montis Sereni*, hic repetam,) paucis complectitur *Annalista Saxo ad A. clclxx: Quam (Adelam) inquit, defuncto Ottone (Orlamundano) & matre ejus, Oda, DEDO senior uxorem duxerat, genuitque ex ea HENRICUM MARCHIONEM de Ilburg, & CONRADUM, Comitem, qui a paganis occisus est. Ipsa autem ATHELA dicebatur, nata de Brabantia ex Castello, quod dicitur Lovania, seu vulgariter Lovene, erantque ejus fratres Henricus Comes, & Reginberus. Ipse siquidem DEDO MARCHIO, cum Regi ad deditorem venisset, aliquandiu habitus in custodia, tandem adempta possessionum & reddituum non modica parte dimissus est.* Quem ad modum autem, cum ex hoc loco, tum ex aliis veterum testimoniiis, satis constat, Dedonem non certe nullam perduellionis poenam multamque tulisse, usque dum in gratiam Imperatoris redierit; ita ejus rei luculentum superest documentum, in *Diplomate Henrici IV, Imperatoris, 7. Kal. Novembr. A. clclxix dato*, quod in lucem edidit Heineccius, in *Antiquitatibus Goslariensibus pag. 82*; in quo Ecclesiae Goslariensis concessit praedium quoddam, SELNIZE dictum, in pago NICIZA, situm. Niciza autem, sive Niszi & Nisen, quam regionis partem complectatur, jam supra, num. VIII, ostendimus. *Quod praedium, inquit Imperator, eidem loco olim a Patre nostro collatum, cum MARCHIO DEDO sibi in concampio postulasset, possessum ac diu suo dominio mancipatum, eo, quod NOVIS QUIBUSDAM TUMULTIBUS & BELLO TEMERARIO A NOBIS DISSENSISSET, tempus & pacem sibi REDIMENDO, inter alia, sub testibus compluribus nobis libens contraxerat. Et si adeo veniam pacemque sibi redemisset hic Dedo; cum tamen uxor ejus ADELA, omni Marchione animosior & implacatior, prout vocatur Lamberto Schafnaburgensi, pag. 193, in odium Imperatoris incurrisset; nihilominus, post mortem Dedonis, (qui A. clclxxxv obiit) evenit; ut Imperator Marchiam ejus Lusati-*

cam Regi Bohemiae, ob insignia in se merita, deferre niteretur, filio Dedonis, *Henrico Ilburgensi* interea in captivitate detento. Haec planissime commemorat Lambertus Schafnaburgensis, ad A. clclxxxv, p. 225. *Cum sub idem fere tempus, inquit, DEDI MARCHIO longa aegritudine absumptus decessisset, MARCHIAM EJUS BOHEMICO DUCI in praemium exactae militiae dedit (Henricus IV, Imperator) tamen uxor Marchionis Adela FILIUM suum, CUI HEREDITARIA SUCCESSIONE MARCHIA debebatur, ei paullo ante pro se obfidem misisset, & ipse Marchio, post recuperatam pacem, in Gerstingen intemeratam semper erga Regem remque publicam fidem servasset.* Nihil dubito, quin Bohemus Lusatiam ex Imperatoris indulgentia aliquantisper occupavit, vel subicere sibi sit annisus. Ast, postquam filius Dedonis tunc adhuc puerilis aetatis, *Henricus Ilburgensis* dictus, non solum astu se propinquisset ex captivitate, una cum filio *Proonis*, Marchionis; referente Lamberto Schafnaburgensi, ad A. clclxxxv, pag. 242; sed etiam GERTRUDEM, Principem Brunsvicensis, matrimonii lege secum conjunxisset; atque hinc Principum Saxoniae ope confirmatus esset: non solum hanc *Lusatiam* sibi vindicavit *Marchiam*; sed etiam, quod postea probatum dabitur, *Misnensem* praeterea acquisivit. Quo nomine recte ab *Annalista Saxone*, ad A. clclxii, *vir sui temporis praepotentissimus* appellatur. Quem potentiae titulum ex sola alterutra *Marchia* vix obtinisset.

XX. GERTRUDIS illa, ut diximus, fuit propaginis Brunsvicensis; ex qua HENRICUS SENIOR, Ilburgensis, genuit, postumumque reliquit HENRICUM JUNIOREM, Ilburgensem. Id testatur *Annalista Saxo* ad A. clclxii. HENRICUS MARCHIO de Ilburg, inquit, filius DEDONIS MARCHIONIS, ex Adela Marchionissa, quae vidua extabat Ottonis Marchionis de Orlagemunde defunctus. Habuit autem filium de GERTRUDE, Comitissa de BRUNESVIC, HENRICUM, Marchionem juniorem, qui suppositus, nec pere filius ejus esse dicebatur. Brevius haec complectitur *Appendix Chronici Montis Sereni: Idem Marchio, HENRICUS, genuit ex GERTRUDE, quae erat de BRUNESWIG, Marchionem, HENRICUM JUNIOREM.* Nec alia legimus in *Annalibus Petero-Cellensibus*, inter Dn. Menck. Scriptores, T. II, p. 382: *Iste Henricus de Pleborg duxit uxorem GERTRUDEM, quae erat de Brunsvig, genuitque ex ea Henricum Marchionem de Pleborg juniorem.* Jam quaeritur, cujus filia fuerit haec *Gertrudis*? Dn. ab ECCARD, Vir de historia Germanica summe meritis, in *Originibus Saxonis, L. II, cap. 2, & in Hist. Geneal. March. Misn. cap. 5*, docuit, eam Gertrudem fuisse filiam *Ecberti I, Marchionis Misnici*, &c. quae primum *Theoderico Karlenburgico*; deinde *Henrico Northemio*, & hoc A. clclxi occiso, tertium HENRICO Ilburgensi, nupsit. Non repeto nunc testi-

De GERTRUDE Marchionissa, uxore Henrici Ilburgensis Senioris, & matre ac nutrice Henrici Junioris; quae mortua, Vipertus Marchiam Lusaticam suscepit.

testimonia ab eo allata. At alii ab Eccardo secessionem faciunt. Negat CL. Zolmannus; hujus Henrici uxorem fuisse *Gertrudem Brunsvicensis*, putatque, *Appendicem Chronici Montis Sereni*, adeoque, & *Annalistas Saxonem*, confudisse hunc Henricum Ilebursensem cum Henrico Northemio. Negat idem Dn. Behrens, in *Animadvers. Germ. ad Dn. ab Eccard Historiam Geneal. Principum Saxonie Sect. XI*, censetque, confundi inter se Gertrudem, matrem & filiam; cum Henricus Ilebursensis non matrem Gertrudem, filiam Ecberti I, & viduam Henrici Nordheimii; sed ejus filiam cognominem, habuerit in matrimonio, quæ junior Gertrudis post mortem Henrici Ilebursensis convenerit in manus *Sigfridi*, Palatini ad Rhenum. Res intricata est. Sed, si mitto nunc hujus Gertrudis conjugium cum Theodorico Katelburgico initum: (utpote quod vix admitti potest;) interim tamen, dum luculentior veritas aliunde elucescat, factis verisimilibus videtur Dn. Eccardi opinio, quæ locis ex *Appendice Chronici Montis Sereni*, & ex *Annalista Saxone* allatis, nititur. Et nescio, annon huic majorem probabilitatem conciliare possim ex auctoritate Alberti Stadenfis, ubi pag. 272. ait: *Marchio (Stadenfis) VDO, ex Ermegarda genuit filiam, quam duxit Marchio HEINRICUS, putativus frater RIKEZEN, Imperatricis; quem de Sclava, natum ideo suum fratrem dicebat; ut hereditatem non perderet, quæ in questione multorum posita, litigiosa fuit. Tandem Domina RIKENCE, fratre impotionato, sola possedit hereditatem; quam duxit Lotbarius.* Bene hæc cum *Appendice Montis Sereni*, & cum *Annalista Saxone*, conveniunt. Nos etiam, in *Probationibus Stemmatibus veterum Comitum Nordheimensium & Beichlingensium*, ostendemus, omnino *Gertrudem*, filiam *Ecberti I*, Marchionis Misniae, *Henrico Crasso*, Comiti Nordheimensi, conjunctam, præter *Ottonem*, & *Gertrudem*, peperisse etiam *Richenzam*, sive *Rixam*, uxorem *Lotbarii*, Ducis Saxonie, & deinde Imperatoris. Cum vero eadem *Gertrudis*, mater *Richensæ*, & vidua *Henrici Nordheimensis*, postea matrimonium inivit cum *Henrico seniore*, Ilebursensi; edidit *Henricum juniorem*, itidem Ilebursensem dictum. Qui adeo *Henricus junior* hac ratione ab Alberto Stadenfi recte dicitur *Frater Richensæ*, Imperatricis, non quidem germanus, sed uterinus: imo idem ab eodem etiam appellatur saltem frater *putativus*; quia, docente *Chronico Montis Sereni*, ad A. clcxxxvi, f. 32, non pro genuino *Henrici* Marchionis filio, sed pro *supposito*, & coqui cujusdam filio, haberetur. Sed & illud, quod Albertus Stadenfis narrat, *Henricum putativum* fratrem *Richensæ*, obiisse *impotionatum*, cum *Chronographi Saxonis*, & *Annalistas Saxonis*, testimonio congruit; cum uterque ad annum clcxxxiii tradat, *Henricum juniorem de Ileburch venescio interiisse*. Inxera vero si vel maxime concedamus, matrem *Henrici Ilebursensis* junioris non fuisse viduam illam *Henrici Crassi*, Comitis Nordhei-

Menekeii Scriptor. Germ. Tom. III.

menlis; sufficit nunc nobis, eam tot testimoniis dici *Gertrudem, Principem Brunsvicensis*. Hæc autem *Gertrudis* filio suo, *Henrico Ilebursensi*; postumo nato, & *Lusatiae & Misniae Marchiam* asseruit, ac forsitan tutorio nomine curavit, cum suis opibus, tum Principum Saxonie subsidiis, & fortasse ab initio *Lotbarii*, Ducis, auxilio innixa. Strenue illa, quoad vixit, rem gessit, neque dubitavit ipsi Imperatori, Henrico, adversari. Hinc cum *Annalista Saxo ad A. clcxxxii* ex iis præcipuos enumerasset, qui Imperatori obsequii recusassent, nempe *Lotbarium*, Ducem; *Rodolphum*, Marchionem; *Sigefridum*, Comitem, Palatinum; *Fridericum*, Comitem Palatinum; *Wibertum*, & *Ludovicum*, Comites; hæc subjicit verba: *Sed & Reinhardus, Halberstadiensis Episcopus, nec non GERTRUDIS, illa PRAEPOTENS PER SAXONIAM VIDUA, violentiam se pati ab Imperatoris PRAEIVDI- CIIS, invasione prædiorum suorum, clamitabant.* Fortasse scriptor per hæc ipsa præjudicia Imperatoris, de quibus quæstio est Gertrudis, intellexit illa, quibus Imperator una cum aliis persuasus fuit, filium Gertrudis, *Henricum juniorem de Ileburg*, non esse genuinum, sed suppositum filium; neque adeo illi *duas Marchias* esse relinquendas. Imo, eadem Gertrudis adhuc anno clcxxxvii, hoc est, non diu ante obitum suum, Viperto juniore, Groizam Patri sibi que postliminio vindicanti, suppetias tulit adversus Imperatorem. Refert id scriptor *Vitæ Viperti, cap. XI, f. 17.* Deinde, inquit, (Vipertus junior) *auxilium ferente Adelgoto, Magdeburgensi Archiepiscopo, & GERTRUDE, MARCHISA, MATRE scilicet regina, RICHINSÆ, opitulante, duobus millibus militum, obsedit, & obtinuit.* Quæ est in *Chronico Bigaugiensi, p. 123*, repetuntur. Obitum hujus Gertrudis annotat *Annalista Saxo, ad A. clcxxxvii.* GERTRUD, inquit, *Marchionissa Saxonica nobilissima, & potentissima obit.* Neque alium annum tradit *Chronicon Rhythmicum Princip. Brunsvic.* apud Leibnitium, T. III, p. 41. Item, vetusta *Membrana Salsburgiana*, apud eundem Leibnitium, T. II, ver. *Brunsv. p. 61; A. D. 1117 obiit GERTRUDIS Marchionissa, filia Ecberti, & fundatrix S. Aegidii in Brunswik.* Sic vero, *Gertrude* defuncta, filius ejus *Henricus Ilebursensis II*, relictus, isque impubis, vix annos quatuordecim ætatis tunc habebat, & tanquam suppositus, filiusque ex *Sclava & coquo* natus a malevolis traducebatur. Ergo, eo ipso anno clcxxxvii, quo obierat Gertrudis, non solum *Conradus*, Comes Wettinensis, (quod paullo post demonstrabimus) tanquam cognationis jure *Marchiam Misnensem* veluti heredi fictitio minimeque legitimo, præripere nitentur; sed & eodem tempore *Vipertus II, Groizensis*, tunc Imperatori reconciliatus, ejusdem *Henrici junioris Marchiam Lusatiae*, antehac Duci Bohemie ab Imperatore adjudicatam, tanquam Bohemis conjunctus, in se transferre studuit. Hoc autem propensior videbatur Imperator ad opprimendum *Henricum juniorem Ilebursensem;*

gentem; quo magis ab ejus matre *Gertrude*, tanquam perduelle, irritatus fuerat; quoque facilius persuadebatur, Henricum hunc non verum fuisse Henrici Marchionis filium, adeoque utriusque *Marchie* jura ad se imperiumque rediisse. Igitur, quod locis ante citatis scriptores *Vita Viperti* & *Chronici Bigaugiensis*, literis prodiderunt, *Henricus V*, Imperator, anno *clcxvii*, in solennibus Comitibus Wormatiensibus, Viperto detulit *Marchiam Lusatiae*, duobus quidem millibus *talentorum*, fortasse *Laudemii* nomine; ab eodem Viperto acceptis.

Post mortem Patris Viperti II Groizensis, Henricus filius *Marchia Lusatiae* aliquandiu caruit: sed deinde eam recuperavit.

XXII. Noluit quidem sibi deesse *Henricus Junior, Heburgensts*; utpote qui cum suis viribus, tum amicorum consiliis opibusque, *Conradum Wettinensem*, quod postea enarrabimus, gravissime ultus, *Marchiam Misnensem* fortiter sibi asseruit; & quoad vixit, retinuit. Vtrum autem etiam Viperto II *Marchiam Lusatiae* rursus eripere vel voluerit, vel valuerit; id quidem nullo adhuc indicio satis certo resciscere potui. Probabilius tamen est, Vipertum *Marchiam Lusatiae* usque ad mortem retinuisse. Cum enim extrema ejus fata describeret scriptor *vite ejus, cap. XII, §. 1.* In *praecedentibus*, inquit, *retulimus, qualiter Dominus Wigbertus in hac provincia, quae Sirlbia dicitur, in praediis & beneficiis tum in pace, quam in bello, acquisitis, tandem praeter ceteris ditatus invaluerit, PRINCIPATVM quoque ac MONARCHIAM* (ita a Monachis identidem appellabatur *Marchia*) *IN LVSI, obtinuerit.* Imo uterque Monachus Pegaviensis innuit, Viperto Patri filium superstitem in *Marchia Lusatiae* succedere voluisse & debuisse, tam, si Pater non possederit *Marchiam*; quomodo filius *jure legali* sibi eam vindicare, & Patri succedere voluit, potuitque? Mortuus vero est Vipertus A. *clcxiv*, d. xi Cal. Junii; ac reliquit filium superstitem, *Henricum*, qui nondum satis provectae aetatis, post Patris obitum haud exiguas adversariorum injurias pertulisse videtur. Relatum id legimus a Cosma Pragensi, *Libr. III, p. 69, ad A. clcxiv. iisdem diebus*, inquit, *moritur gener Wratislai Regis, Wigbertus. - Videns autem Sobeslaus, quia fortuna & Regis censura magis juvat fratrem suum majorem natu, vertit iter ad WIGBERTI NATVM, quo consolaretur de obitu patris sui suum per sororem cognatum. - Sobeslaus autem bisdem temporibus apud Wigberti filium morabatur; quia post obitum patris sui praedictus puer atrociter ab inimicis undique coartabatur.* Retinuit tamen Henricus *Praefecturam principalem Magdeburgensem*; quam Pater jam possederat, & quam hujus filio, *Henrico*, Rotgerus, Archiepiscopus, ob cognationis jura haud aegre indulgebat. At excidit idem *Henricus*, Viperti II filius, *Marchia Misnensis*; utpote quam ne a patre quidem plene occupatam, aut certe non tranquille possessam fuisse, putamus. Sed & *Marchia Lusatiae*, per septem, aut, ut Monachus loquitur, octo annos a morte patris, carere necesse habuit; un-

de & in *Diplomate, num. VIII MANTISSAE*. A. *clcxxxix*, non nisi inter *Comites* commemoratus, & saltem simpliciter scribitur *HENRICVS VIPERTI*, omni caractere *Marchionis* omisso. Sic & in *Diplomate Lotbarii Imp. Norberro*, Archiepisc. *Magdeburg. A. 1130*, dato, tantum vocatur *HENRICVS, Praefectus Urbis Magdeb.* Vid. in *Mantissa Diplomatum, num. X.* At idem demum An. *clcxxxix*, ex Imperatoris & Principum Imperii decreto, in Comitibus solennibus, *legali jure* *Marchiam Lusatiae* recuperarat, & ad extremum vitae tempus, h. e. ad A. *clcxxxv. d. xxx. Decembr.* obtinuerat: post quem demum *Conrado Wettinensi, Marchioni Misniae*, etiam *Lusatiae Marchiam* accessit. Quae, ne gratis affirmare videar, probo auctoritate scriptorum veterum. Auctor enim *Vita Viperti, cap. XII, §. 7*, ubi de morte Viperti egerat: *Cui, inquit, succedente filio, HENRICO, duo Comites, ADELBERTVS & CONRADVS, Marchiam ejus invadunt, quam & aliquandiu idem Adelbertus obtinuit.* Sed, *Lothario regnante, HENRICVS, in ejus gratiam rediens, eam recepit.* Eadem ad A. *clcxxxiv. f. 124*, consignavit *Chronicon Bigaugiense*. Vbi & ad A. *clcxxxix* haec verba subjiciuntur: *Synodus apud Leodium sub Innocentio congregatur; ibi, praesente LOTHARIO, Otto Episcopus Halberstadensis restituitur.* Ibi *ADELBERTVS MARCHIO de SAXONIA deponitur, & HENRICVS, filius WICPERTI, pro eo MARCHIO IN LVSI constituitur, qui hucusque ab ADELBERTO exclusus fuerat violenter.* Consentit *Chronicon Montis Sereni, ad A. clcxxxix. f. 35: Synodus Generalis apud Leodium in quadragesima est habita, praesidente Papa, Innocentio, praesente LVDERO, & Regina RICHZA. HENRICVS, Magdeburgensis Praefectus, filius WIPERTI, Marchionis de Groiz; MARCHIAM vero LVSIENSEM, quae nunc ORIENTALIS dicitur, Imperator CONRADO, Marchioni Misnensi, concessit.* Superfedeo nunc ea repetere, quae de eadem re in *Appendice Chronici Montis Sereni, f. 106*, leguntur. Suffragatur huic narrationi *Chronographus Saxo, ad A. clcxxxix*, *HENRICVS, inquit, Magdeburgensis Praefectus, filius WIPERTI, Marchionis, MARCHIAM, quam patre suo defuncto Comes ADELBERTVS a Rege acquisierat, legari jure recepit.* (Alii, pro *legari jure* ibi non male legunt *legali jure*: nisi forte scriptor hic antiquum usum vocabuli *legationis* respexit; prout u. g. *Albertus Stadenfis, ad A. dccccxxvii, p. 213*, scribit, *Tancmarum LEGATIONEM COMITATVS SAXONIAE sibi vindicasse, quae regali dono cesse-*

cesserat Geroni.) Atque idem Chronographus ad A. clō cxxxvi: *Lotharius Imperator*, inquit, *natalem Domini Spira celebrat*, & HENRICUS, *Marchio, Magadaburgensis Comes*, tunc ad curiam pergens Mogontia obiit; cui in comitatu Magdab. *Burchardus, frater Archi-Episcopi, successit*; MARCHIA vero concessa est CONRADO Marchioni. Conf. *Annalista Saxo*, ad A. clō cxxxvi, p. 671. & *Annales Bosovienses*, ad A. clō cxxxvi, p. 1009.

Adelbertus Ursus fuit aliquando Marchio Lusatiae; deinde Septentrionalis & Brandenburgensis; aliquando & Dux Saxoniae.

XXIII. Quae cum ita sint, hinc colligimus, utique Vipertum Groizensem Marchiam Lusatiae, extremo adhuc vita tempore, tenuisse; cum in eadem dignitate ei successisse dicatur Adelbertus; qui fuit filius Ottonis, Comitis Ballenstadenensis, anno clō cxxiii defuncti, & Ellice, filiae Magni, Ducis Saxoniae; maritus Sophie, Comitissae de Reinecke. Hic Adelbertus cognominabatur Ursus, natu Comes Ascharenensis; qui ab Helmoldo, *Libr. II. Chron. Slav. cap. 4*, vocatur Marchio Orientalis Slaviae: quod nomen quamvis recte ad Lusatiam accommodari potuerit; utique tamen aliquando latius patuit. Quemadmodum vero, quod in proximo Capite probavimus, anno clō cxxiv occuparat Marchiam Lusatiae; ita septem post annos, ea Henrico, Viperti II filio, cedere necesse habuit, jure & legibus e possessione dejectus. Quo juris pretextu eandem prius invaserit, non satis constat, & alia etiam in hac historia occurrunt dubia, quorum vero discussionem haec paginae non capiunt. Equidem, in *Accessionibus Historiae Anbaltinae*, p. 45, extat *Testamentum Hatbwigis, Abbatissae Gerenrodensis* A. clō cxviii III. Cal. April. scriptum, in quo illa dicitur, MARCHIONE ALBERTO praesente, & per manum ipsius MARCHIONIS certa bona Ecclesiae Gerenrodensi obtulisse. Quod si vero per hunc Marchionem intelligatur ille ipse Albertus Ursus cognominatus, de quo jam loquimur, nescimus sane, cui Marchiae ille tunc praesuerit: cum & Pater ejus Otto Soltmedel. demum A. clō cxxiii mortuus sit; & cum ipse hic Albertus adhuc A. 1121. in Reinhardi, Halberstadiensis Episcopi literis, (in Leuckfeldii *Antiquitatibus Halberstadiensibus*, pag. 75,) simpliciter tantum inter testes scribatur: *Adelbertus, Comes de Ballenstide*; cumque idem non nili post mortem Viperti, anno scilicet M cxxiv, Marchiam Lusatiae invasisset & occupasse dicatur. Idem Adelbertus etiam Helmoldo, *Libr. I, cap. 62*, & aliis scriptoribus appellatur *Marchio de Saltwedele*. An haec *Soltwedelensis* & *Septentrionalis Marchia* fuerit semper eadem aliis disquirendum jam supra reliqui? *Septentrionalem* vero consecutus dicitur Adelbertus anno clō cxxxiv. Sic enim ad hunc annum scribit *Annalista Saxo*, p. 667: *Marchiam Conradi (de Ploceke) videlicet septentrionalem, ADELBERTO, pro studio sibi exhibito obsequio in Romano itinere concessit Imperator*. Sed & Adelberto huic cessit hereditas Henrici, Slavonici Regis, A. clō cxli, vel clō cxlii defuncti. Scribit enim auctor

veteris Chronici Brandenburg. in Maderi Antiquit. Brunsvic. p. 274: Illis temporibus fuit in Brandenburg Rex HENRICUS, qui Slavice dicebatur PRIBESLAUS. - Cum filium non haberet, ADELBERTUM Marchionem, dictum URSUM, heredem sui instituit principatus. Quid? quod eidem Adelberto posthac Ducatum Saxoniae conferre nitentur Conradus III, Imperator, idque eo magis, cum A. clō cxxxix Henricus Superbus, Dux Bavariae & Saxoniae, fato supremo succubuisse; quae res vero parum prospere processit. Cujus rei testimonium ne longius arcessam, utar nunc auctoritate ejusdem *Annalissae Saxonis*. Hic enim ad A. clō cxxxix: *Henricus*, inquit, *nobilissimus Dux Bavariae atque Saxoniae, veneficio ibidem, ut fertur, infectus, XIII Cal. Nov. vitam finivit*. - Tunc ADELBERTUS, aestimans, se o modo Ducatu libere periturum, forum apud Bremam in festo omnium Sanctorum adit, loco competenti placitum habiturus. &c. Neque praetereunda sunt, quae hac de re legitur in *Chronicis Regis S. Pantaleonis*; ad A. clō cxxxviii: *Conradus Rex effectus, regalia, quae penes Henricum, Ducem Saxoniae & Bavariae, generum Lotharii, erant, callide acquisivit, & ipsum Ducatum Saxoniae privare voluit, dato eodem ADELBERTO, Marchioni*. Hinc caedes, rapinae, incendia, per totam Saxoniam facta sunt. Unde Dux Henricus - ipsum Adelbertum Marchionem post Regem exulare fecit. Anno clō cxxxix idem Dux (Henricus) venena, ut fertur, vitam finivit. ALBERTUS Marchio, morte Ducis exbilaratus, cum forum apud Bremam gloriabundus adiret, ut a turbis inibi confluentibus quasi Dux patriae susciperetur, ac amicis Imperatricis circumdatus, fuga vix cum paucis evasit. Brevibus eandem rem complectuntur *Annales Bosovienses* ad A. clō cxxxix: *Mortuo HENRICO Duce Boioariorum & Saxonum, discordia gravis exorta propter Ducatum Saxoniae a Rege ADELBERTO Marchioni praestitum, & contra voluntatem omnium Principum puero Henrico ablatum*. Atque adeo hinc Adelbertus in Diplomate Adelberti, Moguntini Archiepiscopi, A. clō cxxxix. d. X Cal. Junii, Ecclesiae S. Johannis, in *Katelenburch* dato, apud Leuckfeldium, in *Antiquit. Walckemred. pag. 253*; & in alio Conradi III privilegio Astensibus A. clō cxl, concessio, apud Tolnerum, *Cod. Diplom. Pal. p. 43*, (Conf. *Gotthae Diplom. P. II, pag. 266*.) inter alios testes scribitur: *Adelbertus, Dux Saxoniae*. Neque minus in *Constitutione ejusdem Conradi Regis Rom. super Concambio Smolnensi eodem anno clō cxl data*, (in *Pertuchii Chronico Portensi*, p. 21,) inter testes nominantur: *Fydricus, Dux Sueviae & Holsatiae*; ALBERTUS, *Dux Saxoniae*, HERMANNUS MARCHIO, *Wilhelmus, Palatinus Comes*. - *Ludovicus, Provinc. Comes Thuringiae*, &c. Sed accidit, ut per Principes Saxoniae & patriam propelleretur Albertus; de Ducatus ceterarumque regionum possessione dejectus. Quamvis vero non Ducatum Saxoniam reciperet, urpote

qui *Henrico Leoni* obligit; atramen, testante Alberto Stadenſi, ad A. cl. cxlii, revocatus in gratiam Principum, recepit omnia ſua, *Comitatum & Marcam*; ſicque *Marchiam Soltwedelſem*, regionemque Albim inter & Oderam ſitam, ſibi aſſeruit, & ex indulgentia *Conradi III*, Imperatoris, ſub nomine *Marchionis Brandenburgensis* magnam potentiam complexus eſt. Equidem Hermannus Cornerus, in *Chronico*, pag. 706, tradit, *Adelbertum* hunc demum anno cl. civii nomen *Marchionis Brandenburgensis* adſciviſſe. Tertio, inquit, anno *Frederici*, ADELBERTUS, *Marchio de Soltmedel*, ſecundum *Eggbardum*, expugnavit *Brandenburg*, pellens inde Slavos, & ſuos in urbem illam locans, & mutato nomine, in poſterum ſe ſcripſit MARCHIONEM de BRANDENBURG. At, quamquam *Brandenburgense* caſtellum forte interea amiſſum, omnino anno cl. cvii ab Alberto Urſo Slavis rurfus creptum fuiſſe, etiam teſtetur Albericus, *Monachus rriam Fontium*, ad b. a. pag. 331, & *Chronicon Steederburgense*, apud Meibonium, T. I, p. 454: nihilominus illuſtris Dn. J. P. L. B. de Gundling, in erudita Diſſertatione de *Origine Marchionatus Brandenburgensis*, Berolini A. 1726, edita, tituli *Marchionis Brandenburgensis* initia alius repetenda cenſuit, productis quibusdam documentis, in quibus ipſe Imperator, *Conradus III*, *Adelbertum* hunc *Marchionem Brandenburgensem* appellavit; laudatoque nominatim ex *Tomo I Leibnitiano rerum Brunſvicenſium* Diplomate vetuſto, quod *Reinhardo, Reinebuſenſis Coenobii Abbati*, datum eſt, quo Imperator omnia, quæ illius monaſterio data erant bona, anno cl. cxxxviii auctoritate imperiali confirmavit; ubi inter teſtes memoratur ADELBERTUS, MARCHIO de BRANDENBURG. Sed digna eſſent fata tanti Herois, quæ, poſt Sagittarium, paulo plenius accuratiusque deſcriberentur.

XXIII. Itaque poſt *Henricos Heburgenses Vipertus, II Groizenſis*, & poſt *Vipertam*, per ſeptem annos *Adelbertus Urſus, Marchia Luſatiae* præſuerunt. Anno demum cl. cxxxv eam ab *Adelberto* beneficio juris recepit *Henricus Groizenſis*, filius *Viperti II*, eandemque poſſedit, uſque dum xxxi Decembr. A. cl. cxxxv fato ſuo deſungeretur. Hæc uti jam ſupra probaviſus teſtimoniis hitoricorum; ita, quod ad *Henricum Groizenſem* atinet, etiam fide Diplomatum veterum confirmabimus. Hitorici referunt, huic *Henrico* a morte patris uſque ad A. cl. cxxxv carendum fuiſſe *Marchia Luſatiae*; cui narrationi, præter alia, robur addit Diploma *Lotharii Imperatoris*, quod, num. VIII, in *Mantiſſa* proferitur; quo quidem Imperator *venditionum Curvis Abbenrodenſis* A. cl. cxxxix, Idibus Junii, confirmavit. In quo Diplomate HERMANUS (Winceburgius,) LANDGRAVIUS; CONRADUS (Wettinenſis,) MARCHIO (Miſniae,) ADELBERTUS (Urſus) MARCHIO (Luſatiae) inter teſtes diſerte nominantur: at HENRICUS VIPERTI (Groizenſis

filius) in eodem numero teſtium, tantum inter alios *Comites* ſimpliciter commemoratur, neque dignitas *Marchionatus* indicatur: propterea quod, poſt mortem Patris, præter hereditaria bona, non retinuerat, niſi *Comitatum ſive Burggraviatum Magdeburgensem*, amiſſa interim *Marchia Luſatiae*, quam ipſi, ut jam diximus, eripuerat, & uſque ad annum cl. cxxxv tenuerat *Adelbertus Urſus*. Poſt hunc annum, *Henricum Groizenſem* eandem *Marchiam Luſatiae* recuperallſe, & uſque ad vitæ exitum, h. e. ad finem A. cl. cxxxv, ſuſtinuiſſe, teſtantur hitorici, locis ſupra allatis. Cum horum ergo teſtimoniis etiam congruunt tria eximia Diplomata, in quibus HENRICI illius Groizenſis, tanquam MARCHIONIS, memoria eſt conſervata. Primum Diploma complectitur *Traditionem Monaſterii Burgelensis*, datumque eſt ab *Udone*, Epifcopo Numburgenſi, A. cl. cxxxiii, Idibus Februarii. (vid. Num. XI, in *Mantiſſa*.) In quibus literis memoratur hic ipſe, de quo loquimur, HENRICUS, MARCHIO Luſatiae, & ejus uxor, BERTHA, tanquam fundatrix *Coenobii Burgelensis*; & CONRADUS, MARCHIO Miſniae; tanquam *Advocatus Eccleſiae Numburgensis*. Sic enim ibi loquitur *Udo*, Epifcopus Numburgenſis: *Deſiderium* MARCHIONIS HENRICI, & *Uxor* ejus BERTHA F, *Clero meo conſulente* MARCHIONE CONRADO, *Eccleſiae noſtrae* ADVOCATO annuente, - congregacionem *Monachorum libere conſtituendam in quadam bereditate ſua BURGELIN* - adimplevi. Nullum alium *Henricum*, quam *Groizenſem*, filium *Viperti II*, *Marchionem Luſatiae*, hic intelligi poſſe, non ſolum ex congruentia rerum eo tempore geſtarum colligimus; ſed eo etiam nomine confirmamus, quod eadem *Berchta*, uxor *Henrici Groizenſis*, etiam in *Calendario Pegavienſi* inter *benefactores Coenobii Pegavienſis*, a *Viperto II* Groizenſi conditi, numeratur, ejusque ſacrum anniverſarium ad III. Kal. Auguſti, p. 139, his verbis annotatur: BERTHA, *Marchioniffa*, uxor HENRICI MARCHIONIS, x *Marcas in Kakerc*. Alterum Diploma, huc ſpectans, in *Mantiſſa num. XIII*, exhibetur, quo *Lotharius Imperator*, negotiatoribus *Civitatis Quedlinburgensis* privilegia, ab Antecelloribus ſuis conceſſa, A. cl. cxxxiv, d. VII Maji, confirmavit. In hoc, inter teſtes, nominantur: MARCHIONES, ADELBERTUS, CONRADUS, HENRICUS. *Adelbertus*, ſcilicet *Urſus*, cui eo ipſo anno *Marchia Septentrionalis* obvenerat. Sic enim ſcribit *Chronographus Saxo*, ad A. cl. cxxxiv: ADELBERTUS Comes ſuccedit CONRADO *Marchioni*. De hoc autem *Conrado*, ad A. cl. cxxx ſcripſerat: *Marchia ſeptentrionalis tradita eſt* CONRADO, *filio Helperici de Plozeke*. Et quidni repetamus luculentiorum *Annaliſta Saxonis* locum, ad eundem annum? *Marchiam Conradi*, inquit, *videlicet ſeptentrionalem*, ADELBERTO, *pro ſtudioſo ſibi exhibito obſequio in Romano itinere, conceſſit Imperator*, Alter *Marchio*, in iſto Diplomate nomina-

Comprobatur teſtimonio Diplomatum, *Henrico Groizenſi*, poſt mortem Patris, *Viperti II*, *Marchiam Luſatiae* præteritam, & demum A. 1131 reſtitutam fuiſſe.

nominatus, est CONRADUS *Wettinensis*, qui jam ab A. clxxxiv *Marchiam Misnensem* obtinuerat; id quod paullo post docebimus. Tertius est HENRICUS noster *Groizensis*, Viperti II filius, cui jam A. clxxxvi *Marchia Lusatia*, quam illuc usque usurparat possederatque Albertus Ursus, in comitiis solennibus fuerat restituta. Tertium Diploma attulimus, num. XIV, in *Mantissa*; in quo iidem tres *Marchiones*, sed ordine alio, referuntur. Datum hoc est A. clxxxv, IV. *Nov. Martii*; quo Conradus, Archi-Episcopus *Magdeburgensis*, confirmavit *fundationem Cœnobii Gratiae Dei*. In hoc itidem tres illi *Marchiones* inter testes commemorantur: HENRICUS MARCHIO & ADVOCATUS; CUNRADUS MARCHIO; ADELBERTUS MARCHIO. Nempe primo loco scribitur HENRICUS noster *Groizensis, Marchio Lusatie*, tanquam ADVOCATUS; sive *Burggravius Magdeburgensis*. Deinde, CUNRADUS *Wettinensis, Marchio Misniae*; & tandem ADELBERTUS *Ballenstadiensis, Marchio septentrionalis*.

XXV. Sicut igitur hactenus ostendimus, qua occasione *Marchia Lusatie* ab *Henricis Illeburgensibus* ad *Vipertum II, Groizensem*; ab hoc ad *Adelbertum Ursum*; & ab *Adelberto Urso* ad *Henricum Groizensem*, filium superstitem *Viperti II*, fuerit transmissa; ita infra exponemus, quomodo *Henrico Groizensi* in eadem *Marchia* successerit *Conradus, Marchio Misniae*, adeoque utramque *Marchiam* rursus conjunxerit. Nunc visum est, disquirere, quando, & cur, eidem *VIPERTO II, Groizensi*, etiam *MARCHIA MISNIAE* destinata fuerit atque concessa? Quod si jam, missa priorum saeculorum historia, eos maxime principes recognoscere lubeat, qui circiter *Viperti* hujus *Groizensis* ævo rexerint *Marchiam Misnensem*; præcipue ex *Lamberto Schafnaburgensi* intelligimus, iis temporibus *Ecbertum, Misnicorum & Thuringorum Marchionem* fuisse; sed, quia *Ecbertus* fuerat inter conjuratos adversus Imperatorem, ei hanc *Marchiam Misnicam* ademptam, Ducique *Bohemiae* datam esset. Fuerat autem *ECBERTUS* ille junior Princeps *Brunsvicensis* in *Saxonia*, quem *Ecberto* seniori pepererat *Irmingardis*, vidua Ducis *Ortonis de Suinsurb.* Conf. *Annalista Saxo*, pag. 497, & seqq. Qua de re hæc tradit *Lambertus Schafnaburgensis*, ad A. clxxxvi, pag. 241: *Quoniam Imperator, e Bohemia digrediens, Duci Bohemico MARCHIAM MISNENSEM tam spectatæ in arduis fidei præmium dederat, ECBERTUS Marchio, CUJUS EADEM MARCHIA ERAT, filius patruelis Regis, puer longe adhuc infra militares annos, ubi primum decreverat aquis fluvius factus est transmeabilis, adjunctis sibi Saxonibus, MISSENUM perrexit, omniaque castella, quibus Dux Bohemicus præsidium imposuerat, admota manu militari, recepit.* &c. Liqueat hinc, *Marchiam Misnensem* tunc fuisse in *Ecberti* potestate, eundemque hanc adversus *Wratislaum, Ducem & post*

ea Regem *Bohemiae*, strenue sibi vindicasse. Verum, neque *Wratislaus* jure suo cedere voluisse videtur; cum anno clxxxvii & viii, *Misnicam* terram ex voluntate Imperatoris ad se delatam sibi afferere contenderit. *Cosmas* enim *Pragensis*, ad A. clxxxvii: *Rex Wratislaus*, inquit, *collecto exercitu intravit Zrbiam* (i. e. *Sorabiam*; quo nomine tunc *Bohemi* in primis terram *Misnensem* designabant;) *quam olim Imperator Henricus in perpetuum sibi habendam tradiderat. Et dum quoddam castrum, nomine Gnozdec, prope urbem MISSEN, reedificat, aliis insistentibus operi, mittit duas scaras ex electis militibus, cum filio suo Breveslao, utrum ire olim sibi illate injuriæ. Quod institutum Rex Bohemiae etiam sequenti anno persecutus est. Interea contigit, inquit Cosmas, ut iterum Rex Wratislaus Zrbiam cum suo exercitu intraret, quod prædictum castrum Ganzdec in alium firmiorem locum transferret. Sed hinc Ecbertus, uti Wratislai, ita & Viperti II Groizensis, adversarius evasit; ut pote qui Vipertus fuit Gener Wratislai, & tunc partim suo jure, partim fortasse nomine Regis Bohemiae, multa prædia ac castella in ista terra possedit, rexitque. Quod odium non silentio præterit scriptor *Vitæ Viperti*, quippe qui cap. V, §. 7, ad annum circiter clxxx hæc diserte scripsit: Proinde ECBERTUS, *Marchio de Brunsvig, æmulus ejus [Viperti] livore rabescens, cum magno exercitu partes ejus nitentur irrumpere, jamque castellum Tuberæ (Cizam inter & Weissenfelsium situm) transibat. Sed & mortis causam hinc invenit Ecbertus. Sic enim, in eadem vita Viperti, cap. V, §. 9, legimus: Anno Domini clxxc ECBERTUS, Marchio, multiplicato exercitu, cogitabat WIGBERTI partes invadere; sed in molendino quodam, antequam appropinquaret, turpiter occubuit.* Erphesfordensis Monachus in *Additionibus ad Lambertum Schafnaburgensem*, hæc annotat ad A. clxxxix: *ECKIBERTUS, inquit, Marchio, juxta aquam, quæ dicitur Schiba, in molendino quodam miserabiliter interfectus occubuit.* Sed verisimilius est, *Ecbertum* anno clxxc, vel clxxci, occisum fuisse. Equidem *Dn. Spenerus*, vir de historia illustranda bene merentissimus, in disputatione de *formula antiquorum ac recentiorum Lusaricæ Marchionatus cum Misnico conjunctionum*, §. IX, pag. 12, itemque alii, censent, *Ecbertum* haud quaquam inter *Marchiones Misnenses* numerari posse; propterea, quod a *Lamberto Schafnaburgensi* is *Saxoniae Marchio* dicatur; quodque *Misnia* non *Saxonica*; sed saltem *Saxoniae limitanea* fuerit provincia. Et sane non imus infitias, tam distincte aliquando scriptores loqui. Suggestam ipse locum ex eodem *Lamberto*, pag. 241. *Per Saxoniæ, inquit, rumor percrevit; quod Rex conterminam regni Saxonici Marchiam Misnensem ferro & igne depopularetur.* At enim vero nihilominus *Misnia* sæpe ab iisdem scriptoribus laxiore notione relata fuit ad*

Iterum de Ecberto, & an ille recte nuncietur *Marchionem Misniae* a nonnullis existimat?

Brevis recensio *Marchionum Misniae*, qui circiter *Viperti II* ævo floruerunt.

De *Ecberto* juniore, *Marchione*.

De *Wratislao*, *Duce Bohemiae*, & ad *Marchiam Misniae* aspirante.

Saxoniam. Sic apud Cosmam Pragensem aliquoties *Saxonia* ponitur pro *Misnia*. Exempli causa, ad A. c10cxxxiii, pag. 68: Erat, inquit, in SAXONIA quidam nomine CONRADUS, ex tribu Dedo (Dedonis) natus, ad cuius manus jure pertinebat ille Marchionatus. Non loquitur Cosmas, nisi de *Conrado Wettinensi*, & de *Marchionatu Misnia*; nec minus tamen hunc in *Saxonia* constituit. Ita idem *Conradus Wettinensis*, in *Chronico Montis Sereni*, ad A. c10cxxxvii, appellatur *Comes de Saxonia*. Sed & apud Lambertum Schafnaburgensem, ad A. c10cxxxv, pag. 225, *Misene* dicitur *Vrbis* sita in confinio *Bobemiae & Saxonie*. Non jam urgebo *Ecbertum*, etiam ratione natalium, more antiquo, recte & proprie appellari potuisse *Marchionem de Saxonia*. Non licet ergo contra *Lamberti Schafnaburgensis*, scriptoris coevi auctoritatem negare, *Marchiam Misnensem* eo tempore ad *Ecbertum* hunc omnino pertinuisse. Postea vero Imperatorem hanc *Marchiam* ab *Ecberto* transmisisse ad *Henricum, Comitem de Ileburg*, colligimus, cum ex aliis documentis, tum sigillatim ex *Dodechienco*, apud *Pistorium*, pag. 457, Anno c10cxxxix, inquit, *Henricus Rex*, memor injuria, quam sibi *EGGEBERTUS* anno praeterito, *MARCHIO APUD MERSEBURG* fecerat, *MARCHIAM ORIENTALEM* ei laeserens, *HENRICO* cuidam contulerat; congregato exercitu quamplurimo, *Glico*, castrum ejus valde munitum, quod est in *Thuringia*, obsidebat. Dubites, utrum his verbis duntaxat *Marchia ORIENTALIS Thuringica*, quae postea *Osterlandia* audit, intelligatur, an simul etiam *Marchia Misnensis* indicetur; prout vice versa aliquando nomen *Marchiae Misnensis* simul etiam *Osterlandiam* comprehendit? Id vero certum est, si quidem *Henricus* ille, cui *Dodechennus* ait Imperatorem jam Anno c10cxxxix *Marchiam ECBERTO* ademptam, deferre voluisse, fuerit *HENRICUS* de *Ileburg* a sede sua & comitatu proprio sic dictus; hunc utique & *Osterlandiam*, & *Misnicam Marchiam* simul tenuisse. Eo autem majori aequitatis specie *Marchia Ecberti*, represso Duce *Bobemiae*, ad *Henricum Ileburgensem* devoluta videtur; quia hic in matrimonio habuisse dicitur *Gertruden*, *Ecberti* II sororem, *Comitissam de Brunsvic*; & quod ipse natus erat ex *Adela*, filia *Oxonis*, *Marchionis Misnicae*. Imo, si recte se habeant ea, quae in fragmento *Chronici Merseburgensis aulæ Episcopalis* legimus, (quod fragmentum nobis servarunt *Annales Vetero-Cellenfes*, inter *Dn. Menckenii Scriptores rer. Misn. T. II. pag. 381*;) *Marchia Misnensis* (*Ecberto* ablata) primum a *meowis* ad *Timonem*, *Comitem Wettinensem*, ex singulari Imperatoris gratia pervenerat. At, cum *Timmo*, novus *Marchio*, mox in conflictu periisset, neque ejus filius, *Conradus*, (forte tunc adhuc teneræ ætatis) possessionem hujus *Marchiæ* adipisci potuisset; eadem patri ejus, *Dedonis* II, filio *Henrico*, *Ileburgensi* est tradita. Quod vero *Henricus hic Ileburgensis* etiam in

Osterlandia jura *Marchionatus* habuerit, ejus rei præclarum documentum, in *Manrissa Diplom. num. II* exhibemus. Cum enim, testante eo *Diplomate*, *Vipertus* noster anno c10cxcvii, d. xviii Julii, ab *Henrico IV*, Imperatore, impetrasset, ut *Vitio*, sive *Vizoni* (fortasse de *Wisenburg*) *militi Viperti*, certimansus in villa *Scorlup*, in *Burcardo Zcolin*, adeoque in *Osterlandia* siti, in proprietatem darentur, sicque converterentur in *alodium*; Imperator dixit, hoc fieri, *interpellante*, sive *intercedente*, *fideli suo MARCHIONE HENRICO*. Vix hic alius intelligi potest, quam *HENRICUS* de *Ileburg*, filius *Dedonis*, *Marchionis*; cui Imperator largitus fuerat *Marchiam Orientalem*, *Ecberto* ob rebellionem primam ademptam. Sufficit nobis interim ex iis, quæ hactenus attulimus, satis evidenter demonstrari, *Vipertum* eo tempore *Comitatum* quidem proprium, & alia prædia, itemque milites & *vasallos* suos, in terra *Orientali*, sive in *Osterlandia*, habuisse; non vero *Marchiam* illius regionis; utpote cui præfuerit *Henricus* ille de *Ileburg*. At idem *Henricus* tenuit etiam *Marchiam Misnensem*; aut tunc potius utraque illa *Marchia Misnica* scilicet & *Osterlandica*, revera sub eadem formula fuit conjuncta. Sic enim ille jam ante annum c10cxxxix nominatur *HENRICUS, MARCHIO MISNENSIS*, tunc adhuc adversarius *Viperti* nostri. Scriptor enim *Vita Viperti, cap. IV, §. 30*: Quod ubi *HENRICO*, inquit, *MISNENSI MARCHIONI*, innotuit, *assumtis militibus, illum ab Vrbe persequitur*; sed a *WIGBERTO* constanter excipitur. Et in *Chronico Bigaugiensi, f. 120*, hæc leguntur: *Impatiens vero pacis (Vipertus II) infestabat, & infestabatur. HENRICUM etiam MARCHIONEM MISNENSEM, aliosque offendit. Quamquam vero non satis certum sit, an Monachi Pegavienses, in Vita Viperti, & in Chronico Bigaugiensi, Henricum de Ileburg jam ante annum c10cxxxix, tantum quasi per anticipationem appellarint Marchionem Misnensem; cum eo ævo adhuc Eckbertus, & Rex Bohemæ, de illa ipsa Marchia inter se contendisse videantur: id tamen satis est, eum revera dictum fuisse Marchionem Misnensem, & contra nusquam apparere, Vipertum Groizensem istis temporibus Marchiam Misnensem tenuisse.*

XXVI. *Henricus* ille senior de *Ileburg, Marchio Misnensis*, teste *Chronographo Saxone*, mortuus est anno c10civ. At *Abbas Vrspergensis* obitum *Henrici* hujus ad annum c10ciii refert. A. c10ciii, inquit, *HENRICUS Marchio, vir sui temporis præpotentissimus in Saxonia, obiit*. Ejus *Marchia* jure hereditario, quod jam ea ætate invalescere coeperat, devolvi debebat ad filium cognominem *Henricum de Ileburg, juniorem* dictum; qui, quod ex *Appendice Chronici Montis Sereni, & ex Annalista Saxone* ad A. c10ciii cognoscimus, e *GERTRUDE, Comitissa Brunsvicensi*, editus fuerat postumus. At, vivebat tunc *CONRADUS, (III) Comes Wettinensis, filius Thiemonis Comitis,*

De Henrico
seniore, Comite
Ileburgensi,
successore
Ecberti junioris
in Marchia
Misnia.

De Henrico
juniore,
Comite Ileburgensi,
& Marchione
Misnicæ;
item & de
Conrado
Wettinensi,
ad Marchiam
Misnicam
adspirante.

mitis, & frater natu major *Dedonis V.* Hic, si *Henricus Senior de Illeburg* sine omni prole superstitite obiisset, *Marchiam* ejus, & relictam hereditatem, jure hereditario sibi asserere potuisset. Quæ res ut eo facilius intelligatur, particulam Schematis genealogici ex Dn. *Eccardo* his subjiciam, omissis iis; quæ proprie huc non pertinent:

THEODERICUS, COMES ORIENTALIUM, † 1034. (Vid. *Annal. Hildesbemi*, apud Leibnitium, T. I. *Script. Brunsvic.* p. 227.)

DEDO III, Marchio Lusatiae, † 1075.

THIEMO, Comes Wettinensis.

DEDO IV junior occisus A. 1069.

ADELHEIDIS, Uxor Ernesti Marchionis de Bavarria.

HENRICVS II *Illeburgensis*, Marchio Misniae (& Lusatiae) † 1123. (Uxor, filia *Vdonis*, Marchionis de Stade. p. 272.)

CONRADUS II, juvenis a paganis occisus.

CONRADVS III, Comes Wettinensis, & postea Marchio Misnensis ac Lusatiae, † 1156. Uxor, *Lucarda* filia Alberti II, Habsburgici Com. † 1146.

DEDO V. † 1124. Uxor *Bertha*, filia *Viperti* II, Com. Groizensis † 1144.

MATHILDIS nupta I. *Geroni*, Comiti de Bavarria. II, *Ludovico*, Comiti de Bavarria.

MATHILDIS Uxor *Rahodanis*, Comitis de Abensberg, Advocati Bambergensis.

Cum igitur *Conradus* ille, Comes Wettinensis, tam opimam hereditatem ab *Henrico Illeburgensi*, Seniore, relictam jam fere omni spe devorasset, omnem movit lapidem, ut ejus filium postumum, *Henricum* juniorem, ab eadem dimoveret, calumniatus; hunc *Henricum* esse suppositum; nec verum genuinumque *Henrici* Senioris, *Illeburgensis*, filium. Verum, quoad vixit *GERTRUDIS*, præpotens illa *Marchionissa Saxonie*, vidua *Henrici Illeburgensis* senioris, & mater *Henrici Illeburgensis* junioris; hæc *Conradi* pariter atque aliorum adversariorum machinationes repressit, filiique sui honorem & utramque *Marchiam*, quali tutorio nomine, masculè defendit; adeo, ante ejus mortem, neque *Vipertum* nostrum, neque *Conradum*, Comitem Wettinensem, hereditati *Henrici Illeburgensis* senioris vel maxime inhiantem, *Marchia Misnensis*, aut *Lusatiae*, titulum ac jura sibi arrogasse cognoscas. At, simul ac *Gertrudis* illa, secundum *Chronicon Bigaugiense*, A. c10cxvii; aut, secundum *Chronographum Saxonem*, A. c10cxviii, morti succubisset; recruduit gravis illa calumnia in *Henricum* postumum, qui eo tempore vix annum ætatis decimum quartum agebat. Tanto igitur facilius adversariorum ejus conatibus favebat; tantoque pronius *Henricum*, tantquam suppositum habitum, utriusque *Marchie* honore indignum judicabat Imperator; quanto acrius *Matris* ejus, *Gertrudis*, adversis ausibus ad iram & vindictam antehac fuerat excitatus. Hinc non solum *Viperto* nostro, quod jam supra exposuimus, jam illo tempore ab Imperatore deferebatur *Marchia Lusatiae*; sed & *Conradus Wettinensis*, eodem Cæsare indulgente, jam tum invadebat *Marchiam Misniae*. Hinc, equidem ille ipse *Conradus* a recentioribus *Magnus* cognominatus, adhuc anno c10cxvi, in literis *Ernesti*, Abbatis *Reinhardobronnensis*, non nisi simpliciter dictus est *Comes*: Quod factis, inquit,

imitatus COMES religiosus, CONRADUS DE WITIN, tradidit ecclesie sacre DEI genetricis, *Morie*, in loco *Reinerisbrunno* constructe, quendam locum *Lusnici* dictum, & dimidiam partem circumiacentis silve, que sibi ex *Comitis Wilhelmi de Kaimburg* conringit hereditate. Vid. *Hahnii T. I. Collectionis Monumentorum*, p. 75. Postea vero, cum A. c10cxix certa bona traderet Cœnobio *Reinhardsbrownensi*, ipse se dixit scripsitque MARCHIONEM. Diploma hujus *Conradi*, quod Dn. *Schannat*, in *Videmis literariis*, pag. 114, attulit, dignum est, quod & hoc loco legatur, cum & Vxorem, & Patrem, & prædia multa *Conradi*, designet: In Nomine Summæ & individue Trinitatis. Ego CONRADUS misere dno Clementia MARCHIO; memor illius dicti antiquitus, *Dicitur Viri*, Redemptio Animæ ejus. Benignissima quoque *Contestatis Nostra*, LUTGARDIS, *Unversorum presentium & futurorum CHRISTI Fidelium* notitia intimamus, qualiter tam pro Vita quam pro Animarum nostrarum, nec non & Parentum nostrorum salute tradidimus *Monasterio Sanctæ MARIAE perpetuæ Virginis*, quod est in loco, qui *Reinartsborn* dicitur, de propria Hereditate mea, *Predium unum*, quod *Torgaw* nominatur super *Ripam Fluminis Albe*, cum Ecclesia cumque omnibus suis pertinentiis, hoc est *Terris, Arbutis, cultis, & incultis agris, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, viis & inviis, exitibus & redditibus, insuper & Villam Bodesse cum suis pertinentiis, locumque quendam in ipso Flumine Alba situm, qui vulgo Wert dicitur, & Decimas de Dominicalibus nostris in Villa Starize, & in Tresgaw, aliasque Decimas quorundam ad præfatum Locum pertinentes, cum modis, qui singuli de singulis mansis redduntur, quibus Felicis Memoriae Pater meus, TIMO Comes, præfata Ecclesiam primo dotavit, decimamque Piscationis de Stagno a Piscatoribus in *Kostie*, ad hoc etiam Dominica-*

Ménckeni Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

le ad locum mercatus in ipso loco Torgaw, eo-
siquidem tenore, quatenus idem Preditum Pro-
prietatis Jure perpetuo jam dicto adscribatur
Monasterio, & Fratres ibidem constituentur
pro me, proque meis Parentibus ac sobole, per
omne tempus, Dominico intenti, servitio: Sane
Advocatus ejusdem loci, dum vixero, ipse per-
manebo, meique Posteris permaneant, si fuerint
idonei, de certo autem Nullus ibidem constituatur
Advocatus, nisi quem cum communi Fratrum Con-
silio eligendum providerit Abbas Reinartsbor-
nensis Cenobii: Et ut hæc nostræ Traditionis Au-
thoritas, nunc & in futurum firma & inconvulsa
permaneat, hanc cartam Testamentariam scribi-
fecimus, eamque Sigilli nostri Impressionem signari.
Actum Anno ab Incarnatione Domini MCCCXIX, In-
dictione XIII. Ne vero quis putet aliam hic, quam
Misenensem intelligendam esse Marchiam; pro-
vocamus ad aliud Diploma apud Hahnium,
l. c. p. 77, quod idem Conradus Wetinensis eo-
dem anno MCCCXIX Cœnobio Reinhardobron-
nensi dedit, in quo ipse se diserte dixit Mar-
chionem Misenensem. Ego, inquit, CONRA-
DVS, MISENENSIS, Dei clementia, MAR-
CHIO - - benignissima quoque contestalis no-
stra, LUCHARDIS. - - felicitis, memoriæ pater
meus, TIEMO, Comes. Imò & sigillum hoc
nomen circumscriptum refert: CUONRA-
DUS DI GRA MARCHIO MISINENSIS. Un-
de nihil pronius conjicitur, quam Conradum
intra 16 & 18 annum, sæculi duodecimi, h. e.
eo ipso tempore, quo mortua erat Gertrudis,
prapotens Marchionissa, sibi vindicatum ivisse
Marchiam Misnicam. Quapropter nec Hi-
storici oscitantia sunt arguendi, qui Conra-
dum aliquando, adhuc vivente Henrico postu-
mo, Marchionem Misenensem appellarunt.
Non vero impune dimisit hanc injuriam Hen-
ricus Illeburgensis; utpote qui amicorum opi-
bus adjutus sua sibi jura fortiter asseruit, & Con-
radum in potestatem suam redactum, atque in
castro Kirchbergensi custodie traditum, lecto-
que ferreo, & multis modis usque ad mortem
fere oppressum, detinuit. Id quod auctor Chron.

Mont. Ser. ad A. MCCCXXVI copiose exposuit, tan-
tum in tempore notando, quod jam Dn. Eccar-
dus bene recteque monuit, aliquantum lapsus.
Ergo usque ad annum MCCCXXIII Henricus Ille-
burgensis, dignitatem Marchiæ Misnensis posse-
disse, & a circiter 117 Marchiam Lusatiæ amisisse.
XXVII. At enim vero, ab anno MCCCXXIII,
alii de Marchia Misnensi inter se contendere cœ-
perunt, mortuo quidem Henrico, Marchione.
Et tunc quidem noster etiam Vipertus, præter
Lusaticam, ad aliam etiam Marchiam adipiscen-
dam adspiravit. Id locis ante excitatis docet
auctor Vitæ Viperti; idem inculcat & eis epitomator,
auctor Chronici Bigaugiensis. At ambi-
guum omnino est, quis fuerit ille Henricus
Marchio, qui anno MCCCXXIII est mortuus; &
quæ illa fuerit Marchia, quam eodem tempo-
re prensaverit Vipertus noster? Eodem scilicet
ævo duo floruerunt Henrici juniores, utque
Marchiones, at in distinctis Marchiis consti-
tuti. Quæ res quantam confusionem obcu-

ritatemque rebus enarrandis illius ævi attule-
rit, dici vix potest. Fuit Henricus junior Ille-
burgensis, ex Henrico Illeburgensi seniore geni-
tus, & A. MCCCIII postumus relictus; de quo
proxime disseruimus, fuit etiam Henricus ju-
nior Stadensis, ex Vdone quidem, sive Luid-
gero, Stadensi, & Marchione Septentrionali
A. MCCCVII defuncto, natus; cujus vero & Pa-
truis fuerat Henricus, Marchio de Staden di-
ctus. Ille Henricus Illeburgensis rexit Mar-
chiam Misniam, & in matrimonio habuerat
sororem Henrici Stadensis, teste Alberto Sta-
densi, pag. 272. Hic ipse vero Henricus Sta-
densis, referente Chronographo Saxone, Anno
MCCCXV, ubi forte ad annos pubertatis pervene-
rat, Marchiam septentrionalem, volente Impe-
ratore, recipiebat; quam hucusque Patruus
ejus, Rudolphus, quasi tutoris nomine admini-
strarat; quam vero & postea Henrico non quie-
te possidendam reliquisse videtur: interim ta-
men, quod Wolterus, in Chronico Bremensi,
p. 50, annotavit, Henricus hic nihilominus
Marchio ex comitatu Stadensi scribebatur.
Uterque Henricus una cum aliis adhuc anno
MCCCXXIII Imperatori, Henrico, reconciliati sup-
petias ferebant, adversus Lotbarium Ducem;
ejusque sororem, Gertrudem, bellum geren-
ti. Sic enim Annalista Saxo ad eundem an-
num scribit: Necmora, Episcopus Halbersta-
diensis, MARCHIO HENRICUS de STADAE,
MARCHIO, HENRICUS de ILEBURCH,
quem suppositum, nec vere filium Marchionis,
Henrici de Ilurbch, agebant; Comes Ludovi-
cus de Thuringia, & Comes Rotbolfus, ad con-
grediendum Duci Liudero unanimes conveni-
unt. At nunc ambiguum est, uter Henricus
Marchio eo ipso anno A. MCCCXXIII obierit; &
Cuius Marchia Viperto fuerit decreta? Ego
existimo, tunc mortuum esse Henricum Ille-
burgensem, ejusque Marchiam Misnicam Vi-
perto ab Imperatore fuisse destinatam. B. Rein-
hardus contra censuit, eo anno naturæ debi-
tum soluisse Henricum Stadensem, ejusque
Marchiam septentrionalem adjudicatam fuisse
Viperto. Jam ergo utriusque annus emor-
tualis indagandus est. Sed & hic dubius red-
ditur a scriptoribus. Albertus quidem Sta-
densis, p. 264, aperte ad A. MCCCXXIII scribit:
HENRICUS, Marchio, puer veneficio obit. Quo
defuncto, comitatum Stadensem, quem prius
Fridericus habuit in administratione obtinuit
per pecuniam ab Archiepiscopo. Evidens est, hæc
referenda esse ad Henricum Stadensem. Verum
alii aliud tempus designant. Chronographus
Saxo, ad A. MCCCXXVIII: HENRICUS, inquit,
Marchio filius UDONIS, Marchionis, obiit. Ea-
dem tradit Annalista Saxo, p. 662. Chronicon
Bigaugiense ejusdem Henrici mortem ad A.
MCCCXXIX refert. Annales Bosovienses longius
abeunt, & p. 1009, ad A. MCCCXXII, memo-
rant, Henricum, Marchionem de Saxem, in ex-
peditione Italica occisum; sed a militibus suis
in Saxoniam, unde oriundus fuerat, ad sepul-
turam relatum esse. Quid? quod Auctor Hi-
storiae de Lantgraviis Thuringia, apud Dn.
Eccar,

Quis Hen-
ricus Mar-
chio Anno
1123 fue-
rit mortu-
us; & cujus
Marchiam
tunc ambi-
bleris Vi-
pertus II?

Eccardum, in *Histor. Geneal.* p. 730; ejusdem *Henrici Stadenfis* mortem ad A. clō cxxxiv refert. *Eodem anno*, inquit, HENRICUS; *Marchio de Statin*, obiit; pro quo Imperator binos *Marchiones* constituit. Sed Albertus & Conradus, Comites de Saxonia, Ducis Lotbarii, qui post Imperator Lotbarius IV, ceterorumque Saxonum freti auxilio, depulsis illis, loca eorum, pariterque dignitates, invadunt. Qui auctor si vera tradidisset, faveret quidem sententiæ b. Reinhardi; sed tunc ea res nihil pertineret ad Vipertum II Groizensem, ut pote jam clō cxxxiv mortuum. Vides, quam inter se discordent A scriptores obviū in tradendo tempore mortis *Henrici Stadenfis*, *Marchionis*. Idem fere etiam in designando anno mortis *Henrici Illeburgensis*, *Marchionis Misniæ*, accipit. Auctor confusionis videtur scriptor *Chronici Montis Sereni*, qui fol. 32, hæc literis prodidit: Anno, inquit, mxxvii, HENRICUS, *Marchio*, obiit; *cujus morte in castro Kirchberg* nunciata, cum eam ex lectu familie CONRADUS COMES (Wettinensis) intellexisset, persuasis suis custodibus dimissus, & ad LUDERUM Regem profectus; interuentu Richizæ, Reginae, *cujus erat cognatus*, MARCHIAM MISNENSEM obtinuit. Erravit omnino hic scriptor in vero tempore mortis Henrici hujus indicando; quamvis cetera bene recteque se habeant. Alia enim, eaque fide digniora, præsto sunt testimonia, *Henricum* illum Illeburgensem non demum anno clō cxxvii, sed jam anno clō cxxiii, supremum fatum obuisse. Non jam nitar testimonio *Chronographi Saxonis*, quamquam non contemnendo. Cum enim hic ad A. mxxiii ista scribat: HENRICUS *Marchio juvenis* veneficio obiit; evidens est, hæc verba non de *Henrico Stadenfi*, sed *Illeburgensi*, esse intelligenda; propterea quod demum postea ad A. mxxviii cominemoraret, HENRICUM *Marchionem*, FILIUM VDONIS MARCHIONIS (Stadenfis) eo an. obiisse. Neque utar nunc sola auctoritate *Annaliste Saxonis*, qui tamen disertè ad A. clō cxxiii hæc commentatur: HENRICUS quoque MARCHIO de ILBURCH, *veneficio interit*. Et paucis verbis interjectis: Imperator MARCHIAM IN MISNE (quam habuerat ille Henricus Illeburgensis) WICBERTO tradit. Dux Luderus cum aliis Principibus; super hoc indignantibus suscipit bellum, & in EANDEM MARCHIAM CONRADUM de WITIN ducit & collocat. Quo facto, cum ADELBERTO, filio Ottonis de Ballenstide, usque Ilburcb procedit, eorumque consensu, qui in VTRISQUE MARCHIIS primates erant, AMBO MARCHIAS SINGULAS regendas suscipiunt. Obscure hic loquitur Annalista de duabus *Marchiis*. Sed omnem rem conficit testis omni exceptione major, scriptor gravis & coævus, & in hoc argumento auctori *Chronici Montis Sereni* longe præferendus, Cosmas scilicet, Pragensis Ecclesiæ Decanus. *Libr. III. Chron. Bobem. pag. 218, edit. Mencken.* ubi conferas *Annotationes nostras*, num. (175) & (176) ad Cosmam scrip-

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom III.

pras. Hic vero Cosmas omnium luculentissime ad A. clō cxxiii ea de re commentatus: *Eodem urgente anno*, inquit, MARCHIONIS DEDA extrema stirpe fato extirpata, Imperator quartus Henricus, prædicti DEDA MARCHIONATUM, putans herede desolatum, dederat WIGBERTI sub potentiam. Sed erat in Saxoniam quidam nomine CONRADUS, ex tribu ejusdem DEDA natus, ad cuius manus jure pertinebat ille *Marchionatus*. Unde Dux LUDERA, & alii Saxones, valde indignantes contra Imperatorem; susceperunt bellum adversus Wigbertum. Quid clarius, quidque evidentius est, quam his verbis aperte significari, eo anno clō cxxiii *Marchionem* ex Dedonis progenie natum obiisse, eique in *Marchionatu* successorem ab Imperatore, Henrico V, qui Italarum more IV numeratur a Cosma; destinatum fuisse Vipertum nostrum? Etenim, si respiciamus superiorum *Tabulam Genealogicam*; hinc recognoscemus, *Henricum juniorem Illeburgensem*, *Marchionem Misnensem*, fuisse nepotem Dedonis III, jam anno clō cxxv defuncti; qui Henricus cum A. clō cxxiii sine prole diem supremum obiisset, jam in *linea recta* propaginis illius Dedonis, ultimus hujus stirpis putari potuit. At enim vero, cum eo tempore ex *linea laterali*; adhuc superessent Conradus III, Comes Wettinensis, & Dedo V, filii Thimonis, Comitis Wettinensis; qui Thimofrater germanus fuerat illius Dedonis (III) de quo loquitur Cosmas Pragensis; cumque eo ævo jus hereditarium in *Ducibus; Marchionatibus, & Comitibus*, magis, quam antehac, invalescere cœpisset; hinc Principes Saxoniam agre tulerunt, jus hereditatis ab Imperatore inverti; atque adeo contra Imperatoris decretum, *Conrado*, Comiti Wettinensi, *Marchiam* Henrici Illeburgensis jure hereditario præ Viperto sibi vindicanti, auxilio venerunt. Quamquam enim eodem tempore etiam floret Dedo V, frater *Conradi*, Wettinensis; is tamen, vel quia forte natum minor erat, vel, quia Viperto, socero suo, adversari noluerat, nihil contra movisse legitur. Hæc si animadvertamus, omnia plana redduntur, & mirifice conspirant, quæ eadem de re narrant Monachi Pegavienses, locis supra excitatis; & concidit nova opinio viri quondam eruditissimi, Jo. Ge. Reinhardi, tradentis, eo tempore Viperto non *Misnensem Marchiam Henrici Illeburgensis*, sed *septentrionalem Henrici Stadenfis*, ab Imperatore fuisse concessam.

XXVIII. Etsi igitur ad præsens institutum parum referre videatur, quo demum anno mortuus fuerit *Henricus Stadenfis*, *Marchio Septentrionalis*; attamen cum scriptores in annotando tempore mortis ejus tam variam faciant discessionem, alii videant, an fides hac in re deroganda sit Alberto Stadenfi referenti, cum *Henricum* Stadensem eodem anno clō cxxiii, (quo *Henricum* Illeburgensem ex hac vita discessisse paullo ante probavimus,) mortem subiisse? Id vero si admittamus, tum & Monachorum Pegaviensium, & *Annalista*

Num. post mortem *Henrici Illeburgensis junioris*, duo *Marchiones* præfuerint *Misniæ*? Et quando *Henricus junior Stadenfis* mortuus fuerit?

Saxonis, loca, multo facilius intelligemus, atque historiae, Marchionum septentrionalium non parum lucis affundetur. Auctor *Vitæ Viperti*, cap. XI, f. 29, f. 27, & auctor *Chronici Bigaugiensis*, f. 124, annotant, Anno clc xxiii, mortuo Henrico Marchione Henricum V, Regem, BINOS MARCHIONES constituisse, WIGBERTUM, & Comitum HERMANNUM de WINCENBURG: at ADELBERTUM & CONRADUM, Comites de Saxonia, Ducis Lotharii, ceterorumque Saxonum, fretos auxilio, depulsis illis, loca eorum atque dignitates invasisse. Præterea idem auctor *Vitæ Viperti*, ad A. clc cxxiv, cap. XVI, f. 7, refert, Viperto eodem anno mortuo, duos Comites, ADELBERTUM & CONRADUM Marchiam ejus invasisse; quam etiam aliquandiu idem Adelbertus obtinuerit. Consentit *Chronicon Bigaugiense*, ad A. clc cxxiv, f. 124. Item *Annalista Saxo*, loco citato, ad A. clc cxxiii, tradit, AMBO, (nempe Conradum Wettinensem, & Adelbertum Ballenstedensem) MARCHIAS SINGULAS regendas suscepisse. Dubites, an hic intelligas, uni Marchiæ Misnensis ab Henrico Lieburgensi relicte, duos, simul Marchiones *Vipertum Groizensem*, & *Hermannum Winceburgensem*, ab Imperatore datos esse, eandemque solam Marchiam (loco Viperti & Hermannii) tunc potius occupatam fuisse a *Conrado Wettinensi*, & *Adelberto Ballenstedensi*. At enim vero, si eodem circiter tempore duo Marchiones Henrici mortui fuisse statuatur, alter *Henricus Lieburgensis*, *Marchio Misnensis*; alter *Henricus Stadenensis*, *Marchio Septentrionalis*: hinc Henricus quidem Imperator Marchiæ Misnensi *Vipertum*; Marchiæ autem Septentrionali *Hermannum Winceburgensem*, destinasse videretur successores; maxime cum *Annalista Saxo* de duabus Marchiis tunc vacuis loqui videatur. Legimus autem, *Conradum Wettinensem*, utique *Henrico Lieburgensi* defuncto sanguine conjunctionem, ope *Lotharii*, Ducis Saxonie, aliorumque Saxonie Principum, & per causam juris hereditarii, *Marchiam Misnensem* tunc ambiisse, & Bohemis Viperto frustra, auxilium ferentibus, maxime autem, cum altero post anno mox satis concessisset ipse Vipertus, sibi vindicasse; at putamus *Marchiam septentrionali* potitum esse *Hermannum Winceburgium*, eamque usque ad A. clc cxxx tenuisse; *Marchiam* autem *Lusatia*, post mortem Viperti, sibi asseruisse ADELBERTUM, Comitum Ballenstedensem, vulgo URSUM cognominatum, Monachi Pegavienses, & *Annalista Saxo*; alique scriptores, in nomine *Henrici Marchionis*, & in rebus gestis duorum annorum parum distincte memorandis, lapsi, rem paullo obscurius proposuerunt, neque monuerunt lectores, eo tempore duorum *Henricorum Marchionum* morte duas, & mox *Viperto* defuncto, tres Marchias vacuefactas fuisse, de quibus diversi Competitores inter se contenderint; sed ita tamen rem enarrarunt, ut veritatis indagandæ locum nobis reliquerint. Utrumque au-

tem se res habet cum tempore mortis utriusque *Henrici*, & cum duabus diversis *Marchiis* tunc vacuefactis: nobis interim satis est, nullo certo indicio constare, post mortem *Henrici* junioris de Lieburg, duos *Marchiones* in una *Marchia Misniæ* fuisse constitutos. Rem illam planissime exponit *Cosmas Pragensis*, scriptor coævus, & fide dignissimus. Cujus locum, quamvis jam supra excitaverimus, nunc tamen integrum hic repetere haud pigramus: *Eodem urgente anno* (clc cxxiii) inquit, *Marchionis DEDA (Dedonis III, propaginis Buzicensis) extrema stirpe fato extirpata* (in *Henrico* juniore de Lieburg, nepote *Dedonis III*) *Imperator, quartus Henricus, prædediti DEDA Marchionatum putans heredem desolatam* (quia *Henricus* ille junior Lieburgensis decederat improlis) dederat *WIGBERTI (Groizensis) sub potestatem. Sed erat in Saxonia quidam nomine CONRADUS (Magnus postea cognominatus) ex tribu ejusdem DEDA natus, (utpote DEDONIS III ex fratre Thimere nepos) ad cuius manus jure pertinebat illa Marchionatus (Misnensis scilicet; nam Lusatia jam antè delata erat Viperto.) Unde Dux LUDERA (Lotharius Supplinburgius) & alii Saxones, valde indignantes contra Imperatorem, susceperunt bellum adversus WIGBERTUM. Vides hic, unius *Wigberti* Groizensis mentionem fieri, cui, post mortem *Henrici* junioris Lieburgensis, ab Imperatore destinata ac delata fuerit *Marchia Misniæ*. Vides, etiam unicum nominari *Conradum Wettinensem*, qui contra *Vipertum* Marchiam eandem ambiebat, sibi vindicatum ibat. Ergo non sunt, nisi tricie aliorum scriptorum, qui de duobus Marchionibus in una eademque *Marchia Misnensi* tunc constitutis loqui videntur.*

XXVIII. Quemadmodum igitur Viperto *Marchiam Misnensem* dubiam reddidit *Conradus, Comes Wettinensis*; ita, Viperto statim anno clc cxxiv rebus humanis exempto, *Adelbertus Ursus Marchiam Lusatia* filio ejus, *Henrico Comiti*, præripuerat; quam vero postea anno clc cxxx restituit, prout supra non perfunctorie declaravimus. Sed quid de *Hermanno Winceburgio* dicamus, an & ille tunc adeptus fuerit *Marchiam Misnensem*? Ambiguo loquuntur Monachi Pegavienses, in locis ante excitatis; aut certe nihil aliud innuere videntur, quam isti quidem *Hermanno Marchiam Misnensem* ab Imperatore destinatam, sed a *Conrado Wettinensi* præreptam fuisse. Hinc autem & auctor *Annalium Besoziensium* inductus videtur credidisse, illum ipsum *Hermannum de Wincenburg* tenuisse *Marchiam Misnensem*, eaque demum anno clc cxxx cessisse, cum ob eandem in Imperatoris Legato admittam dignitatibus suis privaretur. Ad Annum enim clc cxxx: *Burcardus*, inquit, *consecratus* *Lotharii Regis, Comes Luchteneymensis de Saxonia, dolo domini sui (Hermannii) DE WINCIBURC, principalis Comitum Thuringia, & MISNENSIS MARCHIONIS, occiditur; ob quod idem Hermannus a Rege Lothario de-*
poni-

An Hermannus Wincenburgius aliquandiu habuerit Marchiam Misnensem: an vero Marchiam septentrionaliam?

ponitur, & Comes Ludemicus pro eo constituitur Landgravius; & Comes CONRADUS de WITIN pro eodem Hermanno MARCHIO constituitur in MISNIA. Sed confudisse videtur hic scriptor Marchiam Misnicam, cum Marchia septentrionali; & Conradum Werrinensem cum Conrado Plocensi. Conradus Werrinensis jam ante annum clxxx Marchia Misnensi positus erat. Neque usquam alibi quoddam indicium adhuc reperitur, quo constet, Hermannum Wincenburgium unquam præfuisse Marchie Misnensi. At probabilius est, cum præter Landgraviatum Thuringiæ tenuisse Marchiam septentrionalem, & tunc sine dubio successisse Henrico Stadenfi, quocumque demum anno hic mortem oppetierit. Verum est; ob eadem patrata, Hermanno Wincenburgio anno clxxx ademptam fuisse dignitatem Landgravii Thuringiæ, & Marchiam septentrionalem; non vero Marchiam Misnensem (utpote quam non habuit,) ei tunc ademptam, alibi, quam in Annalibus istis Boso-viensibus, legimus. De Landgraviatu Thuringiæ & Marchia septentrionali testem de Chronographum Saxonem, qui ad A. clxxx, pag. 288, hæc commentatur: *Burhardus de Lukenem, Comes Fresonum, in quodam cimiterio a militibus Domini sui, sicut ipsius voluntas fuerat, insidiose circumventus infideliter est interemptus. Hujus perfidiæ vindex fuit Lotharius Rex, qui urbem illius WINCENBURG dictam obsedit, & fregit, & Comitatum ipsius dedit Ludovico de Thuringia: MARCHIA etiam SEPTENTRIONALIS tradita est CONRADO, filio Helperici de PLOZEKE. Per Comitatum in Ludovicum translatum hic Landgraviatum Thuringiæ intelligi debere, docet Albertus Stadenfis, pag. 275: Adelheidis, inquit, nupsit Ludovico, & genuit secundum Ludovicum, qui a Lothario Rege imperavit PROVINCIÆ COMITATUM IN THURINGIA, cum eo per sententiam privatus esset HERMANNUS DE WINZENBORG. Similia narrat Annalista Saxo, ad A. clxxx: Unde Rex Luiderus non minima affectus animi tristitia. - castrum WINCENBURCH obsidione circumdat, & circumjacentia igne cremavit, & Comitatum ejus (Hermanni de Wincenburg) prædicto Ludov. de Thuringia dedit. MARCHIA etiam SEPTENTRIONALIS, quam (ante Hermannum Wincenburgium) Henricus filius Vdonis, bobuerat, tradita est CONRADO filio Helperici, Comitatis de PLOZEKE. Atque eo demum tempore Conradum Plocensem adeptum esse Marchiam septentrionalem; etiam docet Albertus Stadenfis: - Anno M cxxx, inquit, principatum (quondam) HENRICI Marchionis CONRADUS, filius avunculi ejus accepit. Atque hinc jam in Diplomate Lotharii Imp. Norberto A. 1130 dato; legitur: MARCHIO CONRADUS DE PLOTZECA. Vid. Mantiff. Diplom. man. X. Quod argumentum de Landgraviatu Thuringico & Marchionatu septentrionali Hermannii Wincenburgii egregie il-*

lustravit Jo. Ge. Reinhardus, jam cælo receptus, in *Antiquitat. Marchionatus, ut & Origin. Landgraviatus Thuringici*. De Wincenburgiorum familia etiam plura suppeditant Heinecci *Antiquitates Goslarientes*, p. 129; & Leuckfeldius, in *Antiquitatibus Halberstadiensibus*, p. 582; seqq. in *Antiquitatibus Walckenridensibus* p. 200 & 300. Tenzelius, in *supplem. Histor. Gorb.* p. 349. Neque vero nobis scrupulum movere debet, quod Hermannus Wincenburgius non interea Marchio septentrionalis in Diplomate scriptus reperitur. sic enim in *Mantiffa, num. VIII*, afferimus Diploma, Idibus Junii, A. clxxxix Goslarie datum; quo Lotharius, Imperator, confirmavit venditionem curtis Abenrodenfis; cuius rei testes nominantur, *de Loicis: Fredericus, Palatinus Comes de Somerischenborg; HERMANNUS LANDGRAVIUS, CONRADUS Marchio (Misnie) ADELBERTUS, Marchio (Lusatia, &c.) Comes Sifridus de Honborg, Udo, Ludemicus, CONRADUS DE PLOETZKE. &c.* Videmus hic quidem Conradum Plocensem tunc non nisi inter Comites adhuc locum habuisse; cum demum altero post anno Marchiam septentrionalem consequeretur; neque tamen videmus, titulum Marchionis septentrionalis additum esse Hermannus; qua tamen dignitate eum adhuc isto tempore ornatum fuisse diximus. Verum, eo ævo nondum mos, iste invaluerat, ut Principes omnes regionum dignitatumque suarum titulos exprimerent. Hinc & satis habuit Hermannus Wincenburgius, se dixisse Landgravium; quo ipso jam ceteris præponebatur Marchionibus. Ne vero nesciatur, qua occasione Hermannus ad Marchionatum septentrionalem adspiraverit; id nunc paucis annotamus, non solum, teste Alberto Stadenfi, pag. 273, sororem ejus nuptam fuisse Udoni, Comiti Stadenfi, Rudolphi I. filio; sed & ipsum Hermannum in matrimonio habuisse Lucardam, filiam Rudolphi I. Comitis Stadenfis, & Marchionis Septentrionalis; qui & eo ipso anno clxxxiv obierat. Postquam igitur Hermannus, propter trucidatum Legatum & Consiliarium Imperatoris, proscriptus, suas amiserat dignitates; hæc ipsa, ut ostendimus, Marchia septentrionalis pervenit ad Conradum Plocensem; cuius Patris, Helperici Plocensis, soror, Irmingardis, nuptum collocata fuerat Udoni, Luidgero cognominato, itidem quondam Comiti Stadenfi atque Marchioni septentrionali. Cum vero & Conradus Plocensis A. clxxxiii, in expeditione Italica vitam amisisset; tunc Marchia septentrionalis obvenit ipsius patruo, Alberto Vrso; cuius sororem, Adelheidam uxorem duxerat Henricus; ultimus ex Stadenfium propagine Marchio septentrionalis. Sic vero scribit Chronographus Saxo, ad A. clxxxiii: *Rex celebravit natalem Domini in Italia, apud Castum; quod dicitur Medicina (Modetia) & CONRADVS MARCHIO de Plozeke, f est festivos dies in obsequio ejusdem Regis peregris, sagitta*

transfigitur, sicque egregius juvenis, beu! immatura morte, obiit. Atque idem, ad A. clcxxxiv ADELBERTVS Comes, inquit, succedit CONRADO Marchioni. Prorsus eadem narrat auctor *Chronici Montis Sereni*, ad A. clcxxxiii & clcxxxiv. fol. 35. Hic est adeo ille ADELBERTVS Ursus, quem A. clcxxxii, Marchiam Lusatiae dimittere, & ad Henrician, Viperti II, filium, legali jure transferre oportuit; de quo supra jam plura attulimus.

Conradus
Wettinen-
sis Mar-
chiam Mi-
sniæ & Lu-
satiæ con-
iunxit.

XXX. Atque ita prorsus persuasi sumus, CONRADVM *Wettinensem*, anno demum clcxxxiii, post mortem *Henrici II, Illeburgensis*; aut certe a. clcxxxiv, post mortem *Viperii II, Groizensis*; Marchiam Misnensem, pleniore & perpetuo jure obtinuisse; cui anno clcxxxvi accessit etiam Marchia Lusatiae, postquam *Henricus, Marchio Lusatius*, filius *Viperti II*, ex hac vita discesserat. Id est, quod haecenus potissimum demonstrare volumus. Id & Scrip-
tores veteres luculenter comprobant. Auctor *Chronici Montis Sereni*, ad A. clcxxxvii, fol. 52, unice in tempore delignando aberrat; rem ipsam præclare describit. HENRICVS *Marchio*, inquit, (*Illeburgensis*) obiit: *cujus morte in castro Kirchberg nunciata, cum eam ex luctu familiae CONRADVS, Comes (Wettinensis), intellexisset, persuasis suis custodibus dimissus, & ad Luderm Regem profectus, interuentu Richizæ Reginae, cujus erat cognatus, MARCHIAM MISNENSEM obtinuit. Præterea totius proprietatis HENRICI Marchionis hæres effectus est.* Idem ad Annum clcxxxvi, f. 36: HENRICVS, inquit, MARCHIO, & *Magdeburgensis Præfectus*, filius WIPERTI, ad curiam pergens, Moguntiae moritur II Kal. Jan. cui in comitatu Magdeburgensi successit *Burchardus, frater Archiepiscopi*. MARCHIAM vero LVSICENSEM, quæ nunc ORIENTALIS dicitur, Imperator CONRADO, MARCHIONI MISNENSI, concessit, qui etiam totius proprietatis hæres factus est; qui alium heredem non habuit. Hinc idem *Conradus* ab eodem auctore, ad Annum clcxxxiii, clcxxxiv, & clcclvi, fol. 37, & 41, appellatur *Marchio Misnensis, & Orientalis*. Non repeto nunc ea, quæ *Annalista Saxo* ad A. clcxxxvi, tradit. Sed & in *Appendice Chronici Montis Sereni*, fol. 106, hæc legimus: HENRICVS autem junior, *Marchio de Ilenburg*, CONRADVM, fratrem prædicti *Dedonis*, toto inter eos bello, cepravit, & lecto ferreo in Kirchberg, multisque malis oppressit. POST MORTEM autem HENRICI, capivitate solutus, A. clcxxxvii (forte, clcxxxiii) liberalitate *Luderi, Imperatoris*, MARCHIAM MISNENSEM suscepit; cui etiam LVSICENSEM, quæ ORIENTALIS nunc dicitur, idem Imperator postmoaum con-

cessit, Et paulo post: Quo (*Henrico, Viperto filio*) sine herede mortuo anno clcxxxv, d. II Kal. Januarii, Imperator MARCHIAM eius, quæ ORIENTALIS dicitur, CONRADO Marchioni concessit, cui etiam MISNENSEM prius concesserat, Congruit etiam *Chronographi Saxonis* testimonium, ad A. clcxxxvi, pag. 243. HENRICVS, inquit, *Marchio, & Magadab. Comes*, tunc ad curiam pergens *Mogont. obiit*; cui in comitatu *Magadab. Burchardus, frater Archiepiscopi, successit*; MARCHIA vero concessa est CONRADO Marchioni. Paria leguntur in *Annalibus Vêtero-Cellenstibus*; T. II. *Menckenii Script. rer. Germ.*, pag. 382: *Iste HENRICVS de Pleborg duxit uxorem GERTRVDEM, quæ erat de Brunswig, genuitque ex ea HENRICVM Marchionem de Pleborg juniorem, qui CONRADVM, Comitem de Wittin caprivavit, ut infra dicitur. Hic Henricus mortuus fuit sine heredibus, cuius Marchiam CONRADVS Comes, & MARCHIO MISNENSIS & LVSACENSIS, ut plenius in subsequentibus dicitur, dono Lotbarii, Imperatoris obtinuit.* Conf. etiam *Chronicon Vêtero-Cellensem*, ibidem pag. 437. Hinc *Conradus*, jam in literis ad *Honorium, Pontificem Romanum* scriptis, quibus Ecclesiam *Sereni Montis* in jus & proprietatem Romanæ Ecclesiæ, sub annua pensione unius aurei, obtulit, vocatur *Marchio Misnensis: Domino beatissimo*, inquit, *meritoque venerabili, & in Christo honorando, Papæ HONORIO, CONRADVS, MARCHIO MISNENSIS, una cum uxore sua, Lucarda, & filiis, debitam in Christo subjectionem.* Vid. *Chronicon Montis Sereni*, ad A. clcxxxvii, f. 32. Hic fuit *Honorius II*, qui ab A. clcxxxiv, Decembris 16, ad clcxxx, Febr. 14, sedit. Sicut autem *Conradus* hic *Wettinensis*, post obitum *Henrici*, filii *Viperti, II*, A. clcxxxvi etiam adeptus fuerat Marchiam Lusatiae, hancque adeo cum *Marchia Misniæ*, conjunxerat; ita filius ejus, *Tidericus*, deinde *Orientalis*, sive *Lusatiam Marchiam*, rursus a *Misnica* distinctam separatamque possedit; utpote quam *Misnicam Marchiam* filius natus minor, OTTO, acceperat. Unde in *Diplomate Friderici I, Imper.* anno clcclxxix dato, quo Ecclesia *Brandenburgensis* in tutelam recipitur, filii *Conradi Wettinensis*, Marchionis *Misniæ & Lusatiae*, inter testes subscriptos hoc modo designantur: OTTO, MARCHIO MISNENSIS; & Fratres ejus, THEODORICVS, MARCHIO ORIENTALIS; *Henricus, Comes de Wittin; Dedo, Comes de Birens.* Vid. *Dn. Eccardus*, in *Origin. Saxon. Libr. II, cap. 6, pag. 79.* Sed nostrum non est, ista hoc loco amplius persequi, cum in honoribus & possessionibus stirpis *Vipertinæ* recensendis potissimum versati jam tandem subsistamus.

MANTISSA DIPLOMATVM
 NON SOLVM ILLUSTRANDAE
 COMITVM LEISNICENSIVM,
 SED ET
 GENERATIM RERVM MISNICARVM HISTO-
 RIAE INSERVIENTIVM,
 COLLECTA ET DIGESTA
 STUDIO
 CHRISTIANI GOTTLIBII SCHWARZII, P. P.

I.

Adelberti, Archiepiscopi Bremensis, Diploma de *Canobio Gozensi*.

A. 1053.

Notum sit omnibus tam futuris quam praesentibus Christi fidelibus, quod ego ADELBERTVS, sanctae Bremensis Metropolitanae Ecclesiae Archiepiscopus, fratresque mei, DEDO, FRIDERICUS, Palatini praesides, hoc coenobium GOZEKA, quod in nomine Domini nostri Jesu Christi & in honorem sanctissimae Mariae Virginis, Genitricis DEI, & B. Michaelis Archangeli, pro remedio animarum nostrarum, & patrum nostrorum vel parentum, ex patrimonio nostro construximus, cum omnibus pertinentiis suis sanctae Bremensi Ecclesiae tradidimus: hoc videlicet statuentes, & officii nostri auctoritate confirmantes, ut ordo monasticus, quem secundum B. Benedicti regulam hic instituimus, futuris perpetuisque temporibus inviolabiliter conservetur. Praeterea fratres hic Deo servientes secundum timorem Dei & regulam B. Benedicti, liberam habeant electionem; sed electus Bremensi Archiepiscopo praesentetur, & per eum huic loco praeponeatur. Decrevimus insuper, ut quisquis in hac stirpe nostra laicus ceteris aetate provecior fuerit, hac nostra institutione huic loco Advocatus constituatur. Si vero evenerit, quod absit, ut talis de stirpe nostra deficiat, quemcunque Abbas cum consilio fratrum ad defensionem & utilitatem loci expetierit, hunc Archiepiscopus Bremensis Advocatum constituet. Qui Advocatus non, quae sua sunt quaerit, nec populum suae tuitioni commissum violentiis aut injuste opprimat, sed omnia cum consilio Abbatis agat atque disponat, nec extra ejus voluntatem aliquid in populo praesumat. Ordinamus etiam & statuimus, ut in monumentum & confirmationem hujus dedicationis ad supplementum monachorum hic Christo regi ministrantium quadraginta librae argenti *Frisciae monetae levioris*, & totidem lanei panni ex aulario Bremensis Archiepiscopi, annuatim persolvantur. Ut autem haec rata & invulsa permaneant per succedentem generationem in testimonium posteris, literis iussimus commendari & sigilli nostri impressione firmavi. Testes hujus rei sunt isti: *Bur-*

chardus, Halberstadensis Episcopus, *Eppo*, Zizenlis Episcopus, *Wynterus*, Mersburgensis Episcopus, *Haroldus*, *Adelbertus*, *Sindigerus*, *Adolphus*, Canonici Bremenses. *Dedo*, Marchio & fratres ejus; *Gero* & *Vemo*, Comites de Breme. De liberis hominibus: *Rudolphus de Gostilice*, FRIDERICVS DE LIZNEC, *Fridericus Helimpertus de Widesendorp*, *Sigebndo de Stru. de Liznes. vere.* Ministeriales Bremenses: *Sibecko*, & frater ejus; *Gerungus*, *Godeschalvus*, *Mecelinus*. Data III. Kal. Octobr. anno incarnationis Domini 1053, indictione III. Episcopatus Domini *Adelberti*, Archiepiscopi anno VIII. Actum *Gozeke* in Christi nomine. AMEN.

II.

Henrici III, Imp. consensus in *Viperti* quandam donationem.

In nomine sancte & individue trinitatis A. 1057
 HENRICUS, divina favente clementia, tertius, Romanorum Imperator Augustus. Sicut imperatoriae majestatis contradicenti supplicium, sic digne servienti dignum debetur beneficium: Quod fidele servitium quia in WIBERTO nobis situm prospeximus, petitionem ejus in petitionis effectum duximus, *Wipertus Groiz casti.* interpellante pro eo fideli nostro marchione, *Heinrico*, * quem dileximus. Predium igitur quoddam videlicet duos mansos sitos in villa *Scorlup*, in *Burcwart-Zcolin*, & duos mansos in virgultis adjacentibus, cum universis appenditiis, arcis, edificiis, pratis, pascuis, terris cultis & incultis, viis & inviis, aquis aquarumque decurlibus, molis, molendinis, piscationibus, silvis, venationibus, exitibus & redditibus, & cum omni utilitate, quae in his est, cuidam militi nomine *Vino*, pro amore domini sui, fidelis nostri praedicti WIBERTI, in proprietatem tradendo, firmavimus, firmando tradidimus. Cujus donationis testem, cartam presentem conscribi iussimus, quam, ut infra videri potest, propria manu nostra corroboratam, & sigilli nostri impressione insignitam, presentis & future generationis notitie reliquimus. Signum Domini HENRICI Romanorum imperatoris augusti. *Hinricus* cancellarius, vice ROTHARDI archicancellarii recognovi. Data XVIII. Kl. Julii; Anno dominice incarnationis millesimo nonagesimo VII. Indictione III. Regnante *Heinrico* Romanorum

* Hic fuit *Henricus*, de *Ileburg* dictus, filius *Dedoni* Marchionis ex *Adelanatus*, ipse *Marchio Misinus*, † 1103.

rum imperatore aug. anno XLI. regni autem imperii XIII. Actum Ratispone in Christi nomine FELICITER. Amen.

III.

Alboini, Episcopi Martisburgensis, Diploma de villis territorii Groizenlis, monasterio Pegaviensi donatis.

A. 1105.

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, **ALBOINUS**, Dei gratia Mersepurgenſis Episcopus. Notum sit omnibus fidelibus, tam futuris, quam presentibus, qualiter ego, ob interventionem Domini **WIGBERTI**, & *Wigberri* *Groizenſis* Abbatis, decimas villarum, quarum nomine subscripta sunt, & cæterarum, si quæ circa hæc loca adhuc instituentur, ob remedium animæ nostræ monasterio *Bigaviensi*, in honorem S. Jacobi constructo, & provisorii ejus *Windolfo* tradidimus: *Scaslansdorf*, *Ottendorf*, *Scarndorf*, *Monichbroth*, *Luziki*, *Snoerd*, *Zulanestorf*, *Belanestorf*, *Milanistorf*, *Drogistorf*, *Sczintorff*, *Wadisdorff*, *Wafeska*, *Lieverbardisdorf*, *Moistorf*, *Sescince*, *Kosowo*. Hæc autem sitæ sunt in *Burcardo* **GROISKA**, in Comitatu **UDONIS MARCHIONIS**, inter fluvios *Wira* & *Sunda*. Actum anno 1105. *indictione* 12: 9. *Cal. Octobr.* anno nono ordinationis ejus, consentientibus illius Ecclesiæ Canonicis, *Huberto* Vicedomino, *Dietoldo* Decano, Magistro Scholarum *Walthero*, & laicis: *Ludigero*, *Henrico*, *Gisilberto*, & aliis clericis & laicis quam plurimus. Ego *Alboinus* propria manu subscripsi.

Udo, de *Stade*, *Marchio*.

Misericordia Domini plena est terra. Si quis autem Diabolo instigante hujus nostræ traditionis impius violator extiterit, perpetuo se sciat anathematis vinculo esse damnandum.

IV.

Paschalis II, Papæ, privilegium pro *Coenobio Pegaviensi* datum, anno, quo *Henricus* V, Imper. obiit.

A. 1106.

PASCHALIS, Episcopus, servus servorum DEI, fidelibus per Saxoniam salutem & Apostolicam benedictionem: Desiderium, quod ad religiosum propositum, & animarum salutem pertinere cognoscitur, auctore Deo; sine aliqua est dilatione complendum. **WIGBERTUS** liquidem *Saxonie genis illustris Comes*, in Mersepurgenſi parochia, in loco prædii sui, qui *Bigovia* dicitur, monasterium pro sua suorumque salute construxit: quod misso vice sua *Ludone*, spectabili milite, super *B. Petri* altare obtulit, & in perpetuum juri se-

Wigberri, *Saxonie genis illustris Comes*.

Ludo, miles *Viperti*.

dis Apostolicæ mancipavit, *advocatiâ* tamen ipsemet Dominus **WIGBERTUS** habiturus, excepit, post eum aut posteritatis suæ natu primus, siquidem juste & utiliter Ecclesiæ præesse voluerit; sin autem, quod Deus avertat, posteritas sua defecerit, Abbas loci ejusdem saniori consilio suorum utilem sibi & Ecclesiæ eligat *Advocatum*, quem voluerit. Nos ergo ejus desiderium laudabile prosequentes, decreti præsentis auctoritate facimus, ut tam præfectus locus, quam omnia ad eum pertinentia, sub Apostolicæ sedis tutela munita semper & illibata permaneant, servorum DEI illic degentium usibus, omnimodis profutura, ut tamen unius aurei census annuus *Lateranensi palatio* persolvatur. Nulli omnino liceat eundem locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, minuire, vel quasi piis de causis usibus suis applicare. Sane sepulturam loci illius omnino liberam esse deerevimus, ut eorum, qui sepeliri illic deliberaverint, devotioni ut extremæ voluntati, nisi forte excommunicati sunt, nullus obsistat. Christma, oleum sanctum, consecrationes altarium, sive basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines sunt promovendi, ab Episcopo, in cujus diocesi sunt, ejusdem loci fratres accipiant, siquidem gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis ac sine pravitare voluerit exhibere. Alioqui a quovis catholico maluerint antiste, consecrationum sacramenta accipiant. Porro nullus ibi in *Abbatem* qualibet surreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consilio, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerunt. Si quis autem, quod absit, huic nostro decreto, in perpetuum mansuro, contraire voluerit, anathemate feriatur, & honoris atque officii sui periculum patiatur, nisi præsumtionem suam digna satisfactione correxerit. Observantibus autem hæc pax a Deo & misericordia perenniter conservetur. Amen.

Advocatiâ *Coenobii* *Pegaviensis*.

Annuus census *Lateranensi palatio* solvendus.

V.

Theoderici Episcopi Numburgensis, Diploma, quo Ecclesia Cygnea S. Mariæ a *BERTHA* Groicensi, illustri Comitissa condita, confirmatur.

IN nomine Domini, *Theodericus*, Dei gratia, Numburgensis Episcopus, o) notum sit omnibus Christi fidelibus, quod, petente **BER-**

A. 1118.

Notæ b. Schlegelii, de Nummis Gothanis, pag. 147.

a) Hic ipse est *Theodericus*, ex sacerdote in Episcopum IX Numburgensem, regnante *Henrico* IV, aliis V. anno MCXI electus, per *Adelgotum*, Magdeburgensem Archiepiscopum, ordinatus, & de eruditione, integritate, vitæque sanctitate, omnibus tunc commendatissimus. Hic præterea est, qui anno Episcopatus sui tertio anno MCXIV Monasterium *Bosaugiense* (Kloster Bosau) Benedictini Ordinis, in honorem Mariæ Virginis, septem annorum spatio, ingentibus sumptibus construxit, Eghertumque, ex *Hirsaugiensi* monasterio, primum Abbatem eidem præfecit, Basilicamque ibidem anno MCXXII perfecit, sequenti MCXXIII anno a Slavo, cui *Benno* nomen, ante altare clanculum cultro confossus. Autor *fundationis Coenobii Bigaug.* p. 256. Hunc *Theodericum*, Episcopum, Paulus Langius & Jacobus Tammius vocant *Marchionem Landsbergensem*; Rivius vero & Albinus, ex *Wittekindæ* familia oriundum. Hunc inter alios quoque donationes Monasterio *Bosaugiensi* duos manfos in *Cygnea* & teloneum ibidem solvens XVI libras tradidisset memorat Langius in *Chronico Cilizensi* p. 781. seq. & (ex qua desumit Langius) *Historia fundationis Monasterii Bosaugiensi*, addita *Chronico Montis Sereni*, pag. 284.

Sizzo, Comes.

BERTHA, illustri Comitissa, b) in territorio ejus, *Zwickau*, c) ecclesiam parochialem in honorem beate Marie d) virginis consecravimus, & eandem ipsius donationem, assenciente SIZZONE, Comite, e) & ceteris ejus heredibus, *Bussawie* fratribus, (qui signaculum nostrum sunt in Domino,) cum dote sua, scilicet duobus mansis & teloneo Bohemico, f) XV. libras annuatim solvente, assignavimus, quatenus perpetuo tempore a sex fratribus inibi divina, pro ejus, nostraque, successorumque nostrorum memoria peragantur. Terminos propterea parochialis ecclesiae eidem ab oriente rivulum, *Milsenam* dictum, a capite suo usque descensum ejus in *Muldam*; a meridie

montem *Luderni*, & per transversum descensum *Scurnice* in *Muldam*, collemque *Reema*; ab occidente fontem, qui albo *disfundimza* dicitur, descensumque in *Plisiam*; a septentrione fossam, quae *Hirsisprunck* dicitur, & collem, qui *Weydemannisfels* vocatur, prenotamus, statuentes, ut prescripti termini in presentiarum culti, uti in futurum perpetuo tempore colendi, dimidiam decimationem eisdem fratribus solvant, & ecclesiae in posterum intra prefatos limites construende parochiae cum omni jure subjaceant, incole quoque decimationem piscationis atque venationis, prout illustris Comitissa eidem loco concessit, exhibeant. g) Acta sunt haec Anno Domini MCXVIII 1 Maii, in *Bussawie*, in conspectu divinae Majesta-

b) Non excedit hoc elogium temporis illius titulos, cum sine diuini plane dubio illa *Wiperti II*, Comitis in *Groitzsch* & *Eckardsberga*, itemque *Judithae*, *Wratislai*, Regis Bohemicae, (quae Anno MCVII obiit) filia fuerit, & pater ipsius a Paschale Papa quoque in diplomate vocatus legatur *Saxoniae gentis illustris Comes*, apud *Aut. de fundat. Coenobii Bigaug.* pag. 249. ipsa & anno MCXLIV demortua. Haec BERTHA vero DEDONIS, Comitis Wettinensis, fuit uxor, teste Autore *fundationis Coenobii Bigaugiensis*, pag. 245. 246. & *Chron. M. S.* pag. 205. *Wigbertus II* ex sua conjugē *Juditha*, *Wratislai*, Bohemicae Regis, filia, suscepit filios *Wipertum* scilicet & *Henricum*, & filiam *Bertam*. De *Juditha* matre vero pag. 248 *JVDITTA*, uxor ejus (*Wiperti II*) *Comitissa*, filia *Regis Bohemicae*, *Wratislai*, coronata, adornata processit eodem die, obtulit pretiosa plurima. Et in appendice *Chronici Montis Sereni*, pag. 204. DEDO, filius THIMONIS, duxit uxorem BERTHAM, filiam WIPERTI de *Groitz*, genuitque ex ea filiam, nomine MACHTILDEM. Et pag. 206. BERTA, Comitissa; filia Wiperti, uxor DEDONIS, Comitis, proprietatem suam *Groitz* dedit Dedoni, filio *Conradi*, *Marchionis*, quem filii loco nutrierat. Ipsa autem obiit anno MXLIV. XVII. Kal. Jun.

c) Ergo in potestate habuisse *Cygniam*, verba haec clarissime testantur.

d) Quod eadem dedicata fuerit *Marie*, ex eo colligo, non eadem *Divo Mauritio* sacram in suburbio, quae in aliis Diplomatum a. 1219, a *Theoderico*, *Misnicae* & *Orientali Marchione* vocatur *Parochia in Osterwegen*, sive *Zwickow*; sed eam, quae & hodie parochialis est, & primaria, debere intelligi.

e) *Sizzonem* hunc credo *Comitem Keffernburgensem*, qui forte cognatione *Bertham* attigit, aut, quod vero mihi videtur similis, advocatum tunc egit *Monasterii Bosaugiensis*, cujus maxima fuitrix, & quasi altera fundatrix habita fuit postea *Bertha*; hinc & *Bussawie* *Monasterii* fratres vocat heredes & signaculum suum in Domino. Imo & illam inter fundatores cathedralis Ecclesiae *Numburgensis* offendimus in diplomate a *Theoderico*, *Numburgensi Episcopo*, anno 1249 exarato, in quo inter alia: *Quoniam quidam primi Ecclesiae vestrae fundatores, quorum nomina sunt haec: HERMANNVS, Marchio; (intellige, Misnensis, Eckardi II frater, Eckardi primi filius) REGELYNDIS, Marchionissa, (conjug, puta, Hermanni, Boleslai, Bohemicae Ducis, ut volunt, filia) ECCEHARDUS, Marchio (Misnensis, sc. nominis hujus illud, qui cum Hermanno fratre translationem sedis Episc. Ciza Numburgum promoverunt, & uterque in proles dececit) VTA, Marchionissa (Eckardi II conjug) SYZZO, Comes (reputa Keffernburgensis) WILHELMVS Comes (Camburgensis videlicet) GEPa, Comitissa, (alias Geve nominata, uxor Wilhelmi, Comitis) BERCHTA, Comitissa, (Dedonis conjug, Wiperti II filia) THEODERICVS, Comes, (forte Brenensis, frater Wilhelmi) GERBVRGIS Comitissa (uxor Theoderici) &c. Recte *Schlegelius* hunc SIZONEM habuit pro *Comite Keffernburgensi*. Natus hic erat ex GUNTHERO, principe, sive *Comite Thuringico*, & ex filia *Regis Russiae ac Cimigundae Reichlingensis*. Haec *Cunigunda* fuerat filia *Ostionis*, *Comitis Orlamundani*, & *Adelae* ex *Castello Leuene* in *Brabantia*; eaque primum nupsit *Regi Russorum* pepereratque illi filiam hanc, quam GVNTHERSVS, *Comes Thuringicus*, in matrimonium acceperat, & ex qua genuerat istum SIZONEM; postea vero eadem *Cunigunda*, mater *Sizonis*, *Rege Russorum* mortuo, reversa in patriam, venit in manus *Cunonis de Reichlingen*; quo defuncto, tertius nuptiis conjuncta fuit *VIPERTO Groizensi*, Seniori. Id quod in *Nota (27) ad Albinum*, item in *Probationibus ad Stemma veterum Comitum Nordemborum & Reichlingensium*, sub lit. e) & f) pluribus declaravimus. Hujus autem SIZONIS & cognomen, & conjugem, & duos filios, nobis indicat *Henricus*, *Archi-Episcopus Moguntinus*; in *Diplomate A. 1140* dato, quod reperire licet in *Gotha Diplomatica P. II, pag. 244; Felleri monumentis ineditis*, pag. 587. & *Hahnii I. I. Collect. veter. monumentorum*, pag. 78. Ibi inter alia haec legimus: - *Vir nobilis & industrius, SIZZO, Comes de KEVERNBERG, una cum Coniuge sua, GISILA domino dei spiritu, in loco possessionis suae, qui Vallis S. Georgii (Gotham inter & silvam Thuringicam) nuncupatur, canobium construere, & vicam monast. eam instituere cupimus, - Proinde praefatus Comes SIZZO, cum conjugē sua GISILA, Deo, a quo bona cuncta procedunt, gratias exsolventes, locum ipsum, consensu filiorum suorum, HENRICI, & GVNTHERI & legitimorum heredum, Jesu Christo, ejusque generici, S. Mariae, Sanctoque GEORGIO martyri - obtulerunt. Sed & idem SIZO filiam etiam habuit, quae desponsa fuit FRIDERICO (V) Comiti *Palatino Saxoniae de Sommerensburg*, qui vero A. 1134 rediit ad vitam inonasticam. Vid. *Lib. de fundatione Monasterii Gorenensis*, pag. 234 & 240, edit. *Mader*. Sic *Dn. Joannis, V. C. Tomo II rerum Moguntiacarum*, pag. 652, exhibet *Diploma Cunradi I*, *Archiepiscopi Moguntini*, cui A. 1197 subscripserunt: *Comes Guntherus de Kevernberc*, & filius ejus, *Henricus*. Praeterea, in *Gotha Diplomatica P. II, pag. 251*, extat *Diploma Henrici VI*, Imper. A. 1195 datum, ubi inter testes commemorantur: *GVNTHERSVS, Comes de KEVERNBERG, & filii ejus, HENRICVS & GVNTHERSVS*. Nescio, annon hi duo posteriores pro nepotibus SIZZONIS habendi sint? Interim hinc intelligimus cognationem SIZONIS & BERTHAE GROIZENSIS; cum avia *Sizonis*, *Cunigunda*, votis tertius nupsit *Viperti Groizensi*, patri *Berthae*.**

f) Largam hanc Ecclesiae dotem ex Bohemica regno non miramur, quod *Wratislai* Regis Bohemicae filia mater ipsius fuerit *Juditha*, haecque nostra ex hereditate materna habuerit.

g) Regios propemodum hos fuisse reditus, amplum adscriptum eidem docet territorium, cum decimis de omnibus proventibus piscatione item & venatione traditis, itemque cum parochiis in eodem in posterum erigendis, & undecim jam eo spectantibus, quae sine dubio fuere villae, 1) *Osterwegen* (*Osterwey*, quae diu esse desuit) 2) *Hochmencenii* *Scriptor. Rer. Germ. Tom III.*

jestatis, presentibus testibus SIZONE, Comite, HENRICO, Comitei, CONRADO Comite, h) *Maccolffo*, Preposito, *Timone*, Preposito, *Richwino*, *Brimgero*, *Henrico*, Canonicis nobilibus, *Sigeberto*, *Lufone*, *Wernbero de Cudicz*, *Heinrico cum capite*, *Nunster*, *Sigebotone*, *Jobanne*, *Martino*, *Volquino & aliis*.

VI.

Henrici IV, Imp. Diploma, monasterio in Monte S. Georgii datum.

A. 1119. HENRICUS, divina favente clementia, quartus Romanorum Imperator Augustus. Noverit omnium tam presentium quam futurorum industria, qualiter nos divina inspirationis provocati admonitu & principum nostrorum consilio monasterium in monte S. Georgii positum canonicis ibi institutis claustrali ambitu adornare, ejusque facultates sylva quadam, quae *Aal* dicitur, decreverimus ampliare. Huic autem concessioni idoneos adhibuimus testes, quorum nomina hæc sunt: *Conradus* Osnabrugensis Episcopus, *Gerhardus* Merseburgensis Episcopus; alii quoque principes; *Luderius* Dux, *Rodolfus* Marchio, *Fridericus* Palatinus, WIPERTUS, COMES, HENRICUS MARCHIO, *Fridericus* Comes, *Hermannus* Comes, *Eppo* hujus loci procurator. (*) Hoc etiam *Matbildis* regina sua corroboravit presentia. Ut autem hujus concessionis auctoritas stabilis & inconculsa permaneat, hanc chartam inde conscribi & sigilli nostri impressione iussimus insigniri. De Goslariensibus etiam civibus hos habemus testes: *Fogelinus* scilicet & frater ejus *Lanfridus*, *Herwardus*, *Segebertus*, *Volkmarus*, *Lucemannus*, *Odelbertus*, *Bernardus* & frater ejus, *Amego*, & filius ejus, *Bruningus*, & frater ejus, *Acco*, *Tecelinus*, *Bennecho*, *Wicelinus*, *Benno*. Hoc autem factum est tempore *Pilegrini* S. Georgii præpositi nec non etiam *Egelberti* præpositi.

Signum Henrici

Brunno, Cancellarius, recognovit vice Archicancellarii. Data autem *Goslarie*, MCXIX anno incarnationis Domini XII Kal. Febr.

VII.

Roggeri, Archiepiscopi Magdeburgensis, Diploma, Monasterio Hallensi Novi operis datum.

A. 1121. IN nomine sancte & individue trinitatis & sancte Dei genetricis perpetue Virginis Marie nec non & omnium sanctorum. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris, qualiter ego ROGGERUS, Dei gratia Magdeb. ecclesie Archiepiscopus, offe-

ro pro salute anime mee & omnium predecessorum meorum episcoporum, nec non omnium fidelium defunctorum, quecunque beate memorie predecessor meus *Adelgotus*, Archiepiscopus, in basilica Hallensi, noviter constructa in honorem sancte & intemerate Virginis Marie offerre disposuit, si, morte interveniente, non exsolvitur. In qua etiam Canonicos, communem vitam ducentes, exemplo apostolorum aliorumque fidelium, quibus in exordio nascentis ecclesie cor unum & anima una fuit, collocavit, quos etiam in nostra congregationis fraternitatem susceptos nostra diligentia ibi firmiter stabilivit. Hec sunt autem, que offerimus: Parochiam in Halla & ecclesiam sancte Gerdrudis & sancti Georgii cum omnibus utensilibus ad eas pertinentibus, cum spirituali regimine, videlicet banno, ut predictæ ville populus a preposito illius canonice semper regatur cum omnibus eidem spirituali regimini subjacentibus, Capellas sancti Pauli, sancti *Lamberti*, sancti Nicolai, Capellam in *Gevekensteyn*, Ecclesiam *Trote* & *Mötzeliez*, Ecclesiam *Dugowe* & *Cornibeke*, Ecclesiam *Stuvene* cum omnibus suis pertinentiis & omnibus utilitatibus, ad prefatas ecclesias pertinentibus, & cum Archidiaconatu Hallensi, qui protenditur usque ad hos fines scilicet a fluvio *Sala* usque *Strilize*. A fluvio *Elstra* usque ad *Vonam*. Preterea novam villam ecclesie vestre adjacentem cum omnibus libertatibus & possessionibus suis, Molendina etiam & piscationes in fluvio *Sale* sitas cum ortis, & pratis ipsi fluvio circumpositis. Novem mansos in Hallensi marchia, decima data pro villa *Hoenstede*, Novem mansos & quatuor jugera, molendinum *Wizeke*, Centum mansos in *Swinze*, & preter alia in diversis locis mansos. Predictæ vero canonice ipsum hoc damus libertatis privilegio, ut nullius expeditionis aut alterius servitii incommoda exactione gravetur. Si vero concilia sanctorum patrum aguntur, vocatus adveniat & debitum honorem & reverentiam exhibeat episcopo. Canonici autem, defuncto patre, alterius professionis clericum non cogantur accipere. Sed quem in ipsa canonica vita probatum moribus exornatum prospexerint libere & concorditer eligant & sibi prepositum efficiant. Quod si in eligendo preposito vota partium se diviserint, aliis alium clamantibus, sanior pars, favente gratia episcopi, quem elegerit, optineat. Idem vero qui & *prefectus est Urbis Magdeburg*, *advocatus eorum* sit nullumque pro se subadvocatum nisi rogatu prepositi

Adelgotus
Archiep.
Magdeb.

Wipertus,
Comes, in-
ter Mar-
chiones.

dorff. 3) *Buenion*, 4) *Scherwitz*, 5) *Belwitz*, 6) *Crozze* & ejusdem villæ capella dotata 20 modis frumenti, 8. 9) duo *Stunz*. 10) *Nuendorff*. 11) *Grabowe*, uti sic recensentur in diplomate *Tbiederici*, Marchionis Misnie & Orientalis A. 1219 conscripto.

h) *Conradum*, alias *Cuno* dictum, hunc conjicerem *Comitem Beichlingensem*, qui cognatione eandem attingebat, vide *Chronicon Montis Saceri*, pag. 221 249. Hic erravit *Schlegelius*. CVNO enim *Beichlingensis* dudum ante ista tempora mortuus fuerat; eum ejus viduam, *Cunigundam*, *Vipertus II*, *Bertha* Pater, jam anno 1110. secundis votis domum duxisset. Ego potius credo, hunc *Conradum* fuisse *Comitem Werrinensem*, postea *Marchionem Misnie & Lusatiae*, fratrem *Dedonis* (V.) mariti *Berthæ Groizenfis*. Sed & HENRICVM *Comitem*, cuius nomen in Diplomate ponitur inter *Szonem* & *Conradum*, ego habeo pro *Henrico Groizenfi*, fratre germano *Berthæ*, & filio iuniore *Viperti II*; de quo in *notis* ad *Albinum*, num. (26) (40). & (45;) uti & de *Berthæ* num. (26) & (43) copiosius egimus. Opinatur autem, hanc ipsam *Bertham* eo tempore, quo istam Ecclesiam *Cygnecam* conderet, a marito, *Dedone*, repudiatam seorsum vixisse; unde accidit, ut & nulla mariti mentio facta sit in hoc Diplomate. *)

*) Ad illustrandum hoc Diploma conferatur s. XV. *Commentationis* nostre de *dignitatibus possessionibusque Viperti Groizenfis*.

positi & fratrum ejus substituat. Quem si minus utilem sibi & ecclesie sue prospexerint secundum petitionem eorum amoveat & melioris substitutione, prout anime sue salutis consultum esse velit illis provideat. Hujus autem institutionis & sanctionis a nobis divina faciente clementia firmate & corroborate consultores & fautores existunt: *Albertus*, Moguntie sedis Archiepiscopus & legatus apostolicus, *Reginardus*, Halberstadenlis, *Beroldus*, Hildenshemensis; nec non Magdeburgensis sedis suffraganei; *Theodoricus*, Cicensis, *Arnoldus* Merseburgensis; quorum consilio freti extremam manum imposuimus incepto operi. Hi autem sunt testes: *Fredericus*, prepositus, *Hadwardus* decanus, *Gebocamerarius*, *Johannes*, *Bernbardus*, *Ludolfus*, *Ekebardus*, *Otto*, *Bruno*, Reliquo clero annuente & consentiente. Laici vero civitatis nostre, WIPERTUS, COMES, ET ECCLESIAE NOSTRAE ADVOCATUS; *Otto* comes & filius ejus, *Adelbertus*; *Rudolfus* comes, *Ludemicus* comes, Anno vice dominus; *Theodericus*, *Bezelinus*, *Iso*, & filius ejus; *Marcbolt*, *Rudolfus* ministeriales vero: *Rodulfus* & filius ejus, *Rodulfus*, & *Walramus* & *Wichmannus*; *Wetil*, *Gorpertus*, *Henricus*, *Ludericus*, *Adelbertus*, *Theodericus*, *Volror*, & preterea civium infinita multitudo. Hiis ergo tantis consultoribus diffinitis & certis testibus assignatis auctoritate sancti spiritus in virtute domini nostri Jesu Christi excommunicamus & eterno anathemate a societate supernorum civium sequestramus si quis hanc nostram sanctionem presumpserit violare & temeritatis ausu in aliquo temptaverit annullare. Datum nonis Junii Magdeburg a venerabili *Roggero* Archiepiscopo Anno domini incarnationis MCXXI. Indictione XIII. presidente sancte universalis Romane Ecclesie *Kalixto*; Papa; secundo. Regnante *Henrico*, Imperatore, quinto.

VIII.

Adelberti, Archiepiscopi Moguntini, Diploma *Canobio Oldislebensi* datum.

A. 1124. IN nomine S. & indiu. Trin. Ego ADELBERTUS Dei gratia Moguntinus Archiepiscopus & Apostolicæ sedis legatus, notum facio omnibus Christi fidelibus tam posteris quam presentibus, qualiter quidam *Reginbodo*, *Naturalis Francus*, & liberis ortus natalibus, pro remedio anime sue & parentum suorum beato *Vito* in *Aldeffleve* de proprio patrimonio suo novem mansos donavit, octo in *Suavabusen*, & unum in *Goureslive*, hoc paciscens cum Abbate predictæ Ecclesie, venerabili viro *Hillino*, & eorundem mansorum redditus, donec viveret, ad ipsum respicerent. Ipse vero in testimonium proprie possessionis annuatim super altare sancti Viti in festo ipsius aureum bifantium persolveret. Postquam autem viam univere carnis ingressus fuerit, Ecclesia obtineret omnimodos usus prefate possessionis. Preterea in *Helbrehdedorff* quatuor mansos addidit, duos solidos annuatim persolvendos

Menckenii Scriptor, Rer. Germ, Tom. III,

de singulis. Ita tamen, ut diximus; ut post ejus obitum integre ad eandem Ecclesiam pertineat omnis eorum usus. Hujus presentis pagine testimonium sigilli nostri impressione lignavimus auctoritate Dei omnipotentis, & beati Petri ac nostra sub perpetuo anathemate interdicens omnibus Christianis, ne quis eam contra venire, impetere, sive infringere, presumpserit, qui vero eam manutenere, fovere ac protegere studuerit, recipiat in districto supremi iudicii examine premium eterne beatitudinis. Testes autem qui supra dictæ donationi interfuere, hi sunt: de Bigowo Abbas *Windolfus*; Advocatus Ecclesie, MARCHIO WIBERTUS, *Thitmarus de Roslar*; & quam plures alii. Acta sunt hec anno Domini Incarnac. millesimo CXXIV. Indictione secunda, regnante Romanorum Imperatore *Henrico* hujus nominis V. Data per manum *Henrici* Notarii Gneburgensis Prepositi III. Idus Februarii.

VIII.

Lotbarii, Imper. confirmatio venditionis curtis *Abenrod*, in pago *Hartingo*.

A. 1129. IN nomine sanctæ & individuae Trinitatis. LOTHARIUS tertius, divina favente clementia Romanorum Rex, notum facimus omnibus, quod *Fridericus Palatinus de Puzelendorff*, cum consensu *Agnete*, uxoris suæ, & *Friderici* filii sui, & omnium heredum suorum, vendidit *Gerbaro de Lochtenem* hereditatem suam, videlicet totam curtem, *Abenrod* dictam, in pago *Hartingo* sitam in Ducatu Ducis *Henrici*, cum omnibus attinentiis, agris, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, viis, inviis, exitibus & redditibus, adhuc quæsitis, & futuris temporibus inquirendis, cum omni utilitate, exinde quovis modo percipienda; hac interposita ratione; ut predictus *Gevebardus* in posterum liberam & plenam de bonis istis statuendi, vendendi, commutandi, donandi, vel successoribus suis relinquendi, & quicquid ipsi placuerit de iis faciendi, habeat facultatem. Postquam igitur præterlapso tempore predictus *Fridericus Palatinus* defunctus est, *Agnis* uxor sua, & *Fridericus*, filius suus, in nostra presentia hanc emtionem & cessionem predicto *Gevebaro* recognoverunt, & eam cum consensu *Ludovici de Wippere* sub cujus mundiburdio erant constituti, confirmarunt. Nos vero, exigente illud justitia, nostraque benevolentia, propter fidele servitium ejus, & multorum intercessionem fidelium nostrorum, illud auctoritate regia nostra stabilivimus & confirmavimus. Ut igitur nemo in posterum & sempiternis temporibus factum illud immutare audeat, sive præsumat convellere, hanc litteram conscribi, & sigillo nostro confirmari, iussimus. Hujus rei testes sunt Archiepiscopi, Moguntinus *Adelbertus*, *Adelbertus* Bremensis, *Nortbertus* Magdeburgensis, *Conradus* Salzburgeris, Episcopi: *Beroldus*, Hildenesheimensis; *Siuveridus* Mindensis, *Ecbertus* Monasteriensis, *Bernhardus*, Paderbornensis;

Vdo, Citizenis, *Meingotus*, *Merseburgensis*. De Laicis: *Fridericus Palatinus Comes de Sommerischenborg*, HERMANNUS, LANDGRAVIUS, CONRADUS MARCHIO, ADELBERTUS MARCHIO. Comes, (i. Comites) *Sifridus de Homborg*, *Vdo*, *Ludewicus*, CONRADUS DE PLOETZKE, *Burcardus de Lucca*, *Burcardus de Werdere*, *Albertus de Wernigerod*, *Ludolfus de Valckenstidde*, HENRICUS WIPERTI, *Widekindus de Sualenberg*, *Burcardus de Cunradesberge*, WERNERUS DE VELTHEIM, *Marquardus de Ordio*, *Conradus de Eikstedde*, *Geyo Stocbunfche*, *Ekenhardus de Wegenteve*, *Wernerus de Quenstede*, *Hermannus & Otto Milonis*. De ministerialibus & servis, *Ludolfus de Dalem*, *Willeerus*, *Odalricus*, *Ludericus*, *Volewardus*, *Theodorici*, *ambo de Tingelstede*, *Arnoldus de Anderbike*, *Theodericus de Hessenem*, & *Genbardus*, & plures alii, qui hoc audiverunt & viderunt.

Signum Domini LOTHARII III. Dei gratia Romanorum Regis invictissimi.

Ego *Tiermarus* Regis Notarius, ad vicem *Adelberti* Archicancellarii recognovi.

Datum Id. Jun. anno incarnationis Domini 1129. Ind. VII. anno II regni Lotharii III. Rom. Regis IV. Actum Goslarie in Dei nomine. AMEN.

X.

Lotharii Imper. Diploma Ecclesie Magdeburgensi S. Mauticii datum.

A. 1130.

IN nomine sancte & individue Trinitatis. Ego LOTHARIUS tertius, Dei gratia Romanorum Rex. Quoniam divina clementia regni nobis commisit gubernacula, Ecclesias Dei restaurare, exaltare atque corroborare, justum duximus. Qua propter notum esse volumus omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod ob divinum amorem & carissimae nostrae conjugis RIKZE dilectique ac fidelis nostri venerabilis Magdeb. Archiepiscopi NORBERTI petitionem ecclesiae in honorem beatorum Apostolorum Petri & Pauli & sanctorum Martyrum Mauricii sociorumque ejus Magdeburg. constructae legitimo concambio commutavimus & tradidimus Abbatiam quandam *Alsleve* nuncupatam, plurimum tam in interioribus quem in exterioribus dilapsam, in ripa fluminis Sala nominatam, cum omnibus ad eam pertinentibus, quocumque modo, animatis & inanimatis, mobilibus seu immobilibus, acquisitis & acquirendis, quaesitis & inquirentis. E contra vero a praefato fidei nostro Magdeb. Ecclesiae Archiepiscopo *Norberto*, per manum HENRICI EJUSDEM URBIS PRAEFECTI, in concambio ad usum regni suscipimus, caltrum quoddam *Scharsfeld* nominatum, in montanis, quae *Hartz* dicuntur, situm, cum omnibus suis pertinentiis. Ut itaque hoc concambium & haec nostra traditio omni contradictione sublata jugiter perseveret inconvulsa, privilegium hoc inde conscribi, ac nostrae imaginis impressione jussimus corroborari. Hujus

autem rei testes praesentes affuerunt hi subscripti. *Norbertus* supra nominatus Archiepiscopus, *Vdo* Cicensis Episcopus, *Anselmus* Havelburgensis Episcopus, *Bernardus* Hildesemienlis Episcopus, *Obertus* Cremonensis Episcopus, - - Cardinalis, *Anselmus* Cardinalis, *Albero* Abbas de Nuenburg, *Arnolphus* Abbas de Monte, *Fridericus* Majoris domus Praepositus, *Bodo* Magister Scholarium, *Lambertus* Praepositus de Halla, *Vnigerus* Presbyter, *Antonius* Presbyter. Ex Laicis HENRICUS PRAEFECTUS PRAEFATAE VRBIS, *Fridericus*, Palatinus Comes, CONRADUS MARCHIO DE WITHIN, item MARCHIO CONRADUS DE PLOTZKA, *Ludewicus* Comes Thuringiae, *Sifridus* Comes, *Florentius de Holland*, *Ludolphus de Weltingerode*, *Bernardus* Vicedominus de Hildensem, *Widichinus de Schwalvenberg*, *Hademarus*, *Conradus*. Signum Domini *Lotharii* tertii Dei gratia Romanorum Regis invictissimi. Ego *Tidmarus* ad vicem *Adalberti*, Archicancellarii recognovi. Actum Goslarie, IX. Februar. Anno incarnat. Dominicae MCXXX. Ind. VIII. anno vero Domini *Lotharii*, ex quo regnare coepit, VI.

XI.

Traditio Monasterii Burgelensis, confirmata ab *Vdone*, episcopo Numburgensi.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris; Quod ego *Vdo* Numburgensis Ecclesiae licet indignus, spiritualis provisor, videns utilius animaeque nostrae salubrius pacem quam bellum, rem certam quam incertam possidere, desiderium MARCHIONIS HEINRICI, & Uxoris ejus, BERTHAE, Clero meo consulente, MARCHIONE CONRADO, Ecclesiae nostrae Advocato annuente, ad honorem Domini nostri Jesu Christi, & sanctissimae genitricis ejus Mariae sanctique Georgii Martyris, congregationem Monachorum libere constituendam in quadam hereditate sua *Burgelin*, de qua longa inter nos, ut Ecclesiae nostrae pertineret, contentio habebatur, adimplevi ea conditione: ut Abbas, qui praefato loco per Canonicam electionem praeponebatur, a Nobis vel nostris successoribus consecraretur, & in ceteris, quae ad divinum cultum pertinent, Nos & Ecclesiam nostram respiciant. Et ut haec omnia firma & inconvulsa permanerent, quandam Ministerialem suam *Adelbertum* cum novem manlibus in villa *Koina* super Altare Beati Petri delegavit. Hujus autem testes sunt Abbas *Reinboldus*, Praepositus *Reinbertus*, *Conradus Hemo*, Decanus, *Bersboldus*, Magister *Henricus*, *Wilhelmus*, *Trutwinus*, *Ditericus* & ceteri Canonici.

Laici: *Hartmannus de Abusen*.

Hermanus de Vrensberg.

Ditmarus de Rosla.

Ruperrus de Kaburg, & frater ejus.

Lut. Ripertus.

Henricus (Groi-zenfis,) Praefectus Urbis Magdeburgensis.

A. 1133.

Henricus, Marchio (Lusatiae, filius *Viperti* Groi-zenfis;) & ejus uxor *Bertha*.

Tutto

Titto, Berngerus & Kutoldus, fratres.
Lutoldus de Glisberg.
 Ministeriales: *Wicelo, & Hsenbardus Junior.*
Martinus & Polckminus, fratres,
Henricus & Vdelricus, fratres.
Tiemo, Vdelricus, & alii multi.

Data Idibus Februarii, Anno Dominico Incarnationis 1133. Indictione XI. Anno *Lotharii* Regis octavo, Anno *Vdonis* undecimi Episcopi octavo. Actum feliciter Nuenburg.

XII.

BERTHÆ Glisbergensis, (uxoris *Henrici* Groizenfis, Marchionis Lusatiae) Diploma pro locupletando Cœnobio Burgelensi.

1133. IN nomine S. & Individue Trinitatis. Ego BERTHA, ex pia intentione commota, per inconsoleabilem obitum Patruī, WOLTHERI, & fratris, ECBERTI de GLIZBERK, post inchoationem Monasterii Burgelensis, omnia bona hereditaria cum consensu nostrorum consanguineorum, OTTONIS de KIRCHBERG, & LVTHOLDI de GLIZBERG, pro remedio animarum DAMIANI & OTTILIAE, Parentum ibi sepultorum, ad inaugurationem VII piarum sororum, congregationem in honorem Dei & S. Mariæ Virginis, proprietatis jure tradidi. Pax Domini Jesu Christi sit vobis, qui voluntatem meam nullo tempore convelli permittent. Sanctissime Jesu mercedem illis restituas in futuro! Anno MCXXXIII. die S. Georgii.

XIII.

Lotharii Imper. Confirmatio privilegiorum pro Negotiatoribus de Quitelinburg.

A. 1134. IN nomine sanctæ & individue Trinitatis, LOTHARIUS divina favente clementia, tertius Romanorum Imperator Augustus. Sicut confirmationis nostræ auctoritatem apud Successores nostros vigere, & irretractatam manere justum est; ita non minus convenit, eandem auctoritatis vicissitudinem & assensum nostris præbere Prædecessoribus, videlicet, ut ab ipsis conservata conservemus, & legitime confirmata confirmemus. Proinde tam futurorum, quam præsentium noverit industria, qualiter Nos, ob interventum dilectissimæ Consortis nostræ, Imperatricis RICHINSÆ, ac venerabilis Abbatissæ *Gerburgis*, suggerente Marchione *Adelberto*, ceterisque curia nostræ fidelibus; Negotiatores de *Quitelingburgk*, eodem modo, quo Prædecessores nostri, Reges & Imperatores, habuerunt, sub nostram recipimus tuitionem, ac per omnia in legitimis concessionibus eorum vectigia, sicut justum est, tenentes, concedimus eis, ut per omnes nostri Imperii mercatus, ubique suum libere exerceant negotium, & tali deinceps lege & justitia vivant, quali usi sunt & utuntur. Negotiatores de *Goslaria & Magdeburgo* Imperiali ac regali nostrorum Antecessorum traditione & confirmatione, omnino ex ista parte Alpium, in omnibus locis, Theolonei: exactionem ipsis remittentes & indulgentes, exceptis tribus, *Colonia, Tbilone & Barinwicz*. Quia vero usque ad tempora nostra Synodali

cenfura & examini, nonnisi in fato loco idem *Quitelinburgk* præfati Mercatores se representare consueverint: volumus, ut in Ecclesiasticis negociis Episcopum & Archidiaconum ibidem tantum audiant, & Synodali Censuræ subiaceant, exceptis tamen his, qui propter aliquam inobedientiam ad Episcopalem sedem vocantur. Statuimus quoque non minus, antiquam eis consuetudinem resignantes, ut pascuis ex altera parte *Boda*, id est, Orientali, deinceps libere utantur conditione, quatenus in emendis piscibus ad mensam *Abbatissæ*, unum talentum singulis annis in Rogationibus persolvant: Villico vero ipsius de unoquoque lare obulum reddant, ea tamen conditione, ut pro transminandis pecoribus pontem ipsis præpararet, & cum opus fuerit, repararet. Concedente quoque Abbatissa, discernimus, ut Mercatores lanei & linei panni, & pellifices, de forensibus stationibus tributum non reddant: Cives etiam de omnibus, quæ ad cibaria pertinent, inter se judicent, & quæ pro his a delinquentibus pro negligentia componuntur, tres partes civibus, quarta pars cedat in usum Judicis. Præcipientes itaque jubemus, ut nullus Archiepiscopus, Dux, Comes, Vice-Comes, Schuldassio, nulla denique Imperii nostri magna paruaque persona, prædictos Negotiatores audeat in his concessis inquietare, divestire, vel molestare: Si quis vero temerarius contra hoc præceptum conatus fuerit, aut infregerit, sciat se compositurum C. libras auri, medietatem Camere nostræ, & medietatem præfatis mercatoribus. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius custodiatur, præsentis decreti paginam Sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Huic autem traditioni nostræ idoneos testes adhibuimus, *Adelbertum*, Moguntinum Archiepiscopum; *Embriconem* Wirtzburgensem; *Ottonem* Halberstadtensem; *Meingotum* Merfiburgensem, Episcopos; MARCHIONES, ADELBERTVM, CHONRADVM, HENRICVM; Palatinos Comites, *Fridericum*, *Wilhelmum*; *Ottonem de Rinegge*, *Gozwinum de Hennisberk*.

Signum Domini *Lotharii* Tertii, Romanorum Imperatoris invictissimi. Ego *Ercbardus* Vice *Adelberti* Archicancellarii, & Moguntini Archiepiscopi, recognavi.

Data anno Incarnationis Dominicæ MCXXXIII, VII Maji, Indict. XI. Anno vero Regni Regis *Lotharii* VIII, Imperii primo. Actum *Quitelineburg* in Christi nomine feliciter. Amen.

XIII.

Vdonis, Episcopi Numburgensis, privilegium cœnobio Novi operis datum de immunitate telonei Tucherensis.

IN nomine sancte & individue trinitatis. A. 1135. LVDO, dei gratia NVENBURGENSIS episcopus, omnibus christi fidelibus. Si piis fidelium laboribus aliquod nostre nobis placendum speramus; proinde dilectis fratribus Deo sueque genitrici perpetue virgini Marie sub regulari habitu ad *novum opus* Halle famulantibus,

Henricus, Marchio (Lusatiae, Groizenfis propagandis.)

lantibus, pro remedio anime nostre & pro spe
divinæ remunerationis, similiter etiam pro de-
vota cleri nostri & aliorum fidelium nostro-
rum petitione, Theloneum in *Zyba*, *Nuenburc*
& *Tbucbrim* indulgimus eisque in predictis lo-
cis liberam facultatem emendi absque thelo-
neo & vendendi concessimus, & præterea in
aliis episcopi locis tam in terris, quam in aquis,
que ad nos pertinent, exceptis videlicet bene-
ficiis, absque theloneo commendi libertatem
ejusdem benevolentie respectu eistribuimus.
Et ut hec nostre devotionis oblatio firma in
perpetuum & inconvulsa permaneat eam ban-
no nostro & auctoritate beatorum apostolo-
rum Petri & Pauli & venerabilis Pape Innocen-
tii secundi immobiliter confirmamus, & ne ali-
cui hanc in posterum infringere, aut irritam
facere liceat, hanc cartam sigilli nostri au-
toritate roboratam eis contradimus. Hujus rei
TESTES sunt: *Conradus* prepositus, *Ber-
toldus* decanus, *Henricus*, magister, *Bero* Kam-
merarius Canonici: *Herbadus*, *Trulwinus*,
Fredericus, *Cono*, *Hermannus*, *Gérhardus* de
Zyba, *Etelinus* decanus, *Bernarius* magister
Tbiedericus *Helmericus*. Laici: FREDERI-
CUS DE LIZNIC, *Luf* de *Kamburk*, *Henri-
cus* de *Rotpe*, *Smikerus* de *Grobeze*; ministe-
riales, *Lenhart* & filius ejus, *Luthemicus*, *Wi-
telo* & *Hartwicus* frater ejus & alii multi. Da-
ta *Zyzbe*, pridie Kal. Martii. Anno dominice
incarnationis MCXXXV. Indictione XIII.
presidente sancte universalis romane ecclesie
Innocentio Papa secundo. Regnante *Lorba-
rio tertio*, romanorum imperatore, *Conrado*
reverendo Archiepiscopo Magdeburgense ec-
clesiam regente, *Lamberto* ejusdem cenobii
preposito primo.

XV.

Conradi, Archiepiscopi Magdeburgensis, C
confirmatio Cenobii *Gratie Dei*.

A. 1135. IN nomine sancte & individue Trinitatis. Ego
CVNRADVS Dei gratia sancte Magdebur-
gensis Ecclesie Archi-Episcopus. Si semper
sunt confirmanda, que piis desideriis con-
gruunt, quanto potissimum ea, quæ divini
cultus prerogativa gaudent privilegiis, com-
munienda. Quapropter cupimus notum fie-
ri omnibus sancte Ecclesie fidelibus hec legen-
tibus vel audientibus, quod quidem Nobilis,
Otto de Reveringe instinctu sancti spiritus, ob
spem vite eterne se ipsum cum omnibus bonis
suis obtulit, & in consilium & dispositionem
Prædecessoris nostri, venerabilis Archiepiscopi
Norberti, magni & incomparabilis Viri, se
se prorsus deposuit, ejusque consilio & legiti-
morum heredum consensu benefico beato
Mauricio tradidit, proposuit etiam idem *Otto*,
pro sua suorumque parentum salute, ut in ali-
quo Fundo allodii sui Canonici Regulares, se-
cundum institutionem ejusdem *Norberti*, or-
dinarentur, in quorum usus omnia reliqua bo-
na ejus cederent, & inter quos ipse sub eadem
professione pauperum Christi, Christo milita-
ret. Quia vero predictus *Norbertus* in sua
Parochia Religionem propagare semper stu-

duit, rogavit eundem *Ottonem*, & ut hoc in suo
potius Episcopatu vellet facere, promisit, se
omnem diligentiam tam in spiritualibus quam
in temporalibus adhibiturum, qui tandem ejus
petitioni annuens partem bonorum suorum
videlicet *Curtim Crustorf* cum omnibus suis
appendiciis & *Curtim Ekkensteden* cum omni-
bus suis appendiciis, & *Curtim Rimberche* cum
suis appendiciis, ad locum, qui GRATIA DEI
dicitur, beato Victori in usus pauperum Christi
contulit, quos in eodem loco Venerabilis *Nor-
bertus* in regulari professione nuper ordina-
arat. Porro de reliqua parte bonorum suorum,
videlicet de *Reveningen*, & ejus appendiciis
distulit, donec videret, si Religionem ibidem
ex Consilio ejus aliquo modo posset nunciare.
Interim autem beatus *Norbertus* Archiepi-
scopus transivit ad Christum, & de *Reve-
ningen* & ejus appendiciis nec per eum,
nec per *Ottonem* quicquam ad Religio-
nem dispositum vel ordinatum est. Post-
quam autem divina clementia nos in vi-
cem tanti Viri Archiepiscopi dignitate sub-
stituit, communicato fidelium Christi consilio,
volente quoque & consentiente eodem *Ottone*,
cuncta, que possederat tam in suis quam in ex-
teris locis ad predictum locum, qui vocatur
Gratia Dei, attitulata & contradita sunt; ut in
usus Fratrum, ibidem Deo regulariter fervien-
tium in perpetuum maneat, & nos Castrum,
quod dicitur *Reveninge*, cum redditibus VII Ta-
lentorum, in consilio & consensu Præpositi &
Fratrum predicti loci, & ejus utilitate, liberi
quoque in Cambio pro supra dicto loco, qui
dicitur *Gratia Dei*, quo de pertinentiis erat Ec-
clesie nostre, cum omnibus illius appendiciis,
volente *Ottone*, nobis & Ecclesie nostre reti-
nuimus, ea videlicet ratione, ut nullus Archie-
piscopus idem Castrum alicui in beneficio pre-
stet, nisi & consilio & consensu Præpositi &
Fratrum predicti loci & ejus utilitate. *Libe-
ri* quoque, sicut & *Ministeriales* cum suis be-
neficiis ad nos & ad successores nostros respi-
ciant. Predictæ vero Canonie Præpositum do-
namus Privilegio, ut nullius expeditionis aut
alterius servitii incommoda exactio grave-
tur. Si vero consilia sanctorum patrum agun-
tur, vocatus adveniat, & debitum honorem &
reverentiam Episcopo subeat. Canonici au-
tem, defuncto patre, alterius professionis Cle-
ricum non cogantur accipere, sed quem in
ipsa Canonica vita probatum, moribus exor-
natum, prospexerunt, libere & concorditer
eligant, & sibi Præpositum efficiant. Quod
si in eligendo Præposito vota partium se divi-
serint, aliis alium clamantibus, sanior pars, fa-
vente gratia Episcopi, quem elegerit, obti-
neat. Statuimus igitur, & auctoritate Apostolo-
rum Petri & Pauli, venerabilis Pape Innocentii
& prædecessoris nostri, *Norberti*, & nostra san-
cimus, ut nulla ecclesiastica secularisve perso-
na, locum aut Fratres, vel omnia eis pertinen-
tia, inquietare vel molestare audeat, sed ipsi li-
bere & quiete Deo serviant, & tam in manci-
piis, quam in terris, cultis & incultis, agris,
vineis,

vineis, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarumve discursibus, piscationibus, molendinis, mobilibus & immobilibus, vel si quid aliud dici potest, liberam habeant facultatem, in proprios usus convertendi, vel etiam, si voluerint, commutandi. Et ut hæc nostri scripti pagina firma & inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione eam roborare curavimus. Si quis autem hujus confirmationis & privilegii transgressor extiterit, & eosdem fratres inquietare, seu bona eorum alienare tentaverit, Corporis & sanguinis Domini nostri Jesu Christi se reum ille & anathematizatum noverit, qui vero observaverit pio intuitu, benedictionem & peccatorum remissionem a Domino consequatur. Hujus autem nostre Sanctionis hi sunt idonei testes Nostre Ecclesie suffraganei, videlicet *Vdo*, Cizensis Episcopus, *Meyngonus* Merseburg. Episcopus. *Anselmus* Havelberg. Episcopus. *Godeboldus* Misnensis Episcopus. *Ludolfus* Brandenburg. Episcopus. *Arnoldus* Abbas de Monte. Canonici sancti Mauritii, *Frisbericus* Prepositus de *Bivero*. *Bode* Scolasticus, *Gerhardus* Cellarius, *Theodoricus* - - *Lampertus* Prepositus Hallensis, *Wibertus* Prepositus sancte Marie Magadal. reliquo Clero annuente & consentiente. Principes: HENRICUS, MARCHIO & ADVOCATUS 1) CVNRADVS, MARCHIO 2) ADELBERTVS, MARCHIO 3) *Rerrardus* Comes, *Rudolfus* Comes; *Frisbericus*, Comes Palatinus. Nobiles: *Lutbewicus*, *Burchardus*, *Lambertus*. Ministeriales: *Hasbamarus*, *Rudolfus*, *Suitherus*, *Richardus*, *Sifridus*. Data quarta Nonas Martii apud Canonicum sancte Marie Dei Genetricis Halle, que dicitur *Novum Opus* a venerabili *Conrado* Magad. Archiepiscopo, presentibus - - Havelburgensi Episcopo. Hallensi Preposito reverendo *Lamberto*, ex gratia Dei Preposito, primo Religioso *Evermudo* cum aliis pluribus. Anno Dominice Incarnationis: *Millesimo centesimo XXX* quinto. Indictione XIII. Presidente sancte universalis Romane Ecclesie *Innocentio secundo* Papa. Regnante *Lutbario tertio*.

XVI.

Conradi III, Imper. confirmatio Cœnobii Burgelensis.

A. 1138. IN nomine sancte & individue Trinitatis Amen. CVNRADVS divina clementia Imperator Romanorum semper Augustus. Notum esse volumus, quod ad instantiam venerandi Archi-Episcopi, *Adelberti*, Sedis Mogunt. Privilegia ea, que Antecessor noster *LOTHARIVS* videlicet Imperator ad petitionem pie Matrone, *BERTHE*, detulit sanctimonialibus *Burgelinensis* Cœnobii sub dato *Mulbusen*, in honorem omnipotentis DEI & Mariæ virginis, eodem ordine & secundum Regulam præscriptam atque habitu Numini divino famulantibus tradidit, confirmamus, mandamus.

Bertha, Glisbergensis, (uxor *Henrici* Groizenfis, Marchionis Lusatiae.)

que, ut ea immunitas firmiter & perpetuo teneatur. Hec, ut firmiorem in Dei Nomine habeat vigorem, manu nostra firmavimus & insigniri iussimus. Datum Colonie Anno Incarnac. Christi MCXXXVIII.

XVII.

Friderici I. Imp. sententia pro *Rapoto* de *Abenberg*, *Advocato Bambergensi*, adversus *Gebhardum*, Episcopum *Wirzeburgensem*.

IN nomine sanctæ & individue trinitatis. A. 1160. FRIDERICVS, divina favente clementia, Romanorum imperator augustus. Imperatorie majestatis officium & speciale divini muneris beneficium est, justis judiciis incessanter lites diminuere & augere concordiam inter quaslibet imperii nostri majores minoresve personas. Hæc nobis auctore Deo jugiter meditantibus, & in curia celebri *Babenberg* pro tribunali sedentibus, consurgens in medium fidelis imperii nostri RAPOTO DE ABENBERG, *advocatus burgi Babenbergensis*, idemque *Babenbergensis* ecclesie beneficium comes in *Rangowe*, conquestus est de domino suo *Wirzeburgensi* episcopo *Gebeardo*, ibidem præsentem, quod in præfato comitatu, occasione ducatus sui, plurima sibi ex indebito iura vendicaret, utpote allodiorum placita centuriones ponere, de pace fracta iudicare, & alia quæque pro lubitu suo. Super his igitur quæstione illico exorta inter *Eberhardum* *Babenbergensem*, & prædictum *Gebeardum* *Wirzeburgensem* episcopos, diuque satis ventitata, auditisque sufficienter utriusque partis assertionibus, ex sententia omnium procerum sacri nostri palatii, qui aderant, pragmatica sanctione litem decidimus, adiudicantes & confirmantes prænominato *Babenbergensi* episcopo, suisque successoribus in perpetuum, ac comiti *Rapoto* & eis, qui eundem comitatum ab episcopis *Babenbergensis* ecclesie pro tempore forent habituri, tam ea, quæ in quæstione fuerant, quam alia plenarie committimus iura in prædicto comitatu specialiter: similem quoque ex consensu curiæ nostræ proferentes sententiam de aliis comitatibus generaliter, ubique provincialium imperiali beneficio, ad sæpe dictam *Babenbergensem* ecclesiam pertinentibus.

Rapoto Comes de *Abenberg*, (qui fuit maritus *Meckelidis*, neptis *Viperti* II.)

Non multo autem post, altero videlicet anno secundæ expeditionis nostræ in Italiam penjam expleto, prænominatus familiaris noster *Eberhardus*, *Babenbergensis* episcopus, debitam ecclesie suæ gerens sollicitudinem, nostram clementiam deprecatus est, ut scripto mandari præciperemus sententiam, ne forte processu temporis memoriæ excideret, aut minus auctoritatis haberet.

Nos igitur tam per nos, quam per nobilissimos proceres ac principes nostros, facti non immemores, justis petitionibus dilecti & fidelis nostri *Babenbergensis* episcopi, qui pacis & belli

1) HENRICUS, *Viperti* II filius, Marchio Lusatiae, & Advocatus, sive *Burggravius* *Magdeburgensis*.

2) CONRADUS (Wettinensis) Marchio Misnensis.

3) ADELBERTUS (Ursus) Marchio *Brandenburgensis*.

Otto & Fri-
dericus,
Comites
Palatini, de
Wittels-
bach.

& belli tempore constanter nobis adfuit, libenter adqueuimus; ac presentem adnotationem ac sigilli nostri auctoritate perpetui roboris firmitatem sententiae praelibatae contulimus, concordantibus in eiusdem sententiae assertionem simul & attestacione, qui praesentes in ipsa felicissimi nominis nostri expeditione aderant, & actioni interfuerant, *Regenoldo* excancellario, iam archicancellario in Italia & adhuc Coloniensis ecclesiae electo, *OTTONE* & *FRIDERICO*, palatinis de *WITTELINISBACH*, *Bertoldo* Comite de *Antechse*, *Rudolpho* comite de *Bregenz* & aliis quamplurimis. Statuimus igitur, & ex auctoritate imperiali firmiter praecipimus, ut nulla ecclesiastica secularisue persona dilectam nobis Babenbergensem ecclesiam, quae nostrae advocatae patrocinio specialiter gloriatur, in eiusmodi iustitia sua per universos comitatus suos ulterius infestare, aut inquietare praesumat; Si quis vero ausu temerario contemtor huius sanctionis extiterit, centum libras auri purissimi, medietatem camerae nostrae & medietatem alteram Babenbergensi ecclesiae adpendat, & eis episcopis, qui ibi domino annuente praesuerint omni tempore.

Signum domini *Friderici* Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego *Reinoldus* Coloniensis ecclesiae electus & Italiae archicancellarius recognovi.

Data Papiae 16 Calend. Martii indict. VIII. anno dominicae incarnationis 1160. regnante domino *Friderico* Rom. Imp. gloriosissimo, anno regni eius VIII. imperii vero V.

XVIII.

Friderici I, Imper. Diploma *Burchardo*, Praefecto Magdeburgensi, & Coenobio *Eilwardestorpiensi* datum.

A. 1174. IN nomine sancte & individue trinitatis. **F**RIDERICUS divina favente clementia Romanorum Imperator semper augustus. Quicquid nobis etatis aut temporis superest, ita dispensare volumus, ut juxta quod consequens est, fidelium petitiones benigna semper auctoritate firmemus. Insinuamus itaque tam posteris, quam presentibus, quod venerunt ad nos *Burchardus*, Magatheburgensis praefectus, & fratres ecclesiae Dei genitricis, quae est in *Eilwardestorp*, petentes sibi, nostro privilegio confirmari, ut liceat eis novalia facere in prediis suis in silva, quae dicitur *Korst*, & adjacet castro, quod nuncupatur *Alstedede*, juxta concessionem antecessoris & dilecti patris nostri, regis *Conradi*. Quod libenter concessimus, tum quia eis hanc juris iusticiam eiusdem venerandi regis auctoritas defendebat, tum quia & ipsam iusticiam pro eiusdem regis pia memoria & pro intuitu iustitiae, simul & pro remedio anime nostrae confirmare placebat. Ordinamus ergo, & firma lege decernimus, ut absque omni contradictione deinceps eandem obtineant iusticiam, usque ad haec nostra tempora regia concessione conservatam. Scilicet ut carus & fidelis noster *Burchardus*,

Magatheburgensis praefectus, & ipsius posterius simul & fratres supra memorati in prediis suis in predicta silva novalia sibi faciant, & nullum impedimentum ab aliqua persona magna vel parva penitus habeant. Ut autem hec ita ut sunt instituta perpetuo perhiant, decrevit nostri florentissimi imperii veneranda maiestas, presentem paginam suae imaginis expressione corroborare, adhibitis testibus, quorum haec sunt nomina: *Wienmannus* Magatheburgensis archiepiscopus, *Henricus*, Dux Saxonie & Bavarie, *Otto* Brandeburgensis marchio, *Thiedericus* comes de *Witburc*, *Fritbericus* comes de *Kirebberg*, *Reinhodo* comes de *Biehilingen*, **HEINRICUS**, PRAEFECTUS DE **LIZNIC**. Signum domini *Friderici* Romanorum imperatoris invictissimi. Ego *Godefridus* cancellarius vice *Christiani* Moguntini archiepiscopi recognovi. Acta sunt haec anno incarnationis dominicae MCLXXIV. Indictione VII. concurrente, vel Regnante *Friderico* Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno regni eius XXII. Imperii vero XX. Data *Merseburg* VIII. Kl. Martii feliciter. Amen.

XIX.

Friderici I, Imper. confirmatio possessionum Ecclesiae *Rustelevis*, sive *Roslevis*, in Thuringia.

A. 1174. IN nomine sanctae & individuae Trinitatis. **F**RIDERICUS, divina clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Voti nostri ista summa est, ut in praesenti vita praclarum Imperium formam circa se suae felicitatis in hoc statu inveniat, ut Ecclesia Dei sub nostra defensione claris meritis floreat, & ubique quietiori pace polleat. Hac pia ac benigna voluntate Ecclesia Dei, quae est in *Rusteleve* constructa in honorem *B. Petri* Apostoli Imperatoria Celsitudine protegendam suscepimus, quam omnino liberam perpetua lege pronunciamus, atque ut ipsius praedia & singula ad eam attinentia absque omni impugnatione & distractione salva & integra de caetero permanent, regia auctoritate mandamus. Sunt autem haec, quae subscripsimus. In *Rusteleve* habet eadem *B. Petri* Ecclesia XVIII mansos, & duas Ecclesias, unam etiam in honorem *B. Petri*, alteram in honorem *B. Liudegeri*. Et praeterea IX Curias, quae vulgo dicuntur *Hoffstede*, & duas silvas, ac tria prata; Trans aquam quoque in villa, quae dicitur *Sukendorp*, habet dimidium mansum, & curiam & pratum. Praeterea villa, quae dicitur *Novale D. Marbildis* cum Ecclesia & silva & tota utilitate sua praedictae pertinet Ecclesiae, & Dominicale, quod adjacet illi villae, Ecclesia quoque, quae dicitur *Hunleve*, & *Novale*, remigium & molendinum, & portus ex utraque parte, & pomerium trans aquam, & villa, quae dicitur *Sukendorp*, cum Ecclesia & tota possessione sua similiter praedictae pertinet Ecclesiae. Cujus possessionis summa haec est, octavus dimidius mansus. In villa, quae dicitur *Robeis* habet Ecclesia *B. Petri* in *Rusteleve* mansum unum. In

In Rothmarsdorp mansum unum. In Theliz mansos IX & duas curias. In Greventhorp IX mansos. In Waldrikesdorp III mansos. In Burnstede mansum unum. In Bul-Zingesleve X solidos. Ut autem hæc inviolabiliter absque alicujus personæ magnæ vel parvæ impugnatione perpetuo jure utilitati suæ Ecclesiæ subserviant, florentissimi Imperii reverenda auctoritate decrevimus. Et hujus rei gratia præsentem paginam sigilli nostri impressione corroboravimus, adhibitis testibus, quorum nomina sunt hæc: *Wiemannus*, Magdeburgensis Archiepiscopus. *Henricus*, Dux Saxonie & Bavarie. *Otto*, Brandenburgensis Marchio. *Fridericus Comes de Wirbigne*. HENRICUS PRAEFECTVS DE LIZNIC.

Henricus,
Praefectus
de Liznic.

Signum Dni Friderici Romanorum Imperatoris invictissimi. Ego Godofredus, Cancellarius, vice Christiani Moguntini Archiepiscopi recognovi.



Acta sunt hæc anno incarnationis Domini M. C. LXXIII. Indiæ. VII. Id. currente.

(L. S.)

Regnante Dno Friderico Romanorum Imperatore gloriosissimo anno regni ejus XXII. Imperii ejusdem XX. Data Merseburg. VIII Cal. Martii feliciter Amen.

XX.

Friderici I, Imper. confirmatio Concambii Zmolnensis & Portiensis.

A. 1180 **I**N nomine sanctæ & individuae Trinitatis. *Fridericus* primus divina favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus Imperialis apicem potestatis idcirco nobis divinitus collatum agnoscimus, ut fideles Christi præcipueque spirituales, tam in personis, quam in possessionibus, ita studeamus præsidii & auxiliis in temporalibus & terrenis fovere, ampliari & tueri, quatenus in spiritualibus & æternis apud divinam largitatem eorum mereamur, meritis & precibus adjuvari. Quorum quia nos orationibus assidue muniri desideramus, universis Imperii nostri fidelibus, tam præsentibus quam futuris manifestum esse volumus, quod nos Portensem locum, quem ob religionem amplius inibi vigentem specialiter diligimus, sub specialem Imperialis defensionem cum omnibus rebus & possessionibus suis perpetim suscipimus, nulli prorsus hominum possessioni nostræ subjectorum concedere volentes, ut quicquam juris vel exactionis in eodem loco & omnibus ad eum pertinentibus sibi usurpare, vel aliquam rebus, aut personis injuriam præsumant irrogare. Præterea sicut a prædecessore nostro illustris memorie CONRADO Rege, Patruo nostro, & Menckenii Scriptor, Rer. Germ. Tom. III.

venerabili VDONE, Nuemburgensi Episcopo, de concambio Zmolnensi statutum est, ita & nos Imperiali auctoritate statuimus, ut ab omnibus Nuemburgensium Ecclesiæ Episcopis sine cujusquam contradictione congruum Portensibus fiat supplementum, donec æqualia bonis recepisse comprobentur. Permissione quoque & voluntate nostra iidem fratres de Porta coemerunt a THEODORICO DE LISNIC, *Theodoricus de Liznic*, Villicus Imperatoris. VILLICO NOSTRO, molendinum unum in *Pichou*, ita ut jure Francorum perpetuo illud possidentes sex tantum solidos eidem villico, & successoribus ejus annuatim exinde persolverent. Quam emptionem nos firmiter confirmamus. Ut autem hæc nostra statuta rata sint, & inconvulsa permaneant, hanc seriem fecimus conscribi & Bullæ nostræ impressione insigniri, hoc Imperiali auctoritate statuentes, & immobiliter teneri volentes, ut si quis, quod absit, cautionem hanc convellere aut taxare tentaverit, decem libras auri purissimi persolvat, dimidietatem Cameræ nostræ, dimidietatem vero prædictæ Ecclesiæ. Testes sunt:

Wigmannus, Magdeburgensis Archiepiscopus.

Sigfridus, Bremensis Archiepiscopus.

Vdo secundus, Numburgensis Episcopus.

Baldramus, Electus Brandenburgensis.

Azzo, Abbas Bazzaviensis.

Rodegerus, Abbas S. Georgii.

Theodoricus, summus Præpositus de Nuemburg.

Bertholdus, Capellanus & Canonicus Nuemburg.

Theodoricus, Præpositus Misnensis.

Bernhardus, Dux Saxonie.

Otto, Marchio Misnensis.

Theodoricus, Marchio de Landsberg.

Dedo, Comes de Groyze.

Fridericus, Comes de Brene.

Henricus, Comes de Schwarzburg.

Henricus, Comes de Buch.

Hartmannus, de Lobdeburg.

Conradus de Bochensberg.

Albertus de Hildensburg.

Albertus de Grienenbach.

Fridericus de Poblitz.

Sigfridus de Hagen.

Hugo de Warte.

Timo de Colditz.

Hartindus de Alrestete, & filius ejus *Hartindus*.

Henricus de Wrechsusen.

Herenfridus de Alrestete.

Macelinus & *Wigmannus* de Buch, & alii quam plures.

Donationis hujus confirmatio facta est anno Incarnationis 1180. Indictione XIV. Regnante Domino FRIDERICO Romanorum Imperatore gloriosissimo. Anno Imperii vero 27. Data Aldenburg 7. Idus Octobris.

Ttt

XXI.

XXI.

Friderici I. Imper. compositio controversia, quae fuit inter Abbatem Pegaviensem, & Dominum de Groitsch.

A. 1181.

IN nomine sancte & individue trinitatis. FRIDERICUS divina favente clementia Romanorum imperator Augustus. Equitati & rationi censemus consentaneum, ut contractus, qui in nostra sunt audientia, nostrae auctoritatis praemata sanctione roborentur. Noverint igitur omnes imperii fideles, tam presentis quam post future etatis, hanc coram maiestate nostra ordinatam & completam esse compositionem super lite & controversia multiplici, quae inter *Eckelinum* ABBATEM fratres

Fridericus de Groitsch.

quoque monasterii *Bigaugiensis* & FRIDERICUM DE GROITS, ministerialem nostrum vertebatur. Abbas itaque villam *Heinrichstorp* cum omni utilitate nobis resignavit, quam *Fridericus* de manu nostra recepit, nomine beneficii. Mansum quoque unum in *Drosowpe* & duos in *Bukowiz*, qui *Reibodonis* fuerunt, & ecclesiam *Clobelochstorp*, cum dote & denariis, qui missales dicuntur, excepta decima ejusdem ville quae ecclesiae in *Luzic* attinet. Hec inquam omnia per abbatem, fratrum suorum consensu, nobis resignata, *Friderico* in beneficio concessimus. In recompensationem vero hujus traditionis, quicquid idem *Fridericus* jure proprietatis vel beneficii *BIGOWE* possidere videbatur, & omnia, quae ibidem homines sui nomine beneficii ab eo tenebant, ab illis absoluta, liberè prefato cœnobio tradidit, præter beneficia *Pilegimi* & *Cunradi*, quae illi de manu abbatis susceperunt. Porro in loco ubi idem *Fridericus* molendinum fieri decreverat, nullum deinceps ab aliquo fiet. Virgulta quoque, pro quibus ipse & abbas litigabant, reddita sunt ecclesiae. Hec autem omnia auctoritate nostra & consensu *Everhardi* Merseburgensis episcopi eidem monasterio sic confirmamus, ut nec a *Friderico*, nec a fratre, vel ab aliquo herede suo, hic contractus infringatur. Imperiali quoque auctoritate statuimus, ne tam abbas, quam advocatus, arcem vel aliquam possessionem in *Bigowe* quemquam militum deinceps emere aut inhabitare permittant. Mercatores etiam areas vel curtes suas non militibus, sed mercatoribus, qui forensia jura exoquantur, vendant. Ut igitur omnia predicta incommutabiliter conserventur, presens inde scriptum sigillo nostro insignitum conscribi precepimus, statuentes, ut, quicumque ipsum infringere attemptaverit, decem libras auri pro satisfactione componat. Hujus rei testes sunt *Wichmannus*, Madheb. archiepiscopus. *Hermannus* Monasteriensis episcopus. *Martinus*, Misnensis. *Ozzo*, Marchio Misnensis *Theodericus*, Marchio de *Landesberc*. Comes *Dedo*, *Hugo de Warta*, & *Tbimmo de Coldiz*. *SIBODO*, camerarius, & fratres sui DE GROITS. *Sifridus* & *Gerhardus de Aldenburc*, & alii quam plures. Signum domini FRIDERICI Rom. imperatoris invictissimi. Ego *Godefridus* im-

Sibodo, & fratres de Groitsch.

perialis aule cancellarius, vice *Christiani* Moguntini archiepiscopi & archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLXXXI, Ind. XV. regnante domino Friderico Rom. imperatore gloriosissimo. Anno regni ejus XXX. imperii vero XXVIII. Dat. in castro *Aldenburc*. Idus Novembris.

XXII.

Theoderici, Marchionis Misnensis, Diploma Conventui Vetero-Cellenfi datum.

IN nomine sancte & individue trinitatis. *Theodericus marchio misnensis*. Fructuosum nobis apud dominum fore speramus, si ea quae sacris locis, & in eis in Christo militantibus ab aliis sunt collata, nostris commendentur favoribus & tueantur patrociniis. Hujus rei gratia tam modernis quam posteris notum esse volumus, quod *Petrus de borlin*, consensu heredum suorum mansum unum ex suo proprio in villa quae dicitur *Otwek* ob remissionem peccatorum suorum celle sancte marie contulit. Preterea *Laudo de dobelin* mansum unum. Sive proprietatis in villa quae dicitur *pirniz* pro anima uxoris suae, eodem tenore prefato contulit monasterio. Ut igitur & nos eorum quae ab ipsis laudabiliter gesta sunt apud dominum inveniamur participes sollempnem predictorum bonorum donationem quae in palam facta est. Sub nostra tuitione recepimus. Atque ut ab omni libera inpetitore nostri Sygilli auctoritate & idoneorum testium subscriptione roboramus. Quorum ista sunt nomina: *Theodericus misnensis episcopus*. *Theodericus prepositus de Wreim*. *MENHERUS, prefectus de MISNA*. *HENRICUS, PRAEFECTUS IN LIZNIK*. *GERHARDUS, PRAEFECTUS DE GREVTZ*. *Erkenbertus prefectus de Dewin*. *TAMMO, prefectus de strele*. *Rudegerus bore*. *Boris de Zbor*. *Henricus de Corun*. *Albertus de Borne*. *Henricus & Guntherus de Dewin*. *Rudolfus & Otto de Morbowe*. *Canradus Felze* & frater ejus *Titmarus*. *HENRICUS DE COLDIZ*. *Bernhardus de Trebecin*. *Rudolfus de Batini*. *Arnoldus de Zlem*. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo. ducentesimo. in dictione tertia. VI. Kl. mai. in provinciali placito nostro *Colmiz*. monarchiam celi & terre tenente domino nostro Ihesu Christo.

A. 1200.

Henricus, Praefectus in Liznik.

Tammo, Praefectus de Strele.

XXIII.

Theoderici, Marchionis Misniae, Diploma Monasterio Doberluceni datum.

IN nomine sancte & individue trinitatis. *THEODERICVS* dei gratia Misnensis & Orientalis marchio. Ecclesiarum possessiones quae a viris principibus, seu ab aliis quibuslibet personis sub eorum potestate agentibus ob remedium peccatorum suorum locis deo sacris collatae sunt, facile paterent direptioni, si non ab eis vel heredem suorum successione legitima, tuerentur a violentia. Hac igitur uti volentes benivolentia, tam presentibus quam futuris notum esse volumus, ecclesiae in

A. 1200.

Dobir-

Dobirluch, quæ a prædecessoribus nostris, marchionibus, scilicet pie memoria: patruo nostro *Theoderico* & patre nostro, *Ottone*, itemque patruo nostro *Thebone* fundata, sustentata atque defensa est, jure defensionis, quæ nos pro parte hereditarie successionis contigit, proprietatis, etiam a nobis ob euitandum estum aduersitatis deberi obumbraculum defensionis. Ut autem nostre intentioni firmitus robur accederet, de terminis ecclesie prefate, quos majores nostri laudabiliter statuerunt, certitudinem capere volumus, & per viros honeste fame, *Hertzvicum* scilicet *Prebisk* & *Thidoldum de Belgora* sub obtestatione fidei, qua nobis tenebantur, firmam rei veritatem cognovimus. Accipiunt itaque initium prædicti termini a *Jawer* per directum ad *Wyssok*, a *Wyssok* per directum ad *Swynstegge* & pontes *Mudetitz* usque ad vadum *Scharisbome*, a *Scharisbome* per ascensum fluvij usque *Bork*, a *Bork* per directum usque ad *septem fontes*, a *septem fontibus* usque ad paludem *Drezke*, & diriguntur deorsum ad alycum *Telnitz* & inde ad locum, qui *Junnitz* vocatur, venientes per *Wellenoz* ad originem cujusdam rivuli *Wemerseilz* descendunt, & cum eo usque ad amnem *Primisnizam* delabuntur: trans ripam vero ejusdem fluminis *Primisniz* octo mansos *Flandrenses* iplis terminis adjecimus, & inde per descensum ejusdem amnis quousque ingrediatur *trocken Elster*, siccam Alestram. Inde vero regreditur per directum ad priorem terminum *Jawer*. Ut autem hæc nostra & parentum nostrorum donatio apud presentes & posteros præfato cenobio & inibi Deo serventibus integra illibataque permaneat, presentis pagine inscriptione & sigilli nostri impressione & idoneorum testium annotatione corroboravimus. Sunt autem hi, *Bertramus*, Misnensis canonicus, *Matheus*, abbas de Cella *Tammo* prior, & *Gerardus* cellarius ibidem, *Hermannus*, burgravius de *Hartburg*, MEYNERVS BVRGRAVIVS MISNENSIS, *Henricus burgravius de Dony*, GERARDVS BVRGRAVIVS DE GREVTSCH, *Erkenboldus de Grizlau*, *Henricus de Corum*, *Albertus de Dreuze*, HENRICUS DE KOLDITZ, HERDEGENUS DE LYZNIK, *Albertus*, dapifer de *Borne*, *Ludoldus de domo Grymme*, *Guntberus de Roehspere*, *Henricus de Starmberg*: Acta sunt hæc anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo, Indictione III in provinciali placito nostro *Colmiz*, VI. Kal. Maji regnante in celo & in terra Domino nostro Jesu Christo. Sigillum huic descriptioni appensum est de cera viridi, ostendit formam equi, cui insidet quasi vir nudo capite tectus clipeo monstrante insignia domini de *Landesberg*, habens scriptum in circumferentia: THEODERICUS DEI GRATIA MARCHIO MISNENSIS ET ORIENTALIS.

XXIII.

Transactio inter Ottonem IV, Imperatorem, & Thidericum, Marchionem Misniae.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

HÆC est forma conventionis factæ inter Dominum OTTONEM, invictissimum Romanorum Imperatorem, & THIDERICUM, Marchionem Misnensem & Orientis. Prædictus Marchio Misniae, fide data, promisit & juravit, quod abhinc, ut antea, Domino Imperatori assistet, & eum juvabit specialiter contra Papam *Innocentium* in præfenti discordia, aut si alias eum injuste vellet gravare: & simili modo contra *Odagrium* Regem Bohemiae, & *H. Lantgravium*, Thuringiæ; & generaliter contra omnem hominem viventem, in omni necessitate sua; & quod nunquam eum deseret, & hæc omnia bona fide observabit, sine fraude & malo ingenio. Ut autem hæc conventio firmitus observetur, pro eo & cum ipso, & de sua voluntate & mandato, similiter data fide promiserunt & juraverunt Nobiles & homines sui: *Geverhardus de Quernuorde*, Comes *Burchardus de Manisfeldt*, Comes *Henricus de Schwartzberg*, Comes *Conradus de Zana*, *Henricus de Chorum*, *Burchardus de Glinde*, *Guntberus de Roehspere*. Et hoc idem data fide promittent & jurabunt alii Nobiles infuedati sui: *Hermannus*, Advocatus de *Salik*, *Johannes de Lubitz*, *Henricus de Schuditz*, *Dudo de Domo*, *Hermannus de Lobdiber*, *Erkinboldus de Vortzenueltz*. Hoc idem eodem animo fide data promiserunt & juraverunt *Albertus* Dapifer de *Birmere*, *Conradus* Pincerna, *Gotzwinus de Branaitz*, *Bodo de Ilber*, *Otto de Liebrinbagin*. Et hoc idem eodem modo jurabunt alii sui ministeriales, scilicet *Henricus de Chanberc*, *Conradus de Landisperc*, *Otto Advocatus de Ilber*, *Otto de Pouch*, *Henricus de Bladebach*, *Gekehardus* & *Henricus fratres de Crozue*, *Conradus de Cleber*. Sub hac forma & conditione data fide promissum & juratum est; & ab his, qui nondum juraverunt, data fide promittetur, & jurabitur, ut si aliquo modo, quod absit, Marchio Misniae, secundum quod promissum & juratum est, non observaret, omnes intrabunt Brunisvic, & inde nunquam recedent sine Domini Imperatoris licentia & voluntate. Insuper ad majorem securitatem prædictæ conventionis observandæ, filios Ministerialium suorum tredecim, Marchio Misniae Domino Imperatori pro oblidibus dabit, scilicet filium *Geverhardi de Zigebecke*, filium *Volemari de Chaubere*, filium *Bernhardi de Trebezin*, filium *Luitolphi de domo Grimme*, filium *Guntberi de Dewitz*, filium *Hagenonis de Doblin*, filium *ALBERTI Zitznick*, filium *Friderici Caratz de Donitz*, filium Pincernæ *Henrici*, filium *Friderici de Groitz*, filium *Godefridi Kifeling*, filium *Thitboldi de Nidecke*. Hæc autem conditio observabitur de obsidibus: quod si Marchio quemadmodum promissum & juratum est, quod absit, non observaverit, liberam habebit Dominus Imperator facultatem de ipsis faciendi, quod ei placuerit, & erunt in eo statu, qui vulgo verselt dicitur. Prædictos autem obsides, secundum dictas condiciones tenebit Dominus Imperator a proximo Pascha usque ad biennium

A. 1212.

(f. Albertus de Litznick.)

Gerardus,
Burgravius de
Greusich.
Herdegenus de
Lyznik.

nium & tunc ipsos Marchioni restituat, ita tamen, quod tunc patres obsidum, vel alii Ministeriales Marchionis aequè idonei, & totidem numero promittent & jurabunt secundum quod supra dicti tam infeudati quam Ministeriales Marchionis promiserunt & juraverunt. Si vero aliquis denominatorum obsidum vel morte interveniente, vel aliquo casu alio, Domino Imperatori dari non posset, alius aequè idoneus Domino Imperatori dabitur loco illius, omnibus aliis, omnibus aliis in suo vigore permanentibus. Ex alia parte Dominus Otto Romanorum Imperator promissit fide data T. Marchioni Misniae, quod sibi bonus est propitius dominus abhinc in antea erit, & quod ei assistet, & cum iuvabit contra omnem hominem in sua iustitia & omni necessitate, & nunquam eum deseret. Et quod regnum Bohemiae concedet Nepoti Marchionis *Vraitzlai*, & ad obtinendum eum iuvabit, & obtentum defendet Marchionem in omnibus & diligenter cooperantein, & hoc observabit bona fide & sine fraude & malo ingenio. Et hoc pro eo & de eius voluntate & mandato promiserunt data fide, & juraverunt, frater ejus *H. Palatinus Comes Rheni, Albertus de Arnstein* & GERHARDVS BVRGGRAVIVS DE LITZ-
Gerhardus, Burggravius de Litz, spondet cum aliis pro Imperatore.

NIC, ALBERTVS, Burggravius de ALDENBURG, *Guntzel Dapifer* HENRICVS de COLDITZ, *Henricus de Wida, Henricus de Drakinuels, Henricus de Crematzoue, Hermannus de Schoneberg*. Sub hac antem conditione promissum est, & juratum, quod si forte, quod ablit, ex parte Domini Imperatoris non observaretur convenientia, omnes isti qui iuraverunt, civitatem Misnam intrabunt, nec inde recedent sine licentia Marchionis, excepto solo Dapifero, qui in hoc casu Goslarium intrabit, inde nunquam recessurus sine voluntate & licentia Marchionis. Actum apud Frankensfort, anno Dominicae incarnationis M C CXII. XIII. Kal. Aprilis Indiēt. XV.

XXV.

Henrici, Marchionis Misnensis, privilegium Monasterio Dobirlucensi datum.

A. 1235. HEINRICVS, Dei gratia Misnensis & Orientalis marchio, omnibus in perpetuum. Quoniam facta mortalium a memoria labuntur posterorum, nisi praecedentium testimonio & litterarum roborentur adminiculo, tenore presentium cunctis innotescimus, quod nos ad petitionem venerabilis abbatis *Bertoldi de Dobirlug* & divinae mercedis intuitu, gratiam a progenitoribus nostris ecclesiae *Dobirlucensi* in habendo foro in villa, que dicitur *Kirchbayn* indultam perpetuo confirmamus. Ne igitur huic nostre confirmationi a quoquam imposticum temere obvietur, de consensu & benivolentia coheredis nostri, *Theoderici Comitis de Bren*, presentem paginam conscribi fecimus, & sigilli nostri impressione firmari adhibentes testes, quorum ista sunt nomina: ALBERO, BVRGGRAVIVS IN LYZNIK, *Wignandus de Bonewitz, Rudegerus de Hu-*

Albero, Burggravius in Litznik.

gemitz, Bertoläus Spiegel, Henricus de Kaiskirgen, Bernardus abbas de Buch, Gotscalcus cantor, Meynerus capellanus noster, Alexander notarius, alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M C CXXXV. indictione VII. datum apud castrum nostrum Dobelyu.

XXVI.

Alberti Dapiferi de Bornis, diploma, in quo, conciliante Theodorico de Litznik, certa praedia conceduntur Canobio Altenburgensi S. Mariae.

A. 1236. ALBERTVS, Dei gratia, Dapifer de Burnis, Religiosis viris, Praeposito, totique conventui Regularum Canonicarum Ecclesiae S. Mariae in Aldenburg, salutem & omne bonum. Quoniam per misericordiae opera hominum delentur peccata ad ecclesiam vestram in opere misericordiae manum extendere volumus, ut delictorum nostrorum veniam consequamur. Igitur talentum numerorum in Monera Aldenburg, quod a nobis CVNRADVS DE HEIDENRICHSDORF in feudo habuit, quo & nos a BVRGGRAVIO DE ALDENBURG infeudati sumus, sub testimonio presentium litterarum per interpositam personam THEODORICI DE LIZNIK resignamus, nihilominus diligenter exorantes, ut ipse Burggravius propter Deum & tam suorum quam nostrorum indulgentiam peccatorum, iam dictum talentum pro commodo & recreatione languentium Dominorum iam dictae Ecclesiae dignetur in possessionem perpetuam largiri. Nos a plenitudinem consensus nostri hanc paginam desuper dedimus, sigilli nostri tutamine roboratam. Testes sunt: Dominus *Johannes*, filius, Dapifer de Burnis, Canonicus in Misnia, *Johannes de Eytmandorf, Ulrichus de Malez, & Hermannus*, frater suus, *Henricus de Siden, Henricus de Hunsve* & alii quam plures. Actum anno D. 1236. Indiēt. XIV. Datum in Misnia in die S. Jacobi Apostoli.

XXVII.

Thimo de Litznik, Miles, Ecclesiae Altenburgensi B. Virginis certos redditus dedit, consentiente ALBERTO Landgravo Thuringiae &c.

A. 1263. IN nomine Domini Amen. ALBERTVS, Dei gratia Thuringorum Landgravius & Comes Saxoniae Palatinus univertis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in salutis auctore. Novercari solet notitiae processus temporis, nisi gestis hominum lingua testium robor adhibeat, aut scriptura. Hinc est, quod univertis Christi fidelibus cupimus esse notum, quod Dominus THIMO de LIZNIK, Miles nobis dilectus ex nostra voluntaria permissione conventuali Ecclesiae & fratribus B. Mariae V. in Monte Aldenburg duas Marcas reddituum annuorum, IN MONETA ALDENBURC, in proprium dedit coram nobis perpetuo possidendas, quos REDITVS idem Dominus THIMO in EADEM MONETA

TA habuerat ab IMPERIO EX ANTIQVO. Quas duas Marcas Monetarius Civitatis in *Aldenburc*, quicumque pro tempore extiterit, in festo B. Martini Confessoris annis singulis: Custodi ejusdem Ecclesie, persolvere debet. Reditus u. præfati in hunc modum prædictæ sunt Ecclesie assignati, quod cum tribus festonibus vinum & oblata sunt ad divinum officium perpetuo comparanda, & cum festone in anniversario duarum personarum videlicet *Vlrici* Plebani in *Euchenueld* & seniotis *Adelbeidis de Suicove* ministrabitur Dominus annuatim. De reliqua vero Marca consolatio nem in quadragesima sibi fratres facient prænotati. Et ne præfata donatio eidem Ecclesie in posterum aliquo modo infringatur, ipsam tenore præsentis literæ cum appensione nostri sigilli duximus confirmandam. Actum hinc Anno Domini MCCCLXIII. Indict. 7. Testes sunt *Gerhardus*, Plebanus in *Burnis*, *Mazbias* Plebanus de *Scirniz*, *Johannes*, Miles de *Remse*, *Fridericus* Miles de *Minsowe*, *Geirhardus* Miles, dictus *Puschmann*, *Henricus* Miles de *Stüdeschen*, *Henricus*, Monetarius Aldenburgensis, *Fridericus de Penic*, *Theodoricus* gladiator, & alii quam plures. Datum in Monte S. Marie V. in *Aldenburc*. Anno Dom. & Indict. prænotatis, quinto Non. Martii.

XXVII.

Alberti, Landgravi Thuringiæ, &c. privilegium Erwino, Comiti de *Glichen* datum.

A. 1264.

Nos ALBERTUS, Dei gratia Thuringiæ Landgravius, Saxonie Comes Palatinus, notum facimus universis, quibus exhibitum fuerit præfens scriptum, quod Nobili viro, Comiti *Erwino de Glichen*, iudicium in villis *Tütelstet*, *Zimmern*, *Hofbüsen*, *Beinstet* & *Hebech*, quo privatus fuerat per dilectum patrem nostrum, Misnensem Marchionem, resignavimus quiete & libere perpetuo possidendum, nolentes ipsum in iudicio præfatarum villarum a quonam nostro iudice in *Gothia*, seu etiam ab aliquo nostro homine, vel hærede, in posterum aliquo modo impediri. In cuius rei testimonium præfens scriptum sigilli nostri munimine iussimus solidari, sub testimonio omnium, quorum nomina subsequuntur: Dominus *Vol. de Colditz*, Dominus *TH. [f. Thimo.] de Lissenik*, Dns. *F. de Sconenburg*, & Dns. *H. de Sconenburg*. Actum in *Altenburg*, Anno Dom. MCCLXIII. Id. Martii, VII. indictione.

XXVIII.

Alberti, Landgravi, Diploma, quo Ecclesie *Corbanæ S. Crucis* donat silvam *Berlo*.

A. 1265.

Nos ALBERTVS, Dei gratia Thuringiæ Landgravius, & Saxonie Comes Palatinus, Notum facimus universis, tam presentis temporis, quam futuri, quod, quia ob amorem divinum semper in promotionibus ecclesiarum inveniri volumus benivoli & parati, Nos Ecclesie Sanctimonialium sancte Crucis apud *Gothia* silvam quandam majorem, dictam

Berlo, in proprium dedimus perpetualiter possidendam. Hujus rei testes sunt Dominus *Fridericus senior de Driuu de*, Dominus *THIMO de LIZENIC*, Dns. *Henricus de Glizberc*, Dns. *Helwicus*, Marscalcus, & *Gerhardus*, Curie nostre Notarius, & alii quam plures. In cuius etiam rei testimonium presentem litteram iussimus sigillari, in *Etford*. Anno Domini MCCLXV. II Idus Martii, Ind. VIII.

XXX.

Alberti, Landgravi, Charta Ecclesie *Reinardsbronnen* de *Castro Schawenberg* data.

IN nomine Domini Amen. ALBERTVS, Dei Gratia Thuringiæ Landgravius, & Comes Saxonie Palatinus, Universis CHRISTI fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in CHRIS TO Salutis Auctore. Cum humana Conditionis memoria sit labilis, penitus & inconstans, necessarium esse decernitur, ut ea quæ rite ac rationabiliter statuuntur, confirmantur litterarum testimonio, ne per elapsum tempore procedente in irritum & errorem, ad Notitiam igitur Universorum, quibus præfens Scriptum exhibitum fuerit, cupimus pervenire, quod nos ad liberam Relinquationem *SIFFRIDI de Hopffgarten*, & *HENRICI de Schawenbourg*, Militum *Castri Schawenberg*, Ecclesie sancte Mariæ Virginis, sanctique *Johannis Evangelistæ in Reinartshorn*, idem *Castri* cum silvis & aliis adjacentibus terminis, in quibus se asserebant iidem Milites, jus habere, in proprium dedimus, sano precedente Consilio & iurato, pro qua resignatio honorabilis Vir, *LVDOVICVS*, Abbas ejusdem Ecclesie, C. & XXX marcas *Fribergensis* genti præfatis Militibus dinoscitur erogasse, Renovantes & confirmantes tenore presentium Litterarum, omnia Bona, Jura, & Libertates, quæ præfata Ecclesia dinoscitur habuisse temporibus ex antiquis, quemadmodum Privilegiis tam ratione Ecclesie, quam Imperii seu etiam Landgravorum, felicitis Memoriarum, nostrorum Progenitorum desuper traditis plenius continetur, ne igitur præscripta omnia, vel a Nobis vel ab aliquibus nostris Successoribus infringi possint aliquo modo, aut mutari, presentem Litteram conscribi iussimus, & Sigilli munimine communiri. Testes hujus rei sunt: Dominus *Henricus* Præpositus *S. Nicolai in Isenach*, Dominus *THIMO, DE LISNITZ*, Dominus *Ludolfus de Stotterheim*, Dominus *Henricus de Drifort*, Dominus *Gunzberus de Slatheim*, *Helwicus*, Marscalcus, Dominus *Gisilbertus* & *Hermannus*, fratres de *Tütelstet*, & quam plures alii fide digni. Datum in *ISENACH*, Anno Domini MCCLXVII. Id. April.

XXXI.

Alberti, Landgravi, diploma *Canobio Eisenbergensi* datum.

ALBERTVS, Dei Gratia Turingorum Landgravius, Comes Saxonie Palatinus, universis hoc scriptum inspecturis salutem in

Domino. Quoniam universas Ecclesias in Jurisdictione nostra sitas in protectionem nostram recipimus, specialiter tamen Ecclesiam Isenbergensem tueri ac fovere volumus & debemus, cum a nostris progenitoribus sit fundata. Vineæ itaque suæ prope *Sluscowe* amplitudinem factam de novo extra fossatum in virgulto montis dicti *Lusberg* ratam esse volumus & firmamus; quæ vinea, quoniam longo tempore non est culta, a multorum memoria excidit vinea inferiorum; ne de ejus firmatione habeatur ambiguitas, hoc scriptum sigilli nostri munimine dedimus communitum. Datum in *Isenberg* Anno Dom. MCCLXVIII. Kal. Sept. Indict. XI. Hujus reitestes sunt: *Gerhardus*, Præpositus noster Scriptorum, & *Rudolphus*, Pincerna de *Vorila*; & **THIMO DE LIZSENIC**, *Güntherus de Predelo*, & alii quam plures.

Thimo de Lizenic.

XXXII.

Henrici, advocati Glizbergenfis, donatio monasterio Cappelndorffensi facta.

A. 1268.

Ergo *Henricus* miles, advocatus de *Glizberg*, literis præsentibus recognosco publice protestando, quod quatuor mansos & dimidium sitos apud *Franckendorf*, cum hominibus & omnibus pertinentiis eorundem mansorum, ad me jure proprietatis spectantes, honorabili viro præposito & conventui sanctimonialium in *Capelndorf*, pro quadraginta octo marcis argenti, quæ mihi integraliter sunt solutæ, vendidi & tradidi in præsentia & sub testimonio companorum meorum, Imperii ministerialium, videl. *Henrici de Alrester*, **TIMONIS DE LIZNICH**, & plurium aliorum, qui huic venditioni consensum benevoluntarium præbuerunt, in præsentia illustris Principis Domini mei *A. Turingiæ Landgravii, Saxonie Comitris Palatini* & plurium *Turingiæ Nobilium & ministerialium*, *Albertus* Filius Fratris mei, *Ludolfus* filius meus & alii mei consanguinei & heredes, excepto *Hermanno*, Filio meo, qui est in studio Parisiensi, & quod insuper renunciaverunt omni juri, quod in bonis prædictis ullo modo competere potest eis ad hæc, ut Ecclesia omnino servetur indemnis. Ergo & prædictus *Ludolfus*, Filius meus præsentibus litteris promittimus bona Fide, quod si aliquis nomine Imperii imperet vel reperet bona illa, quod ab illa impetitione Ecclesiam in *Capelndorf* simpliciter absolvemus, & quod infra duos menses primos, postquam Filius meus de studio redierit, finaliter procurabimus, quod ipse hanc venditionem ratam habeat, & etiam in bonis supra scriptis renunciabit similiter juri suo. Testes & hujus venditionis & renuntiationis sunt Magister *Theodoricus de Rosla*, Canonicus Ecclesiæ sanctæ Mariæ Erfordensis, *Fridericus de Vorila* & Filius sui, *Dietericus*, *Ekebertus*, *Cunradus*, *Hoico*, *Ditmarus Filius Alardi de Wymare*, *Cunradus*, Filius *Güntheri de Nuwenburg*, civis Erfordensis. In hujus rei notitia ampliore præsentem litteram dedi præfatis, præ-

Thimo de Liznich, ministerialis imperii.

posito & conventui in *Capelndorf* sigillo meo firmiter communitum. Facta autem est hæc venditio apud villam *Eilbrechtshoven* Anno gratiæ MCCLXVIII.

XXXIII.

Alberti, Landgravii Thuringiæ, & Com. Pal. Sax. diploma Cœnobio Eisenbergensi datum.

NOS **ALBERTUS**, Dei Gratia *Thuringiæ Landgravius, & Saxonie Comes Palatinus*, notum facimus universis Christi fidelibus, quod quatuor Mansos & dimidium sitos in *Villa Lypen*, quos Dominus *Theodoricus*, Miles, dictus de *Lowitz*, Dominus *Ottob Miles de Isenberch*, & frater suus, Dominus *Theodoricus*, Miles, a nobis feodaliter tenuerunt, & duas curtes, sitas apud Ecclesiam *Beati Nycholai* in antiqua Civitate, *Isenberch*, quas Dominus *Henricus* miles dictus de *Ezzelstorp* a nobis eodem jure predicto tenuit, post liberam & voluntariam RESIGNATIONEM ipsorum, in manus nostras, ob remedium animæ nostræ, Cœnobio Sanctimonialium in *Isenberch* dedimus in proprium perpetuo possidendos, nolentes, ut aliquo Successorum nostrorum idem Cœnobium super præfata donatione nostra molestet alicqualiter vel infestet. In cuius rei testimonium præsens Scriptum dedimus nostri Sigilli munimine roboratum. Testes hujus donationis sunt: Comes **FRIDERICUS** de **BICHLINGEN**, Dominus *Martias Notarius*, Dominus **CONRADUS** de **LIZNIC**, etiam Notarius, Dominus *Alexius Miles de Wildenburnen*, Dominus **GVN- THERUS** de **LIZNIC**, & alii quam plures. Datum in *Isnachio*. A. Dom. M. CC. LXXIII. VII. Id. Januar. Indict. II.

A. 1274.

XXXIII.

Friderici, Marchionis Misniæ, &c. privilegium Monasterio Bofaviensi datum.

In nomine domini, Amen. Nos **FRIDERICUS**, Dei gratia *Misnensis & Orientalis, & de Landesberg marchio*, universis Christi fidelibus præsentibus literas inspecturis æternam in Domino salutem. Ad perpetuam rei memoriam recognoscimus, & præsentibus protestamur, quod illustris princeps *Theodericus marchio de Landesberg pater noster*, emit ab Ecclesia *Putzaviensi* proprietatem, quæ vocatur *Dipoldesdorff*, cum omnibus pertinentiis suis pro ducentis marcis argenti, titulo proprietatis perpetuo possidendam. Ad hæc protestamur, quod inclita Domina & nobis dilecta mater nostra *Helena* jam dictæ conventioni superaddidit præfate ecclesiæ pro eisdem bonis XL marcas argenti monetæ, & ponderis usualis. Nos ergo ad honorem gloriosæ Virginis Mariæ jam dictam conventionem in remedium animæ patris nostri ampliori favore & largiori munificentia prosequentes, servitium, quod ad nos pertinebat, de bonis sc. x mansis sitis in villa *Werbene* (quemadmodum pater noster piæ recordationis & nos ipsi succedentes possedimus) jure pro-

A. 1289.

Conradus & Güntherus de Liznic.

proprietas memoratae ecclesiae Putzaviensis contulimus perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium &c. Hujus rei testes sunt: Conradus, Abbas Pygaviensis, ALBERTUS Burggravius de LYZNIK &c. Datum & actum in Wizemueles, anno Dni. quo supra videlicet MCCLXXXIX. Cal. Majas.

XXXV.

Formula transactionis inter Albertum Landgravium, & Fridericum, Marchionem.

A. 1290.

WIR ALBRECHT von Goris Gnaden, Lantgrave zu Düringen, unde mir FRIDERICH von denselbin Gnaden zu Misne zu Orient unde zu Landisberch Margrave, bekennen an diesem offenen Brive, daß mir uns gutliche unde vruntliche miteinander berichtet unde voreinit babin, umme alle die Sache, die zwyschen uns mochtin sin, iz were umme Lant, umme Lute, umme Anspreche, unde gemeynliche umme alez, das unter uns heyden werrinde was, dis habe mir beyde trumeliche gelobit, zu baldene vor unsere Herrin deine Romischen Künige RUDOLFEN, unde haben in gebetin, dazbe zu eyne Verkunde sin Ingesigel mit unsin beyder Insegele an disen Briff gehangen. Diser Rede sind gezeugt Meyster HEYNRICH von CLINGENBERCH unsis Herrin des Künigis Kanceler, der Burggrave FRIDERICH von Nürinberch, Grave LUDEWICH von Ottingen, Grave EBERHART von Katznelinbogen, Grave GUNTHER von Schwarzburch, Burggrave ALBER von LYZNIK, Her HEYNRICH der elder von Plawe, und Her HEYNRICH sin elder Sun, Her HERMANN STRANTZ von Tulesere Her HERMANN von Myla, Her GUNTHER von Slatbeyn, Her ALBRECHT von Brandenberch, Her HERMANN der Kemerer von vanre, DYTERICH der Marschalck von Eckardisberge, Her THYME KNUT, und ander bydirbe Lute genik. Dise Rede is geschehen zu Erforde unde daruber dise Briff gegeben, nach Goris Geburt tusend Jar zweyhundert Jar in dem nunzigisten Jare ansante Johannis tage Evangelisten der nach Ostern ist.

XXXVI.

Theodoricus de Lysnik, filius Thimonis, donat Ecclesiae Canobii Buchensis certa praedia.

A. 1291.

THEODORICUS, dictus de LYZNIK, filius THYMONIS felicitis memoriae de Lysnik, omnibus fidelibus Christi perpetuam in Domino salutem. Quia tempora & eorum acta more currentis aque defluunt, & ab hominum memoria dilabuntur, idcirco necesse est, ne per oblivionem deleantur, ut viva voce testium, & literarum amminiculo fulciantur. Hinc est, quod nos cunctis Christi fidelibus presentes relecturis innotescimus, quod nos ad placandam nobis summi Judicis diffractionem, de terrena substantia nostra, nobis ab ipso misericorditer collata, in remedium anime nostrae nec non & dilecte Conjugis no-

NOS ALBERTUS, Dei Gracia Thuring. Landgrav. & Saxon. Comes Palatin. Notum facimus universis, quibus exhibitum fuerit praesens scriptum. Quod nos salutis proprie non immemores Ecclesie sanctimonialium in Hufstorp factum quoddam, situm prope Fluvium, quod Hilmna dicitur apud Villam *Eberstete* in proprium dedimus perpetuo possidendum: quod Salictum nobilis Vir, *Mainerus de VUZZENBURCH*, ab renunciatore feodo, ad Manus nostras libere resignavit. Ne factum autem super eo alicui in posterum dubium aliquod oriatur, presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam sub testimonio, quorum Nomina subsequuntur: *Bertoldi de Yscherstete*, *Br. de Azmansdorp*, *STEPHANVS DE LYZNIC* *) & *Gerhardi*, Curie nostre Notarius. Acta sunt haec Anno Domini MCC LXVI. idus Junii. Jnd. IX.

Mainerus de Wuzzenburch.

Stephanus de Lyznick.

LVIII.

Thimo, Miles, dictus de Lizenick duos mansos, quos ab Imperio habuit, contulit Ecclesiae Aldenburghensi. B. V.

A. 1275.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis Amen. THIMO, Miles, dictus de LIZENICK, universis Christi fidelibus in perpetuum. Cum ex divinis erudiamur oraculis, quod nec infans unius diei, qui solis laborat in vagitibus, sine peccato sit. Quid in his verbis aliud nobis animadvertendum est, nisi quod, quanto vita Mortalium fuerit prolixior, & curis secularibus occupator, tanto delicti crimine sordidior poterit inveniri. Igitur si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Unde & expiari cupimus misericordiae operibus, ut puta Eleemosinis, quibus Deus secundam post Baptismi gratiam abolitionem indidit peccatorum. Ad communem ergo notitiam devenire volumus, quod nos Divinae pietatis instinctu Eleemosinis operam dantes, ex sana deliberatione, & benivolo nostrorum heredum consensu, in remissionem peccaminum nostrorum duos Mansos in villa *Podebriz*, quos ab Imperio habuimus, rite & rationabiliter contulimus Ecclesiae sanctae Mariae Virg. in Aldenburgh, cum omnibus suis usufructibus, praesentibus & futuris, jure, perpetuo possidendos. Fervens enim nostrae mentis requirit affectus, ut qui nostrae justitiae fiduciam non habemus, religiosorum virorum in praefata Ecclesia Deo militantium mercamur votiva sospitate perfrui, adeo ut ipsorum pio interventu, nostrorum apud Dominum augeatur gratia meritum. Praeterea dolenti recognoscimus animo, quod beatae Memoriae Dominus Praepos-

tus, Salomon, in labore nostrorum negotiorum positus, quatuor equos perdidit, in quorum solutionem sive restaurum Domino H. Praeposito suo Successori datis dextris firmiter promissimus, ut quemcumque Mansum ratione feodi ad nos pertinentem operaverit, vel etiam per qualescumque personas Ecclesiae suae attraxerit, ipsum volumus & debemus ad proprietatem jam dictae Ecclesiae, omni contradictione postposita, retorquere. Verum ne in hac pia collatione nostra simul & promisso ulla impofterum sinistra actionis emergat occasio, praesentem paginam super his sub sigillo nostro, & *Theoderici* filii nostri, conscribi fecimus, nihilominus ipsam in evidens testimonium sigillo Burchensium Civitatis Aldenburgh roborantes. Testes hujus rei sunt, *Dominus Conradus de Zarowe*, *Dominus Alberzus de Gerstenburch*, *Dominus Johannes de Remse*, *Dominus Johannes de Rotenbi*, *Milites*, *Herborro de Criviz*, *Johannes de Hertmarsdorf*. Insuper *Rodolfus*, *Cofinan*, *Schulterus*, & *Heinricus*, frater ejusdem, *Heinricus de alta domo*, *Conradus de Waldenburch*, *Merbore de Smolne*, Cives in Aldenburch, & alii quam plures. Acta sunt haec Anno Domini 1275. sexto Kalendas Januarii Indict. II.

Theodericus filius Thimonis de Lizenic.

LIX.

Henricus, Burggravius in Aldenburgh Domus Teutonicae Molendinum tradit.

NOS *Henricus*, Burggravius in Aldenburgh, Dominus in Zinneburch, universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam humana negotia ex successione aetatum in oblivionem rapiuntur, necesse est, ut voce testium & scripti indicio confirmentur. Nos igitur omnibus, ad quos praesens scriptum devenerit, notum esse volumus, quod nos cum Consensu fratrum nostrorum Molendinum situm in prato apud villam *Lidelowe* ob divinam remunerationem fratribus domus Teuthonicae in Aldenburch cum omni jure, quod ad nos pertinet in proprietatem perpetuam propriavimus possidendum. Ne igitur hoc nostrum factum aliquando propter aliquod cassatum fuerit, praesentem litteram super eo datam fecimus nostri Sigilli munimine roboratam. Datum in Aldenburch Anno incarnationis Domini 1280. 8 Idus Febr. Testes hujus facti sunt: *THEODERICVS DE LIZNIK*, *Heroldus* *Scriptor*, *Conzilius*, dictus de *Waldenburch*, *frater Jo. dictus de Arzon*, *fr. Guntherus*, *fr. C. de Zwickowe*, & omnes fratres domus Teuthonicae in Aldenburch, & quam plures fide digni.

A. 1280.

Theodericus de Lizenic.

LX.

Henrici, Burggravius Altenburghensis, confirmatio paterna donationis.

IN nomine sanctae & individuae Trinitatis Amen. Nos *Henricus*, Dei gratia Burggravius

A. 1281.

*) Conf. Nota (46) ad Albinum, Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

gravius de Aldenburg tenore presentium recognoscimus & fatemur, quod literas bonæ memoriæ patris nostri Alberti, Burgravii de Aldenburg, ratas & approbatas gratanter vidimus & patentes audivimus in hæc verba: In nomine Domini Amen. *Albertus, Dei gratia Burgravius de Altenburg, Judex generalis in terra Plisnensi*, a Domino ALBERTO, *Thuringorum Landgravio, & Saxonum Comite Palatino, terræque Plisnensis Domino*, constitutus, universis Christi fidelibus in perpetuum. Omnibus hoc scriptum intuentibus evidentiis innotescat, quod, cum Ecclesia S. Mariæ Virginis in monte prope Aldenburg ab initio fundationis suæ totum Montem a decursu & contactu piscinarum, usque ad curiam quondam *Gerardi de Monte*, pro dote & fundo suo cum omni jure & indicio tam vitæ, quam mortis, usque ad tempora nostra, sine qualibet exactione seu vexatione, libere & quiete possedisset, Nos tandem in augmentum ejusdem dotis & fundi, non solum præfatam curiam a TIMONE DE LYSNIK nobis resignatam, verum etiam totum montem cum omnibus arcibus supra vel infra ipsum constitutis, quarum incolæ in judicio tam vitæ quam mortis ad *Henricum Spangen* ex parte nostra dependebant, nobis & heredibus nostris nihil Juris in ipso Monte reservantes, jam dictæ Ecclesiæ in meram proprietatem contulimus, ita, ut quicquid inter aquam piscinæ & Nashusen & curiam quondam *Henrici Seberfingi & Lysaviam* situm, vel etiam actum fuerit, quod judicio listi debeat ad placitum pro vita & morte, ut nos ab Imperio habuimus. De foro & judicio Ecclesiæ jam dictæ. Hoc quoque juris ipsi Monti & incolis ejus ab antiquo introductum est, ut quicumque domicilium suum vendiderit, pro signo recessus & resignationis suæ, domino feodi unum solidum dabit, quod & emtor faciet, si dignus est homagio Ecclesiæ, cum præsentatur emtum domicilium in feodo recepturus. Præterea quod fuerit respersus lupanari, vel alia infamia, quæ vulgo *Unrat* dicitur, convictus a duobus vel tribus suis convicaneis aliquoties, videlicet semel vel bis, prout Domino feodi visum fuerit, & defecti quantitas exegerit, nisi majori poenæ adjudicandus sit, pro expiatione & emenda tres solidos Domino feodi præsentabit. Nullus ergo unquam Judex aut Schultetus, aut quisquam officialium nostrorum ipsam Ecclesiam in suo jure & judicio per omnem proprietatem suam, & maxime in limitibus & metis sui fundi & totius Montis molestare præsumat, quam scimus & asserimus, ut pote Regalem fundationem, omni libertate a Regibus & principibus sublimatam, adeo, ut nullis tribunalibus listi debeat, sed, si quid quæstionis circa ipsam natum fuerit, hoc solum Regiæ dignitati, vel saltem Principis, qui tunc pro tempore terris præfuerit, relinquendum est, secundum indulta Regum & Principum arbitrio. Ut autem hæc certa perseverent in memoria, & inconvulsa permaneant, præsentem paginam desuper fecimus Sigilli

Timone de
Lysnik.

nostri munimine roborari. Testes sunt *Cunradus de Zarow, Henricus de Zygelbeim, Albertus de Lydolo, Johannes de Remse, Henricus de Studenschen, Milites*, & alii quam plures. Acta sunt hæc Anno Dom. 1275. Indictione tertia. Nos igitur *Henricus, Burgravius de Aldenburg*, in horum omnium evidens testimonium & ratihabitionem perpetuam facta & scripta patris nostri cum omni sequela pietatis Sigillo proprio communivimus. Acta sunt hæc Anno Domini 1282. Indictione X. Testes hujus consignationis sunt: *Johannes de Trachenow, Albertus de Dewin, Th. de Gerstemberch*, & alii quam plures fide digni.

LXI.

Theodoricus de Lizenic, consensit in donationem Ecclesiæ Altenburgensis factam.

IN nomine Domini Amen. THEODERICUS, A. 1286. dictus de LIZENIK, universi Christi fidelibus in perpetuum. Quia salus orationibus & Elemosinis impetratur, a Domino, fatendum est hominibus, ut, qui salutem desiderant, a Domino crebris orationibus & Elemosinarum largitionibus hanc requirant. Hinc est, quod Dominus *Hermannus*, sacerdos, & *Hedemigis*, devota Matrona, dicti de *Smolne*, salutem animarum suarum in affectu habentes, comparaverunt, & per manus beatæ memoriæ patris mei THIMONIS DE LIZENIC, & incas, redegerunt in proprietatem Ecclesiæ S. Mariæ Virginis in Aldenburg duos mansus cum suis arcibus & adjacentiis, in villa *Podebriz* sitos, singulis annis in festo S. Michaelis solventes unam Marcam argenti, quem censum Prior & Cultos præfatæ Ecclesiæ in comparationem lanci panni coloris albi retorquebunt, ita, ut alternis annis per providentiam eorum cuilibet Dominorum dentur sex ulnæ ad cappam suam hyemis tempore subducendam. Verum, quia Elemosina orationem desiderat, conventus pro hoc pietatis munere singulis Psalmis Vigiliarum hunc versum, *Requiem æternam*, subjungat, ut braviū æternæ remunerationis, videlicet requiem æternam & lucem perpetuam, una cum suis benefactoribus facilius apprehendat. Ut autem hæc salubris ordinatio æterna perseveret in memoria, præsentem paginam desuper conscriptam in evidens testimonium Sigillo proprio roboravi. Testes sunt, *Dominus Alwardus, plebanus in Godesowe, Henricus de Studenschen, Johannes de Remse, Milites, Merboto de Smolne, Henricus de alta domo, Cunradus de Waldinberg*, Anno Domini 1286. Indict. XIII. feliciter Amen.

Timone de
Lizenic,
tunc defun-
ctus, pater
Theodori-
ci.

LXII.

Fridericus, junior, Landgrav. Thuring. permittit confirmatque donationem ab Ottone de Rochliz, aliisque, Monasterio Buchenli factam.

FRIDERICUS, D. G. Junior, Thuring. Landgrav. A. 1290. & Comes Saxon. Pal. omnibus in per-

perpetuum. Quoniam condicionis humanae infirma memoria: Idcirco scripturarum, munimine sublevatur, ne id, quod rationabiliter agitur, oblivionis seu ignorantie vicio corrumpatur. Hinc est, quod per presentes ad universorum Christi fidelium, presentium & futurorum, devenire volumus notitiam, quod fideles nostri, OTTO videlicet DE ROCHLIZ, Miles noster, dimidium talentum currentis Monete, & *Heinricus* & *Otto*, fratres, dicti de *Pofeitz* dimidiam Marcam consueti argenti, que a nobis in *villa Erlave* in feodo habuerunt, ad manus nostras resignantes, Ecclesie & Conventui in BVCH, in remedium Animarum suarum & venerabilis Matrone, Domine *Elizabeth* conjugis, & ejus Parentis THEODORICI quondam Burggravi DE LYZNICK, *) ut & *Ottonis* & *Conradi*, fratris predictorum fratrum de *Pofeitz*, nec non progenitorum & successorum suorum, in Elemosinam libere con-

Theodoricus, quondam Burggravius de Lyznicki & ejus filia, Elizabetha, uxor Ottoris de Rochlitz.

Kunigundis

regulerunt, rogantes nos, ut predictam eorum Elemosinam Dei & sui servicii predictae Ecclesie & Conventui in BVCH in proprietatem perpetuam traderemus. Nos vero eorum precibus inclinati, & eorum devocione accenti, predictum dimidium talentum *Ottonis*, Militis de *Rochlitz*, & predictorum fratrum *Heinrici* & *Ottonis* *Pofeize*, dimidiam Marcam argenti, sepe dicte Ecclesie & Conventui in *Buch* in remedium anime nostre & dilecte Conjugis nostre venerabilis Domine *Kunigundis*, cum omni jure atque utili-

tate magna & parva, iudicio reali & corporali, contulimus in perpetuam proprietatem liberissime possidenda, ita, ut neque nos, vel nostri iudicis autoritate, nec nostrum successores, vel eorum iudices supra dictam Ecclesiam & conventum *Buch* in suo recipiendo censu facultatem habeamus aliquatenus molestari. Et nec hoc nostro & sepe dictorum *Ottonis* de *Rochlitz* & *Heinrici* & *Ottonis*, fratrum de *Pofeize*, pia Elemosina collata per decurientia tempora a memoria hominum possit exire, vel deleri, presentes super ea conscriptas nostri sigilli appensione fecimus roborari, testibus, qui interfuerunt suppositis fide dignis, quorum nomina sunt haec: *Gosfradus* de *Rochenberg*, *Grimelibus* de *Glubuz*, *Otto* de *Servebs*, *Milites*, *Conradus* de *Schueze*, *Jancko* de *Beuversdorf*, *Petrus*, filius supra dicti Militis de *Rochlitz*, & alii quam plures fide digni. Actum & datum in *Rochlitz*, Anno 1290 in annuntiatione Domine.

LXIII.

Theodoricus, Burggravius *Altenburgensis*, consentit in donationem tredecim & dimidii mansorum circa *Aldenburghum* sitorum, Ecclesiae *Buchenli* a Theodorico de *Lyznick* factam.

THEODORICUS, Dei Gratia Burggravius in *ALTENBURC*, **) universis Christi fidelibus presentes relecturi, eternam beatitudinem consequi cum salute. Quoniam secundum

*) Hunc Theodoricum inter Burggravios *Leisnicenses* non commemorant, *Albinus*, *Henninges*, alii. Neque huic pro *Thimonis* de *Lisnic* filio habere possimus, utpote qui A. 1292 adhuc superstes esset, neque usquam alibi Burggravius dictus reperitur.

**) In Chartario *Altenburgensi*, (num. 1353.) referuntur literae Anno 1301 datae, quibus hic ipse Theodoricus, Burggravius de *Aldenburghum*, beneficia in Monasterium *Altenburgense* B. Mariae a maioribus suis collata confirmavit, & auxit: e quibus literis non exigua pars Genealogiae Burggravorum *Altenburgensium* cognosci illustrarique potest: inprimis, si cum presenti documento, aliisque, conferantur. Nos interea hanc particulam illius *Stemmatis* inde representamus:

Heinricus, Burggravius de *Altenburg*, inter conditores Monasterii *Altenburgensis* memoratur. Vid. num. LIII & LIII, in hac *Manissa*.

Albertus, Burggravius de *Aldenburghum*, floruit A. 1218. seqq.

Albertus, Burggravius de *Aldenburghum*, flor. A. 1256.

Albertus, Burggravius de *Aldenburghum*, & Judex Generalis terrae *Plinensis*. A. 1279, 1282. (in cuius insignibus Galea ornatur penis pavonum, scutum Rosa signatur.) Dipl. LX.

Theodoricus, Burggravius de *Aldenburghum*, Dominus in Castro *Rochsburg*, qui hoc ipsum Diploma A. 1291 dedit. Conf. Diplom. LXII.

Heinricus, Burggravius de *Altenburghum*, & Dominus in *Cinneberg*, (*Zimberg* prope *Pennigium*) A. 1280. 1288. Vid. Diplom. LIX & LX.

Theodoricus, *Heinricus*, Burggravius in *Aldenburghum*. A. 1293, 1297. Vid. Diplom. LXIII.

Albertus de *Rochsburg*, Burggravius de *Altenburghum*. 1291. 1303. 1308.

Theodoricus, Burggravius de *Altenburghum*. 1291 seq.

Elisabetha, Praefectissa de *Rochsburg*, uxor *Ottoris*, Burggravius in *Lisnic*, & Domini in *Rochsburg*. A. 1337, sequi. Vid. Dipl. XLV & LXVII.

Quaedam horum Burggravorum nomina recensuit *Schlegelius* de *Nominis Altenburgensibus* citate manique signatis, pag. 20. Nos multo plura, siquidem id hoc loco ageremus, cum chartario *Altenburgensi*, tam e Diplomatum jam vulgatis, proferre possemus. Id unum vis es *παρόδω* jam annotamus, *Theodoricum* sive *Direrium* de *Aldenburghum*, Magnam Magistrum Ordinis *Teutonici*, a recentioribus quibusdam scriptoribus male mutari in *Comitem Oldenburgensem*, cum *Casparus Henneberger*, in *descriptione Teutonici Ordinis*, A. 1584 *Regiomonte* edita, recte annotavit, Anno 1335 Magistrum generalem illius incluti Ordinis decimum sextum fuisse *Theodoricum* de *Altenburghum*, & in suis insignibus *Rosam*, notam familiarem Burggravorum *Altenburgensium*, gessisse. Quid? quod in *Privilegio a Ludovico IV. Imperatore*, Ordini *Teutonico* *Lithvaniam* conferente, A. 1337. datum, (in *Dn. de Ludewig T. I. Reliqu. Diplom. pag. 338*) discrete nominatur *Theodoricus* de *Alten-*

dum Prophetam diminute sunt veritates a filiis hominum & de die in diem imminuuntur, ideo necesse est, ut, quod ab hominibus temporaliter agitur, & perpetuum esse desideratur, voce testium & literarum vivacitate firmiter roboretur. Noscant igitur presentes, posterius & futuri, quod nos, ad placandam nobis summi Judicis severitatem, cui omne debemus, & quod vivimus & valeamus, in remedium anime nostre, & dilecte conjugis nostre, & dilecti fratris nostri, *Alberti*, & filii sui, *Heinrici*, felicis memorie, quondam in *Altenburg* Burggravii, septem Manfos, quos THEODORICVS DE LYZNIK, filius TYMONIS de LYZNIK, *) in inferiori villa *Lyddelom*, & in villa *Sclumize* ab ipso (Henrico) habuit in feodo, & ad nos, post ipsius mortem, ipsorum collatio respiciebat cum omni jure, agris cultis & incultis, ortis, pratis, pascuis, piscinis, molendinis & ceteris bonis, ac prorsus cum omni utilitate, que nunc est vel futura, sicuti supra dictus THEODORICVS DE LYZNIK habuit, & nos ab Imperio habuimus, de petitione valida & optimo consensu ipsius THEODORICI DE LYZNIK, de Imperatoris FRIDERICI II auctoritate, cujus auream bullam fratres DE BVCH in provinciali placito Aldenburgenfi, undecimo Martii Kalendas cunctis Imperii Ministerialibus & feodalibus ostenderunt, per quam duodecimo sui Imperii anno indulserat ECCLESIE BVCH, ut omnis Ministerialis Imperii, vel feodalis, infra sex miliaria circa idem Claustrum positus, sua bona in proprietatem possidenda libere posset dare, hac freti auctoritate eidem Ecclesie & CONVENVTI IN BVCH, in restaurum dampni, quod ad ducentas Marcas computatum est, per AL-

BERTVM FRATREM nostrum, & filium, suum, HEINRICVM, quondam in *Altenburg Burchgraviium*, illati, super scriptos septem Manfos dedimus, cum omni libertate perpetuo possidendos, ita, ut neque nos, neque nostri Successores, neque nostri & eorum Judices, neque filii fratris nostri, HEINRICI prescripti Filius, vel ejus Judex, seu etiam fratres ejus, vel eorum Judices, ipsos supra dictos fratres & Ecclesiam *Buch* in sua libertate vel proprietate habeamus facultatem vel potestatem aliquam molestandi. Quod si per filium, seu per fratres filii fratris nostri, HEINRICI, ante dicti, vel per quempiam hominem secus attemperatum fuerit, is teneatur Ecclesie & Conventui in *Buch* de dampno ducentarum Marcarum, quod frater noster ALBERTVS, & HEINRICVS, suus filius, predicte Ecclesie intulerunt, in cujus restaurum, licet Modicum, sepe dictos Manfos in PROVINCIALI PLACITO Aldenburgenfi, coram Junioribus *Advocatis de Plawa*, & ceteris Imperii Ministerialibus, dederamus, finaliter responderet. Et ne hec nostra devota collatio & restauratio per decurrentia tempora in oblivionem valeat devenire, vel per aliquem hominem immutari, presentes super ea conscriptas nostri Sigilli appensione duximus roborandas. Testes vero hujus actionis sunt Viri nobiles, Dom. *Heinricus, Advocatus de Plawe, & Judex Imperii in terra Plisiensi, & ipsius duo filii, Milites, ambobus Heinrici dicti*; Dom. *Vnarchus de Waldenberch*, Dom. *Heinricus de Koldize*, Dom. *Volradus de Koldiz*, Dom. *Job. de Serico*, Dom. *Job. de Erthmarsdorf*, & alii quam plures fide digni. Datum, in *Aldenburc*, II Kal. Martii, Anno Dom. 1291, Indict. 3.

LXIII.

Altenburg, Magister generalis, & Romani Imperii Princeps. Neque mirum esse potest, quendam e Burggraviis Altenburgensibus ad istam dignitatem pervenisse; cum hi de Domo Teutonici Ordinis, quae fuit Altenburgi in terra Plisnensi, tam insigniter meriti fuissent.

*) Celebratur nomen Domini *Thimonis de Lissue* in multis documentis, e quibus attulimus literas, Num. XXVII, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI, XXXII, LVIII, LX, intra A. 1263 & 1275 datas; e quibus intelligimus, eum inter ministeriales Imperii numerari, & certa praedia redditusque ab Imperio habuisse, ex antiquo; nec minus tamen ab Altenburgensibus etiam Burggraviis quaedam feuda, in terra Altenburgensi sita, possidisse. Ex quo facile arguas, videri Majores Thimonis Altenburgo Leisnecium venisse, & hic magis opidi, quam castri, res & jura curasse, aut certe dignitatem Burggravius non ad Thimonem, ejusque posterum, transmisisse. Incertum adeo est, cujus hic Thimo fuerit filius; nisi quod conjiciam, eum descendisse ab avo *Theodorico de Lissue*, quem *Fridericus I*, Imperator, (Diplom. XX.) Anno 1180 *villicum suum* appellavit. Hujus autem Thimonis filius A. 1291, non solum in *Diplomate* XXXVI, sed & hoc LXII, nominatur *Theodoricus, dictus de Lissue*; cuius iam A. 1286, mentio fit in *Diplom.* XXVI & LXI. (mendum enim in *Diplom.* XXVI, corruptit numerum annorum) Idem *Theodoricus de Lissue*, cognominatus est *Kint*, in *Diplomate* LXV. Unde conjicio, *Heinricum*, Episcopum Martisburgensem, cui itidem cognomen *Kint* fuit, & qui ab A. 1300 ad A. 1323, Episcopatus praesedit, ejusdem fuisse profapae. Vid. *Dn. de Ludewig T. IV Reliqua Diplom. pag. 40.* Illius ipsius *Theodorici* uxor fuit *Euphemia de Franckenstein*, teste *Diplomate* LXV. E quibus literis praeterea cognoscimus, *Theodoricum*, uxore fortasse non ingratius dimissa, in monasterium se contulisse; quapropter & in quibusdam documentis Altenburgensibus *Frater Theodoricus de Lissue, Conversus*, vocatur. Horum vero Coniugum duo filii memorantur: *Heinricus*, & *Thimo*; *Diplom.* XXXVI, LXII, & LXV. *Heinricum*, *Kint* cognominatum, puto fuisse Episcopum Martisburgensem, de quo modo dixi. Alter *Theodorici* filius, aucto nomine *Thimo*, uxorem habuit *Odami de Dragura*, ut me docuit *Dominus L. B. de Gleichenstein*. Istum ergo *Thimonem*, avum & *Theodoricum*, filium, ac *Heinricum* & *Thimonem*, nepotes, a Burggraviis Leisnecensibus eodem avo florentibus distinctos fuisse, non obscura significant indicia. Primum enim illi nusquam Burggraviis, neque horum cognati, dicuntur, neque inter *Comites*, sed duntaxat *Milites* nobiles, eos tamen ministeriales Imperii, referuntur. Deinde, prout ad *Diploma* XXXV. ostendimus, illi prorsus aliis insignibus, quam Burggraviis, usi sunt. Quamquam scriptor Chartarum Altenburgensis num. 696 annotarit, ipsum etiam *Thimonem de Lissue*, ejusque filium, *Theodoricum*, diversis sigillis insignibusque usos esse. Quomodo autem ceteri, qui passim in antiquis literis occurrunt, *Conradi*, *Stephani*, *Gunsberi*, de *Lissue* dicti, atque itidem fere inter *Milites* scripti, cum his coniuncti fuerint, id quidem nos adhuc fugit.

LXIII.

Theodoricus & Henricus, filii Alberti, Burggravii Alenburghensis, consentiunt in eandem donationem Theodorici de Lyznik.

A. 1292. **T**heodoricus & Henricus dicti fratres, quondam felicitis memoriae Domini Alberti, Burchgravii in Aldenburgh, omnibus Christi fidelibus praesentes relecturis aeternam beatitudinem consequi cum salute. Quoniam secundum Prophetam diminutae sunt veritates a filiis hominum, & de die in diem imminuuntur. Ideo necesse est, ut, quod ab hominibus temporaliter agitur, & perenni ope desideratur, voce testium ac literarum vivacitate firmius roboretur. Noscant igitur nati natorum & ab iis nascendi, quod nos in Vigilia Beati Egidii in Claustro Buch venientes, septem manfos, scilicet tres in inferiori villa Lyddelow, & B. quatuor in Seluwize, quos Theodoricus, dictus de Liznik, a nostris progenitoribus in feudo habuit, & iusto venditionis titulo fratribus de Buch vendidit, qui iure successionis ad nos sunt devoluti, ipsis praedictis fratribus de Buch, receptis decem Marcis argenti usualis, in proprietatem perpetuam dedimus, cum agris cultis & incultis, pratis, pascuis, piscinis, Molendinis, ac omni utilitate in summo altari animo hilari offerendo, atque in die Sti Egidii cum saepe dictis fratribus de Buch ad Castrum Schellenberch, quod tunc ab illustri Principe, Marchione Misnensi Friderico, vallatum fuit, accedentes, iterato ad maiorem firmitatem & cautelam coram Nobili Viro, Domino Henrico, Advocato de Plawe, Judice Romanorum Regis in terra Plisnensi, & aliis nobilibus Ministerialibus ac feudalibus Imperii, eo quod in territorio Plisnensi praedicti septem Mansi in Lyddlow & in Seluwize siti sunt, cum omni iure atque utilitate, prout supra narravimus, in proprietatem perpetuam contulimus possidendos, ita, ut neque nos, neque nostri successores, nostri vel eorum iudices, saepe dictos fratres de Buch, in eorum proprietate praedictorum manforum septem habeamus aliquam potestatem vel facultatem de caetero aliquate-

Henricus de Plawe, Judex terrae Plisnensis, atque alii ministeriales & feudales Imperii.

nus molestandi. Et ne alicui super hac proprietatis collatione aliqua ambiguitas possit oriri, praesentes conscriptas nostro Sigillo, ac nobilium virorum sigillis decimus roboratas, videlicet nobilis Viri, Domini Henrici, Advocati de Plawe Judicis Romanorum Regis in terra Plisnensi, Domini ALBERONIS, Burchgravii de Lyznik *) Domini Unarch de Waldenberch, Domini Henrici de Kolditz, Dominorum de Kolditz, quorum Breitenhayn est, Uulradi & Borsonis, & alii testes: Dominus Henricus de Trebecin, Dominus Johannes de Syden, Dominus Henricus de Königshrovel, Dominus Wernberus de Ertmarisdorf, Milites, & alii quamplures fide digni. Actum & Datum in Buch; & ante Castrum Schellenberch, Anno 1292, Indictione 5, in Vigilia & in die Sti Egidii Abbatis.

Albero, Burchgravius de Lyznik.

LXV.

Theodoricus de Liznic, & Euphemia, uxor, &c.

Noverint praesentes & posterius, quod nos A. 1292. THEODORICVS, dictus de LIZNIC, pro remedio animae nostrae, nec non Conthoralis nostrae, EVFEMIAE, & pro salute Genitorum nostrorum, omne jus proprietatis & domini duorum jugerum agrorum & dimidii, sitorum in via, qua itur in Zessich (Sceldiz) quae excolit Nicolaus Curbach, Civis in Altenburg, Ecclesiae S. Mariae extra muros in Aldenburg, donavimus. &c. Datum, d. 6. post Petri & Pauli, A. 1292.

LXVI.

Henricus, Comes de Nassau, restatur, & probat, Euphemiam de Franckenstein, uxorem antehac Theodorici de Liznic, cum filiis, Henrico & Thimone, certis bonis Canobio Buchensi assignatis renunciasse.

NOS HEINRICVS, Dei gratia Comes de A. 1297. NASSHOWE, Judex per Marchiam Misnensem, nec non per terram Plisnensem Generalis a Sereniff. Domino ADOLPHO, Rom. Rege constitutus, **) notum facimus universis hanc paginam inspecturis, publice pro-

*) Scriptor collectorque Chartarii Altenburghensis, num. 96, annotavit, Alberonem, Burggravium de Lyznik Anno 1292, alio sigillo usum esse, quam ille eiusdem nominis, qui A. 1291. Diplomati XXXVI subscripsit, & cuius sigillum supra proposuimus. Quod sita sit, credibile est, posteriorem prioris esse filium.

**) Ex hoc singulari documento intelligimus, tunc & terram Misnensem aliquantisper in Adolpho, Regis Romanorum, potestate immediata fuisse. Scilicet, quod in Annalibus Perero-Cellenfis, T. II. Meucken. Script. rer. Misn. pag. 54, & alibi, legimus, Albertum, Landgravium, audiens victoriam filiorum suorum, gravi pernotus indignatione, Marchiam Misnensem, cum omni Orientali plaga, terraque Misnensi, omnibus modis studuit a filiis alienare. Hinc Adolpho Nassoviensi, super Regi Romanorum electo, Marchiam ipsam, cum omnibus terris iuribusque annexis, vendidit, Regemque ad possessionem vendicandam magno cum exercitu adduxit. Unde & in Chronico Perero-Cellenfis minore, ad annum 1296 hos versiculos legimus.

Terram Misnensem tibi, Rex, ADOLPHO, per eusem.

Subdit, sex denis ex arce ubique jugulatis.

Cum adeo Rex Adolphus, quod idem Annal. Per. Cell. p. 410, tradunt, patruo suo terram Misnensem & Orientalem commisisset, hunc Henricum non tantum per terram Plisnensem, quae iam antehac ad Imperium & aegros pertinuerat, quamvis deinde dotalitii causa Marchionibus Misniae pignori opposita, sed etiam per Marchiam Misnensem, constituit Judicem Generalem. Alioquin in antiquis documentis plures inveniuntur, Judices Generalis Terrae Plisnensis, modo & ordinarie ab Imperatoribus; modo, interregni & belli tempore, aliquando a Marchionibus Misniae, istiusmodi muneris praefecti. Neque enim ea dignitas fuit hereditaria, sed ab aliis ad alios transmissa, & interdum pluribus simul personis delata. Nos e Chartario Altenburghensi, aliisque documentis, sequentium nomina annotavimus. Anno 1172, Judex terrae Plisnensis fuit Hugo de Warta. Vid. Diploma LIII & LIII, in hac Manissa. A. 1210, Henricus de Kolditz. A. 1223, Engelhardus, Nuenburghensis Episcopus, & Henricus de Crimazowe; simul erant, Judices in terra Plisnensi a Romanorum Imperatore. Glorioso FRIDE-

Recensentur Judices Generales Terrae Plisnensis.

protestantes, quod nobilis Matrona, Domina **EVFEMIA** de **VRANKENSTEYN**, existens ante suam solemnem divortii celebrationem Collateralis (f. contoralis) **FRATRIS THEODORICI DE LIZNIC**, cognominate **KINT**, ipsa cum duobus filiis suis, *Heinrico & Thymone*, coram nobis omnibus renunciavit bonis, que predictus fr. **THEODORICUS** Ecclesie seu Cœnobio fratrum Cisterciensis

ordinis in *Buch* assignavit, sive contulit, donationis, vel emtionis titulo, aut aliis etiam honoribus, pura monialibus religionis penitentium sancte Marie Magdalene in Altenburc, *Johanni Cousmanno, Heinricho*, suo patruo, similiter dicto *Cousmanno, Heinricho Schildero, Symoni*, Civibus in Altenburc, vel aliis quibuscunque, atque eadem bona omnia in nostra presentia palam omnibus, nunquam ab aliquo

RICO II ordinati, Anno 1244, *Guntherus de Crimscowe* dicitur Generalis Judex terre *Plisnensis a Glorioso Romanorum Rege, Friderico II, constitutus*. Vid. *Gorha Diplomata*. P. V, pag. 196. A. 1248: *Volradus de Col-diz*. A. 1274, *Warcus de Waltenburc*. A. 1275, *Albertus, Burggravius de Altenburc, Judex Generalis in terra Plisnensi a Domino ALBERTO, Thuringorum Landgraviis, & Saxonum Comite Palatino, terraque Plisnensis Domino, constitutus*. Postquam nempe *Alberto* huic, Landgravio, *Margaretha, Friderici II, Imperatoris*, filia nupsit, Imperator ei dotis nomine decem mille libras argenti promiserat, & tantisper, dum pecunia numeraretur, tractum, Plisnam inter & Altelrum situm, hypothecæ loco tradidit. Hinc iam pater *Alberti, Heinrichus*, Misnensis & Orientalis Marchio, & Thuringorum Landgravius, & Saxonie Comes Palatinus, etiam dominium terre Plisnensis sibi vindicavit. Id quod patet ex eius literis, Præposito Montis S. M. in Altenburc A. 1256 datis: in *Gorha Diplomata*, P. V, pag. 198, & V. C. Hornii *Historia Henrici illustris*, pag. 260. & 306. Quarum literarum datarum tempus non est sollicitandum, cum ita etiam in *chartario Altenburgensi* exprimitur, & cum in his non agatur de tempore sponsaliorum, aut nuptiarum. Multo ergo magis *Albertus, Margaretha*, maritus, idem ius sibi vindicatum ivit, quamvis ipse titulo *Domini terre Plisnensis* in Diplomatis raro usus. Imo, *Albertus* ille, *Burggravius de Altenburc*, Anno 1279, se *terre Plisnensis* Generalem Judicem **HEINRICI** Junioris Marchionis, *sive terre cognominati*, auctoritate constitutum professus est. In privilegio enim *Monasterii Altenburgensis* in Monte ait: *Cum in terra Plisnensi illustris Principis, Domini & Comparris nostri, Heinrichi Thuringorum Junioris Landgraviis & Saxonie Comitis Palatini, & Terræ Plisnensis Domini, Wencgerannus, & ratione iudicii onus suum nostris imposuerit hujeris*. &c. A. 1282, *Henricus Senior, Aduocatus de PLAWEN, TERRÆ Plisnensis Judex*, in iudicio *Altenburgensi*, ex parte gloriosissimi Regis Romanorum, **RYDOLPHI**, præfedit. Vid. *Beckler*, in *Steinmate Rurhenico*, pag. 39. Sed & A. 1291 & 1292, *Henricus Aduocatus de Plawe*, (in *Diplom. XXXVI & LXIV huius Mantisissæ*) dicitur *Judex Romanorum Regis & Imperii in terra Plisnensi*. A. 1297, *Henricus, Comes de Nassau*, ab **ADOLPHO**, Rege Romanorum institutus, cuius est hoc ipsum *Diploma LXVI*. Anno 1300, *Fridericus de Schonenburc* dicitur *Judex Provincie Plisnensis, ab illustrissimo Rege Bohemie constitutus*. Hic erat **WENCESLAUS II**, Rex Bohemie, cui **ADOLPHVS**, Rex Romanorum, Anno 1297, terram Plisnensem, videlicet castrum & opidam *Altenburc, Kemnitz, Zwickau*, & totam terram *Plisnensem*, cum omnibus vassallis, bonis, & juribus, eoque modo, quod ad Regem Romanorum spectaret, hypothecæ loco tradiderat; prout *Adolpho* literæ testantur, in *Dn. Ludewigii T. I. Reliqu. Diplom.* pag. 434. *Schonenburgii* vero *Judicis Generalis* etiam A. 1301 & 1306 fit mentio. Anno eodem 1306 & 1307, commemoratur *Albertus de Hohnlo (Hohlenlo) Judex provincialis terre ab inclito Domino ALBERTO, Romanorum Rege, præfatus*. A. 1316, **LYDOVICVS IV**, Imperator, hoc munus detulit *Henrico Seniori & Henrico Juniori de Plauen, & Henrico de Gera, Aduocatis*. Visum est *Diploma Cæsaris* integrum huc transferre: **LYDOVICVS, Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Nobilibus suis, Henrico Seniori & Henrico Juniori, de Plauen, & Henrico de Gera, Aduocatis, fidelibus suis dilectis, gratiam suam & omne bonum. Effrenata cupiditate, que est pacis emula, & mater litium, oppido faciente natura novas semper deproperans edere formas, litigia cotidie invenire donatur, us, nisi iusticia conatus ejus reprimeretur, pax & quies subditorum, quam semper affectamus, extra mundi terminos exularet. Ideoque jura & executores eorundem provide statuimus, quod appetitus noxius sub iuris regulis limitetur. Quapropter prehabita deliberatione provida & matura, Vos, & quemlibet vestrum in solutum, in quos actum vestrorum strenuitas & experientia, efficaciter magistris, quibus erga Nos & Imperium hactenus mirifice claruistis, vestre Serenitatis actam aciem declinare, civitatibus nostris & Imperii, videlicet *Zwickowe, Altenburg, & Kemnitz*, nec non toti *Terræ Plisnensi, Judicis ac Juris executione* longo tempore viduaris, in IV. DICES. PROVINCIALES duximus statuendas: terram habentem confidentiam, quod per vestram pervigilem providentiam dictis Civitatibus, & earum incolis subhibere sit provisum. Mandamus igitur predictis Civitatibus, earum incolis ac toti *Terræ Plisnensi, ut vobis, & cuilibet vestrum in solidum, in omnibus & singulis, prout tenentur, obediant humiliter, & intendant. Recognoscimus in super per presentes quod indempnitatis vestre, provide cupientes, super omni dampno, quod nos pro conquirendis rebus nobis & Imperio, vel aliis in Servitiis nostris, vos incurere contingit, indempnes peritus voluntas conservare: Datum vobis has litteras nostre Majestatis sigillo munitas, in testimonium præmissorum. Datum in Castris ante Warsperch, Sexto Idus April. Anno Domini M. CCC. XVI. Regni vero nostri Anno secundo.* Tandem sub hoc ipso Imperatore, *Ludovico Bavarico*, postquam in filiam suam, *Mechildem, Friderico Severo, Landgravio Thuringie & Marchioni Misnie*, nuptium collocaverat, ista terra *Plisnensis*, cum aliis quibusdam locis abrogatis *Judicibus imperialibus*, in pleniorum potestatem *Marchionum Misnie* iusto titulo pervenit; cuius rei hoc documentum satis luculentum proferre libet: *Wir Ludewig, von Gottes Gnaden Römischer Kaysar, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, enbieten den weisen Leuten, dem Rîch und Gegemeine, den Burgern zu Zwickau, unsern lieben Gerreuen, unsre Hulde und alles Gutes. Demnach wir unsern lieben Fürsten, und Eydam, Friedrich, Landgrafen in Thüringen, und Margrafen zu Meissen, euch und eure Stadt, und das Land zu Pleisen, mit alle dem, das darzu gehoret, versetzt haben, umb und für 13000 Marck lobbiges Silbers, um seinen Dienst, den er uns und dem Reich gethan hat, und um den Schaden, den er in selben Dienst genommen hat, als die Briefe sagen, die wir ihm hieruder gegeben haben. Als wollen und gebrethen wir euch festiglich und ernstlich, mit diesem Brief, daß ihr ihm und seinen Erben schwehret, und bündiget ohne allen Verzug und Wiederrede, bis so lange wir, oder unsre Nachkommen, von dem Reich, euch und eure Stadt, und das Land, von ihm, oder seinen Erben, umb 13000 Marck Silbers wieder lösen. Der Brief ist gegeben zu Nurnberg, den Montag, war St. Georgii Tag, da man zehlet nach Christi Geburt 1306, unsers Reichs im 12 Jahr.* Postem plura de *Terræ Plisnensi*, eiusque *Archidiaconis*, & senioribus militibus, variisque fati afferre, nisi ea commodiori fortasse occasione reponenda videantur. Unum id iam addimus, bene describi sine *terre Plisnensis a Sagittario, in corollario Historie Escardi II* adjecto. *Osterlandiu*, inquit, partem fuisse opinor *terram Plisnensem*, inter *Plisnam & Elystrum* fluvium sitam; que tamen in multis *Diplomatibus* ab *Osterlandia* distinguitur. Ut adeo fallantur, qui *Osterlandia* in *terramque Plisnensem* per omnia putent conveire.**

quo puerorum, consanguineorum vel affinium suorum, repetenda, omnino & voluntarie resignavit. Ne igitur aliquis antiquitatis scrupulus super huiusmodi tractatu futuris secundum temporis processum, & secundum locum distantibus, oriatur, presertim literarum istius abrenunciationis resignationisque ferriam continentem in veridice signum recognitionis nostri sigilli Karactere roborari fecimus, idoneis testibus his subscriptis. Fr. A. *Heinrico dicto de Hocheym, ordinis domus Theuthonice, Domino Heinrico de Kolditz, Domino Tymone de Korun, Domino Heinrico de Hunsberg, Domino Cunrado dicto de Sarowe, Domino Karl dicto Knut, Domino Eberhardo dicto Pipper, militibus, Johanne de Bostenstein, Thimone de Colditz, militaribus, & aliis quam pluribus fide dignis.* Acta sunt hec *Altenburg*, Anno incarnationis Dom. 1297. XI. Kal. Jun. in Vigilia Ascensionis Domini.

LXVII.

Otto, Burggravius de Lyznik, & Dominus in Rochsburg, Canonicis in Altenburg donat jus patronatus Ecclesie in Luben.

A. 1337. **N**OS OTTO, Dei gratia Burggravius de LYZNICK & Dominus in Rochsburg, norum, facimus universis presentes litteras inspecturis, quod cum consensu & consilio fratrum ALBERTI & HENRICI DE LYZNICK ob reverentiam Mariæ matris Jesu & nobilium virorum, ALBERTI, quondam Burggravi de Altenburg socii, & ALBERTI quondam Burggravi DE LYZNICK, PARENTIS (*) ac omnium progenitorum salutem, & ob singulare desiderium erga Canonicos regulares in Altenburg, eorum Monasterio donavimus & appropriavimus **JUS PATRONATUS** superioris ecclesie in Luben, cum annexione viginti & octo solidorum latorum in dicta villa, nec non quinque solidorum Altenburgensium Denariorum, quos *Conradus de Nobditz* in uno Manso in pago *Bodebrick* sito, dicto Burgravio, tanquam Domino Feo-

di, resignavimus; in cujus recompenationem vineæ usus fructus in dicta Villa quæ *Binober* vocatur, & in *Lobede* sita, oppignoravit cum nostra indulgentia. Datum *Penick*, Anno **MCCCXXXVII.** idus Octobr. die beati Urbani.

LXVIII.

Otto, Burggravius in Lysnik, & Dominus in Rochsburg, largitur Ecclesie Altenburgens. B. M. certos census, & jus Patronatus Eccles. Gravenheimensis.

IN nomine Domini Amen. Ne ea, quæ perpetuis debent fulgere titulis, & divino cultui deputantur, ullam oblivionis caliginem propter labilem hominum memoriam & fluxum temporis patiantur, cautum est & utile, eadem in scriptis authenticis redigi, & scripturæ ministerio firmiter perennari: Hinc est, quod nos **OTTO**, Dei gratia, Burggravius in LISNIK, Dominus in Rochsburg, recognoscimus ad omnium Christi fidelium, tam presentium, quam futurorum notitiam, in perpetuum iussimus pervenire. Quod dilecti nostri, *Henrici de Brunstorf, Johannes, Wolframus & Henricus*, filii *Henrici* jam dicti, in nostra provincia constituti, (*) mansum cum medio situm in campis villa *superioris Gravenbain* solventem annis singulis triginta & octo grossos latos, sexagena ovorum, & quatuor Hallenses, nomine census, cui etiam *Jus patronatus Ecclesie* in dicta villa est annexum, quem prædicti, *Henricus*, & sui filii, a nobis in feudum tenuerunt, iusto emtionis titulo interveniente, nobis libere & voluntarie resignarunt. Et nos, maturis deliberatione & consilio præhabitis, dictum mansum cum medio, & jus patronatus dictæ Ecclesie in *Superiori Gravenbain*, eidem annexum, cum omnibus juribus, fructibus & pertinentiis suis, ad honorem Omnipotentis Dei & gloriosæ Virginis ac nostræ animæ & progenitorum nostrorum salutem, monasterio Canonicorum Regularium in monte *Altenburg* donamus, appropriamus, & presentibus in proprium damus, nihil juris nobis, seu nostræ

(*) Hæ breves literæ luculenter illustrant particulam Genealogiæ Leisnicensis. Vnde corrigendus error in Tabula Henningesii, utpote qui *Ottonis* hujus Patrem non *Albertum*, sed *Alberonem*, designat; nisi forte hæc nomina inter se permissæcantur; deinde eidem Ottoni nullos fratres adscribit, cum in hoc documento, *Albertus*, & *Henricus*, de *Lyznik*, nominentur. Gravius habuit *Albinus* noster, qui *Ottonis* hujus Patrem, (pag. 57. vet. edit.) filio cognominem dicit *Ottonem*; fratres vero recenset *Alberonem* III & *Georgium*. Vxorem autem *Ottonis* fuisse *Elizabetham*, filiam *Alberti*, Burggravi *Altenburgensis*, ad *Albinum Nota* (70) probavimus. Fragmentum literarum, quibus hæc *Elizabetha* confirmavit istam Mariti sui, *Ottonis*, donationem, propterea, quod Ecclesia Parochialis *Luben* ad suum dotalitium pertinuerat, descripsit auctor *Chartarii Altenburgensis*, num. 123: Nos *ELIZABETH*, *Præfessis de Rochsburg*, in remedium & salutem animæ nostræ, dulcisque Patris nostri, *ALBERTI*, Burggravi quondam de *Altenburg*. &c. Telles, harum literarum *Elizabetha* nominavit, *Albertum*, & *Henricum*, fratres de *Lysnik*, sororios suos, (fratres Mariti) &c. Hinc autem simul animadvertimus, hæc *Elizabetham* *Altenburgensem* dotis nomine primum Burggraviortum *Leisnicensium* Genti intulisse *Rochsburgum*, & forte *Penigium*; neque quisquam illorum, Burggraviortum ante *Ottonem*, maritum *Elizabethæ*, titulo *Dominus in Rochsburg* usus est. Denique, *Nota* (72) ad *Albinum* jam docuimus, *Ottonis* & *Elizabethæ* filium fuisse *Albertum*. Filiam vero, cujus nomen hanc exploratum habemus, nuptam fuisse *Henrico*, *Advocato de Planen*, colligimus ex *Diplomate* Germanico **LXXII**, in quo ille A. 1355 *Ottonem* Burggraviortum de *Lisnik*, vocat *socerum suum*.

(*) Satis inappropriè hic Burggravius in aliquot literis districum prædiorum opidorumque suorum hinc inde conquistorum & diversè distitorum, vocat *provinciam*. In terra enim *Plisicensi*, & partim *Osterlandia*, præter *Judicem Generalem*, qui Imperatoris auctoritate jus dicebat, erant & alii quidam *ministeriales imperii*, & ipsi *Marchiones* opida sua & prædia possidebant. Ceteroquin *Ottoni* huic non exiguas opes Vasallosque fuisse, ex antiquis documentis facile coustat; ac credibile est, tunc fere intereunte familia Burggraviortum *Altenburgensium*, ei non exignam accessione factam esse per uxorem propaginis *Altenburgensis*.

nostræ posteritati, reservantes aliquantulum in eodem. In cuius rei testimonium &c. Datum & actum in *Penik*, Anno 1345, feria secunda, post Egidii.

LXVIII.

Otto, *Burggravius de Lysnik*, & Dominus in *Rochsberg*; *Ecclesiæ Altenb. B. M. concedit certum mansum vasalli castrensisque sui de Koufungen.*

A. 1347. **I**n nomine Domini Amen. Sagax humanæ naturæ discretio, memoriæ hominum labilitate pensata, ne diurnitate temporum ea, quæ inter contrahentes aguntur, oblivionis defectui subjacerent, scripturarum ministerium adinvenit, per quod facta hominum conscribuntur; & scripturæ ministerio postmodum longum servantur in ævum. Hinc est, quod nos OTTO, *Dei gratia, Burggravius in Lyznick, Dominus in Rochsberg*, omnibus Christi fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, in perpetuum volumus esse notum: Quod dilectus noster, *Theodericus de Koufungen*, Castrensis in *Waldinberg*, in nostra provincia constitutus, unum mansum, situm in campis villæ inferioris *Steynbach*, solventem unam sexagenam annui census, quem a nobis in feudum tenuit, & *Heinricus von der Hogbe* actu excolit, ad manus nostras libere resignavit, & nos ad honorem omnipotentis Dei, ejusque matris gloriosæ, Virginis Mariæ, & petitionem *Theoderici* prædicti, dictum mansum cum omnibus juribus, fructibus & utilitatibus suis, de consensu & voluntate omnium hæredum nostrorum appropriavimus & in proprium dedimus, nihil juris nobis & nostris hæredibus in hujusmodi manso penitus reservantes. In cuius rei testimonium &c. Datum Anno 1347. post Domin. Oculi mei &c.

LXX.

Heinricus, *Episcopus Mersburgensis*, consentit Ottoni, *Burggravio de Lysnik*, Domino castri in *Rochsberg*, jus patronatus *Ecclesiæ Langen Lubenensis* transferenti ad *Canonicos Altenburgenses.*

A. 1349. **I**n nomine Domini Amen. HENRICUS, *Dei gratia Episcopus Ecclesiæ Mersburgensis*, universis & singulis præsens scriptum in-tuentibus, tam præsentibus, quam futuris, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum pontificalis officii nostri intersit, subditorum nostrorum supplicationibus justis pium præbere consensum, maxime in his, quæ ad Dei laudem pertinent & suffragium animarum. Hinc est, quod nobilis vir, Dominus OTTO, *Burggravius de Lysnik Dominus Castri in Rochsberg*, Dei intuitu, pro salute animæ suæ, progenitorum suorum, ac spe æternæ retributionis, *Jus Patronatus Ecclesiæ Parochialis in Superiore Luben*, nostræ dioceseos, Monasterio *Canonicorum Regularium prope Altenburg, Nuenbergensis*; dioceseos tradidit libere & donavit, petens una cum Præposito & conventu prædicti monasterii humiliter & devote, ut eam ipsam Ecclesiam præfato mona-

sterio propter defectus multiplices, videlicet, tum propter multitudinem exactionum, tum propter desolationem monachorum, tum propter debilitatem oblationum, ac alia genera vexationum multiplicia secularium Dominorum, a Deo, quod Domini dicti monasterii victum & vestitum honeste habere quodammodo non valebunt, appropriare, incorporare & donare dignemur, ut suos defectus possint aliquantulum reformare, & Domino in divinis officiis diligentius deservire. Nos vero præmissis certa meditatione pensatis, intelleximus, supra scriptos defectus pro dolor fore veros, preces eorum justas & exaudibiles reputantes, sæpe dictam Ecclesiam parochialem in *Langenluben*, ut ferventius Deo famulari valeant, cum omnibus suis juribus, pertinentiis, fructibus, proventibus & utilitatibus, Episcopalibusque juribus, quæ per plebanos ab olim de dicta Ecclesia fieri consueverunt, duntaxat exceptis, præfato Monasterio tenore præsentium, integraliter, auctoritate ordinaria, consentientibus honorabilibus viris, Dominis, *Heinrico Præposito, Engelbrecht, Decano*, totoque Capitulo *Ecclesiæ Mersburgensis*, incorporamus, appropriamus & donamus: Ita, quod Præpositus, qui pro tempore fuerit, de ipsa Ecclesia disponere & ordinare poterit, prout utilitas monasterii suadebit, dummodo cultus divinus nullatenus minuat. Et ad eandem Ecclesiam personam idoneam de suo monasterio vel aliunde præsentet, quam *Archiepiscopus* sine contradictione & ulla exactione instituet, & eandem revocare, & item aliam subrogare, quin & quoties sibi videbitur expedire, eo excepto, quod Dominus *Gerhardus* nunc ibidem plebanus, eandem Ecclesiam, quamdiu vixerit, pacifice habeat, qui pro incorporatione hujus modi fideliter laboravit. *Archiepiscopo* etiam plebanus, qui pro tempore fuerit, decem grossos latos, seu cæstimationem eorundem, pro Synodalibus consuetis, in festo B. Michaelis solvat annuatim. In cuius rei testimonium præsentis literas sigilli nostri munimine jussimus roborari. Et nos *Dei gratia, Heinricus, Præpositus, Engelb. Decanus*, totumque Capitulum *Ecclesiæ Mersburgensis*, ut consensus noster supra dictis accessisse videatur, sigillum nostrum præsentibus duximus appendendum. Datum & actum *Mersburgi*, Ao. D. 1349. in die inventionis S. Stephani, præsentibus, Domino *Johanne de Einbecke*, notario nostro, Domino *Nicolao, Plebano in Lom*, & *Nicolao dicto de Peres*, & pluribus alijs fide dignis.

LXXI.

Idem Otto, *Burggravius de Lyznick*, consensum præbet *Braunsdorffis, Vasallis suis*, ut certos census villa *Grevenhayn Canonicis Altenburgensibus* conferant.

In nomine Domini Amen. Nos OTTO, A. 1351. *Dei gratia Burggravius de Lyznick & Dominus in Rochsberg*, recognoscimus & ad omnium

um Christi fidelium notitiam in perpetuum volumus pervenire. Quod strenui famuli, *Wolframus & Henricus*, fratres dicti de *Brunstorf*, nomine ipsorum, ac *Johannis*, fratris eorum Senioris, cujus auctoritatem se habere asseruerunt, bona sita in villa & Campis Villæ Superioris *Grevenhayn*, quos actu excolunt Gerbote Rolke, Nicolaus Wegener, & Conradus Karte, partim ad *Castellanatum in Gnauenshayn* spectantia, & partim non, de quibus Gerbote prædictus census nomine solvit annis singulis in die S. Walpurghe mediam Sexagenariam latorum grossorum & tres Hallenses & in festo S. Michaelis totidem cum duobus & dimidio *Globin* lini: Nicol. Wegener, in die S. Walpurgæ decem grossos & septem Hallenses, & in die S. Michaelis totidem, additis duobus pillis, & uno *Globin* lini: ac Conrad Karte in die S. Michaelis decem grossos latorum: Sicut iidem fratres ea a nobis in feudum tenuerunt, ita eadem ad manus nostras libere ac voluntarie resignarunt, justis tamen emtionis, ex parte honorabilis viri, Domini *Henrici* Præpositi Canonorum Regularium Monasterii S. M. V. in Monte Aldinburg, ac venditionis, ex parte dictorum fratrum, intervenientibus titulis. Quæ & nos ad honorem omnipotentis Dei, ac gloriose V. ac matris S. Mariæ, maxime pro salute propria ac progenitorum, ac successorum nostrorum, de consensu heredum nostrorum, præfato Domino *Henrico* Præposito, & per eum ad *Altare*, quod in monasterio prædicto in honore *S. Katharinæ Virginis* dedicatum est, ut missa continuata perpetuis temporis juxta ordinationem Præpositi, qui pro tempore ibidem fuerit, habeatur, appropriamus & in proprium damus, cum omnibus juribus, utilitatibus & pertinentiis suis, quibus dicta bona ad nos, successores nostros, seu etiam prædictos fratres de *Brunstorf* dignoscebantur pertinere, nihil juris nobis, seu nostris coheredibus, in prædictis bonis, præter *protectionis dominium* reservantes. &c. Datum & actum *Penik*, A. Dom. 1351, feria tertia post Communes. Et idem Gerbote dabit quinque pullos in die S. Michaelis, & hanc additionem his in fine etiam approbamus.

LXXII.

Ejusdem Ottonis; *Burggravi de Lyznik*, alio concessio *Braunsdorffius* dora.

B 25) Anno 1368 *Brief, darinnen Heinrich Abr, und die Sammlung der Gemeine des Closters zu Kempniz, Burggraf ALBRECHTEN von Lysnig, und dessen Erben, angeloben, alle Seelen-Geräthe, die seine Eltern, sein Vatter und seine Mütter, Burggraf OTTO von LYSNIG, und Frau ELISABETH, dessen eheliche Wirthin, mit ihnen gemacht, stete und ganz zu halten.*

C 26) Anno 1371 *Literæ, quibus HEINRICUS, Burggravius de LYZNYK, donat Wythgoni, Abbati Monasterii Cellæ S. Mariæ, Uillam dictam Myra.*

27) Anno 1373, *Brief, darinnen Herr ALBRECHT, der älteste Burggraf von Lyfenig und Herr zu Morschin mit seiner Hausfrauen, MARGARETHEN und seines Sohnes, Albrechts, Einwilligung, denen Closter-Frauen zu Rysamas Caspar von Cyabiltiz von ihm zu Lehn gehabt hat, übergiebt.*

28) Anno 1394, *Sophia Burggräfin von LEISNICK verkauft Francisco Abten zur Zelle, das Gut zu Kohlauß &c. Wie es ihr Gemahl, Burggraf ALBRECHT von Leisnig gehabt hat.*

29) Anno 1470, *Kauf-Brief darinnen Herr Weinherr, Burggraf von Leisenick und Herr Dietrich Burggraf von Lisenick, dessen Vetter, jezunder Herren zu Wuzschin denen Closter-Frauen zu Mergenthal 15. Ungarische fl. seines Goldes verkaufen.*

Albertus, *Burggr.* de *Lysnig*, & *ejus filius, Albertus.*

Albertus, *Burggr.* de *Lysnig*, & *ejus parentes, Otto, Burggr. de Lysnig, & Elisabetha*

Henricus, *Burggr.* de *Lyznyk*.

Albertus Senior, *Burggr.* de *Lyfenig*, & *ejus uxor, Margaretha, ac filius, Albertus.*

Albertus, *Burggr.* de *Leisnig* & *ejus uxor, Sophia.*

Meinberus & Dietrich, *patruelles Burggavii de Leissenick.*

TABULA GENEALOGICA I.

STEMMA

VIPERTI Comitis Groizensis, & Marchionis Lusaticae, &c. (Probationes huius Stemmatis, quas in *Notis* ad Petri Albini *Genealogiam Comitum Leisnacenſium* attulimus, per additos numeros () designamus.)

FRATRES.

Emelricus, Rex Teutoniac. N. (1)	Herlubo I, Brandenburgensis. n. (1)	Ditmarus, Verdimensis. n. (1)
Emelricus (6)	Vxor, <i>filia Regis de Norwega</i> , foite <i>Astritha</i> dicta, <i>filia Olani</i> , seu <i>Welfi</i> , Martyris, Regis Norwegaecae, Ao. 1020 defuncti. (7) Hi tres fratres <i>Harungi</i> cognominati sunt (6)	Vridelo. (6)
Otto, per bellum expulſus e <i>Dania</i> cuius fratribus, abiit in <i>Gractiam</i> (14)	Wolfus, Penetratorum Princeps. Et. (8) & (12) Vxor, <i>filia Regis Danorum</i> . (12)	Zuentibor. (8) & (9)
Vipertus II, Comes Groizensis, Dominus Leisnitici, Pegauis, &c. Praefectus Magdeburgensis, Marchio Lusaticae, & Misniae. † 1124	Heinricus, seu Erlingus. (6) & (7) Heulibo II, seu Erlingus. (6) & (7) Vxor, <i>filia Regis de Norwega</i> , foite <i>Astritha</i> dicta, <i>filia Olani</i> , seu <i>Welfi</i> , Martyris, Regis Norwegaecae, Ao. 1020 defuncti. (7) Hi tres fratres <i>Harungi</i> cognominati sunt (6)	Scambor, & eius fratres. (10)
Vxor I, Juditha, <i>filia Wratislavi, Regis Bohemiae</i> † 1109. (25)	Vipertus I, beres regionis <i>Balsamonum</i> . (14) & (16) Vxor, <i>Sigenna, filia Goswini, Comitis de Leige</i> . <i>vidua iuſſu</i> Friderico, Comiti de <i>Leingenfeld</i> . (de quo in sequenti Stemmate agemus.) (15) (17) & (20)	
II, Cunigunda, <i>filia Ottonis, Comitis Orlamundani</i> vidua Cunonis, Comitis <i>Beichlingensis</i> . (27)	Filia anon. f. <i>Ingardis</i> . (21) & (28) Maritus, <i>Heinricus de Leige</i> . (21) & (28)	Filia anonyma, (21) <i>quam Manilus & Henninges Gislam</i> vocant. Maritus, <i>Werricus, Comes de Veltheim</i> . (21) & (29)
Ex Juditha:	Goswinus, Comes, eiusus. (28)	Wenerus II de <i>Veltheim</i> . (29) & (30) Vxor, <i>Adelheidis, filia Ottonis, Comitis Balenſtadenſis, & vidua Henrici, Marchionis Stadenſis</i> , A. 1128 ducta, (30)
Vipertus III, <i>etiam</i> Wace: <i>slanus dictus, ante Patrem mortuus</i> . (26) (34) & (38)	Heinricus, ab Ao. 1124 <i>Burgravius Magdeburgensis</i> , & ab Ao. 1131 <i>Marchio Lusaticae</i> . Ao. 1135 sine herede mortuus. (26) (40) & (45)	Wenerus III de <i>Veltheim</i> <i>ocisſus</i> Ao. 1157. (30) Vxor, <i>Mathildis, filia Dedonis de Crozok</i> . (30)
Vxor, Cunigunda, <i>filia Cunonis Com. de Beichlingensis</i> , Ao. 1110 <i>domum ducta</i> . (35)	Vxor, <i>Bertha, filia Damiani, Comitis Glinbergensis</i> . (39)	
An <i>vidua iuſſerit</i> Thieſpoldo <i>Vohburgensis, Marchioni Bavaricae?</i> (36)	Mechtildis, (44) <i>Maritus</i> Rabodo, <i>Comes Abensbergensis, & vidua</i> <i>curtus Banbergenſis</i> . (44)	

TABULA GENEALOGICA II.

STEMMA LENGENFELDIANUM.

FRIDERICUS, Comes de *Lengenfeld*. a)
 Uxor, SIGENA, vidua *Viperti I*, Domini *Balsamiæ*,
 & filia *Germi*, Comitis de *Leige*. a) f)

Filia Anonyma, nupta RVTGERO, Co- miti de <i>Veltbeim</i> . a) g)	FRIDERICUS Comes de <i>Lengenfeld</i> ; qui in <i>Calendario Pegaviensi</i> , pag. 127, ad III Kal. <i>April</i> , dicitur: ERIDERICUS, Comes, fra- ter (uterinus) WICPERTI <i>Marchionis</i> . a)		
RUTGERUS, Ar- chi-Episcopus Mag- deburgensis. † 1125. a) g)	FRIDERICUS, Comes <i>Veltbemi</i> - <i>Lengenfeldensis</i> , a) HEILCA. b) c) e) Uxor OTTONIS IV Comit. Pa- latini de <i>Witrelspach</i> , † 1146. a) b) c) e)	Filia Anonyma, adscri- pta aliquando <i>Cænobio</i> <i>Vicemburgensi ad Un-</i> <i>strutum</i> , in Thu- ringia. h)	
OTTO V, Pa- latinus, de <i>Wit-</i> <i>telspach</i> , postea Dux <i>Bavariæ</i> † 1183. a) b) c) d)	FRIDERICUS Barbatus, funda- tor <i>Cænobii Lin-</i> <i>torfensis</i> . a) b) c) d)	CUNRADUS, Archi-Episco- pus <i>Moguntinus</i> , & <i>Salisburgen-</i> <i>sis</i> , & aliquando <i>Sabinensis</i> Epi- scopus. † 1200. Vid. Dn. Joannis <i>T. I. rerum Moguntin. pag.</i> <i>564. seqq.</i> b) c)	OTTO junior, VI, Palatinus de <i>Wittelsbach</i> . b) c) d)
OTTO VII, Palatinus de <i>Wit-</i> <i>telsbach</i> , qui <i>Philippum</i> , Im- per. occidit. † 1209. b)			

PROBATIONES STEMMATIS
 LENGENFELDIANI.

a) Auctor *Vitæ Viperti Groicensis*, Cap. I, f. XI: Domina SIGENA, tanti viri (*Viperti I*, Domini *Balsamiæ*) contubernio viduata, tandem vix agre aliquanta consolatione recepta, Comiti FRIDERICO de LENGENFELD se sociari passa est, ex quo FILIUM ejusdem nominis suscepit; FILIAM quoque, quam RUGGERUS, Comes, ducens, RUGGERUM, Magdeburgensem postea Episcopum, & FRIDERICUM Comitem ex eadem habuit. Is quoque, vxore suscepta, FILIAM genuit, quæ OTHONI, Palatino de *Witilinsbach* nupsit, duosque filios edidit, scilicet OTTONEM, Palatinum, Patre defuncto, & FEDERICUM, Comitem.

Libellus de *Fundatione Cænobii Bigaugiensis*, pag. 119, edit. Hofm. WICPERTO mortuo imminure, superstite WICPERTO, filio parvulo, Domina SIGENA nupsit FRIDERICO, Comiti de LENGENFELD, ex quo filium FRIDERICUM suscepit; & FILIAM quoque, quam RUGGERUS, vel RUTGERUS Comes, ducens RUTGERUM, Magdeburgensem postea Archi-Episcopum, & FRIDERICUM Comitem procreavit. Sed FRIDERICVS genuit FILIAM, quæ nupsit OTTONI, Palatino de *Witilinsbach*; genuit-

que OTTONEM, Palatinum patre defuncto, & FRIDERICVM Comitem.
 b) Conradus Philosophus, in *Chronico Schirensi*, pag 16, ex edit. Dn. Joannis: Inter hos (Schyrenses Principes,) Comes Eckardus filium egregie strenuitatis, OTHONEM (IV) qui & postea Palatinus Comes dictus est, habuit. Hic OTHO cujusdam nobilissimi (Friderici) de LENGINVELD filiam, HEILCAM nomine, duxit uxorem; per quam quatuor filios maxima liberalitatis & virtutis, ut adhuc multis patet, habuit. - Horum unus CHVNRADVS nomine, primo *Moguntinus* Episcopus, post *Salisburgen-sis*; postea vero - - Romæ aliquod temporis spatium cum *Alexandro* (Papa) moratus, ab ipso *Sabinensi* Episcopatu præficitur. Deinde - - in gratiam Imperatoris *Friderici* reversus, *Moguntina* Episcopatu ab ipso Imperatore laudabiliter præficitur; temporibus *Philippi* Regis obiit. - - Hujus frater OTHO, Palatinus Comes, quia tum temporibus armis & consilio magnus fuit, Ducatum *Bavariæ* laudabiliter meruit. - - Alii duo fratres, FRIDERICVS & OTHO (VI) quorum unus, videlicet FRIDERICVS, spiritualement vitam professus, in maxima quiete & abundantia vitam duxit. - - Alter vero OTHO, qui junior dicebatur, Palatinus Comes de *Witilinsbach*, optima strenuitatis

mitatis & virtutis, acceptus & cbarus Imperatori fuit. Idem de medio sublatus, FRIDERICUS apud Ensдорff, & OTHO Palatinus apud Undinstorff sepelitur. Hujus filius, Palatinus Comes, OTHO juvenis, pro dolor! Regem PHILIPPUM Babenbercb occidit. &c.

Narratio Altbabensis, de quorundam Ducum Bavariae Genealogia, apud Leibnitium, T. II. Script. rerum Brunsvic. pag. 21. Fuerunt item quatuor fratres, FRIDERICUS, dictus barbatus, sive Parrinck, fundator Cœnobii in Lintorff, & CHONRADUS, Archiepiscopus Moguntinus, & OTTO, Comes Palatinus Bavariae, dictus de Schiren, & OTTO, Comes Palatinus, dictus de Witelinspach; nati ex OTTONE, Comite Palatino Bavariae, & AGNE, uxore sua, quae filia fuit Ludovici Comitis de Lön. (In hoc errat auctor hujus narrationis, quod Agnerem istorum quatuor fratrum matrem dicit; cum hæc Agnes potius uxor fuerit OTTONIS V, Ducis Bavariae. Qua de re adire licet Dn. JOANNEM, ad Parcî Historiam Bavarico-Palatinam, pag. 62 & 67.

c) Aventinus, in Annalibus Schirensibus, ad A. 1079, pag. 201; OTHO III, nepos Hazigæ, Comes Palatinus de Witteleinspach, genuit ex HEILICA de LENGFELDT OTHONEM Palatinum, majorem natu, postea Ducem Bojorum, FRIDERICUM, OTHONEM juniorem, CONRADUM Episcopum Moguntinum & Salisburgensem. OTHO ille junior Palatinus de Witteleinspach genuit ex BENEDICTA de WERD OTHONEM ultimum, qui occidit Cæsarem PHILIPPUM; quamobrem & ipse interfectus est. Conf. idem, ad A. 1146, pag. 214.

d) E Codice Traditionem Sanct. Emmeramensium, apud Pezium, T. I. Thesaur. Anecdor. P. III. pag. 178: OTTO Palatinus senior (IV) de Witrelinspach, profitebatur, se habere omni anno de Ecclesia S. Emmer. caradani vini in loco Pfaffenstein. - - Monitu itaque & petitione FRIDERICI, filii ejus, qui mediocrinus fratrum suorum erat, & gladiatura se exuerat, & meliori vitæ se mancipaverat, fratres ejus, OTTO senior (V) & OTTO junior (VI) pro anima patris & matris eandem donationem vini in loco Ensдорff in manus Episcopi Chunonis resignaverunt. - - Facta sunt hæc anno Dom. incarn. MCLXXIX.

e) Vitus Arnpekius, Chron. Bajoriorum Libr. D V, cap. VI, pag. 238, in P. Pezii Thesauro Anecdor. OTTO, Palatinus de Witelspach - - HEILKAM, filiam cujusdam in Norica Baronis de LENGFELT in uxorem duxit, quæ educata fuerat bonis moribus, & devotis virtutibus instructa in superiori Monasterio in Ratispona. Hæc in terra sui patrimonii monasterium Ensдорff, Ord. S. Bened. fundavit, vel potius instauravit.

Gasp. Bruschius, in Chronologia Monasteriorum Germaniæ, pag. 670: OTHO IV, Comes Palatinus in Witteleinspach, ex Domina HEILI-

CA de LENGENFELD excepit OTHONEM, postea Bavariae Ducem; FRIDERICUM, OTHONEM, juniorem, Palatinum Wittelsbacensem, CHUNRADUM, Archiepiscopum Moguntinum & Salisburgensem. Wiguleus Hund, P. I. des bayerischen Stammen-Buchs pag. 135: OTTO der vierde Pfalz-Grav zu Wittelspach, stiftete zwey Clöster, auf dem Norkhaw, Ensдорff für die Benedicten, (dis Clöster hat er allein wieder verneuet und besetzt; Denn es war hievör längst von Herzog Thasilo gestiftet worden,) und in Ober Bayern an der Glan stiftete er Undenstorff, für die Augustiner; A. 1126. Sein Gemahl Frau HOLICA ein Grävin von Lengenfeld, des Geschlechts des Burggraven von Regenspurg. - - Er hatt bey Frau HOLICA vier Sün, und eine Tochter: Friedrich, Ort der Groß genant; Conrat, Ort der jünger, und Justitia. JUSTITIA wurd Grav Otten von Wolfrathshausen verheuratet; davon schreibet Aventinus, fol. 621. (Hundius Comites de Lengenfeld refert ad Burggravios, seu Advocatos Ratisponenses, Pogensis propaginis. Cui sententiæ favent ea, quæ legimus in Viti Arnpekhii Chron. Bajoriorum, Libr. IV, cap. XLVII, pag. 195, edit. Pez. Henricus, dux Bavariae, (Superbus dictus) in Bavaría habebat bellum contra quendam nobilem, FRIDERICUM, Ratisponensis Ecclesiæ Advocatum, cujus etiam castrum fortissimum, Falchenstein, obsidione cinxit. - - Post hæc, rediens in Bavariam, bella plurima peregit, videlicet contra Episcopum Ratisponensem, Henricum, patrum OTTONIS Comitis de WOLFRETHAUSEN, & contra suprädictum FRIDERICUM, Advocatum Ratisponensem, & dictum OTTONEM de Wolfrethausen. - - Cunque pugnam inire debuissent, OTTO Palatinus de WITELSPACH, considerans periculum utriusque partis, mediatorum se interposuit, & sive minis, sive promissionibus, sæpe dictum FRIDERICUM Advocatum, CONSOBRINUM suum, & OTTONEM Comitem (de Wolfertshausen) GENERUM suum, ad hoc induxit, ut in potestatem ducis se traderent, & castrum Wolfertshausen, quod milites Ducis dudum obsederant.) Chronographus Saxo ad A. 1142 annotavit eo tempore obiisse EILICAM Comitissam; quod fortasse de nostra Heilca intelligendum.

f) De SIGENA, filia Goswini, Comitis de Leige, & primæ Viperti I, deinde Friderici Comitis de Lengenfeld vidua, conf. nota (15) & (17) ad Albini Genealogiam.

g) De Rugero, marito filie Friderici, Comitis de Lengenfeld, itemque de illius filio cognomine, Rugero, Archiepiscopo Magdeburgensi, adire licet notam nostram (18) ad Albinum.

h) Auctor Kitæ Viperti Groizensis, cap. IX, §. VII. Eodem tempore (A. 1110) quædam prædices mariona, NEPTIS supra memorati FRIDERICI, Comitis de Lengenfeld, (secundi mariti Sigene) ad eundem locum (Cœnobium Vifenburgense Monialium) se cum propriis ad quindecim talenta consulit. Hæc cum ipsa facultate, tum collegarum suarum, imo nobilitatis libertate abutens, animum Domini Wigberti erga religionem sacram semper detentum graviter offendit.

TABVLA GENEALOGICA III.

STEMMA COMITVM STADENSIVM

Henricus Caluus, 2) qui habitavit Hersfeldiae. Vxor, Hildegarda, 3)

Henricus Bonus, Comes de Stade, confessor Caenobii Hirsfeldensis, floruit A. 969, 2) b) Vxor Juditha, foror Vidonis, Ducis Franconiae. b) c)

Henricus, o) d) f) + VI Non. Oct. A. 1016, c)

Vxor, Adelheidis, c) Vxor, Mechthildis, c) Sigefridus, obfcs pro Patre, A. 994 2) p) r) t) z)

Vido, oculus a piratis, A. 994, c) d)

Sigefridus, 2) c) d) A. 1017, comitatum Stadensem suscepit, f) g) dicitur & Marchio, f)

Camigunda, + 998, 3. Id. Julii. Vxor, Sigefridi, Comitis Waltheccensis; mater Dirmari, Episcopi Martisburgensis & Hildorici, plurimum que filiorum. i)

Hartui, f. Hedwigis, Abbatissa Helsingensis, quae A. 973 delata est, anno 12 aetatis. k)

Filia Anonyma, d) t)

Sigefridus, obfcs pro Patre, A. 994 2) p) r) t) z)

Endigerus f. Enderus & a plerisque Proditus, g) h) Vxor, Adelheidis, amica Rudolphi Suetii, Anti-Caefaris, g) i) i)

Irmingardis, Abbatissa Alvelesiensis, h)

Bertha, Abbatissa Alvelesiensis, h)

VDO, Senior, Comes de Stade, item de Merlene dictus; Marchio Saxonicus, fuc septentrionalis; g) n) o) Altor VIPERTI, Cumitis Groizensis. f) Obiit 4. Non. Maii, A. 1082. o) p) q) z)

Vxor ODA, uel Odonis, filia Hermannii, Comitis Westphalis, prinigina Ortonis de Nordheim. + A. IIII. o) p) q) t) z)

Henricus Longus, Marchio de Stade. + 1087. o) p) r) t) z)

Vxor, Enpraxia, sine Adelheidis, & Praxedis dicta: filia Regis Rufinae, postea vidua, duca Henrico III. Imper. r) u)

Vido, cognomento Endigerus, Marchio Brandenburgensis. Comitatum Stadensem Friderico dedit. Obiit 1107, d. 8. Id. Decembris. o) p) q) r) t) x) z)

Vxor, Irmingardis, foror Helprici, Comitis de Ploetze. Vidua nupit Gerwardo, Comiti Hensbergio. r) t)

Rudolphus, Marchio. Obiit A. 1124, d. 8. Id. Dec. o) p) q) r) t) x) y) z) A)

Vxor, Richardis, D) E) de Franconia; r) quam Annal. Saxo dicit filiam Hermannii, Com. Magd. y)

Sigefridus, Praepositus Magdeburg. o) p) Filia Anonyma, Abbatissa Alesleuensis. o)

Adelheidis, obiit A. 1110. o) p) z) Vxor 1) Friderici Comitis de Puteleudorph, + 1083. p) t) z) 2) Ludouici, Comitis Thuringiae, Sali cognominati + 1123. o) p) z)

Henricus, Marchio ab A. IIII. Obiit A. 1128, r) t) y) A)

Vxor Adelheidis, filia Ortonis, Comitis de Ballenfeld, deinde nupta Wernbero de Pelsheim. r) y)

Filia Anonyma, Vxor Heinrichi Lieburgensis, Marchionis Alfiniae; ejus mater fuit Gertrudis, mater Richerae Imperatricis. f) y)

Filia Anonyma, Vxor Popponis de Hennelberg, r)

Rudolphus, Comes de Striden occisus A. 1144. r) y) B) D) E)

Vxor Eljsberh, foror Ortonis March, Sariae. f)

Vido Comes de Franckelau, Obiit A. 1130. r) y) C)

Vxor foror Hermannii Com. de Winzenburg. r)

Hartwigus, Archiepiscopus Brementis, Obiit A. 1168. F. nunt filipem Vdonum. f) y) D) E)

Luitcaridis, Vxor 1) Friderici de Summerteburch, r) y) 2) Herici Lawm, Regis Danorum. r)

Filia Anonyma, Abbatissa Quedlinburgensis. f. r)

3) Hermannii, Comitis de Hildesheim, c)

PROBATIONES STEMMATIS
COMITVM STADENSIVM.

a) Albertus Stadenſis, in *Chron.* p. 272 & edit. *Schilker*: Tempore Imperatoris, *Henrici II.* (potius I.) *Henricus calvus*, qui mansit in castro *Hersevelde*, bonus & mansuetus, habuit uxorem *HILDEGARTAM*, quibus filius solus fuit superſtes, *HENRICVS*, *Canonicus in Hildesbem.* - Hic appellatus est *Bonus HENRICVS*, & genuit duos filios; *SIFRIDVM* *Comitem*, qui *Stadium* edificavit. &c.

Conf. *Wolterus in Chronico Bremenſi. T. II. A. Meibom. Scripſ. rer. Germ. pag. 51.*

b) *Annaliſta Saxo*, pag. 319 & 320 ad Annum 969: *Ibi (Magdeburgi) Comes HENRICVS de STADE tanta reſiſtentem ſuperbia deſolocapere Dux (Saxoniam, Herimannus) niſus non potuit; quia hunc militum magna caetera vallabat.* - Comes praefatus; quia *Caſaris*, (*Otonis I*) fuit *conſanguineus*, gratiam imperialem usque in exitum vitae ſuae fideliter obtinuit. *Habuit uxorem nomine JVDITHAM, ſororem VDONIS, Ducis*, qui postmodum in *Calabria sub Ottone Rufo cum multis occubuit.* - *Iſe conſtruxit Caſtrum in loco, qui Herſeveld dicitur, cujus fundamenta & valliſque hodie diſcerni poſſunt.* *Sepultus est cum conjugē ſua in Heſunge.* Conf. *Chronographus Saxo ad A. 972. pag. 185.*

Albertus Stadenſis, pag. 272: *Hic (Henricus Bonus) cum a ſuis a clericatu tractus eſſet, ut apoſtaſiam eleemoſinis redimeret, deſtructo caſtro Herſeveld, tempore Libentii ſenioris, Archiepiſcopi Bremenſis, & Bernardi, Ducis Saxoniam fecit ibidem conventum Clericorum.* &c.

Adam Bremenſis pag. 24, edit. *Fabric.* *Eodem tempore venerabilis Comes, HENRICVS, in Roſefeldam fecit praepoſituram, annuente Libentio, Archiepiſcopo, & Eccleſiam conſecrante.*

c) *Annaliſta Saxo ad A. 1056 pag. 488:* *Nam HENRICVS Calvus (ſic hunc appellat Annaliſta, quem Albertus Bonum cognominaverat) Comes de STATHEN, qui fuit temporibus primi OTTONIS, conſanguineus ejuſdem Imperatoris; uxorem habuit JVDITHAM (filiam Vdonis I. Ducis Franconiae, † 949) ſororem VDONIS (II) Ducis, qui apud Calabriam cum multis occubuit; haec peperit ei liberos, HENRICVM, VDONEM, SIGEFRIDVM.*

Ditmarus, Epicoſopus Martisburgenſis, in Chronico Martisburgenſi, (apud Leibnitium,) uti Libr. VI, pag. 386. avum ſuum paternum vocat LOTHARIVM, & aviam paternam, MECHTILDEN: ita avum maternum pag. 337, HENRICUM (Bonum, Comitem de Stade) & pag. 340, aviam maternam JVDITHAM, appellat. Pauſat, inquit, avia meimet, JVDITHA nomine, in Eccleſia, quam poſt de lapidibus filia ejus ſummopere conſtruxit, excedens ex hoc ſaeculo, VII. Calend. Novembr.

(Vdo ille, qui erat frater Uxoris *Henrici Boni*, *Comitis Stadenſis*, fuit *Dux Franconiae*, quem *Ditmarus, Libr. III, p. 346, vocat Matris ſuae Avunculum*; cujus mortem *Annaliſta Saxo* refert ad Annum 982. *Ejus Genealogiam exponit Dn. ab Eckard, in Hiſtor. Geneal. Landgrav. Thuring. pag. 318.*)

d) *Annaliſta Saxo*, ad A. 969, pag. 319: *HENRICVS, Comes de Stade, & JVDITHA genuerunt tres filios, ſcilicet HENRICUM, VDONEM, & SIGEFRIDUM, & TRES FILIAS, de quibus omnibus in ſuo loco dicitur.*

Ditmarus, Libr. IV. pag. 352: Interea Rex in Magdeburg. fuit, & cum hoc comperiret (Luiticos invadere urbem Brandenburc) quos ibi tunc habebat, celeriter comiſit, EKKibardum, Marchionem, & tres AVUNCULOS meos, HENRICUM, UDONEM, SIGEFRIDUM, cum Friderico, Comite Palatino, & patruo meo. *Hæc Annaliſta Saxo refert ad Annum 992.*

Idem Ditmarus, l. c. Tres avunculi mei, HENRICVS, VDO & SIGEFRIDVS, cum Ebelgero, ceterisque compluribus, piratis ſua depopulantibus, IX. Kal. Julii navibus occurrunt, ſaſtoque invicem certamine; VDO decollatur; HENRICVS autem, cum fratre ſuo SIGEFRIDO & Comite Ebelgero, devictus, dictu miſerabile a peſſimis hominum captus deducitur. *Hæc Annaliſta Saxo ad Annum 994 annotavit. Conf. Adamus Bremenſis, in Hiſtor. Eccleſ. cap. 73. pag. 22.*

Annales Hildeshemenſes, apud Leibnitium, T. I. pag. 720. ad A. 994: Filii HENRICI Comitis, HENRICVS, UDO, SIGEFRIDVS, contra piratas, juffu Imperatoris dimicantes. &c.

e) *Ditmarus, Libr. VII. pag. 41: Avunculus meus Comes HENRICVS, in Chriſto & in hoc ſaeculo multum valens; gratulabundus juſta ſenectute, & bona fide, utriusque debitum perſolvit naturæ, VI. Non. Octobr.*

Annaliſta Saxo, ad A. 1016, pag. 342: HENRICVS, Comes filius HENRICI de STATHEN, in Chriſto & in ſaeculo multum valens, juſta ſenectute in bono fine obiit VI. Nonas Octobris. Uxor ejus MACHTILDIS dicebatur; florueratque uterque in omni bonitate: unde usque hodie multi frequentant ſepulcra eorum, ubi mira quaedam dicuntur viſa.

f) *Ditmarus, Libr. IV. pag. 352. & 353: SIGEFRIDVS, avunculus meus, quia FILIUM NON HABUIT, (ante captivitatem;) a matre mea remedium ab uno filiorum ſuorum poſtulat. Et in ipſa die SIGEFRIDVS de perſigili hoſtium cuſtodia, qua multum vulneratus deſinebatur, ſic divino evaſit auxilio. Comes vix evadens hoſtes, cum littoris ſecuritate attingeret, ut prius ipſe praecipit, paratos invenit equos, & ad civitatem ſuam Herſeveld dictam, ubi frater ſuus HENRICVS, & uxor ejus, ETHELA, tanti gaudii ſcila fuit, pergere properavit. Hunc hoſtes pone ſecuti, urbem, qua littori vicina ſtabat, STETHU nomine, incurrunt.* &c.

Ditmarus *Libr. VII. pag. 413*: In hac hebdomada Principes nostri edicto Caesaris ad Gosleri conveniunt. Ibi tunc avunculo meo, SIGFRIDO, Comitatus fratris HENRICI commendatur, & expeditio in nostris partibus ordinatur. (Quæ Annalista Saxo pag. 446. ad A. 1017 restringit.)

Adamus Bremensis, *cap. 73. pag. 22*: capti sunt ibi (in piratarum invasione) SIGAFRIDUS, MARCHIO, Thiadericus Comes, & alii illustres viri. - Sed cum ex captivis solus Marchio, SIGAFRIDUS, cujusdam auxilio piscatoris furtim noctu sublatus evaderet, piratae mox in furorem sunt versi. &c.

g) Annalista Saxo ad A. 2056. pag. 488; Hæc (Juditha) peperit ei (Henrico, Comiti de Staden) liberos: HENRICUM, VDONEM, SIGEFRIDUM; qui SIGEFRIDUS, defuncto HENRICO fratre, Comitatum fratris sui a Cesare Henrico, Bauenburgensis Ecclesiæ fundatore, suscepit. - Habuit uxorem ADELAM, filiam GERONIS de ALESLEVE, quem Ruffus Otto, Imperator (A. 979) in insula quadam juxta Magedaburg decollari iussit; quæ genuit ei LUDIGERUM, Comitem, qui a plerisque dictus est VDO; ejusque uxor, ADELHEIDIS dicebatur, amita RODOLPHI Regis; ex qua genuit hunc VDONEM, qui occiso Wilhelmo, A. 1056, primus ex illo generatione Marchiam Aquilonalem adquisivit.

Ditmarus, *Libr. III. pag. 343*: Accusatus est apud Imperatorem GERO, Comes (de Alesleve) a Waldone. - Tunc Gero iussu decreto Judicum, & voce Imperatoris, a carnifice quodam decollari, III. Augusti. - Decollatio autem ejus in ipso solis occasu fiebat; pro cuius memoria soror, Testa, & conjug ejus, ATHELA, monasterium in loco, qui Alesleve, (Alvesleven) dicitur, ubi ipse requiescit, construens, partem totius suæ hereditatis tradidit Domino.

h) Annalista Saxo ad A. 979. pag. 330: Filia ejus (Geronis, Comitis de Alesleven) ATHELA nupsit SIGEFRIDO, filio HENRICI, Comitis de STATHEN; qui genuit ex ea LIUTGERUM Comitem, & IRMINGARDEM, & BERTHAM. Abbatissas de ALESLEVE. Ipsa Comitissa ATHELA prædica contulit Magdaburgensi Ecclesiæ, pro redemptione capitis patris sui; insuper duobus monasteriis scilicet in Alesleve & Hersevelde, constituit dedit bona, quæ sunt Trebenizi. Conf. Chronographus Saxo ad A. 979. pag. 190.

(Aliter hæc de Sigfrido recenset Albertus Stadenensis, pag. 272: Duos Sigfridos, patrem & filium, is memorat; seniori tribuit uxorem de Bavaria; juniore Adalam. At, cum Ditmarus ipse, pag. 353, Sigfridi senioris uxorem vocet ETHELAM, sive ADELAM; malumus nunc Annalitam Saxonem ea explicatius ac Ditmari cœvi narrationi convenientius tradentem, atque alias etiam in investigandis Principum Nobiliumque familiis perindustrium; quam Albertum Stadensem in loco ceteroquin obscuro, vel corrupto, se-

qui. - Id vero mirum est, quod Ditmarus loco sub nota f.) citato, refert; Sigfrido, cum a piratis caperetur, nullum fuisse filium; igitur si iis standum, quæ de liberis Sigfridi tradit Annalista Saxo; statuendum est, ei demum post captivitatem natos fuisse istos liberos, aut certe filium. Neque aliter sensisse videtur Albertus Stadenensis.)

i) Chronographus Saxo ad A. 968: Luitbarii Comitis in Walbizi uxor Mechthild dicebatur; quæ genuit ei duos filios, SIGFRIDUM, & Werinbarium. SIGFRIDO conjuncta est in matrimonio KUNIGUND, soror HENRICI SIGFRIDI, & UDONIS, qui navali prælio contra Northmannos dimicantes victi sunt & capti. Hæc genuit viro suo quinque filios THIETMARUM, Sigifridum, Brunonem, Henricum, & Fritbericum. Ex quibus duo, Sigisfridus scilicet & Bruno, Abbatia S. Johannis Baptiste Magdeburg præfuerunt; postmodum vero Sigisfridus Monasteriensis Ecclesiæ, Bruno Verdensis, THIETMARUS Merseburgensis, Episcopi facti sunt. Henricus autem comitatum patris (Walbecce) obtinuit. Fridericus præfecturam in Magdeburg administravit. Conf. Annalista Saxo ad A. 1032. pag. 463.

Ditmarus *Libr. IV. pag. 352*, postquam Henricum, Vdonem, Sigefridum; filios Henrici, Comitis de Stade, aliquoties avunculos suos dixisset, addit hæc: MATER autem mea tanto dolore intrinsecus commota, omne, quod habuit, vel acquirere ullo modo potuit, pro FRATRUM ereptione attribuit.

Idem, pag. 351: Pater meus, Comes SIGFRIDUS - in civitate Wallbizi dicta infirmatus, Idibus Martii, defensor patriæ ac homo verus; utriusque debitum persolvit naturæ. Quem mater sua venerabilis omni probitate, Mechthildis, celeriter hunc profectura, cum Coniuge CUNEGUNDA deseret. Et pag. 356. Post IX. dies prædicta cadit mater mea, CUNEGUNDA nomine, tertia Id. Jul. in civitate Germersleve expiravit.

Annalista Saxo ad A. 994. pag. 387: Hic (Sigfridus Stadenensis) quia filium non habuit, a sorore sua CUNIGUNDA, Coniuge SIGFRIDI, Comitis de Waldbike, unius filiorum ejus, remedium postulavit.

Idem ad A. 998: CUNIGUNDA, Comitissa, uxor SIGFRIDI de WALDBIKE, obiit in civitate Germersleve III. Idus Julii. Hæc erat Soror HENRICI SIGFRIDI, etiam UDONIS, qui contra piratas victi erant &c.

k) Ditmarus, *Libr. II. pag. 340*: Avis autem meus (maternus, Henricus, Comes de Stade) cum filiam suam, HATHUI nomine, ibi (in Ecclesia Heslingensi) educatam prius, ac traditam eis, succedere rogasset ab Archiepiscopo Bremensi, impetrare non potuit. Postea vero Archiepiscopus a Cesare, patris sui, rogatus, eandem, cum jam duodecim esset annorum, II. Calend. Maii, die Dominica, velovit in proxima die ad Abbatissam, in patris præsen-

tia; quod postea cum nimis poenituit. Nam interpositis diebus quinque. . . OTTO I. obit, &c. Conf. Annalista Saxo, ad A. 969.

l) Respice literam d) ubi Annalista Saxo Henrico, Com. Stadenſi & Judithæ tres filias tribuit. Præter Cunigundam igitur & Hedwigin, Henninges & Reufnerus Hildegardin, uxorem Ernſti I, Comitis Aſcaniæ, recipiunt. Meibomius, in notis ad Wittekindum, pag. 683, admittit Eliam, uxorem Dedonis a Wodenswege, Dynaſtæ Saxonici, matrem Geronis, Archiepiſcopi Magdeburgenſis. Nos ſine auctoritate veterum nihil delinimus.

m) Ditmarus, Libr. III, pag. 352: Execranda vero piratarum turba, cum maximam collectæ pecuniæ partem immenſo ſumme pondere perciperet, HENRICI vice, filium ejus SIGEFRIDUM nomine cum Garevardo & Wulfremo - ſuſcipientes. &c. Et pag. 353: Tali furore omnes ſuccenſi, craſtino clericum, & NEPOTEM meum, [Sigfridum juniorem, Henrici filium,] cum ceteris obſidibus univerſis, naribus ac auribus & manibus obruncant; foris eos projicientes in portum.

Annaliſta Saxo, ad A. 994, pag. 358: Tunc piratæ nimio furore incenſi, craſtino clericum, & filium HENRICI Comitis, cum univerſis obſidibus, auribus & naribus obruncant.

n) Albertus Stadenſis, pag. 272: Comes LUDERUS accepit uxorem ADELHEITHIM, amitam RODOLPHI, quem Saxones elegerunt in Regem contra HENRICUM; genuitque ex eo UDONEM, primum qui factus eſt Marchio.

o) Albertus Stadenſis, pag. 272: Hujus UDONIS I. tempore Comitatus Stadenſis donatus eſt Bremeni Eccleſiæ, & ſuſceptus ab iſto in pbado. Iſte UDO duxit ODOM primum Ducis OTTONIS; genuitque ex ea HENRICUM Longum, UDONEM II, qui & LUDERUS, RODOLPHUM, & SIFRIDUM, Præpoſitum Magdaburg. ad S. Nicolaum, & Canonicum in Eccleſia majori; filiasque duas, quarum una Abbaſſa fuit Aleſleve: altera ADELHEIDIS, nupſit LODEWICO, & genuit ſecundum LODEWICUM, qui a Lotbario Rege impetravit provincialem comitatum in Thuringia; cum eo per ſententiam privatus eſſet Hermannus de Wincenburg.

Lamb. Schafnaburgenſis ad A. 1056, pag. 163: Wilbelmo Marchioni ſucceſſit UDO, Comes, vir valde industrius & Regi conſanguinitate proximus.

Chronographus Saxo ad A. 1082, pag. 264: UDO, ſenior, Marchio, obijt IV. Non. Maii.

p) Annaliſta Saxo ad A. 1081 & 1082, p. 562: UDO ſenior, Saxonius Marchio, deſunctus eſt III. Nonas Maii. Uxor ejus ODA dicebatur, cujus paternum genus tale fuit: RODOLPHUS Comes natus de Weſſalia ex loco, qui dicitur Werla, frater Giſlæ Imperatricis, genuit filium, nomine HERIMANNUM, qui duxit uxorem, nomine RICHENZAM, genuitque ex illa prædictam ODAM. Hæc genuit prædicto UDONI HENRICUM, UDONEM,

Meickenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

SIGEFRIDUM, RODULFUM, & filiam, quæ ADELHEIDIS dicebatur; quam FRIDERICUS, Palatinus Comes de Putelentorp accepit, illoque mortuo, Comes LUDOWICUS ſenior de Thuringia eam duxit uxorem. Matrem autem prædictæ ODAE duxerat uxorem OTTO de Northeim, quondam Dux. &c.

Idem Annaliſta Saxo ad A. 1026, pag. 458: RODULPHUS, frater Giſlæ Imperatricis, natus erat in Weſſalia, de loco, qui dicitur Werla. - Hic genuit Comitem HERIMANNUM, patrem Domine ODAE, quam deſponſavit UDO, Comes de STATHEN qui primus ex illo genere acquiſivit Marchiam Aquilonalem.

Chronographus Saxo ad A. MCXI, pag. 282: ODA Marchioniffa obiit. Hæc fuit filia OTTONIS Ducis Northeim.

(Ad intelligendam Genealogiam ODA, hoc Schema ſubjicimus:

Rudolphus
Comes de Weſtphalia
e loco Werla.

Hermannus
Comes Werlenſis;
Uxor Richenza,
deinde nupta,
Ottoni de Nordheim.

ODA,
Uxor UDONIS Senioris,
Comitis de Stade, &
Marchionis Septentrionalis.

Conf. Dn. ab Eccard, in Hiſtor. Genealog. Marchion. Miſn. pag. 280.)

q) Bulla Paſchalis II, Pontificis Romani, deprompta ex CL. Rothii Oratione inaugurali, de Rebus Stadenſibus, pag. 28:

PASCHALIS, Episcopus, ſervus ſervorum Dei, dilecto filio, WERNERO, Abbati, venerabilis monaſterii ſanctæ Dei genetricis virginis Mariæ, quod in loco ſitum eſt, qui Roſenteldt dicitur, ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum, juſtis votis aſſenſum præbere, juſtiſque petitionibus aures ac comodare nos, convenit, qui licet indigni, juſtiſticiæ cuſtodes atque præcones in excelsa Apoſtolorum Principum, Petri & Pauli, ſpecula, Domini diſponente, conſpicimur. Tuis igitur, fili in Chriſto venerabilis atque chariſſime, juſtis petitionibus annuenter, Monasterium Roſenfeldt, cui Deo auctore præſides, ad honorem Sanctæ DEI Genetricis Virginis Mariæ, cujus nomini dedicatum eſt, ſub tutela Apoſtolice Sedis ſpecialiter conſervandum protegendumque ſuſcepimus. Quod nimirum Monasterium Generoſus UDO, Marchio, cum fratre, RODOLPHO, & Matre venerabili ODA, propriis ſumptibus reædificatum, & propriaſque poſſeſſionum collatione, ditatum, pro animæ ſue & Parentum ſuorum, vel eorum, qui ibidem requieſcunt, ſalute, Beatis Apoſtolis, Petro & Paulo, noſcitur obrulſiſſe, & in Romani Pontificis deſenſionem jure perpetuo delegaſſe. Eo-

Bb bb

1122

rum ergo votum assertionis nostræ fœdere firmantes, per hujus nostri privilegii paginam, Apostolica auctoritate statuimus, ut, quicquid ad eundem locum legitimo veteris possessionis jure pertinet, quicquid supra dicti Principes de suis facultatibus justis eidem monasterio obtulerunt, & quicquid hodie juste possidet in municipiis, campis, sylvis, pratis, aquis, aquarumque decursibus, in molendinis & in mansis, & cæteris redditibus; sive in crastinum concessione Pontificum, largitione Principum, vel oblatione fidelium juste atque Canonice poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneat. Decrevimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat idem Cœnobium temere perturbare, aut ei supra dictas possessiones auferre, vel oblatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ut omnino integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salvo Episcoporum jure Canonico, obeunte te, nunc ejus loci Abbate, vel tuorum quorumlibet successorum, nullus ibi, qualibet subreptione, astutia, vel violentia, præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam, elegerint. Quod si in suo collegio invenire nequiverint, qui huic regimini idoneus habebitur, liceat eisdem de quocunque maluerint loco, sui ordinis virum suæque professionis assumere. Chrisma, Oleum sacrum, consecrationes altarium, sive Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi ab Episcopo in cujus diœcesi estis accipietis, siquidem gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit, & si ea gratis ac sine pravitare voluerit exhibere; alioquin liceat vobis Catholicum, quem mavultis adire Antistitem, & ab eo consecrationem Sacramentorum accipere, qui ab Apostolicæ sedis auctoritate fultus, quæ postulantur, indulgeat sane prædictum Marchionem vestri Cœnobii advocatum, sicut a vobis est electus, quam diu vixerit, ejusque posteris, si idonei sunt, statuentes, de cætero sancimus, ut nullus unquam vestri monasterii advocatus esse præsumat; nisi quem fratres communi consensu præviderint eligendum; ad judicium recepta a Romana Ecclesia libertatis, secundum ipsius jam dicti Marchionis constitutionem, per annos singulos unum Byzantium Lateranensi palatio persolvatis. Si quis autem in crastinum Archi-Episcopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, aut Princeps, aut Dux, Comes, aut Vice-Comes, Judex, aut persona potens, aut impotens, hujus nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire attentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactionem condignam fecerit, eum honoris sui periculo subiacere decernimus, a Christi Ecclesiæ corpore, auctoritate potestatis Apostolicæ, segregamus; conservantibus autem pax a Deo & misericordia præsentibus ac futuris seculis conservetur, amen, amen.

Scriptum per manum Pyderii Regionarii ac

Referendarii Sacri Palatii. Datum Laterano per manum Johannis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis. Tertio Idus April. indictione decima, incarnationis Dominicæ anno 1104. Pontificatus Paschalis secundi Papæ anno tertio.

r) Albertus Stadenlis, pag. 272: HENRICUS Longus mortuus est sine herede, habens uxorem de Ruzia. Marchio UDO proponens ducere Eilikam, filiam Magni Ducis, declinavit in domum HELPRICI, Comitis de PLOCEKE, & videns valde pulchram sororem suam, ERMENGARDAM, duxit eam. Unde multum indignati sunt vasalli sui, qui pares erant Helprico, & quidam majores. Genuit autem ex ipsa HENRICUM, qui duxit ADELHEIDAM, sororem Marchionis ALBERTI; quam, cum sine herede moreretur, duxit vasallus suus, WERNERUS de VELTHEIM; qui genuit ALBERTUM de OSTERBURG, & reliquam prolem. Et Marchio UDO ex ERMENGARDA genuit filiam; quam duxit Marchio HENRICUS, putativus frater RIKECEN Imperatricis, quem de Sclava natum idso suum fratrem dicebat, ut hereditatem non perderet, quæ in quæstione multorum posita litigiosa fuit. Tandem Domina RIKENCE, fratre impotenti nato, sola possedit hereditatem; quam duxit LOTHARIUS. Habuit etiam UDO filiam, quam duxit POPPO de HINNEBERCH, & mortuo UDONE, & filio suo HENRICO, ERMENGARDIS nupsit GERADO de HEMSBERG, fratri GORWINI. Item RODOLPHVS, filius UDONIS primi duxit RICHARDIM de Franconia cum multa hereditate; unde genuit UDONEM, qui duxerat sororem, HERMANNI, qui occisus est WINCENBURG. Item (Rodolphus genuit filium) RODOLPHUM, qui duxit ELIZABETH, sororem ODOGAR de STIRE; sed ante prolem occisus a Thietmarchis. Item Archiepiscopus HARDWIGUM, & LUTGARDIM, quam duxit FRIDERICUS, Palatinus de Somersgenburg, & genuit ex ea ALBERTUM Palatinum, qui duxit filiam Popponis de Hinneberch, & mortuus est sine prole. Item ABATISSAM de QUIDELINGENBURG. Tandem ratione propinquitatis LUITGARDIS separata a Palatino, nupsit HERICO, qui dicebatur LAM, Regi Dinorum, & eo mortuo, reversa nupsit HEREMANNO de WINCEBURG, de qua genitæ sunt tres filie. &c.

s) Auctor Vitæ Viperti, Comitis Groicensis, Cap. 2, §. 1: Sub Henrico III, Imp. inter ceteros principes UDO Marchiam Stadensem regebat. Hujus obsequio WIGBERTUS adolescens, patre orbarus, a venerabili matre destinatur; per quem honorifice, quousque adolevit, educatus, gladio deinde militari, a tanto principe, utpote principum collega futurus nobiliter accingitur; ac urbe Tangermunde dicta, cum ejus attinentiis, ab eodem Marchione liberaliter inbeneficiatur. - §. 3. Idem Vdo municipium suum, quod in orientali plaga (Osterlandia) situm, juxta Elstram fluvium, nomine Groisca, cum omnibus ejusdem adiacentibus, pratis

pratis & pascuis, ejus potestati tradidit, pro mutatione regionis Balsamorum. Pro Tangermunde vero alia beneficia ad Nortmarchiam attinentia ei restituit.

t) Annalista Saxo, ad A. 1087, pag. 569: HENRICVS, Marchio de Stadbe, filius UDONIS, defunctus est sine liberis; & factus est Marchio frater ejus, LVITGERVS, cognomento VDO. Hic dedit Comitatum suum Stadbe Friderico, quem habuit quadraginta annis. Iste VDO, & mater ejus ODA, & frater ejus RODOLFVS, & maritus sororis ipsorum, FRIDERICVS, Comes Palatinus de PVTELENDORP. - expulerunt Clericos de loco sua constructionis Herseveld; & posuerunt illic Monachos; sic que erat Præpositura, facta est deinceps Abbatia. Huic VDONI erat uxor IRMINGARDIS, soror HELPERICI, Comitis de PLOCEKE; habuitque ex ea filium, nomine HENRICVM, & duas filias.

u) Annalista Saxo, ad A. 1082, pag. 563: Defuncto VDONE, seniore, successit ei filius ejus HENRICVS Marchio; hic habuit uxorem EVPRACCIAM, filiam Regis Rusciæ, quæ in nostra lingua vocatur ADELHEIT; quam postea duxit HENRICUS, Imperator.

Albertus Stadenfis pag. 272: HENRICVS, Longus, mortuus est sine herede, habens uxorem de RVZIA.

[Ex Annalista igitur intelligimus, Henrici IV, Imperatoris, uxorem fuisse viduam Henrici Longi, non vero Vdonis; quod vulgo recentiores Genealogiarum conditores, & quidam veteres ex confusione nominum tradunt, simulque animadvertimus, ejus proprium & Græcum nomen fuisse *εὐπραξία*, unde alii nomen *Praxedis* corruerunt; alii Germanice reddidere: *Adelheit*. Non vero potuit illa Henrici IV, Imperatoris, uxor, *Praxedis*, sive *Adelbeida*, esse vidua Vdonis: neque Senioris, neque Junioris. Senioris enim vidua relicta erat *Oda*, privigna *Ostons* Northemensis; uti vel ex Diplomate *Raschalis II*, Papæ, sub lit. g) intelligimus; Vdonis junioris vidua superstes, *Irmingardis*, nupserat Gerhardo, Comiti Hemsbergio; quod docet Albertus Stadenfis, & alii.]

x) Annalista Saxo, ad A. 1100, pag. 589: VDO, Marchio, & alii complures Saxonum, barbaros, qui Liutici dicuntur, invasit, & de ipsis honorifice triumphans, urbem BRANDENBURCH per quatuor menses obsedit, & cepit. Hinc in Annalibus Hildesheim, pag. 732 dicitur Marchio de Brandenburg.

Chronographus Saxo, ad A. 1107, pag. 281: Eodem anno LVDEGERVS, Marchio, qui & cognomine VDO, habita conventionem cum Magno, Duce, & Bremensi Episcopo, vebementer Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

ri infirmitate, repente cepit laborare, Qua ingravescente, ad locum, qui dicitur Rossveldeu, deportatus, ibi vitam finivit. RVDOLPHO, fratri illius, commissa est Marchia per VIII annos ab Henrico Rege, ut nutriveret filium ejus, HENRICVM.

Albertus Stadenfis, pag. 259: Eodem anno 1106, LVIDGERVS, qui & VDO, deportatus Hersevelde, obiit.

y) Annalista Saxo, ad A. 1124, pag. 655: RODOLFVS Comes, frater VDONIS, Marchionis, Marchio aliquando & ipse obiit. Erat ei uxor, nomine RICHARDIS, filia HERIMANNI, Magdeburgensis Comitis, de qua suscepit filios, RODOLFUM, VDONEM, & HARTVICUM, Bremensem Archiepiscopum, & filiam, nomine LVICCARDUM; ex qua FRIDERICVS, junior de Sumersenburch, Palatinus Comes, genuit Adalbertum. Sed VDO & RODOLFVS, non habentes filios, interfecti sunt; mortuus quoque est patruelis ipsorum, Marchio, HENRICVS, sine liberis; cum tamen conjunctus esset ADELHEIDÆ, filia OTTONIS, sorori ADELBERTI Marchionis: sicque miserabiliter nobilis illa progenies in masculino genere defecit.

Chronicon Montis Sereni ad A. 1124: RVDOLFVS Marchio obiit.

Albertus Stadenfis ad A. 1123, pag. 264: RODOLFVS Marchio obiit XIX Idus Decembris.

z) Annalista Saxo, ad A. 1110, pag. 625: ODA, Marchionissa, filiastra Ducis OTTONIS, uxor VDONIS Marchionis senioris de STADHEN, mater autem HENRICI & VDONIS, junioris, & RODOLFI, Marchionum, eodem anno obiit. Filiam ejus ADELHEIDAM, FRIDERICVS, Comes de Putelendorf habuit uxorem; quo defuncto; LODOVICVS Senior de Thuringia eam accepit.

Annales breves de Landgraviis Thuringia, apud Pistorium & Eccardum: LVDVICUS Iste, fundator Ecclesiæ Reimersbornensis, inde ADELHEIDAM matrimonio sibi ascrivit, quæ erat UTONIS Marchionis de STADIN filia. Anno 1110 obiit ADELHEIDA Comitissa, XV D Calend. Novembr.

Chronicon Gozecenfe, ex Hofm. edit. pag. 109, ad A. 1072: Dominus Palatinus (de Putelendorf) FRIDERICUS, filiorum ductus amore, Dominam Hadewigam de Bavaria oriundam, nobilissimam genere, jamdudum duxerat uxorem, ex qua filium procreaverat, quem FRIDERICUM nuncupavit. Qui cum vix pueriles annos transcendit, filiam VDONIS de ALESLEPHE conjugem sociavit. Hac ADELHEIT fuit dicta, tam genere nobilissima, quam forma pulcherrima. Et, pag. 119: Luctus tempore

pore transacto, ADELHEID Palatina filium genuit, quem ex nomine patris FREDERICUM appellavit. Non multo post illustri viro, Comiti nupsit LYDEWICO. (Quem Ludovicum A. 1057 obiisse, tradit Lampertus Schafnaburgensis, pag. 464)

[Reinhardus, in Commentat. de Ludovico Salio, pag. 6, sequi præter causam putavit, Adelheidam, filiam VDONIS de Stade, Marchionis Brandenburgensis, fuisse diversam ab ADELHEIDE, filia UDONIS ab ALESLEPHE. Etenim ille Vdo Stadenfis etiam dicebatur ab Alesleve; quia urbem Alesleve possidebat. Id quod Chronographus & Annalista, Saxones, docent, ubi ad A. 1104 hæc annotant: *Principes Saxonie contra VDONEM, Marchionem, congregantur, & ALESLEVE obsident.* Auctor Annalium Goezencensium vero ideo eum denominat ab Alesleve, quia Stade tunc non in Vdonis, sed Friderici Stadenfis erat potestate; interim dignitatem illius generis satis indicat, cum filiam ejus appellat genere nobilissimam; quo elogio nihil majus de illa Marchionum Stirpe tunc dici potuit.]

A) Chronographus Saxo, ad A. 1115, pag. 284: RODOLPHVS Comes remisit HENRICO, filio fratris sui, Marchiam, expletis octo annis.

Annalista Saxo, pag. 662, ad A. 1128: HENRICVS Marchio, filius VDONIS Marchionis, mortuus est. (De tempore mortis Henrici hujus disquirimus in Commentatione de Viperti Groicensis dignitatibus.)

Dodechinus, in Append. ad Marscotum, ad A. 1128: Obiit HENRICUS, Marchio de Staden; cujus Marchiæ VDO Franckenlauff præficitur.

B) Chronographus Saxo, ad A. 1144, pag. 296, ROTHVLFVS, Comes de Staden, interfectus est a Transalbanis Saxonibus, qui Tedmarsgoi dicuntur; propterea, quia oppressiones ejus diutius ferre noluerunt.

Chronicon Montis Sereni, ad A. 1144: RODOLPHVS, Comes de Staden junior, interfectus est a Transalbanis Saxonibus; qui Dimersehen dicuntur.

C) Annalista Saxo, ad A. 1130, pag. 663: VDO, Comes de Franckenleve, filius RODOLPHI Marchionis, apud Aschersleve ab hominibus Adalberti Marchionis occisus est, pluresque de parte ejus capti ac vulnerati sunt, Idus Martii.

Chronicon Montis Sereni, ad A. 1130: VDO, Comes de Franckeleve, ab hominibus Alberti Marchionis occisus est. Conf. Chronographus Saxo, ad eundem annum, pag. 288.

Dodechinus, ad A. 1130, pag. 471: VDO de Franckenlauff ab hominibus Adalberti Comitibus occiditur.

D) Chronica Bremensis, apud Meibomium, T. II, pag. 51: HARTWICVS XXI Archiepiscopus XVIII; antea fuit Archipræpositus, & filius RVDOLFI, Marchionis Stadenfis, & hic sedit XX annis. Anno Domini 1154.

Diploma Conradi Regis, Hartwico Episcopo, A. 1144 datum, inter Privilegia Archiepiscopie Hamaburgensis, in Lindenbrogii Script. Septentrion. pag. 155, edit. Fabric. - - Fridericus, S. Magdeburgensis Archiepiscopus, præta quædam & conventiones, in nostra & Principum nostrorum præsentia contraxit cum HARTWICO, præclaro Ecclesie sue Canonico, ejusque matre, RICHARDE, Marchionissa. - - Siquidem prædictus sublimis Clericus una cum præfata matre sua contulit eidem Archiepiscopo & Magdeburgensi Ecclesie possessiones suas, quas de patrimonio suo hereditaria successione acceperat. - - Prædictus nobilis Clericus HARTWICUS, cum matre sua una contulit Magdeburgensi Ecclesie, quid inchoatus carnalis frater ipsius, RODULFVS, Comes, a suis hominibus in comitatu Dietmaringensium impie interentus fuerat, & ei tota paternæ domus possessio hereditario jure competebar. &c.

E) Diploma Hartwici, Archiepiscopi Bremensis, e Dn. de Ludewig T. II. Reliquiar. Diplomi. pag. 468;

In nomine sancte & individue Trinitatis. Notum esse volumus omnibus fidelibus tam futuris, quam modernis, qualiter Ego HARTWICVS, Dei gratia Bremensis Archi-Episcopus ecclesie sancte Mariæ contuli capellam sancti Stephani protomartyris sitam in curia patris mei, RVDOLPHI Marchionis, juxta forensensem ecclesiam Magdeburgensem, que jure hereditario in me devenerat, & a me in beneficio tradita fuerat nobilibus personis sibi succedentibus. Prædictam vero capellam Theodoricus, de sancto Odulfo nobis ei cupientibus obrinuerat, qui propria voluntate in hac mea donatione assensum prebuit, ea conditione, ut, cum ipse manum retraxerit, prædicta capella domine mee sancte Mariæ; perpetualiter deserviat. Hoc autem ideo feci, ut memoria mea jugiter apud fratres illius ecclesie, supradicti etiam patris mei, & matris mee RICHARDE, fratris quoque mei RODOLPHI. Quod & ratum esset, adhibitis testibus banno nostro robaravimus, cum interminatione, ut, qui hoc violaverit, nisi resipiscat, sit anathema. Testes hujus rei fuerunt clerici, dominus Wigmannus, Magdeburgensis electus, Otto, vicedominus, Bertholdus, ecclesia prenotatus, Theodoricus, & tota conventio fratrum de sancta Maria. Laici, Burchardus, Castellanus, Hadamarus, Præfectus, Gernoth de Burch, & alii quamplures. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini MC quinquagesimo secundo.

TABVLA GENEALOGICA IV. STEMMA VETERVM COMITVM DE NORDHEIM ET DE BEICHLINGEN.

Sigfridus I, Comes de Northeim. f. 1002. b) c) Vxor 1) Mchtrildis, Comitissa: b) 2) Ethelind Comitissa. c) Penno, Comes Northcimensis, b) c) Vxor, Elicia, Comitissa. b)

Otto, Magnus, Dux Bavarie & Boelmersburgensis. f. 1083. a) b) c) d. Vxor, Richenza, vidua Herimanni, filii Radolphi, Comitis Werlenfis ex Westphalia. b) 1)

Ethelinda, Vxor 1) Hel. Filia Anonyma, sibi, Ducis Bavarie. 1) p) abducta ab ho- mine igno- bili. d) 2) Herimani de Ca- vera Comitis West- phali: d) 1) ex hoc:

Otto: Henricus Hermannus 1) Gomites de Katzenburg. d)

Filia Anonyma, Vxor Conrad, Comitis de Artisberg. d) 1) Fridericus, Comes de Arns- berg. f. 1124. d) 1) c) & k) 1)

Conradus III, Com. Wettin. Dido V, f. 1124. Vxor, Marbildis. Vxor 1) Ge- & Marchio Misniae. f. 1156. BERTHA, filia VIFERTI 1) Ludovici 2) Comitum Bava- riae. k) 1)

Sigfridus III, Comes de Boeh- mersburg. f. 1123. a) d) 1) Ida, vel Hia, Filia Anonyma, Vxor Conrad, Comitis de Artisberg. d) 1)

Conradus III, Com. Wettin. Dido V, f. 1124. Vxor, Marbildis. Vxor 1) Ge- & Marchio Misniae. f. 1156. BERTHA, filia VIFERTI 1) Ludovici 2) Comitum Bava- riae. k) 1)

Henricus Pignus, Comes Northcimensis, & Marchio. f. 1103. a) d) f) g) 1) Vxor, Cunigunda filia Otonis, Comitis Orlamundani, & Altilae, filiae Lamberti, Comitis Lo- vaniensis. Antelac nupta Regi Rus- forum, posthac autem tertio ma- rito. Vxor 2) II, Comiti Groi- zens & Leisnicens, & c. c) f) ex Cunone:

Conradus III, Com. Wettin. Dido V, f. 1124. Vxor, Marbildis. Vxor 1) Ge- & Marchio Misniae. f. 1156. BERTHA, filia VIFERTI 1) Ludovici 2) Comitum Bava- riae. k) 1)

Otto, Comes RICHENZA: Gerridis; f. 1141: Vxor Sig- ferganus Vxor LO- fridi, Co- b) THAR- II, mitis Pala- Imperato- ris, d) h) i) nith; h) 1) o) 1) o)

Gerridis, f. 1143: h) i) v) Vxor 1) Henrici Magnani, Ducis Bava- ric. f. 1139: h) i) v) 2) Henrici, Jochfamegott cogno- minati, Ducis Austrie f) ex prio- re matrimonio:

I. Henricus Leo, Dux Bavarie & Sa- xoniae. f. 1195. 5)

Filia II, Adela, Vxor 1) Thiderici de Katelenburg. f) m) 2) Hilperici, Comitis de Ploetze 1) 1118: f) m) q) ex hoc peperit:

Filia II, Adela, Vxor 1) Thiderici de Katelenburg. f) m) 2) Hilperici, Comitis de Ploetze 1) 1118: f) m) q) ex hoc peperit:

Filia II, Vxor 1) Thiderici de Katelenburg. f) m) 2) Hilperici, Comitis de Ploetze 1) 1118: f) m) q) ex hoc peperit:

Filia I, Vxor Henrici, Comitis de Zutplania. f)

Conradus, Comitem Ploccensem & Marchionem Septentrional. f. 1133. f) m) q) 1147: f) m) q)

Conradus, Comitem Ploccensem & Marchionem Septentrional. f. 1133. f) m) q) 1147: f) m) q)

Conradus, Comitem Ploccensem & Marchionem Septentrional. f. 1133. f) m) q) 1147: f) m) q)

Filia I, Vxor Henrici, Comitis de Zutplania. f)

PROBA:

PROBATIONES STEMMATIS

ANTIQUI COMITUM NORD-
HEIMENSIUM ET BEICHLIN-
GENSIUM.

a) Diploma SIERIDI, Comitis de Bonneburg & Nordheim; quod MS. beneuolentibus communicauit D. POLYCARPVS LEYSERVS, Professor quondam Helmstadiensium celeberrimus.

non lædit, nisi patrocinando iniquis, malorum se confortes atque participes fecerint. Adde, quod nulla vera genealogia sit, in qua vitiosi non deprehendantur. Quemadmodum igitur arbor aut vitis, natura aliqui bona, tamen sine radicis & stirpis vitio invtiles & luxuriantes interdum furculos & sarmenta producit, quæ ne generosiores rami opprimantur, rescindi solent; ita etiam a suæ progeniei probitate degenerantes, interdum refecantur. Ut ergo illud non arbori, sic hoc nec progeniei nocet.

Ordo
Operis.

Ut autem benignus Lector rationem instituti mei cognoscat, sciat, me primum præmissis aliquot capitibus dicendum, quod motus *Anabaptisma* præcesserint, ex quibus tanquam ex equo Trojano, Anabaptisticum incendium & totius Monasteriensis vrbs eversio prodit. Deinde *Anabaptismate* admissio, quæ dissidia in vrbe conflagrarint, qua crudelitate boni a retinctis vrbs pulsus, quo modo vrbs obsessa, oppugnata, capta, direpta, quæque interea per *Anabaptistas* in vrbe gesta, & tandem quomodo privilegia flagitiis amissa, sint recuperata. Hæc omnia non magnifico quidem verborum apparatu, ad movendum & capiendum Lectoris animum invento, sed humi serpente stylo fideliter describam. Decet enim (vt *Polybii* verbis utar) rerum gestarum scriptorem, non movere hominum affectus, neque rationem ad id aptam perquirere, sed dicta factaque hominum ex fide referre. Hinc historiarum non tam legenda sunt propter Latini sermonis puritatem, quam propter rerum gravitatem & mutationem Imperiorum eiusque causas. Præpostere enim ageret, si quis propter inanem Ecclesiastæ verborum strepitum, neglecto eorum sensu conciones audiret; pari modo stupidus esset Lector, & stupidissimus scriptor, qui ita verbis esset intentus, vt veritatem cognitionemque rerum negligeret. Valere, candidi Lectores, & me imprimis vestris precibus in parte aliqua satisfecisse putate.

Officium
Historici
mente
Polybii.

CAPVT. I.

Respublicas propter flagitia a Deo everti.

Vt plus Lector intelligat, qualem quantumque Rempubicam discors primum Religio, aliaque enormia flagitia labefactaverunt, deinde Anabaptica lues clanculum irrepens funditus extinxerit, operæ pretium me facturum esse putavi, si prius vt cœperit, deinde vt præ reliquis vrbus Westphalicis floruerit, demonstraverõ. Magnitudo enim eius & excellentia cum cladis humillimo initio collocata facile declarabit, quam insignis Respublica humano quidem consilio, sed divinitus propter scelera & enormia peccata sit eversa. Nam quemadmodum Deus Respublicas religione, iustitia reliquisque virtutibus optime constitutas tuetur & conservat; ita ex adverso, impietate, fastu, ambitione, luxu, avaritia aliisque sceleribus con-

Quibus
vitiis res
publicæ
pereant.

Menckeni Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

taminatas dissipat atque evertit. Sic *Grecia* cum opinionibus digladiari in fide inciperet, in horrendos primum errores, inde in impietatem, postremo ab externis bellis (vt *Iustini* verbis utar.) velut in viscera sua arma convertens in detestabile exitium prolapsa est. Sic vnus *Sexti Tarquinii* libido Republicæ Romanæ faciem commutavit; sic reliquorum Ducum Procerumque fastus, ambitio & luxus eandem florentissimam urbem perdidit. Sic *Carthago* nobilissima *Africa* vrbs, fastu, ambitione atque æmulationis studio sibi exitium peperit. Sic *Sodomita* & *Gomorra*, luxu & libidine sua. Dei indignationem in se vltro provocantes, piceis sulphureisque flammis divinitus sunt absumti. Sic *Troja*, sic *Babylon*, sic *Ninive* aliarumque eius generis amplissimæ Respublicæ sceleribus suis in perniciem præcipites se egerunt. Ex quibus constat evidenter, nullam magnam & florentem Rempubicam (qualis & *Monasterii* fuit) sine causa a Deo conturbari atque everti. Quando enim hæc nostra vrbs cœperit & aliquamdiu floruerit, dicendum est, unde lapsus acerbitas facile deprehendetur.

CAPVT. II.

Monasteriensis vrbs initia.

Monasterium a rudibus parvisque initiis (vt fere omnia cœpit,) sed in florentem urbem Rempubicamque adolevit paulatim. Cum enim *Iustinus* eius nominis *secundus*, *Iustiniani* ex sorore nepos, Imperium Romanum administraret, Anno a Nativitate Jesu Christi humani generis Redemptoris 568. *Wimuli*, qui postea vel a prominentibus ac prolixis barbis, vel a longis potius securibus, latino germanico nomine *Longobardi* appellati, *Saxonibusque* vicini, ad eum numerum intra suæ ditionis limites multiplicati, vt terra ad alimentum tantæ multitudini præstandum, non sufficeret. Proinde necessitate coacti ampliolem ac fertiliorem terram, occasione suggerente, rebus omnibus ad expeditionem comparatis, magnaue veterum *Saxonum*, hoc est *Westphalorum* manu, ad augendum sui exercitus robur accita, eam partem *Italia*, quæ est inter *Alpes* & *Apenninum*, duce *Albino* invadunt, omnia sacra, utpote Barbari & a vera Religione alieni, suo more profanant, profanata diripiunt, profana autem, veris possessoribus partim pulsus, partim interemptis, quasi optimo iure acquisita, vsurpant, vero Dei cultu abrogato, sceleratam idololatriam substituunt. Nam capri-
no capiti erecto divinos honores impendi mandant, atque hinc idolo multi *Italarum* vitæ præsentis amore permoti ne a *Longobardis*, ob religionis institutæ contemptum interficerentur, proni capitibusque inclinatis prætereuntes supplicabant, sed CCCC. prope modum mori maluerunt, quam foeda ista idololatria fidei puritatem contaminare, ideoque a *Longobardis* miseris modis excruciat, vltimo supplicio affecti sunt.

568.

Longo-
bardor
expeditio
in Ital.
Eoruni
idolola-
tria.

Ccc cc

Exer-

Exercuerunt igitur in Italia ad aliquot annos tyrannidem propemodum intolerabilem, expugnantes *Tarvisum, Vinceniam, Veronam*, & præter alias ciuitates insignes, *Mediolanum*, quodque solo æquarunt, trucidatis 30. fere 1000. *Mediolanorum*. Subegerunt proinde *Longobardi* totam fere *Galliam Togatam*, quæ etiamnum ab eis vocata est *Lombardia*, quasi *Longobardia*. *Longobardi* igitur a primo eorum Rege *Albuino* vsque ad *Desiderium* vltimum Regem eius, annis sexcentis & quatuor, variis cladibus *Italos* affixerunt, horum tamen tyrannidem sæviendique immanitatem anno a Christo nato 776. *Carolus* ille *Magnus* potenti manu contudit & fregit. *Saxones* vero anno vt diximus, 588. *Longobardorum* arma secuti annis 14. cum iisdem militabant. His autem exactis, rebusque feliciter gestis opulentiores ex eo bello in partem sunt reversi, qui iam non *Saxones*, sed ad differentiam *Longobardorum*, mutato & translato nomine ad gentem *Transuisurginam*, *Westphali* appellari maluerunt, partim a plaga mundi occidua, partim ab insignibus; nam pro insignibus album pullum equinum, quem patria Lingua *einen Valen* appellant, tota gens circumtulit, cuius formam ex lapide albo elaboratam, ac in columna fori, fornicem extrinsecus sustinente, non sine peculiari causa olim collocatam vidimus, quam *Anabaptiste* deturbabant. Nunc vero hunc pullum cum titulo *Ducatus Westphalia* (si fata velint) plenius persequemur. Inde tota natio inter *Rhenum* & *Visurgim*, novi nominis amans, *Westphalia* titulum retinuit. Biennio post reditum ex *Italia*, *Saxonum* primores & proceres eius gentis in medio inter *Rhenum* & *Visurgim* Anno 584. novum oppidum ædificare incipiunt, quod a nomine Italicæ vrbs a se domitæ *Mediolanum* nuncupant, vt hac ratione rerum Italicarum a se fortiter gestarum memoria ad posteros in hac nova vrbe transmitteretur. Hanc nobiliores *Westphalia* gentes incolunt, eamque ut contra prædonum raptorumque impetum sint tuti, muro fossaque cingunt atque muniunt. Nam licet alia flagitia in ea gente, etiam ante susceptam Christi fidem acerrime sint punita & sæpissime vindicata; tamen rapinam exercuisse nulli datum fuit vitio. Nullam enim infamiam habuit, si extra cuiusque ditionis limites fieret, ideoque poena & animadversione caruit, sed eam vel iuventutis exercendæ vel desidiæ fugiendæ causa admiserunt. Retinuit autem id nominis oppidum ad aliquot annos; tandem tamen priorum nomine deposito *Mimigardevorda* appellari coepit, quam vocem Anno 696. tempore *Wilbrodi Clementis*, primi Archi Episcopi *Ultrajectini* apud *S. Marcellinum* cap. 15. primum scriptum inuenio. Quæ autem sit nominis mutati ratio, nondum compertum habeo, sed, si ad coniecturas interpretatio reuocetur, ex tribus voculis hanc dictionem confutam esse apparet, *Milanum* vulgari Ita-

Succensus
armo-
rum

776.

Saxones,
socii Lon-
gobar-
der. mu-
tato no-
mine di-
cuntur
Westpha-
li.
Insignia
eorum.

584.

Prima
initia vr-
bis Mona-
steriensis

Apud
Saxones
rapinae
olim im-
punes.

Monaste-
rium di-
citur Mi-
migarde-
vorda.
696.

lorum lingua *Mediolanum*, *Gard* *Wandalio* *Longobardioque* idiomate *castrum*, ac *Vore* Germanis *Trajectum* significat, vt sit *Mimigardevorda*, quasi *Mediolanici castri traiectus*, tio nomen cum ex vna parte, nempe occidentali *Alpavis*. fluuius præterfluat, per quem traiectus in hoc oppidum seu castrum fuerit, cum enim circumfusis accolis fossa quædam vrbs constitueretur, *Mediolani* oppidum nomen amittit, & castrum *Mediolanicum* appellari coepit, quod autem primæ dictionis literæ L. in M. & A. in I. sint commutatæ, & pro *Melan* homines agrestes & barbari Italicæ lingvæ ignari pronunciauerint *Mymin* nulli mirum videatur; infinitas enim voces temporum diuturnitate, eodem modo aut certe monstruosius corruptas esse deprehendunt, postremas enim voculas patria lingua incorruptas conservavit. Hinc in Anno 772. cum *Carolus* M. accepto in *Wormatiensi* Principum comitatu Decreto publico, *Westphalos* & *Saxones* ad fidem Christi amplexandam armis compelleret, *Mimigardevorda* quoque eius Imperio subiecta, parere coepit, & ut religionem a sancto *Swiberto* primum inventam confirmaret, in hoc oppido inclytum Regularium seu Canonorum *Monasterium* Episcopalemque sedem variis privilegiis & immunitatibus dotatam erexit, cui Sanctum *Ludgerum*, virum pietate eximium, ac ordinis sancti *Benedicti* Monachum (cuius etiam professionis teste *Wittio* successores illius usque ad *Hermannum* eius nominis primum fuerunt) ea Lege præfecit, vt eadem adhuc populum & saxea corda, nondum conversa, prædicatione Evangelica emolliret, multosque Christo luci faceret. Qua in re Vir ille sanctus, & huius loci Prothopæsul non segniter laboravit, sed munus sibi commissum magno cum fructu executus est. Crescente autem fide Christiana & studio pietatis, crevit & ministrorum Dei honor & singularis veneratio, creverunt & opes. Nam istius oppidi incolæ sive simplicitate, sive pietate & religione svadente, non solum ædificia sua in oppido, sed & extra oppidum pasua, agros, sylvas & prædia omnia sine liberis decedentes, sponte sua vel Deo dedicant, vel Dei Ministris ea petentibus tolerabili pretio vendunt (nefas enim habebatur, viris religioni addictis, quicquam denegare) aut ipsi se, suaque huic ordini manciant. Itaque brevitotius oppidi omniumque circumquaque bonorum ius potestati ac arbitrio Canonorum subiectum est.

772.

Incre-
menta
urbis sub
Carolo M.

Cum itaque huius *Monasterii* religio & opes auerentur, multi & pietate Canonorum, & loci commoditate alliciti huc habitatum migrant, impetrata tamen prius in Dominorum fundo ædificandi facultate. Inde multorum civium Domus servitute quadam in hodiernum diem premuntur. Nam Ciues singulis annis ius habitandi redimunt, certam quandam pecuniam arealem (quam vocant *Weringeld*) Dominis Canonicis pendentes,

tes, qua testantur, fundum seu arcam ædificiorum suorum, iure Domini & proprietatis ad ipsos pertinere. Confluunt itaque huc multi, & vndique oppido circumfusi, sedesque figentes, suburbium satis splendidum extruunt, quod tandem aucto incolarum numero, iureque ciuitatis adepto, muro aliisque munitioibus cingunt. Celebritas proinde *Monasterii*, piis viris seu Canonicis exornati, variisque muneribus, privilegiis & opibus dotati, Præfule sanctissimo illustrati, urbem & Rempublicam florentem brevi constituit. Hinc est, quod inclytum hoc *Monasterium Mimigarde* nomen paulatim observaverit, & vtraque vrbs, tam media quam vndique circumducta non iam *Mimigarde*, sed *Monasterium* sic appellatum, commutato scilicet appellativo nomine in proprium. Est igitur huic vrbi nomen indicum non a Virginum nobilium Cœnobio trans amnem sito (vt quidam existimant,) sed a cœtu nobilium, piorumque virorum *Monasterio*, tanquam digniori, splendidiori & antiquiori, vnde fere nomina rebus imponi solent. Hoc enim a *Carolo M.* Christianissimo Imperatore, cuius festum etiamnum 27. Julii in æde Basilica celebratur, illud vero ab *Hermanno* eius nominis primo, decimo quarto Ecclesiæ *Monasteriensis* Præfule fundatum legimus. Præterea cum Catalogus Episcoporum Dominum *Ludgerum* primum huius Ecclesiæ Antistitem, reliquosque in ordine sequentes ad Decimum vsque Episcopos *Mimigarde* Ecclesiæ, sed decimum tandem scilicet *Dodonem* primum Episcopum *Monasteriensem*, deinde sequentes tam *Monasteriensis* quam *Mimigarde* Civitatis Episcopos, sine discrimine aliquamdiu nuncupet, hinc sine vlla controversia constare potest, Urbem hanc non a Virginum cœtu, quem Decimus quartus Præful primum convocavit, appellatam. Relinquitur deinde, (quod & ego crediderim) eam a præcipuo & nobiliori Virorum *Monasterio*, nomen sumpsisse. Non hæc ideo dixisse velim, vt aliorum auctoritatem elevem; relinquo enim cuique suam existimationem & opinionem hac in parte illasam. Hæc de initio satis humiliter dicenda putavi.

CAPVT III.

Acta inter Principem & ciuitatem.

Cum autem inter Comitum de *Wintzeburg* *Monasteriensis* Ecclesiæ Episcopum decimum octavum ac Dominicos Dominos acerrima dissensio oriretur, qui cum Nobilibus diocesis (quos *Vasallos* vocant) ac ciuibus circumductæ vrbs, adversus Præfulem vniuersi consensu conspirantes, ipsum sibi præesse non ferunt, ideoque eundem diocesi eiciunt. Princeps vero iustæ causæ amicorumque præsidio fretus, ad *Lotharium* Ducem *Saxoniæ Transivurginæ* (qui postea Imperiali diademate insignitus fuit,) confugit, cuius Principis, Comitumque de *Wintzeburg*

Meykenii Scriptor. Rer. Ger. Tom. III.

[auxilio] & armorum præsidio adiutus *Monasterium* 1097. 7. Maii armata manu invadit omnia in prædam vertit tam publica quam privata ædificia cum templis, præter Sacellum Sancto *Ludgero* trans aquas dedicatum, ignitis spiculis ac telis ignem vomentibus, in urbem prius missis, comburit; muros huic superficiem (qui nunc *campus dominicus* dicitur) circumductos solo æquat, Dominos vero ac Nobiles Civesque supplices iam factos, omnium iniuriarum oblitus in gratiam recipit, adempta privilegia, additis novis, reddit, auctores tamen concitatæ seditionis, *Lotharius* secum abduxit, & grandi pecunia multatos tandem remisit. Hos muros ita deiectos *Borchardus* de *Holthe*, decimus nonus Episcopus restaurat, altioresque extruit (vt ab incursionibus *Comitis* ab *Arnsberg* & Nobilium de *Meinhövel* sint tutiores, qui tanquam quotidiani hostes Ecclesiam *Monasteriensem* semper affligebant) ac templum exvstum portasque, per quas ad suum campum a 4. mundi angulis aditus est, reparat ac orientali templum Michaeli Archangeli, occidentali vero Sacellum divo Georgio consecratum imponit, cuius turris nunc a *speculo* nomen habet.

Anno 1041. 4. Januarii, regnante & præfente *Henrico* Imperatore eius nominis tertio summum Altare consecratum est ab *Hermanno* Archi Episcopo Colonienfi, ministrantibus *Alebrando*, Archiepiscopo Bremensi & *Brunone* Episcopo Mindenfi, in honorem sanctæ Crucis & Mariæ Virginis; *Bardo* Archi Episcopus Moguntinensis, in præsentia *Svingeri* Bambergensis, qui postea Pontifex maximus creatur, & *Dethmari* Hildesiensis Episcopi, australe Altare divo Joanni Baptistæ ac omnibus sanctis dedicavit; Aram aquilonarem *Hunfridus* Archi Episcopus Parthenopolitanus, adstantibus *Carrone* Circenti, & *Alverino* Osnabrugensi Præfulibus, sancto Joanni Evangelio grapho consecravit, occidentale vero Altare inauguratum auspiciis sancti Petri & Pauli ab *Hermanno* Episcopo huius Cœnobii fundatore Architectoque, præsentibus & adstantibus *Harardo* Leodiensi ac *Rodolpho* Schlesvicensi Præfulibus. In hac celeberrima dedicatione & Episcoporum præsentia, *Henricus* Imperator prædium opimum Virginibus in sustentationem pio Zelo motus donavit.

His omnibus ita comparatis, a tempore consecrationis, Cœnobium aliquamdiu incolume stetit, Virginesque divino cultui hymnisque decantandis vacantes, cœptam pietatem ad annum tricesimum produxerunt, quibus exactis 1071. felix susceptæ religionis cursus aliquandiu interruptus impeditur, & ad tempus suspenditur. Nam totam huius Cœnobii templique structuram, præter lapidum moles, incendium in Aprili exortum penitus absumpsit, sed omnia inter annos quatuordecim in meliori cultu sic reparantur, vt anno 1089. 3. Januarii *Henrico IV.* Im-

CCC CC 2

perium

Urbis di-
citur Mo-
nasterii-
num.

1097.
Monaste-
rii e-
vertitur.

Muri re-
parentur.

1041.
Dedica-
tiones al-
turium.

1071.

1089.

Anti-
quitas
Sacelli
Hieru-
salem.

perium Romanum administrante, *Monasterii* pars occidentalis, vt ab integro per *Erponem* Præfulem Diœcesis (fuerit) consecrata. Eodem quoque anno, octavo Aprilis Calendas, altare in Sacello Hierusalem appellato, incendio pollutum, idem ille *Erpo* consecrat. Hoc autem Sacellum ipsum templum dominicum antiquitate præcelluisse crediderim. Legimus enim sanctum *Svibertum* ante tempora *Caroli M.* cum quibusdam piis viris ac sacerdotibus hic *Monasterii* & in locis finitimis Christum docuisse; & multos convertisse per edita miracula, templaque consecrasse. Proinde non dubito, hoc sacellum quoque ante *Caroli* in *Westphaliam* expeditionem extructum fuisse, quod etiam sanctus *Ludgerus* Prothoprusul Monasteriensis *Bilderbecca* post mortem huc delatus, ac 30. dies sine fœtore in seo quiescens sanguine suo e naribus in adventu *Hildegri* germani fratris sui, Præfulis *Hälberstadiensis*, fluxo consecravit, vnde non iam *Hierusalem*, sed sancti *Ludgeri* Sacellum in hodiernum diem nuncupatur. Quod & multis reliquiis fuit illustratum, templum vero ipsum ac altaria 1086. 4. Calendas Iannuarii iterum consecrantur. Sacellum meridionale 1087. 9. Calendas Februarii aquilonare vero Anno 1088. ipsis Calendis Februarii, Chorus autem Virginum eodem anno 17. Calend. Septembris ab eodem *Erpone* gratuito consecratum. Hanc eandem cum omnibus aliis templis ædificiisque privatis perdiderunt, *Borchardus* vero de *Holtbe* decimus nonus præsul, reparationi exstarum ædium huius coenobii intentus, eam non absolvit, sed morte præventus, *Egberto* successori suo consummandam reliquit. Quod cum magnifice absolvisset, virgines passim inter amicos & sanguine sibi iunctos, a tempore incendii vagantes, passim revocat, sed cum inter suos aliquamdiu licentius & dissolutius agere didicissent, Episcopali revocationi multum renituntur; assuetæ enim libertati a carcere abhorrent. Tamen cum ecclesiæ fulmina serio rebellibus minaretur, magna cum difficultate tandem quod voluit, effecit. Reversas igitur arctiori custodia conclusit.

Monia-
lium or-
ga Epi-
scopum
contu-
macia.

Anno 1340. tempore *Ludovici* de *Hasfia* 35. Præfulis, templum cum turri, totius parochiæ, iam numero & divitiis auctæ, sumptibus multo augustius & splendidius, quam antea fuerat, redditur, & alia facies templi altariumque coepit esse, quæ in hodiernum diem perdurat. Virgines huius Coenobii non minus nobiles sunt, quam summæ ædis Domini Domini.

1450.
Bellum
civitatis
Monast.
cum Ca-
sulo.

Anno 1308. coepit ordo *Fannitarum*, bellumque septennale inter capitulum & civitatem habitum, ex quo Capitulum, penes quod ius est eligendi Principem, 1450. *Walravium* de *Moersa* elegisset, Civitas vero factione *Ericum* ab *Hoya* Episcopum esse vellet, ad arma ventum est. Itaque 1454. ipso die *Arnulphi*, prope *Varler* Coenobium Mona-

chorum, vtrinque acriter comparatis auxiliariis copiis concurritur. Civium acie inclinata *Friedericus* Dux *Lünenbergensis* ac *Ernestus* Comes de *Schawenburg* capiuntur, multis civibus trucidatis. *Wabravius* ex illo prælio cum suis non solum insignem victoriam, sed etiam Diœcesis Monarchiam lætus reportat. Huius victoriæ Clerus coenobio Minoritarum (quo lætorum civium cadauera convecta sepulta sunt) excipiebatur.

In hoc rerum motu *Jannita Steinvordiani* (cum non essent - -) magnis cladibus a civitate Monasteriensi sunt affecti. Vnde Dominus *Bernardus Schedelich*, ordinis sancti Joannis per *Westphaliam* Balivus ac Dominus *Steinvordianæ* Commendator, plurimum exacerbatus, civitati lites movit, sed pacificorum equestris ordinis virorum interventu 1474. in feriis præcedentibus divæ *Margarethæ* virginis sopiuntur, & cum ante multos annos non solum totius iudicii iura, sed etiam vectigalia omnia urbis, redditus & proventus *Gruta* (vt vocant) Episcopi vsparent; accidit post annum 1477. vt *Eberhardus* a *Dieft* 32. Episcopus pro defensione suæ Ecclesiæ, contra civitatem arma sumeret, eamque hortatu quorundam tranquillitatis osorum arcta obsidione cingeret. Sed cum nobilitas primariusque clerus auxilium contra civitatem Episcopo negassent, vel quod causam leviolem obsidionis tantis motibus esse putarent, & inconsultus arma induisset, vel quod non sine magno subditorum malo & sanguinis effusione bellum iam coeptum conficeret, vtrinque exacerbatis animis & totis viribus collatis, vel quod ineluctabilem invidiam civitatis in se provocarent, ipse proinde tantæ rei efficiendæ solus impar de capienda vrbe desperavit. Præsidio itaque destitutus, motis castris non solum causam obsidionis remisit, sed etiam media parte iudicii secularis, ac amissione omnium vectigalium proventuumque *Gruta* pacem coactus redemit. Ea igitur iura hoc modo acquisita, Senatus in hunc vsque diem, etsi quidam ea violare conati sint, sibi tamen retinuit.

Collegium quoque *Mauritianum* extra urbem nongentis & triginta circiter gressibus situm, *Friedericus* frater Marchionis *Mirnenensis*, 16. Ecclesiæ Monasteriensis Præsul, in loco amœnissimo fundavit, ac sancto *Mauritio* Christianæ militiæ Duci fortissimo dedicavit, opibusque non paucis ditavit, ac ei novem viros pietatis & veræ religionis studio addictos, partim nobiles partim plebejos (quos Canonicos appellant) imposuit, vt fidei negotium propagaretur; Præpositum quoque conservatorem privilegiorum Collegii sui semper e numero primarii Cleri eligendum constituit, qui certorum reddituum duabus partibus sibi reservatis, tertiam inter reliquos æqualibus portionibus distribuendam relinqueret.

CAP. IV.

DE OSTENTIS ET PRODIGIIS.

A temporibus autem *Caroli* magni Christiani Principis & totius *Saxoniae* Apostoli, qui saluberrimis *Westphaliam* infestavit bellis, gentemque multum rebellem & feram armis primum feliciter contudit, deinde salvifico Christi Jesu verbo edoctam emollivit, nullos eximios in Republica motus in hac provincia extitisse comperimus.

1517.

Sed postquam 1517. pridie idus Januarii circa tertiam in quibusdam *Germania* locis tres in coelo visi sunt soles sanguinolentis transfixi gladiis, ac ipsis idibus Januarii sol horrida specie, quibusdam semicirculis diversorum sexus hinc 10. Januarii ac 17. Martii tres lunæ apparuerunt, (quæ ostensa vnius solis & fidei claritatem caliginosis opinionibus convellendam ac in diversas partes distrahendam, capitaque rerum publicarum, quæ per soles intelligi, ex Annalibus observatum est, inter se dissensura sine dubio portenderunt) multiplices sectæ in certis *Germania* provinciis ortæ, totam propemodum *Westphaliam*, quasi per contagionem paulatim inficientes, multas Respublicas non solum moverunt, verum etiam horrendas mutationes illis intulerunt.

1527.

Quid terrificum illud ostensum 1527. 11. Octobris, a multis hora quarta, ante solis exortum, in coelo visum portenderit, cum in septentrione maxime fuerit conspicuum, res ipsa declaravit. Apparuit a forma brachii incurvati e nubibus protensi, in cuius manu gladius anceps, vtrinque stellam vnam obscuriorem, in acie vero vnam maiorem lucidioremque habens videbatur, in lateribus species gladiatorum sanguinolentorum, capitibus humanis permixtis apparebant, quod tantum horrorem spectantibus incussit, ut exanimatos propemodum eos fecerit.

1529.

Sudor
Angli-
cæ.

Quid lethalis ille sudor (quem *Anglicum* nominabant,) præsignificaverit, qui 1529. totam *Germaniam* subita ac immensa hominum strage invadens, intra 24. horas correptos aut suffocavit, aut sine vitæ dispendio pristinae sanitati restituit, qui tantum erroris omnibus impressit, ut vivi adhuc integra valetudine fruenter, ambulando se mori profiterentur. Cum enim hic morbus tantopere grassaretur, ac plurimos passim corripere sterneretque, sacerdotum vero (qui sacramenta decumbentibus administrarent) exiguus esset numerus, in tanto hi, necessitate sic postulante, fuere honore & veneratione, ut Numina eos terrestria esse putares. Nihil hoc certè *Germania* malum & incolarum afflictio aliud nobis prædixit, quam maioris mali magnitudinem, & religionis a vitæ everfionem, nihil insveta illa & præter morem subita sacerdotibus exhibita veneratio, quam futuram in religionis negotio metamorphosin ac summum sacerdotum contemptum præfigivit. Hos igitur *Westphalicarum* urbium motus, hoc cru-

entum *Monasteriense* bellum, quod non solum vicina oppida, sed totum pene Romanum imperium sollicitum reddidit, tria integra Lunæ deliquia proxime præcesserunt, quorum primum Anno 1530. 6. Octobris, ab undecima ad secundam, sequentis diei perseverans visum est, desinitque in 14. gradu arietis, quod peculiarem nobis effectum prænuñciavit. Nam quoties luminarium deliquia in Aquario, Virgine vel Ariete accidunt, penuriam annonæ, obscuræ & ignobilis plebeculæ seditiones, bella motusque civiles nobis imminere, Astronomi observarunt.

1530.

Anno 1533. 4. Augusti tota Luna terræ umbra conclusa in 31. gradu 30. min. Aquarii secundo expalluit, ac a 10. hora noctis incipiens & sequentis diei horam primam perduravit.

1533.

Hinc 1534. 30. Januarii hora secunda ante meridiem tertio obscurata, in secundo gradu Aquarii, nobis potissimum clades prædixit, cum *Westphaliam* Aquario signo celesti subiectam esse (constet).

1534.

Solis quoque splendor intercedente lunari globo, ter ante *Westphalicam* cladem nobis subrahitur.

Primum Anno 1530. 29. Martii a quinta hora matutina ad septimanam in 18. gradu Arietis, qui Marti assignatur.

Secundo Anno 1532. 30. Augusti a duodecima diei hora ad secundam propemodum in 16. gradu Virginis. Tertio non multum temporis ante hoc funestum bellum 1534.

14. Januarii, sol passus est horrendum deliquium, a medio primæ pomeridianæ ad meridiam horæ tertie in tertio gradu 38. minut. Aquarii signi *Westphalici*. Hoc quoque observatu dignum putamus, quod in hoc eodem mense & signo vtriusque luminaris & solis & lunæ facta sit observatio, quam rem (nisi Deus avertat pro sua peculiaris bonitate) insignem miseriam & rerum mutationem semper secutam fuisse docti testantur.

Quemadmodum præterea per deliquia, ita quoque Deus imminentis mali acerbicatem per cometas præmonstrat, quæ omnium iudicio bella, Republicæ mutationes, Dominiorum vastationes, cruentas cædes aliasque calamitates portenderunt.

Anno igitur 1531. circiter sextam Augusti in coelo cometes exarsit, & primum aliquot diebus ante solis exortum apparuit; inde securus est solem, & post occasum solis circiter tres septimanas usque ad tertium diem Septembris visus est. Cursus eius fuit per trientem Zodiaci, quem Cancer, Leo, Virgo & Libra efficiunt, in quo postremo apparere desinit, si toti *Germania* cladem intulit. Anno 1532. in Septembri per aliquot septimanas, duabus horis, mane, ante solis exortum, iterum visus est Cometes, qui initium lumens sub lucida stella, in Leonis pectore collocata (quam Basilicum vocant) per virginem ad

Cometa.

Libram suo motu pervenit, est autem Leo signum nostræ regioni adversum, multos motus ciens. Cum vero sub Basilisco Cometa primum apparere incipit, adventitium & peregrinum quendam Regem ambitionis causa bellum moturum, portendere solet, quod *Monasteriensibus* contigisse exploratissimum est. Tandem Anno 1533. multo maiore & candidiore face cometes accensus, tanquam certior & propinquior nostræ calamitatis nuncius ad nostram verticalium stellarum locum propius accessit, matutino inquam tempore, in verticali nostræ vrbs puncto suspensus hærebat, miræ longitudinis instar pericæ seu gladii oblongi flammam eo eiciens, quæ solis radii punctus soli oppositus inveniebatur.

Præterea obscurum non esse puto, quod piscis ille mortuus longitudine 68. pedum, crassitudine 30. oris hiatu 13. Anno 1531. in Augusto non procul ab *Harlemo*, oppido Hollandiæ a mari eiectus portenderit. Cum *Joannes Matthison* Harlemicus *Monasterium* appulerit, atque Propheta ibi abominandus habitus sit, sed antequam aliquid fama dignum designaret, in initio obsidionis, ante portam Ludgerianam, ab hostibus transfusus perierit, cumque nulla *Germania* provincia plura Anabaptistica monstra pepererit, quam *Hollandia*, imo ex ea omnium monstrorum Coryphæus, caput & Rex *Joannes Bockelson* Leidanus prodierit. Ut autem Deus certiora cladis futuræ indicia prodere, eamque iam iam capitibus nostris impendere commonstraret, si forte ea, quæ frequenter eveniunt, & ancipitem interpretationem recipiunt, minus nos moverent, ideo rarioribus & manifestioribus portentis, partim supra urbem in aere, partim intra moenia, non sine summa trepidatione visis & auditis, animos incolarum ab indecentiori vita, tanquam clementissimus pater postremo detertere voluit, quæ *Monasteriensis* Reipublicæ ruinam proxime præcesserint. Multiplices primum faces & subitæ flammæ insvetique fulgores, supra urbem in aere, nocturno tempore aliquamdiu inter se concurrere, ac tandem aut decidere, aut cacumina turrium sine nexu tamen lambere visuntur; Coelum ingenti hiatu findi rimasque oblongas agere visum est, vnde terribiles ignes emicuerunt. Agricolarum in vicinis prædiis & pagis commorantes, aut equos aliaque pecora nocte pascentes, urbem quasi flammis correptam sæpe intuentur, & cum explorandi causa occurrerent flammam non solum vrbi innoxiam fuisse, sed etiam evanuisse prorsus deprehendunt. Interdum igneis nubibus opertam urbem vigilantes referunt, qui iam subito casu incendium minabantur. Monstruosi tam hominum quam pecorum partus eduntur. Lepus hominum alioquin coetus fugiens urbem ingressus capitur; gallinæ præter morem, mares imitantes cucurriunt, galli vero effœminati gloriunt.

Joh. Matthison
Propheta.

Tres soles Anno 1534. 9. Februarii hora secunda pomeridiana conspecti, triplicem religionem *Catholicorum*, *Evangelicorum* & *Anabaptistarum* non aliter portenderunt quam illi, qui post obitum *Julii Caesaris* triumphatum. Semper enim soles veri idola, divisiones & dissensiones prædixisse, multorum seculorum historiarum testantur. Quidam divipandi furore correpti & Anabaptistico spiritu pleni, per omnes vicos vrbs cursitantes, vociferatibus horrendis populum deterrerent, & quosvis obvios ad poenitentiam invitant, diem illum domini magnum instare, clamantes.

Filia *Georgii Chornbergs* Sarcinatoris puella, quantum ex habitu corporis colligere potui, 16. annorum, Anno 1534. 8. Februarii post meridiem, miro ac terribili entusiasmo afflata in ædibus *Bernardi Werthen* sub fornice in editiore domus loco sedens magna hominum turba circumstante ad usque concionata est nunc de peccatorum vindicta, nunc de exaltatione & proemio piorum, nunc de vrbs, & totius orbis post triduum futuro interitu; & crebro admiscet *va, va Monasteriensibus, va, va, impiis!* Atque ad hunc modum aliquot horas picæ instar, varia sine ordine garriens consumpsit. Quæ res nobis adstantibus & audientibus, non tam admirationem quam summum horrorem & futuri mali præsagium attulit. Fœminæ quoque illusioni diaboli deceptæ, eodem anno 2. Februarii sanguinem pluvisse in lineis peplis ostentant; varios eo die in aere spiritus horrendaque spectra apparuisse, quidam constanter affirmant. Conspectus quoque est in sublimi circa idem tempus vir auream gemmatamque coronam gestans, qui in dextra gladium, sinistra vero virgam apprehensare visus est. Et alterius viri effigies visa, utraque manu sanguinem redundantem comprimens, vnde guttatim sanguinem defluere viderunt. Coelo etiam sereno Equitem armatum, minitanti vultu, gladium dextra quatientem, multi prospiciunt. Seræ portarum, nemine mortalium movente, per se insultantes, nocturnos vigilantes exterrunt. Infantes ac pueri passim per plateas scipionibus armati, militaria signa aut a papyro aut panno lineo facta, circumferunt, ac tympanorum bombardarumque sonitum ore mentientes, per iocum sæpe configunt. Taceo clamores militum, armorum, concursum equitum & armatorum hinnitum equorum, infantium fletum, mulierum ejulatum, canum & noctuarum tristes ululatus, in sepulchris & cœmiteriis mœstos gemitus, varios in templis strepitus & singultus lacrymabiles bombardarum, tympanorum ac tubarum sonitus, qui in pomæiis ac aviis secessibusque nocturno tempore audiuntur.

Enthusiaste
Monasterii.

Taceo tandem, quod interdum aliquoties supra urbem tiliarum ac tympanorum milita-

litarium sonitus longo ductu aerem penetrans, multorum hominum aures in se converterit.

CAP. V.

ANNO 1524. & 1525. ACTA.

Monasterium Ecclesiasticorum salutari doctrina & vitæ sanctimonia, senatus prudentia & auctoritate, optimorumque civium prudentia & pia imitatione in ea religione, quam sanctus *Swibertus* primum docuit, & *Carolus* magnus confirmavit, Deo propitio ita perseveravit, ut novationem nullam ab eo tempore admiserit. Sed postquam Anno 1517. quorundam doctrina bona opera damnantium & ceremonias Ecclesiasticas ejicientium, per *Germaniam* gliscere coepit, *Friederico* de *Weda*, Episcopo Anno 1522. post *Erici* de *Lowenberg* mortem 6. Novembris libera electione designato *Eberwino Drosten* & *Joanne Botande* Consulibus *Theodorico Münstermann*, *Henrico Trabelmann*, *Joanne Drosten*, *Joanne Osnabruck Jun*, *Joanne Herdingk*, *Wilbrando Planies*, *Eberwino Steveninck*, *Bernardo Kerkering*, *Joanne Oseden Seniore*, *Richwino Meinersbagen*, *Bernardo Paell*, *Henrico Drolsbagen*, *Bernardo Cbrollen*, *Joanna Bischping*, *Joanne Schbeneking*, *Henrico Mosmann*, *Antonio Cbenass*, *Gerhardo Oecken*, *Henrico Moderfon*, *Gerhardo Quieehagen*, *Adolpho Niehaufs*, & *Hermanno Bisprinck* Senatoribus, *Ludgero Thornbienc* & *Henrico Stoigers* pellione tribuno plebis circa annum 1524. eiusdem farinae concionatores in huius etiam Republicæ paræcias clanculum præter bonorum spem irreperunt, qui popularem captantes auram, & Clerum in invidiam plebis rapientes, levi primum flatu scintillas a quibusdam mercatoribus conceptas exvscitant; quæ cum latius, nemine restingvente, serperent, multos quoque infimæ fortis homines celeriter corripunt. Et quamquam *Joannes Tantius Lambertinis*, *Lubertus Casemius*, *Martinus*, *Fredericus Reiningus Transfluvianis*, ac *Joannes Winckius Ludgerianis* aliquot annis citra reprehensionem verbum Dei disseminassent, tamen hoc anno ea evomere incipiunt, quæ plebem adversus Clerum & Magistratum animabant. Auxerunt horum studium quidam scholarum Rectores, & maxime Scholarchæ ad sanctum Martinum & Ludgerum, quorum postremus, *Adolphus Clarenbachius*, tanquam sacramentorum violator, *Colonia* transgressionis poenas dedit. Anno 1531. emerit quidam *Bernardus* fatali quadam dispositione cognominatus *Rottmannus*, quasi factiosus vir, cum omnis factionis & disparis religionis in vrbe Monasteriensi propemodum auctor fuisset ad eo, ut verissime a Poëta dictum sit: *Conveniunt rebus nomina saepe suis*. Hic patria fuit Stadlonensis, cuiusdam *Henrici* fabri ferrarii filius. Est autem *Stadlona* oppidulum Diocesis Monasteriensis, quod a parte septentrionali *Berkella* fluvius alluens, aliquot

rotas molares agitac ac veteris ibi arcis ruinas præterfluens, *Vredenam* declivi cursu contendit. Huius maiores atque parentes beneficii infimulati, vulgo infames habiti sunt. Avus enim publicam beneficii nomine agens poenitentiam, cum *Raymundus* Cardinalis indulgentias Pontificias *Roma* in *Germaniam* attulisset, *Lastrusum Daventrie* circumtulisset, acque eo modo præsidio indulgentiarum, perpetrati facinoris remissionem impetrasse dicitur. Vocant autem *lastrusum* vas, in quo lactis pinguedo assiduo motu in butyrum coit atque coagulat. Hic itaque *Bernardus*, puer ingenio nobilissimo atque vaferrimo, parentum cura in scholis diversis enutritus, primas literas didicit, sed cum parentes tenuiores essent, quam ut omnes studiorum sumtus ferre possent, Domini *Hermanni Sibingi*, consanguinei sui & Vicarii Collegii Mauritaniope, in numero cantorum & choralium adiectus, in templo Mauritano, canendo se exercuit, & victum sibi acquisivit. Ibi cum ad aliquot annos vixisset, seque comitate ingenii & obsequiis promptissimis, in multorum familiaritatem insinuasset, favorem sibi non mediocrem apud multos conciliavit. Vbi vero cum ætate, vox quoque acuta in asperioreni mutari coepisset, ita ut ad hanc provinciam administrandam diutius non videretur aptus, *Warendorpenfis* Scholæ gubernacula suscipiens iuventutem aliquamdiu docuit, & literis humanioribus non parum profecit. Inde instigante *Sibingo*, profectus *Moguntiam*, coepta literarum studia profecutus est, atque ibi communibus *Westphalorum* sumptibus atque impensis, qui ibi literarum causa aderant, adiutus Magisterii titulum anno (ut opinor) 1524. adsecutus est. Inde reversus, a *Sibingo* non solum sacellanatum, verum etiam beneficium Ecclesiasticum in æde Mauritiana extra muros *Monasterii* sita 1529. impetravit, & sacerdotii caractere insignitus, ad concionandi functionem admittitur. Vbi primum catholica, magno cum Dominorum applausu docuit, sed cum ea paulatim suis concionibus admiscuisset, quæ a Catholicorum dogmatibus aliena videbantur, & quosdam e civium numero ad se novitatis avidos pellexisset, atque Clerum in odium plebeiorum rapere inceperat; Clerus Mauritanus ipsum suis sumptibus ad Academiam aliquam Catholicam ablegandam satius esse putant, quam se novarum opinionum patrocinio involvere: sperans ipsum aut minime aut saltem candidiorem reversurum. Ideoque Canonici sui ius Collegii ipsi studiorum præsidium ea lege decernunt, ut *Coloniam* contenderet, totumque se Theologicis literis manciparet. A vicariis quoque florenos adsecutus est, quos tamen Chirographo, se restitutum atrinxit; restituet forte post longum annum *Platonis*. Ille vero aliud agens, aliud tamen

1524.
Initia
Reformatio-
nis Mo-
nast.

Adol-
phus Cla-
renbachius.
1531.
Bernardus Rottmannus.

tamen in animo gerens, se, quo Domini velint, profecturum pollicetur, secutus tamen consilium quorundam mercatorum Evangelicorum; qui clanculum quoque illi pecunias, in praesidium viatici conferebant, *Wittenbergan* concessit. Interea *Sibingus* vices illius explevit.

Melauchthonis de eo praesagium. Huius ubi *Melanibon* ingenium cognovisset, dixisse fertur, ipsum aut insigniter bonum, aut insigniter malum fore. Inde novarum ceremoniarum discendarum causa, superioris Germaniae civitates pervagatus est, sicuti literae a se

Spira missae satis declarant. Reversus e superiori *Germania*, *Rothmannus* a subita innovatione, cum concionaretur apud *Mauritanos*, se aliquamdiu callide coercuit, paulatim tamen omnes Ecclesias innovat, Evangelicorum ritus, quos tam *Wittenbergae* quam *Argentorati* didicerat, non aliter quam *Simius* imitando exprimit, omneque virus annis praeteritis conceptum ac imbibitum, plenissimam faucibus evomit. Abrogatis itaque & reiectis omnibus Catholicorum ceremoniis, quasi hominum commentis, novo Evangelicorum spiritu excogitatae substituuntur, damnantur bona opera, profusa Evangelica libertas in licentiam commutata, impunitatem peccandi permittit, qua plurimos ad extremam paupertatem redactos, spe invadendi bona aliena, ad se allicit, quod multis *Rothmannus* nomine suo satisfaciens ea docet, quae motus & multiplices factiones sopiebant, quae communem Ecclesiarum pacem labefactabant, quae plebem adversus Clerum & civilem Magistratum inflammabant, quae catholicam religionem violabant. Ad hanc novationis amentiam natura hunc peperit, voluntas exercuit & fortuna servavit.

Hunc potissimum aere alieno multi praegravati, tanquam numen aliquod venerantur, ab ore huius pendent, hunc spiritu Dei agitari, sibi persvadent, hunc tanto studio & aviditate audiendi, invito maxime Magistratu; catervatim ex urbe sequuntur ut praeter hunc concionatorem existimarent esse nullum, & alios cum toto Clero condemnent, damnent & execrentur. Huius autem doctrinae consiliarios quosdam Episcopos & auctores & patronos esse plerique non dubitabant.

1532. Cum 1532. 25. Januarii *Leonhardus Maes* Principi a secretis per *Henricum Grammathophilacii* ministrum *Rothmanno* significari praeciperit, ne sibi magnopere metuat, si enim acerbius aliquid per Episcopum suggestione malevolorum contra ipsum decretum fuerit, hoc per internuntios clancularios satis mature a grammathophilacio stitutum; quam rem *Wichmannus* per literas significabat *Rothmanno*. Verum ubi Princeps per Clerum primarium Senatque urbis de religionis novitate, deque seditione inter ciues a *Rothmanno* concitata, certior esset factus; plus valuit apud Principem virorum gravium auctoritas; quam levium & periurorum quorundam Aulicorum persuasio, itaque concionandi munere ille protinus interdicat.

Rothmannus concionari prohibetur.

CAPVT VI.

Confessionis doctrinae *Bernardi Rothmanni* Stadlonensis Ecclesiae Mauritanici epitome, Venerabilibus ac Domini Christi ministris, Dominis Decanis, Pastoribus & Presbiteris civitatis Monasteriensis & collegii divi Mauritii moenibus eiusdem subiecti *Bernardus Rothmannus* salutem.

Gratiam a Deo Patre, & sinceram per Spiritum sanctum Christi cognitionem. Cogit me impiorum quorundam malitia, Viri Fratres; Quidam Evangelium Christi Jesu haereticum a me pari fide & studio per Christi gratiam traditum blasphemare & conspuere non cessant, ut quod haecenus pro modulo gratiae meae lingua & voce fideliter propagavi, nunc calamo scriptoque divulgare aggrediar, quippe cum ita per calumnias malorum nota res feratur, ut publico praedicandi munere abstinere cogar, calamo pro lingua utendum duxi, & quod lingua fieri prohibetur, nimirum, ut manifesta sit Evangelii per me traditi veritas, scripto pro mediocritate mea praestare conabor. Omni enim tam impiis malorum blasphemias; quibus non meam, sed Christi doctrinam insolentissime veluti cebrosam insaniam, erroneam & haeticam suggillati, intelligo, resistendum existimo. Quoniam in fidelis cum Christo, cuius Evangelium est, quod tradidi, tum mihi & Fratribus, quibus per Evangelium salus contingit, fuero, si dissimulare velim, aut negligenter praetermittere hanc Christi iniuriam & Evangelii blasphemiam in animum induxero. Idcirco, quemadmodum ex officio debeo, nimirum Evangelii gloriam, concedit mihi populi salutem, sedulo promoveam verum, doctrinae meae confessionem, adversus mendaces impiorum calumnias, veluti antithesi quadam opponere, operae pretium duxi; bona siquidem spes animum meum habet, futurum ut si esset, atque vera doctrinae meae confessio fuerit publicata, impiorum strophae, quibus rude vulgus, imperitata plebs fascinator, & ab Evangelicae veritatis cognitione prohibetur absterreturque, aut prorsus convellantur, aut certe minus noceant. Quemadmodum enim, qui in lumine ambulat, minus offendit, ita calumniosae impiorum technae, quibus veritatem obscurare nituntur, minus simplicium animos turbabunt, si veritatis claritas iuxta ponatur. Proinde, viri fratres, haec causa, haec, inquam, ratio est, quare doctrinae meae capita, in quam veteres quidam & plane Athei homines, tam furiose debachantur, in articulos contrahere & palam profiteri sum coactus, quibus equidem, quanquam angusti sint, tamen mediocriter in sacris literis exercitato & Christi cognitione imbuto, vnde tanquam ex fonte quodam, quicquid docui, profluxit, ita satisfactum puto, ut & ad examinandum & iudican-

Confessio Bernardi Rothmanni.

illum

„dum meam doctrinam non ita multum se
 „desideraturus. Quantum enim mihi do-
 „ctrinæ meæ statum & seriem in memoriam
 „revocare licuit, nihil prætermisi, quod non
 „ea fide, ea conditione, qua deprecatum est,
 „hic quoque scriptum inveniatur & legat.
 „Hanc doctrinæ meæ confessionem, viri fra-
 „tres, sicuti totius Ecclesiæ, ex afflatu Spiri-
 „tus sancti secundum scripturam decernentis
 „iudicio libenter submitto, ita, ut id præci-
 „pue vestro faciam, cum alia in causa sunt,
 „tunc maxime, quod simili atque ego prædi-
 „cti functione Evangelicæ veritatis, & popu-
 „li salutis causam, perinde quoque atque
 „ego virulentas sycophantarum calumnias
 „defendendas suscipere, etiam, si nemo ad-
 „moneat, debitis, quod utique præstabitis,
 „si doctrinam meam ad amissim sacrarum li-
 „terarum examinaveritis, & vel probare vel
 „improbare non recusaveritis. Mihi enim
 „ex æquo est, quomodo fiat, modo Evange-
 „lii lux & salus populi sint salva, ego autem
 „nullius mihi sum conscius & extra scriptu-
 „ram Canonicam (cui soli tantum fidem con-
 „firmare didicit August.) nihil me unquam
 „docuisse scio; tamen exemplo Pauli, quo
 „vestro suffragio magis in tuto sit Evangeli-
 „on, quod tradidi, veluti collationem factu-
 „rus, censuræ vestræ libenter submitto. Vos,
 „O Fratres, per salutem vestram attestor, ut
 „quemadmodum ego censuræ vestræ calcu-
 „lum candidè & libenter subeo, vos vicissim
 „pari candore legere & iudicare hanc meæ
 „doctrinæ confessionem velitis si quid recti-
 „us docere poteritis, ut filius obediens pa-
 „trum doctrinam non solum aspernaturus.
 „Valere *Monast.* Anno a nato Christo 1532.
 „23. Januarii.

De Sacris litteris.

„Solis sacris litteris absque contradic-
 „tione cedimus & accedimus. Sacræ literæ
 „sunt, quæ ad salutem, quæ est per fidem in
 „Christo Jesu, eruditos nos reddere possunt,
 „ut integer sit Dei homo ad omne opus bo-
 „num apparatus. Sacræ literæ verbum Dei
 „nonnunquam appellantur, quod tamen na-
 „tura non sunt, sed quia de verbo naturali
 „testantur.

De verbo Dei.

„Christus Jesus est naturale verbum Dei,
 „& verum, in quo & per quod creata & re-
 „staurata sunt omnia. Scripturæ, quæ re-
 „missionem peccatorum & salutem in vlla
 „alia re, quam in Christo promittunt, non
 „tam vanæ quam impiæ sunt. Verum, quæ
 „in Christo hoc promittunt, verbum Dei re-
 „cte appellantur; huic verbo Dei in omni-
 „bus constanter adfentiendum, nec ratione,
 „nec humanis doctrinis ei præiudicandum
 „possibile apud Deum esse verbum.

De Deo.

„Deus, iuxta expositionem sacrarum lite-
 „rarum & Symboli tam Nicæni quam Atha-
 „nasienii Scriptor: Rer. Germ. Tom. III.

„nati, est vnus & solus natura bonus, verus,
 „omnipotens, iustus, sapiens, creator & cu-
 „rator rerum omnium tam visibilium quam
 „invisibilium. Est pater, filius & spiritus
 „sanctus, personæ quidem tres, sed essentia
 „horum vna & simplex.

De Incarnatione.

Filius tantum carnem, totam humanam
 naturam, imo totum hominem, qui ex cor-
 pore & anima constat, vere ex immacula-
 ta perpetuaque virgine Maria pro nobis ad-
 sumpsit & homo factus est. Homo ille
 Christus Jesus ita in vnitatem hypostasios,
 sine persona filii Dei adsumptus est, ut sit
 vna persona inseparabilis & indivisibilis.
 Præterea, quæ de Dei simplicitate & perso-
 narum Trinitate, sacræ tradunt literæ & si-
 dei symbolum, vera sunt.

De Homine.

De iis, qui ab æterno vsque in sempiter-
 num vniuersa, vnico ac simplici intuitu in-
 spicit, hominem simplicem initio creavit ac
 rectum, quem tamen postea inobedientia
 lapsurum præscivit, æque ab æterno consti-
 tuit, Filium suum humana natura immisce-
 re, qui lapsum restauraret. Hac ratione
 bonitas eius ab omni parte manifeste de-
 clarata est. Homo igitur natura bonus in-
 obedientia factus est malus. Huius mali
 contagium ita vitiauit & pervasit totam hu-
 manam naturam, ut omnes homines, secun-
 dum naturam propagati, nascantur cum
 peccato filii iræ. Generale hoc naturæ vi-
 tium vere peccatum est, damnans omnes,
 qui Christi cognitione, hoc est, per bap-
 tismum & Spiritum sanctum non re nascun-
 tur, atque ita omnes homines, qui natu-
 raliter ex Adam per successionem generan-
 tur, sub peccato conclusi, sunt servi pecca-
 ti.

De Lege.

Servitutum hanc peccati humani - - &
 Dei iram per legem agnoscimus, proinde
 lex data est, ut non iustificet sed mortifi-
 cet. Mortificat autem, quando per eam
 peccata agnoscentes & naturæ nostræ ad
 bonum impotentiam agnoscimus, & de-
 viribus nostris desperare cogimur. Pecca-
 to obnoxii sunt æternæ maledictionis rei.
 Ex peccati captivitate humanæ rationis stu-
 diis & operibus nemo liberari potest. Hu-
 mana natura per se nihil aliud potest quam
 peccare. Ex peccati iure ille solum libera-
 tur, qui sine peccato est, pro peccatis satis-
 factio per eum solum modo est, qui nescit
 peccatum. Christus Jesus solus peccatum
 non fecit, sed factus est pro nobis pecca-
 tum, ut nos iustitia vivamus.

De Evangelio.

Iustitia, hoc est, remissio peccatorum so-
 lummodo eis contingit, qui per Evangelii
 promissionem Christi credunt. Vbi pecca-
 tum, ut nos iustitia vivamus.

ta remittuntur, ibi vera iustificatio est.

De Fide.

Per solam fidem in Christum peccata gratuito a Deo condonantur, hæc gratia per Evangelium manifestatur electis, & per fidem apprehenditur. Ut nihil iustificat, nisi fides, ita nihil peccat nisi incredulitas; fides autem, non quia credit salvificat, sed eo, quod Deus promisit salutem credenti. Est autem fides per Spiritum sanctum firma persuasio & constans conscientia iustitiæ & salutis, quæ nullis prorsus operibus, sed sola miserentis Dei gratia, ex auditu verbi Dei paratur. Hæc est amplissima huius fidei felicitas, scire se hæredem esse æternorum bonorum, ut sine fide Deo placere nemo possit, ita impossibile est, fidem esse sine assiduis multis & magnis operibus. Fides, quæ per charitatem non est efficax, non est firma sed mortua opinio. Circa fidei fructum seu usum, quæ sola meras hominum mortificationes operatur, nemo salvatur fide, hocque pretiosissimo iuncto margarito operum iustitia pro ruderibus habetur.

De bonis operibus.

Nullum est congruum humani operis meritum, quo gratia impetrari queat. Bona opera sunt fructus fidei, mala incredulitatis. Quantum faciunt fructus ad substantiam arbitris, tantum opera faciunt ad salutem. Eatenus homo fructum bonorum operum producit, quatenus fide in Christo radicitus est. Non fides aut iustitia ex operibus, sed opera ex fide & iustitia veniunt. Omne opus, quod non est ex fide, peccatum est. Opus bonum fit aliquando opinione iustitiæ & salutis quærendæ per ipsum; hæc opinio uniuersa impietas, infelicitas & idololatria est, & peccat in fidem, in promissionem veritatis Dei, & in totam tabulam primam. Opera bona ea tantum sunt, quæ scriptura sacra probat & mala, quæ improbat. Iuxta opera vel bona vel mala, adiudicabimur æternæ beatitudini vel maledictioni, quæ opera sunt pietatis vel impietatis testimonia.

De Constitutionibus humanis.

Opera humanarum constitutionum aut vana sunt aut impia. Impostores imprudentissimi sunt, qui ex humanarum constitutionum operibus, peccati remissionem, iustitiam & salutem vulgo promittunt. Qui pro constitutionibus humanis, tanquam ad salutem necessariis pugnant, nomine Christianæ Ecclesiæ, quæ non humanis placitis, sed divinis oraculis pascitur & regitur, sunt indigni.

De Ecclesia.

Ecclesia Christiana est congregatio sanctorum. Sancti sunt credentes spiritu sanctificationis, quæ Christi est obsignatio. Spiritus sanctificationis, ex prædicatione fidei seu Evangelii contingit, fides non ex solo

verbo Dei. Ecclesia non præiudicat verbo Christi. Item Ecclesia non habet potestatem concedendi vllum articulum fidei, sic nec vllum condidit, nec condet in perpetuum.

Ille solus fidei articulos faciendi potestatem habet, qui promittendi & dandi facultatem habet, Ecclesia Dei fidem, mores & actiones omnes ad amussim verbi Dei ordinat & disponit. Quare humanis constitutionibus cum Evangelio Christi pugnantibus, obediendum non est. Mortalium consensu, recepta consuetudo, Doctorum auctoritas & animi (ut vocant) donatio opus bonum non efficiunt, sed solius scripturæ testimonium. Credentes & Ecclesia sancta Catholica communi nomine non a ceremoniis appellantur, sed ob id, quod unum Deum, idem verbum Evangelii, eundem Spiritum, idemque caput, quod Christus est, habent.

De Ceremoniis.

Ecclesia Dei habet potestatem ordinandi ceremonias, sic tamen, ut hæc ceremoniæ non repugnent cum Articulis fidei aut præceptis operum; etiam sic, ut sint de possibili & quon in eius potestate est, etiam sic ut conscientiam neque turbent neque ligent. Ceremoniæ sunt ritus, Ecclesiæ consensu instituti, ut ministrorum verbi sacramentorum administratio, & reliqua pietatis exercitamenta ordinate fiant. Secundum usum rationem indifferentes habentur. Quemadmodum Ceremoniæ, quæ per perfectionem fidei & verbo Dei contrariæ, non tam inuiles quam impiæ, ita tantum illæ viles censi debent, quæ iuxta fidei proportionem conformes verbo, ad ædificationem Ecclesiæ fiunt.

De Ecclesiæ Ministris.

Unus est verus Ecclesiæ Magister, videlicet Christus, qui eam per spiritum in fide verbi sui ad salutem credit interne, ita dedit, externos Episcopos, Pastores, Diaconos, qui externo verbo Ecclesiam doceant & regant, ut omnia ordinate fiant. Christiani omnes sunt Sacerdotes, quia omnes offerre corpora sua hostiam sanctam debent, sunt tamen omnes Ministri Ecclesiæ, ille enim verus Ministri Ecclesiæ, ut spirituales sunt, qui per Spiritum sanctum illustrati, Evangelium docendo, sacramenta administrando, & pauperibus interveniendo præsumunt. Per Evangelion tria exhibentur Ecclesiæ, doctrina fidei, operum, & signa promissionum.

De Sacramentis.

Signa neque iustitia sunt, neque iustitiæ fructus, sed res quibus admonemur, promissionis & divinæ gratiæ certi reddimur. Duo sunt signa novi Testamenti, hoc est promissio gratiæ, Baptismus & participatio mensæ Domini.

De

De Baptismo.

„Baptismus est certum signum, quo significatur, quod per mortem transeamus ad vitam, quemadmodum populus Israël pro certo divinæ gratiæ testimonio habeant transitum per sinum Arabicum, ita nos indubitatum divini favoris pignus est baptizari aqua in nomine Patris &c. Quod baptizamus in nomine patris &c. significat nobis remitti peccata ab ipso patre &c. Hæc promissio, si ad salutem apprehendi debet, quod fit per fidem, operæ pretium est, ut auditoribus apertis verbis pronuncietur.

De Eucharistia.

„Participatio mensæ Domini signum est, admonens donatæ gratiæ per Christum. Verus & solus huius sacramenti usus est, certificare fidem cordis per eum, sicut Gideon accipiens vellus, certificatus est de prospero successu, ita nos manducantes corpus & bibentes sanguinem Domini, de donata per Evangelion gratia certificamur, iuxta scripturæ testimonium & Christi institutum, omnes teneimur sub utraque specie (ut vocant) communicare.

De Missa.

„Missa (ut vocant) non est sacrificium, sed sacrificii veri signum, sicut Gideon in eo, quod accipiebat vellus, nihil offerebat, ita nos nihil offerimus, mensæ Domini participantes. Nullum est sacrificium apud Christianos amplius pro peccato. Christus enim unica oblatione perfectos efficit in perpetuum eos, qui sanctificantur. Christus quem admodum amplius non moritur, ita nec offertur. Missæ, quæ pro aliis idque propter pecuniam fiunt, plane impia & blasphemæ sunt, tantum abest, ut prosint. Sicut pro se quisque baptizatur, ita pro se quisque participat mensæ Domini. Missæ autem Coenæ Domini (quam missam vocant) nullius usus est, nisi admonere mortis Christi, & certificare corde promissa gratiæ & voluntatem Dei. Per verbum significanter prolatum, usus & fructus huius sacramenti innotescit, apte & intelligibili sermone verbum hoc proferendum est. Missæ & iusta pro defunctis, ut ex purgatorio liberentur scilicet, technæ sunt, quibus alienis pecuniis insidiz struuntur, animarum defunctorum apparitiones vel somnia sunt, vel Diaboliciæ illusiones. Veritatem a mortuis querere nefas, & abominatio coram Deo est.

De Purgatorio.

„Præterea purgatorium, quod peccatorum reliquias defunctorum expiare putatur, merum & impium commentum est. Purgatorii huius opinio pugnat cum tota sacra scripturâ; nam si purgatorium cum sua suppellectili expurgare peccatorum fordes possit, vanæ & mendaces sunt promissiones Dei. Deus enim tantummodo per Christum remissionem peccatorum promittit

tit & dat credentibus; credentes illi vere sunt promissionis huius capaces, qui poenitentia peccatorum ducti, quotidie crucifigunt carnem cum concupiscentiis suis, atque hæc est vetustatis nostræ vera purgatio.

De Pœnitentia.

„Est autem pœnitentia nostræ vetustatis mortificatio & renovatio Spiritus. Mortificatio fit per Legem, quando ostenditur peccatum; Vivificatio vero per Evangelion, quando confertur peccatorum remissio. Lex enim ostendens peccatum, terret & occidit, Evangelium annuncians propter Christum condonata peccata, consolatur, erigit & vivificat. Pœnitentia efficit, ut confiteamur peccata, & absolutionem anhelamus. Sine pœnitentia vana est confessio.

De Confessione.

Pœnitentia non sunt quinque Pater noster, ieiunium aut vlla corporis exercitatio, sed serium peccati odium per spiritum sanctum. Illi vero confitentur, qui agnoscunt peccata, & de se desperantes cum odio peccati in Christum se reiiciunt. Hi se vere in Christum reiiciunt, qui conformes imagini eius, & fieri & esse sedulo student.

De Operibus Charitatis.

Christus omnia studia, vtilitati ac saluti fratrum suorum mancipavit, ita qui Christiani esse volunt, eodem affectu in operibus Charitatis se exercere debent. Christiani in operibus non meritum aliquod, sed Dei voluntatem, ut proximi vtilitatem spectant; ut membra in corpore non sibi ipsis serviunt, ita maxime Christiani. Dilectio proximi perfectio legis est, & malum non operatur, & ideo Christiani perpetuo se ad pietatem exercent; orando, ieiunando, vigilando, ut castigent corpus, & servituti dilectionis subiciant.

De Ieiunio.

Ieiunium est abstinentia ab immoderato usu cibi & potus. Ieiunium perfectum est, abstinere ab iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus huius seculi. Hoc ieiunium perpetuo opus est Christianis. Non est ieiunium in cibi & potus delectu, sed frugali usu.

De Oratione.

Oratio est ardens spiritus, in nobis pro necessitate aut re quapiam cum fide impetrandi per Christum ad Deum patrem suspirium. Hoc modo pii perpetua quadam entelechia ad Deum contendunt, unde Christus dixit: Oportet semper orare. Vera oratio non opus habet voce aut verbis, nisi communi Ecclesiæ assensu erit confirmanda. Orationes tantum vocales ex corde procedentes non reiiciuntur, murmura vero verborum, & strepitus labiorum, cantiones & reliqua numerantur præces.

“preces, quæ sine attentione animi & fide
“fiunt, abominabilia sunt. Piorum & cre-
“dentium preces omnium sunt communes.
“Propter pecuniam aut pretium nemo Chri-
“stiani orationem sibi sibi, & quibus ille
“vult, usurpare potest. Qui propter lucrum
“quavis intentione orationem suam vendi-
“tant, oratio illorum vertitur in peccatum.

De Mediatore.

“Sicuti vnus est Deus, ita per vnum Me-
“diatorem, Deum & hominem, Christum Je-
“sum, oratio Christianorum, sicuti coetera
“omnia, Deo accepta est. Solius Christi est,
“per quod Pater Coelestis exoratur.

De Invocatione.

“Qui sanctos mortuos, veluti tutelares
“Deos invocat, fidem abnegavit, fides enim
“fixa in promissione Dei, promissam opem,
“quam ardentem petit, patienter expectat,
“certo impetrat. In nomine autem sancto-
“rum nulla promissio facta est ad salutem,
“sed tantum in nomine Christi. Sancti de-
“mortui nullo religionis cultu sunt hono-
“randi, sed fidei & bonorum operum.
“Cum Deum ex toto corde, ex tota anima,
“omnibus viribus Divi omnes amant, inul-
“lum illis gratius obsequium, quam ut pari-
“ter cum iis Deum ardentissime diligamus.
“Omnes sancti ab initio mundi, vsque ad
“consumationem per solum Christum tutum
“accessum habent ad thronum gratiæ Dei,
“qui aliunde & non per hoc ostium ad Deum
“utendit, hic fur est & latro.

De Statuis.

“Qui Statuæ alicuius Divi nomen impo-
“nit, & n. necessitate invocat sub prætextu
“religionis, idololatria est. Imagines quæ
“ad cultum prostitute sunt, non sunt tole-
“randæ Christianis, quia cum verbo Dei ex
“diametro pugnant; quæ autem non pro-
“stant ad cultum, tantum abest ut damne-
“mus, ut & pictoriam & statuariam, Dei do-
“na agnoscamus.

De Peregrinationibus.

“Visitationes & portationes statuarum re-
“ligionis ergo, impia supersticio est. Qui
“huiusmodi peregrinationes vovet, ipso vo-
“to peccat, quia contra fidem vovet.

De Votis.

“Sicut mulier maxime in licitis, sine ma-
“riti consensu, non habet potestatem vo-
“vendi, ita Christiani citra voluntatem Chri-
“sti sponsi sui, nihil vovere debent. Sicut
“vere peccat, qui contra scripturam voverit,
“ita qui hoc vovet, quod non est in pote-
“state sua, sibi ipsi interitus laqueum iniicit
“per votum illicitum; licet post haberi potest.

De Exorcismis.

“Exorcismus creaturarum, statuarum at-
“que cæcedrum, herbarum, campanarum &
“aliorum id genus, sunt inutiles. Omnis

creatura Dei bona est, sanctificata per ver-
“bum, nostris exorcismis melior fieri non po-
“test. Nobis autem aut bona aut mala, pro-
“ut recte aut secus utimur, omnia munda,
“mundis. Infidelitas & abusus, in rebus,
“omnibus mala sunt.

De superiori potestate.

“Ut corrigantur & tollantur abusus in
“rebus omnibus, duplici regimine opus est,
“spirituali scilicet & corporali.

De Magistratu Ecclesiastico.

“Spirituale regimen est, in quo conscien-
“tiz verbo Dei docentur & reguntur; hoc
“regimen administratur per ministros verbi,
“probatum a Christo Matth. XVI. & I. Co-
“rinth. IV. Huius administratores verbi
“Dei, quod præcipientes audiendi sunt, sicut
“Christus, hi vero, quod contra sententiam,
“attendendum a falsis prophetis, & Deo ma-
“gis obediendum quam hominibus. Cor-
“porale regimen est civilis administratio,
“qua corpus coeretur, res dividuntur, vis
“prohibetur.

De Magistratu Seculari.

“Hoc regimen per magistratum, quem
“vocant, secularem administratur. Ma-
“gistratus secularis est, cui ius gladii a Deo
“commissum est ad vindictam malorum,
“laudem vero bonorum; hunc probat Chri-
“stus Joann. 19. & ad Rom. 13. Magistra-
“tui honor & obedientia debetur, non tan-
“tum propter iram, sed etiam propter con-
“scientiam. Si iuxta Dei voluntatem im-
“peret, ut Deo obtemperandum est; si quid
“imperet tyrannice, hic quoque ferendus pro-
“pter charitatem, si vero quid contra Deum
“imperarit, huic non est obtemperandum,
“ullo modo. Quicquid contra verbum
“Dei & probatas leges committitur a Ma-
“gistratu (qui vindictæ Dei Minister est),
“citra personæ respectum, plecti debet.
“Quodcumque malum Magistratus libere &
“impune permittit, illius reus est. Magi-
“stratus, qui Christianus & esse & videri
“vult, etiam in pseudo-prophetas animad-
“vertere debet. Magistratum non tantum,
“ut privatus quispiam, seductores vitare co-
“gitur, sed ne quidem sustinere in Republi-
“ca sine salutis periculo potest. Quemad-
“modum propter peccata populi Dominus
“regnare facit hypocritam ad poenam pec-
“cati & populi dissipationem, ita publice sa-
“lutis scaturigo est, si pius imperet Magi-
“stratus. Ante omnia igitur fieri preces,
“opera pretium est pro his, qui in potesta-
“te sunt, ut in Dei timore præsent, ut salus
“& pax constet in perpetuum omnibus.
“Amen.
“En vobis, viri Fratres, doctrinæ meæ Epi-
“tomen, quam ut proposita est, firmiter cre-
“do, doceo atque defendo, secus facere ex
“officio; dum spirare licebit, non possum,
“nec dubito. Non enim ex officina ingenii,

“mei, aut trivis humanarum constitutio-
 “num, sed archivis divinarum oraculorum,
 “vnde tantummodo salutaris scientiæ do-
 “ctrina hauritur, deprompta est. Atqui ve-
 “ro per temporis angustiam, occupationem,
 “molestiam, ingenii & gratiæ exilitatem ru-
 “diter & contracte rem egimus, potuisse-
 “mus utique profusus & locupletius omnia
 “exponere; sed quia id nunc occasione non
 “permittitur, his contenti sumus, olim si ne-
 “cesse erit, singula latius profecuturi. Pu-
 “tamus autem talia esse, quæ hic posuimus
 “& docuimus hactenus, ut vellicare qui-
 “dem (quod enim hodie tutum a nobis esse
 “potest) facile quis posset, convellere vero
 “nemo; quod si quis experiri volet, cogno-
 “scet & sentiet utique, quod sit longe o-
 “mnium fortissima veritas. Profunde sacris
 “litteris, in quibus veritas cognoscitur, & Ec-
 “clesiæ secundum ipsas ex spiritu iudicanti
 “omnia nostra submittere nobis tam iucun-
 “dum & gratum quam æquum & iustum
 “est. Vincat veritas.

1532

“Anno 1532. 16. Augusti, circa decimam
 horam Tribuni Mechanicorumque præfecti,
 Senatui nondum digresso referunt, *Bernar-*
dum Rotmannum reliquosque concionatores
 Evangelicos quosdam abusuum articulos,
 quos Senatus iudicio offerre velint, conscri-
 psisse, se itaque postulare, ut ad colloquium
 admittantur. Senatus a variis rationibus
 ipsos non esse admittendos, contendit, ma-
 xime, cum hæc res non ad se, sed ecclesiasti-
 cos iudices pertineat. Cum ita multis con-
 sultationibus tempus protraheretur, nec
 Tribuni instandi finem modumque facerent,
 admittuntur tandem. Ibi tum *Rotmannus*
 cum presentibus suis Tribunis Mechanico-
 rumque Præfectis, Senatui scriptum aliquid
 de abusibus veteribus exhibet, quod in ple-
 no confesso Patrum reiectum, cuius exem-
 plum sequitur.

CAP. VII.

Epitome quorundam abusuum, qui in
 Ecclesiam irrepserunt, & ad tempus usur-
 pati sunt, Senatui, Tribunis, Mechanico-
 rumque Magistris Civitatis Monasteriensis
 per Evangelii Ministros conscripta
 oblataque.

Litera
 Sacer-
 dotum
 Evange-
 licæ ad Se-
 natum
 Mona-
 ster. de
 abusu-
 bus
 eccles.

“Gratiam & pacem a Deo patre, ac ve-
 “ram salutiferamque agnitionem Christi Fi-
 “lii unigeniti ac unici Salvatoris nostri per
 “Spiritus sanctum, vobis optamus Pruden-
 “tissimi Patres.
 “Cum aliquantum temporis, per gratiam
 “Dei Evangelium Regni Christi, in hac vestra
 “Civitate sit propagatum, eoque (ut spera-
 “mus) multi veram agnitionem, conscientia-
 “rumque consolationem sint consecuti, ne-
 “que quisquam solidis argumentis in hunc
 “vsque diem illud oppugnaverit, oppugna-
 “reque potuerit; hinc palam esse arbitramur,
 “ex hac doctrina non solum salutis nostræ,
 “verum etiam multorum impiorum abusuum

cognitionem fluere, manifestioremque fie-
 ri. Plebs itaque christianæ doctrinæ ad-
 dicta hos horrendos & impios abusus fug-
 gestione spiritus sancti cognoscens, serio-
 que averfans, ne & corporis & animæ ia-
 cturam faceret, vobis (ut accipimus) sup-
 plicavit, ut vestra auctoritate, veram Evan-
 gelii doctrinam, ab omnibus nervis im-
 piorum abusuum purgatam vindicetis. Qua-
 in re vos, ita ut Christianum Magistratum,
 decuit, subditis vestris libenter exhibui-
 stis, unde facile liquet, nullam vos aliam,
 doctrinam in Republica vestra laturos,
 quam puram & incontaminatam Jesu,
 Christi Evangelium, ad quod propagan-
 dum nos (etsi indignos) vocastis, uabimus,
 tamen operam, ut in parte aliqua Evange-
 licæ vocationi nostræ satisfiat; Deus gra-
 tiam suam nobis impertiat. Quam autem,
 fideliter & strenue in Vineam Domini hacte-
 nus sudaverimus, penes alios esto iudi-
 cium, maxime penes vos, rerum peritos,
 an non vita nostra doctrinæ a vobis tradi-
 tæ responderit, utrumque enim coniunge-
 re necesse est. Nam, qui aliter docet, &
 aliter vivit, in alterutro errat; quare Ma-
 gistratus optimo iure illis; qui doctrinam
 suam sacris litteris & vita sua non consta-
 biliunt & exprimunt, non solum concid-
 nandi munere interdiceret, verum etiam,
 præcipere debet, ut sibi ab impiis cere-
 moniis, quæ non minus quam falsa doctri-
 na in Republica nocent, sibi temperent.
 Cum vero quidam querantur, se nescire,
 quod templorum ceremoniæ sint impiæ, id
 eo se a receptis ceremoniis & templorum
 ritibus vstitatis recedere non posse, nili no-
 minatim, quæ sint impiæ, præscribantur,
 Quamquam autem quotidianis concionibus,
 illud a nobis satis exprimatur, ad quas hæc
 de re ambigentes remittendi essent, tamen,
 ut quælibet impietas, & quilibet abusus fa-
 cilius cognoscatur ab illis, neve aliquam cau-
 sam pertinaciæ suæ in abusibus retinendis,
 prætexere queant, Epitomen abusuum
 (quantum nunc necesse est) sacris litteris
 confirmatam, vobis ex umbra in solem edu-
 cere volumus, ut hac occasione hi, qui mu-
 nitionibus huius vestræ urbis continentur,
 & impiis hisce ritibus immeriti detinentur,
 vestris mandatis ab eorum usu vel coer-
 ceantur, vel adversus illos solidi aliquid ad-
 ferant, quo sua legitime tueantur. Nam ab-
 usus hactenus futata pietatis specie adum-
 brati, quos hic revelabimus, nihil aliud sunt,
 quam blasphemiz & calumniæ in Deum,
 hoc autem omni ope atque opera evitan-
 dum est vobis, ne sanctum Dei nomen vllis
 blasphemis a subditis vestris polluat. Deo
 enim præcipuus honor debetur ab omni-
 bus, maxime a Magistratu, qui si de gloria
 Dei parum sollicitus est, eidem quoque ne-
 gligentiz & male subditos secum invol-
 vet. Deus autem potissimum de manu
 Magistratus contemptum gloriæ suæ vin-

“dicabit. Porro, quod nos Dei honoris stu-
 “diofi vobis ab usum & blasphemiam nomi-
 “nis divini (sicut officii nostri vocatio po-
 “stulat) hic explicamus, petimus & obsecra-
 “mus, vt vestri quoque muneris a Deo vo-
 “bis impositi memores hoc sedulo agatis,
 “quod ad gloriam Dei & multarum anima-
 “rum salutem pertinere videbitur. Quem-
 “admodum enim nostri officii est, gloriam
 “Dei per propagationem verbi sui quarere
 “& Christianos docere, adhortari atque con-
 “solari, ita & vos decet, rebelles, contuma-
 “ces & in Deum blasphemos legitimis pœ-
 “nis constringere. Nam frustra gladium
 “non geritis, sed vt mali, ad gloriam Dei
 “vos metuant, boni vero ament; quod enim
 “a Patre cœlesti non est, paulatim eradica-
 “bitur, quod autem illud sit, ordine atque
 “breviter explicabimus. Dei voluntas in
 “nobis operetur, cuius protectioni vos com-
 “mittimus. Datum *Monasterii Anno 1532.*
 “ipso die Assumptionis.

Vestri nominis studiosi

Bernardus Rothmannus. Brixius thon Norden.
Joannes Glandorpius. Henricus Rollius.
Petrus Wirthenius. Godefriedus Wirthebo-
ven Seralentius.

*Epito-
 me abu-
 sum.
 De Coena
 Dom.*

“Missa frustillatim ab hominibus confera-
 “est cœnæ Christi distractio & mortis illius
 “blasphemia, 1. Corinth. 11. Hebr. 7. 9. 10.
 “Coena Domini iuxta Christi institutio-
 “nem sumetur, vbi Christiani conveni-
 “unt, & mortem Domini annunciant, 1. Co-
 “rinth. 11. Marc. 14. Luc. 22.
 “In missa autem contra institutionem
 “Christi comedit & bibit vnus, & hoc qui-
 “dem pro alio se facere præsūmit, ac quod
 “abominabilius est, oblationem inde faciunt,
 “quod Christus ipse sit, qui etiam pro pec-
 “catis tam vivorum quam mortuorum a mis-
 “sifice offeratur in contumeliam & derisum
 “passionis Christi, Marc. 14. Hebr. 10. Apo-
 “cal. 1. Joan. 1.
 “Ad hæc omnes fere missæ pecuniis sunt
 “emptæ, non aliter quam Judæi Christum a
 “Juda proditore emerunt.

“Quemadmodum impium est, quod vnus
 “pro multis coenam dominicam vsurpat, ita
 “quoque impium est, sub vna specie scilicet
 “panis dispensare. Nam coena Domini
 “est testamentum filii Dei, quod a nullo ho-
 “minum mutari debet. 1. Corinth. 11. Joan.
 “8. Matth. vlt. Gal. 3.

“Sacramentum (vt appellant) quod in re-
 “ceptaculis passim ponitur, circumfertur,
 “adoratur, est immanis idololatria, Ies. 66.
 “Cap.

“Nam solus Dominus (cuius cœlum se-
 “des, & terra scabellum pedum eius est, qui
 “neque potest, neque vult in templis ma-
 “nibus hominum factis concludi) adorandus
 “est, nihil enim aliud est, quam merus pa-
 “nis, qui in receptaculis circumfertur, in-

vocatur & adoratur, neque sacramentum,
 esse potest. Act. 17. Rom. 1. Joan. 9.,
 Cum etiam coena Domini in commemo-
 rationem illius, panis & vini sit participa-
 tio, sacramentum quidem est, alias panis
 est panis & manet panis, vinum est vinum,
 & manet vinum, quod autem dicunt per-
 efficaciam quandoque verborum scilicet,
 (hoc est corpus meum) se facere sacramen-
 tum vel corpus Christi, falsum est & im-
 pium 1. Corinth. 11. Matth. 26.,

Missæ, animarum vigilæ & reliqua iusta, *De mis-*
 pro defunctis nullum habent in scriptura, *sis pro*
 Dei & veritate fundamentum, sed sunt, *desum-*
 contumeliæ & ludibria sanguinis Christi, *ptis.*
 His enim peccata deleri putantur, quod so-
 li sanguinis Christi tribuendum est, sunt ca-
 men aucupia & impostura, quibus imperi-
 tæ plebis loculi exenterantur, Hebr. 10.,
 Actor. 15. 1. Cor. 1. 1. Joan. 1. Galat. 1.,

Ex his multisque aliis rationibus conse-
 quitur, Papistarum nullas, sacramenti sepo-
 sitionem, circumlationem, adorationem, &
 eiusdem sub vna specie dispensationem, ca-
 lumnias & blasphemias meras in Deum esse,
 & scripturæ divinæ contrarias.,

Cum in ecclesia, hoc est in congregatio-
 ne fidelium Christi omnia ad aduicatio-
 nem & emendationem eiusdem fieri de-
 beant, necesse quoque est, vt intelligant ea,
 quæ aguntur, nam ex eo, quod non intel-
 ligitur, emendatio nulla fieri potest. Per-
 peram itaque in Ecclesia & congregatione
 fidelium alia lingua, quam quæ ab homini-
 bus intelligi queat, vtiuntur. Ita quoque,
 decet, vt baptismus manifesta & vernacu-
 la lingua vsurperetur, cum omnium, bap-
 tismi modum scire, intersit.,

Præterea sunt inuitiles omnes Ecclesiæ,
 ritus, cantiones, & quicunque divini cul-
 tus nomine censentur, qui presentiarum,
 & pecuniarum gratia recepta sunt, siue pri-
 ma siue secunda intentione principaliter vel,
 accidentaliter. Eccles. 13. Malach. 1. Lu-
 cæ 19.,

Cantiones, quibus alii, quod Christi Me-
 diatoris vel Advocati beneficium, tribui-
 tur, vti Salve Regina & similes, impia & bla-
 sphemæ 1. Tim. 2. 1. Joan. 2. Actor. 4.,

Aquam, candelas, herbas, ramos, sta-
 tuas, campanas, salem, oleum & similes res,
 conceptis verbis, in vsum salutis nostræ,
 consecrare, Ethnicissimum sapit, fidem ve-
 ram excludit, & æternæ damnationi viam
 aperit. Hebr. 13. Gal. 4.,

Agrotos inungere oleo in alium finem,
 quam vt membra & corpora refocillentur,
 viresque recipiant, sed quasi inde salus ani-
 mæ pendeat, impium est & blasphemum,
 Marc. 6. Jacob. 5. Act. 10.,

Sanctorum imagines invocare, honora-
 re & circumferre, manifesta est idololatria.,

Hos abusus ex multis selegimus; & huc,
 congesimus; ne illi, qui his saginantur, se-
 igno-

De mis-
sis pro
desum-
ptis.

De In-
guis ver-
naculæ in
sacris
adbi-
benda.

De Un-
ctio-
extre-
ma.

“ignorare prætexit, qui abusus in templo
 “Dei irreperunt. Habent itaque his pau-
 “cis (quanquam etiam ex superioribus no-
 “litis scriptis intellexerint) quod simulatus
 “Dei cultus, maxima Dei sit blasphemia. Ex
 “his enim scriptis & adductis rationibus ir-
 “refragabiliter verum est, hos abusus non
 “tantum sacris non convenire, sed ex dia-
 “metro pugnare, & vulnera Jesu Christi re-
 “fricare. Secundo hos abusus eo libentius
 “annotavimus, ut manifestetur filius perdi-
 “tionis, qui effertur supra omnem, qui di-
 “citur Deus, in templo Dei sedens & osten-
 “tans se ipsum esse Deum, hoc est, ut homi-
 “nes illi, qui sibi potestatem divinam arro-
 “gant; & locum Dei se tenere, imo Vic-
 “rios Christi se esse, auctoritatemque libe-
 “randi animas & remittendi peccata habe-
 “re profitentur, remoto operimento prodan-
 “tur. Nam illi his abusus, sub fucata
 “religionis specie latitantibus, miseris ani-
 “mas non aliter, quam latrones in speluncis
 “suis incautos homines, iugulant. Clama-
 “tur passim, Principes scribunt, antiquos
 “Christianos ac laudabiles Ecclesiarum ri-
 “tus retinendos neque ab his unquam rece-
 “dendum. Utinam Principum mandatis
 “obtemperemus, ac singulari studio disce-
 “remus, quam antiqui, laudabiles & Chri-
 “stiani ritus, & e diverso, quam impii & fla-
 “gitiosi sint censendi, sine dubio abusus a no-
 “bis proditos, tanto studio non amplecte-
 “remur, cum contra scripturam, contra ve-
 “terem & Christianam consuetudinem, imo
 “contra Christum ipsum quæstus gratia in-
 “troduciti & recepti sunt. Quæ igitur a no-
 “bis hic scripta sunt, contra quoscunque,
 “præsentibus vobis, tuebimur. Si proinde
 “posthac in huiusmodi, blasphemis in
 “hac Republica peccatum fuerit, nos coram
 “Deo innoxios fore existimamus. Vestrum
 “autem erit diligenter expendere, quid of-
 “ficii vestri a Deo vobis concrediti ratio in
 “hac re a vobis exposcat.

Cum hæc in Senatu lecta fuissent, sena-
 tus ea non ad se, sed Ecclesiæ iudicium spe-
 ctare, non de civili sed Cleri libertate agi
 animadvertit. Itaque, ut iustæ defensionis
 locus relinquatur, harum rerum copiam ad
 Clerum mittit, ut concionatorum argumen-
 tis dissolutis suam causam tueatur. Clerus
 vero hos sibi traditos abusu articulos *Co-*
loniam mittit, eorumque refutationem a
 Theologis solidam expectat.

Princeps 12. Octobris ad singulas Me-
 chanicorum classes seu Curias scripsit, quia
 ad Senatum, eas nunc admonens, nunc ob-
 secrans, ne se suosque liberos, impio schi-
 smate pollutos in perniciem vltro præcipi-
 tent, propria auctoritate introductam sedi-
 tionis rabiem eadem auctoritate vrbe eji-
 ciant, tranquillitatem amplectentur, pacem
 mutuam colant, Magistratum suum vene-
 rentur. His multisque aliis benigne a Prin-
 cipe admonentur.

Cum vterque Consul ac alii quidam Se-
 natorii ordinis viri Senatu se abdicassent, &
 spontaneum exilium elegissent, nec sui co-
 piam Reipublicæ causa facerent, quamvis sæ-
 pe ad consilium vocati sint; placuit ut in
 horum locum alii substituantur, numerus-
 que Senatorum compleatur, maxime cum
 tunc intricatioribus perplexioribusque cau-
 sis Respublica involuta teneatur. Proinde
 die Lunæ post Gereonis & Victoris, quæ
 14. Octobris in curia plebeja comitia Magi-
 stratus creandi gratia habita sunt, quo cum
 Tribuni & Mechanicorum Præfecti cum om-
 nibus Curialibus convenissent, omnium
 votis decretum est, ut per suffragia Senatus
 perficiatur. Hinc igitur ad Senatorum Cu-
 riam longo ordine digressi more maiorum,
 sed mutato tempore suffragatores Tribuum
 designant.

Ex tribu Martiniana *Petram Mewisinck* &
Hermannum Krampen.

Ex Lambert: *Joannem Baygel* & *M. Joan-*
nem in balneo fabrum.

Ex Ludgeriana *Hermannum Wedembocken*
 & *Joannem Wechsel.*

Ex Aegid. *Gerhardum Nippenbrock* & *Her-*
mannum Nedecker.

Ex Transfluviana *Antonium Grotevader.*

Ex Judesfeldiana *Henricum Roder Aurifa-*
brum. Hi, præstito iureiurando conclave
 senatorium ingressi, cum quatuor descivis-
 sent, scilicet, *Wilbrandus Plönies*, *Eberwinus*
Drosse, *Bernardus de Finnen* & *Hermannus Heer-*
de, in horum locum libera electione substi-
 tuunt, *Antonium Jonass*, *Joannem Bastert*,
Henricum Freytag & *Joannem Balck* fabrum
 ferrarium.

CAPVT VIII.

Anno 1533. Lunæ post festum Matthiæ
 3. Martii plebs ne nihil ageret, cum suo Ma-
 gistratu dissidere coepit, quem non tam ci-
 vibus quam Clero favere somniat, certoque
 sibi persuadet, proinde Papisticum hunc Se-
 natum amovendum Evangelicum substitu-
 endum esse, per urbem missitat, eoque tan-
 dem rem perducit, ut comitia novi Senatus
 creandi gratia, ante tempus antiquitas re-
 ceptum habita sint; (amotis viris gravibus
 & auctoritate pollentibus) per *Henricum*
Mollenbecke claustrarium, *Joannem Hombrinck*
Alutarium, *Lucam Grüter*, populeum, *Huper-*
tum Nuschen fabrum ferrarium, *Bernhardum*
Knipperdollinck, *Henricum Seydardt*, *Nicolaum*
Sripen pannicidam, *Bernardum Glandorp*
Sarcinatotem, *Ludgerum Ido Ninge*, pictorem;
 & *Gerhardum Pruessen* coriarium suffraga-
 tores in conclavi senatorio hæc capita Rei-
 publicæ designantur. *Caspar Schroderck*,
Joannes Langerman, *Hermannus Tilbecker*, Pa-
 ter *Casparus Judesfeld*, *Petrus Freuse*, *Petrus*
Mewisinck, *Joannes Daventricus* sutorum Præ-
 fectus, *Antonius Guldemann*, *Gerhardus Kip-*
penbrock Mercator, *Rotger Hülzhorst* iustitor,
Joannes Wedemoller iustitor, *Joannes Grüter*
 alias

Quidam
 Senato-
 res spon-
 te magi-
 stratu se
 abdi-
 cant.

Alii Se-
 natores
 allesti.

Plebs
 hunc se-
 natum
 sagitat.

Novi Se-
 natores
 creati.

Causa hu-
 jus epito-
 mes.

alias *Flas Kampff* butyropola, *Jannes Balcke* faber ferrarius, *Michael Boerding*, pelliō, *Goffwinus Averbagen*, *Gerhardus Tunnecken* butyropola, *Henricus Frydag*, *Henricus Jonas* filius *Antonii*, *Joannes Ossenbrocke* coriarius, *Joannes Bastard*, *Christianus Werdeman*, butyropola extraneus, qui intra annum *Wildeshusa* habitatum huc venerat, *Everhardus Glandorp*, sarcinator atque *Henr. Nord* aurifaber, ex quorum numero postridie *Hermannus Tilbeck* & *Caspar Iudefeld* Consules de more creantur. In hac nova electione omnes senatores superioris anni amoti sunt, præter *Tylbecken*, *Iudefeldum*, *Scroderkenum* & *Langermannum*. Tribuni plebis *Henricus Moderſon*, & *Henricus Nedecker* fuere, qualis hic fuerit senatus, multorum flagitiorum intempeſtiva indulgentia (quam fera secuta est poenitentia) satis edocuit. Ante aliquot annos viri cordati Republicam Monasterienſem gubernabant, quales fuerunt ex patriciis, *Joannes de Tinnen*, *Everwinus Steckemink*, *Everwinus Droſte*, *Henricus Droſsbagen*, *Bertboldus Travelmann*, *Albertus Cleverden*; Ex plebeis *Joannes Bolande*, *Theodorus Munſterman*, *Wilbrand Plonirs*, *Hermannus Herde*, *Johannes Herdinck*, *Theodorus Grolle*, & plerique alii eximia canitie & multorum annorum experientia venerandi quorum temporibus tranquillitas erat in vrbe. Quibus cum osiores Cleri successissent, ſceptraque vrbis tenuissent, his conniventibus plebs primum Clerum perſequebatur & vile pendebat, deinde suum ipsius Magistratum, sub hoc Magistratu, plebs pristinae factioni addicta respirare coepit, seque iam effecturam confidit, quod diu voluisset affectassetque. Nulla enim fere dies præterit, in qua non ſicaliquid fastis dignum a flagitiosis commissum. Primum 17. Martii in singulis templis paræcianorum suffragiis concionatores, *Rothmanni* auctoritate interposita, designantur, homines venerei, lascivi, intemperantes, leves & vorragi, erronei, qui iugum regulæ suæ contumaciter excusserant, qui eruditionis & eloquentiæ, vitæ audacia & garrulitate pollebant, quia flagitia etiam enormia, sola fide expiata, pro nihilo ducebant, qui Evangelicam libertatem in licentiam & impunitatem vertebant, qui denique nihil bonum nihilque pium censebant, quod a suæ doctrinæ licentia abhorrebat, a sua doctrina pendentes Evangelicos & Christianos fratres sorresque, templum vero Dominicum religionis ergo ingredientem, pertinaces Papistas & impios appellabant, variisque calumniis contra transactionis Leges eos passim proſcindebant, in initio tamen singulari quodam sanctimoniz & pietatis fūco, multos ad se alliciunt, allectosque in horrendos & eluctabiles errores paulatim præcipitant.

Anno 1533. 30. Novembris *Fabritius* invito principe suam reformationem in templo Divi Lamberti publicavit, populoque commendavit, ac divinam vltionem trans-

gressoribus comminatus est. Reformatio omnium fere applausu probatur, sed *Rothmannus* facta concione (qui cum quibusdam farina suæ interfuerat) a convitiandi libidine sibi non temperans, *Fabritium* in tollerandis convitiis ac probris in templo ac coemiterio publice infectatur. Neque profuit *Fabritio*, quod diceret, se omnia senatus iussu facere. Et nisi *Rothmannus* se se e globo populi accurrentis subduxisset, a circumfusa multitudine bene pulsatus fuisset.

Fabritius hoc motu minime consternatus, postridie 1. Decembris iterum concionaturus, maiori animo suggestum conscendit, seque superiori die indignis modis a *Rothmanno* exceptum queritur, seque omni populo altius expendendum relinquere, qualis sit illius doctrina, quales sint discipuli, nempe convitiis dediti, inobedientes, præfracti, rebelles, seditiosi, & a moribus pietateque sui Præceptoris non abhorrentes, cuius facta non aliter quam Simii effingant. His similibusque verbis accerrime in Rothmannistas invehitur.

Petrus Wirthemius, cum *Rothmannistis* acriter adversaretur, Senatus permisso ad Parochiæ Ludgerianæ administrationem 6. Decembris recipitur, qui tamen, suggestione *Rothmanni*, per Retinctos 11. Januarii anni sequentis e suggesto deturbatur.

Ipsa die Conceptionis Deiparæ Virginis, quæ fuit 8. Decembris *Joannes Schroderus* *Wernensis*, *Henrici Walravii* fabri ferrarii iuxta *Lilienbiecam* plateam Hortanam commorantis minister, qui per aliquot annos malleator fuerat, ferrum incudibus positum pulsare, & in varias formas ducere didicerat, repentino folium spiritu afflatus, candentiumque carbonum lumine illustratus, in Coemiterio Lambertino, ad stuporem & miraculum usque concionatus est, totaque concio fuit in Senatum & *Fabritium*, quam ita temperavit, vt malleos & saxa propemodum inoyerit, magna quoque diffidentia, ne dicam stultitia, se contra *Fabritium* periculo capitis disputaturum promittit. Sed quid de fide & religione differeret, qui perpetuo apud incudem malleorum sonum audiverat, qui non in schola Theologorum, sed officina fabrorum studierat, qui non in Collegio & confessu Doctorum sed pоторum sese frequenter exercuerat, multo melius cum *Pythagorâ* ex sono malleorum musices inventore contendisset.

Senatus hunc furorem & contumeliam ad 15. Decembris dissimulavit, superiorem vero *Rothmanni* temeritatem, qua post publicam concionem *Fabritium* exagitaverat, neque captivitate, neque alia eximia poena, quæ seditiosis merito irrogatur, sed exilio vindicare volens, securitatem publicam defensionemque vrbis 11. Decembris illis renunciat. Accenso hæc sibi nunciante in contemptum & ludibrium Senatus, honorarium munus donat, magna que fiducia respondens:

Neque

Neque se quenquam formidare neque cuiusque defensione egere, si Dei sui presidio muniatur; se auxilio caelesti protectum, nomen non timere. Et ut per suos animatur Rothmannus, ita & 14. Decembris ad Servatianum templum concionatur tendit, sed cum clausum deprehenderet, in coemiterio brevem habuit concionem.

Eodem die Fabritius in templo Lamberti coenam Dominicam Evangelicorum ritu celebravit, cuius septem participes fuerunt, ipse Fabritius, Joannes Westermannus, Brixius, Wirthemius, Glandorpius, Langermannus & Bechtoltus, qui ea de causa variis convitiis a Rothmannis excepti sunt.

Ruber
conciona-
tor in
carcerem
conijci-
tur.

15. Decembris Senatus novellum illum concionatorem ex fabro ferrario subito factum, qui 8. Decembris licentius quam prudentius in se & Fabritium debacchatus fuerat, cum se ire: unum ad concionandum offerret, per lictores apprehendi & in carcerem publicum duci iubet.

Unde tu-
malus
erivium.

16. Decembris hora secunda tota malleatorum multitudo Senatum captivi nomine coactum, adoritur, suisque tribulis liberationem serio postulat. Variæ vtrinque habitæ sunt contentiones, Senatus ipsum capitali poena, tanquam factiosum, seditiosum & Magistratus sui convitiatorem merito puniendum esse contendit; malleatores e diverso, ab omni ipsum factione, seditione ac convitiandi crimine alienum esse censent, qui Spiritu Dei agitatus, bona docuerit & mala reprehenderit.

Senatus
Oratio.

Ad quod Senatus: *Distincta & non promiscua in Republica esse officia, pacem publicam diuturnam esse non posse, si officia, qua discreta esse debent, confundantur & misceantur, si alter in alterius provinciam & messem temere irruat. Neminem enim vocationis suæ limites, sine motu & tranquillitatis clade unquam excessisse. Quem itaque intra metas sui muneris esse coercendum, captivum ad cudendum ferrum, non ad concionandum vocatum, ipsum tamen sua insueta concione, totam urbem concitasse, populum adversum magistratum suum commovisse. FABRITIUM a Landgravio in gratiam urbis missum, publica Magistratus auctoritate munitum, & verbum Dei peregrina fese non contaminatum, sedulo docentem, contempnisse, populo insolita suggelisse, schismata introduxisse, proinde exempla privata seditionis & rebellionis interdum esse statuenda, ut reliqui in pace vivant.*

Opificum
responsio:

Ad hæc malleatores: *Captivum natura maledictiosum non esse, cum virtutis & pietatis amore percitus, vitia manifeste reprehenderit, & veritatis propaganda studio pia & Evangelio conformia, ad ravam usque docuerit, neque, arma adversus magistratum populo suppeditaverit, sed pacem quesierit, neque FABRITII doctrinam, sed mores quosdam indecentes sugillaverit, neque quenquam contra meritum offenderit, neque furto, neque prodicione, neque rapina, neque latrocinio, neque vilo alio enormi flagitio se contaminaverit, nisi bene agere, & salutaribus monitiis*

Menekentii Scriptor. Rer. Ger. Tom. III.

ciuinum salutem querere, flagitii nomen mereatur. Atque non ita rerum nomina, cum moribus huius temporis mutata esse, neque angustam Christi libertatem unquam fuisse, quin etiam sine magistratus facultate & permisso bene agere, semper licuerit. Insonem itaque fabrum pristina libertati restituat & de extremo illius supplicio, frustra cogitare desinat, se enim Tribulem suum innoxium non deseriturum.

His verbis Senatus propositum flaccesit, A fabrorum vero turba armis instat, Senatus trepidat, & invibrante iam vespera, rem in sequentem diem proferendam esse censet, noctem consilium utilem daturam. Multitudo respondet: *Satis sibi deliberatum esse, neminem iniuria afficiendum, innocentis sanguinem non esse fundendum, ne divina vindicta magnitudinem in se provocet miserum ergo hominem favore carceris liberandum.*

Senatus de seditionis poena, quam captivus dedisset, nisi malleatores intercessissent, prorsus desperat, quare ipsum postridie liberatum iri promittit. Ibi cum tota multitudo ipsum non postridie, non cras, non sequenti die, sed subito, iamiam effractis etiam carceris repagulis eripiehndum esse clamitat, nisi Senatus iussu relaxetur. Hac incondita vociferatione fabrorum, Senatus in conclavi Senatorio conterritus, suæ saluti timebat, quare, quod sequenti die erat futurum, illud & nunc sine magno incommodo fieri posse existimans, per lictores & ministros publicos carcerem aperiri iubet. Ad cautionem itaque de non vlciscenda captivitate præstita liberatur, a malleatorum multitudine exceptus, in cauponam adducitur, atque ita per totam noctem adeo se in utroque stanneis vigent culullis, ut plerique, omnem mœrorem captivi causa conceptum vna cum hordeaceo liquore evomerent.

Senatus
timor.

Captivus
dimittitur.

21. Decembris Rothmannus senatorii edicti oblitus, in templo Servatiano a septima ad octavam concionatur. Multi Evangelici in templo Lambertino a Fabritio participes fiunt coenæ Dominicæ. Catholici vero schismatum multitudine consternati, silent lugentque.

CAPVT IX.

Anno 1534. 28. Januarii hora septima, Retinchi, nescio, quo Spiritu agitati, sursum deorsumque per urbem catenis platearum omnium conclusis armati cursitant, nocturnosque vigiles disponunt; nostri vero extrema sibi metuentes, quid in animo habeant, ignari, ades suas egredi non audent, quas tamen intus ita muniunt ne facilis sit irruptio. Suspiciantur enim non levibus argumentis ducti, in nostrum exitium arma ista parari; quæ tamen Deus a nostris cervicibus clementer avertit. Hi sic armati in sequentem usque diem, clausis interim portis civitatis, consistunt. Dnm hæc aguntur, duo viri peregrino & invlitato habitu amicti adsunt, qui 13. Januarii Monasterium venerant,

1534.
Anaba-
ptistæ ru-
multuari
incipiunt
Monaste-
rii.

Eee ee

nerant,

nerant, & apud *Knipperdollingium* diversabantur, ac *Enoch* & *Elias* esse existimant, quorum alter *Joannes Bockelzon* Leydanus, postea sceptrum vrbis invasit, alter vero *Joannes Matzbißon* in initio obsidionis circa Pascha, ante portam Ludgerianam, ab hostibus occisus fuit, cuius relictam vxorem Leydanus duxit. Hi singularem sanctitatem simulantes, in ædibus *Knipperdollingli* cum *Rothmanno*, *Cloprisco*, *Stapradio*, *Vinnio* ac *Stralingo* de rebus presentibus consultant, suggerentes armatis, quid fieri velint. Et cum inter se dissentirent, aliis vrbem fece impiorum purgandam esse volentibus, aliis vero diem dominicæ ultionis nondum adesse adserentibus, proinde impiorum prorogandam esse & in diem domini differendam. Verum cum sibi certo persuaderent, duos istos prophetas esse, & coetus emissos, quibusque inconsultis nihil sibi agendum sit, decretum illorum expectant. Hi post multa suspiria & meditationes, *Nondum tempus esse, purgandæ aream* respondent, *plures prius Deo lucrificandos, & iam lucrifectos celesti doctrina, non quidem in impiorum templis, idololatria fetentibus, sed privatis Christianis ædibus confirmandos esse. Nondum itaque impiorum sanguine manus suas contaminent, ne & ipsi Patrem celestem sibi offensum reddant, diem Domini propemodum adfuturum expectent, qui purgaturus sit aream suam ab omni impietate.* His vocibus tanquam a numinibus quibusdam profectis acquiescunt, quare 29. Januarii hora quarta digrediuntur, penatesque suos repetunt, atque ita motus ille quierit.

CAPVT X.

9. Februarii, hora octava, novus horrendus motus orditur. *Retinßi* quidem numero 500. fuerunt, forum curiamque vicinam, in qua omnis generis armorum copia fuerat, occupant, ut vel nobis occisus vel pulsus soli vrbe potirentur. Vbi vero hæc sanguinaria *Retinßorum* consilia proderentur, quidam Senatorii ordinis continuo per lictores cives non *Retinßos*, tam Evangelicos quam Catholicos pariter ac coemiterium transfluvianum, quod *Alpha* præterfluit, convocant; prærepto enim a *Retinßis* foro, commodior vrbis locus nostris non fuit, vel ad repellendum vim vel ad tuendum se se.

Nostris itaque subito tanta copia armati confluent, ut forenses illam turbam, & numero & potentia armorum facile superarent. Quidam tamen illorum, cum ædes suas, propter *Retinßorum* vicinitatem, armati non auderent egredi, arma sua per famulas longis vestibibus tectas ad coemiterium deferri mandant, quarum quædam ab exploratoribus proditæ & interceptæ ad carcerem sub palonumellario, noctivagis nebulonibus paratum, ita armata cum intolerabilibus convitiis deducuntur. Inter quas fuit *Aßola* ornatissimi ac doctissimi viri *Johannis Westlingii* Medicinarum Doctoris expertissimi hospitis

mei famula, quæ cum in forum ab *Anabaptistis* pertracta, & multis convitiis exagitata fuisset, tandem quorundam intercessione, quibus inserviverat hæc sola, sed spoliata armis, carcerem effugit. Cum vero forenses *Retinßi*, se impares Transfluvianis viribus esse, per exploratores acciperent, improvisam & inopinatam irruptionem metuentes, primum sacellum Michaëli sacrum, turrim Lambertinam, Curiam; & omnes foro propinquas ædes, tormentis & missilibus implent, ipsum etiam forum scannis, sedibus e templo Lambertino raptis, vasis, tabulis, lapidibus & rudibus subito undique collectis & comportatis ita muniunt, & per modicæ extructæ munitionis intervalla, crebris bombardis ita distingunt, ut instructissimi exercitus impressionem non formidarent. Claves quoque omnium portarum vrbis clausæ, prioribus mutatis custodibus, suæ factioni custodiendos committunt, ne peregrino robore in vrbem admissis, nostri se firment. Ex his omnibus nostri facile animadvertunt, quid *Retinßi* moliantur, quidve in animo habeant, proinde ut suarum quoque rerum rationem incant, suæque saluti consulant, ne inopinantes opprimantur, omnibus ad coemiterium plateis seu accessibus contra hostilem irruptionem bombardas majores opponunt, turres templi Dominici & eam, quæ iuxta pomerium a nocturnis larvis seu spectris nomen habet, ad arcendum *Retinßorum* impetum armatis civibus firmant, pontes ligneos, ne facilis ad coemiterium occiduamque vrbis partem sit aditus, rescindunt, præter arcum ponticulum, quo ex campo dominico & orientali vrbis parte declivia per turriculam, ponticulum validis præsiidiis & schlopetariis, chiro bombardariisque muniunt. Sed cum fati sibi esse putarent, domestico pollere robore, nisi etiam externis viribus & consiliis (si forte opus sit) se firment, ideo singulari diligentia desudatum est, ut claves alicuius portæ vrbis, sine magna clade consequantur, quas cum ab exploratoribus *Joannem Balcum* virum senatorium ac *Conradum Covordicum* (qui *Retinßorum* causam fovere dicebantur) detinere nunciaretur; missis itaque aliquot armatis, non solum hos duos (apud quos claves Marianæ portæ deprehenduntur) verum etiam *Vinnium* ac *Stralenium* concionatores Anabaptisticos, aliosque eius farinae homines capiunt, turrique transfluviani templi firmioribus ytrinque valvis munitæ includunt. Mirantur autem omnes boni, Anabaptismum etiam in Senatum irrepisse, iamque plures Senatorii ordinis viri a nostris in Anabaptistici furoris suspicionem non falso rapiuntur, quidam se candidos & innocentes esse fingebant. Raptis itaque clavibus & *Balco Covordicoque* earum custodibus in carcerem conjectis, portæ Marianæ & Iudefeldianæ valida præsidia continuo (ne quid mora obsit) imponunt; aliarum ve-

Senatus
cives re-
liquos
congre-
gat.

Etiam
quidam
Senato-
res Ana-
baptista.

ro portatum omnium ius nostris præreptum, in *Retinctorum* fuerat arbitrio.

Retincti, cum viribus suis diffident, ad armorum copiam confugiunt, quibus se in terrorem transfluvianorum, quantum possunt, firmant; proinde aliquot armatos & biuges equos, majores bombardas adferendi causa ad armamentarium, apud portam Ægidianam situm emittunt, atque tres stationarios milites iuxta cœmiterium Ægidianum in eo loco, quo per viculum ad campum Dominicum itur, custodiæ diurnæ gratia collocant. Quæ res cum nostris proderetur, protinus 50. vi repetitum bombardas armant, quos a cœmiterio per longos ambages Bischoppinghoviænæ immunitatis, hostibus obviam mittunt. Interea *Joannes Westlingius* Medicus, & *Wintercampius* acerrimi Anabaptismi hostes, (quos ego glòbis ferreis corio obductis in usum illorum armatus sequebar) compendium quærentes, a cœmiterio transfluviano, per Campum Dominicum & viculum ad Ægidianam portam properant, ut suis se jungant. Qui cum præter spem & imprudentes in stationarios inciderent, in ipso pavore animos sumunt, (neque enim recedere audebant,) verbis acrioribus non aliter stationarios compellant, ac si exercitum sequentem habeant. Illi subito adventu & clamore nostro territi, sese in fugam conjiciunt, suisque in foro hostem adesse nunciant, horrorem armatorum prædicant, & multa acerbiora, quæ metus suggestit, affingunt, continuoque armatos in præsidium suorum mittendos esse clamitant. Dum hæc aguntur quinquaginta a nostris emissi per ponticulum lapideum progressi (ut & publica est forina, & stabularii apud domum Cappenbergenis equos suos aquantur) adsunt, ac prope cœmiterium Ægidianum hostibus duas bombardas habentibus occurrunt, qui a nostris hostilem impressionem sentientes, per viculum transversum, ibi vicinum ad forum fugitant, ac trepidationem conduplicant. In eo motu equus unam bombardam trahens, ibi forte traiectus procubuit, alteram vero nostri custodibus abactis eripiunt, retortoque equo avehunt. *Retincti* vero nostros eminus missilibus frustra, catervatim sine certa tamen acie foro effusi, prosequuntur. Ego autem adhuc puer crabronum susurro & tormentorum bombis non assvetus, sed *Anabaptistarum* minis territus in cœmiterio Ægidiano post craneorum repositorium me subdixi, ibique delitui, & motu posito meticulosus iterum prorepssi, & ad nostros reversus, ipsos cum bombardâ incolumes ad cœmiterium rediisse comperi.

CAPVT. XI.

Inde de rebus præsentibus a nostris accurate consultatum est. Omnium quidem votis irruptio in forenses turbam placuit, ne novus metus imposterum sit metuendus, sed qua ratione commodissime & sine ma-

Meuschenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

gna clade id fieri queat, deliberatum est, aliis, ut aperto Marte undique in forenses iam consternatos metu impetus fiat, consulentibus, aliis vero svadentibus, ut ex omnibus plateis ad forum vergentibus vineæ agantur, ac per maiores bombardas munitionibus forensibus deturbatis, hostibusque depulsis, expugnatio tenteretur. Sed cum vtrinque multo sanguine & vulneribus visum esset constaturum, quibusdam placuit, ut vineis actis ex omnibus quidem plateis, quanto fieri possit, apparatu bellico, simulata impressione, sed frequentibus iaculis impetantur, atque assiduo labore ita defatigantur, ut nullum tempus ipsis respirandi relinquatur. Dum autem sic pugnae intenti, recens exercitus, præruptis nobilium Canonorum & civium arcuatis ædibus transverso impetu præter spem & expectationem in forum irruat, eam fore victoriam minus sanguinolentam. Hoc consilium plerique vii sunt approbare; verum cum ad eam rem conficiendam maiore exercitu esse putarent, *Joannem Wechlerum* & *Hieronymum Buschium* & alios quosdam ciues sub noctem in pagis circumfusos, paganos in prælidium excitatum ablegant. Qui *Theodorici a Mervelt* Satrapæ Walbeccensium autoritate freti, ministrisque illius stipati pagatim crepitantia in turribus æra concutiunt, agricolasque in auxilium vocant. Cum autem nox instaret, vigilie nocturnæ vtrinque disponuntur, vtrinque symbola vocalia dantur, nostris (*Christus*) *Retinctis* vero, Pater. Neque nostris symbola muta desunt; straminea enim ferta in armis gestant, quæ etiam tanquam innocentie signa ex omnibus *Retinctorum* ædibus suspendi iubentur, ne in futura eruptione per errorem forte in ades innocentis civis impetus fiat. Inde *Retinctorum* calumniandi occasione sumpta, nos vero Deo neglecto spem & fiduciam nostram in stramineos Deos collocare, hos invocare, ab his auxilium expectare, passim per plateas plenis buccis vociferantur.

CAP. XII.

Vtrinque sic in armis, *Alpha* interluentem, hi in orientali, illi vero in occidua parte vrbis in diem sequentem fremebundi consistunt. Interea transfluviani per noctem sibi animos augent, & ad acriter pugnandum sese inflammant. Hassicus Ecclesiastes *Fabritius* ipsos circuit ac fortitudinis constantiæque exemplis propositum confirmat, sed precatur ut quantum fieri queat, a cognato & civili sanguine sibi temperent, & post adeptam victoriam Papistas omnis seditionis auctores nunquam in pristinum dignitatis locum restitui patiantur. Ex adverso *Bernardus Roßmannus*, *Joannes Bockelson* Leydanus & *Johannes Matthiffon* prophetæ forenses, *Retinctos* animant victoriam in suis manibus esse persuadentes. Patrem enim cœlestem suos fœderis signo notatos contra omnem impiorum insultum defensurum. Plurimæ *Anabaptistarum* feminæ patrem præ-

Be e e a

caturæ

Terror
panicus
Anabap-
tistis in-
jicitur.

Rustici
in Subs-
idium vo-
cantur
contra
Anabap-
tistas

Fabritius
animæ
suæ

Suos ex-
iam Roth-
mannus.

Consulta-
tio de A-
nabapti-
stis coer-
cendis.

caturæ domum pastorum in foro piscatorio ingrediuntur, atque ibi totam noctem nunc tacite, verbisque non intellectis intra se murmurant, nunc elatis vocibus patrem invocant, nullaque fit mentio filii; nunc pro Christianis suis fratribus forum occupantibus precantur, ut vires animosque adversus hostes & verbi sui oppressores suggerat, nunc pro impiis, id est, nobis, ut aliam mentem clementer largiatur, armati in foro sine intermissione psalmos canunt: His studiis totam noctem vtrinque transigunt. Exorta vero luce matutina, Knipperdollingus effrenatis furiis iterum agitatus, cum per omnes vicus urbis instar amentis ac furiosi vitæ superioris poenitentiam clamans percurrisset, tandem circa septimam eadem poenitentia voce etiam transfluvianos ausus est incesse-
Knipperdollingi vox.
 re: *Agite poenitentiam (clamat) vos impii, agite poenitentiam, respicite, respicite!* Ira enim capitis vestris impendet. *o pater, o pater, eradicato.* Fuisset a Casparo Judefeldo fratre uterino transfossus; nisi quidam intervenientes ipsum eripuissent & captum in turrim coniecissent, vbi miro boatu cum reliquis Ecclesiasticis & *Reinoldis* 25. ibi conclusis, se ad ravim vsque exercuit. Deinde circa octavam innumerabilis pene magnitudo paganorum suo more armata adest nostrumque exercitum non parum auget. Adidit & nostros animos Satrapæ Walbecensis, nobiliumque canonicorum cum Equitibus & ruriculis nocturnus adventus & maxime cum Principem ipsum cum instructo equitatu ad futurum intelligerent. Nobiles ibi Canonici atque Satrapa continuo præsidium operamque suam adversus rebelles consulibus offerunt, ad quos *Hermannus Tyberk* gratis actis respondet: *Se in civitate sua peregrino auxilio ad pacem conciliandam non egere, eam rem per se sine sanguine & acerbiori motu conficere posse.* Illi tamen catastrophe fabulæ expectare maluerunt. *Reinoldi* vero desperantes præsidium rebus suis diffidere incipiunt. Itaque *Kippenbrochium* atque *Sudarthonem* legationes obeundi causa ad nostros mittunt, qui publica fide ad colloquium a nostris admissi, primum suos vehementer purgant, *quod arma non in suos concives, sed exercitiis gratia sumpserint, ut si quando opus foret, ea in hostes externos expeditius converterentur; se quoque in proximos pagos frumentandi causa expeditionem interdum facturos fuisse, cum obsidionem sibi a Principe metuant, eam vero a transfluvianis armatis in detrimentum urbis impeditam esse; ipsos secessionem & partes fecisse, ipsos pacem & fidem spectam habuisse, se quidem priores arma induisse; sed meminervint, viri priores se hostes declararint. Verum ut ut sit, cum intelligant ipsos Episcopum, qui suos concives propter meritum & officium occasse, atque in urbem cum equitatu suo hostili inromissuros, se illis alius hanc rem expendendam oberudere, & quid inde secuturum sit penitus intra se cogitent, si hostis*

Anahapriste mittunt legator se purgandi causa.

intra muros recipiatur, qua sit futura Reipublica facies, si duro servituti iugo ac tyrannide civium commode opprimantur, qua libertas, quod ius quodve privilegium superesse possit; libertate semel amissa, nullam unquam spem eius recuperanda reliquam fore. Hæc vbi dixissent a nostris digressi, nostri super hac re consultant, aliis hoc, aliis illud consulentibus. *Hermannus Tyberk* consul, sibi non videri (inquit) *iniquam, qua a forensibus legatis sine proposito. Nam Consulis principe in urbem admissio, ipsum omnia suo arbitratu, non sine gravi civitatis incommodo & libertatis interitu (quod iam diu affectaverit) acturum. Quid futurum existiment, si eum intra moenia recipiant, quod civis indignis modis affixerit; captivitatibus terruerit; contra meum intercluserit; atque extrema adversus rempublicam nostram, ut a verbo Dei secessionem faceret suscepit. Neque se hoc consulere & approbare ut civilem sanguinem mutuo fundant, & alter alterum irruat, pater filium, & filius patrem, fratres, reliquique & consanguinitate & affinitate iuncti, vulneribus muris se conficiant. Sibi proinde vilis videri & cum pietate Christiana congruere, vi sine extremo & potentiori quodam sequestro disidium hoc componatur & concordia concilietur.*

Quæ sententia quidem Consulis multis displicuit, cum per eam ad alios motus futuros relinquatur maxima & mutua suspicio, ne perpetuo motu urbs implicita teneatur; tamen cum ex animo illa vilis sit dicere, & *Casparus Judefeldus* alter Consul eam, quasi bene & salubriter dicta, approbaret, nemo tantæ authoritatis Consulibus ausus fuit contradicere. Responsum est igitur legatis: *Transfluvianos a Christiana concordia, si bonis conditionibus iniri queat, non abhorre-
 re.* Deliguntur itaque vtrinque sequestri, quibus tota res decidenda committitur. Dat^{is} igitur & acceptis vtrinque obsidibus, captivisque vtrinque relaxatis, omnis controversia ita tollitur, ut negotium fidei, vtrinque relinquatur liberum & arbitrarium. *Credas quisque, quid & quantum velit, modo manus contineat. Neminem enim in sua fide & possessione turbandum, in reliquis Magistratus parendum esse.*

C A P. XIII.

His ita actis, Nobiles Canonici & Walbecensis Satrapa cum lacrymis & gemitibus urbe excedunt, testanturque palam, hanc concordiam perniciosæ concordia, hanc pacem horrendi belli & eversionis totius patriæ seminarium fore; pagani vero futura calamitatis non præcii, cum se cerevisia a Senatu donata refecissent, vxores suas domi in mœrore relictas, quasi post longam militiam cum gaudio revisi sunt. Inde vtrinque repetentes penates suos digrediuntur, bombardasque in exitium mutuum comparatas & instructas in vacuas auras exonerant; vnde tota urbs terribili quodam tonitru concussa contremiscit, Princeps quoque ipse, qui iam non procul ab urbe cum equi-

Responsum legatis datum. Sedatur tumultus antice.

Quibus hæc compositio displicuit.

equitatu suo aberat, de concordia inita certior factus lacrymas effudit, & indignabundus equo reflexo recessit. *Retinctis* e foro digressis, magna foeminarum multitudo munitiones a viris suis destitutas ingressa, admirabili rabie & invsitata monita excogitat. Non potest maior *Baccharum, Thyadum, Moenadum, Mismallonidum, Adonidum, Triateridum* que in ipsis *Bacchi* sacrificiis insania ab Ethnicis effingi, quam harum foeminarum.

CAP. XIV.

Rothmannus vero 20. Februarii, ne feriaretur prophetarum monitu & *Knipperdollingi* impulsu, ad suæ factionis homines, qui passim in ciuitatibus propinquis, *Osnaburga, Zuzati, Hammona, Wesaliis, Cosfeldia, Warendorpi, Alenz, Dalmania, Schoppinga* atque aliis locis metu supplicii latitauerant, quos ipse non aliter atque Dux aliquis militiæ suos in autoratos milites noverat, scribit: *A Deo patre duos prophetas ad se Monasterium missos, qui insigni pietate & vite sanctimonia sint illustres, verbumque Dei pure & sine humana fecis admixtione, incredibili quadam facundia & suavitate doceant. Si proinde salutis suæ consulere velint, cum vxoribus liberisque, relictis opibus terrenis ad se veniant, novam suam Hierosolymam & Ziona, templumque Salomonis, verum ac aeterni Dei cultum explosa omni idololatria in eo secum instarent, ipsos propter coelestem thesaurum satis opum habituros.* Hæc vbi fama vrbes ac pagos passim pervageretur, tanta vndique hominum copia novitate nominis & rerum inflaminata accurrit, vt egressorum ciuium iacturam non solum pensaret, sed & superaret. Huc igitur viri cum vxoribus liberisque suis, huc viduæ, huc virgines, huc mulieres, relictis domi maritis suis, huc mariti absque coniugibus suis advolant, huc nobiles atque ignobiles comitant, huc milites & pagani coeunt, huc ex *Hollandia, Frisia, Brabantia*, circumfusisque locis & provinciis, oppidis pagisque quam plurimis confluent. Huc *Henricus Krecblingus* Schoppingensis Gogrius cum vxore liberisque contendit, magnamque istius oppidi multitudinem secum adducens, qui cum aliquot plaustris bene onustis in itinere, cum vnum abesset militare ab vrbe prope tabernam meritariam a *Saliento* denominatam, a *Joanne Sendano* Nortwaldensi Gog. 14. Februarii interceptus, temeritatis suæ dedisset poenas, nisi filius suus in ipsa impressione capientium manus elapsus, centum *Retinctos* in præsidium ex vrbe subito accerpivisset, patremque carceris custodibus, graviter ea nocte vulneratis, ipsoque *Joanne Sendano* fuga sibi consulente, e vinculis eripuisset. Hic cum in urbem venisset, nostras ædes, præcipue foro, commodioribus cubiculis raptis sibi facit, plus quam communes facit. Huc *Hermannus Regeward* pastor *Warendorpiensis* 17. Januarii multos secum adducit. Huc Dominus *Bernardus Krecblingus Gildbusanorum* parochus magna cum paræcianorum copia; huc *Petrus Sweringus* *Cosfeldianus*

cum vxore, pecuniis (fuit enim dives) & cuiusdam oppidi ciuibus non paucis migrat. Huc *Wernerus Scheiffert* Nobilis, huc *Joannis de Recke* *Drenstenfurdici* vxor deserto marito adest, neque satis sibi esse putavit, duas filias suas transfluviani Cœnobii vestales hac impietate imbui nisi & *Ziam* natu minimam (quoniam *Conrado de Dorloe* desponsatam) imo se ipsam perdendam adduceret.

CAP. XV.

Circa hæc eadem tempora *Johannes Matibiffon* propheta, in omnem effusus libidinem, *Retinctos* vtriusque sexus ad ædes *Knipperdollingi* satis amplas nocturno tempore clam convocat. Quo cum convenissent, ibi propheta stans sub æreis candelabris in media Domo a trabe dependentibus (quibus tres cerei ardentes impositi fuerant) circumfusam in vrbe multitudinem docet, & multorum circumstantium lectos ignes prophético suo spiritu exocitat & inardescere facit. Inde Cap. 1. Genes. subiungit. *Vbi vero hæc verba recitasset, (crescite & multiplicamini, & replete terram)* cereos ardentes extingvit. Quæ tunc per noctem istam flagitia promiscue sine verecundia & pudore sint commissa, propheta in sinu puellæ satis inverecunde deprehensus declaravit. Hanc rem igneam baptismam appellabant. Neque hæc falsa esse credideris, nam cum ignei baptismatis passim per urbem fieret mentio, nec tamen quisquam, quod esset, intelligeret; mulier quædam a *Wessingo* hospite meo vnus siliginis donati pretio illud explorandi causa conducta est; quo cognito, *Retinctorum* Symbolo pylorum fefellit, & clam se in istas ingessit, omnia vidit nobisque narravit. CAP. XVI.

Anno 1534. *Johannes Wikius* Syndicus vrbis; multorum motuum & vrbis potissimum rebellionis adversus Principem & Clerum auctor, videns proceres & opulentiores excessisse vrbe, homines vero leves & inuitiles ipsis successisse, & hac de Republica actum, animadvertens eamque seditionis consiliis perditam pristinae dignitati se restituere non posse putavit, se subduxit, sed captus primum *Berergernam*, inde *Iburgum*, tandem *Fastenoam* deductus *Eberhardi Moringi* Satrapæ ibidem fidei custodiæ committitur. Senatus Syndicum suum captum accipiens, pro eius liberatione apud Principem supplicat & instat, cum Anabaptismo, qui vires & incrementum pro dolor! in ciuitate sumperit, addictus non fuerit. Princeps *Wikium* non vt Anabaptismo addictum, sed vt seditiosum esse captum, responderet. Male enim Principem habebat, *Wikium* Clero Catholicisque omnibus infensum, seditiosis suis consiliis Senatui vrbis contra se animasse. Post aliquot dies *Wikius*, spreto sacerdote, Deo animam committens flexis genibus, manibusque complicatis erectam cervicem carnifici incidendam præbet, cadaver autem in vallo sepelitur. *Casparus Judefeldus* Consul etiam Principem negligentia re-

Rothmannus ex multis locis ingen-tem hominum turbam advocat.

Nomina eorum, qui Anabaptistas se contulerunt.

gendi offensum sibi habeat, liberius tamen vrbe & Anabaptistis, quos serio averfabatur, relictis, *Hammonam* concessit ac *Hermannus Tylbesbius* mentem suam non celans diutius, sed eam ex umbra in solem producens, totum se Anabaptismo dedit, & in vrbe remansit. *Henricus Rollius* 21. Februarii, a *Retinckis* cum plena auctoritate conscribendi milites (cum obsidionem sibi metuerent) in *Hollandiam* emittitur, qui non procul a *Traiecto* captus, pecuniis emunctus, Anabaptista esse deprehenditur, igni adiudicatus, poenas transfugii ab Ecclesia Catholica pendit. Princeps propius ad urbem accedens cum instructissimo equitatu altius de rebus futuris & obsidione cum Dioecesis proceribus 25. Februarii *Telgetum* ingreditur, & superioris memor captivitatis excubias tam diurnas quam nocturnas diligentiores agit, ne a *Monasteriensibus* circumveniat.

CAP. XVII.

Eodem die comitia novi creandi Senatus gratia sunt habita, in quibus *Henricus Redeker* tribunus plebis populum suum admonuit, cum haecenus senatus ex instinctu carnis sit designatus, nunc suggestione Spiritus eundem esse eligendum. Primum ergo decem suffragatores de more in curia tribuum deliguntur; Ex tribu *Martiniana*, *Hermannus Boemer* & *Andreas Wordenus* coriarius, ex *Lambert*. *Conradus Kruse* & *Henricus Lehman* Alutarius, ex *Ludgeriana* *Bernardus Boentruppe* ac *Joannes Lepper*, ex *Aegidiana* *Albertus Geisbopel* & *Johannes Redecker*, ex *Mariana Antonius Groiwader*, ex *Judefeldiana* *Hermannus Tocke*; Hi conclave Senatorium ingressi, 24. homines non solum abiectionissimos, verum etiam sceleratissimos, & vix dignos, quibus vel portarium vel carcerum urbis, vel pristini Senatus equorum cacumine custodia committeretur, ad gubernacula civitatis suscipienda eligunt, qui occasu urbis Magistratum suum finire cupiebant. Hi postridie nempe 24. Februarii diversa inter se officia distribuunt hoc modo; Consules constituuntur *Bernardus Knipperdolling*, *Gerhardus Kibbenbrock* pannicida, Aediles *Joannes Daventriacus*, *Christianus Wordemann*, butyropolæ, Prætoris urbanei Adessores, *Christianus Kerckerling*, patricius, *Henricus Xantes* faber ahenarius, Oenopostratæ vini præfecti *Johannes Balck* faber ferrarius, *Henricus Korde*, aurifaber; Quæstores seu Grutæ præfecti *Conradus Kruse*, *Nicolaus Snider*, Cerevisiæ præfides, *Joannes Offenbecke*, *Bernardus Boentruppe*, Ianio, Xenodochii præfides, *Joannes Koningh*, *Bernardus Reininck*, leproforum Præfides *Lucas Gruter*, *Gerhardus Pruesse*, coriarius, Antonianæ domus Præfides, *Stephanus Kopperschlagger* oenopola, *Hanso a Borstel*, alias *Menkemisz*, aurifaber, Lateritii operis præfecti *Nicolaus Stirpe* Junior, pannicida *Engelbertus Edinck*, Eleemosinæ Præfecti *Bernardus Picker*, *Albertus Geisbovel* Pistor, Adessores *Wrigravii*, *Bernardus Olnschleger*, *Henricus Potgen* tutor. Sub hoc Magistratu superiore sceleratiori nihil suppelletilis, nihilque pecuniæ offerre,

sed quælibet flagitia, quantum vis enormia, impune committere licuit. Nam catervatim (quasi scelera intra se partiantur) incredibili amentia & nocendi studio flagrantes 24. Februarii per urbem grassantur, hi *Nisinganas* vestales terrent, illi fratres *Fontis salientis* adoriuntur, hi *Georgianos* invadunt, illi in *Joannitas*, reliquaque urbis cœnobio & sacras ædes impetum faciunt, vestes, pecunias, suppellectilia, & quæcunque sibi vsui futura existimabant, diripiunt, neque a templis sibi temperant, argentum, aurum, pallia sacra, calices ornamentaque omnia, in Dei cultum & ministerium dedicata, auferunt, fiuntque impurissimorum verberonum, scortorum & militum vestitus & stipendia. Imagines ex superioribus motibus reliquas confringunt, aut raris parietibus deturbant. Sacellum *Divo Antonio* iuxta portam *Mauritianam* consecratum, ereptis bonis mobilibus, demoliuntur. Sed nulla vis, etsi sæpe tentata, sacello *Divi Ludgeri* nocere potuit. Eodem die hora quarta vespertina *Bernardus Mumme* verberò, agmen secum ducens, Aedituum *Dominici* templi adortus, claves vi ab illo extorsit, ibi primum in sacellum *Divæ virginis* aliaque ex ordine irruunt, dispoliant, frangunt, corumpunt. Inde templum *Dominicum* omnibus ornamentis ereptis denudant, adyta profanant, altaria direptis mappis, quibus obtegebantur, diruunt, horologium, opus artificiosissimum, malleis securibusque pulsant, singulari vero furore & odio *Baptisterium* reliquiarumque repositoria comminuunt, fenestras sediliaque insignibus *Dominorum* magna arte elaborata dissecant. Imagines *Divæ Virginis* ac *Joannis Baptistæ*, a *Francone* Monacho artificiosissime in tabulis duabus depictas, in usum fornacium perferunt eaque supra fossam inferiorem urbis iuxta *Judæorum* Coemiterium pro excubias agentibus collocant. Sibillarum effigies, admiranda arte expressas, & circa chorum forinsecus per certa intervalla dispositas eruunt, imagines patrio marmori incisas, raraque arte elaboratas capitibus, brachiis cruribusque contractis mutilant, ligneas vero securibus dissectas in ignem extructum coniciunt. Simulacra patrum, Prophetarum, Apostolorum, aliorumque sanctorum columnis, parietibus passim affixa, scalis vestibisque admotis deturbant; ossa sanctorum & sacrosanctum *Domini* corpus pedibus conculcant, organa ereptis tibiis disturbant, fenestras pictas frangunt, & maxime *Erici* Episcopi *Donum* præstantissimum amplissimumque, libros intus humano excremento illitos in vnum acervum cremandos congerunt, Bibliothecam doctissimi viri *Rudolphi Langii*, lucubrationibus & monumentis autographis nondum editis auctam lacerant atque discerpunt. Magnam illam crucem argenteis laminis detractis in cineres vertunt. Sacrographis Episcoporum Nobiliumque *Canonicorum* direptis & translatis, fractis Nobilitatis insignibus propugnacula muniunt & totam noctem impiis studiis

Henricus
Rollii
Supplis
cium.

Novus
Senatus
eligitur
ab Ana-
baptistis.

Rapine
sacrile-
gia &
scelera
sub novo
senatus

diis his sine vilius Magistratus metu consunt.

CAPVT XVIII.

Interea Princeps, cum *Monasterienses* pertinaciæ finem non facerent, neque alia ratione ad obedientiam pristinam revocare eos posset, omnia, quæ ad iustam militiam & obsidionem necessaria visa sunt, comparat. Primum nobilem *Joannem a Bueren* Baronem, *Gerhardum Morrien* diocesis Hipparchum, *Hermannum a Mengersfen* Paderbornensis diocesis Vicarium seu Legatum, & *Joannem a Raesveldt* totius militiæ primarios Præfectos designat. *Friedericus* vero ab *Eller*, *Henricus a Schonebeck*, *Gerhardus de Recke*, *Joannes de Kortbe*, *Joannes a Senden* ac *Joannes de Dinklage*, equestri disciplina exercitatissimi, equitatus duces creantur. Pedestris autem *Wilkinus Stedingus*, vir militaris ordinis, & *Gerhardus Münster*, cognomento *Schmoker*, qui postea ad oppidanos defecit, Viri armatorum scientia clari, quibus singulis conscribendi equites peditesque cura datur. Hi itaque collectis aliquot millibus armatorum, reliqua officia militiæ, habita fortitudinis, & experientia militaris ratione, distribuunt. Pentacosiarchæ hi sunt: *Johannes Cozitzenus Reinanus*, *Peregrinus Iselmundanus*, *Andreas Lubbecanus*, *Egbertus Beverenus*, *Theodorus Grollanus*, *Gerhardus Overlackerus*, *Hermannus Sittardus*, *Laurentius Horstanus*, *Theodorus Tylanus*, *Albertus a Beltzich Sverhusius*, *Augustinus Darentiacus*, *Georgius Schimmelius*, *Joannes Hakenius*, *Godefriedus Traiectensis*, *Bernardus Ketellius*, *Georgius Kilanus*, *Nicolaus Vckermarckanus*, *Jodocus Mudeus*, *Georgius Wulfframstorpius*, *Michael Effurdianus* ac *Lippoldus Wulfframstorpius*. Totus exercitus, tam equestris quam pedestris, tres menses inuithoratur. Quibus exactis omnes duces & militiæ præfecti Principi operam suam ad finem belli, si poscat, sine augmento stipendii addicunt. Hinc ad reprimendum horrendum illud schisma Archiepiscopus *Coloniensis*, Dux *Clivensis*, Comes *Lippiacus* ac *Benthemicus*, *Daventria*, *Campi*, *Bilsfeldia*, reliquique vicini Principes, Comites & ciuitates circumfusa varia tormentorum genera, sed immensis Episcopi impensis in præsidium militiæ mittunt. Hæ globos ferreos, illæ æneos aut nitrum, *Maria Rectrix Brabantia* 40. vasa Dux *Clivorum* 12. *Ericus Dux Brunsvicensium* 30. pulveris nitrati centenarios. Inter tormenta autem vndique advecta longissimum & acerrimum fuit, quod *Stollani* a serpente denominatum transmiserint. Quæ vero iussu Landgravii adducta sunt, ipso nomine fuerunt horrenda, cum alterum a caco-dæmone, alterum a matre ipsius nomen circumferret. Harpagoes, palæ, secures & scalæ tanta copia fabricantur, vt etiam aliquot plaustra repleant. Caduntur vimina in vsum vinearum, arma longo situ obducta confricatione nitescunt, enses macharæque in cotibus splendent, lanceæ, haltæ atque

loricæ rubigine diuturnaliberantur, equi exornantur, domantur & ad bella humanosque vsus assuefiunt, nihilque quod ad obsidionem pertinet, negligitur. Ablegantur etiam ab Episcopo viri aliquot ad diversas vrbes & emporia, quæ ad hoc bellum necessaria conquirant & coemant, *Joannes Hassenbrock* 122. intrati pulveris vasa in *Brabantia* emit, *Joannes Heerde* 150. *Amsteladamo* advehit, *Hermannus Fegeder* 40. *Melchior Bodegem* 26. adducit, alii *Coloniam*, alii *Treuiros*, alii *Augustam*, alii *Francofurdiam*, alii *Novesium*, alii *Keyferswerdam* emptum pulverem tormentarium mittuntur. *Fridericus Wever* 189. centenarios nitri *Erphurdia* adfert, multique alii ex diversis ciuitatibus tam nitri quam sulphuris magnam adducunt copiam: Eriguntur quoque *Iburgi* & *Osnaburgi* pulveris intrati tundendi & conficiendi gratia molæ & officinæ aliquot. *Conradus Prange Arnsbergicus* Judex, & *Joannes Sverthen* aliquot millia centenariorum ferri in terra montana ferrariis officinis in globos fundi procurant. *Egbertus Karbunck* cum ministrorum turbarudes lapidum massas ex lapidinis erutas in globos tormentarios, (fundunt) *Coloniensis*, *Clivensis*, *Landgravius*, *Benthemicus*, *Osnaberga* atque circumquaque vrbes machinarum bellicarum præfectos mittunt. Deliguntur etiam viri, qui multa millia clayorum ferreorum, aliquot centenes ferri, & plumbi centenarios, innumerabilem Chirobombarum, sclopetorum, falconetorum multitudinem & nonnullos mortarios, aliquot millia lancearum & hastarum, omnis generis funes, stramina, foenum, arenam, equorum pabula, sindonem tenuissimam in vsum signorum militarium, & corium vnde culci & sacculi fiant, in quibus pulvis nitratus deferatur, coemant, multorum quoque fabricorum, tam ferrariorum quam lignariorum, opera datis aris conducitur.

CAP. XIX.

Inde cum *Retinli* certum futuræ obsidionis periculum expectarent, die 25. Februarii quingenti armati *Retinli* ex vrbe in *Divi Mauriti* insigne *Canonicorum collegium* hostiliter irruunt, & vt hostibus latebras admerent, primum ædes *Canonicorum*, qui fuga sibi consuluerant, diripiunt, atque ereptis omnibus bonis denudant, omnia mobilia devehunt, esculentaque omnia ibi reperia capacibus saccis imposita. Ædificia ita denudata flammis impositis exurunt, hinc aucto plumbo templi tectum rescindunt, turri aeris subvectis lignis & straminibus ignem iniiciunt, qui cum a basi ad cacumen usque lignorum compagnes dissolvisset, ipsa ingenti fragore, liquefactis campanis, in templum ruinam dedit, vnde tigna sparique plumbo denudati, flammam concipiunt, testudines ponderibus ruptæ concidunt, atque vbi paulo ante insignes *canonicorum* structuræ conspiciantur, ibi nunc caput seu camini saltem extant, His peractis, quas

Duces & Præfecti ad futuram obsidionem.

Auxilia vicinorum.

Et alii apparatus.

Anabaptistæ destruxerunt Collegium S. Mauriti.

quasi re bene gesta, exultantes in urbem revertuntur.

CAP. XX.

Consilia eorum de dissenti-entibus a sua secta. Eodem die hora tertia pomeridiana *Johannes Matthison* Harlenticus propheta in ædibus cuiusdam civis retinēti iuxta forum piscatorium suis; bombardæ sonitu convocatis, concionatur; finitaque concione proponit: *A sua religione dissentientes esse occidendos.* Quod omnibus statim ita placuit, sed *Knipperdollingi* sententia fuit mitior, qui *plus quam barbarum esse, sanguinem eorum fundere, a quibus nondum laesi sunt, & tali casu vindictam innocentis effusi sanguinis omnium nationum Principes & populos provocaturos.* Svasitque proinde *impios postredie, nisi statim rebaptizati eandem secum religionem profiteantur, urbe pelendos esse.* Ita posse fieri, ut *area Domini & domus patris, novaque Hierosolyma ab impietate purgetur.* Hanc sententiam ipse etiam propheta & omnes recipiunt quotquot aderant. 26. Februarii bona *Monasterium* ingressorum edicto Cæsario confiscantur.

CAP. XXI.

Possessiones Clericorum dividunt. His ita per vim exactis, cum iam soli urbis imperio potirentur, Religiosorum habitationes inter advenas distribuunt, *Cosfeldianis* domus *Georgianorum, Leodiensibus* fratrum fontis salientis, *Frisiis* Nizingarum virginum, *Gildhusanis* Minoritarum Monachorum, *Warendorpensibus* Jannitarum ædēs inhabitandæ assignantur. *Julius* vero *Frisius* Episcopus in urbe creatus, qui solus baptizandi munere fungeretur, Ringanarum virginum tecta colit. Coenobium autem a valle rosarum appellatum fit carcer foeminarum, maritis suis non parentium. In templo veteri pulvis tormentarius cunditur. Nullas etiam Christi crucifixi, Mariæ virginis, Apostolorum aut Martyrum imagines, quas non perdunt, ferunt, at Diabolorum, ludæorum impiorumque tyrannorum icones nulla *Retinctorum* manus violavit.

CAP. XXII.

Initium obsidionis Monast. 28. Februarii circa vesperam urbs obsidione cingitur. Castra septem locantur.

Mauritianum. Primum inter exusti Mauritanii collegii rudera & favillas; cui *Wilkinus Stedingus*, etsi totius quoque peditatus dux primarius fuerit, peculiariter præfuit.

Coritzeri. Secundum ante portam Ludgerianam in agro avenario, cuius *Joannes Coritzerus* Reinanus moderator fuit.

Misnense. Tertium ante portam Ægidianam in loco humiliori & sabuloso iuxta viam publicam; quod a Misnensibus militibus. *Misnense* appellatum fuit, cui *Albertus Belizius* præfuit.

Sittibardi. Quartum inde, Amne interluente, ad portam Marianam haud ita procul a *Telta* amplissimo & fecundissimo prato, quod *Sierman-*

ni Sittibardi Ducis imperio paruit.

Castrum Quintum ad portam Iudfeldi-*Geldriacum* anam iuxta porcorum aquarium, quod & *Geldriacum* a militibus, & *Geldriaco* Duce primario *Egberid Devereno* denominatur.

Castrum Clivense. Sextum ad portam crucis *Clivense* appellatur, cuius sceptrum *Laurentius Horstānus* tenuit.

Castrum Swerhusianum. Septimum trans amnem ad molam *Evickinganam*. *Swerhusius* rexit.

Septem proinde peditum stationes & castra circa urbem disponuntur, validisque militum præfidiis firmantur. Hinc i. Martii tempore matutino 1534. Magistri stipendiatorum equitum pedestres exercitus subsequuntur, & in locis propinquioribus urbis, extra iactum tamen urbanorum telorum stabulantur, quorum *Friedericus* ab *Eller* cuiusvis ad Septentrionem in *Evinckbavio* castra collocat; *Henricus* a *Schonebecke* ad occasum in *Kockelenbergo*; *Gerhardus* de *Recke* ad Aquilonem in *Hakelenbergh*; *Joannes* de *Korthe* ad orientem in *Wasta*; *Joannes* a *Senden* ad meridiem iuxta ædēs *Eberhardi Biscepingi* prope *Geistam*; *Joannes* vero de *Dincklage* ad Euro Austrum in *Lukēbecke* ac *Kaldenbavio*. Ita tamen equites, peditesque castra metantur, itaque sunt vicini, ut mutua sibi auxilia, necessitate postulante, adferre queant. Quælibet castra aggeribus, fossis, tormentis muniunt, trium quoque Diocesium suarum beneficiarios clientes (quos Vafallos vocant) equis armisque bene instructos ad i. Martii *Felgetum* atque *Walbecam* Princeps convocat, ut stipendiariis sese coniungant eorumque turmas (si forte opus fuerit) suo robore augeant.

CAP. XXIII.

Hinc præter crebras exactiones & tributa, quibus Diocelis in præsidium belli atteritur, i. Martii ornamenta templorum per Diocelin æstimata, quæ pecuniis a parœcia-*Ornamenta sacra in Dioc. Monast. ad Præsidium belli æstimantur.* nis redimuntur; vnde multi motus passim concitati maxime in urbibus. Nam cum *Bockboldiani* ornamentorum in Dei honorem a piis majoribus suis dedicatarum æstimationem ægrius ferrent, contentio gravius est exorta, in qua *Georgius* a *Deipenbrock* ac Iudex eius oppidi partes Principis iubentis defendentes, a civibus intercedentibus prope modum fuissent occisi.

CAP. XXIV.

Joannes Vldanus tanta arte & industria inter portas Servatianam & Ludgerianam propugnaculum erigit, ut etiam in hodiernum diem *Vldani castellum* dicatur; authorisque sui nomine celebretur. 6. Martii porta *Horstana* armati exeunt, duasque molas exurunt, & milites in se provocant, quorum non paucos sternunt. Diē 13. Martii duobus *Iudfeldanis* præfidiis in ipso meridie faces iniiciunt & milites sternunt, 35. tamen oppidani desiderantur. Hæc tamen clade non consternati,

sternati sed audaciores redditi, 14. Martii hora 10. quingenti oppidani audacius quam prudentius erumpentes: *Pottershusum* cum lateritiis casulis concremant; sed hi ab hostibus agminatim vndique ingruentibus prope modum fuissent intercepti, nisi per viam obsidentibus incognitam incolumes ad urbem evasisent.

CAP. XXV.

Joannes Matbisson propheta emergit, & eo non consulto nihil domi neque foris agitur. Hic concionatur, *Patrem velle, ut omnium egressorum civium bona inter Christianos, non tamen pro cuiusque voluntate & arbitrio, sed necessitate sint communia.* Deinde in tertium diem fit deprecatio publica, ut Pater suo divino nutu septem viros deligat; qui bonis convectis præsint, & Christianis fratribus pro necessitate dispensent. Die tertio hos sibi proditos proclamatur, *Lechdanum* villicum, *Albertum Heyterum*, qui *Hermannii Fockii*

Anaba.
prista
VII. Dia-
conos eli-
gunt.

filiam duxerat, *Bernardum Havickborstium* villicum, *Hermannum Albertingum* a Clave cognominatum, *Hermannum Reiningum*, *Joannem Caterberobum* montanum, alias *Thor Heyden* politorem armorum, & *Hermannum Bridorpium*, quos a ministerio, quo fungebantur Diaconos appellavit. Hi a propheta nominati ad *Julium Frisum* Episcopum ac alios concionatores deducti, per manus impositionem in officio suo confirmantur. *Hupertus Ruscher* fit etiam inter seditiones seditionis, qui postmodum contra prophetam eiusque facta locutus capitur, & per alterum prophetam *Joannem Bockelzonem* gladio cæsus interit, nemoque vterius contra prophetam mutire ausus fuit. Mortuo *Ruscher*

Omnia
ornamen-
ta in cu-
riam con-
ferre ju-
bentur.

idem ille *Matbisson* mortis supplicio proposito, omnibus per totam urbem edicit, ut aurum, argentum signatum & non signatum muliebrique ornamenta in curiam graphiarum deferant, cum inter veros Christianos nullus pecuniæ usus esse debeat. Hupertus exemplo territi inortem sibi metuentes edicto parent, & annulos, bellos, torques, fidulas pecuniamque omnem conferunt huius collati thesauri custodes *Conradus Kruse*, *Gerhardus Reinick*, *Magnus Kobues* & *Lucas Grui-ster*, qui per prophetam constituuntur, quibus negotium datum, ut Christianos fratres infidelibus creditoribus obnoxios ære alieno liberent, debitaque eorum exsolvant.

CAP. XXVI.

Circa festum Paschæ *Matbisson* propheta, mero enthusiasmo afflatus, tantam mortis securitatem animo concepit, ut sibi aliisque per urbem pervaderet, se patris monitu cum paucis militibus omnes hostes abacturum, urbemque ab obsidione liberaturum. Rapta bipenne, certa victoriæ fiducia fretus, portam Ludgerianam cum nonnullis commilitonibus, quasi exercitum sequentem haberet, exit hostemque lacessere audeat. Nec desunt interea spectatores, qui de victoria dubitantes hominis temeritatem admirarentur, atque rei eventum in aggere solliciti expectarent. Ho-

Meckenii Scriptor. Ret. Germ. Tom. III.

stes, vero catervatim novum istum *Sambso-Propbeta* nem cum expeditione sua urbana vndique invadunt, ita discerpitur ac laniatur, ut omnes corporis compagine frequentibus gladiorum ictibus dissoluta a se mutuo effluerent. Genitalia eius resecta a quibusdam insequenti nocte propylæo versatili *Egidiana* portæ affiguntur. Sic vates cum suo vaticinio & iis, qui aderant, extinctus. Huic

successit *Joannes Bockelzon* Leydanus, qui narravit, quod sibi per nocturnam visionem apparuerit tale genus mortis, & ante octiduum per Spiritum a patre proditum & territum fuisse tali cruento spectaculo, virumque armatum respondisse; *Ne metuas vir Dei, sed vocationi insiste & proposito; non enim de tua, sed Matbissonis vita peculiari Dei iudicio agitur, cuius demortui uxorem ducas.* Hac voce magna admiratione se affectum, cum legitima sibi esset vxor *Leyde* relicta.

Successor
ejus Joh.
Bockelzon.

CAP. XXVII.

Circa hæc eadem tempora *Joannes Bockel-Ex Knip-son* propheta & Vir Dei, *Knipperdollingi* vaticini auctoritate fretus, eidem gladium in terrorum maleficorum tradidit, ipsumque nova voce Enligerum in concione populi pronuntiavit, cum omnia excelsa sint humilianda, atque ipse hæcenus consul & caput urbis fuerit, *patrem nunc velle, ut abscessissimi carnificis munere fungatur.* Ille vero officium sibi oblatum non averfatur, sed libenter suscipere visus est, quatuor stipatore, *Joannem Schultum*, *Nicolaum Schmalcaldiacum*, *Georgium Averbovelium* & *Joannem Serenum* in tutelam novi Magistratus adscivit. Propheta se

primum mutum fingit, deinde 12. Seniores in Israel propheta designat, penes quos omnium rerum publicarum & privatarum, tam

Et Magi-
stratum
alium or-
dinat.

facrarum quam politicarum iudicium, imo ius gladii summaque imperii potestas esse debebat & sunt hi: *Hermannus Tylbeck* patricius, *Gerlacus a Wullen*, Nobilis, *Henricus Xantus*, *Henricus Korde*, Aurifaber, *Joannes Ofsenbecke*, *Lambertus Mompertinck*, *Joannes Eschnaun* Warendorpenis, *Lambertus Bilderbeck* Cosfeldiensis, *Petrus Synionson* Frisius, *Lambertus Leodius*, *Bernardus thor Moer* & *Antonius Guldenarm*. Cum hi designati fuissent, *Bernardus Rothmannus* apud populum de nova hac Reipubl. forma concionatus est, quæ a Deo instituta, Israelitici populi Deo adamati imaginem referret, atque hic eorum nomina publice recitavit. Facta concione propheta omnes in conspectum populi producit, singulisque per ordinem gladium strictum conceptis his verbis in manus tradidit: *Accipe ius gladii, tibi a Deo Patre meo per me commissum, eoque ad mandatum Dei scinde.* Hinc totus populus, propheta iubente, supplices ad Patrem pro gubernandi populum Israeliticum prudentia preces fundit. *Hermannus* autem *Tylbeckius* spiritu humilitatis exagitatus lacrymatur, & *O mibi pater*, (exclamat) *indignus ego sum tanto munere. Tu itaque mibi prudentiam viresque regendi suggere.* His peractis, tota multitudo propheta præcinente, (*Gloria in excelsis*) de-

Fff ff

cantat.

candat. Senatus in partes iam distractus prophético Spiritui novæque Reipublicæ formæ non repugnat, libenterque inagistratu se abdicari patitur.

CAP. XXVIII.

Nux etiam fuit iuxta murum in pomerio intra portas Horstianam & Mauritianam altissima, vndique densis frondibus, dependentibus foliis tecta, in cuius ramis firmioribus ex tabulis roboreis fit receptaculum, vnde plurimi milites iaculis transfossi exanimantur. Quam fraudem miles aliquamdiu non advertit, cum tumus tormentarius ob foliorum ac frondium densitatem subito evolare non queat. Tandem tamen accuratius dolus proditur. Majoribus itaque bombardis iaculator iste *Joannes Nonstenius* claudus ita cum propugnaculo suo deturbatur, vt postea non apparuerit. Non solum autem viri in perniciem obsidentium & suorum hostium, verum etiam mulieres, varias fraudes & circumveniendi dolos committuntur. Nam *Hilla Pheiconis* filia *Verdi* in pago non ignobili inter *Lewardiam* & *Sueciam* nata, mulier eximia pulchritudine & placidis moribus, cum forte audisset in concione publica, *Judith* occiso *Holiferne*. *Bethuliam* Israëlitarum oppidum ab obsidione liberasse; magna ad simile facinus perpetrandum inflammatur cupiditate, atque huius rei cogitatio adeo in pectus mulieris descendit, adeo radices in ea agit, vt nihil aliud & noctu & interdiu ageret, imo nihil aliud somniaret, quam mortem Principis & liberationem vrbe. Neque in se eam cogitationem imminui, sed augeri indies sentit, vnde cœlitus se agitari non dubitabat. Quare etiam rei conficiendæ rotam se dedit, ac vnam atque alteram eiusdem patriæ foeminam primum, deinde *Bockelzonem* prophetam & *Knipperdöllingum* in consilium adhibet, a quibus ita precibus pretioque incitatur, ita nominis ac famæ æternitate animatur, vt de felici rei successu non dubitaret, & tam certam sibi polliceretur victoriam, tamque firmam stragis Episcopalis futuræ fiduciam conciperet, vt se animo perfecisse, quod restabat, agendum sibi persuaderet. Quid multis? muliebri vestitu pervenusto se ornat, nativæque formæ splendorem arte excolit. Inde in curiam graphiarum admittitur, vbi non solum publicus civitatis census, verum etiam omnium privatorum atque egressorum civium pecuniæ, virginum matronarumque ornamenta congesta asservabantur, & auri argentique, quorum magna ibi copia erat, datur illi electio. Illa vero, Spiritu suo vetante, nihil horum appetit, sed cum a *Knipperdölling* multis modis ad ea incitaretur, tandem 12. florenos pro viatico & tres annulos, quorum duo gemmas inclusas habent, sibi dari poscit. Illa autem indusium ex tenuissimo lino insigni arte a se elaboratum ac præstantissimo veneno imbutum muneris loco adornat, quo Episcopum eius rei ignarum extingvat. Ita exornata & exitiali munere instructa 16. Junii in crepusculo matutino vrbe egreditur. Continuo a militibus capitur, capta ad *Theodori-*

Juditha altera patriam liberatura inter Anabaptistas existit.

Veneno indusio Episcopum extinguitur.

cum *Mervelt* Satrapam. *Walbeccanam* abducitur, qui pecunia, annulis aureis, aliis ornamentis custodiæ fortassis causa ad se traductis, ipsam rogat, quæ causa sit, quod hisce periculosissimis temporibus relicta patria sua *Monasterium* sit ingressa, & cur nunc religionis susceptæ pertasa suos deserat? Respondet se *Callida* maritum suum 30 iam annos natum, (cui citra ætus *Ora suorum arbitrium nupsit*) *Evangelii causa* *Monasterium profectum*, secutam esse. Nunc vero cum se falsa pietatis & religionis specie decipi & assiduis in congerenda terra laboribus in civitate defatigari animadvertit, neque quem fructum inde habitura tandem sit, intellexerit, se marito iubente, vrbe excessisse, pro quo etiam tanquam innocio & Principis commodum ex animo querente tutum exeundi commeatum se impetraturam non ambigat, maxime, si salutaria civitatis potiunda consilia admiserit, seque clementer coram audire dignatus fuerit; se candido isto munere, etsi per exiguo & Principe indigno candorem animi & manuum suarum experimentum declaraturam. Ad Principis colloquium se saltem admitti potest, si sine vulnere, sine sanguine, sine militum suorum clade vrbe potiri contendat. Maritum suum inter proceres civitatis commorari, quotidianis consiliis interesse, arcana audire & intelligere, vnde certam potiunda vrbe rationem apud se concepit. Et cum non tam munus, quam ornamenta corporis, quibus formæ nitorem auxerat, Satrapæ suspecta esse coepissent, cur ita compta exisset, inquirunt. At illa respondet: se occasione solitudinis, & mariti in ea parte vrbe vigilas habentis consilio presidioque adiutam omnia ista (sublata sibi reditionis spe) secum extulisse. Persuadet hæc Satrapæ, & parum abfuit, quin eam ad Episcopum transmississet, nisi *Hermannus Ramers* civis honestus, qui Anabaptistæ factioni minime addictus, sed vt uxorem, liberos & bona sua præfens a *Retinctorum* rapina tueretur, in vrbe manserat, cum *Judith* personatam interimendi Principem consilio exivisse intelligeret (ea enim fama per hominum ora in vrbe vagatur) omnibus intra muros relicta, & solius liberationi Principis intentus, in summum se vitæ discrimen conjicit, ac quæsitæ commoda occasione 18. die Junii vrbe elapsus, capitur, & cum ad militiæ duces protraheretur, causamque effugiendi dicere iussus esset; Ille continuo se in Principis gratiam, cui præfens & Dolus certum exitium paratum esse sciat, vrbe egressum esse dicit. Emissam enim esse intra biduum mulierem a *Retinctorum*, qua exitiali munere saluti Principis insidiaretur. Ne itaque ferant, vt illa ad Principem admittatur. Illam enim esse vaserriam, rebus fraudibus instructissimam & eloquentia vix parem habere. Quod autem de commeatu pro marito suo a Principe impetrando dixerit, cum maritum in vrbe non habeat, omnia esse vana, ficta & ementita. Dubium proinde non esse, si ad Principem admissa fuerit, quin ipsum munere, quod secum gerit, veneno efficacissimo imbutum incautum extingvat. Hac re duces vehementer territi, captivum, si vera referat, bene sperare iubent, & sublata omni mora *Satrapæ* *Walbeccano*.

beccano aliisque consiliariis hæc nuntiant, qui veneficam in ipsa curia oppidi arctiori custodia servantes ipsam ex vinculis, adhibitis tormentis, verum dicere cogunt. Illa impatiens cruciatus continuo fatetur, se Sueca in oppido Hollandico super agnitionem fidei sua quam nunquam sate precedere oporteat, retinendam & novo fœdere iniunctam esse, ideoque se suis sine salutis dispendio deesse non potuisse. Se exemplo Judith a Spiritu Dei & Knipperdollingo aliisque piis viris multis modis exagitatam, ut venenifero isto munere Episcopum exingvat, urbemque ab obsidione tyrannica liberet, quod officium, se recusasset, & suggestioni Spiritus reliquorumque prophetarum, reluctata fuisset, Deum offendisset. Sibi ergo satius esse in manus impiorum hominum, quam iudicium Dei incidere. Quicquid sibi pœnarum eo nomine irrogatum fuerit, se pro gloria Dei & salute animæ suæ aquo animo laturam. Hæc ubi Princeps accepisset, Ramerum vitæ suæ conservatorem agnoscit, ideoque ipsum loco beneficii non solum ex vinculis laxare iubet, verum etiam uxorem liberosque Anabaptismi infamia liberat; tutosque in expugnatione pronunciat. Venefica vero Bevergernam transvecta, munere flamina prius exulto, capite præciso rotæ imponitur; quamvis magnam sibi mortis securitatem polliceri ausa fuerit, carnificemque nihil in se iuris habiturum publice dixerit. Quare intellecta carnifex tanta vi tantoque nisu ferrum in eam strinxit, quasi non mollem fœminæ cervicem, sed anosam quercum præcinderet.

CAP. XXIX.

Scriptum Monasterio in castra eiectum.

Deus omnipotens omnium rerum initium suggerat mihi, mentemque meam illustret, ut vos induratos & excecatos homines ita meis scriptis commoveam, ne in tam crudeli tyrannide perseveretis. Si Deum verbumque illius persequimini, vestri conatus erunt irriti & inanes. Sed illud non tam vobis, quam illis, qui vos aliter docent, imputandum est; huius rei Episcopus vester dux est, qui vos ad eam tyrannidem exercendam invitavit. Huic armatam vestram operam addixistis, quem Anagyrum esse scitis. Stipendium enim vestrum a rusticis sacerdotibus & civibus extorquet. Hic Episcopus vester bonum pastorem ageret, verbum Dei majori studio amplecteretur, si Evangelicam & Scripturam sacram accuratius evolveret, ad aliud bellum se armaret. Vidistisne unquam talem Principem, qui sine publica belli denunciatione bella gesserit, verbum Dei se defensurum promisit? An illud faciat, facta declarant. Acta Apostolorum perlegat, unde deprehendet, Deum Baptismum, ut a nobis usurpatur, instituisse, omniaque bona fore communia edixisse, quam doctrinam nos quoque amplexati sumus & experiemur, quid ille & vos adversus nos facere possitis. Ignis coelestis vos exuret, priusquam verbum Dei se a nobis conculcari patietur. Nonne Paulum coelestis fulgor perstrinxit, & ad terram dejecit, cum Christum & verbum Dei satis arroganter & superbe persequeretur? Proinde ad monitionem admittite, & expendite, adversus quem certamen susceperitis. Christus est, quem oppugnatis; dominus super omnes Principes. Illius præsidio confidentes, eos defendemus. Etiam si numerum arenæ maris exuperaveritis, nihil ominus adversus vos sanguinarios & rabidos canes perflitet Dominus, & minas vestras ridebit. Hæc verba penetrabilia cordis vestri tangant, & accuratius apud vos considerate, anne vos Diaboli mancipia contra Deum in proelia deducatis. Heu ad quam cœcitatem vos sanguinari canes devenistis, ut Deum verbumque illius profigare audeatis! Cur amarulentis his dictis per contemptum eos exagitatis & frequentibus vociferationibus lacescitis? Patet Spiritus meus appetit tuam carnem, si ex parte omnia nostra opera essent cognita, immutatis verbis hæc pronunciaretis, sed hæc fugitivi cives de nobis sparserunt, vobisque vera esse persuaserunt. Rogate Deum, & flagitia vestra agnoscite, & crudimini scriptura sacra, quam si non intelligitis, huc ad nos concedite, nos (si vos dociles præbueritis) scripturam ad amissim explicabimus; sic vero interpretatio nostra non placuerit, illud nobis neque commodabit, neque incommodabit, liberum a nobis quocumque tempore comineatum recedendi impetrabitis. Scimus vobis persuasum esse, patrem cum filia, matrem cum filio, fratrem cum sorore apud nos misceri, talia mendacia fugitivi homines in nos impudenter confixerunt, quorum eos adhuc pudebit, cum tanquam Sodomitæ & Gommorraei piceis flammis peribunt. De nostris iniuriis gravissime sibi illatis, sed præter meritum apud vos queruntur. Admonuimus eos solum, ut verbum Dei amplecterentur, sed se admoneri non sunt passi, relictis omnibus instar rabidorum canum, magno suo malo vrbe excefferunt. Neque tamen ipsos, si ad nos reversi, Patris nostraque doctrinam amplexifuerint, repellemus. Hæc animo benigno penitus revolvite, & huc ad nos concedite, ut Spiritu & gratia Dei collustrati verum verbi agnitionem consequamini. Vos nihil præter pecuniam vobis somniatis, nihilque præter pecuniam multis vociferationibus in castris iteratis. Apud nos vero excellentiora munera vos manent, verbum Dei, quod turpiter neglectis, stipendium erit vestrum. A vitâ Christiana mores alienos deponite, ebrietates, fornicationes, idolorum cultum & in Deum blasphemiam fugite, sæpe ad nos mittitis viros bonos, qui de moribus & vitâ vestra, quidque in animo habeatis, nos certiores reddunt, cur non eandem vitam ingredimini? Nam diligentibus Deum portæ nostræ patebunt, pro hostibus vero nostris ex calce & pice ferculum miscuimus, quo in expugnatione eos cibabimus, et ad saturietatem usque eorum ora implebimus. Adversus vestrum Diabolum ipsiusque matrem, adversus Babylonicam meretricem, adversus volantem Spiritum, adversus serpentem

Mulier
rotæ
sate
sur.

Ejus
sup.
plicium.

Anabap-
tista e-
iectione
in ca-
stra scri-
pto, ani-
mos mili-
tium com-
movere
studet.

ter & superbe persequeretur? Proinde ad monitionem admittite, & expendite, adversus quem certamen susceperitis. Christus est, quem oppugnatis; dominus super omnes Principes. Illius præsidio confidentes, eos defendemus. Etiam si numerum arenæ maris exuperaveritis, nihil ominus adversus vos sanguinarios & rabidos canes perflitet Dominus, & minas vestras ridebit. Hæc verba penetrabilia cordis vestri tangant, & accuratius apud vos considerate, anne vos Diaboli mancipia contra Deum in proelia deducatis. Heu ad quam cœcitatem vos sanguinari canes devenistis, ut Deum verbumque illius profigare audeatis! Cur amarulentis his dictis per contemptum eos exagitatis & frequentibus vociferationibus lacescitis? Patet Spiritus meus appetit tuam carnem, si ex parte omnia nostra opera essent cognita, immutatis verbis hæc pronunciaretis, sed hæc fugitivi cives de nobis sparserunt, vobisque vera esse persuaserunt. Rogate Deum, & flagitia vestra agnoscite, & crudimini scriptura sacra, quam si non intelligitis, huc ad nos concedite, nos (si vos dociles præbueritis) scripturam ad amissim explicabimus; sic vero interpretatio nostra non placuerit, illud nobis neque commodabit, neque incommodabit, liberum a nobis quocumque tempore comineatum recedendi impetrabitis. Scimus vobis persuasum esse, patrem cum filia, matrem cum filio, fratrem cum sorore apud nos misceri, talia mendacia fugitivi homines in nos impudenter confixerunt, quorum eos adhuc pudebit, cum tanquam Sodomitæ & Gommorraei piceis flammis peribunt. De nostris iniuriis gravissime sibi illatis, sed præter meritum apud vos queruntur. Admonuimus eos solum, ut verbum Dei amplecterentur, sed se admoneri non sunt passi, relictis omnibus instar rabidorum canum, magno suo malo vrbe excefferunt. Neque tamen ipsos, si ad nos reversi, Patris nostraque doctrinam amplexifuerint, repellemus. Hæc animo benigno penitus revolvite, & huc ad nos concedite, ut Spiritu & gratia Dei collustrati verum verbi agnitionem consequamini. Vos nihil præter pecuniam vobis somniatis, nihilque præter pecuniam multis vociferationibus in castris iteratis. Apud nos vero excellentiora munera vos manent, verbum Dei, quod turpiter neglectis, stipendium erit vestrum. A vitâ Christiana mores alienos deponite, ebrietates, fornicationes, idolorum cultum & in Deum blasphemiam fugite, sæpe ad nos mittitis viros bonos, qui de moribus & vitâ vestra, quidque in animo habeatis, nos certiores reddunt, cur non eandem vitam ingredimini? Nam diligentibus Deum portæ nostræ patebunt, pro hostibus vero nostris ex calce & pice ferculum miscuimus, quo in expugnatione eos cibabimus, et ad saturietatem usque eorum ora implebimus. Adversus vestrum Diabolum ipsiusque matrem, adversus Babylonicam meretricem, adversus volantem Spiritum, adversus serpentem

Excusant
flagitia
sua.

*Zwollanum, aduersus mortarios, falconetas
 *aliaque eius generis tormenta quam pluri-
 *ma, præsidio Altissimi vtemur. Pluribus
 *vobiscum agerem, si tempus superesset. Has
 *autem literas Dei amatoribus mitto, perti-
 *naces contemno, donèc verbum Dei ferre
 *discant. Quotquot spretis humanis con-
 *stitutionibus, fiduciam suam in solum Deum
 *collocant, conditori omnium in perpetuum
 *sint commendati.

C A P. XXX.

Misnen-
 ses e ca-
 stris fu-
 giunt.

His aliisque scriptis oppidani *Misnensium*
 favorem sibi comparant, qui vltima Junii in-
 tempesta nocte clanculum ab vrbe secedunt,
 quos *Bernardus de Westerholt* Magister equi-
 tum cum suo equitatu persequitur, cui com-
 mittitur vt septem vel octo præcipua eorum
 capita decollentur. Hi cum persequerentur,
 non procul ab oppido *Sendenborstensi* in villa
Tungermanni, Theodoricus de Recke a Misnensi-
bus chirobombarda traiectus. Aliquot igitur
 equites in castra bombardas maiores peti-
 tum ablegantur, qui cum tormenta adduce-
 rent, & in desertorum interitum disponderent,
 se elabi non posse videntes, arbitrio Principis
 vel ad gratiam vel ad supplicium, depositis
 armis, se dedunt. Inde per equitatum *Wal-*
becam reducti & in templo conclusi, Principi
 supplicant, quos ad Duces belli centuriones-
 que remittit, quorum cognitione fugitivi de-
 fertores militiæ, infidi, periuri, improbi, igno-
 mihiosi decernuntur, & Principis vel gratiæ
 vel poenæ adiudicantur. Verum cum illi
 supplicandi finem facerent nullum, authori-
 bus transfugii & secessionis punitis, ceteris
 gratiam facit, decretumque superius suum cle-
 mentia mitigat.

Re du-
 centur.

C A P. XXXI.

Bokel-
 zonii
 Prophe-
 ta adul-
 teria in-
 note-
 scant.

Anaba-
 ptistis
 polyga-
 mia per-
 mitti-
 tur.

Huius
 ratio.

Post aliquot dies gregarius quidam e ca-
 stris ad *Anabaptistas* fugerat, qui cum ad *Knip-
 perdollingum* explorandæ & discendæ fidei
 causa, tanquam Catechumenus deductus esset,
 apud quem dies aliquot diueterat, vidit *Bokel-
 zonium* prophetam, qui eodem utebatur hô-
 spicio, nocte ad lectum famulas clanculum se
 obducentem. Vehementer itaque admiratur,
 prophetam, virum Dei, legitimam vxor-
 rem habentem, aliena tamen vivere, atque
 foedissimo adulterio, contra mandatum Dei,
 se contaminare atque polluere. Vnde fuc-
 tam pietatem & sanctimoniam prophetæ coe-
 pit deridere, & cum transfuga in coetu popu-
 li factum non celaret, propheta autoritatis
 suæ interitum apud plebem metuens, primum
 magnificis promissis os illi obturavit, deinde,
 si forte futurum plebi innotesceret, vt illud
 purgaret. Cum *Rothmanno* aliisque de poly-
 gamia consultat, qui cum & ipsi lasciviæ & im-
 pudentiæ addicti essent, facile decernunt, uir-
 tis singulis exemplo *Abrâhami, Jacobi & Davi-
 dis* ceterorumque patrum veteris testamenti
 (quorum vitam referant ipsi) plures vxores
 ducere licere, maxime his rationibus adducti:
*Virî se continere nequeunt, ergo plures vxores du-
 cere possunt*, antecedens relinquunt manife-
 stum & in natura fundatum, consequentiam

probant, quia seminis iacturam facere nefas est;
 faciunt autem seminis iacturam, ex qua nulla
 proles nascitur, vt sit, quando vel impragnatam,
 aut annorum numero factam sterilem cognoscunt;
 ergo ne seminis virilis iactura fiat, quodcumque
 habent coniugem pregnantem aut sterilem, aliam
 ducere licet. His similibusque exemplis & fa-
 scinis miseram incautamque plebeculam de-
 ciipiunt. Post primam autem concionem 23
 Julii habitam, tota multitudo in campo domi-
 nico in urbem coit, ibique de polygamia, aliis
 non admittendam eam consulentibus, aliis ve-
 ro contrarium clamantibus, ad horas aliquot
 disceptatur, sine magna tamen contentione
 digrediuntur. Post octo dies 30. Julii *Hen-
 ricus Mollenbecke* faber ferrarius, ducentos fo-
 re indigenas nocturno tempore cogit, qui aut
 prisicam Reipublicæ formam reducere, aut ho-
 stibus aperire portas vrbis, aut mortem appe-
 tere, quam polygamiam admittere malunt.
 Proinde *Bokelzonem* prophetam, *Knipperdol-
 lingum, Rothmannum, Henricum Schlachtsca-
 pium, Klopriusum, & Dyonisium, Vinnium* concio-
 natores, polygamiam docentes capiunt, ca-
 ptos carceribus includunt, secum deliberant,
 & rationes quærunt, quibus delicti gratiam a
 Principe impetrent, ciuitatem dedant, Prin-
 cipem intromittant, Senatam veterem cives-
 que vi eiectos revocent, & in pristinas posses-
 siones restituant, intolerabile seruitutis iu-
 gum excutiant, & perpetuo metu se liberent.
 Exorta igitur matutina luce, *Mollenbeckius*
 verbi Dei amatores eiusdemque defensores
 tympani pulsû vicatim ad forum convenire
 iubet, vt eo prætextu suum exercitum augeat.
 Quo cum magna hominum armatorum multi-
 tudo convenisset, ignara, quid sibi populi fre-
 quens veller concio. Ibi enim primus om-
 nium *Henricus Redecker* propheta suorum-
 que procerum captivitatem, civium armato-
 rum propositum sentiens, clamando vocife-
 randoque (quamvis ipse indigena & ciuis)
 hoc effecit, vt advenæ & polygamia addicti,
 quorum magna copia in urbem confluerant,
 in vnam partem vrbis iuxta pomerium in in-
 digenarum & ciuium perniciem arinati con-
 venirent; quidam etiam tympani pulsû, ver-
 bi Dei audita mentione, se civibus forum oc-
 cupantibus coniungunt. Vbi vero ciuita-
 tem in partes dividi animadvertunt, & suæ
 farinae homines, hoc est, polygamios in ad-
 verso acie esse accipiunt, a civibus deficientes,
 captata occasione, ad suos redeunt; sic *Ma-
 gnus Kobnes* & multi alii turbæ *Mollenbeckia-
 næ* forum occupanti, primum adhæserunt.
 Verum vbi polygamorum turbam fortio-
 rem esse animadvertissent, se a suorum
 numero ad Polygamios subdlexerunt. Qua
 defectione cives territi viginti armatos,
 quasi vigilias diurnas firmandi causa ad muni-
 tiones vrbis in foro mittunt, vt aut polyga-
 morum animos, aut quid facturi sint, per-
 tentent & explorent; quorum venerea co-
 hors 12. capit, reliquis ad forum repulsis,
 vnus tamen polygamorum a fugientibus
 tormento traiectus expirat. Cum tandem
 ad-

Princi-
 pes ca-
 piuntur.

Diverse
 factiones
 populi
 urbani.

advenæ polygami excubiis munitiones vrbis firmassent; & suas partes satis potentes esse putarent; circa meridiem in forenses impetum faciunt, & spiculo eminus emisso *Hermannum Krampcum* subito sternunt. Cuius casu cives perculsi, & cum infirmiores esse viderent, in curiam salutis differendæ causa sese recipiunt, foresque raptim clausas communiunt. Sed cum turba salax bombardas maiores, per mulieres in forum attractas, confringendi fores gratia curiæ admolirentur, tormentorum ictus metuentes, ex inferiori curiæ loco in proximum superius tabulatum ascendunt. Advenæ vero polygami, cum infano impetu & clamore effractis foribus in curiam irruunt, ibique suos proceres concionatores in hypogio curiæ detentos laxant, cumque hostes sui tabulatum ascendissent, ita, ut ius gladii continuo in illos exercere non possent, neque eodem impetu eos persequi auderent; alii infra tabulatum passim spherulis traiciunt, alii tormenta grandiora ad demoliendam curiam foris aptant. Miseri vero cives sua spe deiecti e fenestra Curia protenso pileo se dedunt, & abiectis armis supplicat, rebellionis gratiam poscunt. Hinc descendunt, & impudicorum hostium arbitrio sese committunt. Dicitur vix queat, quanto furore omnis mansuetudinis & humanitatis obliti in hos irruerint, quanta immanitate eos ceperint, quantis verberibus pulsaverint, quantis convitiis & maledictis proscinderint, quanta denique sævitia in carceres detruserint! diceret ipsos statim occidi maluisse, quam tam indignis modis exagitari. Inter hos *Nicolaus Dettmar* miles quidam deprehenditur, qui ultra quadringentos florenos e curia graphiaria (vbi thesaurus civitatis erat) clanculum subduxerat, quos, effugium sperans, pro viatico inter vestes suas abdiderat. Hunc pecuniis ita vndique fartum cruciatu verum dicere cogunt, & cum fateretur fugæ suæ consilium, ac sibi per portam Ludgerianam Principem intro mittendi in urbem fuisse in animo, maiori furore illis insultant, omnesque exquisitis suppliciis afficiendos esse proclamant. Postridie ergo seniores de supplicio illis irrogando consultantes conveniunt, & tandem ut novi foederis tranquillitas inviolata conservetur, ipsos ad tiliam religatos in terrorem malorum & defensionem bonorum tormentis esse traiciendos pronunciant. Mox itaque 25. protrahuntur, ut eo supplicii genere afflicti terra obruantur. Sed ne ex crebris bombardarum tonitruis hostes oppidanos inter se dissidere suspicentur, neque tantam pulveris iacturam faciant; decretum est 66. gladio ferire, quæ poenæ executio *Knipperdölling* committitur, quæ singulis diebus aliquot pro arbitrio suo productos, & tandem ad vnum omnes capite plectit; nisi quod propheta interdum animi & exercitii causa in quosdam animadverterit. Alii vero (quorum magnus numerus) cum ab his seducti dicantur, publica seniorum sententia seditionis absoluti sunt. Ita civibus, in

quibus adhuc scintilla pietatis & verecundiæ relucebat, effoeminatorum vi oppressis, omnis verecundia, omnis castitas, continentia, pudicitia sublata est. Huic rei cum *Joannes Oekinckfeldus* Notarius, qui multis actis iudicialibus, exustis controvertentibus plurimum nocuit, *Henricus ab Arnemo*, & *Hermannus Bispinck* superiori strage non territi contradicerent, probantes sacra scriptura legitimum & Christianum matrimonium in vnius viri & mulieris vnius coniunctione existeret, neque vni viro plures uxores, neque vni mulieri plures maritos vno habere licere, prophetæ iussu gladio per *Knipperdöllingum* tanquam seditiosi feriuntur. Videntes autem indigenæ, ita se ab advenis impudicis præni, neque tamen quicquam hinc audent, sibi enim timent; hinc polygamia, nemine iam repugnante, per urbem publice invalescit; propheta trium foeminarum fit illico maritus, inter quas fuit *Matthisonis* prophetæ in conflictu ab hostibus occisi & discerpti vxor *Dinara*, quæ postea fuit præcipua Regina, virgines immaturæ, quæ vix 11. 12. & 13. annum exceperant stupratæ sunt; quod perpetuus morbus aut subita mors subsecuta docuit, plurimæ quoque ab vxore *Knupperi* chirurgiam exercente singulari arte curatæ. C. A. P. XX-XII.

Henricus Schlachtschapius in publicâ concione docuit, nullum hominem post ascensionem *Domini* in vero matrimonio vixisse, cum non secundum spiritum, sed vel formam vel pulchritudinis, moniis vel pecuniæ & divitiarum, vel consanguinitatis, prioris vel affinitatis excellentioris gratia, matrimonia omnia sint contracta. Ideo de integro nuptias celebrant, quasi priores irritæ fuerint. C. A. P. XXXIII.

Cum *Sathan* animadverteret, suum regnum non tam sub Magistratu multorum, quam vnius dominio ac tyrannide posse propagari, ideoque post festum *Jacobi* alium quendam prophetam in vrbe excitat, nomine *Joannem Duentschelmer* *Warendorpensem* aurifabrum. Hic concione frequenti in forum advocata, fratres Christianissimi (inquit) pater coelitus mihi revelavit, vobisque publicandum commisit, *Joannem Bokelsonem, Leydanum, virum Dei & prophetam sanctum per universum terrarum orbem Regem fore. Ille dominabitur Imperatoribus, Regibus, Principibus, & omnibus mundi potestatibus. Ipse erit supra omnem Magistratum, & nemo supra illum. Ipse occupabit sceptrum & sedem Davidis patris sui, donec Deus pater regnum ab eo reposerit. In dea senioribus ibi adstantibus gladium acceptum sibi reddi postulat, quem cum Regi iam designato in manus tradidisset, Accipe, inquit, gladium iustitiae, omnemque cum eo potestatem, quo omnes populos terra tibi subicies, eoque ita uteris, ut Christo redeunti ad iudicium rationem reddas. Simulque ipsum fragrantissimo liquore invngens his verbis: Ego te in Regem novæ templi populique Dei, patre iubente, inungo, teque in facie totius populi Regem novæ Zionis pronuncio. Hæc iam diu magno studio *Leydanus* venatus est, ob hoc omnem Magistratum*

Furores in civis dissensientes.

Supplicium in civis propter stultitiam.

Schlachtschapii opinio de matrimonio.

Novus Propheeta.

Joh. Bokelson Rex creatur.

Ejus impotens dominatio.

contempfit & rejecit, omniaque communia fecit, cives vrbe deiecit, eorumque bona diripuit, castam matrimonii iura violavit, pudicitiam, verecundiamque profligavit, populum murmurantem obiurgat, modum in vestitu præscribit.

C A P. XXXIV.

Origo ejus & genus.

Ne autem quis basilicam huius basilisci progeniem & vitam ignoret, paucis eam expediam. Puella quædam, nomine *Adelheidis*, a parentibus, agriculturam, in prædio quodam *Zolcken* Monasteriensis Diocesis exercentiibus, procreata est, quod quidem prædium in Parochia *Dodorpiana* sub *Horstmariano* dominio situm iure proprietatis & servitutis ad nobilem quendam *Godfriedum* de *Schedelichen* pertinebat. Hæc cum fratres sororesque complures haberet, & præcepta a Domino iure servitutis maiore bonorum parte, parum commodi ex isto prædio sibi speraret, fortunam apud exteras nationes experiri, præsidiumque vitæ suæ inter ignotos serviendo sibi querere, quam inter suos fordescere miseramque vitam ducere maluit. In *Hollandiam* itaque profecta, forma & corporis habitudine elegantiori in *Gravenhaysn* cognomento *Bockel* placere cœpit, a quo post arctiorem familiaritatem & consuetudinem compressam masculam prolem in pago *Hagen* illi peperit, quam *Joannem Bockelzonem* quasi filium istius *Bockel* appellavit. Quæ ubi libertatem a *Godfriedo* de *Schedelichen* Domino suo pecunia redemisset, post annos paucos confectis nuptialibus instrumentis facta est legitima Prætoris vxor, atque aliquoties foeta ab ipso peperit. Hinc annos aliquot ante obsidionem natale solum & sanguine sibi iunctos revisit, si forte quid dotis nomine ex isto prædio, ubi nata fuit, consequi posset. Cum vero inter *Leydam* rediret, inter prædium *Zolecken* locum nativitatis & *Dodorpium* pagum male affecta, ad arborem forte in itinere consedit, subitoque expiravit. Cadaver ibi repertum, *Dodorpium* tanquam ad suam paroeciam sepeliendum transvehitur, filius vero maior natus *Joannes*

Ejus juvenis & pira.

Bokelzon Leyda inter sanguine sibi iunctos educatus, legendi scribendique vernacula saltem promptitudinem atque artem sarcinatoriam didicit. Hinc robustior ætate factus, partim mercaturæ, partim sarcinatoriæ exercendæ causa in *Angliam* profectus, ubi quadriennium fere hæsit. Hinc in *Flandriam* & *Lisbonam* peregrinatur, vnde *Lubeca Leydam* reversus, juvenis admodum relictam cuiusdam nautæ defuncti vxorem ducit, quæ illi duas peperit proles, & *Leyda* in domo tribus arenis seu halecibus insignita, non ita procul a porta, qua iter est in *Grevenhagen* commoratur, cauponam, cerevisiam vinumque vendens exercet. Hic se rhythmis vernaculis componendis ab ineunte ætate mirum in modum fatigat, vnde *Rithmologus* seu *Rhetoricaßerni* sua lingua habitus est, scholamque in hac arte erigit, eamque promptitudinem discipulos ad se allectos docet. Ludos etiam varii generis a se patria lingua compositos in

theatris & scenis populo publice (vt moris est in istis locis) lucri gratia exercet; quibus interdum ludicra, interdum obscoena & turpia, raro vero seria & cum virtute coniuncta admiscet. Quibus rebus ita ingenium suum exercuit, ita facundiam illecebris sermonis auxit & confirmavit, ita solertiam & versutiam miscuit, vt quamcunque partem velit, populum flectere possit. Profecto monstrum ex virtutibus vitiisque mixtum diceres. In sacris etiam literis, maxime biblicis ita versatus est, quas quo ille velit, pro libidine sua detorquet. Omnis levitatis lasciviæque mater est, adolescentes adolescentulasque promiscue receptat, lenociniumque clanculum facit. Huc petulei adolescentes coeunt, hic dies noctesque potitant, hic crepulantur, hic heluantur, hic scortantur, hic luscitant, hic lusibus aliisque musicis instrumentis canunt, hic facultates suas profundunt. Interdum tamen sarcinatoriam vel animi gratia, vel honesti opificii prætextu vsurpat. Hinc huius vitæ aut pertæsus aut splendidiora affectans, cum insignes verbi divini concionatores *Monasterii* esse intelligeret, clam ab vxore sua divertit, & discendi aviditate illectus, circa festum Pentecosten anni 1533. eo secessit, atque *Hermani Rameri* civis hospitio ad festum Jacobi usus est. Hinc explorandæ religionis causa *Osnabergam* profectus, vnde propter Anabaptismum, quem palam serere cœpit, profligatus est. Inde *Schoppingam*, ubi cum dies aliquot in ædibus *Heurici Krecklingi* Gogravii eadem sece Anabaptistica poluti hæreret, suggestione Spiritus nocteraptus est ad lectum famulæ ægrotantis, vt eam suis pharmacis & suo baptizandi ritu curaret. Hinc *Cosfeldiam*, inde *Monasterium* regressus, tandem circa festum omnium sanctorum in patriam rediit, ibique cum *Matthiffone* de Rebaptismo agit, & retinctus est, mansitque in patria ad festum Nativitatis Christi. Inde cum *Hermanno Thanclessern* itineris comite *Brucilam*, *Roterdamum*, *Amsterdamum*, *Enchusiam*, *Aleckmariam*, & alia loca simul in transcurso peragrabant, rebaptizantes quosvis obvios. Hinc *Leydam* reversi sunt, ubi non ultra triduum hærentes, *Monasterium* ad 13. Januarii 1534. redierunt, & a *Knipperdollingo* hospitio excepti, conventicula cum *Henrico Rollo*, aliisque eiusdem farinae concionatoribus creberrima & fere quotidiana egerunt, suæ consultationis decreta Ecclesiastica in vulgus spargunt, eoque rem deducunt, vt totam fere civitatem dementent, & ex stultis insanos faciant *Bockelzonem* creantes Regem. Reliquerat hic *Bockelzon* vxorem in patria vaferimam, quæ eadem sece contaminata qua maritus, multos ibi blandi loquentia sua clanculum seduxerat. Sed priusquam *Monasterium* obsidione solutum esset, a Magistratu *Leydano* apprehensa, temerariis schismatis poenas gladio pendit. Fratrem habuit, quem secum in urbem abduxit; Soror vero consuli *Leydano* nupsit. Cum fortuna novercaretur, locum commutavit, nec tamen id multum

Ingenium & facundia.

1533. Concedit Monasterium & alio.

1534.

Uxor Bockelsoni gladio perit.

tum profuit. Nam inops (vt dicitur) anno (ut opinor) 1558. e vivis excessit.

C A P. XXXV.

Ita regiam Maiestatem per *Warendorpensis* prophetæ somnium consecutus, Palatinos palatii sui Magistros seu Aulicos sese dignos, hoc est, sceleratissimos quosque sibi delegit, maxime vero eos, quorum collusione ad hoc honoris fastigium emerit. Principio itaque, vt

Novus
Rex mi-
nistros
& auli-
cos sibi
legit.

suo hospiti inprimis gratificetur & subditorum rationem habeat, si regno aucto & dilatato omnibus oneribus solus superesse non possit, *Knipperdollingo* vicariam operam & fiduciarum regni administrationem, se absente vel occupato. *Bernardus Rotbmannus*,

omnis motus auctor, Coriphæus & summus concionator fit, nunc orator Regius. Regia consilii quatuor. *Gerhardus zum Kloester*, *Bernardus Krecktingus*, Pastor Gildhusianus, *Henricus Redecker*, pellio, *Gerhardus Reininck*, mercator, quibus postea *Christianus Krecktingus* patricius præfuit, tanquam dissentientium sententiarum sequester. *Andreas Cosfeldianus* censor morum. *Hermannus Tylbeck*

patricius, præfectus prætorio, quem alii Præfectum palatii seu Aulae Magistrum appellant, *Henricus Krecktingus* Gogravius Schoppinganus Archi Grammaticus, *Joannes Putmannus* Regi a secretis, *Bernardus Zwillanus* Archymarchyzus, *Gerhardus Kippenbrock* Præ-

gustator, *Eberhardus Reimenschnider* Structor, *Walterus Schemering* Regi a poculis, *Gerhardus Bonnensis* Pylorus, *Joannes Sutorpe* & *Hupertus Kupperfchleger* Cubicularii, *Christophorus Waldeck* Episcopi filius, qui re-

Cubicu-
larii:

rum bellicarum ignarus per imprudentiam e castris propius ad urbem accedens, ab oppidanis eruptionem facientibus captus, in urbemque ad Regem ductus est, ob liberaliorem formam, quam præ se ferebat, factus est Somatophilax regius. *Caspar Winschenck* Hemorodromus, *Joannes Culmannus* ostiarius, *Lubbertus Haverböven* coquus, *Henricus Deckeningh*

promus, *Lubbertus Ostermannus* organicum. Habebat enim Rex organum in ædibus suis parvum quidem, sed tanta fistularum omnis generis copia refertum, vt vocum varietate, sonorum svavitate & singulari artificio cum maximo certare possit. Hoc se suosque aulicos singulis fere diebus in turba reginarum & pellicum choreas ducens oblectat. *Joannes Buschoducensis* Pyropæus. Satellites Regii

28. *Gerhardus Oldenzeht*, *Hermannus Billerbeck*, *Georgius Tromme*, *Henricus Osnaburgensis*, *Petrus Bruens*, *Adrianus Trajedensis*, *Ernestus Dammensis*, *Henricus Santensis*, *Egbertus Scharlacke*, *Joannes Brinck*, *Bernardus Oliesleger*, *Gerhardus Schelver*, *Turban Bill*, *Hermannus a Wullen*, *Joannes Schuren*, *Joannes Bispingk*, *Joannes Vofz*, *Antonius Belbusz*, *Hermannus Kistenmacher*, *Bernardus Wichardesz*, *Joannes Langenstrades*, *Theodoricus Düsseldorf*, *Infans Agrippinas*, *Quirinus Aquensis*, *Engelbertus Ednick*, *Jabus Aldensell*, *Otto Bellsolt*, *Joannes Greponiensis*, *Nilandus Knipperdollingo* successit, factus est En-

Satelli-
tes.

figer. Iisdemque ministris, quibus *Knipper-*

dollingus antea, vsus est. *Joannes Krecktingus*, in re militari exercitatissimus, fit Architectus, qui cum *Gerhardo Mackenburgo*, *Joanne Daventriaco*, ac *Antonio Grosewadero* collegis suis magnam operariorum catervam regit. Oeno-

prostratæ duo, *Joannes Ossenbeck*, *Joannes Salwyde*; *Bernardus Boeirup*; *Gerhardus Priioffe*, creopolii præfecti. Frumenti præsidēs duo, *Hermannus Reininck*, *Bernardus Mencken*, qui etiam aromatum & placentarum custodiam habent; *Hanso Borstel* Aurifaber; *Bernardus Buschius* Monetarius; *Winoldus N. tonfor*; *Germannus Glade* pistor; *Joannes Cosfeldianus* Ehippiopæus; *Henricus Leodius* sarcinator; *Hermannus Hagedorn* piscator; *Tabellarii* duo, *Goswinus Glasemacher*, *Henricus Oldenzell*. Officiorum, quæ ad militiam pertinent, distributio, omnes Regiæ militiæ primariæ præfecti; *Gerlacus a Wullen*, *Lambertus Leodius* Nobiles, *Joannes Kurfener* pellio; Magister equitum, *Conradus Kruse*, totius pedestris exercitus præcipuus dux, *Infans Aldenzellanus*, *Joannes Julius*, *Christophorus Schonhoff* ligniferi tres. Nequam *Mulhemius*, ductor præcipui exercitus, *Speius* ductor gregariorum, *Arnoldus Aldenburgicus* dux cursorum, *Henricus Xantes*, *Joannes Middelburgus* armorum præfecti duo; *Gerhardus Marcoduranus* tympanista.

C A P. XXXVI.

Interea dum hæc officiorum sit distributio, vt & eum, quem ministrorum turba fingebat, vestitu & corporis ornamentis exprimeret, duas coronas ex auro purissimo, fulgentibus

gemmis per certa intervalla distinctas sibi fieri iussit, quarum altera turriculis quibus-

dam more regio eductis, altera vero præter turriculas, crucem quoque ex aureis laminis supra capitis verticem gestans, maiori artificio, more Imperatorio ita elaborata est, vt materiam fere opus superet. Vnde non solum regnum aut partem aliquam mundi, verum etiam totius orbis imperium & Monarchiam se consecuturum animo concipit. Torques gemmatus, cui aureus mediocris

magnitudinis globus, mundi formam representans, adhæret, duobus gladiis transversis, altero aureo, altero vero argenteo transfixus, a collo dependet. Inter capulos vero gladiatorum in suprema globi superficie crux aurea posita tuit, cui hæc verba inscripta fuerunt: *Ein König der Gerechtigkei*

überall. Vnus Rex iustitia super omnia. Vnde non obscure se mundi dominum esse significavit. Nec hoc sibi satis esse putavit, nisi etiam magni ponderis catenæ, diversis gemmis fulgentes, in multiplices orbes convolutæ scapulas ambirent. Vaginam gladii militaris plane auream lateri, & ex eodem metallo calcaria facta pedibus accommodat & aptat. Sceptrum Regium tribus turriculis aureis ambitur. Præter annulos variis gemmis micantes, quibus regii digiti ornati riguerunt, signatorium etiam annulum pondere 22. flor. ex auro Rhenano & duriore factum, ne assiduo signandi vsu fa-

ciat. *Annulus signatus.*

Coronæ
duæ Re-
gis.

& reli-
quus or-
natus.

Annulus
signatus.

cile atteratur, induit, in cuius pala b) vrbis fuit duobus gladiis transfixus, insignè regium, quem hæc scriptura duplici circuitu ambiebat.

De Koning in den nien Tempel

Furet dit Zeichen vor ein Exempel.

Nunc Eberhardus ab Elen vir doctrina, humanitate, experientia & longo rerum vsu excellentissimus, a Principe in mofini loco post recuperatam vrbem sibi donatum moriens Senatui Monasteriensi cum Regiis quibusdam armis in perpetuam rei memoriã confer-

Post obf-
dionem
aliquan-
diu a Se-
natu af-
servatus.

vandum legavit, qui tanquam memorabile tristissimæ cladis exemplum in conclavi senatorio conservatus, & quotidiano conspectui obiectus, Magistratum sui officii admonere, & a simili calamitate conservare potuisset. Hunc tamen Senatus vel antiquitatis negli-

Vestitus
Regis.

gens vel Westphalica quadam posteritatis invidia, vel potius, vt tantæ cladis memoriã & luctum perpetuum animis civium simul eximeret, & publicum commodum auget, a se alienavit & *Davidi Knopio*, etiam inter Italos artis nomine aurifabro clarissimo, vendidit. Vestitus etiam aliis ornamentis respondens, & plus quam Regius, quem pro arbitrio etiam sæpe commutat. Nunc etiam radiantem, coccineam & purpuream, nunc holosericam villosam, nunc damasceam nigram alteriusve coloris, pellibus ferarum obductam, nunc undulatam, variis nubium figuris adumbratam, nunc sidoniam auro argenteve intertextam, nunc bombycinam manicis conscissis & aureis fibulis subnexis & relegatis, raro vero laneam vestem in publicum proditurus induit. Latrones & scellites Regii colore rubro, coceruleoque interstincto amicti, & in altera manica figuram mundi, duobus gladiis transversis transfixam, ac inter gladiatorum capulos crucem habentem gerunt. Quisque etiam aulicorum pro titulo sui honoris non aliter, quam qui in scenis spectacula exhibent, vestitum sibi affingunt. Duodecim Prophetæ ac Seniores, penes quos in superiori Reipublicæ forma imperium fuit, ac simplici utebantur vestitu, nunc vero cum aurum, argentum, tam publicum, quam privatum pallia sacra reliquaque sidonea, serica purpureaque ornamenta, Deo dedicata, e templis rapta, & ad se delata sint, sibi vi tam privata, quam publica subjecerunt verosque cives, suis conatibus intercedentes, trucidaverint pro libidine sua, rebus alieno robore quæsitis sese ornant.

Ornatus
Prophetarum.

Rex multas puellas elegantissimas uxores ducit.

Earum nomina.

CAP. XXXVII.

Non satis erat stulto & amenti populo scenicum Regem & scortorum præsidem admittere, nisi etiam scenicas meretrices, Reginas dicere volui, admittant. Elegantissimas enim forma puellas eligit, quarum nulla præter præcipuam Reginam vicesimum ætatis suæ annum excefferat, easque sibi omnes matrimonio copulat, quorum nomina subsequuntur: *Dinara* Harlemica, *Matthisonis* prophetæ in temeraria illa eruptione occisi vxor,

mediocri statura, obesula, cuius genæ lacteo candore permisto rubent, oculi scintillant. Hæc heroinam quandam gravitatem in incessu pro se fert, & venustate cæteras excelsit, quam non immerito præcipuam Reginam, cui reliquæ sine invidia pareant, creat. Secunda *Maria Heckers*. 3. *Anna Laurens*. 4. *Catharina Milinges*. 5. *Anna Kibbenbrock*. 6. *Christina Roede*. 7. *Margaretha Moderfon*. 8. *Angela Kerckeringes*. 9. *Anna Auerweges*. 10. *Elisabeth Wandfcherers*. 11. *Catharina Auerweges*. 12. *Elisabeth Dreggers*. 13. *Anna Knipperdollinges*, privigna *Knipperdollingi*, legitima vero filia *Matthia Hangesbecke*, cognomine *Zelenmacher*. 14. *Elisabeth Buschodutenfis*. 15. *Margaretha Grolle*. 16. alia quædam (cuius nomen, cum adhuc superfit, prudens prætereò) quæ cum nondum ætate matura viro esset, ita in primo congressu a Rege corrupta est, vt necesse habuerit, a *Knupperi* vxore Chirurgram exercente, curari. Hæc pristina sanitate recepta, adeo a Regis consuetudine abhorruit, vt ad ipsum non redierit. Taceo hic alias foeminas, quarum consuetudine vsus fuerat, priusquam sceptrum invaderet. Harum omnium dux tantum, nempe *Dinara*, præcipua Regina, & *Margaretha Moderfonne*, foeminas Regi proles pepererunt, quarum altera cum die solis nasceretur, a litera eius diei A, *Averas* (superbiam,) altera vero, cum die Lunæ ederetur, a litera B. *Blydam* (Gaudentiam) appellavit. Septem enim prioribus Alphabeti literis septem hebdomadæ dies signavit & distinxit, ita vt diei solis literam A, lunæ vero B, & sic deinceps tribueret. Quandoquocumque igitur partus in vrbe editur, Regi portinus nunciatur, populum Israëliticum & regnum suum, prole nova esse auctum; hinc Rex ille nomen imponit, ita tamen, vt primus nominis character, litera diei sit, in qua nata est. Paucissimæ tamen, quæ in vrbis obsidione nuptias celebraverant, pariunt, sed divino fortassis nutu sterilescunt, ne ex tam portentosa venere ac impurissimo polygamiz complexu, in perniciem Reipublicæ posteritas exciteretur. Monstra enim scelerum & vitiosa sine dubio progenies, proverbio monente, ex vitiosis parentibus fuisset orta. Pariunt itaque hæc, quæ ante obsidionem veterum ferebant.

CAP. XXXVIII.

Delegit etiam Rex sibi non inter plebejos, sed in campo dominico, non humilem, sed omnium fere splendidissimam aulam, nempe *Melchioris de Bueren* Cellarii. In proxima vero domo ad solis exortum, vbi Præpositus summæ ædis habitare consuevit, gynæceum fuit, hoc est Reginarum aula, ad quam per murum effractum fuit aditus. Tanta est Reginis diversi coloris vestitus copia, tantus ornatus, tanta mundities, tot catenarum, tot monilia, tot annuli gemmati, tot absque gemmis, vt hoc Westphalicum gynæceum cum Imperatorio certare videatur.

Libert
Regis.

Gynæceum
aula
Reginarum.

Præci-

b) Forte legi debet: *globus orbis*. Tale signum expressum est in *Spalatini* Annalibus Reformæ, quos Rev. Cy. prianus edidit, p. 300.

Præcipuæ Reginæ Aulicæ, *Henricus Roedeus*, præfectus prætorio, Magister aulæ; *Petrus Symonson*, Archimagirus; *Joannes a Cicil*, pylorus, *Joannes Leydanus*, Cubicularius, *Henricus Iuffel*, pincerna; *Engelbertus Schenmerinck*, structor; Quatuor satellites, *Andreas Koster*, *Lambertus Gylbus*, *Henricus Wulfius*, *Joannes Benlage*. *Henricus Willenhues*, pyropæus, *Eberhardus ThorHeyge* Coquus; *Alexander Buschoducensis* Hemerodromus, *Hermannus Selking*, ostiarius. Ne autem in tanta Reginarum seu pellicum turba de foedi amoris simbolo poscendo vlla oriatur contentio; Rex tabulam fieri fecit, cui Reginarum nomina per ordinem inscripsit, singulisque nominibus singula foramina a capite terrebello addidit, quibus bacillum immittendum aptavit, non aliter, quam in collegiis Canonicorum ordo in tabula suspensa eligitur; vnde a bacillo imposito deprehendi solet, quem in choro ordo canendi tangat. Rex itaque mensæ accumbens, & Reginas seu pellices circumquaque sibi in prandio adiunctas habens, solo adpectu, noctis quam vellet futuræ sociam delegit, neque eam verbis aut nutibus aliisve signis, sed bacillo nomini eius in tabula opposito signavit. Ita signata sine aliarum contumelia & invidia Regiam noctem opperitur; si vero Veneri inepta sit, bacillum in aliud nomen, cui favet, transfert. Deputata itaque regio thoro, ne quid nausæ Maiestati reginæ moveatur, balneum ingreditur, lavatur, odoriferis liquoribus perfunditur, bysso purpurave induitur, articuli annulorum multitudine rigent, catenis & monilibus gemmatis collum ambitur, comæ auro substringuntur, virentibus fragrantibusque fertis tempora cinguntur, bombycino perizomatatio vterus obtegitur, per tenuissimam Syndonem gemina vbera resplendent, & vt semel dicam, omnia quæ Venerem ciere queant, per effœtas anus quasi Magistras & hac in re exercitatas apparantur.

CAP. XXXIX.

Ita tamen Rex libidini & foedis voluptatibus indulget, vt interim ea, quæ ad Reipublicæ conservationem pertineant, non negligat. Iudicia ergo cum ad tranquillitatem vrbs necessaria esse videret, conservat, & se solum iudicem constituit, solum in foro e regione libræ iuxta fornicum finem & ædes *Dorbhoffii* magnificum & rege dignum tribus a terra gradibus erigitur, quod in adventum Regis, interdum aureis, interdum purpureis tapetibus & sericis pulvillis exornatur. Huc ter singulis hebdomadibus causas populi auditurus solenni Aulicorum pompa & apparatu regio eques com meat, primum lituis & tubis canentibus, *Gerlacus a Wullen*, *Lambertus Leodius*, *Joannes Kursener* & *Conradus Kruse*, plumeis apicibus crepitantibus, aulæ foribus egrediuntur; hos subsequuntur purpurati & catenati consiliarii hini, *Gerhardus zum Kloester* & *Bernardus Krecbtung*, *Hermannus Redecker*, & *Gerhardus Reinecker*; Inde *Hermannus Tylmenckenii* Scriptor. Rer. Ger. Tom. III.

Quo ap-
paratu
Rex ad
iudicium
habendum
pro-
cesserit.

beck Præfectus prætorio solus ante Regem album scipionem gestans. Hinc Rex coronatus, regisque ornamentis condecoratus feroci & phalerato insidens equo prodit, atque fastu quodam ingreditur, quem duo pueri liberalioris formæ eleganter vestiti præcedunt, quorum dexter bibliorum codicem, sinister vero strictum gladium vtriusque politæ, tam profanæ quam ecclesiasticæ symbola præfert. *Knipperdollingus* autem Regius legatus, & *Bernardus Rothmannus* orator Regem subsequitur, hos *Christianus Kerckeringb* consiliariorum sequester & *Henricus Krecbtungb* Archigrammateus, hos *Nilandus Enfinger* cum suis ministris, hinc reliqua Aulicorum & ministrorum turba. Sed 28. Satellites regia latera vtrinque claudentes, populum vndique catervatim propius accurrentem insyetaque admirantem & certatim aspectantem arcent. Cum ad forum venit, Hemerodromo regium retinente equum, Rex sibi solum, exornatum conscendit, sceptrumque dextra quatiens ad se contoverentes advocat, se enim iusto omnes lites decreto diremprurum. Ibi (bone Deus) causæ turpissimæ & castibus auribus indignissimæ turpissimo Iudici decidendæ offeruntur, de incestu, de fornicatione, de adulterio, de impotentia conjugali; de conjugum divortio, de matrimonii distractione, de reliquis rebus foedissimis. Maxima autem controversia fuit inter coniuges, de negato sibi vtrunque debito conjugali querentes, quæ inobedientia extremo supplicio plectebatur, vt postea dicitur. Peracto iudicio, eadem pompa eo, vnde venerat, redit. Sæpe etiam, conciones audiendi causa, Rex totusque populus ad forum convenit, ad quas regina quoque mitiori equo, villosa purpura strato, & ab Hemerodromo ducto insidens accedit, ac *Henricus Roede* Aulæ præfecto, aliisque aulicis quibusdam præeuntibus; reliquis vero scortis & pellicibus longo ordine subsequentibus & 4. Satellitibus vtrumque latus defensantibus in proximas ædes libræ concedit, vbi ipsa adversum Regi sericis pulvillis incumbens, aliis aulicis & pellicibus circumfudentibus concionem audit. Ecclesiastes autem iuxta Regem, regiumque tribunal e suggestu editiore ibi exstructo, verba ad populum facit, suoque more concionatur. Interdum post concionem pomeridianam, Rege chorago, aulici aliique, quotquot volebant, permixtas ad satietatem duxere choreas.

CAP. XL.

Præterea, vt Rex se non solum æqualem, sed & superiorem cunctis mundi Principibus faciat, numismata, tam aurea quam argentea, inæqualis valoris & magnitudinis cum magnifica inscriptione cudit. In altero latere hæc, *Numismata Re-ro factum est & habitavit in nobis.* In circumferentia: *Qui non est natus ex aqua & Spiritu, non potest intrare.* In altero vero latere perfi-

Causæ,
quæ se-
denti pro-
ponuntur.

perficitur sensus his verbis: *In c) Regnum Dei, unus Rex iustus super omnes, unus Deus, una fides, unum baptisma.* In medio eius lateris 1534.

Monast. *Monast. ...*

CAP. XLI.

Si quis oppidanorum, Regem aliosque proceres urbis secutus, polygamus esse, & plures nuptias celebrare affectaret, Regem tanquam paranympum adit, sponasque secum adducit. Vbi autem Rex inquirendo voluntatem atque consensum utrimque intellexisset; Quos (inquit) *Deus copulavit, homo non separabit. Itore ergo & iuxta preceptum Dei multiplicamini & replete terram.*

CAP. XLII.

Princeps 24. Augusti, praefectos militum ad consultandum convocat, & 28. Augusti urbem a quatuor partibus tormentis quatere incipit, quorum horrenda tonitrua ultra 10. & sex miliaria Westphalica clarescunt, & in pagis, villisque vicinioribus vitreas fenestras, aut e suis aedibus excutiunt, aut plumbo assiduo tremore convulso frangunt. Ultimo die Augusti, quo nundinae Grevoniana: eo anno peragerentur, in ipso crepusculo matutino hora 5. matutina quaedam aenea, a Landgravio in praesidium obsidionis missa, Diaboli nomen circumferens, omnibus militibus a terrifico suo bombo cognita, ingentis ponderis globo foeta, horrendo boatu partem suam edit, ut ex composito, ut inter militum duces convenerat, milites hoc signo ad oppugnandum urbem impelleret. Continuo equitatus lituorum tubarumque clangore concitus, turmatim circa urbem in equis haeret, ut cum tympana ad arina sonarent, ex omnibus castris primum signiferi dupliciarique milites, simul omnes certatim a 6. partibus urbem adoriuntur.

CAP. XLIII.

1534. Anno 1534. 13. Octobris propheta *Dusenhuier* hora nona antemeridiana litui sonitu utriusque sexus homines, praeter eos, quibus excubiae diurnae interea commissa fuerant, ad coenam vocat. Hora decima Rex coronatus, catenatus, torquatus, gemmatus & annulatus tunicam pectoralem jex villosa purpura gestans, cui bombycinam argento intertextam superinduxit, 32. equitibus & satellitibus non paucis auro byssoque, et templis erepto vestitis, stipatus ex aula sua prodit, a collo aureus mundus, duobus gladiis transfixus dependet, quem mox Regina a Gynaeceo suo cum aulicis & pellicibus suis longo ordine subsequitur. Quibus praesentibus *Tylbechius* Praefectus praetorio, totum populum considerare iubet, Rex vero cum universa aulicorum & latronum multitudine confidentibus ac edentibus ministrat. Pro primo ferculo carnes recentes ac virulentae cum radicibus coctae, pro secundo pernae ac carnes fumatae, pro tertio & postremo assae apponuntur. Cum satisfactum esset stomacho,

Rex in cena publica populo ministrat

orbiculares placentae & infermentatae ex flore tritici confectae in canistris adferuntur, quas Rex mensis sublatis coenam dominicam auspiciurus frangit: singulorumque buccis hiantibus his verbis inserit: *Accipite & comedite. & mortem Domini annunciate.* Regina vero poculum vino plenum manibus annulorum multitudine rigentibus sustinens, singulos ad bibendum his verbis invitavit: *Bibite ex hoc omnes & mortem domini annunciate.*

His ita gestis pro gratiarum actione psalmum, *Gloria in excelsis* in vernaculum sermonem transfusum cantillant. Numerantur in ea coena viri ad omnia utiles in urbe 1600. senes & pueri 1400. foeminae vero 5000. Hinc Rex, omnibus in orbem convocatis, proponit: *Velintne omnes verbo Dei parere?* Exclamat tota multitudo: *se non solum illi parituram, verum etiam si opus sit, mortem pro eo operituram.*

Deinde *Joannes Dusenhuier* auriferus & propheta *Warendorpiensis*, suggestum conscendens; *Pater* (inquit) 27. *Apostolos caelitus mihi revelavit, qui in quatuor angulis orbis ablegati doctrinam nostram de regno Dei baptistis publicabunt, ac ita a patre sub umbra alarum in omnem suarum protegentur, ut ne pilum quidem capitis orbem sint amissuri: Si vero Magistratus, ad quemcunque locum devenerint, Evangelio locum non dederint; ibidem aureo nummo relicto, & pulvere e vestimentis, in signum non recepti sed contempti Evangelii, excusso, ad alia loca demigrabunt.* Inde recitatis Apostolorum nominibus, *Ite*, inquit, *in civitates & annunciate verbum Dei.* Vocati ad munus sibi a Propheta impositum, promptissimi adsunt. Hic Rex totam multitudinem e suggesto sic compellat: *Fratres charissimi, inquit, si res adversus hostes egredi posceret, estisne parati?* respondent, *se paratissimos.* Hinc quisque se ad munus suum recepit.

His digressis, Rex & Regina cum pellicibus & universa aulicorum & satellitum turba, nec non 500. fere, qui aliis edentibus excubias egerant, magnifice coenant, exquisitisque ferculis sese reficiunt. Inter coenandum Rex consurgit, sibi negotium d) a Patre conficiendum esse asserens, & cum sursum deorsumque ambularet, mensisque assidentes contemplaretur, reperit ibi forte militem peregrina facie & habitu sibi ignotum, ab hostibus captum & ad eandem coenam a captivis adductum. Ad quem Rex: *Amice, qua est fides tua?* At ille poculis forte obrutus, *de fide se nihil scire*, respondet, *se didicisse pocula & Veneres sectari.* Ad quae Rex: *Amice, quomodo huc ad nuptias intrasti, non habens vestem nuptialem?* at ille, *se ad nuptias istas suas meretricias non invitatum venisse, sed invitum protractum fuisse.* Quibus verbis Rex vehementer exacerbatus, ipsum quoque invitum ad se protrahi iubet, protractumque suis manibus in conspectu omnium decollavit, gaudiaque publica conturbavit. Ipse vero re quasi bene gesta ad solium suum continuandae

Deinde *Joannes Dusenhuier* auriferus & propheta *Warendorpiensis*, suggestum conscendens; *Pater* (inquit) 27. *Apostolos caelitus mihi revelavit, qui in quatuor angulis orbis ablegati doctrinam nostram de regno Dei baptistis publicabunt, ac ita a patre sub umbra alarum in omnem suarum protegentur, ut ne pilum quidem capitis orbem sint amissuri: Si vero Magistratus, ad quemcunque locum devenerint, Evangelio locum non dederint; ibidem aureo nummo relicto, & pulvere e vestimentis, in signum non recepti sed contempti Evangelii, excusso, ad alia loca demigrabunt.* Inde recitatis Apostolorum nominibus, *Ite*, inquit, *in civitates & annunciate verbum Dei.* Vocati ad munus sibi a Propheta impositum, promptissimi adsunt. Hic Rex totam multitudinem e suggesto sic compellat: *Fratres charissimi, inquit, si res adversus hostes egredi posceret, estisne parati?* respondent, *se paratissimos.* Hinc quisque se ad munus suum recepit.

His digressis, Rex & Regina cum pellicibus & universa aulicorum & satellitum turba, nec non 500. fere, qui aliis edentibus excubias egerant, magnifice coenant, exquisitisque ferculis sese reficiunt. Inter coenandum Rex consurgit, sibi negotium d) a Patre conficiendum esse asserens, & cum sursum deorsumque ambularet, mensisque assidentes contemplaretur, reperit ibi forte militem peregrina facie & habitu sibi ignotum, ab hostibus captum & ad eandem coenam a captivis adductum. Ad quem Rex: *Amice, qua est fides tua?* At ille poculis forte obrutus, *de fide se nihil scire*, respondet, *se didicisse pocula & Veneres sectari.* Ad quae Rex: *Amice, quomodo huc ad nuptias intrasti, non habens vestem nuptialem?* at ille, *se ad nuptias istas suas meretricias non invitatum venisse, sed invitum protractum fuisse.* Quibus verbis Rex vehementer exacerbatus, ipsum quoque invitum ad se protrahi iubet, protractumque suis manibus in conspectu omnium decollavit, gaudiaque publica conturbavit. Ipse vero re quasi bene gesta ad solium suum continuandae

Deinde *Joannes Dusenhuier* auriferus & propheta *Warendorpiensis*, suggestum conscendens; *Pater* (inquit) 27. *Apostolos caelitus mihi revelavit, qui in quatuor angulis orbis ablegati doctrinam nostram de regno Dei baptistis publicabunt, ac ita a patre sub umbra alarum in omnem suarum protegentur, ut ne pilum quidem capitis orbem sint amissuri: Si vero Magistratus, ad quemcunque locum devenerint, Evangelio locum non dederint; ibidem aureo nummo relicto, & pulvere e vestimentis, in signum non recepti sed contempti Evangelii, excusso, ad alia loca demigrabunt.* Inde recitatis Apostolorum nominibus, *Ite*, inquit, *in civitates & annunciate verbum Dei.* Vocati ad munus sibi a Propheta impositum, promptissimi adsunt. Hic Rex totam multitudinem e suggesto sic compellat: *Fratres charissimi, inquit, si res adversus hostes egredi posceret, estisne parati?* respondent, *se paratissimos.* Hinc quisque se ad munus suum recepit.

His digressis, Rex & Regina cum pellicibus & universa aulicorum & satellitum turba, nec non 500. fere, qui aliis edentibus excubias egerant, magnifice coenant, exquisitisque ferculis sese reficiunt. Inter coenandum Rex consurgit, sibi negotium d) a Patre conficiendum esse asserens, & cum sursum deorsumque ambularet, mensisque assidentes contemplaretur, reperit ibi forte militem peregrina facie & habitu sibi ignotum, ab hostibus captum & ad eandem coenam a captivis adductum. Ad quem Rex: *Amice, qua est fides tua?* At ille poculis forte obrutus, *de fide se nihil scire*, respondet, *se didicisse pocula & Veneres sectari.* Ad quae Rex: *Amice, quomodo huc ad nuptias intrasti, non habens vestem nuptialem?* at ille, *se ad nuptias istas suas meretricias non invitatum venisse, sed invitum protractum fuisse.* Quibus verbis Rex vehementer exacerbatus, ipsum quoque invitum ad se protrahi iubet, protractumque suis manibus in conspectu omnium decollavit, gaudiaque publica conturbavit. Ipse vero re quasi bene gesta ad solium suum continuandae

Deinde *Joannes Dusenhuier* auriferus & propheta *Warendorpiensis*, suggestum conscendens; *Pater* (inquit) 27. *Apostolos caelitus mihi revelavit, qui in quatuor angulis orbis ablegati doctrinam nostram de regno Dei baptistis publicabunt, ac ita a patre sub umbra alarum in omnem suarum protegentur, ut ne pilum quidem capitis orbem sint amissuri: Si vero Magistratus, ad quemcunque locum devenerint, Evangelio locum non dederint; ibidem aureo nummo relicto, & pulvere e vestimentis, in signum non recepti sed contempti Evangelii, excusso, ad alia loca demigrabunt.* Inde recitatis Apostolorum nominibus, *Ite*, inquit, *in civitates & annunciate verbum Dei.* Vocati ad munus sibi a Propheta impositum, promptissimi adsunt. Hic Rex totam multitudinem e suggesto sic compellat: *Fratres charissimi, inquit, si res adversus hostes egredi posceret, estisne parati?* respondent, *se paratissimos.* Hinc quisque se ad munus suum recepit.

His digressis, Rex & Regina cum pellicibus & universa aulicorum & satellitum turba, nec non 500. fere, qui aliis edentibus excubias egerant, magnifice coenant, exquisitisque ferculis sese reficiunt. Inter coenandum Rex consurgit, sibi negotium d) a Patre conficiendum esse asserens, & cum sursum deorsumque ambularet, mensisque assidentes contemplaretur, reperit ibi forte militem peregrina facie & habitu sibi ignotum, ab hostibus captum & ad eandem coenam a captivis adductum. Ad quem Rex: *Amice, qua est fides tua?* At ille poculis forte obrutus, *de fide se nihil scire*, respondet, *se didicisse pocula & Veneres sectari.* Ad quae Rex: *Amice, quomodo huc ad nuptias intrasti, non habens vestem nuptialem?* at ille, *se ad nuptias istas suas meretricias non invitatum venisse, sed invitum protractum fuisse.* Quibus verbis Rex vehementer exacerbatus, ipsum quoque invitum ad se protrahi iubet, protractumque suis manibus in conspectu omnium decollavit, gaudiaque publica conturbavit. Ipse vero re quasi bene gesta ad solium suum continuandae

Deinde *Joannes Dusenhuier* auriferus & propheta *Warendorpiensis*, suggestum conscendens; *Pater* (inquit) 27. *Apostolos caelitus mihi revelavit, qui in quatuor angulis orbis ablegati doctrinam nostram de regno Dei baptistis publicabunt, ac ita a patre sub umbra alarum in omnem suarum protegentur, ut ne pilum quidem capitis orbem sint amissuri: Si vero Magistratus, ad quemcunque locum devenerint, Evangelio locum non dederint; ibidem aureo nummo relicto, & pulvere e vestimentis, in signum non recepti sed contempti Evangelii, excusso, ad alia loca demigrabunt.* Inde recitatis Apostolorum nominibus, *Ite*, inquit, *in civitates & annunciate verbum Dei.* Vocati ad munus sibi a Propheta impositum, promptissimi adsunt. Hic Rex totam multitudinem e suggesto sic compellat: *Fratres charissimi, inquit, si res adversus hostes egredi posceret, estisne parati?* respondent, *se paratissimos.* Hinc quisque se ad munus suum recepit.

His digressis, Rex & Regina cum pellicibus & universa aulicorum & satellitum turba, nec non 500. fere, qui aliis edentibus excubias egerant, magnifice coenant, exquisitisque ferculis sese reficiunt. Inter coenandum Rex consurgit, sibi negotium d) a Patre conficiendum esse asserens, & cum sursum deorsumque ambularet, mensisque assidentes contemplaretur, reperit ibi forte militem peregrina facie & habitu sibi ignotum, ab hostibus captum & ad eandem coenam a captivis adductum. Ad quem Rex: *Amice, qua est fides tua?* At ille poculis forte obrutus, *de fide se nihil scire*, respondet, *se didicisse pocula & Veneres sectari.* Ad quae Rex: *Amice, quomodo huc ad nuptias intrasti, non habens vestem nuptialem?* at ille, *se ad nuptias istas suas meretricias non invitatum venisse, sed invitum protractum fuisse.* Quibus verbis Rex vehementer exacerbatus, ipsum quoque invitum ad se protrahi iubet, protractumque suis manibus in conspectu omnium decollavit, gaudiaque publica conturbavit. Ipse vero re quasi bene gesta ad solium suum continuandae

Deinde *Joannes Dusenhuier* auriferus & propheta *Warendorpiensis*, suggestum conscendens; *Pater* (inquit) 27. *Apostolos caelitus mihi revelavit, qui in quatuor angulis orbis ablegati doctrinam nostram de regno Dei baptistis publicabunt, ac ita a patre sub umbra alarum in omnem suarum protegentur, ut ne pilum quidem capitis orbem sint amissuri: Si vero Magistratus, ad quemcunque locum devenerint, Evangelio locum non dederint; ibidem aureo nummo relicto, & pulvere e vestimentis, in signum non recepti sed contempti Evangelii, excusso, ad alia loca demigrabunt.* Inde recitatis Apostolorum nominibus, *Ite*, inquit, *in civitates & annunciate verbum Dei.* Vocati ad munus sibi a Propheta impositum, promptissimi adsunt. Hic Rex totam multitudinem e suggesto sic compellat: *Fratres charissimi, inquit, si res adversus hostes egredi posceret, estisne parati?* respondent, *se paratissimos.* Hinc quisque se ad munus suum recepit.

c) Vertendum Auctori erat: *In Regno Dei.* Ejusmodi numismata exhibentur in *Spalatinii Annal. Reform.* p. 301.

d) Ni fallor hic excidit: *mandatum.*

tinuandæ coenæ causa reversus, adeo voluptate & gaudio titillatur, adeo sibi placet, ut non solum de isto homicidio tanquam factio eximio inter suos gloriaretur, verum etiam peracta coena tripudia & choreas cum scenicis meretricibus in multam noctem duceret.

CAP. XLIV.

Interea, qui ad peregrinationem Evangelii propagandi causa delecti erant, omnia ad propagationem adomant, valedicentes vxoribus suis, quarum centum viginti quatuor in vrbe relinquuntur, sicut *Henricus Gracius Ibergi* atque alii captivi facti sunt. Inde ad montem Zionis reversi a rege suggesto ascenso, his verbis admonentur: *Ite & preparate nobis locum, nos armati subsequemur, & contemtores vestros gladio vindicabimus, gladioque nobis subiciemus.* Ita a Rege dimittuntur, & cum nox obscuram caliginem induxisset, a Regiis aulicis prælucentibus, Domino iubente, facibus ad portas deducti sunt. Portam Servatianam *Zusatum* missi exeunt, *Mariamam Cosfeldiam*, *Mauritum Warendorffium*, *Hortstanam Osnaburgum* ablegati egrediuntur.

Nomina Apostolorum.

Nomina eorum, qui *Zusatum* ad Austrum mundi missi sunt, *Joannes Dufenschuer*, propheta & aurifaber, *Henricus Kerckeringh*, *Joachimus Kesse*, *Henricus Schlachtcamp*, *Bernardus Wever*, *Joannes Budendieck*, *Henricus Maeren*, *Laurentius Viseber* *Osnaburgam* ad septentrionem, *Joannes Boentrup* Ianionis famulus, *Henricus Graes-Borch* Ludimag. *Dionysius Vinne* Deisten. sis pastor in *Aldeneick* non procul a *Masteneck* in Diocesi Leodiensi, *Paulus Schweringh* altero brachio tormento priuatus, *Petrus Knipper* Surinckensis, *Joannes Scheffer* Franckenhorstanus calopodiarum minister. *Cosfeldiam* ad occasum mundi missi octo, *Jacobus von dem Graven*, *Joannes Effens* Cosfeldiensis, *Bernardus Focke* Monasteriensis, *Julius von Franckenphrisus*, qui erat Episcopus in vrbe, *Hermannus Regewart* pastor novæ ecclesiæ in *Warendorff*, *Joannes Boeckman* Osnaburgensis Sacellanus *Martinus* in vrbe, inde divi *Mauritii* extra urbem, eo autem incendio devastato in urbem secessit; hic habuit duas vxores, alteram e coenobio transfluviano, alteram *Ægidiano*. *Bartoldus Neteler* dictus de *Wale* Hollandus, *Egbertus Widemar* Nortkerkenensis, *Warendorffium* ad ortum solis missi, *Otto Klopriff*, *Godefried Stråler*, *Henricus Vmmegrove*, *D. Vilfensis*, *Antonius Pruemern* Eiffeldianus, *Tafelemannus*.

Warendorffenses inficiuntur etiam scilicet Anabapt.

Horum omnium doctissimus ac eloquentissimus *Clopriffus*, qui deformi vultu ac barba cum quatuor suis collegis hoc eodem die 14. Octobris *Warendorffium* ingressi primum poenitentiam in medio foro, inde per vicos suo more clamitare coeperunt, continuoque ædes *Erpanis* Hollandi Senatoris iussu prophetæ Zionis subeuntes domesticis pacem annunciant, ibique ad dies aliquot hærentes, ultra quinquaginta retingunt, quorum Cathalogum idem *Erpo* in cubili post promptuarium suum reconditum habebat. Hujus receptoris ope effectum est, ut totus

Menckeni Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Senatus decerneret concionatores conservandos, & ad concionandum seu docendum publice admittendos, & cum *Warendorffenses* Principis admonitionem non admitterent, Princeps ad arma confugit, & 21. Octobris in crepusculo matutino oppidum cingitur, castra locantur, tormenta advehuntur, machinæ bellicæ eriguntur, maxime ex adverso portæ Amifianæ iuxta publicam forinam; vix duodecim ab vrbe passibus, quibus valvæ portarum effractæ deicerentur. *Warendorffenses* vero per Nobilem *Joannem de Bueren* Baronem & *Hermannum Mengersen* admonentur, alioqui futurum, cum Princeps vehementer sit offensus, ut omnes occidantur, & civitas prædæ militibus sit. Quibus verbis adducti, cum viribus suis diffident, deditonem offerunt, & Principem in oppidum intromittunt. Concionatores Principi traduntur, qui cum tribus ciuibus plectuntur, nempe

Obsidentur.

Faciunt deditonem.

Erpo Hollandus senator, qui a *Klopriffio* retinetus eum hospicio exceperat, & in ædibus suis retingi passus; Secundus *Bernardus Baumman* alias *Schomacher*, qui Christi flagellati statuam in coemiterio cruribus brachiisque discussis confregerat; Tertius, *Joannes Stropenbergus* portæ orientalis custos, qui per natës Episcopi restim potius e pilistortam trahendam esse contumeliose dixerat, quam ut ita in diocesi pro suo arbitrio & libidine grassetur. *Hermannus* vero *Frie*, *Henricus Remenschnider*, *Joannes Prange* ac *Henricus Muter*, cum factioni Anabaptisticæ se implicitos negassent, in *Saxenbergico* carcere capti relinquuntur & 28. Octobris ceremoniæ pristinae *Warendorffensibus* restitutæ, totus Senatus removetur, & in orientali vrbe parte propugnaculum Princeps erigit. Anno 1542. die Mercurii post dominicam *Judica* supplicant pro pugnaculi demolitione, quam 1552. *Jovis* post *Antonii* Abbatis in arce *Iburgica* impetrant & in pristinum statum restituuntur, sed modus eligendi Senatam præscribitur illaque omnia & plura tempore *Wilhelmi* Episcopi Anno 1555. plenissime recuperant, & in hodiernum diem vtuntur.

Rer. Warendorffenses.

1542.

1552.

1555.

CAP. XLV.

Apostoli vero *Zusatum* missi, gladio omnes sunt coesi. *Cosfeldiam* missi diuersis in locis maclantur, quatuor enim eorum circa urbem ipsam *Horsmaria*, sex *Berckenz*, septem *Bocholdia*, octo *Vreda*, præcis capitibus rotis imponuntur, omnes autem a Propheta *Dufenschuer* misere seductos se queruntur. *Osnaburgam* Apostoli missi primum domum *Ottonis Spieckers* ingressi sunt, existimantes hunc esse eius farinae hominem, id est, de sorte Anabaptistica. Qui cum narrassent, cuius rei gratia venissent, duos simul aureos & regios nummos in testimonium, se a Patre missos, ad pedes projiciunt. Ille vero humi tollens nummos, *Gratias*, inquit, *agite patri vestro pro munere mihi misso, sed renunciate illi, me vestrae factionis non esse.* Euntes igitur ad forum clamantes & vociferantes poenitentiam

Fata Apostolorum.

am & vitæ superioris emendationem; Senatus per juratos suos satellites, Apostolos illos apprehendi iubet, Principique per litteras significat, illique traduntur, & Jburgum avehuntur, & cum Princeps super murum Jburgicæ arcis obambulans adventum captivorum tacitus aspiceret, Henricus Gracius agnoscens Principem; Latine sic exclamat: e) *Non Princeps potestatem habet, dimittere vincitum.* Quibus verbis favorem Principis sibi conciliavit. Ex his Godefriedus Stralemius in carcere mortuus, iuxta Jburgici templi coemiterium sepultus est, quatuor vero morti ad iudicati præcis capitibus in *Stalbrinco* rotis imponuntur.

CAP. XLVI.

Henricum vero Gracium aliis rebus conficiendis fata reservabant. Hic cum Principi omnia Anabaptistarum secreta, & quam expeditionem & oppressionem in animo habeant, quos populos in præsidium expectent, retulisset, si gratiam flagitii commissi consequatur & vita donetur, promittit, se ea, quæ & Republicæ & illius maxime inter sint, effecturum, & quomodo vrbe sine multo sanguine potiat, ostensurum. Princeps cum in Gracii vita aut morte parum momenti esse putaret, ea quidem lege annuit, si in urbem revertatur, clanculum scitatum omnia Regis secreta, & quæ oppida ipsi sint confederata. Quod se facturum recipit. Compeditibus itaque vincit nocturno tempore, oppidanis non sentientibus, biga ad urbem vehitur, inde a vigilibus, matutina luce exorta, agnitus incredibili gaudio & psalmorum modulamine excipitur, & ita vincit ad regem defertur. Cui persuadet, se divinitus per Angelum Dei a tyrannide sanguinariorum solutum esse. Quamvis quibusdam Aulicis perspiciatioribus hæc res suspecta esse cœperat, vicit tamen credentium multitudo. Refert enim, quanti passim in orbe motus novæ, Zionis gratia per Christianos fratres excitentur, qui, si ducem habeant, fore, ut hostibus interneccione deletis, liberam hanc civitatem sanctam ab omni impressione, persecutione & periculo reddiderint. Vnde ita animo regio se insinuavit, ut ad omnia consilia quantum vis arcana admitteretur. Hic in omnibus concionibus a Rege aliisque Ecclesiasticis in hoc novo non aliterquam *Abrahamus*, in veteri regno Israelitico, tanquam fortis fidei exemplum populo proponitur. Tandem vaticinandi munere & prophetico Spiritu ipsum pollere non dubitatur. Designatur ergo propheta, verum Gracius sibi vehementer metuit, ne fabula ista & dolus compositus in perniciem sui prodatur, longam enim moram in vrbe manendi sibi exitium certissimum allaturum non dubitat. Proinde occasionem commodam, qua bona pace a Rege dimittatur, querit. Quare cum Rex in solio suo controversias populi audiret, Gra-

Henricus Gracius unus ex Apostolis omnia Anabapt. consilia se explorativum recipit.

Reducitur in urbem.

cini furore prophetico concitatus coram Rege vociferatur, sibi a patre Divinitus revelatum esse, ut Christianos fratres *WESALIÆ, DAVENTRIÆ, Amstelrodami, & per totam inferiorem GERMANIAM* dissipatos in unum exercitum ad liberandam urbem colligat; se aliquot millia armatorum in omnium Principum *GERMANIÆ* interneccionem & urbis *Israelitica* liberationem coacturum; se ipsum fore, qui novam *HYEROSOLYMAM* ab actis hostibus, a obsidione liberaturus sit. His peractis fidei plenioris faciendæ gratia scriptum illi annulo signatorio maiore regis munitum traditur in hæc verba:

Nos Joannes Rex Justus novi templi & Minister Dei altissimi, omnibus singulisque Christianis fratribus foedere nobis confœderatis; his nostris scriptis notum facimus, quod hunc grammatophorum Henricum Gracium prophetam Patris coelestis inspiratione, illustratione, autoritate nostra ablegaverimus, ut fratres passim per Germaniam dissipatos in regni nostri augmentum verba vitæ doceat, & in unum colligat, reliquaque mandata Dei nostraque sibi commissa exequatur. Rogamus itaque ut huic non aliter, quam nobis ipsis in omnibus, quæ ad causam nostram pertinent, fidem habeatis certissimam. Scriptum *Monasterii* in civitate Dei & signo nostro corroboratum, Anno ætatis nostræ 26. regni vero nostri primo, secundo die primi mensis post Incarnationem Jesu Christi, filii Dei, Anno 1535.

Littera Regis est data.

Gracius his scriptis 300. florenis munitus egreditur, itaque elapsus fidei, quam Principi dederat, memor, a ministris suis sese subduxit, & Jburgum in feriis præcidanis Trium Regum Anno 1535. ad Principem fidem suam liberaturus redit, atque omnia Regis urbisque arcana & secreta *Anabaptistarum* symbola, quibus cives *Wesalienses* Regi *Monasterii* foedere sint conlociati, quidve illi in animo habeant, quid *Daventriac*, quid *Amstelrodami* ac *Inferioris Germaniæ* civitatibus huius farinae homines in perniciem bonorum meditentur, in quibus aedibus & cellis arma clanculum adserventur, quas clades Christianorum agitent, ut occisis passim Magistratibus, vrbes & Respublicas sibi subjiciant, & asylum omnium scelerum & flagitiosorum obsidione liberent, & schismaticum venereumque suum regnum profligata pietate, pudicitia, & omni inobedientia quam latissime propagent atque dilatent.

CAP. XLVII.

Princeps hæc omnia Duci *Juliaco* aliisque Principibus & Magistratibus 8. Januarii 1535. per litteras significat, ut si forte quendam Henricum Gracium Anabaptismi nomine apprehenderint, supplicium illius differant, donec sibi eius rei indicium faciant; nam in huius captivitate plurimum esse momenti & sibi & Republicæ Timebat enim Princeps, ne

Consilia Anabaptistarum manifestantur.

e) Forte: Nemo. Ut sit interrogatio.

ne illo interempto, Anabaptistici flagitii con-
 sortes non proditi, impuniti remanerent, &
 concursu facto se cum omnibus copiis ab ob-
 sidione pellerent. Inde duos itineris comi-
 res, Anabaptismum quoque simulantes. *Gra-*
so adjungit, quorum alter *Joannes Swerken*,
 qui vrbe relicta in ea uxore, excefferat (qui
 & pedes & eques, armata virago, plus quam
 viri officium in repellendis hostibus saepe
 exercuerat) alter vero scriba fuit *Mauritii*
 ab *Amelunxen* nobilis. Sed cum hi essent
 huius schismatis ignari, *Graffium* sectantur,
 illius mores imitantur, illum prophetam ap-
 pellantes venerantur, ab illo tanquam Magi-
 stro suo toti dependent. Hic ergo *Wesali-*
am cum suis discipulis iussu Principis ire con-
 tendit, & ostensis ibi Regis literis & Sym-
 bolis quibusdam secretioribus, se in quorun-
 dam magni nominis civium familiaritatem
 eiusdem farinae insinuat, qui cum se in Regis
 Monast. liberationem, collatis in aedes cer-
 tas variis armorum generibus suggestione
Graffi armassent ab eodem proditi sunt. Dux
 etiam *Juliacus* reprimendae seditionis causa
 cum aliquot equitum turmis 5. April. 1535
 oppidum ingressus, 13. eiusdem *Ottonem*
Wincken, *Wilhelmum* *Schlebusch* & alios qua-
 tuor non contemnendae auctoritatis ciues
 seditionis capita decollari & extra muros
 sepeliri iussit. Reliqui retincti, quorum ma-
 gnus numerus Dominica Jubilate, quae fuit
 18. April gratiam ea lege a Principe conse-
 quebantur, vt linteis albis circumdati & ce-
 reos ardentes in manibus gestantes, in pu-
 blica lustratione coemiterium circumirent &
 integro sacro stantes interessent. Hac pu-
 blica ignominia omnia superiora crimina ex-
 piantur, atque ita in gremium Ecclesiae Ca-
 tholicae recipiuntur. *Graffius* his actis ad
 suos reversus, reliquos vitae dies in pace
 transegit.

CAP. XLVIII.

Articuli Regis Monasteriense in vrba
 I Israëlitis propositi.

Leges &
 articuli
 sanu civi-
 les quam
 militares
 Anabapt.

„Notum & manifestum sit omnibus ve-
 ritatis & Justitiae Dei amatoribus, tam ru-
 dibus, quam mysteriorum Dei gnaris, quo-
 modo & qua ratione Christiani, sibi que ad-
 haerentes sub vexillo iustitiae, tanquam Is-
 raelitae novi templi in praesenti regno, iam
 durante multa tempora, praevisto & per os
 omnium Prophetarum promisso & per Chri-
 stum & Apostolos suos in virtute Spiritus
 sancti inchoato & prodito, nunc vero per
 Joannem Justum Regem in sedem Davidis
 collatum instaurato vivere & gerere de-
 beant. Itaque hi articuli omnes & singu-
 li ad gloriam omnipotentis Dei & regni
 sui augmentum propositi poenae metu ser-
 vabuntur.

I.
 Unum Re-
 gesu popu-
 li Dei esse
 detere.

„7) In hoc novo templo vnum Regem
 esse oportet, qui populum Dei regat & gla-
 dium iustitiae gerat, ne falsa doctrina con-
 taminetur, quia sanctum est, & illis qui hoc
 templum ingressi sunt, omnia sint munda,

attestante *Paulo*. Quare nullus Rex aut
 Magister nisi a Deo deputatus, in foedus
 Christi intromittet sese.

2) Rex ipse & iudices illius, rectoresque
 populi omnes citra personarum aut vllius
 commodi respectum vnicuique justitiam
 administrabunt, omnesque causas & con-
 troversias, sive in vrbibus sive in castris
 campestribus secundum Dei verbum in ju-
 stitia & aequitate iudicabunt, etsi necessitas
 postulabit, gladium in facinorosos ipsi
 stringunt.

3) Nemo se in alterius provinciam, seu
 officium intormittet, illoque pro suo arbi-
 tratu vsurpabit, sed quisque se (vt promi-
 sit) intra suae vocationis terminos con-
 tinebit.

4) Nemo impune scripturam sacram im-
 piis suis interpretamentis pervertet; ea
 enim, vt verba per se sonant, adhibita
 tamen temporis circumstantia intelli-
 debet.

5) Quod si propheta populo Dei surrexe-
 rit, & a verbo Dei dissentientia vaticinatus
 fuerit, ab omni populo separabitur, atque
 ab eodem interficietur, vt omnis Israëlita
 abominandum & detestandum illius
 flagitium intelligat.

6) Nemo sub vexillo iustitiae militans
 turpi ebrietate, avidis privati lucri vsibus,
 vnde odia & dissidia promanant, fornicati-
 one & adulterio se contaminabit. Talia
 enim flagitia non relinquentur in populo
 Dei impunita.

7) Si quis seditionem concitare coeperit,
 morte morietur.

8) Si qui intra castra altercati fuerint,
 & in mutua verbera irruerint, & pra-
 fracti intra se contenderint etsi auctor
 contentionis & provocator alterum inter-
 fecerit, ipse quoque ad supplicium raptus,
 capitis poenam luet; si vero provocatus
 suum antagonistam vel concitato animo
 vel necessariæ defensionis intentus impru-
 denter prostraverit, quicquid eius demon-
 stratum fuerit, nocens vel innocens de-
 clarabitur.

9) Nemo, cuiuscunque etiam sexus fue-
 rit, suspicionibus & praesumptionibus quibus-
 vis, sed certi commissi flagitii scientia mo-
 tus alium accusabit; accusator enim inten-
 tatum crimen non probans eas poenas,
 quas criminis reus pertulisset, perferet.

10) Nemo sine venia & comeatu a Duce
 seu Magistratu suo impetrato sese a castris
 suis subducat.

11) Si quis triduum continuum nescien-
 te vxore sua, neque missione a duce suo
 impetrata, tanquam transfuga a castris suis
 absuerit; vxor illius libere aliud matrimo-
 um quaeret.

12) Nemo neque interdium neque noctu vigi-
 lum stationem subibit, nisi hostis praesto sit,
 impressionemque faciat vel commissionem
 eius singularem habeat, vt est Dux militiae,
 Decurio vel alius Magister militaris, qui vi-

II. De Justitia admi-
 nistran-
 da.
 III. Quilibet officium
 suum ge-
 rat.
 IV. De scri-
 pturae ex-
 plicatio-
 ne.
 V. De Pra-
 pheta.
 Verbo
 div. con-
 traria
 docente.
 VI. De vitis
 vitandis.
 VII.
 VIII. De poena
 digladi-
 anium.
 IX. De accu-
 sationibus
 per ca-
 lumnia.
 X.
 XI.
 XII. De stati-
 onibus
 vigiliam-

- giliarum accurate custodiendarum, vel al-
terius custodiendæ rei necessariæ causa cir-
cuit Transgressor non impune evadet.
- XIII. 13) Nemo sub pœna capitis fornicatio-
nis babilonicæ innocentem & inscium op-
rimet, nisi armata manu noceat.
- XIV. 14) Nemo spoliū aut prædam hos-
tibus detractam suo arbitratu subducat, aut
usurpabit sed eam (vt æquum est) coram suo
Magistratu in lucem proferet, & si quid sibi
ab eo datum fuerit, eo sine iniuria utatur.
- XV. 15) Si quis Christianis prius addictus de-
sciverit ad hostes, atque iterum inutato ani-
mo à Christianis recipi contenderit, non reci-
pietur, sed pœnam bene commertam luat.
- XVI. 16) Nemo Christianorum ex vna societa-
te in aliam recipietur, nisi se innocentem
& alio crimine contaminatum docuerit; si
vero aliter deprehensum fuerit, sine vlla
pœnæ remissione punietur.
- XVII. 17) Si alienigena Christianis inservire
vellet non est repellendus, etiamsi Spiritu
forte nondum illustratus, fidem christiano-
rum nondum amplecti noluerit.
- XVIII. 18) Quicumque non convitiandi sed fa-
miliariter convivendi animo cum Christia-
nis amicitiam, mercaturam, foedera, pacta
seu conventiones facere cupiant, minime
repellentur.
- XIX. 19) Si quisquam in præsidium Christiano-
rum comeatum, aliaque vitæ necessaria ad-
vehere, proquæ tolerabili pretio inter ipsos
distrahere, aliasque negotiationes cum illis
exercere affectaverit, illi publica itineris
libertas præstabitur.
- XX. 20) Nemo Christianorum, Magistro eth-
nico, qui nondum verbum Dei audivit
& in eo nondum edoctus est, sese opponet
damnumque inferet, etsi neminem ad cru-
delitatem adigat, sed babilonica tyrannis fa-
cerdotum & inquietatem Monachorum cum
omnibus suis asseclis & assentatoribus, qui
iusticiam Dei per suam iniusticiam & vim ob-
scuraverunt, quacunque ratione fieri pot-
est, obscuretur.
- XXI. 21) Si ethnicus alicui flagitio obnoxius,
vt criminum suorum impunitatem assequa-
tur, ad Christianorum consocietatem con-
fugerit & contra Legem Dei manifeste egerit,
frustra Christianorum præsidium invo-
cabit, sed supplicio, quo dignus, afficietur,
ne Christianorum consociatio flagitiosorum sui
asylum.
- XXII. 22) Vades alterius non pauciores erunt
quàm tres, qui vadimonio obstricti eius cau-
sam, cuius sunt vades, suam facient, ideo-
que causam eius in iudicio agent.
- XXIII. 23) Si quisquam Magistratus vel alius
quicumque verbo Dei atque his iustis edictis
nostris restiterit, eaque contumaciter con-
tempserit, non quidem subito ad pœnam
commertam rapietur, sed aut Iusti Regis
aut præfecti illius iudicio prius sistendus
est, vt iure convictus sententiam factis suis
dignam audiat.

24) Nemo alium ad matrimonii foedus
invitum adiget, cum illud liberum sit &
vero natalique amoris vinculo connectatur.

25) Quicumque morbo comitali seu Epi-
lepsia, lepra, morbo gallico, aut simili cor-
poris vitio laboraverint, matrimonia non
contrahent, nisi prius conthorali vitium
manifestaverint.

26) Nulla virginis specie, cum virgo non
sit, fratrem defraudabit, alioquin serio pu-
nietur.

27) Quælibet foemina, cui legitimus non
sit maritus, virum aliquem tutorem seu de-
fensorem ex communitate Christi sibi de-
liger.

Edicta sunt hæc à Deo ac Joanne Rege
Iusto novi templi altissimi sanctissimique
Dei ministro, anno ætatis suæ 26. regni ve-
ro primo, secundo die primi mensis post na-
tivitatem Jesu Christi filii Dei 1535.

CAP. XLIX.

Vaticina Regis

Verbum Dei hodie circa horam tertiam
ante diei exortum factum est ad me: *Innu-
merabilem mihi populum in gloriam nominis
mei excitabis; ubi autem, quove tempore id fu-
turum sit exitum tuum revelabo tibi. Tu ve-
ro caute ambulabis. Hac reliquis populi tui
annunciabis, & ut taciturni sint.*

Aliud.

Vxor viventis Dei me docuit, hoc est
mandatum altissimi: Viri ab vxoribus suis
legitimis, & ab illis, quarum tutores, & de-
fensores sunt, fidem exigent, non illam, quæ
vulgo legitur, *Credo in Deum Patrem*, sed fi-
dem de novo regno, de matrimonio, qua-
re & ad quod sint baptizata hæc nuncia-
buntur, & palam fient omnibus viris & post-
hiduum ab illis facti ratio reposcetur, vt
Deus omnis sanguinis maneat innocens.

Aliud.

Præterea hæc quoque est voluntas Dei,
ne verbum illius tam inaniter multis psal-
mis canendis in ventos excutiatis, sicut
hactenus sine mente & pietatis meditatio-
ne psalmi decantati sunt.

CAP. L.

Hæc quidem Regia decreta plebem pri-
mum terruerunt, sed cum nihil annonæ vr-
bi obsessæ inferretur, & plurimi essent, qui ab-
sumerent; paulatim ea attenuantur, neque
tamen Rex (vti receperat,) cum omnis
generis carnes ad se transtulissent, penurix
popularis quicquam pensi haberet, plebs in-
ter se de Regis fraudibus paulatim coepit mu-
sitaré. Ille vero fidelem populum nullius
rei penuria laboraturum variis scripturæ ex-
emplis comprobat. Verum cum nihilomi-
nus taciturnum illud debis murmur non quie-
sceret, sed in dies ingravesceret, factiones-
que in urbe fierent, simulque de captivitate
Regis & deditioe vrbis & vt Principem sibi
offensum reconcilient, & à futura famis cala-
mitate se eripiant, inter se agitent; Rex
in ipso metu & cladis propemodum initio
hisce

XXIV.
De ma-
trimonio
coactu.XXV.
De his, qui
morbucontagia-
so labo-
rant.

XXVI.

XXVII.

XXVIII.

XXIX.

XXX.

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

XXXIV.

XXXV.

XXXVI.

XXXVII.

XXXVIII.

XXXIX.

XL.

XLI.

XLII.

XLIII.

XLIV.

XLV.

XLVI.

XLVII.

XLVIII.

XLIX.

Regis
callidi-
tas.

hisce plagis ac retibus intricatum sese vafer-
rime extricat, consiliumque adversariorum
dissipat. Primum itaque in foro publico uni-
versæ multitudini liberationem certissimam
ad futurum diem paschæ promittit, & nisi
illud eveniat, in se tanquam prophetam vani-
loquum & scelerosum hominem ex populari
iudicio advertendum esse recipit. Deinde
duodecim duces sedandi motus causa creat,
quibus imperium vrbis in totidem partes dis-
tributum acerrime regendum & singulis vni-
us portæ custodiam ad vitandam proditio-
nem committit, qui novi nominis & Magistra-
tus avidi satellitum fortissimorum turbam in
custodiam suorum corporum & ad mandata
celeriter expedienda adsciscunt. Habent
enim singuli tres consiliarios & 24. Satelli-
tes bene armatos, singulis etiam portis præ-
sidia adversus plebeium motum imponunt.
Hi plebem ita poenæ metu coercent, vt ne
mutare quidem adversus Regem quisquam
audeat, nomina enim portarum mutantur,
Horstanam in orientalem, Mauritianam ar-
genteam servat. Regis, Ludgerianam Au-
stralem, Ægidianam Reginæ, Marianam
occidentalem, Judaicam auream crucis se-
ptentrionalem, Neopontanam aquariam ap-
pellant. Duces vero sunt, *Bernardus* thor
Moer Sarcinator, *Joannes Redecker*, sutor, *Jo-
annes Palck*, faber ferrarius, *Joannes Denecker*,
Institor, *Engelbertus Edinck*, *Nicolaus Stirpe* mer-
cator, *Henricus Xantus*, faber ahenarius, *Joan-
nes Ratenbergk* gladiatorum pollitor, *Henricus
Rock*, Osnaburgensis, *Hermannus Reimicke*,
Christianus Kerckering patricius & villicus Ley-
danus.

CAP. LI.

His ministris in regno suo officia, si regia
iussa quam diligentissime exequantur, promit-
tit, se enim dissoluta obsidione, quod erga
festum paschæ futurum, totum mundum, oc-
cis omnibus, præter Landgravium, perva-
surum, suoque dominio subjecturum. Ne
autem inter ipsos imposterum contentio
oriatur, officia (venatorem Episcopum, pellem
vrsi nondum capti vendentem imitatus) an-
te victoriam inter Duces distribuit & incer-
tis pro certis ipsos exhilarat. Saxonicum
Joanni Denecker, Brunsvicensem *Joanni
thor Moer*, Westphalicum inter *Rbenum
& Visurgim Christiano Kerckering*, Juliacum
& Clivensem *Joanni Redecker*, Geldria-
cum cum Trajectensi Episcopatu *Joan-
ni Palck*, Brabanticum & Hollandicum Co-
mitatum *Engelberdo Edinck*, Coloniensem vil-
lico Leydano, Moguntinum *Henrico Xanto*,
Trevirensis *Henrico Rock*, Bremensem, Wer-
densis & Mindensem *Joanni Ratenbergk*
Hildesensem & Magdeburgensem *Joanni Rei-
ninck*, utramque *Frisiam* cum *Terra Groninga-
na Nicolao Stirpe*. Penes hos duces omni-
um operum cura & imperium erat.

CAP. LII.

Magno interea conamine variisque mo-
tibus *Hollandi Frisique* ad liberandam urbem
intra fines suos tumultuantur. Sed cum

Ducum
nomina.

Rex pro-
vincias
expu-
gnandas
jam Du-
cibus
suis dis-
tribuit.

Hollan-
dorum
Frisio-
rumque

multi in *Terra Groningana* confluxissent, *conatus*
Georgius de Schenck Liber Baro de *Lautenberg*, de *Mo-
Caroli* quinti Imperatoris Vicarius 24. Ja-
nuarii eos profligavit, ac *Petrum Schoma-
cher* prophetam (qui ipse stultissimus, se fi-
lium Dei esse, stulto populo pervaserat, vn-
de favorem popularem se habiturum & ar-
matas copias ad liberandam urbem coactu-
rum sperabat) cum quibusdam eius exerci-
tus capitibus commérito supplicio affectit.
25. etiam Januarii Retincti nocturno tem-
pore concursu facto *Leydam* Regis mon-
strosi patriam, quanta vi possunt, aggredi-
untur, sed bonorum virorum viribus deie-
cti capiuntur poenasque luunt. In quo me-
tu Regis vxor *Leyda* relicta, cum non solum
retincta, sed & retinctorum receptrix, gla-
dio cæsa est.

CAP. LIII.

De obsidione & penuria 1535.

Hæc penuria & fames vrbis ita paula-
tim invalescit, ita populum affligit, vt ea
pro ventre alendo in cibum vertere cogan-
tur, a quibus alioquin hominum natura ab-
horret. Hæc equarum maritos, pullosque,
hæc canes fidissimos hominum amicos, qui
neque auro, neque gemmis corrumpuntur,
neque flagris quantumvis horribilibus fidem
mutant, excoriare iubet, hæc pro leporibus,
apris & cervis, quorum nulla fuit copia,
mures, forices & glires non quidem in Syl-
vis, sed horreis inanibus & vacuis, non pla-
gis & retibus, sed decipulis esca ad fallen-
dum instructis venari suggerit, qui dum e-
scam captant, esca fiunt. Hæc loco leporum,
murum hostes (quos feles vocamus) illi vero
leporès domesticos mactant, & resectis capiti-
bus cum cerebrum noxium putetur, veribus
infixos igni torret. Hæc corium, hæc detritos
calceos, hæc omnis generis pelles, hæc libro-
rum non exustorum alutas aqua præmollitas &
frustulatim concisas, hæc ranarum lumbos
lenta tenaciq; pingvedine fugit. Hæc virides
pampinos, acetosum saporem referentes, hæc
novas & molles arborum frutices aut cortices
in deliciis habet; hæc oleribus elixis, quæ fe-
mel iterumque sebacea candela raptim im-
mersa pingvescere putantur, gaudet; hæc li-
maces & cochleas rubricas, hæc hærinaceos
hircos in regno captos in cibum vertit, hæc
herbas & radices quaslibet in cibi & nutri-
menti solamina pascit. Hæc bouum vaccarum-
que exsiccata sole excrementa colligit; hæc
foricas iuxta *Alpham* rimatur, & excremen-
tum humanum æris solisque calore in mas-
sam induratum eruit; quod cum speciem pa-
nis intus referret, quidam eo ad edendum il-
lecti sunt, sed cum degustassent, non sine hor-
rore & nausea illud abjecerunt, & mortem,
quam talem cibum degustare iterum malue-
runt. Hæc recentia cadavera, raptis inde
musculosis carniumpulpis, ferro spoliat. NB. *Infantes*
multos infantes aut in cunis, aut in sinu ma-
trum auxilii expertum fames absunit & ne-
cat; multos quoque (horresco referens) pa-
ren-

Obsessio-
rum ul-
tima ne-
cessitas
& penu-
ria.

Infantes
mactant.

rentum gladius cibi causa extinguit, quorum membra post captam urbem, non in vno sed in pluribus locis urbis, in sanguine conservata reperta sunt. *Hansonis Mennekeni* Senatoris vxor trigeminos peperit, quos membratim dissectos in sanguine conservavit. Parentes in sua pignora, imo in sua viscera mactando laniandoque saviunt, o male syada fames & penuria, quæ naturæ leges violas! o pernitiola fames, quæ propriis visceribus non parcis! o obscœna egestas, quæ sordida & inveterata humanis visibus inferis! Hoc oppidum Westphalicum *Hierosolymam* illam Judaicam non modo æquare, verum etiam calamitatibus & miseriis superare, non est ambigendum. Non igitur sine fatali causa Novam illam *Hierosolymam* appellitant. Cutis oppidanorum flaccida, carne absumpta, exarescit atque nigrescit, per eam costæ & intestina numerantur, ossa extant, digiti macie rigent, nasus acuitur, genæ pendunt & sulcos agunt, lumina in suis ædibus altius subsidunt, & quasi demersa conspiciuntur, livor in vultu, & adeo macie confecti sunt, ut spectris hos & simulachris mortuorum similiores esse diceres, quam hominibus. Sola hominis figura cernitur, usus verò & officium desideratur. Quidam vlcera sanie ita solvuntur, ut viventes disfluant, putrescant, & ambulantes moriantur; quidam distenta cutè rumpuntur, & ut paucis dicam, urbs erat plena mortis. Plurimi enim passim in vicis corruunt, subitoque expirant, quorum cadavera ad evitandum foetorem rhedæ, iussu Regis comparata, iniecta subito tumulanda avehuntur. Magni enim hiatus terræ ad cadaverum sepulturam aperiuntur, qui immixtis mortuorum corporibus paulatim replentur. Quidam promissione Regis freti eam habebant fiduciam, ut priusquam fame intereant, Patrem saxa platearum in panes transformaturum, credant. Ideoque cum horrenda esurie torquerentur, morsibus silices percutant. At ubi neque substantia, neque vilius accidentis metamorphosin factam experirentur, fiducia illa pristina flaccescit, & flentes miserrime se esse subductos queruntur. Omnia gemitibus personant, omnia muliebri planctu sunt plena, omnia plebejis querimoniis perstreperunt, omnia puerilibus ploribus replentur, omnia senum & ægrotorum suspiriis conturbantur. Hoc unum clanculum queruntur, quod auctores tantæ miseriæ non solum supersunt, verum etiam omnis generis voluptatibus perfruantur, & quasi re bene gesta honoribus insuper afficiantur. Rex enim pro se suisque omnium rerum copiam & instructissimam penum apud se in Regia abditum habens, his querelis non commovetur, neque miseriam populi sui, extremam fame tabescentis, ipse luxu diffuens agnoscit, sed *Patrem plebem suam non deserturum, fiduciam,*

Quorundam folidam fiduciam.

Plebis luctus & querela.

Penes Regem omnium rerum copia est.

saltem per famem exploraturum, concionatur, qui vero minus in fide sint constantes, his se liberam exeundi facultatem facturum, si meliori in urbe relicto, viliori vestitu egrediantur; se enim solum, etiamsi omnes defecerint, Angelorum ope & presidio civitatem ab hostili impressione defensurum. Hæc cum a Rege exeundi libertas permetteretur, acerbissimam famam effugientes, in hostium gladios incidere maluerunt, quam lenta esurie tabescere, fatius esse ducentes, vno die & subito Atro extingui, quam singulis diebus mori; vnam perferre mortem, quam multas. Magnam ergo multitudinem virorum secum male affectorum, mulierum & puerorum, in Aprili horrenda fames in singulos dies urbe expulit, inter quos fuerunt, qui intra octo hebdomadas ne micam quidem panis gustassent. Viros, cum circumspicius, quam imbecille & imbelles genus hominum, agere debuissent, & tempus veniæ elapsum esset, hostilis gladius, habita tamen innocentia ratione, absumpsit, quorum quidam gladio cædi quam vita donari, & negotii conficiendi causa in urbem ad intolerabiles arumnas redire malebant. Senes vero, quibus parcitur, mulieres & pueri inter urbem & castra militibus coercentur, & ad urbem repelluntur, sed in urbem redire nolentes, in regno (quod inter castra & urbem) conclusi ad quatuor fere hebdomadas vagantur, & instar quadrupedum herbas vellunt. Quidam debilia membra trahentes in terra repunt & quæcunque necessitas offert, usurpant, quicquid fortuna & casus administrant, in cibum vertunt. Tantus est fervor edendi, ut sapor amplius discrimine ciborum faciat. Quidam viribus prorsus destituti, in arena se volutant, palpitant, ac moribunda membra sursum deorsumque trahunt. Quidam ita avidas fauces vlcibus & virgultorum foliis farciunt, ut pleno ore suffocentur; quidam dum procumbunt & ore vellunt herbas, subito morsu dentibus cespites apprehendunt & vitam evomunt. Quidam lacrymantur; sed præ ariditate lacrymas effundunt nullas; quidam gemunt & suspirant, lamentabilique voce queruntur: *Lumen- O fames insatiabilis! o pestis ipsa morte atrocior & crudelior! o horrendum Solymarum flagellum! o Judaica lues! o flamma, viscera misera nostra excrucians! o mors, cur a nobis resurgis? cur longas vite moras non abrumpis? cur non metam arumnis nostris imponis? cur miseras nostras differs, & differendo auges? nihil spei in urbe reliquum, fames in singulas horas invalescit & recrudescit, foris a milite gladiis coercemur, inter urbem & castra concludimur, evagandi abeundi que libertas nobis adimitur! Vitam hanc solam gratiam ab hoste consequamur, ut gladiis tormentisque pectora, cutemque nostram vix ossibus adhaerentem confodiat! Vitam saniei, quæ pro sanguine distendimur, vitam ferro faciat! Vitam in præcipio deiecit & sof-*

Magna vis hominum fame coacta urbem deserit. Quomodo ab hostibus accepti.

Lumen- O fames insatiabilis! o pestis ipsa morte atrocior & crudelior! o horrendum Solymarum flagellum! o Judaica lues! o flamma, viscera misera nostra excrucians! o mors, cur a nobis resurgis?

& fossarum aquis suffocati fuisset. Non formidamus hostem, nec hostis arma, sed horrendum monstrum, quod circumferimus, quod viscera nostra rodit, quod artus attenuat, quod in medullas descendit, quod vires nostras absumit. Hoc vulnere intus sine vulnere affligimur, intus excruciamur, intus sine morte morimur. His omnibus vulneribus, his molestiis, huic monstro, huic mori acri panis crustula mederi posset. Dum ita senes matresque queruntur, infantes alii præ inedia vagiunt, alii siccis matrum vberibus adhærentes frustra calambunt, alii pro lacte vivifico sordidam faniem attrahunt, alii plorantes & e sinu materno suspicientes præmansum ex ore matris cibum hiantibus bucculis expectant, & certa spe cibi oramovent, sed delusi lacrymantur. Alii grandiores butyro illicum & siccum panem postulant, matres verò singultus, gemitus & lacrymas cibi loco donant, & se cum adamatis pusionibus non extinctas esse queruntur. Multis deinde lamentis militibus supplicant, ut se homines esse reminiscantur. Et a muliebri sexu in lucem editos, se infantes fuisse, materno præsidio eguisse, maternâ cura & solitudine enutritos esse; se ergo per amorem maternum in liberos obsecrare, ut sibi pusillum acri & muscosi panis adiciant, sit sua cum patribus portio; si vero id fieri nequeat, infantem saltem famelicum & morti vicinum semel quocunque etiam cibo saturent, vel si neque ad id muliebribus lacrymis commoveri sinant, uno ense se cum partu [interficiant] & calamitati suæ finem imponant, cum vivere sibi miserimum sit; ergastula anime solvant, carcerem ferro aperiunt, animam carnis consortio infirmam & diuturnis laboribus defatigatam liberent, ut una carne divulsa libertate fruatur; Illud se pro beneficio summo habituros. Miles, quamvis durus & inexorabilis, hæc tamen miseranda rerum facie & querimoniis, quæ & feras immanes & saxa commovissent, ita emollitur, ut miseræ muliebri & puerili humano aliquo solatio succurrendum esse existimaret. Panem ergo passim milites e castris matribus puerisque per munitiones adjiciunt, qui quantum per ætatem & famem licuit, non aliter quam famelici cælli certatim ad cibum cursitant; alius enim currere contendit, alius alii bolum præripere gestit, unde variæ contentiones inter pueros oriuntur, quas matres vix sopiunt. Non enim de re levis momenti, sed de cibo vitæ conservatore agitur. Cum autem data ipsis esset copia cibi, quibusdam oneri esse coepit cibus, dentes dissecti alimentis mandere ingesta non poterant, invalidus erat morsus, obstructi erant meatus alimentorum, obriquerant interiora viscerum, interclusi erant faucium ductus, aruerant venæ cibum attrahentes, aviditas quidem edendi mansit, mansit appetentia cibi, sed edendi usus defecerat. Cibus itaque pluribus periculum quam salutem adferebat, in quibus appetitus edendi rationem præcurrebat. Quidam enim Memckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Cibus tandem porrigitur.

Plures nimia edendi aviditate pereunt.

mensuræ nesci supra modum cibum ingerebant, ideoque magis inflabantur insolito cibo, quam reficiebantur, & repentinò cibo fartigrepabant & rumpebantur. Qui vero paulatim & parca manu cibis utebantur, & fervorem edendi frustrabantur, donec a deserta cibum capiendi consuetudine ad pristinum usum reverterentur, periculum evadebant.

CAP. LIV.

Hæc cum miseria & calamitas egressorum, quotidie ex vrbe elabentium & in regno instar brutorum errantium per *Vberstenium* militiæ præfectum 22. Aprilis ad Principem perlata esset; Princeps, ingemiscit & vrbis & Episcopi egressorum miseriam ex animo deplorat, manus dolet nus in coelum attollit, & se tam horrendæ calamitatis causam non esse testatur, qui sæpe oppidanis in ipsa obsidione pacem & culpam gratiam ultro obtulisset. Si impietate & rebellionē sopita, pacem toties oblatam elegissent; se clementissimum illis futurum fuisse. Vbi vero bellum quam pacem, angustias quam libertatem, famem quam satietatem maluissent, se necessario pro defensione gloriæ Dei, catholice religionis & Republicæ tranquillitatis ad arma protractum. Coram Deo itaque & hominibus se ab illa clade purgatum esse. Inde cum militiæ Præfectis de transfugis & vrbe egressis consultat, & cum hac consultatione vilum fuisset Principi immane, crudele & horrendum, tantam senum, mulierum, puerorum & male affectorum multitudinem, in qua procul dubio plurimi sint innocentes, sine discrimine mactare, aut ita ultra urbem & castra coercere, ut fame & inedia simul extingvantur, cum foris malint gladio confici, quam in urbem redire & fame tabescere, neque satis tutum ratus esset, ipsis libertatem abeundi permittere, ne simili conditione alia loca impune concitent & evertant. Quare ne quid atrocius vel lenius, quam æquum sit, in hos transfugas a se decernatur, hanc rem consilio *Coloniensis* & *Clivensis* permittit, ut isti Principes, quid sibi utile visum fuerit, in medium consulant, reservato tamen sibi consilii temperamento. Hæc consultatio ab utriusque Principis consiliariis facta est *Colonia* 19. Maji, in qua decernitur, primum ut egressi in urbem, quacunque ratione fieri queat, redire compellantur, ubi maritos suos aliosque, sibi sanguine iunctos, ad capiendum Regem, reliquaque præcipua factionis capita commoveant, quibus Principi traditis, vrbeque reclusa, sibi reliquisque oppidanis innocentibus gratiam comparent. Si vero ad id induci non possint, ut in urbem revertantur, totam multitudinem egressorum hominum *Dreckhausum* per equitatum, deductam, nocturnis diurnisque vigiliis ita ad captam usque urbem coercendam & custodiendam, ne quis eorum sese subducatur, neve quis peregrinus ad ipsos colloquendi causa admittatur. Præterea, ut diligens & accurata tam inter foeminas quam mares inquisitio

Consilium Coloniae & Clivensis quid de egressis urbe faciendum sit.

tio fiat, spontene an coacti in urbem transierint, vel in ea remanserint, an Anabaptismo addicti fuerint, quid de eo sentiant, & certe consilio, ut innocentia parcatur, flagitiosi vero & Anabaptistica labe contaminati communitis suppliciis, secundum ius imperatoriasque constitutiones, afficiantur. Adhuc ut ad supplicium destinatis, doctus & pius Ecclesiastes adhibeatur, qui ipsos ab errore ad veritatis agnitionem, a deviiis in viam veram, per scripturam sanctam revocet, & ne salutis aeternae iacturam faciant, reducat. Postremo dabitur opera, ne & illi, qui tanquam innocentes *Dieckhusii* conservandi sunt, concionatore Catholico destituantur, ut si forte impietatis reliquiae ex pristina labe in ipsis remanserint, stirpis eradicentur & in catholica religione confirmantur.

C. A. P. L. V.

*Responsio
Episcopi
Monast.*

Ad haec consilia Episcopus noster 27. Maji respondet, aliquot centena hominum plebiorum capita inter urbem & castra errantia, neque blandis verbis adduci, neque vlla vi cogi posse, ut in urbem revertantur, se hostili gladio malle continuo occumbere, quam ad priores arumnas, quas deseruerunt, redire. Dioecesis deinde capita, ad quae potissimum hoc negotium pertineat, hinc totum militare consilium censuisse, egressorum hominum multitudinem datis vadibus in diversas regionis partes spargendam esse, in quibus se donec inde revocentur, mortis poena non parentibus proposita, contineant, ne dioecesis haec pluribus degravetur sumptibus, quam ferre queat; multis enim impendiis opus esse, primum ad vigiliis tam diurnas quam nocturnas peragendas, deinde ad tantam multitudinem hominum alendam, quae in singulas etiam horas transfugarum numero incrementum sumptura sit.

C. A. P. L. V. I.

*Multitudo
trans-
portatur
Dickhu-
sium &
aliorum.*

Princeps ergo 28. Maji totam illam multitudinem per quosdam lombardigeros & equitum turmas ex ergastulo illo seu regno undique concluso liberat, *Dickhusiumque* transfert. Sed cum multi utriusque sexus fame, inopia, aegritudine, senio fracti neque consistere neque ingredi possent, quadrigis eo deveci sunt. Ibi crimine notati ab innocentibus se iunguntur, & ultimo supplicio destinati post biduum plectuntur, infantes vero pactionibus quibusdam obligati, praestito iureiurando & datis fidei iussoribus, ad diversa dioecesis loca relegantur, fidei iussores autem pro personarum dignitate ad certam pecuniam summam exolvendam Principi loco iuramenti se obligant, ne relegandi a fide data recedant, & pacta in minimo violent.

C. A. P. L. V. I. I.

Pactiones & Articuli mulieribus ac senibus Monast. egressis & in gratiam quodammodo receptis propositi, quos singuli vno propinquorum adhibito & iure iurando interposito se servaturos recipiebant.

1. Primo Anabaptismum & omnes ex eo *Pactiones & articuli, ad quos servandos multitudine illa adstringebatur.* articulos manantes, per quos seducti, seductave sint, ex animo abiurant, neque se his imposterum adhaeruros aut ad praeferita delicta redituros, sed cum prioris vitae respicientia pie ac Christiane victuros pollicentur.

2. Se locum, ad quem relegantur, sine arbitrio & voluntate Principis sub poena ultimi supplicii non mutaturos, neque se apud quemquam hominum, cuiuscunque etiam sit aetatis, de Anabaptistica Secta verba facturos, ne dum viam ad eam praestituros, eamve docturos, sed hominum multorum commercia ad tempus se vitaturos promittunt.

3. Si vero demonstratum fuerit, se quemquam cuiuslibet aetatis hominem verbis, factis, scriptis, aut qualibet alia ratione, post hanc relegationem Anabaptismum docuisse aut propagasse, continuo poenas bene commeritas se daturos recipiunt.

4. Recuperata per Dei gratiam civitate Monasteriensi, etsi remissionem delicti mereantur, se publicam impietatis & admissi sceleris nomine poenitentiam, qualemcunque sibi Princeps imposuerit, libenter acturos.

5. Omnes articulos superiores sub privatione vitae & aeternae salutis se servaturos, neque se eos verbis, factis, scriptis aut quacunque machinatione, clam palamve, neque per se, neque per alios oppugnatos, neque se adversus eos ab vlllo magistratu Ecclesiastico seu profano privilegium vllum impetraturos, iure iurando affirmant.

C. A. P. L. V. I. I. I.

Obsidentes horrantur oppidanos ad deditioem.
1. *Versentus* reliquique militiae Praefecti, cum incredibilem miseriam & calamitatem in urbe esse, a transfugis illis, quos famas (ut dictum est) expulerat, accepissent, ad deditioem oppidanos fore nunc proniores existimant. Deinde ut sanguini parcatur, scripto 30. Maji in urbem misso ipsos iterum admonere visum est, ut deposita impietate serio respiciant, & civitatem ad gratiam poenamque dedant, si vero, ut id faciant, sibi persuaderi non sinant, viros, mulieres puerosque in urbe retineant, neque eos egredi permittant, alioqui se eos infestissimorum hostium loco habituros. Ad haec oppidani 2. Junii respondent in hunc modum:

Quaquam responsum a nobis non postulat, memores sine dubio superioris, praemeditati & constantis responsi nostri, ut tamen mentem nostram plenius adsequamini, pro constanti & immutabili responsione habitote. Nos ita erga veritatem, quae per Dei gratiam apud nos fulget, affectos & animatos esse, ut eam totis viribus ad extremum etiam vitae halitum tueri, propugnare eique adhaerere decretum sit nobis, nisi ea a vobis, aut aliis quibuscunque validioribus scripturarum arietibus convellatur.

latur & expugnetur. Ridiculum profecto
& stultum esset, cum nullius flagiti sinus
nobis conscij, etsi a vobis falso insimula-
muri, nos nondum convictos culpam agno-
scere, delictum deprecari, hostium gratiam
implorare, & in arbitratum illorum nos de-
dere. Si Christi nomen digne circumfer-
re velitis, de quo satis arroganter gloria-
mini, Christiano iure (quod saepe & fruz-
stra postulavimus) nobiscum agere, ac-
cusatis & in crimen vocatis, coram iudici-
bus incorruptis & non suspectis defensio-
ni daretur locus. Sed frustra querimus;
divinitus enim id fieri Daniel 7. nobis prae-
figuravit. Nam sic bestia quarta, quartam
terra monarchiam, hoc est, imperium Ro-
manum praesignificans, sanctos Dei concul-
cat; si haec bestia est affecta, ut nulli legiti-
mae defensioni det locum, sed pro sua libi-
dine & tyrannide sanctos Dei conculcet,
comminuat, mactet, perdat, latrocinetur,
interficiat ac devoret, cum sit ultima quar-
tae bestiae tyrannis, longe a prioribus tri-
bus bestiis diversa, omnia comminuens &
pedibus conculcans. Legantur omnia pa-
trum & Historicorum scripta, & non inve-
nietur tyrannis similis in causa fidei circa
sanctos Dei, quam huius bestiae temporibus.
Et quod horribilius est, Iudices &
Praefecti huius bestiae, etiam si sciant, se in-
nocentes & sanctos Dei opprimere, tamen
a crudelitate & sanguinis effusione ex de-
stinata quasi malitia in gratiam bestiae sibi
non temperant, ne veritas in suam ipso-
rum perniciem emergat, & populum ad
vindictam commoveat. Testes Evangelii
ita sub pedibus pressos tenent, ita lingvas
ipso-
rum praecidunt, ita ora obdurant, ita
tibiis tymbanisque obtundunt, ut ipsos in
defensionem sui exurgere non sinant. At-
que hoc illud est, quod Propheta dicit, re-
siduum pedibus suis conculcans, Christus
etiam in Evangelio Math. 24. haec prae-
dixit, *Erit (inquit) tunc afflictio magna, qualis
non fuit ab initio mundi ad hoc usque tempus,
neque fiet.* Et eodem capite: *Abominatio
desolationis stabit in loco sancto.* Quod iam
manifestum evadit. Nam sanctum Christi
nomen locumque sibi arrogant, horrendam
tamen abominationem sanctimoniam fucos
super terram committunt. Quare si ne-
minem causa nostrae ratio moverit, si nul-
la purgatio nostri permessa fuerit, sub pe-
dibus bestiae conculcati fuerimus; si in Deo
ita placuerit, exempla tolerantiae sancto-
rum Dei nostras afflictiones consolabuntur
lenioresque facient, donec lapis ille angu-
laris pedes bestiae aereos conterat, & re-
gnum atque potestatem & magnificentiam
regni super univ-
ersum coelum populo san-
ctorum excelsum dederit. Ad id vero,
quod scribitis, ne viros nec mulieres, ne-
que pueros emitteremus, alioqui vos cum
illis vestro more acturos; respondemus,
Meckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

nos nullos vobis misisse, neque missuros
esse, sed eos, qui sponte sua a nobis rece-
dere postulant, abire permittimus, etiam si
sciamus ipsos nihil boni nobis praestituros,
imo vobiscum omne malum contra nos ex-
cogituros & moturos. Cum illis igitur
agite vestro more, quicquid animus vester
persuaserit; nos ut non arcemus a nobis
eos, qui familiaritatis conciliandae causa ad
nos veniunt, ita quoque neminem invitum
retinebimus, qui abeundi facultatem effla-
gitaverit, etiam si tanquam hostis a nobis
sit captus. Haec ex abundanti respondere
ea mente volumus, ut hac postrema & im-
mutabili responsione satiati, nullam post hac
a nobis exigatis. Non enim tam sumus
rudes & rerum imperiti, ut Christianos ve-
stros animos non intelligamus, & quam
certa sit comineatus vestri securitas & pro-
missa fides. Datum sub signo civitatis no-
strae post incarnationem filii Dei Jesu Chri-
sti Domini nostri 1535. 2. Junii.

CAP. LIX.

Dum haec mutuis scriptis aguntur, inter
ca die 11. Maji 1535. circa octavam vesperti-
nam magna [seditio] fuit *Reinctorum Amstelro-
dami* ad liberandum ab obsidione Monaste-
riensi, qui occupata curia eam civitatem pro
asilo & receptaculo suae fecis habituri erant.
Sed cum in eo motu alterum consulem cum
vigilibus occidissent, cives prima formidine
deposita adversus hos arma capiunt, quorum
quosdam gladio feriunt, quosdam suspendio
iugulant, quosdam vero aquis suffocant,
quosdam evulso corde vivos laniant, irrita
proinde fuit eorum conatus.

CAP. LX.

Dum plebs lacrymis, fame & luctibus, mi-
seris modis se conficit, Rex choreis luxu &
cupidibus pro suo genio & libidine indulget.
Nam *Joannes Juliacus* signifer, cum a mul-
tis accusaretur, quod defectionem clancula-
riam moliretur, & verba seditionem spiran-
tia in vulgus sparsisset, ex vinculis causam a
Rege dicere iussus est. Ille vero in carcere
cum *Christophoro Schonbovio* signifero (qui &
ipse, quod Anabaptisticae impietati restitisset,
ibidem captus detinebatur) in defectionem
conspiravit. Quare fortunae se committen-
tes effracto carcere, vrbe quoque se elabi
posse sperant. At *Schonbovius, Juliaco* capto,
evasit, apud quem signum militare convolu-
tum & in sinu abditum reperiunt, proinde
11. Maji capite plectitur.

CAP. LXI.

Anna Radebossana, cum marito semper re-
bellis esset & obstreperet, eo, quod aliam &
junio-
rem se duxisset uxorem, reprehensa au-
stem a marito adeo furis agitabatur, ut ma-
ledictis dirisque eum devoveret, & correpta
fella cranio mariti minaretur, nisi eam, quam
duxisset, a se abigeret. Haec rebellio poe-
na

Motus
Anaba-
ptistar-
Amstelo-
dami.

Supplici-
um Jo-
hannis
Juliaci.

it. Anne
Radebo-
ssa.

na gladii digna visa est, ideoque capitis supplicium eodem die octavo Junii pertulit.

CAP. LXII.

Joannes Floer Coriarii minister defectionem potius clanculariam meditari, voluit, quam a Rege facultatem exeundi petere, quam tamen cum causa cognitio eo mense permittebat, ideo captus & 10. Junii, gladii poenae adiudicabatur.

CAP. LXIII.

Henricus Rbadanus, qui bis exeundi facultatem a Rege impetraverat, & bis receptus esset in gratiam, nunc tandem clanculum a communitate Christi deficere machinatur, & cum *Andrea* Colonienfi negotiatus est, a quo sibi gladium & thoracem emit. Præterea liberum exeundi comineatum pro *Andrea* Colonienfi id petente, ab Episcopo se impetraturum recipit. Quare uterque captus & 12. Maji capitali sententia damnatus est.

CAP. LXIV.

Item vxor *Henrici Grassi* propter mariti sui in Regem scelus, neque exilii iudicio condemnata neque communitate *Retinctorum* ejecta, clanculum egredi conatur, ideoque vestibus aliisque ornamentis, quantum potest, se comit. *Geuerudis*, etiam, magistri *Conradi* conjunx, a fide Anabaptistica deficit, marito obstrepit, & ab eo clam annonam secum auferens divertit, pecuniam & argentum contra regium edictum apud se reconditum habet, neque in commune, sicut alii, defert, varia suppellectilia in fundo *D. Dungenlii* defossa facta est. Quare utraque apprehensa eodem die 12. Maji in monte *Zyonis*, hoc est, campo dominico decollatur.

CAP. LXV.

Albertus natione Frisus, cum in animo haberet, se Episcopo portam aliquam vrbs & pecora in regno pascentia traditurum, & ad eam rem secum conficiendam aliquot oppidanos sollicitaret; ab iisdem proditus 8. Junii iugulum gladio incidendum præbuit.

CAP. LXVI.

Nicolaus Schneiderus Nortmannus, cum vxorem suam ad Episcopum & Satrapam *Stromburgicum* cum literis, quibus salutem & officium hostibus suis precaretur & offerret, ablegasset, præterea literas ad *Stedingum* destinatas cuidam confratri suo deferendas tradidisset, at ille non *Stedingo*, sed Regi eas obtulisset; patefacta autem prodicione nono Junii gladio cæsus, inde in tredecim partes dissectus miserè vitam finivit.

CAP. LXVII.

Alexander Buschoducensis, Reginæ *Hemierodromus*, defectionem agitans, aureum anulum sibi a Domina sua donatum soleæ signistri pedis pro viatico suffixit, in quo furto cum deprehenderetur, vndecimo Junii ad

viridem quercum in monte *Zyonis* suspensus interiit.

CAP. LXVIII.

Elisabeth Wandtschevers, a crebra maritali consuetudine abhorrens, *Reineri Hardeviceni*, prioris sui mariti mores averfata effugit, & haud procul a Clericis castris extra urbem, ubi sese condiderat, reperta in urbem reducit & marito reconciliatur, post dies vero paucos marito mortuo *Augustino Tarentino*, cognomento *Cloterbernd* nubit, quem cum ferre non posset, divortium regia autoritate postulat fieri, querens se patris savitia ad hoc connubium compulsam. Quod cum pater, in consilio regio verum affirmasset, divortium approbatur, obiurgatur tamen puella a patre levitatis, & quod obedientiam marito suo debeat. *Nequaquam*, inquit illa; *virum enim in hac urbe non esse existimo, qui me domiturus sit.* Quæ puellæ protervia, cum ad Regem delata esset, continuo eam in carcerem conjici iubet. Inde biduo exacto eam ad se duci præcipit, & cum puella liberaliori forma esset; si (inquit Rex) post hac in obedientia & verecundia officio te continere voles, ego te in uxorem duxero. Ad quæ *Elisabeth*: Si (inquit) Rex illustrissime, eam gratiam ancilla tua in oculis Regis mei consequatur, ut omnium vxorum Regis mei pedes, aut si quid abiectius, abluat; habebit Rex meus ancillam suam ad hac & quevis alia paratissimam. Invenit ergo gratiam in oculis Regis, & facta est non lotrix & pedissequa, sed Regia conjux, & pro ea ad sex fere menses habitavit. Vbi vero *Elisabeth* impietatem, luxum & effusam Regis libidinem, qua intemperantissime exastuabat, populi vero fame pereuntis querelam & lacrymas agnosceret; res sibi displicere cœpit. Quare annulos & reliqua sibi ornamenta donata restituit, ac more aliarum exeundi facultatem petivit. Ad quam Rex: *Jam tandem*, inquit, *tua impostura & fraus, tua levitas, inobedientia & rebellio patefcit.* Eam itaque in forum protractam suis manibus ac in conspectu totius populi omniumque pellicum, 12. Junii gladio ferit, pedibusque cadaver conculcat. Hac cæde immani peracta, reliquæ pellices hymnum (*Gloria in Excelsis Deo*) cantillant. Inde Rex cum aulicis suis in foro choreas satis lascivas ducit, & suum facinus impietate decollatæ puellæ purgat. *Stortum*, inquit, *erat, & ad impietatem prona, ideo pater eam e medio tolli iussit.*

CAP. LXVIX.

Hensulus Eckius Langestratus, exiguæ staturæ miles, ingenio vero eximio & valerrimo, qui antè menses aliquot, desertis castris, in urbem transfugerat, statim a Rege Præfectus vigilum designatus, cum se aliosque plebejos summa rerum penuria laborare, spemque nullam diu expectatæ liberationis superesse, sed acerbiorè vitæ fortem, & nihil

Quidam
militēs
ex urbe
transfu-
gere ca-
uantur.

Pars de-
prehen-
ditur.

nihil nisi extremam desperationem imminere animadverteret; de evadendi ratione cum octo aliis militibus clanculum consulat. Hi certissimum sibi exitum brevi impendere videntes, quod evitare non queant, nisi se aliquo casu eripiant, fortunam ergo tentandam esse existimant, aleam iaciendam, & periculum anceps, in quo spes aliqua evadendi sit, potius subeundum, quam spe vitæ prorsus destitui, Deum forte coeptis suis aspiraturum. Hi igitur circa festum Viti simul vrbe elabuntur, & dum diversis in locis septa regni penetrare moliantur, septem eorum insolentius strepitu concitato, a vigilibus nocturnis excipiuntur & mactantur. *Hensulus* vero & *Conradus Sobbius* multas in circuitu vigilum stationes explorant, facilioremque locum evadendi perquirunt. Quo invento *Sobbius* prior opus agricolarum, hoc est, septem regni, quo tota vrbs circumdata erat, transit, sed cum aggere sentibus & spinis irretibus hæreret, strepitum excitat, quem ab equis in regno pascentibus fieri opinantur vigiles, ideoque minus de eo motu solliciti evadunt, ideo non sine cœlesti numine feliciter; ut ille, cuius consilio & auxilio vrbs capi debebat, in vita conservaretur, ne tot annorum opes & labores vna dies flammis perderet. Constituerant enim oppidani, absumpta omni annonâ & spe amissa, omnibus destituti, opes vrbs in aliquot ædes congerere, ac vrbe plurimis in locis inflammata, armatam eruptionem facere, fortunæque arbitrio se suaque omnia committere. *Hammonam* cum venissent, *Sobbius* se subducit. Est autem *Hammo* oppidum non ignobile terræ *Marcanæ* in confluxu *Lupia* & *Ara* situm. *Hensulus* vero *Meinardi Hammonii*, præclarissimi sui temporis per *Germaniam* militiæ ducis, sub quo stipendia fecerat, recta subit, ibique (ut erat homo mediocriter facundus) quæ miseria, quæ calamitas sit in vrbe, commemorat, quam sint inedia & fame oppidani attenuati, exhausti & fracti, quam viribus destituti, & difficile non fuerit, exigua militum manu tota vrbe potiri, se inedia & calamitatis perterritum, elapsum esse, ut periculum toti vrbi, omnibusque opibus impendens, quas flamma alioquin absumeret, avertat. Se, si Princeps periurii transfugique culpam redderet, si omni admisi flagitii maculam abluat, si laboris & periculi solatium seu præmium sibi donet, capiendæ vrbs rationem & consilium daturum; se victoris exercitus ductorem futurum, se in prima acie iturum, se primam glaciem rupturum, se primis periculis caput suum obiecturum, se, cum vigilum præfectus fuerit, omnes arcanos meatus novisse, sibi munitionis & vrbs vias esse cognitatas, se locum impressioni accommodatum & mente & oculis designasse, se cum militibus latam sine dubio victoriam deportaturum. Ali-

Hensulus
Eck oc-
casione
urbis
capiendæ
docet &
ducem se
offert.

litum vires esse recentes, ipsos esse impavidos, robustos, exercitatos armis; hostem vero diuturna inedia debilitatum, vires illius longa fame esse attritas. Macurandum autem esse suadet, ne communis totius vrbs flamma, ad quam extremo in periculo oppidani sint convoluturi, hanc impressionem avertat; ne horrendum incendium vrbem devastet, ne prædam, quam iamdiu miles expectavit, flamma absumat. *Hammonius*, qui consilio *Hensuli* aliquoties in diversa militia feliciterque usus fuerat, auditam vrbs capiendæ rationem altius secum volvit. Vbi vero nullam commodiorem excogitari posse advertit, continuo rem totam Principi per litteras significat, totum comitatum pro transfuga, quem apud se retinet, postulans. Princeps militiæ perterritus & devastationem vrbs, quæ per flammam futura sit, metuens; *Hensulum* non solum libero comitatu verum etiam magnificis promissis illectum; nocturnis itineribus per fidissimos quosque ministros, ne res prodatur, primum *Horstmariam*, inde opertum frondibus in curru iacentem, quasi terinæ carnes in eo vehantur, *Wilkinckbegam* transferri iubet. Est autem *Wilkingbega Joannis Steveningi* habitatio, quæ dimidium fere miliare abest ab vrbe. Huc præcipua diœcesis capita & militiæ duces coeunt, de stratagemate & consilio *Hensuli* altius cum eo consulturi, & cum vitro citroque rem aliquamdiu voluissent, meliorique mentis parte pertractassent *Hensuli*, consilium per Dei gratiam profuturum non dubitassent, periculum invadendæ vrbs se facturos decernunt. Indicitur ad rem eam tentandam nox illa, quæ Sancti Joannis Baptistæ nativitatem a *Lebici* feriis dirimit; & quanquam *Hensulus* 300. armatos sibi ad recuperandam vrbe sufficere existimaret, consilio tamen *Ducum* 400. ex omnibus castris longo armorum usu fortissimi atque exercitatissimi deliguntur, quorum *Wilkinus Stedingus* præcipuus ductor designatur, homo ut in amicis benignus & familiaris, ita in hostes ferus & truculentus. Reliqui duces fuerunt, *Egbertus Deverenus*, *Hermannus Sittardus*, *Ludovicus Brunshwigus* & *Laurentius Horstianus*. Signum vero militare *Joanni* a *Twickel*, homini militaris ordinis & valde animoso, militari fide committitur. Scilicet leves & vinctæ, si forte eas usus postularer, omniaque alia, quæ ad eam rem necessaria visa sunt, tacite & citra ullius oppugnationis suspicionem publicam apparentur. Delecti ad periculum subeundum se mutuo armant, tempus invadendi intuitu votis exposcunt.

Hensulus
manu
militum
ad rem
gerendam
instruitur.

C A P. LXX.

At Princeps & *Vberstenius*, ne sanguinarii esse videantur, 22. Junii oppidanos per legatos præmonendos esse censent, ut impietatem & rebellionem deponant, quibus

Episcopus
de
nuo ac-
que ul-
mo ad-
monet
iura obsessos.

iura & tranquillitatem Romani Imperii satis inuerecunde & præfractarie violant, ciues a se in exilium profligatos, & bonis omnibus exutos in pristinas possessiones & dignitatis sedes restituant, ac se imperio Principique ad gratiam & poenam dedant. Respondent, per *Rothmannum* oratorem suum satis contumeliose, *se civitatem suam non dedituros, nisi id fiat in spiritu.*

CAP. LXXI.

Ipso die Joannis, quæ fuit 24. Junii post solis occasum, ingentem nubium punicearum, instar magnorum montium, congeriem Zephyrus paulatim attollit nec minor atrarum nubium moles ab Austro confurgit, quæ in sublimi disiecta & dissipata totius colli faciem operit & obscurat, ær ventorum procellis fluctuat continuosque mugitus & susurros edit, cœlestis ignis ruptis & disfolis nubibus crebro micat, & horrendo tonitru largus cum grandine nymbus descendit. Vigiles autem vrbis fragoribus & imbribus cœli continuis attoniti, aeris intemperiem subterfugientes casulas suas, passim in aggeribus per intervalla extructas, subeunt, ac fame vigiliaque defatigati in soporem solvuntur. *Hensulus* vero in ista caligine, qua oppidanis prospectus in campos adiuitur, ac ventorum murmure, quo armorum aliarumque rerum fragor adimitur circa horam undecimam noctis 400. fortissimorum militum globum pro pylæ portæ crucis admovet. Hi fasces stramentorum & virgultorum, quos secum singuli ex castris attulerant, arborum stipites & truncos, scellas, ligna, cespites, viliora cum viminibus plaustra, & quicquid foris fortuna offerebat, in fossas ibi angustas & aquæ pauperes iuxta annosam trabem ligneam, aptamque cratem atque arcendum hostem in superficie aquarum transversim sustinentem præcipitant. Huius pontis raptim facti præsidio, rupta crâte, primam fossam superant, vnde erat præruptum, & instar montis propugnaculum per *Anabaptistas* e terra in portæ tutelam aggestum, in cuius fere culmine præacuti stipites a se invicem modico intervallo per ordinem ita positi sunt, vt hostem ascendentem reprimant, vel saltem remorentur. Hoc cum esset acclive, obliquo tramite scandunt, sed cum per acutas fudes in propugnaculo exstantes deventum esset, *Hensulus* vnam ex iis ante notatam ita loco removet, vt ascendentes sine magna molestia in summum propugnaculi acumen penetrarent, vbi vigiles confopitos mactant, & ne quenquam a tergo hostem relinquant, per istum aggerem vigilum casas scrutantur, repertosque transfodiunt, omnes stationarios quoque milites passim per valla in stipitibus ac truncis hærentes ac profundo somno se-

pultos, ferro conficiunt, præter vnum *Bernardum Scultenium* pellionem, qui vita donatus, cum Symbolum istius noctis præderet, exercitum victorem secutus est. Erat autem Symbolum Terra. Vnde ex propugnaculo in viam planam saxi constratam, & muris vtrimque septam, quæ est inter portas, quaque iter est in urbem descendunt, vbi que vigilia causa collocatos somnoque sepultos, ad vnum omnes mactant. Mox *Hensulus* tracto funiculo portulam, per quam vigiles statis vicibus in aggeres commeari solebant, pandit, urbem iam introgressi, per vicum crucis primum ad cœmiterium templi transfluviani, hinc per angustum ponticulum trans *Alpham* factum in campum dominicum, nullo occurrente hoste, deveniunt. Ibi *Deverend* cum militibus quibusdam bombardarum Anabaptistarum custodia, quæ ad iaculandum bene instructa in æde maiori aduerfabantur, committitur, vt *Retinli* earum visus præripiatur. Vnde in densam aciem se componunt, tympana ad arma pulsant, signa ad volatum explicant, *Retinli*que alacriter operiuntur. Ingens continuo exortitur clamor, hostem in media vrbe versari, tormenta tenere, cadibus & rapinis grassari. Etratis itaque excitati, alii raptim, vt tempus ferebat arma corripunt, alii inermes passim ex ædibus prorunt, & paulatim hostibus occurrentes, sternuntur, scellumque ibi vicinum S. Michaeli consecratum occupant & raptim muniuntur, inde iaculis continuis hostes in campo dominico in acie consistentes, eminus lacestant. At illi maioribus tormentis extemplo eductis *Retinli* inde deturbare contendunt, sed frustra. Omnes enim ictus antiqua & firma illa murorum compages facile respuit. Mox *Retinli* tota belli mole e foro, vbi se armaverant, ruentes hostem invadunt, & in angiportum, a Sacello Divæ Margarethæ sacro cognominatum, cedere compellunt. Quod cum non esset pervium, & *Retinli* cadendo, pugnando, iaculandoque instarent, nostros in angiporti angustias ita cogerunt, vt vix arma & lacertos movendi facultas esset; suspirant, & quasi iam omni spe destituti, taciti ingemiscunt. Sed consilio *Siedingi* porta ibi cuiusdam Canonici viaperitur, qui (dum reliqui comilitones ibi relictis hostium impetum fortiter sustinent) ducenti propemodum per posticas in aliam plateam templum *Ægidianum* versus evadunt, vnde per viculum vicinum laborantibus comilitonibus, quasi nova acie subito occurrunt. *Retinli* vero, novas hostium vires esse existimantes contremiscunt, nihil dubitantes totam urbem ab hoste teneri; nostri autem mutuis acclamationibus sibi animos faciunt, conterritis insultant, cadentibus instant, fugientes persequuntur plurimosque sternunt. Interea por-

Coelitus
favet
oppu-
gnanti-
bus.

Urbem
ingre-
diuntur.

ab vrbe
vadunt

Hostes
ex loco
munito
se de-
ferunt.

Premunt
que ac-
ter in-
gressor.

Qui sub-
sidio
comi-
tationis
liberan-
tur.

Hostes
conscen-
dunt
propu-
gnacu-
lon.

portula, qua hostis venerat in urbem, acutissime clauditur.

CAP. LXXII.

Dum in vrbe vtrunque acriter pugnant, & reliquorum castrorum plerique milites de comilitonum salute solliciti foris urbem ambiunt, si quando forte motus audiatur.

Mulieres de muro obsidentibus illudunt. Mulieres ex aggeribus & propugnaculis nocturna & incerta missilia in equites peditesque vagantes spargunt, impressioni urbis illudunt, *Vestros*, inquit, *Duces & militia*

Præfectos, satis imprudentes ad nos missos, prudenter iam consecimus, præcipuum militie vestra robur & flos perit. Vab! quam insigniter reportatis victoriam, quam ampla retulistis spolia. Sic evenire solet, qui se Deo opponunt, qui sibi omnia arrogant, hostis sui vires contemnunt & aspernantur. Plures nobis mactandos mittite! Miles de salute comilitonum suorum anxius & anceps his ludibriis foemineis vehementer consternatur, neque iam dubitat, omnes cum *Hensulo* in urbem missos esse extinctos. Interea nostri e campo dominico *Retinctos* fugientes ad forum vsque persequuntur, viamque totam cadaveribus & sanguine sternunt, verum in foro ex munitionibus tumultuario labore, ex vasis, scamnis, lapidibus, lignis, tabulis aliisque rebus erectis, ita in nostros tonant, ut inde repellerentur. Erant enim omnes continuo armorum labore defatigati; *Retincti* vero subinde novis viribus refocillati, nostros cedentes sequuntur, neque tamen nostri, etsi delassati spem victoriæ abiciunt, sed ut fugæ turpitudinem virtute delerent, animos resumunt, iterumque sibi viam ferro faciunt.

Pugna in urbe.

CAP. LXXIII.

Interea Rex inter spem metumque hærens, circa tertiam horam noctis legationem intercipiendæ pugnæ gratia ad vtrumque exercitum mittit, colloquiumque postulat. Cum autem nostri continuo armorum exercitio & totius noctis labore, *Retincti* vero diuturna fame & inedia exhausti essent, vtrisque colloquium & armorum quies (ut interspirare paululum detur) fuit gratissimum. In colloquio legati postulant, ut miles positis armis sese dedat. Regem enim sanguinarium non fore, neque in supplices servitutum; sed omnes in gratiam recepturum. Milites se id facturos negant, sed si se neque armis exutos, neque signis suis militaribus spoliatos cum bona pace egredi patiantur, se egressuros urbe. Ad quæ legati, ut positis armis, traditisque signis militaribus inermes urbe excedant. Milites se salva militari fide & iure iurando, quo imperio & Principi sint obstricti, illud admittere non debere, respondent, unde perpetuam sibi ignominiam & æternum dedecus comparent, mortem gloriosam appetere, quam hac infamia labe se suamque posteritatem contaminare malle. Inter hanc armorum quie-

Habetur in urbe colloquium, sed conditiones Regis rejiciuntur.

tem & inducias, *Joannem a Twickel* significum, involuto signo, clanculum, oppidanis non sentientibus, cum tribus armatis satellitibus ad vallum ablegant, qui cum signum in crepusculo matutino ad volatum explicuisset, auxiliumque suorum clara voce invocasset, continuo milites ad novam hanc vocem accurrunt, & cum Anabaptiticam fraudem subesse suspicarentur, ne occisis ad se militibus missis, plures ostenso signo in idem periculum & discrimen fraudulenter alliciant, accuratius propius accedentes, veritatem rei scrutantur. Ille vero se *Joannem Twickel* signiferum & omnia adhuc salva esse commemorat, sed militem vehementer cadendo esse defatigatum; & nisi hac rerum in angustia sibi laborantibus occurrant, actum esse de salute omnium, simulque symbolum, quod erat: *Waldeck*: edita voce pronunciat. Hæc cum dixisset, se in suorum aciem recipit & auxilium certum sibi adfuturum proclamat. Hac voce *Retincti* perculsi metuunt, nostri vero animos fumentes circa victoriæ fiducia prælium acerrime redintegrant, & novis quasi viribus restituti, speque auxilii confirmati audacius in *Retinctos* irruunt. *Scedingus*, interim reliquique duces nominatim nostros cohortantur, ut pristinæ virtutis & futuræ gloriæ memores lumina aperiant, palmas comprimant, album hostilium oculorum feriant, seque a deditionis & captivitatis turpitudine vindicent. Fitque inde miserrima strages. *Retincti* in angustum deducti, plusquam ferinum esse exclamant, ita se mutuis vulneribus confodere, ita sanguinem Christianum & cognatum effundere, tanta rabie in alterius necem sine discrimine irruere, tanta immanitate & tyrannide populum Dei opprimere, ita scire, ut Christianorum cruore vrimque arma rubescant & tingantur, sic lupos in ovile admissos in oves grassari, sic Ethnicos, sic Turcas, sic Scybas, sic Getas, aliosque barbaros populos, quos nulla religio & clementia tangit, Christianis insultare solere. Hanc barbariem Patri coelesti displicere, Evangelicisque literis adversari. Pro armis itaque verbum Dei, pro bello quietem, pro cadibus amicabilem concordiam, pro Caribæa victoria pacem eligant, & foedere suo initiati, iisdem legibus, eadem ratione & pietate imbuti, Patri coelesti simul secum tranquille inserviant. Si vero ad id adduci non queant, urbe rotantis armis suis signisque militaribus, sicut prius recepissent, exeant, & ad suos revertantur, seque sua libertati, suisque moribus relinquunt, neque populum Dei in sua religione, in hac sancta civitate conturbent. Alii in ipso conflictu Patrem suum vel iam surdum, vel dormientem, vel aliis negotiis occupatum simpliciter implorant, victoriamque contra impiam Deumque ignorantem gentem ab eo postulant. At Pater illorum & milites, surdas habentes aures nihil his commoventur. Nam ille hos non exaudit. Hi vero

Ingressi ex muris auxilia suorum inclamant.

Cedes tu urbe. Vox Anabaptistarum ad hoc.

C

D

viam

viam per Anabaptiticam phalangem ferro acrius faciunt, atque ita in campo dominico Retinētos passim maciant, transfigunt, iugulant, ut tota illa planities cadaveribus fracta sanguine humano sanie permixta invindaret.

Rothmannus in turbapugnantium occiditur.

Rothmannus desperabundus militari habitu e templorum ornamentis holosericeis facto, in confertissimam hostium aciem sese conjiciens, ne captus acerbiori supplicio referretur, lethali vulnere accepto corruit, vitalemque spiritum multo cum sanguine evomit. Rex quoque hisce cædibus percussus, post posticulum Aulae suæ ad portam Ægidianam sese subducit, vel quod hunc locum munitissimum esse ratus sit, vel hinc commodissime data occasione hostium manus elabi & effugere possit. Sed per puerum proditus in supremo huius portæ tabulatu captus in vincula protrahitur.

Rex capitur.

CAP. LXXIV.

Interea *Matthias Bilderbechus* & *Antonius Liebertenius*, audito Symbolo & voce signiferi, omnium castrorum vires elato clamore & tympanorum sonitu ad quaslibet vrbes munitiones, defensoribus iam nudatas certatim invadendum cursitant. Pari itaque tumultu & eques relictis equis, & pedes fossas, aggeres, propugnacula, castella, crates murosque superant, quædam etiam portæ vi excluduntur, rumpuntur, panduntur, aut quacunque arte fieri potest, operiuntur. Atque ita fortuna (imo Deo auspice) urbem ingressi castra hostium invadunt, nostrosque laboribus & cædibus liberant, se in hostium aciem convertunt, ibique horrenda laniena exercetur.

Urbs ex omni parte invaditur.

Capitur.

CAP. LXXV.

Dum hæc aguntur *Joannes Bokelius* Marcanus, olim scholæ Paulinæ, *Timmanno*, Rectore, claviger, & post recuperatam urbem in summa æde campanarius, vir procerus, robustus & animosus, cum paululum post superiores labores exantlatos interspirasset, in regiam solus irruit heminemque ibi præter puerum ægrotantem reperit, quem armis minisque ad regia ornamenta commonstrandum adegit. Puer cum pactus esset ab hoste vitam, ipsum ad Gazophilacium deducit, ibi miles coronam meliorem dextro pede compressam, calcariæque aurea *Sredingo* donanda, & aliquot catenas annulosque sub chalybeo thorace abdit. Inde cum maiori animo in pugnam rediret, tentata clave ab hoste tactus in genua subsidit, sed commilitonum suorum armis paululum proreclusus, animum viresque resumit, ipsiusque hostis latus valida bipennæ confodit. Vbi vero oppidani hostium numerum & aciem augeri, suam vero assiduis cladibus minui advertunt, diffugiunt, omnes latebras sibi quisque querit. At 700. propemodum munitiones in foro excitas raptim occupant, quos miles inter fugiendum subsecutus ser-

Job. Bokelius gazam Regis diripit.

ro postremum fugientium agmen a tergo carpit. Sed cum munitiones subiissent, ita ex illis tonant, ita fremunt, ita tormenta iaciunt, ut nullum militem in foro consistere paterentur, neque vllum in conspectum suum impune venire admitterent.

CAP. LXXVI.

Post diurnam obsidionem, multiplicesque oppugnationes & clades vrbe iam capta, nova obsidione, novisque impressionibus & cladibus ad conficiendos & debellandos forenses opus esse, militiæ duces animadvertunt. Deinde quid factu opus sit, consultant, & cum alii vi oppugnandos esse svaderent, neque committendum, ut victi victoribus Delibe-
ratio, de Anabaptistis, qui adhuc in urbe repugnarent, ut extincta innumerabili Retinæ multitudi- ne, exigua illa manus, & quasi superioris belli reliquæ tantis ducibus & militibus illudant; victor non insultare victoribus, in urbe solere; victoriam non esse perfectam & absolutam, qua hostium proterviam non contundit acbant.
 reprimit; proinde totam illam gentem gladio extingvendam esse, ne vlla reliquæ Anabaptistica impietatis supersint. Alii consulunt, in gratiam ipsos esse recipiendos, & vita (si cupiant) donandos. Undique enim ipsos munitionibus conclusos, difficilem & periculosum esse aditum; cum tormentorum & bombardarum copia intus abundant; non posse facile illis hanc munitionem eripi. Si autem vi agant, multo militum sanguine & clade hanc victoriam sibi consecuram, & si vllam belli gloriam sint consecuti, eam hac strage se sine dubio contaminaturos. Sarius itaque esse partem gloriam paucorum hostium salute inviolatam retinere, quam multorum militum sanguine turpiter amittere. Quæ sententia multo maiori consultantium numero placuit. Donantur ergo vita, & positis armis, vrbe protinus præeuntibus quibusdam militiæ ducibus, exire iubentur. Cum vero liberum exeundi comiteam impetrassent, multi eorum ad ædes suorum necessariorum, forte inde aliquid ablaturi, sese subducunt, atque ita ab aliis, ad exeundum paratis, sponte sua divelluntur. Vbi cum longiorem moram fecissent, iam tuto egressos, eodem certe comiteatu, confisi, sine ducibus subsequi contendunt, qui a militibus intercepti maciantur, & frustra comiteatum sibi datum implorant.

Venia data, ex urbe dimittuntur.

CAP. LXXVII.

Circa horam sextam diei 25. Junii *Paulus Ledebuer* naturalis *Henrici Ledebuers* filius, celerrimo *Walbecam* vectus equo Principi captam urbem esse primus nuntiat, quam victoriam ipse multis Principibus ac civitatibus per literas continuo significat.

CAP. LXXVIII.

Miles deinde omnes domos & angulos vrbes accuratissime scrutatur, & *Anabaptistas* pristina læta repertos producit, productos gladiis conficit. Ita *Bernardus Schwerdenius*, ita *Magnus Kob-*
trahit cadunt sur.

ner: atque permulti alii in vicos e latebris ædium producti, strictis mucronibus concidunt. *Joannes Eschmannus* Warendorpensis, homo procerus & castus (qui a propheta in superiori Reipublica inter Seniores Israeliticos numerabatur.) in aula cuiusdam Canonici summx ædis deprehensus, militibus, ad se cædis causa irruentibus, se Canonicum eiusdem templi esse, persuadere conatur, & agitudine impeditum vrbis obsidionem effugere non potuisse. Facile id, quidem, ob venerandam canitiem & morum gravitatem militibus pervasisset, nisi a quibusdam proditus fuisset. *Hermannus Tyllbechius* prope cœnobium *Ægidianum* confusus inter sordes iacuit, tandem in aquagium vicinum protractus, vix asini sepulturam habuit. Speculatores quatuor in turri *Lambertina* acriter sese adversus ascendentium impetunt, sed tres eorum transfossi concidunt, quartus vero e summo fastigio vivus præcipitatur, qui cum solum tetigisset, ita dissilit, ut omnibus corporis nexibus dissolutis intestina cum sanguine effluerent.

CAP. LXXIX.

Huiusmodi cruenta spectacula quotidie ad octo fere dies in eos, quos aut milites, aut fames e latebris prodire coegit, exercentur, & cum omnes *Reinli* pallerent, omnes palentes *Anabaptistas* esse existimabant, ideo multis peregrinis & ignotis pallor exitio fuit. Dominus *Bernardus Kreckingus* e cœnobio *Ægidiano* protrahitur captivus, & cum continuo mori mallet, acerbiori tamen poena reservatus est. *Gerlacus* quoque a *Wullen* & *Christianus Kerckeringus* capti abducuntur ad arces Principis, quorum ille circa festum Galli in Octobri abiurans Anabaptismum, in gratiam a Principe vita donatus; hic vero inter *Dulmoniam* & *Wildern* cœnobium *Carthusianorum* e curru, quo cum *Knipperdollo* vehitur, per carnificem raptus decollatur. Hinc cadavera occisorum, vestibus dispoliata ab agricolis sepulturæ causa accitis, amplis terræ hiatus in campo Dominico effosis contumulantur.

CAP. LXXX.

Cum autem *Knipperdollo* neque inter captivos, neque inter cadavera deprehenderetur, neque in cuiusquam conspectum prodisset, nec vsquam gentium, arctissima omnium viarum custodia præpeditus, effugere potuisset; ipsum ut totius fere motus causam magno studio & diligentia inquirendum esse censent. Ille vero capta vrbe, rebusque iam perditis & desperatis, certa spe elabendi fretus, primum sese in ædes *Catharina Hobbels*, ad portam Neopontanam commorantis, clanculam subduxit, ubi per noctem istam & diem subsequentem, quæ fuit 26. Junii, in suprema domus parte elabendi occasionem spectans delitescit, & cum intollerabili siti se premi quereretur, aquam puram

sibi dari postulavit, quam cum bibisset, regio merito præferebat, suam sortem interim deplorans. At mulier illa *Knipperdollo* per milites investigari intelligens, trepidare coepit, ne novus ille hospes, quem occultasset, sibi exitio sit; proinde ne in suis ædibus deprehendatur, imminente vespertina, in desertas ibi vicinas ædes ipsum secedere iussit, in quibus se pro arbitrio abscondat. Cum vero multa passim loca in vrbe perscrutati fuissent, neque *Knipperdollo* invenissent, die sequenti, quæ fuit 27. Junii mustitatum est, ipsum ad portam Neopontanam postremo visum. Quare eo aliquot cohortes ad ipsum investigandum mittuntur. Interea Anabaptistarum foeminarum fit concursus, cum per præconem excedere iuberentur, ad quas *Vberstenius*: *Eam, quæ KNIPPERDOLLINGVM monstraret, se vita & civitate donaturum, bonaque eius a publicatione & confiscatione sua conservaturum.* Ad quæ *Catharina Hobbels*: *Si (inquit) sibi promissa firma futura intelligat, se VBERSTENIVM voti competentem facturam.* Hinc data sibi fide, latibulum *Knipperdollo* comonstrat, vnde vinctus protrahitur; maritus autem hujus mulierculæ iam prægnantis a militibus ad cœmiterium *Lambertinum* raptus decollatur, foeminx vero & bonis ex fide parcitur. Capto *Knipperdollo*, 50. propemodum milites in curiam graphariam, ubi totius fere vrbis opes reconditæ erant, irruunt, atque auro argentoque tam signato quam non signato vestes suas satis laxas faciunt & opplent, sed in hoc furto deprehensi, septem eorum in campo dominico decollantur, reliqui ex utis præter industria vestibus, per vicos longo ordine funibus relegati, ad portam crucis protrahuntur, atque ignominia affecti vrbe profligantur, vestes tamen biga ad portam vectæ illis restituntur.

CAP. LXXXI.

Inde *Stedingus* 28. Junii cum 800. armatis Principi, ad vrbe captam *Walbecam* venienti, gratulabundus obviam procedit, offerens illi honorarii & manubiarum loco *Regiam coronam, gladium, calcaria aurea & claves vrbis.* Princeps restituta sibi vrbe, vix triduum propter pestem in ea hæret, sed cum partem prædæ ex pacto sibi debitam accepisset, constitutis vicariis, qui se absente rationem vrbis habeant, *Iburgum*, ut opinor, concessit. Milites pueros vtriusque sexus liberalioris formæ, occisis parentibus, tanquam mancipia, viris matronisque dignitate præfulgentibus donant.

CAP. LXXXII.

Quinto Julii, cum superiori edicto foemina non paruisent, iterum per præconem proposita contentricibus mortis poena, ad Præposituram summx ædis convocantur. Quo cum venissent, vna cum pueris ab armatis per portam *Marianam* exiguntur, & vrbe diocesique interdiciuntur.

Anabaptista
pallor
agnoscuntur.

Knipperdollo
abducitur.

Proditur
a muliere.

Pœnam
vitæ
thesauri
diripiendi.

Episcopi
regis
ornatus
offertur.

CAP. LXXXIII.

*Dinara
aliorum
que sup-
plicia.*

Septimo Julii *Dinara* præcipua regina, vxor *Knipperdollingi* & *Brandesbenia* socrus illius, *Wolterissa* cum filia sua in Anabaptismum fuerentes, decollantur. Tandem die Mercurii ante festum Antonii, *Eberhardus Remenschniderus* in summo culmine domus *Jacobi Stovenii* interdum semper delituit, nocturno vero tempore, militibus (qui eas ædes occupabant) dormientibus, inedia & siti adactus clanculum prorepit, & se militum cibo faciavit, at cum modum vorando non teneret, ex diminutione ciborum Anabaptistam secum latitare suspicantur, quem cum accurate & diligenter inquirerent, inveniunt, inventum 8. Julii ad campum dominicum cum *Catbarina Borchardes* & *Casparo* filio illius protrahunt, ubi præcisus capitibus transgressionis poenas luunt. Sed quis omnes singulorum dierum cædes enumerare queat? Vrbs inde tota diripitur, omniaque bona mobilia sine discrimine in prædam vertuntur. Prædæ præfecti constituuntur, qui non solum clero & civibus ab exilio reversis, verum etiam quibusvis extraneis spolia divendunt, & primum in commune conferunt. Quædam bona ita distrahuntur, ut nulla sit fere regio *Germania*, in quam præda non sit illata. Multi etiam cives post diuturnum exilium reversi, sua bona, spoliis iam facta, non minoris quam aliena reddunt, bonorum vero immobilium possessionem gratuito recuperant, ac *Retinctorum* res immobiles in communem patriæ utilitatem atque impensarum factarum levamen confiscantur, ad quarum venditionem ex quatuor diocesis ordinibus viri graves deputantur a Principe, *Friedericus* a *Twist* Præfectus prætorio, & *Eberhardus Moringus* a *Strapa* *Furstenawensis*, a *Capitulo* *Rorus Smising* *Icholastet* & *Georgius* ab *Hatzfeld* *Burfarius*, a militari ordine *Gerhardus Morien* *Hyparchus* diocesis & *Joannes* a *Mervelt*, a civitatibus diocesis *Wilbrandus Plonies* *Consul Monasteriensis* & *Joannes* a *Graes* *consul Cosfeldiensis*.

CAP. LXXXIV.

*Tumulus
militum
in
vrbe de
præda.*

Magnus in vrbe capta motus inter prædæ præfectos & gregarios milites exoritur. Cum enim hi illorum fidem suspectam haberent, & in præda divendita male illos versatos esse suspicarentur, captos in vincula coniiciunt, & ad extorquendam rei veritatem tormentis subjiciunt, ipsosque interficere & totam urbem iterum diripere con-
stituant, quanquam cives sua iam bona numerata pecunia redemerint. Princeps, his rebus cognitis, militum furorem per literas coercet, Præfectosque prædæ excusat, ipsos nempe suam partem ex pacto sibi venditam exsoluisse, (dimidium enim prædæ, tormenta & res in curia repertas sibi pactus erat Princeps) de reliquis vero pecuniis, ex præda distra-
cta collectis, exactam rationem per Receptorum

*Literis
Episcopi
sedatur.*

tabulas militibus reddituros. Proinde eam fiducia habere, generosos ac veros milites, quibus stipendium principaliter solverit, suam civitatem sibi iam traditam cuius etiam claves sibi iam egressuro ultro obtulerint, non ulterius devastaturos, neque spoliaturos, maxime cum tam ecclesiasticis quam profanis suppellectilibus suis & res domesticas a præda Præfectis redemerint atque parata pecunia exsolverint. At hæc, etiam si in toto exercitu 20. aut 30. scelerosi & impii, qui neque iurisiurandi, neque aequitatis rationem habeant deprehendantur, se tamen confidere, reliquos generosos milites Sacramentum suum, honestatem & decus militare inviolate conservaturos. His scriptis seditiosorum animi flaccescunt, ut totus ille motus subito resederit.

CAP. LXXXV.

Princeps ad 13. diem Julii per totam diocesis publicas supplicationes indicit, ut pro insigni victoria grates Deo solvantur. Primarius quoque Clerus in gratiam & perpetuam tam præclaræ & inopinatæ victoriæ memoriam, singulis annis eum diem, qui natalem S. Joannis Baptistæ proxime subsequitur, singulari quadam solemnitate & pietate celebrandum instituit. Totus enim clerus & senatus vrbs ad templum summum coeunt, ibique eximia lustratione longo ordine prius facta, & sacramento Altaris prægesto sacrum de Trinitate peragitur, & hymni varii in laudem Dei decantantur; funduntur etiam preces ad Deum pro iis, qui contra hæc hominum monstra & Anabaptistica portentata fortiter pugnantes occubuerunt.

*Festum in
memori-
am capta
urbis.*

CAP. LXXXVI.

Die 15. Julii habitus est *Novesti* conventus, ad quem Archi Episcopus *Coloniensis*, Dux *Clivensis* ac Episcopus *Monasteriensis* de futura Reipublicæ & politicæ forma consulturi conveniunt, ne simili incommodo & seditione Romanum Imperium imposterum afficiatur & conturbetur.

CAP. LXXXVII.

Eodem quoque die comitia Imperii *Wormatiæ* sunt habita, in quibus de Anabaptistis in universum extirpandis agitur. Et Princeps noster per legatos impensas belli Anabaptistici sibi refundi petit & pactam pecuniam nondum esse solutam queritur. Cum vero pauci ordines adessent; in præiudicium absentium nihil certe decernere audebant. Indictus est itaque alius Principum Ordinumque conventus ad primum diem Novembris, in quo de belli & *Monast.* sumptibus & quæ forma Reipublicæ in illa vrbe sit instituenda, decerneretur.

*Ep. Monasteriensis re-
petitis sum-
ptibus belli
ab Imperio.*

CAP. LXXXVIII.

Rex, *Knipperdollingus* & Dominus *Bernardus Krechting* ac *Christianus Kerckeringus* compedibus manibusque constricti in diversis curiis, ne colloquia inter se misceant ad arcem *Dalmoniam* 21. Julii avehuntur, sed *Kercker-*
in itinere solus *Kerckeringus* e curru exemptus ringi sup-
plicium.

in loco ibi herbido & amœno capiti plectitur terraque obruitur. Reliqui autem, quos gravius supplicium manet, carceribus *Dulmonia* arcis includuntur.

CAP. LXXXIX.

Godefriedus a Schedelichen ac Wilckinus Ste- dingus, quibus Princeps vicem suam demandaverat, per literas 2. Augusti Principi significant, mulieres, obsidionis tempore in famis angustia vrbe elapsas & vita donatas, quotidie catervatim nunc redire. Princeps 13. Augusti respondet, nequenquam civitate donent, nisi se iureiurando sibi obstringat. Quare militibus plerisque iam exauctoratis, cives quoque ab exilio ad patrias fedes reversi, extra portam vrbs *Horstanam* evocantur & iusiurandum novum ab illis exigitur. Illi vero, se veteri iuramento, in augmentatione præstato Principi obligatos esse, & ita eodem se teneri respondent, ut novo non sit opus. Ad quod consilarii Principis: *Ipsos superius iuramentum violasse, quo custodiam vrbs Monasteriensis in utilitatem Principis & totius patriæ receperint, sed eam ita deseruerint, ut ab Anabaptistis & peregrinarum gentium hominibus infamis, non solum in Principis & totius Diœcesis, verum etiam Romani Imperii dispendium & perniciem occuparetur. Principem itaque ab integro iusiurandum poscere, & si qui id præstare non velint, a reliquo civium numero discedere iubentur.* Hos enim conclusis portis in urbem non esse admittendos decretum fuit. Illud cum cives animadverterent, necessitati parent.

CAP. XC.

Princeps tempore obsidionis, suggestione quorundam excitatus, omnia coenobii transfluviani bona esse confiscanda, & suæ mensæ vsui applicanda cogitat, cum pleræque Vestales Anabaptismo se contaminassent, & in vrbe mansissent, præter *Idam a Mervelt*, *Archivestalem*, *Ludgeram de Lintloe* ac *Sophiam de Langen*, quæ tempore obsidionis in villa sua *Holtbusa* exulabant. Quem numerum virginum sibi obstare non posse existimat; Cum vero septimo Maji 1535. *Ida* de *Mervelt* in exilio ultimum suum diem clausisset, iam se iure effecturum putat, quod mente aliquamdiu secum cogitaverat, ideoque cum superstites virgines de more *Archivestalem* novam libera electione designare cogitarent; Princeps id veruit. Quare 28. Augusti 1535. reliquis Diœcesis ordinibus supplicant, ut Principem a sententia & instituto suo flectere dignentur, ne sibi innoxius & immerentibus suum ius adimat, docentque simul quanti militaris ordinis & egenorum civitatis intersit, monasterium illud conservari. Princeps a superiori sua sententia per ordinum intercessionem abductus mentem mutat. Eligitur ergo *Ermgardis Schencking* in *Archivestalem*, atque huius electionis Princeps fit auctor.

Menckeni Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

CAP. XCI.

Cum ad primum diem Novembris impetorii ordines comitorum habendorum gratia *Wormatiam* convenissent; *Ferdinandi* Regis Legatus causas iudicium conventus commemorat, & ut præter alia secum deliberent, quomodo civitas *Monasteriensis* nuper capta & Anabaptistis erepta post hac in veteri religione contineatur. Inde Episcopi nostri legatus declarat, quantos ille toto belli tempore sumptus fecerit, quam magnum aes alienum conflaverit, quod capta vrbe, duo in ea castella novi motus & periculi reprimendi causa sint construenda, atque præsidii firmanda, quarum rerum omnium ratio haberi poterat. Ad quæ responsum est, Episcopum majorem partem prædæ, tormentaque omnia, & Reinctorum civium bona (quæ tamen omnia ad imperium pertineant) ad se solum transtulisse. Equum igitur esse, ut estimatione facta, cum impensis hæc conferantur; quid amplius desideratum fuerit, eius quoque rationem habendam esse; dimidium tamen tormentorum & immobilium Anabaptistarum bonorum in vrbe captorum imperium sibi vindicaturum. Postea decernitur primum, ut Episcopus & Civitas *Monasteriensis* pro more antiquitus recepto imperio subsint; Deinde cum per Dei gratiam Civitas *Monasteriensis* communibus Imperii sumptibus sit recuperata, eidem confirmato successoribusque Episcopis & Diœcesi cum omnibus privilegiis, immunitatibus & dominiis, non aliter quam superiores Episcopi antiquitus & ipse confirmatus ante Anabaptisticum motum vsurpavit, remanebit, neque ipse neque successores illius hanc urbem ab Imperio venditione, oppignoratione, vel quovis alio titulo alienabunt. Et cum 3.) Christiana religio non minimum sic bene constitutæ Reipublicæ fundamentum, ordines Imperii confidunt, confirmatum reliquosque diœcesis status, eam religionem, quæ imperii recessibus non adversetur, in hac quoque vrbe restauraturos. 4.) Illud etiam decernitur, iustum esse, ut tam clerus secundarius, quam primarius & alii Nobiles ædes suas, fundos, templa, pensiones, proventus, privilegia & iura omnia, quæ vel in vel extra urbem habuerunt, sine vlllo incommodo recipiant. 5.) Similiter cives omnes utriusque sexus, qui motum Anabaptisticum effugientes, vrbe excesserunt, spontaneum exilium eligere maluerunt, quam se schismate isto contaminare, in pristinam ædium suarum, redituum, pensionum aut quorumlibet bonorum immobilium, qui in vel extra urbem reliquerunt, possessionem restituentur, etiamsi literæ signatæ, exustæ, discerptæ, amissæ aut alio modo alienatæ fuerint. 6.) Si horum quidam Anabaptismo non addicti in exilio ultimum diem clauserunt, illorum bona immobilia, proventus, pensiones, omniaque iura ad heredes Anabaptismo non contaminatos devolventur. 7.) Si vero quidam

dam civium, qui vrbe exceſſerunt, Anabap-
tismo ſe polluerint, illamque ſectam ipſos
promoviſſe demonſtratum fuerit, perpetuo
exilio & confiscatione omnium bonorum
ſuorum mulctabuntur. 8) Ne autem quis
ſuſpicionibus, coniecturis aut odiis contra
ius & æquitatem opprimatur, neceſſarium
eſſe viſum eſt, vt vicini aliquot Electores &
Principes tanquam Commiſſarii deligantur,
qui legatos ſacri imperii nomine *Monaste-
rium* mittant, qui de ipſi confirmato ſuſpe-
ctis cognoſcant, vt innocentes ſuſpitione
abſoluti & purgati ſua bona recuperent, noc-
centes vero & Anabaptiſmo contaminati,
perpetuo exilio, infamia & proſcriptione
omnium bonorum puniantur. 9) Si au-
tem quidam miſeratione digni deprehend-
antur, ita cum illis, circumſtantiarum ha-
bita ratione, agatur, ne quis præter meri-
tum & æquitatem degravetur. 10) Et
eum ſacri imperii Romani ordines per obe-
dientiam civitatis *Monasterienſis* ad immenſos
ſumptus & impenſas adacti, & per impiam in-
auditamque ſchiſmatis perſaſionem, in ſum-
mum animarum, corporum & bonorum peri-
culum adducti ſunt, ne igitur in ſimile discrimen
& impendiorum magnitudinem impoſte-
rum præcipitentur, non commodior vtiliorq;
via excogitata eſt, quam vt præcipuæ mu-
nitiones vrbis *Monasterienſis* reſcindantur
& tollantur, ita tamen vt in reſciſſorum
locum cum auctoritate ſupra dictorum le-
gatorum muri vulgares ſubſtituantur, &
civitatis ſaltem nomen retineat, quæ res
non ſolum futurorum periculorum metum
propulſabit, verum etiam hæc vrbs ſuo
exemplo alias quoque Reſpublicas a ſimili
impietate & rebellionē poſthac terreat.
11) Præterea legati ſupra dicti omnes illius
civitatis munitiones præſentes inſpicient, &
inter ſe, quæ ſint reſcindendæ, conve-
nient; hinc voluntatis ſuæ decretum con-
firmato Capitulo, Nobilitati ac diœceſi ſi-
gnificabunt, & vt Imperii decretum matu-
rius exequantur, ſedulo inſtabunt, quibus
diœceſis ſtatus parebunt. 12) Ne autem in-
nocentes nocentium poenas in civilibus re-
bus perferant, vt Cives, qui vrbe exceſſe-
runt, ſi Anabaptiſmo ſe non polluerunt,
maiorum ſuorum antiquitus & ante exilium
habitam vrbis adminiſtrationem & regi-
men recipiant, Senatam, Iudicium, Mecha-
nicorum munia & cürialia conſortia reſtaur-
ent, quibus ſingulis ſua iura, privilegia, li-
bertates, immunitates & conſuetudines an-
tiquitus receptæ, ſine confirmati ſucceſſo-
rumque Episcoporum, aut cuiusvis præpe-
dimento ac interceſſione reſtituentur & in-
violabiliter remanebunt, etiamſi privilegio-
rum tabula ſignatæ, laceratæ, exuſtæ, vel
quavis ratione alienatæ fuerint, ea tamen
lege, vt confirmato debitam obedientiam
præſtent. 13.) Facta vitro citroque reſti-
tutione, vt dictum eſt, & præcipuarum fo-

riſecus erectarum munitionum reſciſſio-
ne & demolitione, ita vt imperii legati
juſſerunt confirmatus capitulum, Nobilitas
& Diœceſis ſimili modo duo propugnacu-
la ad reprimendam oppidanorum proter-
viam, poſt recuperatam vrbe in ea extru-
ctæ demolientur proſuſque tollent. 14)
Ad hæc confirmatus Capitulum, Nobilitas
& vrbis *Monasterienſis* cives, Regi Romano-
rum atque Imperii ordinibus literis ſigna-
tis neceſſario cavebunt, neque ſe, neque
ſucceſſores ſuos demolitas munitiones vn-
quam reparaturos, neque alterius formæ vi-
las, quam legis Imperii viſum fuerit, ex-
tructuros, atque hanc obligationem ſigna-
tam continuo legis tradent, qui eam in
viſum imperii in Grammathophilacium Mo-
guntinum deponent. 15) Vt autem hæc
comitiorum diſpoſitio & decreta reſtitutio
perficiatur, per *Ferdinandum* Regem Roma-
num pro commiſſariis deputantur & deſi-
gnantur Electores & Principes *Moguntinus*,
Trevirenſis, *Coloniensis*, *Juliacus*, *Haffus*, *Wil-
helmus* Generoſus a *Naffaw* Comes, & civi-
tas *Coloniensis*, vt hi ſuos legatos ad diem
lunæ poſt Dominicam Reminiſcere, quæ
fuit 5. Martii futuri anni 1536 *Tremo-
niam* mittant, qui ſine Imperii impenſis ac
ſumptibus *Monasterium*, ſuperiorem ordina-
tionem ac reſtitutionem exequendi gratia
contendant. 16) Impendia huius Legatio-
nis ac pecunia in communem uſum colla-
ta, & apud *Trevirenfem* depoſita Commiſſa-
rii recipiant.

CAP. XCII.

Cum ante ſupplicium Rex ille ſcenicus
quibusdam Principibus ſpectandus fuiſſet
exhibitus, reductus eſt *Bevergenam* atque il-
lius arcis cuſtodix firmiori concluditur,
Knipperdöllingus vero & *Krebtungus* in vin-
culis Horſtmariæ diſcretis detinentur.
Ad hos omnes diverſis quidem temporibus
Antonius Corvinus & *Joannes Kimaus* admis-
ſi de diverſis articulis colloquia miſcent,
videlicet de regno Chriſti, de magiſtrato,
de Baptiſmo, de cœnâ Domini, de matri-
monio, aliisque rebus male intellectis, cum
illis agunt. In his collationibus Rex ſcri-
pturæ ſacræ ab his viris adductæ propemo-
dum acquieſcere viſus eſt, ſed *Knipperdöllin-
gus* ac *Krebtungus* adeo ſui cerebri fuerunt,
adeo præſracti, adeo pertinaces, adeo du-
ri, vt neque ſcriptura, neque ratione vlla
mollirentur, quare in his duobus parum
fructus illa ſcripturarum collocutio ope-
ratur.

CAP. XCIII.

Tandem die Mercurii ante feſtum Anto-
nii Abbatis, quæ fuit 12. Januarii *Monaste-
rium* ad ſupplicium tranſveſti ſunt, ibique
ad diem 22. Januarii in carcere aſſervan-
tur. Ante curiam vero ex tribus commu-
nibus

nibus roboreis asseribus conuēsis scena & theatrum extruitur, vt sit locus editior, & a populari concursu remotior; in cuius medio palus numellas versatiles affixas habens eminet, vnde ad altitudinem vnus cubiti supra asseres transversum extat lignum, cui supplicio adiudicati deductis cruribus infideant. Rex pridie, cum publico Iudicio sisteretur, interrogatus, *superetne Ecclesiasten, qui se ex scriptura sacra consoletur, & cum quo de salutis aeterna negotio* (cum A postridie moriturus sit) *serio agat?* respondet: *se illud magni beneficii loco habiturum, si dominum Joannem a Syburg, Principis sacellanum ad se colloqui causa admittant.* Huius itaque opera per totam noctem vsus est; vt nihil prater suam impietatem, caedes, rapinam, impudicitiam, aliaque flagitia defleret, & detestaretur, seque decies mortem acerbissimam commeruisse diceret, ac omnes errores suos praterquam de Baptismo & humanitate Christi privatim in carcere revocaret, quod idem publice erat facturus, si licuisset. Nam cum metuerent, ipsum ea in vulgus sparsurum; vnde mali occasio fuisset orta, non sunt passi, circa tempora vltimi supplicii ipsum loqui. *Sibi quoque dolere dixit, quod Landtgraviū saluberrima consilia de nibilo duxerit, & arrogantē contempserit. Præterea se optare, Dinaram uxorem suam simili poenitudine commissorum flagitiorum duci.* Hæc enim Dinara 7. Julii cum vxore Knipperdolling est occisa. Et cum Syburgius se id ei nunciaturum diceret, *Nequaquam, inquit ille, tibi ista dicenti credet, neque illi facile persuadebis, me doctrinam meam tanquam erroneam revocasse, nisi certo signo id proberur.* Refert ergo hæc signi loco, quod illa tenentē lumen pediculorum inguinariorum latibulum, nempe cutem suam abaserit. Per totam ergo noctem Domini Syburgi colloquio & consolatione Rex fruitur, alii vero a Sacerdotum colloquio abhorrent, præsentiamque eorum averfantur, sibi Patris cœlestis præsentiam sufficere dicitantes.

CAPVT XCIV.

Inde post octavam horam antemeridianam, die 22. Januarii, portis oppidi conclusis, captivi e carceribus ad forum producantur, ibique scenam exstructam scenicus ille Rex cum suis Aulicis ascendens provolvitur in genua, Patremque suo more iteratis vicibus invocât. Hinc surgentes circumspectant, nunc carnificum turbam, nunc palum, nunc locum supplicii, nunc Principem in ædibus *Jodoci Holtbues* ex adverso sedentem, nunc populum circumfusum, nunc ferreos duos focos & carbones, prunasque cardentes ipsis impositas, nunc forcipes quatuor, ipso etiam aspectu horribiles, nunc turrim Lambertinam, ad quam ferreis receptaculis post supplicium inclusi pa-

sturi alites cœli suspenderentur, miserrimo vultu intuentur. Interea carbones folium flatu a spiculatoribus excitati strident crepitantque, ac forcipes foculis impositæ excandescunt, *Joannes Wesseling*, L. ac Iudex vrbis cum Assessoribus *Hermanno Herden* ac *Melchiore Hertzen*, aliisque iudicii ministris theatrum conscendit, atque ibi captivorum causam iudicaturus pro tribunali insidet.

CAPVT XCV.

Rex continuo acculatur, quod in Deum & Magistratum deliquisset, errores Anabaptisticos, conciliis S. patrum & legibus civilibus damnatos resuscitasset, Sacramenta omnia contaminasset, templa & ædes sacras diruisset & diripuisset, omnia sacra profanasset, seditionem excitasset, & Magistratum legitimum deiecisset, se propria auctoritate substituisse & contra ius commune Regem fecisset, maiestatisque crimine se contaminasset, cives omnibus bonis exutos, vrbeque eiectos in luctuosum exilium profligasset; quæ omnia tam sint manifesta & omnibus per Romanum Imperium tam supremi quam infimi ordinis hominibus ita sint nota, vt probatione nulla egeant. Respondet Rex: *Se quidem Magistratum, non autem Deum offendisse.* Quali vero non offendat Deum, qui ordinationem illius contemnit & evertit, *Anabaptismum & seditionem a se in perniciem Magistratus commotam atque Maiestatis læsa crimen confitetur.* Quare morti adiudicatur. Propter eadem propemodum flagitia *Knipperdolling* & *Krechtingus* mortis sententia condemnantur. Continuo carnifices Regem primum numellis inclusum & palo allegatum candentibus & ignitis forcipibus corripunt, & musculosas in toto corpore carniū pulpas apprehendant, quæ ad singulos tactus manifestam flammam emittunt; vnde tantus exhalat foetor, vt omnium in foro stantium nares graviter offenderentur. Simili poena & reliqui afficiuntur, intolerabilius tamen & impatientius cruciatus istos perferri videntur, quam Rex ipse, pluribus enim lamentis & vocibus dolorem testantur.

Knipperdollingus autem cum horrendi cruciatus aspectu tetricus obtupesceret subsidens numella, qua alligatus stipiti fuerat, guttur elidere & mortem maturare contendit. Quod cum carnifices sentirent, ipsum erigunt & restim per os hians inter dentes ita ductant, vt neque subsidere, neque gulam frangere, neque se represso spiritu & vocali arteria clausa suffocare posset. Post diuturnum supplicium, cum adhuc viventes palpitent, gutturam candente forcipe corripunt, ignisque fervore constringunt, pariterque suam in pectore singulorum, quantum vi possunt, adigunt, vt vulnerata vitæ cæditius occumbant. Inde cadavera eorum

Rex Anabapt. deplorat flagitia sua.

Reliquorum per sinacia.

Rex cum collegis producit ad supplicii locum.

Publice accusatur.

Rex se defendit.

Forcipibus ignitis aduruntur.

Knipperdollingus mortem nequit quam vult maturare.

Corpora
fiscellis
ferreis
suspensi-
duntur.

ad coemiterium Lambertinum devecia cor-
pibus seu fiscellis ferreis & cancellatis im-
ponuntur, numellis quibusdam erecta in iis
sustinentur, & supremæ parti turris Lamber-
tinæ ad latus australe ita affiguntur, vt Rex
in medio eminentiorem locum, reliqui ve-
ro humiliorem vtrimque obtineant. Vbi
etiam nunc in perpetuam rei memoriam
carne & ossibus absumptis corbes affixæ con-
spiciuntur, forcipes vero, quibus excruciat
sunt, in columnis Domus senatoriæ suspen-
sæ in medio foro visuntur, vt seditionis &
Magistratui legitimo non parentibus sint
exemplo & terrori.

C. A. P. XCVI.

Nomina Senatorum per Principem
designatorum.

Bertholdus Travekmann Consul, Joannes
Bissping. Ædilis, Lambertus Buck, Henricus
Droste, Joannes Warendörp in Evinghove, Her-
mannus Schencking, Arnoldus Drolsbagen,
Bernardus de Timmen, Henricus Steving, Eber-
winus Droste, Egbertus Clevern, Albertus Cle-
vern.

E civium numero Senatores:

Wilbrandus Plonier Consul, Theodorus
Münstermann Ædilis, Borchardus Heerde, Her-
mannus Heerde, Joannes Heering, Bernardus
Gruüter, Gerhardus Averbagen, Joannes Buth-
man, Jodocus Schmitzbus, Bernardus Grolle,
Jacobus Stoye, Hermannus Jonas, Nicolaus ab
Affelen, pylorus. Reliqua senatoria officia
& a Consulibus & a Senatu (quem Princeps
hereditarium esse voluit) constitui, per-
missum est.

C. A. P. XCVII.

Quantum damni *Ruinæ* in demoliendis
templis vrbi intulerint, magnitudo impen-
sarum & reparacionum unius templi domi-
nici collocata satis declarat, quæ 7900. flo-
renos aureos excedebat, præter diuidium
plumbi & Orichalci in vsum tecti a Princi-
pe donati, præter 1800. quercus a Dominis
primarii Cleri & vicariis templi summi a cœ-
nobis diversis dono datis, ac præter vi-
treas fenestras, partim Principis, partim Co-
mitis *Benthemensis*, partim nobilium Cano-
nicorum, partim sexcentorum diversorum
testamentorum sumptibus reparatas, & pri-
stino nitori restitutas. Anno 1537. 2. De-
cembris prima dominica adventus reconci-
liatum fuit summum templum Divi Pauli,
per Reverendum D. Joannem Bischoping sus-
fraganeum.

C. A. P. XCVIII.

Anno 1553. in festo Stephani Protomar-
tyris ad summum templum in antiquo cho-
ro a meridie Præfecti curiarum, non curiis
sed Senatui iuratos esse debere, atque de
perfecta ac omnibus humeris absoluta pri-
vilegiarum recuperacione inter se consulta-

verunt, placuitque tandem, die lunæ
post trinum Regum, quæ fuit nona Januarii
supplicibus scriptis pro restitutione pristi-
narum libertatum Senatui adoriri. Cum
etiam intellexissent, non solum Sena-
tum, verum etiam totam civitatem &
omnes cives in pristinum statum a Principe
restitutos esse, sed a Senatu eam libertatem
supprimi. Fuit autem Supplicationis sen-
tentia:

Cum 1534. Anabaptismus in vrbe in-
valuerit, atque ita divina pariter & huma-
na contaminaverit, ita summa imis & ima-
summis miscuerit, vt nihil sibi in vrbe tu-
tum esse, sed omnia ad manifestam vim &
ad arma spectare, omnia cædibus & rapi-
nis intra mœnia fervere intellexerint, id-
eoque quosdam suorum iusto motu ada-
ctos vrbe sponte sua excessisse, quosdam et-
iam ab ipsis sectariis omnibus bonis, pa-
tria, vxoribus & liberis charissimis orbatos
in luctuosum exilium invitos exactos mise-
ram vitam foris egisse. Principi opem ad-
versus violentos vrbis detentores tulisse,
in fide & iuris iurandi religione semper per-
mansisse, obsidionisque finem expectasse,
Principem vero ne innocentes nocentium
pœnis implicentur, miseria & calamitate
civium permotum, omnium privilegiorum
libertatumque pristinorum post recupera-
tionem vrbis restitutionem integram non
solum *Hiltropia* & *Grevonia*, verum etiam
Telgeri ex singulari gratia addixisse.
Quod promissum Principem sine dubio
iamdudum præstitisse confidunt, sicut etiam
a quibusdam infimis Senatorii ordinis vi-
ris superioribus annis acceperint, quod et-
iam huc vsque sine magno civium in-
commodo dilatum est.

Quare se propterea
Deum & publicum bonum, quod promo-
vere nunquam destiterint obsecrare, vt
Senatus antiqua privilegia & libertates ci-
vium (si a Principis indulgentia receperit)
sibi restituat. Quod si precibus vllis illud
consequi queant, se obedientiæ obsequia
quovis officio sponte sua libenter promer-
turos; se tamen benignum & clemens Se-
natus responsum, quid horum facturum sit,
exoptare.

Respondet Senatus: In sua potestate non
esse, sine Principis scitu & permissu, propterea
præstitum a se iusiurandum, plus civibus resti-
tuere, quam factum sit. Si vero quid a Prin-
cipe impetrare possint, se ferre posse. Hinc
Præfecti curiarum eo responso non fatiati,
die Jovis post Antonium 19. Januarii de ea-
dem re Senatui supplicavit. *Se enim Principi
ob varias causas & contentiones, inde forse
orituras, molestos non fore, si vero a Senatu ex-
actam libertatum restitutionem nunc consequi
non possint, articulis saltem subsequensibus in-
gratiam curiarum suam auctoritatem ad plebem
mitigandam & a motu coercendam interpo-
nant.* Primum vt, permittente Senatu, quorum
opifi.

Litteræ
earum
ad Se-
natum.

Summus
repara-
tioms
templi
cathed-
ralis.

1537.

1553.
Onificum
curiæ
petunt a
Senatu
restitu-
tionem
privile-
giorum.

Respon-
sio Sena-
tus.

Petunt
curiæ in-
terim

*dam sal-
tem ar-
eiculo-
rum con-
firma-
tionem.*

opificum curiæ libere cum volent conve-
niant. 2) Ut ratio accepti & expensi in cu-
riis coram præfectis suis & non Senatu fiat.
3) Ut Ministri, quos nuncios vocant, non
Senatui sed suis curiis sint iurati. 4) Ut
curiarum præfecti non a Senatu, sed a curiis
suis eligantur. 5) Ut Duumviri ab omni-
bus opificum curiis designentur, qui quo-
ties opus sit, causas suas in Senatu agant.
6) Ut singulæ curiæ ædes suas voluntate sua
non abalienatas recuperent. 7) Ut cuius-
libet curiæ præfectus in sua curia iubendi
vetandique auctoritatem habeat. Hæc
cum non iniqua postulata esse videantur, a
Senatu etiam non consulto Principe per-
mitti posse, se non dubitare. Quare super
his clemens responsum efflagitare, quo ple-
be hac vice gratificentur; se vicissim ad
quævis officia fore paratissimos.

CAP. XCIX.

Hæc scripta per *Gerhardum Vorbeiden* co-
gnomento *Oswald* Aurifabrum & *Joannem*
Brinck sutorem, viros linguæ beneficio
non incelebres ad consulem *Hermannum Her-*
den omnium curiarum nomine perferun-
tur. His a Senatu lectis 20. Januarii sic re-
sponsum est:

*Senatus
litera.*

Cum Senatus ex oblati articulis dili-
genter pensatisprehenderit & cognove-
rit, ita eos esse dispositos, ut Senatui pro-
pter interpositum iusiurandum, quo Prin-
cipi super restitutionem impetrata sit obstri-
ctus, minime eos approbare, neque iis ci-
tra infamiam notam auctoritatem suam sibi
interponere liceat, Senatus etiam hoc sibi
persuadet, præfectos curiarum se adversus
pactiones suas & iusiurandum non degra-
vatos, nedum ab eo postulatos, quod
in sua non sit potestate. Si vero opifi-
cum curia aut eorum præfecti aliquid am-
plius, quam Senatus huc usque præstitit,
apud Principem in suum commodum effi-
cere & impetrare possint, Senatum id ferre
posse, si iuramentum sibi remittatur, hono-
risque integritas & existimatio sibi maneat
salva. Vult Senatus hoc responso, Præ-
fectos curiarum & quoslibet quam dili-
gentissime admonitos esse, ut quisque suæ
fidei & iurisiurandi memor in hac causa
hoc agat, ne inde alia incommoda, mole-
stia, pericula & clades Senatui, aut quibus-
libet huius urbis incolis, emergant.

CAP. C.

Ex hoc Senatus responso & comminatio-
nis appendicè curiarum Præfecti sibi capti-
vitatem & extrema pericula esse metuenda
Imaginantur, Ideoque omnes opificum curi-
as in coenobium Minoritarum amplissimum
26. Januarii convocant, atque ibi se
omnes iureiurando solenniter & arctissime
devinciunt, se Senatus vim adversus etiam

*Coniu-
ratio opi-
ficum*

minimum in curiis intentatum, & bonorum
dispendio & vitæ periculo acerrime vindic-
caturos. Hac coniuratione facta securius
& confidentius rei iam conficiendæ infi-
stunt, & tertiam supplicationem 30. Janua-
rii Senatui offerunt, cuius hic sensus est:

Cum inter Senatum & se, recuperando
rum privilegiorum & civilis libertatis red-
dendæ causa aliquamdiu contentiones fue-
runt, & in superiori supplicatione aliquot
voce positæ sint, quæ Senatum forte of-
fenderint, quæ ita intellectæ, quasi curiæ
pluribus novationibus Senatum imposte-
rum sint molestaturæ; ad quod respon-
deant, Deum novisse, quod nihil adversus
Principem & Senatum moliantur, nihil
nisi pacem & tranquillitatem, amicitiam
quæ inter cives & Senatum quærere. Si
vero quid iudicio Magistratus in superio-
ri supplicatione & inertiis articulis depre-
hensum fuerit, quod iniustum & non fe-
rendum existimaverint, se iudicio Magi-
stratus sui submissuros, atque illud, quod
æquitas & honestas exegerit, libenter fa-
cturos. Sed se efflagitare, ut Senatus suo
iudicio declaret, quos articulos admitten-
dos, aut rejiciendos censeat, ut finita tan-
dem controversia tranquillitas in eius lo-
cum succedat, coalescat & perpetuo con-
servetur. Obnixè se quoque rogare, ut
hanc causam ad animum revocet, melio-
rique mentis parte varia incommoda hinc
emergura pertractet, articulos, quos æquita-
ti & utilitati non adversari existimet, ad-
mittat, Principisque assensum in gratiam
civilis commodi, ad quod promovendum
nati sunt, impetret. Ad hæc pensitet
Monasteriensem civitatem sine opificum pri-
vilegiis & iustis conventibus non posse
conservari. Quid in hac re sibi sit speran-
dum, responderi postulant.

CAP. CI.

Hæc controversia per Senatum ad Prin-
cipem refertur, qui eam componendi cau-
sa nobilem ac Generosum *Joannem* Comi-
tem de *Waldeck*, *Wendelinum Kobbecher* Ar-
chigrammateum ac *M. Joannem Mensingh* si-
bi a secretis die dominica Reminiscere in
urbem mittit, hi subsequenti die articulos
curiarum controversos sursum deorsumque
per dies aliquot in multis conventibus vol-
vunt, & cum inter conferendum vtri-
que tam a Senatu quam curiarum Præfectis
multa adjicerentur, ita ut longa disputatio-
ne causa multo intricatior paulatim redde-
retur, & animi vtriusque exasperarentur,
placuit igitur coram consiliariis acta ad Prin-
cipem referre, & articulorum adhuc in
contentione positorum, iudicium & decre-
tum ab ipso expectare. Sic consiliarii re-
infecta ante Dominicam Lætare redeunt, &
articulos ad Principem transportant.

CAP. CII.

Cum ergo Princeps propter oppressio-
nem Ducis Brunsvicensis *Monasterii* ad tem-
pus se contineret, ne restitutionis nego-
tium, iamdudum coeptum interciderat & ne-
gligatur, utile visum est, tam ex civium
communitate, quam ex curiis paucos desi-
gnare, quorum fidei res ista committatur.
Solet enim consultantium multitudo se-
gnius commissa negotia expedire. Ex cu-
riis itaque eliguntur *Caspar Judefeld*, *Ger-
bardus Oswald* Aurifaber, *Joannes zum
Brinck* tutor, *Paulus Horstmann*, *Jodocus Mo-
derfonne* & *Henricus Schwarend* Pistor. Ex
communitate civium, qui non sunt in cu-
riis, totidem scilicet *Joannes Wesseling*, Do-
ctor physicus, *Petrus Corler*, *Bernardus Heer-
de*, *Magnus Sticker*, *Hermannus Buermann*, &
Matthias Imper. Hi in diversis conventi-
bus variis modis rem cum Senatu volunt;
tandem post multas vltro citroque privile-
giorum retinendorum causa habitas consul-
tationes, ne diutius his frivolis & invtili-
bus contentionibus involvant, placuit, vt
Princeps articulis sibi ante dominicam *Læ-
tare Bevergernam* missis, in quos vtrunque
conventum sit, suum decretum & auctori-
tatem interponat, in contentione vero ad-
huc postos pro suo arbitrio clementer de-
cidat, Senatum enim & Plebejos praefectos
omnia censura & iudicio Principis subiecisse.
Designantur ergo vtriusque consensu
legati ad Principem, qui illud impetrent, &
Joannes Wesseling Dr. & *Petrus Corler* mit-
tuntur. Hi cum propter negotia dioecesa-
na, quibus Princeps implicitus fuit, ad Le-
gationem obeundam non essent admissi,
Wendelino Archigrammateo rem commemo-
rant, qui se eam data occasione ad Principem
relaturum recipit, & vt responsum
operiantur, iubet. Hic post modicum tem-
pus reversus narrat, *Principi nihil gratius hoc*

*Episco-
pus par-
tes ad
amicabi-
lem inter
se com-
positio-
nem hor-
tatur.* maxime tempore accidere potuisse, quam quod
cives in Senatus diuturna illa disputatione ex-
plosa in mutuam gratiam sint reversi, & ita in-
ter se convenerint, vt sequestro non magno pe-
re opus habeant. Nunc ergo cum sibi, quae ci-
vitatibus sit conditio, quaeve Respublica prosint &
obsint vitilitati, parum cognitum sit, se ipsis
permittere, vt pro suo arbitrio certas leges po-
liticas, quibus solida pax, tranquillitas non si-
mulata, & commodum publicum queratur,
consciant. Principem eas, quacunque etiam
suerint approbaturum & consignaturum, & si
quid facta restitutioni desit, se additurum, Se-
natus iusturandum superioris restitutionis no-
vum de curiis non recipiendis praestitum clemen-
ter remissurum. Se enim circa civitatem non
aliter affectum esse, quam vt iura, libertas,
immunitas & privilegia omnia a maioribus an-
te baptismum usurpata, absolutissime recipiat,
& si quid amplius velit, se non negaturum.

CAP. CIII.

Hoc responsum civibus quidem placuit,
Senatui vero minime, apud quem legati su-
periores plebei favoris suspecti esse coepe-
runt, quasi aut male legatione functi, aut
responsum Principis ex fide non retulerint.
Alia igitur legatio decernitur, in qua fue-
runt *Hermannus Heerde* & *Joannes Bischoping*
consules, *Christianus a Wyck* Doctor & Syn-
dicus, quibus e civium numero, *Casparus
Judefeld*, & *Gerbardus Oswald* adiungun-
tur. Hi ad Principem admissi commemo-
rant, Senatum opificumque curias atque to-
tam civitatis *Monasteriensis* communitatem
Wesselingum & *Corlerum* legationem obeun-
di gratia ad Principem misisse, cum autem
responsum sit visum obscurum & perple-
xum, neque satis sibi compertum habeant,
perperamne legationem obiverint, an male
intellecta pro responso retulerint. Se ergo
constans & solidum responsum petikum ad-
esse, ne quid novi dissidii suboriat. Ibi
tunc Archigrammateus *Wendelinus*, quid le-
gati superiores petiverint, quidve iussu
Principis responsi acceperint, edisserit.
Et cum Legati isti hoc responsum ne qui-
dem digitum a superiore discrepare anim-
adverterent, partim pudefacti & offensi,
partim læti & gestientes, Principi gratiam
agunt, & abituriunt. Priusquam vero re-
cederent, Princeps per *Wendelinum* ipsis
proponit, cum Dioecesi *Mindensem* desere-
re & resignare cogatur, ne Dioecesis *Mon-
asteriensis* incendiis, dissidiis & deprædationi-
bus a *Philippo Magno* perdatur funditus
& devastetur, ac suos malevolos aliquid no-
vi superioris potissimum restitutionis nomi-
ne adversus se moliri advertat. Deinde se
scire percipere, quid sibi in hac rerum an-
gustia a civitate *Monasteriensi* sit sperandum.
Legati se illud ad suos pro solido responso
relaturos recipiunt.

CAP. CIV.

Hic digressi, magna est subita inter ipsos
super responso Principis controversia, *Lites ni-
hilo se-
cius con-
tinuan-
tur.* dum Senatores strictius, plebeji fufius vero
illud interpretarentur, ac omnia sibi privi-
legia pristina restituta esse dicerent; Sena-
tores autem, ea esse restituta tantum, quæ
ad pacem & publicum bonum faciunt, con-
tenderent. In hac logomachia *Wesselingus*,
Non est mirum, inquit, *Corlerum* & me sena-
tui fuisse suspectos, cum vterque consul & Syn-
dicus de eo responso a Principe audito cum *Ju-
defeldo* & *Oswaldo* controversentur, sed ut
tandem omnium controversiarum sit finis, sibi
utile videri, vt accitis ad se vtrunque pluribus
retribus, denuo Principem explicationem respon-
si petikum adeant. Quæ sententia cum pla-
cuisset, designantur ad hanc rem expedien-
dam, *Hermannus Heerde* Consul, *Henricus*

Travellmann, Hermannus Ossenbrugge & Hermannus Merineman, Senatores; ex parte vero plebis, Casparus Iudefeld, Gerhardus Oswald, Joannes Wesseling D. & Petrus Corler, qui hora tertia pomeridiana Principem adirent. Hermannus a Heerde priusquam Principem adorirentur, in consultatione proponit, sine consultum Principem tot implicitum culis, tot obrutum sollicitudinibus, tot occupatum curarum discriminibus, tot Principum ac rerum publicarum legatis ac consiliariis septuaginta iterum aggredi, ad quæ Westlingus: *Cum capitulum & Equester ordo in horas fere singulas, cum Principe clanculum loquantur, non tamen ipsum hinc in suspicionem adduci posse; præterea cum civitas Monasteriensis quantum huius diocesis ordinem constituat, neminem posse offendi, si Senatus de rebus suis cum Principe agat.* Reditur itaque ad Principem, explicatio prioris responsi ab Herdeno petitur. Hinc digressis legatis, Wendelinus prolata e pera scriptura, ibi in consiliarium Principis coetu refert, sibi a Principe imperatum esse, ut responsum in superioribus diebus legatis civitatis *Monasteriensis* datum conscribat; illud se in manu præfens gestare. Iubet igitur Princeps legatis illud prælegi, quod cum lectum esset, Princeps eam esse suam sententiam viva voce confirmat. Hujus scripturæ exemplum propria Principis manu communitum utriusque contendentes impetrant. His ita peractis, Princeps sibi responderi postulat ad ea, quæ in superiori conventu proposuerit. Ad quæ consul, *Senatum non aliter erga suam Principem affectum esse, quam probos & fideles subditos deceat.* Iudefeldus vero nomine civium respondet, *Cives ita erga Principem animatos esse, ut non solum bona, verum etiam vitam cum sanguine pro salute Principis periculo exponere non pertimescant.* Addit hinc Oswald, *Cives muros & totius urbis suæ excidium ac eversionem prius laturos, quam Principem deserturos, & si in hisce rerum angustiis ipsi, quæ ad principalem sustentationem pertinere videbuntur, deficiant, Cives de bonis suis contributionem facturos, imo suis manibus præsidia quaesituros priusquam ipsum in hac necessitate destituant.* Quæ vox Oswaldi adeo solliciti Principis animum erigit & confirmat, ut & lacrymas præ gaudio & magnam moeroris partem exenteret, quod inde patescit, cum denudato capite, viva voce civium benevolentiae gratias ageret, suumque favorem singulari urbi polliceretur.

CAP. CV.

Hinc cum pax ab hoste esset emta, Princeps *Bevergernam* contendit, unde duo exemplaria sui superioris responsi propria manu confirmata, alterum Senatui, alterum vero plebejis remittit. Mox iterum de privilegiis inter se altercantur. *Wickius* dicit, aliter illa exemplaria responsi nunc esse scripta, quam in conspectu Principis recitata

sint; Senatui itaque iterum declarationis gratia ad Principem dedisse literas & responsum se operiri. Hæc ubi plebeji præfecti accepissent, vehementer exacerbati sunt, existimantes benignum clementemque Principem mendaciis & simulationibus onerare, falsamque scripturam dicere, quam Archigrammateus scripserit, quam publice recitaverit, & quam Princeps urbis signo chirographo suo confirmavit. Nunc tandem in confesso esse, cuius culpa (quam promeritum in bonum Principem semper conjece-<sup>Indigna-
tio opifi-
cum.</sup>) restitutio privilegiorum huc usque procrastinata sit. Et cum dicerent, se ad plebem ista cum querimonia laturos; singuli Senatores sibi metuentes rogant & obsecrant, ne quid turbarum concitent, sed ut responsum principalis declarationis operiantur. Quod præfectis ea tandem lege placuit, ut responsum allatum sibi recitetur. Hoc cum in Curia graphiara legeretur & Senatus eo satis acerbe perstringeretur, præfecti plebeji non immerito id fieri dictitantes, vident. Iam certa spe concordiae plebeji ordinis præfecti conventum cum patribus impetrant. Et cum de restitutione antiquorum privilegiorum, deque solida & maiorum more politice forma habita, coeptum est agi; ibi tum *Wickius* Senatui, inquit, *ferre posse, ut Princeps & præfecti plebeji ordinis politicam formam pro suo arbitrio faciant, Senatui neque consilio, neque factis suis ullo modo se immisurum.* Inde terrificum exoritur murmur & parum a motu publico sanguinisque effusione abfuisse, nisi præfecti se coercuissent. Sedato itaque murmure, *Hermannus Heerde* Consul inquit: *Si scirem huius dissidii auctorem, ego tanquam Hermannus Heerde eius memor essem.* Pollebat enim & auctoritate & potentia in urbe. Ad quæ *Wesselingus*, *Sene* eum esse existimaret? Consul, se eum minime putare respondet: *Si*, inquit *Wesslingus*, *se auctorem esse existimaret, vi atque injuria se affici.* Non enim se sponte sua his rebus ingessisse sed Senatui rogatu & civium impulsu, neque quicquam aliud, quam pacem, tranquillitatem & commodum publicum huius civitatis unquam quaesivisse. Se vehementer mirari, cum neque lupi, neque ursi, neque indomita fera sint, sed unius civitatis incolæ, unius Reipublicæ membra, uno muros & munitionum ambitu circumdati, quod ita inter se sevant, ita disceptent, ita cumulantur, cum neque nova, neque insitata, neque iniqua, aut a publica pace aliena, neque Senatui ullum incommodum allatura, sed a multis seculis usitatissima, iusta, pacifica, & toti civitati profutura petantur. Cur igitur inter se non consentiant, cum Princeps clementer omnia ita restituerit, ut etiam Senatus civiumque arbitrio omnia fieri permiserit, ad quæ responsum fuerit, sibi placere omnia, quacunque Principi placeant, cuius iudicio & censura se cuncta committere velle, ut plebeji præfecti idem faciant. Et ita utrimque exacerbati digrediuntur.

Cives Monasterii. Episcopo fidem de ditissimi man pollicentur.

Gaudium Episcopi.

Senatus novam altercationem excusator.

CAP. CVI.

Post aliquot dies eadem de re acturi iterum; conveniunt, Senatus in superiori sententia perseverat, nempe ut omnia Principis censuræ vtriusque committantur, se scriptis suis mentem suam Principi significaturum, ut & idem præfecti faciant, poscit. Plebeji præfecti, cum Senatum ab ea sententia dimoveri non posse adverterent, non idem consentiunt.

CAP. CVII.

Dum hæc aguntur, *Weslingus* in febrim incidit, ita ut superioribus conventibus interesse non posset, quare scripta a præfectis seu deputatis plebeji ordinis ad Principem (ut convenerant) mittenda ad lectum decumbentis *Weslingi*, ut eius consilium, (explorent) *Oswaldus & Joannes zum Brinck* defecerunt. Qui cum tremulo paroxismo laboraret, iussit illos subsequenti die ad se redire. Reversi rogant, ut oblato scripti censuram exprimat, quod se facturum recipit, si ad se omnes delecti convocentur. His itaque primum convocatis, primum suam ægritudinem excusat, inde sibi minime placere commemorat, quod ad arbitrium Principis nunc iterum omnia rejecerint. Respondent, *Senatum hoc voluisse, seque cum illo in hoc hesternæ die convenisse.* At *Weslingus*, ipsos, cum sint undecim numero, se quidem inconsulto facere potuisse, sed ne ex hac re majus in hanc Rempubl. malum irreat, metuendum esse. Proinde se coram omnibus protestari, quod in hoc non consentiat, neque unquam consensurus sit. Hæc cum *Borchardus Heerde Junior* audivisset, neque se superioris diei consultationi interfuisse neque decretum istius approbasse dicit. Quare *Casparus Iudefeld* a *Weslingo* rationem suæ sententiæ exquirat. Ad quod *Weslingus*, sibi ita Principis animum perspectum esse respondet, ut hanc causam remissionem, qua molestia insigni non careat, agerrime sit laturus, neque facile suum decretum interpositurus, cum neque Senatum, multo minus cives universos sit offensurus. In hac enim urbe proxime post Deum omnem suam fiduciam in ipsam repositam habere, ideoque cum existimaret, patres huius urbis cum plebe reconciliatos esse, maiori cum gaudio ipsum superioribus diebus hinc emigrasse. Secundo, posse multa interdiceret, ut hac causa remissio apud Principem in oblivionem veniat; ipsum esse & annis & gravi morore, ob bella varia aliasque molestias fractum. Si igitur, quod metuendum sit, mori contigerit, quam faciem Reipublicæ *Monasteriensis* tunc fore sibi persvadent? Hoc se cum perpenderit; se in manibus habere libertatem urbis a Principe donatam, quam si iterum in Principem transtulerint, cum in acerbam & perpetuam servitutem (qua etiam universam posteritatem premet) malevolorum suggestionem posse commutari. Hæc cum dixisset, alium alium respectat, omnes tamen *Weslingo* ta-

citi assentiuntur. At *Borchardus Herde* hæc in verba erumpit: se nunquam id probaturum, ut causa privilegiorum ad Principem remittatur, etiamsi vita, bonorumque omnium periculum sibi paratum esse sciat. Hinc sedatius se cum consultant, quibus malis Senatum a remissionis opinione avocent, sed cum in hanc se consensisse sciant, non melioribus se rationibus vii posse, quam a *Weslingo & Heerdeno* acceperint. Rogant prout hos viros, si Senatus perfractæ remissionem urserit, ut sibi huius consilii auctores nominatim prodece liceat, neque sibi quicquam mali metuant. Se enim etiam ad sanguinis usque effusionem omnes cives defensores habituros. *Weslingus & Herdenus* exorari se sinunt, sed ne prodantur, nisi summe necessarium fuerit itur inde, ad curiam a longa altercatione, cum Senatu super remissione, quam pertinaciter urgebat, disputatur. Cum autem Senatus nullis precibus flecteretur, tandem ad ultimum asylum plebei præfecti confugientes, quod *Weslingus & Heerdenus* confulerint, proponunt, & ut illud, quo pollent rerum iudicio accuratius expendant, ne Senatus culpa tota Respubl. & univ. posteritas periclitetur. Hæc ubi Senatus intellexisset, & secum altius examinasset, mitior rediit, cum plebeis præfectis negotium restitutionis, sine mora absolvit, tabulas pro vtriusque arbitrio conscriptas die Martis post Exaudi 16. Maji 1553. ad Principem signandas transmittit, qui eas signatas die solis subsequenti remittit, quarum hæc est sententia:

Restitutio postrema Episcopi ad verbum translata.

Nos *Franciscus* Dei gratia Episcopus *Monasteriensis & Osnabrugensis*, notum facimus, Solemni confirmatio & plebiscito & Senatus restitutio privilegiorum Senatus Civ. Monasteriensis. Nos prædictæ civitatis, *Hiltropie & Grevoniacæ* atque aliis in locis ipsis promissimus, omnes antiquas & laudabiles libertates & civilia privilegia, approbante & confirmante eadem imperiali Maiestate, præter curias & *Gyladas*, quas non ferendas esse existimavimus, ex certa fiducia clementer restituimus, ut & politicas leges, plebiscita, publicam pacem & civilem utilitatem potissimum promoventia conderent, conscriberent & publicarent, ne cives habeant, quod querantur. Cum vero manifeste nunc deprehendatur, quod opificum curiæ reliquique cives superiori illa legum politicarum constitutiones in suspendium, quotidiani alimenti sui & pristinae libertatis, civiliumque privilegiorum cladem urgente plurimum degravarentur, variasque querimonias eo nomine ad eos adferrent; proinde ad conservandam

dam pacem & concordiam & vitandam similitudinem & perniciosum motum, qui inter Senatum & opificum curias univrsamque civium communitatem prædictæ civitatis nostræ Monasteriensis emergere & enasci queat, has contentiones & querelas Nobili ac Generoso Joanni Comiti a Waldeck sanguine nobis iuncto, Wendelino Kobbecker ac Joanni Mensingh nobis a consiliis clementer vtrimque exaudiendas, discutendas & componendas commisimus. Verum cum eo conventu pax non ita commode conciliari posset, & controversi quidam Articuli decisioni & decreto nostro offerrentur; principalem causam hanc animo diligenter expendimus, & cum privilegia politica, libertatesque civiles a nobis donatas cum omnibus suis circumstantiis accuratius mente perpetrassimus eas in hanc formam & hos articulos (Cæsariæ tamen Maiestatis approbatione & confirmatione semper salva) commutavimus, correximus & disposuimus, uti etiam in præsentiarum & virtute harum literarum sigillatarum commutamus, corrigimus & disponimus, publice iubentes & volentes.

1) Vt Senatus electio eo modo fiat, quo ante centenos aliquot annos & supra hominum memoriam in usu fuerit, sicut Senatus & curiarum, totiusque civilis communitatis præfecti, super his latius sine nostra/successorumve novâ confirmatione & approbatione convenire & mutuo pacisci habent.

2) Vt Senatus anniversariam suam rationem, more maiorum, & sicut antiquitus ante urbem clausam factitatum est, reddat.

3) Curias opificum, quas Gylde vocabant, & reliquos cives, in omnes antiquas & laudabiles immunitates, libertates & iura restitimus & imperatoria approbatione salva, restituta esse volumus, ut tamen in negotiationibus & victu quærendo honeste & pie se gerant Magistratuique suo obtemperent. Confirmamus etiam quicquam a Consulibus Senatu & plebejis præfectis, ad conservandam pacem & tranquillitatem in hac Republica in posterum unanimiter constitutum ac decretum fuerit. Si vero hac in re controversia inter ipsos inciderit, quam mutuo dirimere non possint, ea nostro successorumve nostrorum decreto absque villo latiori effugio decidetur. Omnis etiam similitudo, odium, discordia, malevolentia & diffidentia inter Senatum & plebem in perpetuum erunt sublata. Et ne Senatus suo honori & existimationi quicquam decedere putet, Jusiurandum supe-

rioris restitutionis nomine præstitum, omnino remittimus. Vt autem semota omni fraude doloque plenissimum robur his literis tribuatur, ea signo nostro maiori communivimus, Datum Bevergerne, Mercurii post Exaudi Anno Domini 1535.

CAP. CVIII.

Monasterium non satis sibi esse putavit, se in pristinum statum restitutum, nisi & restitutionis Episcopalis confirmationem, ab Imperatoria Majestate consequeretur. Hanc itaque a Carolo eius nominis Quinto Bruxellæ 1553. die 26. Junii feliciter impetrat; Faxit Deus, ut ea feliciter utatur! Huius restitutionis Episcopalis exemplum cum Archetypo collatum & Francisci Wernerii curiæ Amanuensis subscriptione corroboratum plebeji ordinis præfectis 27. Junii conservandum traditur; Archetypus vero Senatus Archivo committitur.

CAP. CIX.

Princeps autem cum irrecuperabilem ^{Morbis} Dioecesum suarum iacturam & maxime ^{Episcopi} Dioecesis Mindensis vi extortam resignationem ^{ex animi} Iburgicæque arcis sibi ademtæ direptionem ^{agritudine.} secum aliquamdiu acerbe volveret, mœrore gravi conturbari & affigitur, qui ita radices in animo agit, ut nullis locorum mutationibus, nullis medicorum pharmacis, nullis aliarum rerum oblectamentis eximi posset, & ita in singulos dies auctus incrudescit, ut in arce Walbecka 12. Julii cor & membra vitalia invaderet, perque omnia membra paulatim serperet. Vbi bonus Princeps supremum sibi diem imminere advertit, salutari se viatico communit, & piis sacrarum literarum commonitionibus Domini Hermanni Ketbenii animatus, 15. Julii naturæ legibus satisfacit & in Domino obdormit. Dominus optimus maximus lætam & felicem resurrectionem huic patri patriæ per infinitam misericordiam suam largiatur! Amen. Postridie funus in civitatem vectum solenni pompa, tota fere vrbe lugente, in templo Dominico ad Australe latum, cui post obsidionem fenestram illustrem dederat, sepelitur, sacrophagusque a pavimento paululum elevatus, cum insigni hac scriptura imponitur: FRANCISCVS ^{Mors.} Inscr. Dei gratia Episcopus Monasteriensis & Osna-brugensis, Administrator Ecclesie Mindensis, de generosa & illustri Comitum de WALBECH familia ortus, hic sepultus est, qui hanc urbem ab Anabaptistis occupatam, post longam & difficilem obsidionem civibus tandem restituit. Obiit autem 15. Julii 1553. circa horam septimam in arce Walbeck, cuius anima requiescat in pace, Amen.

CAP. CX.

1554.
Electio
Senatus
Monast.

Deinde 1554. die Martis post Antonii, more antiquitus servato, a suffragatoribus tribuum designatis, electus est Senatus. Fuerunt autem suffragatores, ex tribu Martiana, *Henricus Rotgers, Eberhardus Judesfeld;* ex Lambertio, *Joannes Hollebuer, Franciscus Coesveldt;* ex Ludgeriana, *Nicolaus Mund, Christianus Moderföbn;* ex Ægidiana, *Bertholdus Voss, Albertus Wulfart;* ex Mariana, *Magnus Sticker, Gerhardus Villich.* In hac electione libera Senatu removentur, *Bernhardus Holtoppffel, Henricus Warrendorff, Thomas a Wieck, Albardus Droste, Hermannus Schenckingk,* mors removerat; substi-

tuuntur vero *Georgius Bifchoping, Hermannus Holtoppel, Joannes Steveningk, Joannes Heeringk.* His privilegiis & electionis libertate in hodiernum diem cives vtuntur. Faxit Deus, vt ad gloriam nominis sui & Reipublicæ tranquillitatem quam diutissime vtantur! Amen.

Vt gaudere solet longis erroribus actus

Nauiæ sollicitus littora tuta videns;

Sic scriptor viso præsentis sine libelli,

Exultat lassus, lætitiæque capit.



XXIII.
ANONYMI

Pulnaga

CHRONICON BOHEMICVM,

AB ORIGINE DVCVI BOHEM. VSQVE

AD AN. MCCCXXIX. DEDUCTUM

ET
CVM ALIIS SCRIPTORIBVS BOHEM.
COLLATVM.

E BIBLIOTHECA MENCKENIANA.

INCIPIT CHRONICA BOHEMICALIS.

C A P. I.

CVm filii hominum in agro *Sennaar* post diluuium non recolentes nec mente pertractantes sponſionem factam à Deo ad Noë dicentem: *Nequam perdam ultra aquis diluuii omnem carnem, sed ponam arcum meum in nubibus caeli & erit ſignum ſæderis inter me & terram*; ac penitus diffiſi de Deo præ timore iterum diluuii, civitatem & turrim maximam conſtruere niterentur, omnipotens Deus inſipientiam eorum redarguens, & magnificentiam ſuam divinæ poteſtatis oſtendens in eodem loco linguas eorum diſiſit in ſeptuaginta duo idiomata. Et inde nominata eſt Turris eadem *Babel*; quod interpretatur *Linguarum confuſio*. Ibi etiam unum idioma Slavonicum, quod corrupto vocabulo *Slowanicum* dicitur, fuſiſt exordium, de quo gentes ejuſdem idiomatis *Slowani* ſunt vocati, ex eo, quod lingua eorum *Slowo verbum & Slowa verba* dicuntur. Quamobrem à verbo vel verbis dicti a) idiomatis vocati *Slowani*.

C A P. II.

De progreſſione SLOWANORVM & adeptione Regionum.

Igitur præfati *Slowani* recedentes de campo *Sennaar*, tranſeuntesque per *Chaldaeam*, venerunt ad terram, ubi nunc habitant *Greci*. Deinde progredientes quoddam brachium maris intrant, mare majus prope *Bifancium*, quæ *Bifancia* nunc *Constantinopolis* nuncupatur, intraverunt terras, videl. *Bulgariam*, *Ruſſiam*, *Serviam*, *Dalmaciam*, *Charmaciam*, *Bofnam*, *Karintbiam*, *Iſtriam* & *Carniolam*, quas in hodiernum diem poſſident. Tandem in *Charwacia* fuit quidam nomine *Czech*, qui propter homicidium

perpetratum in quendam Magnatem partium earundem, *Charwaciam* derelinquens, cum fratribus & confortibus ſuis ivit quærere, in qua ſecurus poſſet exiſtere, patriam ſibi novam, & de loco in locum progrediens, tranſiit *Danubium*, ab inde venit in provinciam, quæ modo *Boemia* in Latino, in Teutonico *Bemen* vocatur. Dicitur enim *Boemia* à *Bob*, quod eſt *Deus* interpretatum in Lingua Slavonica. Et ideo à nomine Dei hac interpretatione *Boemis* dicti ſunt. *Czecha* verò in Lingua Slavonica ſecundum nomen primi habitatoris dicta eſt. Qui *Czech* cum fratribus & confortibus ſuis dictam terram abſque incolâ, totam provinciam eandem repletam nemoribus & feris reperiens locavit ſe ſuper quendam montem, qui communi vocabulo b) *RZIP* nominatur, quod in Latino *reſpiciens* dicitur. Nam ab eodem monte reſpici poteſt magna terrarum circumquaquam planicies. Eſtque mons idem inter ſumina *Albeam*, *Wharwiz* & *Egram*; Ibi inceperunt primo colere terram. Ibi enim in primordiis comedebant glandes, & fructus ſylveſtres, ſeras & piſces; frumentum nec ſemina habentes, vinum & ſiceram non bibebant, ſed lympham potabant. Omnia eis c) communia erant, etiam & uxores, & perſomatibus erant induti, nihil de aliqua lege ſciebant, ſed vivebant Lege Naturæ. Frater ſeu conſors ejus nomine *Lech*, qui ſecum venerat, tranſiit *Alpes Nivium*, quæ dividunt *Boemiam* & *Poloniam*. Et cum vidiffet planiciem maximam uſque ad fines maris, ibi ſe locavit, & genere ſuo populavit. Sciendum eſt, quod in lingua Slavonica *campi plani Pole* nuncupantur, & ideo nominata *Polonia*, quod *Campeſtris Planicies* interpretatur. Deinde ſuo genere creſcente, *Ruſſiam*, *Pomorianam*, *Caſſubiam* uſque ad Regnum *Dacie*, & confinia maritima ſeptentrionis & totam terram *Ruſſiæ* impleverunt,

Vnde nomen Boemias.

Origo lingua Slavonica.

Migrations Slavonorum.

a) Æn. Sylvius in Hiſt. Boh. c. 2. *Dum lingua confuſæ ſunt, SCLAVONI, id eſt, VERBOSI appellati ſunt.* Probabilior ſententia *Dubravii* Hiſt. Boh. L. I. p. 3. (Ed. Freh.) *Quoniam omnes Sarmatarum nationes, late jam tunc longeque per regna & provincias ſparſæ, unum tamen eundemque ſermonem, atque eadem propemodum verba ſonarent, ſe uno etiam cognomine SLOWANOS cognominarunt.*

b) Idem Sylvius c. 3. hunc montem *Chezp* vocat. Sed *Dubravius* p. 4. etiam *Rzip* exprimit & per ſpeculam explicat.

c) Hæc refellit Sylvius c. 1.

verunt, & eam locaverunt. Alii de Boemia transferunt super flumen Moravia & ibi Regionem, quæ terra Moravia dicitur, colere cœperunt. Et similiter Misnam, Budissinensem & Lusatiam principatus locaverunt. Ista autem omnes Regiones erant sylvæ, & incultæ hominibus, quas Slowani prædicti omnes coluerunt; & sic hodierna die in eis habitant.

C A P. III.

De Sublimatione Rectorum.

Postquam per multa tempora sic vixissent, ut simplices homines in sua paupertate, invidia Diaboli, cum omnes vidisset ditari, posuit cupiditatem & malitiam in cordibus ipsorum, ita, quod pro agris & bonis cœperunt inter se rixari, & homicidia & alia mala perpetrare. Et sic necesse erat, quod ad aliquem recurrerent, qui eos sedaret. Tunc receperunt quendam virum sapientem & probum, in judiciis veracem, & complanatorem rixarum, divitem & opulentum Krock nominatum, qui primum fortalitiu[m] fecit in Boemia in loco qui dicitur d) Stebna. Aliqui etiam ferunt, quod habuerit fratrem seu parentem, qui Crack nominabatur, qui in Polonia Castrum & civitatem Cracoviensem ædificavit, & suo nomine Krakow nominavit. Iste prænominatus Krock rexit diebus suis feliciter terram Boemie, non tanquam Princeps, sed tanquam Judex electus à populo. Post obitum verò reliquit tres filias, primogenitam Brelam, quæ ædificavit Castrum Bielin & illam provinciam exaltavit. Illa fuit perita in omni Medicina, & cognoscens herbas, de infirmitatibus homines curabat. Secunda Tetka nominata, quæ Castrum Terin secundum suum nomen ædificavit. Illi sortilega & auguria magna fuit, ita ut furta, & ea, quæ accidebant hominibus, suis divinationibus resciebat. Ideo totâ illâ provinciâ dum aliquis aliquid perdebat furto, vel aliter, referebat ad eam, & illa eis perdita totaliter indicabat. Tertia Lobuffa vocata est. Illa alias præcellebat. Nam erat Sybilla & spiritum Phitonicum habebat, & præsciebat & narrabat futura. Hæc erat in Judicio superior omnibus, mitis moribus & opere. Illam provincia Boemica sibi Judicem constituit loco Krock, patris sui, quæ ædificavit Castrum Wyssegraden primo & rexit totam terram multa per tempora. Postea duo Magnates Boemie habuerunt inter se rixam maximam pro quibusdam possessionibus suis, & sic venerunt coram dictâ Libussa, in Judicio

astante populo. Ipsa verò perscrutans factum justè judicavit, & uni eorum justitiam attribuit. Tunc alter, qui condemnatus fuerat, sed potentior in divitiis, exclamavit voce magna: *Heu! miserie populi nostri, quod omnia Regna & Principatus reguntur per Viros, nos autem per mulierem!* Tunc omnis populus exclamavit: *Principem postulamus Virum, qui nos regat, sicut postulant & alias nationes reguntur.* Ipsa verò silentium imponens ait: *Crastina die ad me veniatis, & fiat voluntas vestra.* Tunc crastina die convenientes venerunt ante eam, ipsaque eos sic allocuta est: *In pietate & amicitia vos molliter & suave rexi sicut mulier. Nunc verò habebitis Principem, prout postulastis, qui domabit capita vestra cum Virga ferrea, & judicabit vos secundum voluntatem suam, cujus voluntati ausi non eritis contraire, & exaltabit inter Vos, quos voluerit, & alios deprimeat.* Ipsi autem unanimiter clamabant: *Volumus Principem habere Virum!* Sed quia dicta Libussa Sybilla erat & Phitonissa, rogaverunt eam, ut consilium eis daret, quem Principem eligere deberent. Ipsa verò ait eis: *Accipite equum meum, & imponite sibi vestimenta regalia, & deponite frenum, & ad quemcumque virum ibit, & ibi steterit, illum recipite Vobis in Principem. Et hoc do Vobis signum. Videbitis eum super mensa ferrea comedentem.* Feceruntque jussa Domine, & recedentes de Wyssegrade secuti sunt equum, qui ivit per campos & montes, & venerunt secunda die prope Villam e) Stadio, quod interpretatur locus gregum, distantem Wyssegrado quasi decem milliaria super flumen Bielin. Ibi invenerunt hominem nomine Przemisl, quod interpretatur præmeditans, arantem in agro cum duobus bobus variis, qui continet in longitudine & latitudine duodecim passus, rotundus & juger in totum, albo agro circumferentialiter circumdatus, & locuti sunt ad Virum: *Princeps noster es, solve boves, ascende equum, & vade ad solum, quod tibi præparatum est! Nam populus Boemorum Te & Tuos Posteros in Principes sibi elegit.* Ipse itaque his auditis solvens boves, qui statim evanuerunt, quando intrarent in quandam rupem integram absque omni scissura. Et statim fixit in terram virgam, cum qua stimulabat boves, quæ subito floruit, & tres ramos de se emisit, portantes fructum maturum nuncum. Duo verò Rami statim exarefacti sunt, & tertius crevit, & dilatatus est valde, prout usque f) in hodiernum diem videri

Crocus
eligitur
a populo.

Princeps
indicio
equi eli-
gendus.

Primus
laus eli-
gitur.

Libussa
filia Croc-
ci populo
præst.

Virga
ejus mi-
raculosa.

d) Ita & Dubravius p. 5. Sylvius vero cap. 4. Stemma.

e) Dubravius L. II. p. 8. ad ripam fluvii Belina, quo loco pagus Stadicus visitur.

f) Sylvius cap. V. Non recipio ad me veri istius periculum. Apud autores ista quarantur. Vidi tamen inter privilegia regni literas Caroli IV. Rom. Imp. divi Sigismundi patris, in quibus hæc tanquam vera continentur. *Villaque illius incola, in qua hæc gesta creduntur, libertate donantur, nec plus tributi pendere jubentur, quam nucum illius arboris exiguum mensuram. Sed nec mihi Carolus fidem facit: nam Reges plerumque creduli sunt, &c.*

videri potest, fructum nucum annis singulis producat. Cujus fructus per multos annos non deperit, nec putrescit, nec etiam unquam nucibus in eisdem vermibus invenitur. Tunc etiam prefatus Przemisl. recepit aratrum, & posuit super vomerem panem & caseum, & comedit desuper. Quod cum vidissent Barones, qui venerant, recordati sunt de hoc quod eis Libussa dixerat de mensa ferrea & de bobus, qui evanuerunt, & de Virga florente, & portante nucas, admirati sunt, sed subticuerunt. Et postquam comedisset Przemisl. ascendit equum, & ivit cum eis. Prefati itaque nuncii, cum essent in via, interrogaverunt eum: Si fas esset, ut diceret eis, quidnam esset, quod Virga sua floruit, tres ramos emisserit, & quod duobus exares factis tertius creverit & dilatatus est valde, & nucas produxerit? Respondit Princeps: Descendent de lumbis meis tres, duo arescent cito, tertius vero Princeps & Principatus ejus in altitudine & latitudine gloriose florebit, & fructus magnificos faciet. Etiam dico vobis, quod si permississetis me agrum, in quo arabam, pervasisse, genus meum masculinum semper in illo Principatu remansisset. Sed quia ante tempus venistis, genus meum masculinum deficiet. Et in hoc do. vobis signum, genus tale deperiet, Nepos vindicabit Avum. Tulerat etiam secum dictus Princeps Calceos & coturnum de subere factum, de quibus interrogatus, cur secum duceret? Respondit: Ut videant posterit mei, quod sint de paupertate in Principatu folio locati. Ea volo facere servari in perpetuum in Castro Wyssegraden, nec putrescant, & ne superbiant, quia superbi propter demerita humiliantur & humiles propter virtutem exaltantur; qui hodierna die in Ecclesia Wyssegradensi servantur. Nam in Vigilia Coronationis Bohemicæ processionaliter obviam euntes Canonici & Prælati futuro Regi Calceamenta induunt & Coturnum humeris suis imponunt, ut membram habeat, quod de paupertate venerit, & non superbiat. Et sic transeuntes Przemisl. cum comitiva sua pervenerunt, atque in Wyssegradum, ubi solenniter a Libussa & omnibus Baronibus in Principatu folio collocatus est, & Libussa per matrimonium copulatus est.

C A P. IV.

De Ædificatione Castri Pragensis.

Præterea quadam die Libussa prædicta Sybilla cum marito suo & Magnatum

adstante multitudine in Castro Wyssegraden vaticinata est sub his verbis:

*Vrbem conspicio fama que sidera tangit
Et locus in sylva, Villa que distat ab ista
Terdenis stadiis, que Wlatawa terminat
undis.*

Hunc quippe locum ab Aquilonari parte munit valde profundus Rivulus g) Braska nomine, & Australi parte quidam altus & latus mons, petrosus valde a petris h) Petrzi nuncupatus, qui altitudine sua super alia loca ibidem eminet. Cujus loci mons curvatur in modum Delphini, marini porci, tendens usque ad prædictum amnem Wlatawe.

Ad quem locum cum perveneritis, primum hominem, quem inveneritis, alloquamini, & quicquid vobis de primo verbo responderit, sic prædictum locum appellabitis, & ibi Castrum mihi edificabitis ejusdem nominis. Tunc Misii iussa Domine sue implentes, pervenerunt ad dictum locum, & ibi invenerunt hominem lignum fabricantem, quem interrogarunt: Quid operas? Qui i) rudens dixit: LIMEN. Qui locum statim signantes præparaverunt ædificia Castri, quod Praha, i. e. Limen Lingua Slavonica vocarunt. Reversi autem ad Dominam suam Libussam, nunciarunt ei, quæ facta fuerant. Illa autem: Bene actum est: nam ad humile Limen etiam se magni Domini inclinant. Sicque ex eventu rei ædificatum Castrum Praha vocatum est. Vaticinavitque iterum dicta Libussa de huiusmodi Castro dicens: De hoc Castro in futurum ad-

scendent due Olive aureæ, quarum cacumina penetrabunt septimum cælum & per totum mundum signis & miraculis corruscabunt. Has etiam in hostiis & muneribus adorabunt omnes tribus terræ Boemice & reliquæ nationes. Una ex eis vocabitur MAIOR GLORIA, altera EXERCITVS CONSO-LATIO, quod in futurum evenit post multa tempora. Nam gloriosus Princeps Regni Boemice, inclitus Martyr Wenceslaus, quod Wazlaw Lingua Slavonica dicitur, & interpretatur Magna Gloria & B. k) Woytich Martyr secundus Pragensis Præsul, cujus nomen interpretatur Consolatio Exercitus in dicto Castro floruerunt, tam Præsul in spiritualibus, quam Princeps in temporalibus. Sic pertranseuntes temporalia, quod cum palma Martyrii adepti sunt Regna Cœlestia. In dicto etiam Castro tot Corpora & Reliquiæ Sanct. Apostolorum, Martyrum, Confessorum & Virginum, & aliæ Reliquiæ Passionis Dominicæ, & gloriose

Calcei
ejus in
memori-
am pau-
pertatis
servan-
tur.

Origo no-
minis
Praga.

Vaticini-
um de S.
Wences-
lao & S.
Adalber-
to.

g) Cosmas Prag. p. 6. habet: Bruznica.

h) Idem: Petrun.

i) Forte: respondens.

k) In Bohemia Pia ap. Freher. p. 36. Adalbertus alias Woytichius. Nomen Adalberti accipit ab Ep. Magdeb. qui puerum educavit. Vid. Cosmæ vita S. Adalberti, ap. Freher. p. 74. & Nostrum infra cap. XXIII.

Meuckelii Scriptor, Rer. Geris. Tom. III.

riolæ Virginis, Matris Maræ, reconditæ sunt, & devotius venerantur, quod Christi fideles ad limina eorundem Sanctorum, ubi dignitas præsidet tam in Judicio spirituali, quam etiam temporali, ex Regno & multis provinciis ac universo Orbe concurrunt, ideo non immerito Castrum prædictum *Limen* vocatum est, quod Lingua Slavonica *Prab* dicitur, & corrupto vocabulo ab alienis *Praba* vocatur.

C A P. V.

De Legibus & Statutis Boëmiæ.

Consilium inivit *Przemisl*. Princeps magnus cum *Libussa*, Sybilla Phitonissa, Coniuge sua, & consideravit Leges & Statuta, quibus hodierna die *Boëmia* regitur.

C A P. VI.

De Ædificatione Castri LIBIZ.

Libus edificatur. Postea ædificavit *Libussa* Castrum *Libuch* prope Castrum, quod nunc *Colonia* super *Albeam* vocatur. Ibi post obitum suum sepulta est. Quod Castrum *Libuch* post multa curricula temporum fuit nobilis Comitis nomine *Slawnick* patris sancti *Woytich*, qui ibidem cum uxore sua æque nobili, Matre dicti *S. Woytich*, sepultus est.

C A P. VII.

De vesania Mulierum & Virginum Boëmiæ.

Walasca audacia. Defuncta *Libussa* & sepulta in dicto Castro, elevavit se in fastu quædam Virgo nomine *Wlasca*, quæ cupiditate dominandi, prout quondam *Libussa* Domina sua rexerat, convocavit ad se alias Dominas & Virgines, dicens eis: *Domina nostra LIBUSSA* rexit istud Regnum, dum viveret, quare Ego non regerem una Vobiscum Terram & Regnum? Nam omnia secreta sua scio & sortilegia & auguria sororis sue *TETZE*, & medicinas & herbas, sanitates & infirmitates agnosco, velut *BRELA*, Soror ejus, quia valde eis incubularia fuit. Si nunc vultis mecum conjurare, & me juvare, spero quod dominabimini Viris in omnibus. Tunc singulæ responderunt: *Placet nobis summe, quod dicis.* Tunc dedit iisdem Virginibus confectum potum, ut odio haberent maritos, fratres & amicos, & quicquid masculini sexus esset. Illo etiam tempore equitabant Virgines & Mulieres ad Venationes & alia loca, se exercitantes, ut Viri. Tunc vidit *Przemisl*. Princeps & Vates in visione, quod puella cum multis puellis adstantibus ministrabat sibi calicem plenum sanguine. Et cum vidisset hanc visionem, convocavit Magnates, seniores principaliter, dicens eis Visione asserens, quod timeret magnum scandalum evenire a mulieribus & puellis, adjungens,

quod nimis dabant eis de libertate. Cujus verba ipsi pro ridiculo habuerunt, ideo non curarunt, nec eis prohibuerunt exercitia virilia: Tunc dicta *Wlasca*, timens, ne negotium proderetur, convocavit iterum virgines & mulieres, & dedit eis iterato potum confectum bibere, cujus prætextu adeo oderunt masculinum genus, quod eis de vita amplius non favébant. Hæc etiam *Wlasca* per ministras suas totum potum ministravit per totam terram. Et consilio postea habitò cum aliis virginibus & mulieribus tractaverunt, quòd certa die & hora; dum Viri dormirent, omne genus masculinum interficerent, & equos eorum reciperent, & armis eorum præcingerent, & postea convenirent in Campo eis præfixo simul omnes, quòd & factum est. Et cum se congregassent armata, postquam interfecissent Viros, obsederunt Ducem *Przemisl*. in Castro *Wyssgraden*, & Castrum ex opposito super forti cacumine montis contraxerunt, quòd *Diewen* vocarunt suo nomine. Puellæ enim nominantur *Diewitzæ*, & ex nomine puellarum vocatum est Castrum *Diewin*. Ipsæ autem ita fortes & potentes fuerunt, quòd Viri in campis eis non potuerint obviare, nec earum potentie resistere.

C A P. VIII.

De Regimine Fæminarum & Interfectione Virorum.

Postquam autem *Wlasca* ædificasset Castrum *Diewin*, & se cum puellis suis congregasset ibidem, & locum eundem armis, scutis, gladiis & arcibus muniissent, viri magnates terræ *Bohemicae* cum commilitonibus suis venerunt coram Duce *Przemisl*. in *Wyssgraden*, agentes: *Quid patimur talium dominationem fæminarum? Deliberavimus cum eis pugnare, vel castrum earum Diewin obsidere.* Quibus respondens *Przemisl*. dixit, quòd spiritum vaticinativum habebat: *Vobiscum non vadam, quia omnes debellabimini, & Ego cum cognatione mea si interessem, eodem bello perirem.* Ipsi tamen præfati Magnates, non attendentes verba Ducis, processerunt cum tota potentia eorum ante Castrum *Diewin*. Cum hæc vidisset *Wlasca*, Princeps earum allocuta est alias puellas, rememorans, quòd *Amasones* contra *Tyrum* & *Alexandrum* bella obtinuissent, & quòd puellarum potentia adhuc vigeret in Regno *Saba*, & aliis provinciis *Amasonum*, sub quarum potestate Viri adhuc essent in illis regionibus constituti. Et hæc talia proferens, potius hortabatur eas mortem subire, quam in potestate virorum subsistere. Cui unanimiter consentientes puellæ ad arma ruunt, se parant ad prælium, Castri portas aperiunt, & exeunt ad campos, tanquam *Leænæ* facum vi-

Cruentum fæminarum prælium cum victricis

melicæ humanum sanguinem sitientes, & sic cum impetu armis protectæ incautos ruunt in viros. Ubi *Wlasca* siquidem gladio suo septem viros peremit in prælio, quam securæ sunt Capitaneæ Exercitus ejusdem, 1) *Mlada, Hodka, Dwatawa, Skádka, Czastwa, Trstina*; illæ similiter in Virorum exercitum impetum facientes eos omnes more gladii perdidit. Et sic devictis viris, mulieres regionem & campos potenter sine obstaculo devastabant. In illo tempore sub fraude subdola invitabant in Treugis viros in Castro suo *Diewin*, pulchrè & astutè dicentes nobilibus Viris & Juvenibus quælibet per se altera ad alterum: *In amore tuo langueo, unile si me habere concupiscis, tibi utique sociabor. Ecce etenim secretum tibi pando, quod Capitanea mea tali certa die talem viam equitare disposuit, ubi si potentior adveneris, poteris me recipere, & eam devincere.* Talibus itaque verbis fraudulenter postea Viris magnas insidias præparabant. Nam cum designata pervenissent ad loca, per dictas puellas crudeliter trucidati sunt. Quod in multis Baronibus & eorum familia est perfectum. Quadam verò vice simulata fide miserunt ad Proceres Virorum, dicentes: *Quod essent àtadiatæ talis vitæ, & quod velent eis introitum Castri DIEWIN dare.* Et sic Proceres prædicti venerunt ad Ducem *Przemisl*, prædicta insinuantes eidem; quibus respondit: *Nolite, inquit, nolite eis accedere, sub falso tegmine alarum decipient vos.* Ipsi vero consilia sui Principis deferentes, congregaverunt omnes viros, quos potuerunt, & noctis tempore per locum, quem eis dictæ puellæ monstraverant, castrum *Diewin* intrantes, omnes ibidem per puellas præfatas, quæ ex latentibus irruebant, crudeliter occisi sunt.

C A P. IX.

De Traditione & inaudita Fæminarum Astutia.

PRæterea, post tantas puellarum prædictarum insidias non remanserat Baro notabilis in *Boëmia*, nisi uno *Stirad* duntaxat excepto, Vir providus & multa probitate præclarus: qui dum ad quandam discordiam complanandam ire deberet, & hoc dictæ puellæ, misis speculatoribus, præscivissent; magnum & crudele facinus ordinarunt. Nam quandam pulcherrimam puellam, nomine *m) Sfirken* in quadam Sylva maxima, cui inerant quàm plurimæ, ligaverant ad arborem, ponentes vasculum medonis, ad latus ejus cum tuba venaticia,

& dum dictus *Stirad* iter suum faciens locum declinaret eundem, ligatæ puellæ verbis fallacibus tam ob liberationem ejus, quàm medonis haustum, ex mora retractus ibidem, ac per earum flatum & sonitum, versutiis eorum fallacibus ex latentibus insidiis, quibus adventum ejus ferocius expectabant, ut hunc famosum Procerem, quem solum timebant superstitem, interimerent. Et sic cum *Stirad* præfatus prædictum pervenisset ad locum, puella ligata vociferans exclamavit: *Mi Domine, en crudelos hujus terræ puellas, ex eò, quod earum nolui consortio adherere, me istam impiæ ligarunt ad arborem; Te tua, ut me solvas earum de manibus moneo probitate. Nam auditu tuo potenti transitu, fugierunt ex metu, & sic sola duris crucior ligaturis.* Dicitur autem *Stirad* misericordiâ motus suo descendit ab equo, & eam disligans compatiendi sibi spondebat, quod eam ad parentes ejus reduceret, prout ipsa rogabat. Quæ taliter liberata rogat eum calidè, ut parum quiesceret & de opposito medone potaret. Quò factò rogavit, ut & tubam ibi repertam sufflaret. Qui recipiens tubam ipsam intonuit: & sic fœminæ, quæ erant in absconditis, resciverunt, dictum *Stirad* jam, prout conceperant, advenisse, & statim super ipsum irruerunt, & omnes quoslibet occiderunt, ipsum *Stirad* captum ad propria reducerunt. In dicta vero *Stricta Valle* auditi sunt multi Dæmones illa horâ ridere de magna malitia puellæ *Sarka* & complicum ejus, & ideo dicta Vallis, sita retro *Brewnomense* Cœnobium, hodierna die *Sarka* à dictæ puellæ nomine nuncupatur. Deinde pessimæ puellæ præfate dictum *Stirad* ante Castrum *Wyssgraden* in conspectu Principis *Przemisl*, crudeliter rotæ supplicio necaverunt.

C A P. X.

De inhumana Fæminarum sevitia, quam in Viros exercuerunt, & qualiter eorum infaustum Regimen Boem. exspiravit.

CUM ita jam nullum amplius haberent Fœminæ potens obstaculum, convocarunt omnes Majores inter eas, & Edictum fecerunt, quod omnis masculus statim, dum nasceretur in mundum, pollice truncaretur. Et simul sententiæ orbationis dextri oculi subjacent, ut abscisso pollice vibrare gladium impotens existeret, & etiam oculo privato ad omnem defensionem & invasionem redderetur ineptus. Insuper statuerunt, ut earum quælibet virilibus amplexibus pro suæ voluntatis libito uti posset,

Kkk k k 3

1) Sylvius c. VII. p. 124. septem puellarum nomina memorat: *Malada, Nodca, Suatacta, Vorasta, Radga, Zastana, Tristana.* Dubravius L. II. p. 10. tantum quatuor: *Milada, Hodeca, Suatava, Radeca.*

m) Sylvius c. VIII. p. 125. *Dubrav. p. II.* & ipse noster Autor sub finem huj. cap. vocat: *Sarcam.*

Mulieres callide circumveniunt viros.

Stiradus callide a feminis captus crudeliter interficitur.

Femina
crudelis
pari insti-
diarum
fraude
percutit.

let, & ad modum prout olim Amalones, ad beneplacitum suum in Regno *Saba*, viros habere consueverunt. Quas sententias & Edicta Viri, prout superstites, audientes recurrebant ad *Przemisl.*, Principem suum, petentes desuper consilium, & unanimiter dicentes: quod, *nisi consuleret in talibus, & etiam opportuno remedio provideret, de cetero se dictarum feminarum totaliter subicerentur ditioni.* Præfatus itaque *Przemisl.* his auditis, in tō consilio, misit in Castrum *Diewin* ad puellas præfatas ajens: *Jam oportet me subjici Vestro Dominio, & Castrum Wyssegrad in vestram tradere potestatem: ideo ad accipiendam possessionem ejus placeat Vobis puellas mittere, quas videbitis expedire.* Quod cum præfate puellæ audissent, subito meliores de suis cum multa potentia *Wyssegradum* miserunt ad Castrum. Quæ cum ibi venissent, parata quælibet victui necessaria invenerunt. Quæ cibum & potum avidè valde sumentes, ebrietatis sunt vitio præoccupatæ. Quo facto dictus *Przemisl.* statim de latibulis dispositos Viros emisit ac eas omnes occidi mandavit. Viri verò, qui hoc effecerunt, acceperunt earum equos & arma & ad aliarum interitum se fortiter animarunt. Quæ cum audisset *Vlaska*, Princeps earum, furia accensa exivit de Castro *Diewin* cum illis duntaxat, quæ eam secutæ sunt. Et cum venissent ante Castrum *Wyssegradem*, Viri armis puellarum muniti sibi intrepidè restiterunt: Ipsa verò attendens, quod cunei armatarum sceminarum eam absque medio sequerentur, cum sequacibus suis audacter irruit in Viros, & ibi ipsa cum eis interfecta est in prima acie. Et cum aliæ sceminarum turmæ hujusmodi belli pervenissent ad locum, videntes primam aciem debellatam, vecordes effectæ sunt: quas Viri viriliter insequentes converterunt in fugam, & eas sequentes ad Castrum *Diewin* & cum eis intrantes in Castrum, quotquot invenerunt, gladiò necaverunt. Et sic fatua guerra sceminarum in *Boëmia* defecit. Septem autem annis regnaverunt Fœminæ in *Boëmia*. Sed multis honestis Matronis, Virginibus & Mulieribus ista displicebant & detestabantur enormitates earum, quibus nullus impet sapiens præfatarum furiosam insaniam mulierum.

C A P. XI.

De Successione Generationum *Przemislai* primi Principis.

Przemislus Princeps & magnus Vates

n) Hunc Sylvius cap. IX. vocat. *Vorcium*. Dubravius pag. 14. *Vogonum*.

o) Dubravius p. 17. *CREVOMISLIVS*, quasi tu Latine dicas *FLEXANIMVS*.

p) Id. L. III. p. 18. *NECLAN* *Bojemis est vir imbellis, & ad feriendum hebes, ut esse civeus soler &c.* Sylvius cap. X. vocat *unicum timoris & pavoris exemplum*.

q) Sylvius c. XII. *Dipoldo provinciam Surimensem testamento dimisit*.

r) Sylvius c. X. habet: *Tbusco*. Dubravius p. 18. *Turfscho*. Cosmas p. 7. *Jurzko*.

s) Cosmas p. 7. *Guntna*.

cum per multa tempora rexisset populum Boëmicum, mortuus est. Cui successit filius suus *Nezamislus*, quod nomen *nihil excogitans* interpretatur. Ipse enim nil excogitavit novi, sed in Lege paterna mansit diebus vitæ suæ in pace, quod populum suum rexit. Cui filius *Mnata* successit, in pace regens defunctus est. Cui etiam successit filius ejus n) *Woyzn*, qui *Woyzn* duos filios habuit, videl. *Wneslaum* & *Wladislaum*, inter quos terram Boëmicam dividens, *Wneslao Pragam* & *Ducatum Boëmiæ* donavit, *Vladislao* verò *Lucensem* alias *Sacensem* Provinciam distribuit. De *Vladislao* verò postea *Wlatislus* successit, qui successu temporis cum *Neklam*, Duce *Boëmorum*, bella commisit, prout in sequentibus tractabitur. Huic iterato *Wneslao* postea successit filius ejus o) *Grzesomyslus*. Isti omnes in pace rexerunt terram, nec inveniuntur Acta illorum magnalia conscripta. Postea filius *Grzesomyslus*, dictus *Neklam* rexit terram, cujus nomen p) *non punitus* interpretatur. Nam nomen bene competebat, quia adeo timidus erat, quod in nullo usu armorum esse poterat, vel volebat. Ipso vero præsidente in Regimine duos filios habuit, unum *Hofswig*, alterum *Diepoldum*. *Hofswig* post mortem assignavit *Ducatum Boëmiæ*: *Diepoldo* verò Provinciam q) *Zlicensem*, quæ *Snamensis* dicitur, deputavit. Cujus etiam tempore *Wlatislus* Dux *Lucensis*, quæ Provincia nunc *Sacensis* nuncupatur, maximas guerras fecit, & multa prælia contra eos obtinuit, quamvis esset de genere Principum *Boëmiæ*, & *Ducatum suum in Boëmia* obtineret, & inter alia bella ultimum bellum suum sequitur.

C A P. XII.

De ultimo Bello *WLATISLAI Ducis* *Lucensis*.

Inter *Lucenos* & *Boëmos* in Campo, qui dicitur r) *Tarsko*, factum est bellum. Unde sciendum, quod tunc *Lucana* provincia, quæ nunc *Sacensis* vocatur, distincta fuit V. provinciis locorum. Prima situm habens circa Rivulum, vocatum ex nomine s) *Gymnia*. Secunda ex utraque parte fl. *Uzka*. Tertia per circuitum *Torrentis* t) *Bwturza*. Quarta *Sylvana* dicta fuit, sita infra terminos fluminis *Mza*. Quinta in medio eorum *Luca* dicebatur, pulcherrima visu, & usu fertilis, nomen traxit à re, quia Boëmicè *Luca* dicitur *Pratum*. Hujus regionis homines antequam *Sacensis* adificata

Nezamislus
laur. &
ejus suc-
cessores.

Origo
Vratisla-
via.

ficata fuit, *Luzani* vocabantur. Illis præfuit Dux, nomine *Wlatislaus*, vir bellicosus & in consiliis multum dolosus. Hic condidit urbem, quam nomine suo appellavit *Wlatislaw* inter duos montes u) *Menduz* & *Sprypeck*, in confinio duarum provinciarum, videl. x) *Saline* & *Lithomerziz*, quam præcinxit muro, & firmavit valde. Hic movit bellum contra *Boëmos*, & inter suos tale Statutum fecit, ut quicumque de suis gentibus habens in statura ultra longitudinem gladii, & iustus non veniret ad pugnam, capite truncaretur. Deinde suis his verbis allocutus est: *O milites, quibus ultima in manibus est victoria, olim non semel vicistis. Jam actum agitis. Non opus est armis, aut arma ad speciem militiæ jam portare, sed potius falcones, nisos & y) crodios, aliæque volatilium genera, quæ ad ludum & jucunditatem pertinent, vobiscum tollite, quibus carnes inimicorum nostrorum, si forte sufficiet, z) dabimus ad edendum. Nam sine dubio ad ubera matrum suarum loco filiorum Catulos ponam, & infelices exterminabo vicinos.* Interea quædam mulier habens privignum, filium suum sic alloquitur: *Scio Boëmorum gentem obtinere debere victoriam & ad finem ut tu solus possis evadere, dabo tibi consilium: Primum quem in bello adversantem hostem habueris, interfice, & abscisiss utrisque auribus ejus in peram tuam mitte, & inter utrosque pedes in modum crucis evaginato ense tuo. a) & hunc equum ascendas, & currus vestras, retro nullatenus respiciens vix solus poteris evadere, aliis omnibus interfectis.* Ille vero sciens *Novercam* plenam esse Spiritu Pythonico, hoc ipsum se facturum promisit, & fecit. Erat etiam eodem tempore quædam mulier Pythonissa, quæ *Neklam*, Duci *Boëmorum*, & gentibus suis consuluit, ut placarent Deos per imolationem asini, quem persuasit interfici, & in multas partes dividi, atque ab universo exercitu sic consumi: quod ad persuasionem mulieris factum est. Interea cum Dux *Boëmorum* *Neklam*, ob nimiam pusillanimitatem nec bello interesse, nec etiam certamen inire ausus est, vocavit ad se secretè quendam militem suum, nomine b) *Ber*, probum, bellicosum & fortem, illumque armis suis, paucis scientibus, induit, & ipsum super equo suo posuit, injungens

sibi, quod advertus hostes in persona sua bellaret, suosque ad pugnam præcederet. Quod ille gratañter se facere promisit, & fecit, præcesitque exercitum suum, & venit ad Campum conditum prior cum suis ad quendam collem eminentem in medio campi: Dux vero *Wlatislaus* similiter venit ab alia parte cum exercitu suo, & solutis volatilibus cum eorum multitudinè aërem implevit. Deinde bellare inter se incipiunt, & miles quidem, qui sub armis & persona *Neklam*, Ducis sui ad bellandum venerat, suos, ut fortiter se defenderent, admonuit, & si contingeret eum interfici, in Colle ejusdem se sepeliri præcepit. Et sic sævisimus in hostes sævit, & omnibus interfectis cum suis Victor extitit, & in eodem bello multis vulneribus sauciatus mortuus est. Qui locus hodiernà die nominatur *Bustum robusti militis*. Et sic ab illa parte omnes interfecti sunt, illo solum excepto, qui ad informationem *Novercæ* suæ de bello fugerat, qui etiam domum suam rediens, invenit mulierem suam mortuam esse, quam dum inspexisset, comperit ipsam vulneratam in pectore, & auribus carere, & recipiens de pera auriculas, ejusdem uxoris suæ fuisse comperit, ejus quidem, quem in bello primum adversarium suum interfecerat. *Boëmi* vero intrantes terram illam, devastaverunt eam, & destruxerunt civitatem ejus, nihil in ea penitus dimittentes, auferentesque ab eadem terra spolia multa. Et inter alia invenerunt apud quandam vetulam filium dicti *Wlatislai*, Ducis *Lucensis*, & attulerunt *Neklam* Principi suo, qui pietatè motus super puero, eum occidi noluit, sed urbem nomine c) *Dragus* in plano loco construens super ripam fluminis *Obrzie* vel *Egre*, juxta pagum *Postoluprtz*, ubi nunc est Cœnobium *S. Mariæ Virginis*, tradidit eundem puerum cuidam, nominato *Durinko*, qui fuit de *Zribia* gente, ejusque curam sibi gerendam commisit. Nam & idem *Durinkus* vivente *Wlatislao*, patre suo, ejusdem pueri curam gesit. Postea vero idem *Durinkus*, d) credens Duci *Neklam* facere acceptum servitium, puerum sibi commissum duxit super fluvium prædictum *Obrzie*, qui fluvius tunc congelatus fuit, glaciemque perspicuam habuit; Et, dum ad locum aptum voluntati suæ

Wlatisla-
ur bello
cadit.

Neklam
alium
pro se sup-
ponit.

Lata fluit
ejus *Zwis-*
lai.

u) Sylvius c. eod. inter duos montes *MEDNAM* & *PUBECHAM*. Cosmas p. 7. *Medutz* & *Pripek*.

x) forte: *Belina*, uti legit & *Cosmas*.

y) Cosmas pag. 8. *herodios*.

z) In *Cosma* corrupte: *dapibus*.

a) Supple ex Sylvio cap. X. *exin gladio inter priores equi pedes signum crucis in terram facere*.

b) Sylvius cap. cit. *Sclercium* vocat. *Dubravius* p. 18. *Syderium*.

c) Cosmas p. 9. ita: *novam urbem in plano loco construens nomine DRAGUS super ripam fluvii OGGRE, juxta pagum POSTOLOBRITH, ubi nunc cernitur S. Mariæ cœnobium, tradidit & civitatem eam & puerum Pedagogo*.

d) *Dubravius* p. 19. auctor est, *Durinum* cupiditatè agrorum, quos *Neklam* puero ad sustentationem assignaverat, per motum hanc eadem perpetrasse.

ti suæ venisset, dixit puero: *Conspice, Domine, sub glacie multos pisciculos.* Puerò vero intuentè & adspiciente, ipsum securi, quam latenter sub pallio portaverat, interfecit, & caput ejus amputatum involvit syndone munda, portavitque Principi suo dicens: *Facere volui Te & Tuos securos, ne puer mihi commissus, postquam ad ætatem pervenisset adultam, mortem patris sui forsitan vindicasset.* Ecce hoc caput suum Tibi præsentò, & mercedem inde postulo. Princeps verò *Neklam* cum suis Magnatibus eodem tempore sedens in mensa, dum tam grande scelus esse factum audisset, & caput filii præfati *Wlatislai* conspexisset, obstupuit, & unà cum Magnatibus suis dictum *Durinkum*, reum mortis propterea judicavit, & dixit ad eum: *De commissò hoc tuo facinore hoc tibi sit præmium: Vel te de alta rupe præcipites, vel suspendas in arbore, vel tuo gladio interficias te metipsum.* Qui *Durinkus* audiens sui Principis sententiam, statim desperatus se ipsum in alta arbore suspendit, dicta *Alno*, quæ *Alnus* quamdiu stetit, ex hoc *Alnus* seu *Arbor Durinki* nominata fuit, sicque Principatus & Genus dicti *Wlatislai* funestum exitum habuerunt.

Supplicium perferendi Tutoris.

C A P. XIII.

De Successione Principum & Baptismo
Primi Ducis Boëmiæ, & Swatopluck,
Rege Moraviæ.

POSTquam dictus Dux *Neklam* dies suos compleisset, mortuus est: cui successit filius ejus *Hoswik*: cui similiter filius e) *Borziwoy*, qui primo paganus, sed postea Anno Domini 894. baptizatus cum uxore sua *S. Ludmilla* à *S. Methodio*, Archi-Episcopo *Moraviæ* sub temporibus *Arnolphi* Imperatoris, inductione *Swatopluck*, *Moraviæ* Regis, in Civitate *Welegradensi*. Cui Regi *Moraviæ* temporibus illis Dux *Boëmiæ* suberat. Eidem etiam Regi suberant Terræ, videl. *Polonia* & *Russia*, & erat caput Regni *Moraviæ* Civitas *Welegraden*. Accidit autem eodem anno, quod Rex *Swatopluck* contra Dominum suum & Compatrem *Arnolphum*, Imperatorem, injustè arma movisset. Quamobrem idem Imperator, Dominus & Compater suus cum tota *Germania* ab una parte, & *Hunnis* sive *Hungaris* ab alia versus eum exercitum congregavit. Rex verò *Swatopluck*, videns, quod Imperatori resistere non posset in campis, in medio exercitus sui se furtim abstulit, & secretè equum ascendens inde aufugit, & veniens in quendam locum in latere cujusdam montis, f) *Sembor* nominati, in quo locos tres Heremite pro tunc habitabant. Ipse verò *Swatopluck* Rex ad finem ut maneret

Swatopluckus pellitur ab Arnolphi.

incognitus, equum suum interfecit, & gladium suum abscondit, ac dictos Heremitas accedens, ignotus ab ipsis in socium receptus & Coheremitam tonsus est; habitum assumpsit & mansit ibidem cum ipsis, usque dum sensisset sibi imminens periculum mortis & horam. Tunc Rex præfatus primo eidem Heremitis manifestavit se, quis esset, & postea subito decesit. Cujus Regnum filii ejus pauco tempore & minis feliciter tenuerunt. Nam filius suus, qui Regnum post eum gubernavit, semel die festiva volens venari prope Civitatem *Welegraden*, in sylva, quæ *Grezen* vocatur, intinavit Archi-Episcopo, *S. Methodio*, ut ipsum cum Missa solenni expectaret, quousque rediret. Qui *S. Archi-Episcopus* expectavit usque prope meridiem. Et cum timuisset negligere divinum officium, Missam celebravit Rege minime expectato, Rex autem postquam à Venatione venisset, & audisset, quod Archi-Episcopus Missam celebrasset, & jam Corpus Dominicum consecrasset, indignatus cum canibus & venatoribus Ecclesiam intrans fecit magnum sonitum cum tubis venatorum & latratu canum. Sicque usque Altare venit, derisit Archi-Episcopum *S. Methodium*, & recessit de Ecclesia supra dicta. Ob quem despectum & blasphemiam finita Missa Archi-Episcopus excommunicavit dictum Regem, & posuit interdictum Anathema per totum Regnum *Moraviæ*; & hoc factò se recepit *Boëmiam*, adducens *Borziwoy*, quem baptizaverat. Quem tunc in fide etiam confirmans abinde ivit *Romam*, ubi fratrem suum *S. Cirillum* invenit, qui prius quondam *Swatopluckum*, Regem *Moraviæ* prædictum, & totum Regnum *Moraviæ* baptizaverat, & ipsum *S. Methodium*, post se Archi-Episcopum dimiserat ibidem. Ille *S. Cirillus Moraviæ* ad fidem converterat & alias multas Slavonicas Regiones. Ipse etiam Corpus *S. Clementis* Papæ, discipuli *S. Petri*, Apostoli de Marmorea Ecclesia, quam Angeli sibi olim in mari ædificaverant, jam propter peccata hominum in mari exsiccato Corpus *S. Clementis* de tumba ejus recipiens, secum *Moraviam* attulit, & demum, cum de *Moravia* recederet, ivit *Boëmiam*, Corpus *S. Clementis* secum portans. Quod quidem *S. Corpus* in Castro *Wyssegraden* in Ecclesia *B. Clementis* per triennium consecravit. Deinde *Romam* adiit cum Corpore supra dicto & ab Apostolico impetratâ licentiâ Ecclesiam fundavit in Urbe Romana in honore *B. Clementis*, ibique *S. Clementis* Corpus recondidit. In eadem etiam Ecclesia ipse cum fratre suo *S. Methodio* sepultus est. Et ab ipsa Ecclesia in hodiernum diem titulus unius Cardinalis describitur. Ille etiam *B. Cirillus* olim videns duritiam

Filius ejus sacrorum contemtor.

e) Sylvius cap. XII. vocat *Borsuojum*. Dubravius autem: *Borsuorum*. Cosmas p. 7. *Borivoy*.
f) Sylvius c. XIII. cui *SAMBRI* nomen est. Dubravius p. 24. etiam *Sembor*. Cosmas p. 10. *Zober*.

Slavonica
lingua
usur
agere
in sacris
concedi-
tur.

& incredulitatem *Moravorum* & *Slowanorum*, postulavit ab Apostolico, quod indulgere & concedere dignaretur, ut Missa & alia divina officia possent in lingua Slavonica [celebrari]. Nam non credebatur eos aliter in fide posse confirmari. Qui Papa petita hujusmodi habuit pro ridiculo, & dum in Concilio Cardinalium & multorum Præfulum desuper tractatum & deliberationem haberet, subito vox de caelis insonuit, dicens: *Omnis Spiritus laudet Dominum & omnis Lingua confiteatur ei.* Tunc Papa hoc auditò miraculo in perpetuum statuit, quod in lingua Slavonica possent Missæ & alia divina officia celebrari. Et sic per Archi-Episcopatus & Provincias *Spalatenf.*, *Ragusinensem*, *Madriensem*, & apud omnes suffraganeos eorum & multos alios Episcopatus, tam per Præfules, quam Sacerdotes Missæ & alia divina officia usque hodie in Slavonica celebrantur.

C A P. XIV.

De Exterminio & Fine Regni Moraviæ ac ejus Metropoli & dicti Regni Reintegratione ejusque in Boëmiam Translatione.

POSTquam præfatus Rex, filius quondam *Swatopluck*, Regis *Moraviæ* excommunicatus à *S. Methudio*, Archi-Episcopo supradicto, ut præmittitur, modicum temporis vixisset, perdidit Regnum suum *Moraviæ*: Quod taliter exterminatum est. Nam partim *Ungaris*, partim *Teutonicis Orientalibus* aut *Australibus*, partim *Polonis* diripientibus membratim illud inter se validâ potentia diviserunt. Sicque Regnum *Moraviæ* totaliter exterminatum, depopulatum & demembratum est, ac civitas *Wesegrudensis* diruta funditus est. Et deinceps Rex, & Regnum & Archi-Episcopatus *Moraviæ* penitus defecerunt, & esse amplius cessaverunt. Quod tamen Regnum *Moraviæ* postea post 92. annos, videl. anno Domini *MLXXXVI.* per *Henricum III.* hujus nominis Imperatorem de consensu Principum Imperii reintegratum est, & in *Boëmiam* translatum. Nam idem Imperator *Ducem Boëmiæ Wlatislaum* sublimavit in Regem, & *Boëmiæ* Regnum constituit, faciens de Regno *Moraviæ* Marchionatum. Et eundem Marchionatum cum Principatibus & Terris, *Polonia*, *Russia* & multis aliis Ducatibus & Terris, quæ temporibus *Swatopluck*, ultimi Regis *Moraviæ*, ad *Moraviæ* Regnum, pertinebant, Regno & Coronæ *Boëm.* subjecit, prout Reintegratio & Translatio hujusmodi in sequentibus, vi-

del. in Capitulo *de Vita & Regimine Wlatislai Primi Regis Boëmiæ*, plenius declaratur.

C A P. XV.

De Successione primi Ducis christiani Boëmiæ Borziwoy.

UX *Borziwoy* fideliter dilatavit una cum *S. Ludimilla* Martyre, Uxore sua, filia Comitis *g) Slawiboriz* de Castello *Bzoro*, quod modo *Welmk* dicitur, fidem Catholicam, in quantum potuit, in Principatu suo, & feliciter regnavit temporibus suis post adeptionem Baptismatis. Habuit etiam duos filios, *Spitigneum* & *Wratislauum* ex dicta uxore sua *S. Ludimilla*. Post cujus *Borziwoy* obitum *Spitigneus* filius ejus obtinuit Principatum. Et post ejusdem *Spitignei* obitum *Wratislauus*, frater suus, Principatum rexit, qui & fundavit Ecclesiam *S. Georgii* in Castro *Pragensi*, ubi sepultus est; qui *Wratislauus* accepit uxorem nomine *h) Drabomirz* de durissimâ gente *Lucensi* saxis in credendo durior, ex provincia nominata *i) Stedor*. Eadem *Drabomirz* peperit duos filios, *S. Wenceslaum*, Deo & hominibus propter virtutes acceptabilem, *Boleslaum* vero toti mundo propter malitiam & necem fratris sui odibilem & execrabilem.

C A P. XVI.

De Passione S. Ludimilla.

CRESCENTE itaque Religione Christiana in *Boëmia*, postquam præfatus *Wratislauus*, qui pro *Spitigneo* fratre suo, ab hoc seculo recedente Regimen *Boëmiæ* assumpsit, & ex *Drabomirz*, uxore sua præfata *S. Wenceslaum*, & impium *Boleslaum*, filios genuisset, *Drabomirz* eadem idolorum sectis se per omnia implicabat. Dum itaque obiisset clarissimus Princeps *Wratislauus*, matri suæ *S. Ludimilla* reliquit gloriosum puerum *Wenceslaum*, & gubernationem patriæ. *Drabomirz* autem uxor sua nutriebat secundum filium, *Boleslaum* impium, & ad ritus Gentilium eum semper invitabat. Gloriosa igitur Matrona & Patrona *Boëmorum* prima *Margaritha*, nec non primus flos in *Boëmiâ* carptus, *S. scil. Ludimilla* Nepotem suum *S. Wenceslaum* in fide Christiana & Sacris Literis & Eloquiis Evangelicis imbuebat. Tandem pius Consolator Spiritus *S.* liquefecit corpus pueri & interiora ejus inflammavit in tantum, ut ab extra scintillæ suæ eruditionis fulgerent sicut lampades inter pios & justos, & fructus æternitatis floreret ex mellifluo

g) Sylvius cap. XIV. filia fuit comitis SLAMBORII castelli BIZENIÆ, quæ postea MELINCA dictum est. Cosinas Prag. p. 10. Filia ZLAUBORIS (comitis de cast. illo PSOV.

h) Cosmas p. II. Dragomir de durissima gente Luticensi. Sylvius cap. XIV. Drabonucia. Mox cap. seq. Drabomicia.

i) Idem; Stotor.

lilluo ejus ore. Nam ex prædicatione ejus illuminata provincia *Boëmorum*, virginitatem seu castitatem portavit mente & corpore, Martyrium sitiens pro Christo, non palliavit veritatem fidei Christianæ, sed palam prædicabat, orationibus, vigiliis, eleemosynis & aliis piis operibus semper intentus & humilis super omnes cœtaneos suos. Accidit autem, quod invida *Drahomirz*, appetens extolli præ Socru in Ducatus regimen, Tyrannos pessimos, *k) Tymam & Gomonem* misit in Castrum *Tetin*, qui *S. Ludimillam* strangulantes martyrio extinxerunt, quam Christus torque aurea assumpsit in cœlum.

S. Ludimilla martyrium.

C A P. XVII.

De Regimine, Vita & Passione S. WENCESLAI.

Deinde pessima Tyranna fremens fremuit in Christi fideles; filius autem ipsius primogenitus, *B. Wenceslaus* doctrinam & legem Christianam scil. Avix suæ *B. Ludimille* firmiter tenebat, revocans Christianos dispersos & eis omnibus pia opera impendebat. Panem & Vinum ad Sacrificia Missarum proprio labore & manibus excolebat, ligna & alia necessaria, orphanis, viduis & pupillis propriis humeris noctis tempore deportabat. Interea *l) Dux Garmensis* humilitatem *S. Viri* despiciens Terram & Ducatum suum cepit opprimere & devastare. Itaque coactus *B. Wenceslaus* congregato exercitu suo obviam in campum sibi occurrit ad defensionem gentis suæ, quam *Dux Garmensis* sprevit cum exercitu suo, & occurrens ei sibi bellum indixit. Qui *S. Wenceslaus* Legationes misit dicens: *Sic cupis Ducatum meum, cur interficerentur in bello, quibus appetis dominari? Ego enim sanguinem tuorum non desidero effundere: sed si appetis bellum, me vince solum, & omnibus meis dominare in pace. Si autem te vincam, similiter Tui sint mee. Dominationi subjecti.* Audiens hoc *Dux Garmensis* lætanter sub tali pacto condicit secum duellum, cautione firmata de prædictis ex utraque parte exercituum. Cum autem pervenissent Duces prædicti ad duellum, stantibus ad spectaculum exercitibus ex utraque parte, Angeli cœlestes comitabantur *S. Wenceslaum*, & Crux fulgurans præcedebat facienti ejus. Quum autem hoc vidisset *Garmensis* Dux, prostratus coram eo veniam petiit. Cui *B. Wenceslaus* ait: *Remeare ad propria & conten-*

S. Wenceslaus Radislao duellum offert.

tus tuis esto; tua autem non desidero; vade in pace. Deinde *B. Wenceslaus* vocatus *Gratia* ad Imperialem Curiam, ab Imperatore & *ejus apud Ottonem M.* Principibus est honorifice receptus, & ad colloquia & consilia Imperatoris invitatus. Tardabat quondam manè venire propter labores & fatigas nocturnas, quas faciebat in vigiliis & orationibus ita, ut Imperator cum Principibus putarent eum arroganter pigritare. Et decrevit Imperator cum Principibus ob hanc causam eum, cum tardè veniret, in Consilio non honorare. Post autem venit *B. Wenceslaus* ad Consilium Imperatoris & Principum; Imperator vidit duos Angelos eum ducentes & Crucem auream in fronte ipsius maximo splendore nitentem. Tunc Imperator procedens ad pedes ejus veniam petiit unà cum Principibus. Postea rogans eum, ut iuberet seu peteret, quicquid vellet. Tunc petiit brachium *B. Viri* Martyris, quod Imperator sibi dedit. *m)* Quo ablegato *Pragam*, ædificavit Ecclesiam sub titulo ipsius gloriosi Martyris, petens à *B. Wolffgango*, Ratisbonensi Episcopo, tunc *Boëmorum* Diocesano, ut non pigritaret venire ad Consecrationem dictæ Basilicæ. Cui *B. Wolffgango* ait: *Nunquam, Fili, indiges de me. Nam tuam Ecclesiam, quam consecrari desideras in Metropolitanam, vidi erectam & sublimatam coram Deo: sed nutu tuo ad consecrandam ipsam libenter mittam.* Cum quadam vice iret *B. Wenceslaus* nocturno tempore nudipes ad Ecclesiam hyemali tempore, dum nives & glacies occuparent, miles suus Secretarius, nomine *Podiven*, eum sequebatur, in cujus pedibus frigus invaluit, quamvis esset calceatus, ut tolerare non posset: cui *B. Wenceslaus* ajens dixit: *Pone pedes tuos in vestigiis pedum meorum.* Quod & fecit, & calefacti sunt pedes militis ita, ut nullum frigus deinceps sentiret. Vestigia autem gloriosi Martyris cruentata fortiter apparebant. Dederat enim se gloriosus Princeps *Wenceslaus* caritativæ largitati, ut infantes ferviles emeret libertati, & Christo faceret heriles, vincula & patibula destruens, timens, ne sanguis proximi injustè condemnaretur. Multa veridica futura prædicebat, seu innuebat. Unde inter alia revelata ei exstitit Translatio gloriosæ Avix, *B. Ludimille*, Martyris, cujus corpus, prout revelatum sibi fuerat, reperit incorruptum: Quod ipse cum magna devotione honorifice transtulit in Ecclesiam *S. Georgii* Castri *Pragensis*.

Deinde

k) Sylvius c. XV. Tymam & Simonem. Dubravius L. V. p. 31. Tbomam & Gumonem.

l) Dubravius c. I. vocat: Radislauum Gurimensem Principem, Mistibogii filium.

m) Dubravius p. 32. addit: Intertm dona Casare digna a nobis accipe, regium inprimis decus, quo te ex dignitate tua merito decoramus, deinde tributo absolvimus, quod Carolus quondam solvendum Casaribus instituerat. Fuit postremo & insignia sua Wenceslaum ferre, fuscam aquilam in clipeo candido. Omnia quidem accepit, sed Rex ungi noluit, quanquam a Casare atque ab aliis Regibus & Principibus Rex in Epistolis salutaretur.

Deinde *B. Wenceslaus* appetens cœlestia, despiciensque terrena, misit Legationem Apostolico, ut Monachalem habitum accipiendi licentiam sibi daret secundum Ordinem *B. Benedicti*; Principatum resignare desiderans fratri suo, *Boleslao*. Ipse verò frater suus *Boleslaus*, bonis ejus actionibus invidens, terrena concupiscens, & despiciens cœlestia, ejus Principatum desiderans, celeriter sceleri se immiscuit, & ipsum Principem gloriosum ad convivium in Castro *Boleslaviensi*, quod construxerat, invitat. Ipse verò mortis suæ præsciens, tanquam ovis ad occisionem, permisit se ducere, qui seductus à fratre mundano ducebatur ad cœlestem palmam Martyris, gaudens & gratias agens Deo. Nam cum in cœna recubisset cum commilitonibus suis, ajens dixit: *Cras in Vigilia præpositi Paradisi Calicem Passionis amore Domini bibam, qui animam meam representabit Deo meo. Nunc autem bibite, & epulamini: nam de germine hujus vitis à modo non bibam vobiscum.* Tunc à cœna surgens Orationibus se dedit, gratias agens Deo, puram confessionem faciens contrito & compuncto corde, cum desiderio satisfaciendi à Sacerdote veniam petiit, & cum amaro fletu precibus tam suis, quam proximorum, usque ad Gallicinium exoravit. Devotissime autem in matutinis horis perseverans, & in aurora verum Solem rutilantem animâ scilicet Corpus Domini sumit. Et sic illuminatus & procuratus tanquam jubar matutinum nocturnis insidiis obvians, de potestate tenebrarum fratrem suum procedentem sævum ac impium dulci affatu salutans, velut alter *Abel* à *Cain*, vulneratur, & tunc, cum eum percussit, abiit retrò & cecidit, non habens potestatem in Viro Dei. Sanctus autem *Wenceslaus* optans voluntariè servitium offerre Deo, & ponere animam suam pro Christo, restituit sibi gladium dicens: *Voluntas tua sit in manibus tuis.* Qui accumulans pejoribus pessima, sicut ursus insidians de spelunca, iteratò in eum irruit cum suis, & sicut vipera carnem & sanguinem suum lacerare desiderans in proprium germanum, gladium extendit cum suis complicibus; ita, ut mortè eum afficerent, animam Deo, corpus terræ relinquentes. Cujus sanguis, fratricidium ante Deum proclamans, abstergi nulla humana arte unquam potuit. Tempore autem gloriosæ passionis suæ Christus Regi *Daciæ* apparens in Cruce eum hortatus est, ut Ecclesiam sub nomine Martyris sui *Wenceslai* construeret, prout veniam ab eo appeteret obtinere: quod & fecit. Illo etiam tempore pessima & ignominiosa Mater sua *Drahomirz*, velut altera *Jezabel*, sequens crude-

litem impiissimæ *Athalie*, quæ in proprium sanguinem suum regalem sævit, & procuratrix exitit effusione innocentis sanguinis Martyris, primogeniti sui, *B. Wenceslai*, velut *Datan* & *Abiram*, à terra absorpta est in publica strata ante Castrum Pragense, versus occidentalem plagam: prout vestigia telluris usque in hodiernum diem cernuntur. Complices autem interfectionis fratricidæ *B. Wenceslai* tam rabidis, quam pessimis plagis percussi sunt. Passus est autem & interfectus *B. Wenceslaus* à fratre suo *Boleslao*, prædicto Anno Domini incarnati 929. IV. Cal. Octobr.

929.

C A P. XVIII.

De Translatione *S. Wenceslai* ad Pragensem Ecclesiam.

Translatio autem gloriosi Martyris de *Boleslaviensi* ad *Pragensem* Ecclesiam ex mandato impii Principis *Boleslai* fratricidæ ad occultationem famæ miraculorum, ex ipsius meritis à Deo prodientium obdurata mente fratricidæ prostravit, dum Lux Lucis in sua allatione tenebras illustravit nocturnas, & obscuros *Pragensium* carceres illuminavit, & captivos liberavit. Nam vehiculum cum sequacibus torrenta fluviorum *n) Rokysniczege* & *Wltavie* pertransivit. Terra autem Christi Militi applaudens contremuit, aëque suavissimum odorem de corpore suo, triennio humato, emisit. Et sic Deus in sua allatione per quatuor elementa honorare eum voluit. Et ita in optatam suæ sepulturæ felicem Ecclesiam, quam ædificaverat, adductum corpus suum omnibus vulneribus sanatum est; præterquam vulnere auriculæ, quam frater propria manu sibi absciderat, quam & soror suâ, *Przibislava*, in *Boleslav* Ecclesia inter ostium & limen inventam post triennium capiti suo alligavit, quæ illud sanata, corpori suo adhæsit sic, quod in ea cicatrix nulla apparet. Apud gloriosissimum autem corpus ipsius tam allatione, quam etiam post sepulturam in *Pragensi* Ecclesia per ipsius merita Dominus multa miracula in omnibus infirmitatibus operatus est, & adhuc in Christi Fidelibus operatur; sicut scriptum. *Nimis honorati sunt amici Tui, Deus, nimis confortatus est Principatus eorum.* Nam per preces & merita ipsius Deus exaltavit & honoravit Principatum suum, videlicet *Boëmorum*.

C A P. XIX.

De Miraculis *S. Wenceslai*.

Memoriâ namque dignum putamus describi veritatem miraculorum prædicti sanctissimi Martyris, à Deo misericorditer

S. Wenceslaus à fratre occiditur.

n) Dubravius pag. 35. *Rochetnicze*.

diter prodientium in suis Fidelibus & Devotis. Nam ex antiquis Scripturis & veridicis relationibus invenimus; quod eliens ipse *Podwen* nomine, qui ante in multis bonis operibus sibi comes affuit, scilicet in vigiliis, peregrinationibus & laboribus, ex jussu *Boleslai* Impii, fratricidæ prædicti, suspensus est patibulo: quia Zelator bonæ, & Relator sanctissimæ vitæ ipsius *S. Wenceslai* etiam post mortem exstiterat. Et post biennium incorrupta barba, & unguibus crescentibus in patibulo est inventus, & abinde receptus, & in Ecclesia Pragensi honorificè sepultus.

Aliud Miraculum.

Invenimus etiam in ipsius Miraculis descriptum, quod multi captivi eum invocantes per merita ejus ex diris carceribus sunt liberati: inter quos Gentilis quidam liberatus gratiam Dei & Martyris miraculo expertus; Baptismi Sacramentum adeptus, cum unico filio suo, quem obtulit Deo ad Clericatum, in laudem Martyris sui, qui deinde provectus est ad Sacerdotalem dignitatem, Deo suoque Martyri serviens usque ad vitæ consummationem. Mulier etiam quædam visâ orбата, manuum incurvâ inflexione, ab ipsa nativitate contractâ, quæ ad Ecclesiam *S. Viti*, Martyris, ingressa, & ante sepulchrum *S. Wenceslai* adducta, orans intimè cum lacrymis, lumen oculorum & manuum recepit sanitatem.

Aliud Miraculum.

Vir quidam ex *Franconia* ab adolescentia sua ex naturali defectu contractus pedibus ita, ut solò reptando graderetur, in sopore nocturno vidit Virum venerabilem albis indutum, dicentem sibi: *Duci te facias in Boëmiam ad Civitatem Pragensi ad Ecclesiam S. Viti, ubi requiescit Corpus S. Wenceslai, Martyris, cujus meritis perfectam recipies sanitatem.* Qui somniâsse se putans jussa implere neglexit. Nocte autem secundâ ab eodem Sene, cum maxima claritate sibi apparente, iteratò monitus, quod nequâquam dimitteret, quin monita prædicta perficeret: Qui jussus venerabilis Senis obtemperans a parentibus *Pragani* delatus, prostratus solo ante sepulchrum Martyris gloriosi in dicta Basilica *S. Viti*, nervis extensis, basibus consolidatis & plantis, recepit perfectam sanitatem, & ad propria remeavit, laudans & glorificans Deum & gloriosum ejus Martyrem, *S. Wenceslaum*.

Aliud Miraculum.

1092. Anno Domini M X C II. in Navitate S. Dei Genitricis, Virginis gloriosæ,

post matutinas, jam illucelcente die, sanctissimi Martyres, *S. Wenceslaus* & *Adalbertus*, visibiliter apparentes Carceris Pragensis, vedes & ostia ferrea confregerunt. Et intrantes carcerem, cippum per maximum cuneis ferreis muro infixum, compeditis solutis, ipsum in angulo carceris posuerunt, præcipientes liberatis: *quanto citius ad Ecclesiam currite, annunciantes omnibus, nos idèo missos pacem Regno attulisse de guerra, quæ erat inter Regem Wratisslaum & filium suum Boleslaum, quàm Deus hucusque permiserat propter peccata populi punianda.* Ipsi verò liberati statim ad Ecclesiam currentes omni populo cum gaudio nunciaverunt. Moxquè in crastinum, quod sancti prædixerunt, feliciter est impletum. Nam *Conradus*, frater Regis, concordiam in Regem & filium suum prædictos fecit, & sopivit bellum, quod est summa desolatio *Boëmorum*. Nec dubium, quod precibus & meritis Sanctorum, Patronorum nostrorum *Wenceslai* & *Adalberti* pax & concordia illa fuerit missa à Deo, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

C. A. P. XX.

De Morte sævi BOLESLAI, & Successione filii, pii BOLESLAI, ac sublimatione Ecclesie Pragensis, nec non Monasterii S. Georgii.

Anno Domini 967. Idus Julii sævus *Boleslaus S. Wenceslai*, fratris sui, interfectòr, postquam urbem *Boleslaviensem* muro vallasset, sed relictis duobus filiis, *Boleslao Pio* & *Strackivno*, Ducatum suum *Boëmiæ* crudeliter & vitam amisit. Cui successit idem filius suus *Boleslaus Pius*. Hic *Boleslaus*, vir christianissimus, & multarum virtutum & bonorum operum plenus, viginti Ecclesias in *Boëmiâ* de novo construxit, & sufficienter dotavit. Inter quas principalem & primam Ecclesiam *S. Viti* quam pridem *S. Wenceslaus* in Castro Pragensi ædificaverat, sublimavit in Ecclesiam Cathedralè. Quod sic accidit, & ad effectum perductum est. Habuit enim sororem germanam, nomine *p) Wladam*, devotissimam virginem & sacris scripturis & literis eruditam, quæ dum causâ devotionis *Romam* venisset, à *Johanne* Papa benigne suscipitur, à quo obtinuit Erektionem Monasterii *S. Georgii* in Castro Pragensi, & se ibi in Abbatissam consecrari. Qui Papa eandem *Wladam* totaliter in Abbatissam consecrans, mutavit nomen, vocavitque eam *Mariam*, & instituit in dicto Monasterio Regulam *S. Benedicti*. Quò factò eadem Abbatissa *S. Georgii Maria*, inductione fratris sui præfati, *Pii Boleslai*, Ducis

o) Sylvius vocat *Stratiqualem*, Dubravius *Strachyqualem*.

p) Cosmas Prag. pag. 11. & Dubrav. L. VI. pag. 38. vocat. *Mladam*. Sylvius cap. XVI. *Miladam*.

Ducis *Boemiae*, à dicto Papa *Johanne* obtinuit Ecclesiam *S. Viti*, quam olim *S. Wenceslaus* in Castro Pragensi fundaverat, ut permitteret in Cathedralem Ecclesiam sublimari, & tam super sublimatione ejusd. Pragens. Ecclesiae, quam Ereptione & Confirmatione Abbatiae & Monasterii Sanctimonialium *S. Georgii* in Castro Pragensi praefato fratri suo, *Pio Boleslao*, Duci *Boemiae* suprad. Apostolicas apportavit Litteras sub his verbis:

C A P. XXI.

De Litera Papae JOHANNIS super Ereptione Ecclesiae Pragens. & Monasterii *S. Georgii*, missa PIO BOLES-LAO.

Diploma fundationis Ecclesiae Prag. **I**obannes, Servus Servorum Dei, *Boleslao* Catholicæ fidei Alumno, Apostolicam Benedictionem! Justum est, benevolas aures justis accommodare petitionibus, quia Deus est justitia, & qui diligunt eum, justificabuntur, & omnia diligentibus justitiam Dei cooperantur in bonum. Filia nostra, tua q) relatio nomine *Wlada*, quæ & *Maria*, inter cæteras haud abnegandas petitiones Cordi nostro dulces intulit ex parte tui preces, scil. ut nostro assensu in tuo Principatu ad laudem & gloriam Dei Ecclesiae liceret fieri Episcopatum. Quod Nos utique læto animo suscipientes, Deo grates retulimus, qui suam Ecclesiam semper & ubique dilatat & magnificat in omnibus nationibus. Unde Apostolica auctoritate, & *S. Petri*, Principis Apostolorum, potestate, cujus licet indigni, tamen sumus Vicarii, annuimus, & collaudamus, & r) canonisamus, ut quoad Ecclesiam *SS. Viti & Wenceslai Martyrum* fiat Sedes Episcopalis. Ad Ecclesiam verò *S. Georgii, Martyris*, sub Regula *S. Benedicti*, & s) obedientis filiae nostræ, *Mariæ* Abbatissæ, constituatur Congregatio Sanctimonialium; Veruntamen non secundum ritus & sectas *Bulgaræ* gentis vel *Russiæ* aut *Slavonicae* linguæ, sed magis sequens instituta & decreta Apostolica. t) Virum potio-rem totius Ecclesiae ad placitum eligas in hoc opus Clericum, u) literis apprime eruditum, qui verbi vomere novalia cordis gentili-um scindere, & x) fructum bonæ operationis ferere sufficiat. Vale.

Et statim ut y) visum fuerat à Papa praefato *Johanne*, consilio Ducis & Abbatissæ Ecclesiae *S. Viti* decernitur futuro Episcopo, Ecclesia verò *S. Georgii, Martyris*, Sorori dictæ Ducis *Boleslai, Mariæ*.

C A P. XXII.

De Electione & Institutione primi Pragensis Episcopi.

Fuit illis temporibus quidam Presbyter, professione Monachus de *Saxonia*, vir eloquens & magnæ scientiæ, nomine *Dietmarus*, qui pridem ad Pragensem urbem orationis causâ venerat, & qui postea *Pii Boleslai*, tunc Ducis *Boemiae* notitiam adeptus, praefertim quia linguam Slavonicam bene scivit. Hunc dictus *Boleslaus* valde dilexit, & cum communi consensu suorum Clericorum eundem *Dietmarum*, Monachum, in primum Episcopum Pragensem elegit, & cum literis suis *Otoni*, Imperatori, filio quondam *Henrici*, Imperatoris, ad approbandum & instituendum transmissit. Qui Imperator, visis Electionis Decreto & literis dicti Ducis *Boemiae*, praefatum *Dietmarum*, Pragensem Episcopum approbavit, & mandavit Moguntinensi Episcopo, qui tunc Curiae suæ praesuit, ut eundem *Dietmarum* in Episcopum consecraret. Qui juxta Mandatum Imperatoris taliter consecrans, dictus Episcopus *Pragam* ad suum Ducem, *Boleslaum Primum*, remissus, & intronizatus est ad Ecclesiam *S. Viti* Pragensem Cathedram. Praesulatum suum rexit utiliter, & non post multa tempora feliciter vitam finivit. Mortuus est Anno Domini 969. IV. Non. Januar. & in Ecclesia sua Pragensi sepultus.

Dietmarus primus Ep. Prag.

569.

C A P. XXIII.

De Ortu & Vita S. ADELBERTI Episcopi.

ERat his diebus quidam Comes z) *Lubicensis*, nomine *Slawnik*, praepotens divitiis, nobilis genere, qui *Henrici* Imperatoris extitit proximus Nepos. Huic Conjug sua æque nobilissima, nomine *Strzizlawa*, sex filios genuerat, primogenitum *Sobiebor*, deinde aa) *Spitymir*, tertium *S. Adalberti* *Pohraslaw*, quartum cc) *Potej*, quintum vero dictum *Czaslaw*, sextum autem inter cæteros pulchrioris formæ, nomine *Woy-tieck*.

LII II 3

q) In Cosma pag. II. relativa.

r) Ibid. est: incanonizamus, quo ad Ecclesiam &c.

s) Ibid. Obedientia.

t) Ibid. Unum.

u) Ibid. additum: Latinis.

x) Ibid. triticum.

y) Lege: jussum.

z) Terminos Comitatus ejus describit *Cosmas* ad an. 981.

aa) *Cosmas* ad an. 995. *Sprumur*. Sed *Dubravius* ut *Noster* legit.

bb) *Dubrav*. p. 40. *Prebislaum*. *Cosmas*: *Drobozlaw*.

cc) Id. *Boritam*. *Cosmas*: *Poreji*. *Noller* infra c. XXIV. etiam *Porej* vocat.

zieck; dd) quibus diebus de studio reverfus fuerat. Cujus studii occasio hæc fuit: Nam ipsum carnali amore ducti & propter nimiam pulcritudinem, quam habuit, destinauerant eum seculo. Sed quicquid pius error parentum in hoc deliquit, mox culpæ proditor cœlestis iræ gladius correxit. Nam subita infirmitate puer corripitur, sicquæ de die in diem majore dolore additò, periculum mortis puero imminere cœpit. Turbantur parentes, decurrunt ubertim lacrymæ Patris, & Matris. Tandem sub ipsa morte confugiunt ad pium & misericordem Dominum, & quæ in hominum nativitate plus omnibus Sanctis valens succurrere solet, Matrem Domini exorant, venientesque ad Templum cum magna humilitate ac devotione cordis, ponentesque puerum super Altare *S. Mariæ*, Votum placabile voverunt cum Domino dicentes: *Non nobis, Domine, vivat puer iste, sed Clericus in B. Virginis honore portet jugum tuum pulchrâ cervice.* Sic dum ponunt eum super Virginis Altare, recessit in istis vis doloris. Sicque sanum eum recipientes tradunt salutiferis scolis, & post breve tempus transivit ad Archiepiscopum *Adalbertum* Magdeburgensem, qui eum in gaudio suscipiens apud se retinuit, nomenque suum ei imponens commendavit eum cuidam Philosopho *Othrico*. Ubi plus quam novem annis studuit, & diligenter instructus his diebus dulces Parentes inviserat. *Boleslaus* itaque Pius Dux cum plebe desolata in unum conveniunt, ut sibi de Pastore provideant. Tandem unanimes consensu *Adalbertum*, alias *Woytiech*, sibi in Pastorem eligunt Anno Domini incarn. 969. principante tunc in *Boemia* pio Duce *Boleslao* Secundo, anno Ducatus ipsius tertio. Eligitur *ee)* II. Martii. Consecratus autem est a Moguntino Episcopo in Die Apostolorum Petri & Pauli. Præfuit autem idem Christi Electus *Adalbertus* in Episcopatu Pragensi viginti novem annis.

Fit. Ep.
Prag.

C A P. XXIV.

De habitu Monastico, quem assumpsit.

988. **C**UMQUE videret, quod Grex sibi commissus eum audire nollit, Episcopatum cessit, & *Romam* ivit, ibique Ordinem Monachalem Ordinis S. Benedicti à venerabili Abbate Monasterii S. Pauli, nomine *Augustino* accepit sub A. D. 988., fuitque ibi in Monasterio 5. annis, Deo laudabiliter serviens die ac nocte. Sed post hæc compulsus est per Dominum Apostolicum Monasterium relinquere & ad gregem sibi commissum redire. Denique Christi Servus *Adalbertus* fratres suos, cum quibus

Deo omnipotenti sub regulari disciplina serviebat, cum uberrimis relinquens lacrymis, disciplinisque regularibus perfectè eruditus cum aliquantis ex ipsa Congregatione fratribus comitatus est. Ut autem gloriosus Princeps *Boleslaus* cognovit, inter terminos suos Episcopum Sanctum cum Religiosis ac Monasticæ vitæ viris advenisse, cum summa reverentia ei occurrir, ac honorificè susceptum, ut Curam sibi commissam à modo non relinquat, intimè rogabat. Ipse autem fratres suos, cum quibus venerat, in *Plznenst* provincia reliquit interim, ædificavitque eis pulcherrimam Ecclesiam sub honore Dei Genitricis, Mariæ Virginis in eadem provincia; quam Ecclesiam *Kostelez* nominavit.

Fundat
Ecclesiam
Kostelez,

Eodem tempore Episcopus *Adalbertus* cœpit cogitare, ut Monasterium aliquod in *Boemia* cum summa diligentia in honorem S. Benedicti, sub cujus Regula Deo militabat, construeret, in quo & Congregationem Monachorum S. Benedicti, quos secum de *Roma* adduxerat, locaret. Deo itaque revelante, sylvam, quæ *Sarka* dicitur, dato pretio redemit, ibique divina adjuvante gratia, & pii Ducis *Boleslai* suffragio, Monasterium cœpit ædificare anno Domini incarn. 992., dedicatumque est 19. Kal. Febr. ac ipso B. mem. *Adalberto*, Episcopo Pragensi secundo. Ordinationis suæ anno 24. in honore S. Dei Genitricis semperque Virginis *Mariæ*, & in honore S. *Benedicti*, & SS. *Alexii* & *Bonifacii*, præfente memorato *Boleslao* multisque Principibus Terræ adstantibus, & *Anastasio* Abbatem cum duodenis Monachis de super dicta Ecclesia advocans, eisdem imperavit, ut ab eis incoletetur locus sive Monasterium *Brewnow*, dans ipsum Abbatem in manus Ducis *Boleslai*, sub testimonio atque adjutorio Dei. Sicque totam diem illum hilarem duxerunt; contulitque eidem Monasterio de patrimonio suo multa bona. Montem quoque, qui situs est ad Austrum à bivio, ubi præciduntur molares, quantum & hæc eidem Monasterio ipsa latitudo Montium demonstrat. Hæc omnia & alia quam plura ad petitionem *B. Adalberti Boleslaus Pius* Dux eisdem Fratribus & Monasterio eidem perpetuo contulit, & donata Privilegio suo confirmavit. B. quoque *Adalbertus* de suo patrimonio contulit eidem quam plurima, scil. villas *Bressey* & *Wykanie*, & alias villas & possessiones multas. Insuper famulos & servitores, scil. pistores, futores, coquos, nec non famulos ad calefaciendum stibas, aliosque operadores diversorum operum, quæ longum est per singula enumerare; & hæc omnia, ut perpetuè eidem Monasterio ipsi & hæredes eorum subservirent. Insuper ipse

992.
item Ab-
batiam
Breuno-
viensem.

Bona &
privilegia
hujus mo-
nast.

dd) Textus videtur esse mutilus.

ee) Colinas p. 15. habet: XI. Cal. Martii.

ipie Dux & B. Adalbertus Episcopus ipsum Monasterium multis libertatibus privilegiarunt, ita, ut per totam Terram Boemiae, per terras & pagos sine solutione cujuscunque pretii vel thelonii libertate perpetua fruerentur, & secure ducant & vehant. Quae omnia praedictus Episcopus Adalbertus Chartam manu tenens primum quod hoc totum, quod scriptum est, antea praordinatum a Duce fuisset, adstante Christiano, qui alio nomine Strachkwás dicebatur, quasi binoncius fuit, qui fuit Ducis Boleslai, Anastasio, primo Abbate, & multis Canonicis de S. Wenceslao, cum Praeposito ipsorum, nomine Rech, & Wolen, milite, & alio nomine jusfit confirmare praedictas libertates, solusque Basilicam introiit, & hanc brevem subattestationem posuit in Altari dicens: *Quicumque tam contumax aut avarus vel invidus, aliquid ab omnibus supra collatis nostra auctoritate, Servis Dei omnipotentis, ab ipsa Ecclesia temere praesumpserit alienare, sciat se auctoritate nostro in districto Judicis examine cum impiis condemnandum.* Non solum autem haec omnia ipse Dux, verum etiam ipse Christianus Sigillo fratris sui haec ipsa confirmavit. Boleslaus itaque piissimus Dux ad festivitatem B. Benedicti accedens Deo & Sanctis ad petitionem humilem S. Patris Adalberti haec omnia & multa alia fratribus ibidem obtulit & donavit, deditque privilegia in haec verba:

993. *Donatio Boleslai ii.* Sciant omnes Christi Fideles praesentis & futuri temporis: quod Ego Boleslaus, Gratia Dei Boemorum Dux, ad petitionem Venerabilis Adalberti Episcopi, & Anastasii, Abbatis Brewnomiensis Monasterii de Reditibus nostri Ducatus, quousque mundus voluit, 2500. Denarios per diversa tempora contuli solvendos. In Pascha videlicet 500. & in Pentecoste totidem, & in Festo S. Gnerami, Episcopi Ratisbonensis residuum. Si quis autem hoc Decretum violaverit, sciat se aeternaliter damnandum. Facta est autem haec Donatio Anno Domini incarn. 993. His itaque peractis Abbas Anastasius cum fratribus sibi commissis locum sanctum sibi commissum coeperunt excolere, suisque manibus laborabant, Ecclesias & alias officinas, quae nondum erant perfectae, sive constructae, in brevi tempore cum Dei adjutorio & imprimis Adalberti S. suffragio, qui coram suis manibus in eodem Monasterio & Ecclesia sec. Regularem Institutionem cotidie cum fratribus laborabat. In cujus evidenciam chirotheca valde simplicis operis & texturae facta, in qua laborabat, in eodem Monasterio diligenter reservabat pro testimonio. In eadem Ecclesia, quae nunc Parochialis facta est, Fratres laudes Deo persolvebant devote die & nocte: quia nondum major Ecclesia, in qua nunc

fratres Deo laudes persolvunt, erat aedificata. Beatus igitur Adalbertus cum videret, quod populus ab auctis vitiis non cessaret, sed semper ad deteriora rueret, maxime, quia volebant ex contemptu ipsius Dei mandata servare, sed sec. Gentilitatis errores volebant semper vivere, timensque, ne & se perderet, & illos non lucraretur, iterum reliquit eos, & dulcis Romae moenia revisit. Quapropter populus commotus, quia se in ipso vindicare non poterant, in parentela ipsius i. e. in fratribus vindicare se parant, quia eos omnes propter suam inobedientiam excommunicaverat. In Festo ergo gloriosi Martyris Wenceslai Civitatem fratrum & Castrum Libuff. obsident & expugnata civitate omnes pariter capite truncant. Erant autem quinque Germani ipsius Adalberti B., videlicet Sobiebor, Szymir, Probaslaw, Porey, & Czaslaw. Patrato hoc scelere & flagitio veniunt Pragam, & unanimi consensu Fratrem Ducis Boleslai, nomine Christianum, qui alio nomine Strachkwás dicebatur, in Episcopum Pragensem eligunt, ipsumque transmittunt ad Moguntinensem Archiepiscopum ad consecrandum. Qui dum consecravit, mox a Demone arripitur, qui eum tam diu vexavit, quousque animam ei extorqueret. Praedixerat ei etiam hoc S. Adalbertus, priusquam Romam iret, quia noluit Episcopatum suscipere, ipso humiliter rogante: cui & Prophetica voce dixit: *Tibi, nunc quidem non vis, sed postmodum cum volueris, cum tua damnatione & periculo animae tuae assequi tentabis.*

C. A. P. XXV.

De Martyrio S. ADALBERTI.

Non est praetermittendum quoque, quomodo idem B. Adalbertus, Romae existens, fratres suos supra dictos miraculose sepelierit. Nam cum in Monasterio, ubi professus fuerat, moraretur, Dominus Johannes, Papa, Dominus Quintus, audiens ipsius laudabilem conversationem, ipsum de Monasterio recepit, & Capellanum solum fecit. Quodam ergo tempore, cum solito more Missam celebraturus esset ante Deum, cum Cappam, in qua erat, deposuisset, & circumspiciens, neminem de suis adesse videret, vidit radium solis per fenestram procedere, & aestimans lignum fore, ibidem cappam suam appendit, quae in modo sic appensa in solis radio permansit, quousque vir Dei officium Missae complevit. Quod videntes multi, in magnam reverentiam habuerunt una cum Apostolico. Ipso quoque die, quod in Boemia exequiae parabantur fratribus suis supra dictis, rogatus Missam ante Apostolicum coelesti virtute praeditus solito more celebraturus accessit. Qui dum divinum officium

S. Adalbertus iterum Romam abiit.

Fratres ejus truncantur.

cium devote persolveret, venissetque in Cānone, ubi defunctorum memoria agitur, mox in spiritum raptus in Ecclesia, ubi fratres ejus sepeliendi erant, apparuit, eisque exequias honorificè peregit. Interim murmur & strepitus excitabatur, cum Pontifex sanctus tamdiu officium protraheret. Et cum prospicerent post aliquot horarum spatia, jubente Apostolico accesserunt eum quasi excitaturum, qui mox ad se reversus, officium quod cœperat, coram Apostolico perfecit. Quem post Missarum solennia Dn. Johannes Papa advocans, & *cujus in Missa dormiverit, interrogaret?* Vir autem Dei *se non dormisse* affirmabat. Papa autem interrogabat: *Cur officium suum more solito prolongaverit?* Qui cum diu sibi nolleret rem suam gestam dicere, ex vera humilitate tandem, mandato ipsius coactus, dixit: *Se in exequiis fratrum suorum interfectorum interfuisse.* Et si, inquit, *mibi non creditis, mittite in LIBUCZ, & Chirothecam, quam vobis excitantibus, recipere non potui, ibi inveniatis.* Quod Apostolicus audiens Nuncios suos direxit, & ita, sicut vir Dei dixerat, invenerunt. Unde usque hodie in eadem Ecclesia pro testimonio eadem Chirotheca servatur. Princeps Boleslaus post mortem Christiani, sive Strachquat, cum Clericis inito consilio, Moguntinensem Archi-Præsulem sollicitat his verbis: *Aut nostrum Pastorem* ADALBERTUM *ad nos revocetis, vel populus ad pristinos errores revertetur.* Qui Archi-Episcopus hoc audiens mox Apostolicum aggressus, & quid inde sentiat, sciscitatur. Et convocantes ad se seruum Dei Adalbertum, talibus verbis eum allocutus est: *Te maxime obtestamur, ut ad tibi commissam Diocesim redeas, regimenque tuarum ovium diligenter recipias, ipsi autem ut te non ad tuam sed potius ad suam salutem audiant, Deum exoramus.* Porro idem Apostolicus populum duræ sciens esse cervicis, Patris Adalberti condescendit labori, & veluti jugum sibi impositum relaxans, præcepit, ut, si in Boemia, ferocissimis antiqui hostis satellitibus rebellantibus, proficere non posset, de virtute Dei non præsumens verbum prædicationis aliis Terris & Gentibus assumeret. Cum igitur Pater Adalbertus tantam in Apostolico gratiam pietatis intellexisset, humiliter, quod sibi injungebatur, suscepit. Eodem tempore pius Pontifex supplicavit Dno Apostolico, ut Monasterio *Brevonimensi*, quod ipse summo studio in Boemia construxerat, ut pius Pater sub manu sua teneret, & omnia, vel Decimas vel qualescunque ejusdem Domus collationes sua autoritate confirmaret. Cujus supplicationi Dn. Apostolicus libenter assensum præbuit, & pro suo rogatu Privilegium conscribi jusit, quod

Adalbertus ad Ecclesiam suam redire jubetur.

more solito Sigillo suo autorisavit: quod Privilegium, licet sit vetustate consumptum, tamen cum summa reverentia in eodem Monasterio usque hodie pro testimonio reservatur.

His ita omnibus ritè peractis, B. Adalbertus cum videret, populum sibi commissum à consuetis vitiis nolle quiescere, reliquit eos, & migravit ad Hungariam eos. Convertebat ab infidelitate convertit, & confirmavit Ungarum eos in fide Christi venit Poloniam, ros & Poloniam ibique Ducem Mezkonem cum tota gente lonos, sua ad fidem Christi convertit. Et perambulans circumjacentes Provincias, multos eorum ab errore Gentilitatis convertit. Tandem venit ad partes Prussiae, ibique Martyri-fidem Christi prædicans, felici Martyrio um ejus. septem lanceis perfoctus feliciter ad Dominum migravit. Impii autem, qui hoc fecerunt, caput ei, eò jam mortuo, absciderunt, & in quodam palo fixerunt. Post recessum autem ipsorum divina virtute corpus surgens sine capite accepto palo, in quo caput ipsius fixum erat, in aliam partem stagni ivit, ibique requievit. Digitus autem ipsius dextræ manus ab impiis abscissus & in stagnum projectus, quem piscis avidè mox glutivit. Mox lumen cœlicum ipsum piscem irradiavit, ita, ut ubicunque vel quocunque se in aqua verteret, lumen cœli super ipsum & de ipso splendens ipsum prodebat. Piscator autem quidam videns ipsum piscem, & lumen, quod de ipso procedebat, suspicatus aliquam gemmam pretiosam & magni pretii esse in pisce, ipsum cum labore predidit, & exenteravit, nihilque aliud in pisce reperit, nisi Digitum S. Adalberti, quem mox ut manui ipsius, unde abscissus fuerat, applicavit, ita unitum & sanatum reperit, ac si nunquam abscissus fuisset.

C A P. XXVI.

De morte Pii BOLES LAI Ducis ejusque Successoribus.

Dux Boleslaus Pius, de quo supra fit mentio, post obitum Patris sui, sivei Boleslai, rexit Ducatum Boemiae 32. annis. Hic Boleslaus Pius pollebat militaribus virtutibus, victoriosus in præliis & pacis maximus amator fuit, multis abundans divitiis. Habuit uxorem legitimam, nobilem genere & vita & moribus, nomine Hemman, ex qua duos filios procreavit, Wenceslaum & Boleslaum. Wenceslaus dum adhuc puerilibus esset in annis, febre correptus vitam finivit, Boleslao fratre suo superstite remanente. Dicitur verò Dux Boleslaus Pius, postquam sibi sensisset tempus mortis instare, accersito filio suo æquivocò Boleslao, ipsum coram Conjugè sua Hemmâ & Magnatibus Boemiae multis informare documentis salutaribus docuit vitare vitia, & quas

*Boleslai
Pii mors.
999.*

& quaslibet amare virtutes, & tandem post patria monita & doctrinas Ducatus sibi *Boëmiæ* committens regimen plenus dierum feliciam vitam finivit in Domino, & mortuus est Anno Domini 999. ff.) Id. Febr. Eodem tempore *Anastasius* primus Abbas Monasterii *S. Adalberti*, scil. *Brewnomenfis* in Strigoniensem Archi-Episcopum eligitur: qui multis miraculis claruit, & inter cætera discipulum suum solo iussu à morte suscitavit. Circa idem tempus claruit *B. Guntherus*, de Landgravio *Thuringiæ* factus monachus monasterii *Alte*, inferioris Ordinis *S. Benedicti* sub Regimine *B. Godehardi*, tunc temporis Abbatiss monasterii ante dicti, qui multis claruit virtutibus. Inter cætera, quæ gessit vivens, de Mensa *Stephani*, Regis *Hungariæ*, Avunculi sui, pavonem assatum precibus suis vivum evolare fecit. *Teydagus*, Cancellarius Imperatoris in Episcopum eligitur.

*Gauden-
tjii gesta.*

Circa idem tempus *Gaudentiuss*, frater germanus ex Ordine *S. Adalberti* in Archi-Episcopum *Gnesnensem* eligitur. Cujus fama pariter & amore ducti sex Fratres, videl. *Benedictus*, *Matthæus*, *Johannes*, *Isaac*, gg) *Christianus* & *Barnabas*, qui cum fratre ipsius *S. Adalberto* de *Roma* venerant, cum consensu & voluntate *Anastasi*, Abbatiss Monasterii *Brewnomenfis Poloniam* ipsam gratia visitandi adeunt, & ad petitionem ejus, ne desererent ipsum, Eremum quendam intrant. Quos brevi tempore elapso *B. Procopius*, cum esset Canonicus Ecclesiæ *Wyssegradensis*, factus monachus monasterii *Brewnomenfis*, de licentia *Jeronymi*, qui & *Dobromir* dicti Abbatiss secundi monasterii ante dicti pro spe majoris præmii vitæ æternæ in Heremum prope *Zaivam* advolavit. Sicque non solum *Boëmia*, sed *Ungaria* & *Polonia* cum *Prussia* salutis suæ principia sumpsit de *Brewnomenia*, dum tantorum Virorum illustrantur vita & passione.

C A P. XXVII.

De Vita & Regimine Tertii BOLES- LAI.

Boleslaus III. Pii *Boleslai*, Ducis *Boëmiæ* filius; post obitum patris regimen *Boëmiæ* Ducatus assumpsit, sed non felicibus auspiciis paternos quondam viriliter acquisitos obtinuit. Nam non post multum assumptum Ducatus *Boëmiæ* regimen Dux *Poloniæ*, nomine *Metzko*, homo plenus fraude, sibi urbem *Krako* fraudulenter abstulit, omnibus suis de *Boëmia* gladio nequiter interfectis. Habuit etiam dictus

*Mefco
Cracovi-
am occu-
pat.*

Boleslaus ex Coniuge sua nobili duos filios *Odalricum* & *Jaromir*. *Odalricus* à pueritia traditus ad Curiam Imperatoris *Henrici*; moribus & virtutibus imbuendus: Sed *Jaromir* in aula patris permansit. Postea autem audit, quod inter *Boleslaum Boëmiæ* & *Metzkonem Poloniæ* Duces interveniente tractatu *Treugarum* & *Pacis* etiam juramento firmato, iidem Duces insimul conveniunt: ubi dictus *Metzko* sub dudum concepto gelositatis ingenio, attractis sibi quibusdam muneribus de *Boëmia* Consiliariis præfati Ducis *Boleslai*, hb) *Warsowicenses* nomine, perfidos & malignos, ac nequissimos sui Principis traditores, eundem Ducem *Boleslaum* versus *Cracoviam* super certo termino veniendum ad convivium invitavit. Cum Dux *Boleslaus* taliter invitatus, prioris dolo sitatis & fraudis non immemor, & volens de peiori futuro cavere, primò petitioni *Metzkonis* noluit consentire; sed postea *Warsowicensium* Traditorum, suorum Consiliariorum, iniquis suggestionibus victus consentit, seque velle venire promisit, nec tamen omisit, quin Ducatum suum nobilioribus & fidelioribus, quos habebat, commisit, ut, siquid in eo dolo sitatis dicti *Metzkonis* humanitus contingeret, *Jaromir*, filium suum, in Ducem & Dominum suum assumerent loco sui: sicque disposito Principatu suo, *Cracoviam* ad Dominum *Metzkonem* accessit. Et primò ab eodem *Metzcone* honorifice excipitur, sed mox dum convivio interesset, ab hospite suo præfato nequiter capitur, & oculis privatur, suis omnibus, quos secum adduxerat, crudeliter interfectis.

*Bolesla-
um III.
dolo ex-
cecat.*

C A P. XXVIII.

De successu JAROMIR, Filii Boleslai, & de Miraculo S. Johannis Baptistæ.

Postquam dictus perfidus *Metzko*, à genere *Duoali* degenerans, [contra] fidem datam & juramentum sic in Illustri *Boleslao Boëmiæ* Duce, hospite suo, inhumana scelera peregrisset; dicti *Warsowicenses*, tanti tradimenti & impietatis crudelissimi patratore, reversi *Boëmiam*, de nequam sua & amicorum suorum potentia consili superstitem Juvenem, *Jaromir*, Ducem *Boëmiæ* ii) filium *Boleslai* præfati machinantes extinguere, & sibi præter consensum & scitum Magnatum, Baronum ac fidelium populi Ducatus *Boëmiæ* regimen fraudulenter usurpare conantes, quadam die idem *Warsowicens.* & iniquissimi traditores & quodam perfidissimo Majore & Directore eorum,

ff) Cosmas p. 19. VII. Idus Febr.

gg) Cosmas ad ann. MIV. vocat *Crispinum*.

hb) Sylvius cap. XVII. *Vrsowicenses*; Dubravius pag. 43. *Warsowicenses* nuncupat cum *Cosma* ad an. 998.

ii) Sylvius cap. XVII. falso vocat: *Janurem Boleslai fratrem*.

*Jaromir
in vena-
tione in
manu
insidia-
torum
incidit.*

eorum, *kk)* Kochen nomine, opportunitate facta, Ducem & Dominum eorum, *Jaromir*, simulatae venationis causa fictum ad locum, ubi nunc est Monasterium *Welich* densas duxerunt in sylvas. Et dum locum aptum ad perpetrandum ceptum facinus conspexissent, Dominum suum *Jaromir* turpiter ligantes ad arborem, & de ipso metam sagittariam statuentes sagittis & telis eum interficere nitentur. Ubi accidit, quod idem Dux *Jaromir* ob magnae devotionis ardorem, & multam reverentiam, quibus a pueritia sua *S. Johannem* statuerat summo opere honorare, *S. Johannes B.* in necessitate sua eundem *Jaromir* Ducem gratiose protexit. Nam dum persecutores sui in eum tela jacerent, *S. Johannes* cum indumento suo prohibuit, ut Dux *Jaromir*, nullatenus laederetur. Et in eadem hora *B. Johannes* uxori dicti *Jaromir*, Matronae valde devotae in visione apparuit, admonens ipsam, ut ad libertatem mariti sui *Jaromir*, fidelem populum mitteret. Insuper, dum haec fierent, quidam Familiaris dicti Ducis *Jaromir*, *ll)* *Howora* nomine, qui maleficiis interfuit, fidelitate permotus, subito equum ascendens venit *Pragam*, nuncians fidelibus & amicis dicti Ducis ea, quae per *Wysowicenses*, impios traditores commissa fuerant: qui statim armati equos ascendunt, & una cum *Howora* praefato ad locum praedictum veniunt, maleficos temerarios, quos possunt, & capiunt & interficiunt digna morte, ac Dominum suum miserabiliter affectum dissolvunt. Qui solutus coram omnibus narrat, qualiter *S. Johannis* Baptistae fuerit auxilio liberatus. Et in perpetuam memoriam liberationis ipsius arborem, ad quam ligatus fuit, praecidi fecit, construens in eodem loco Monasterium, nomine *mm)* *Welichen*, in honore *S. Johannis* Baptistae: ubi hodie Altare majus super stipite dictae arboris situm est; & plures degunt Monachi sub Regula *S. Benedicti*, sub Abbate Insulae *Sazaniensis*. Familiares vero & fideles populi dicti *Jaromir* Ducem suum honori-

*Howora
ministris
fidelibus.*

fice fulcipiunt, & *Pragam* reducunt. Servo autem, *Howora* dicto, propter probitatis fidem, quam ostendit in Duce, idem Dux *Jaromir* hereditarii supremi Venatoris Officium *nn)* donat. Quod quidem officium ad arcem *Stebnam* pertinuit, & sic ad posteritatem suam gratiam honorificae mercedis deduxit.

*Præmi-
um ejus.*

C A P. XXIX.

De Obsidione Civitatis Pragensis & Captivitate ODALRICI, fratris Jaromir, Ducis Boemiae & excoecatione ejusdem.

Cum praemissa in *Boemia* gesta fuerunt, *Metzko*, Dux *Poloniae* auxilio sceleratorum *Warsovicens.* & amicorum eorum praedicti: congregato exercitu valido *Boemiam* veniens, *Pragam* obsedit biennio, videl. Anno Domini 1001., intra quod biennium *Pragam* urbem obtinuit, Castro vero *Wyssegraden* in dicta urbe viriliter resistente & inexpugnabili permanente. Eodem etiam tempore dictus sceleratus *Metzko* nuncios suos ad Imperatorem *Henricum*, cum maxima pecunia & multis muneribus misit, supplicans Imperatori, ut sibi *Odalricum*, fratrem *Jaromir*, Ducis *Boemiae*, qui tunc temporis, prout etiam superius scribitur, praefati Imperatoris educabatur in Curia, vinculum transmitteret: quod praefatus Imperator cupiditate avidis, & muneribus corruptus adimplere mandavit, in Imperiali sui dedecus & scandalum manifestum. Qui postea Anno Domini 1002. vel jussu Imperatoris vel fuga carceribus elapsus liberatus est. Et rediens in *Boemiam* secreto venit in quoddam Castrum suum firmissimum, nomine *oo)* *Drewick*. Et abinde militem quendam fidelem *pp)* mittit in urbem *Pragensem*, injungens ei, quod nocturno tempore per clamorem buccinarum & tubarum incautos hostes perterreat. Moxque fidelis miles jussa Domini sui exequens ascendit media nocte in praefatam urbem *Pragensem* eminentiorem locum, vulga-

*Mesco
Pragam
obsidet.
1001.*

1002.

kk) Sylvius vocat: *Cocherem*. Colmas p. 19. *Coban*. Dubrav. p. 43. *Loebunum*. Bontinius *Tocharem*.

ll) Cosmas: *Douora*, Sylvius: *Ouera*. Dubrav. p. 44. *Howora*.

mm) Sylvius: *Veliscam*.

nn) Hic *Howora* est auctor vetustissimae familiae Dominorum de *Duba*. De nobilitate pariter cum dignitate tunc acquisita testatur etiam Cosmas p. 19. *Servo autem DOUORAE, omni laude digno, Ducis amico, talis gratia redditur pro merito. Nam voce praeconia indicitur ubique per fora, ut quam ipse DOVORA, tam ejus proles postera sit inter nobiles & ingeniosos in aeternum & ultra. Insuper dant ei & dignitatem venatoriam, quae pertinet ad curtem STECNAM, quam ex tunc & usque modo per generationes, ejus possident nepotes.* Dubravius p. 44. *Habuit & HOVORAE fidelem clientulo hunc honorem, ut eum praefectura venatoria ejusque posteris, & insuper agris & pagis circum STEBNAM sitis honoraret, primumque inter Boemos auctoritate Caesaris Henrici ad eum Procerum gradum proveberet, qui nunc BARONES à QUERCU in Boemia appellantur.*

oo) Cosmas ad an. M. II. *Drewis*. Sylvius cap. XVIII. *Castellum DIEUIZUM*.

pp) Dubravius p. 45. scribit: *Cochanum* illum, qui paulo ante Polono *Pragam* prodiderat, hanc viam recipiendae urbis *Odalrico* ostendisse.

Odalricus
terrore
Panico
Polonos
fugat.

vulgariter *Syfy* nominatum, qui nunc *Strachovia* dicitur, ubi tuba & buccinis sonitum faciens ac altis vocibus clamorem ingeminavit, sub his verbis: *Fugiunt, fugiunt Poloni confusi turpiter! Irruite, irruite armati Boemi acriter!* Quos sonitus clangoresque tubarum, sonoras voces, incauti audientes *Poloni*, timore perciti, dimissis armis & rebus suis, ut melius possunt, turpiter aufugiunt, sic quod quidam ex eis nudi, quidam præcipitati de ponte, quidam per præruptam viam & posticum Castri Pragensis angustia itineris oppressi miserabiliter pereunt. Et dictus Dux *Metzko* vix cum paucis evasit. Quod dictus Dux *Odalricus* percipiens, statim altera die *Pragam* venit, & *Boemia* Ducatus possessionem accepit, & deinde tertia die adventus sui ad suggestionem dictorum *qq)* *Wrsovicensium* Traditorum *Jaromir* fratrem suum fraternis oblitus visceribus excœcari mandavit, ut sic securius a fratre persisteret in Ducatus regimine supra dicti.

C A P. XXX.

De regimine ODALRICI Ducis

Boemia.

Porro dum sic præfatus *Odalricus* Ducatus *Boemia* regimen accepisset, quod quadam vice, dum de venatione rediens, per quandam villam suam transiens vidit virginem pannos lavantem ad puteum, *Bozenam* nomine, quod est alio nomine *Beatrix*, miræ pulcritudinis & decoris. Quam sic intuitus, totus in ejus concupiscentia & amore exarsit, & mittens nuncios suos, continuo tulit eam & *rr)* legitimam duxit in uxorem. Ex qua generavit filium elegantissimum, nomen sibi *Brzezislavus* imponens. Qui præfatus *Odalricus* Ducatum *Boemia* provide regens statim secundo anno Principatus sui, qui fuit

1003.

Annus Domini 1003, potentiores de præfatis *Wrsovicensibus* Traditoribus, digna morte vita privari mandavit. Temporibus etiam suis videl. Anno Dom. 1004.

1004.

Benedictus cum sociis suis *Matthæo, Isaac, Johanne & Christiano* in *Polonia* heremiticam & sanctam vitam ducentes per quosdam prædones *Polonos*, qui se ap. dictos sanctos viros quandam massam auri, quam ipsis *Metzko*, Dux *Polonorum* devotione permotus miserat, quamque viri sancti, ne pecuniæ dediti in suis orationibus impedi-

menta sentirent, dicto Duci remiserant, invenire sperabant, nocturno tempore crudeliter interfecti sunt. Et sic martyrium passi migraverunt ad Dominum. Fuerunt enim hi sancti viri quondam socii *S. Adalberti* Pragensis Episcopi, quos idem Episcopus de *Roma* ex Monasterio *S. Alexii* secum usque *Boemiam* adduxerat, ac, Monasterio *Brewnomens.* fundato in eodem locaverat. Qui etiam vestigia Patris pii & Directoris sui *S. Adalberti* sequentes multos in *Polonia* converterunt ad fidem & omnipotentii Deo, quamdiu in hoc seculo fuerunt, sanctis operibus placaverunt. Demum Anno Dom. 1006. *Hemma*, mater *Odalrici* & *Jaromir* fratrum, mulier nobilis & plena virtutibus febre correpta obdormivit in Domino. Temporibus etiam *D. Odalrici* Ducis *Boemia* *Theodatus*, tertius Pragensis Episcopus, Successor *S. Adalberti*, mortuus est anno Dom. 1017. *ss)* IV. Id. Jun. Cui successit *Eckhardus*, quartus Pragensis Episcopus.

1006.

1017.

C A P. XXXI.

De Actibus & Gestis ODALRICI BRZEZISLAVI, patre vivente, & Judithæ, Uxoris ejus filie Imperatoris.

Præfati itaque *Odalrici* filius *Brzezislavus*, cui forma, proceritas, decus & sapientia, multæque virtutes inerant, crescebat in melius, transcendens de pueritia in juventutem. Hic audiens magnam famam de pulcritudine cujusd. virginis, nomine *Judithæ*, filie Imperatoris, *tt)* *Otonis Ruffi*, suo firmavit in animo, qualiter sibi præfatum speciosam virginem matrimonialiter posset adjungere. Et dum audisset, quod Virgo eadem in quodam Monasterio vulgariter nominato *Niedermünster* in civitate *Ratisbon.* imbuenda liberalibus studiis servaretur, anno Dom. 1021. acceptis ad se fidelibus secretioribusque familiaribus suis, simulavit Imperatorem accedere, cum ipsis iter arripuit & 7 diebus contuè faciens optatum dicti Monasterii pervenit ad locum: Ubi altera die tacitus intra se conceptum volvens propositum solus claustrum adivit, quærens, si posset, ad præsentiam dictæ virginis accedere. Et dum intra monasterium venisset, vidit præfatum *Juditham* cum aliis puellis salaciando discurrere. Et statim ejus inspecto de-

1021.

qq) Inprimis *Cuchani*. *Dubrav*, p. 46.

rr) *Cosmas* p. 20. tradit, *Odalrico* ex legitimo matrimonio non esse natam sobolem, sed eum ex quadam femina, nomine *Bozenam*, quæ fuit *Krezma*, filium *Brezislavum* suscepisse. Ergo *Beatrix* s. *Bozena* fuit concubina. *Dubravius* autem initio *L. VII.* pro legitima uxore habet.

ss) *Cosmas* ad ann. *MXVII.* habet: *III. Idus Junii.*

tt) Idem ad an. *MXX.* dissentit his verbis: *Theutonicis in partibus fuit quidam Comes valde potens, cognomine ALBERTVS OTTO, sanguine, de regio prodiens stemmate patrio.*

*Brzeislau
us rapit
sibi Jutham.*

core, & amoris igne succensus virginem rapit, & subito equum ascendens aufugit, & veniens ad portam exteriorem eam catena ferrea obstructam reperit, qui statim gladium vibrans unius ictus impetu catenam firmissimam geminas divisit in partes. Quod factum fortissimi militis adhuc hodie cerni potest. Et sic cum virgine, suis familiaribus minimè scientibus, fugitivus abscessit, & dies & noctes transiens, usque ad Patrem suum, *Odalricum* Ducem, pervenit. Familiares verò hic comprehensi in dicto Monasterio, miserabiliter tormentati sunt, & crudeliter interfecti. *Brzezislaus*, itaque patri suo, quæ gesta fuerant, retulit, & accepta licentiâ transivit *Moraviam*, procurans speciosam *Juditham* virginem sibi matrimonialiter copulari. Præterea *Otto* Imperator percipiens filiam suam *Juditham* per *Brzezislaum*, filium Ducis *Boemæ* raptam esse, indignatus valde juramentum firmavit, quod vel mortem subiret, vel subjugata *Boemiam* Imperialem sedem in Ducatus *Boem.* medio collocaret. Ex adverso verò *Juvenis Boemæ* Dux magnanimus præstitit juramentum, quod nisi morte præventus Imperatori tantum damnum inferret, quod dehinc Imperator & Imperium jacturam perpetuam sustinerent. Ex quo fit, quod Imperator exercitum congregato potenti *Boemiam* nititur invadere, & contra *Boemæ* Dux, nec non *Brzezislaus*, filius ejus cum gentibus suis ad resistendum Cæsari viriliter se muniunt. Et postquam uterque tam Imperator, quam *Boemæ* Dux, cum exercitibus suis starent in campo, præfata *Domina Juditha*, filia Imperatoris, & uxor Ducis prædicti, femina prudens & provida concepit in animo, qualiter hujusmodi grandes inimicitias inter tam propinquos affines intercerperet, & omnino sedaret. Et tandem ab Imperatore securitatis conductu recepto, ipsum accessit, & inter multos & varios tractatus hunc modum & ordinem adinvenit, quibus cædes populi ab utraque parte vitari & juramenta facta absque cujuslibet præjudicio partis observari valerent. Tractaverat etenim, quod Imperator transiret *Boemiam* & in medio ejus, videlicet in *Boleslavia*, Imperialem sedem suam poneret, & in eadem sede sua potenter resideret, & eam ibidem in perpetuum hujusmodi rei memoriam relinqueret. Similiter ad salvandum juramentum mariti sui *Brzezislai*, Ducis *Boemæ*, tractaverat, quod dum Duces

Boemæ, & posteros tuos Curiam Imperatoris accedere contingeret, & ad tria milliaria in vicino venirent, terras Imperii per incendium sub ejusdem Imperii dispendiis licite damnificare valerent. Et quod ad perpetuam hujus rei memoriam pro armis Ducalibus *Boemæ* Aquilam Imperialem in campo albo per pennas flaminis distincto deferrent. Quò ingenio per dictam *Juditham* sapienter invento, Imperatori & Dux *Boemæ* suprad. concordati sunt, & sic Imperator cum suis *Boemiam* intrans, *Boleslaviam* venit, & ibidem Imperialem sedem suam pretiosissimam ponit, quæ ibidem in Ecclesia *Boleslaviensi* usque in hodiernum diem pro hujus rei memoria diligentè custoditur. Et postea juramento servato pacificus recessit. Similiter *Brzezislaus*, juvenis *Boemæ* Dux extra *Boemiam* Curiam Imperatoris accedens, dum in vicino ad trium milliarium spatium pervenisset, per ignis incendium bona Imperii damnificat, juramentum servat, Tractatum hujusmodi ad Posterum suum, *Boemæ* Duces, deducit, quod tam in præteritis Ducibus, quam futuris Regibus *Boemæ* usque in hodiernum diem in hujus memoriam perpetuam observatur.

C. A. P. XXXII.

De ulterioribus successibus BRZEZISLAI, nec non Obitu Odalrici patris ipsius & Jaromir, fratris ejus Odalrici.

HAbebat itaque præd. *Brzezislaus* ex donatione paterna in potestate *Moraviam*, quam partim à *Polonis* oppressam strenuis viribus ab eorum manibus liberavit, & comprehensam multitudinem *Polonorum* centenis cum centenis cumulans victos misit in *Ungariam*, ipsos pro pecunia vendidit, & in servitutem relegavit. Et tanquam sapiens filius Patrem relevans in multis laboribus, multosque strenuos actus faciens, usque ad Annum Domini 1030. de mandato Patris sui feliciter gubernavit. Quò quidem anno 1030. *Boleslaus*, præfati *Odalrici* Pater, quem, ut supra dictum est, impius *Metzko*, *Polonorum* Dux, oculis privaverat, mortuus est. Et eodem anno *Odalricus*, *Brzezislai* Pater, infirmitate gravatus ex senio feliciter vitam finivit. Cujus obitum *Jaromir*, frater ejus, quem pridem dictus *Odalricus* excæcari mandaverat, percipiens *Pragam* venit, & *Brzezislaum*, Nepotem suum, unà cum Baroni-

1030.
Mort Boleslai & Odalrici.

300
Otto III.
viudicaturus in
juriam,

placatur
a filia.

301
Juramenta
utrinque elu-
duntur.

iii) Cofinas c. l. aliorum erupit oculis, & naribus abscissis, aliorum manibus & pedibus truncatis.

xx) Sylvius cap. XVIII. Postremo curiam tuam in Teutonia petens, villas aliquas, quas jussuris, inter equitandum maritus diripit. Dubravius p. 50. Pulchre item Brzezislaus juramentum suum delimplevit vel elusit, dum ignem in solo Germanico, Cæsare prospiciente, turgurii aliquot subicit, & paucos agellos proculcat, quorum detrimenta, cre mox adnumerato refarcit. De more autem ad posteros transmissio, præter Nostrum, nemo memorat.

bus, magnatibus & Populo elegit, & præfecit in Ducem; Ipsum quoque Nepotem suum publicè admonuit, ut iniquorum Traditorum *Wrsowicensium* genus exterminaret, & ut suorum deberet fidelium consilia studiosius imitari, narrans coram omni populo, quantam traditionem, quodque scelus *Wrsowicensis* præfati olim in suis Ducibus & Dominis perpetraverant, & unde *Wrsowicensis* eorundem filii iniquorum Patrum suorum iniquissimi sectatores, & præsertim eorum nequitia major *Kockan* quâdam nocte, cum dictus orbatum lumine *Jaromir* ad laxandum ventrem privato sederet in loco, cæcum Ducem eundem per posteriora trans corpus nequiter letaliterque vulnerans, miserabiliter in fontem extinguit. Sicque *Jaromir* moritur Anno præd. Non. Novembr.

Cades Jaromiri.

C A P. XXXIII.

De Regimine & aliis Successibus Ducis PRZEZISLAI præfati.

IGitur Dux *Brzezislaus* paterna Ducali collocatus in sede, vir providus, strenuus & multa virtute præclarus, Ducatum suum cupiens dilatare & in partes circum vicinas extendere, viris suis Regnum *Hungariae* potenter intrat, & ejus regionem usque urbem *Strigonensem* devastat. Eodem etiam anno *Eckardus*, Quartus Episcopus Pragensis, populo & Ecclesiae suae utilis, migravit ad Dominum. Cui successit *Itzo*, quintus Pragensis Episcopus, vir bonus & pius, nihil mandans per quempiam fieri, nisi prius hoc ipsum per se compleret inter opera pietatis. Hic paucò vivens tempore, sed multò felicior mortuus est. Cui successit *Severus*, sextus Episcopus, vir industrius & habilis, in spiritualibus & temporalibus circumspèctus. Præterea præfatus Dux *Brzezislaus* ex nobili & decora Conjuge sua, *Juditha*, V. elegantissimos filios procreavit, *Spitigneum*, *Wratislaum*, 37) sceleris in Avum suum *Boleslaum* per *Metzkonem*, Ducem Polonorum non immemor, congregato exercitu suo intrat *Poloniam*, eamque devastat & destruit. *Krako* insigniorem urbem *Poloniae* strenuus victor acquirit, & funditus subvertit, ac ibi ditissimis thesauris & spoliis oneratur, cæterasque *Poloniae* urbes succendit & diripit usque ad Castrum 22) *Bdeck*, ubi Castellani terræ & hominum maxima multitudo confugerant. Qui dicto Duci & exercitui ejus resistere non valentes, se gratiose seu humiliter subdiderunt. Quos gratiose recipiens misit *Boëmiam*, iplis partem sylvarum in loco *Czerny*, quendam Præ-

Expeditio Breccis-lai Polonica.

fectum inter eos Capitaneum & Majorem constituens decrevit, ut sub ea lege, qua in *Polonia* vixerant, permanerent, qui ab urbe *Bdeck* usque hodie a) *Bdekanii* vocantur. Deinde Dux *Brzezislaus*, prædictus usque *Gnesnensem* transiens Metropolim, ipsam victorioso lucratur. Et tam ipse, quam sui Ecclesiam *B. Virginis Mariæ*, ubi corpus *S. Adalberti* Martyris reconditum erat, reverenter intrantes confessi & contriti triduanis vacant jejuniis, & ante sepulcrum *S. Adalberti* una cum *Severo*, Pragensis Episcopo in terra prostrati, oratione fusa & Dei nomine invocato, Altare, in quo sanctum corpus reconditum erat, comperientes, invenerunt Sanctum in sarcophago habitu & corpore integro per omnia, ac si ipso die Missarum Solennia celebrasset. De Augusto corpore miri odoris fragrantia non solum totam *Gnesnensem* replevit Ecclesiam, imò Ducem & ejus exercitum mirifice confortavit. Ibi stupenda valde res accidit: quod ante lapsum trium dierum nemo sacri corporis sarcophagum tangere poruit, & sic elapso spatio trium dierum & orationibus multiplicatis capsam attingunt sancto cum corpore, & ipsam in Altari collocant; offertque dictus Dux *Boëmiæ Brzezislaus* duas argenti Marcas. Similiter in eadem Ecclesia corpus *S. Martyris & Archi-Episcopi Gneznenfis, Gaden-iii*, qui & alio nomine *Stadin* vocatur, fratris *B. Adalberti*, Martyris supradicti, & ibidem in alia Ecclesia, corpora Sanctorum *V. fratrum, Benedicti, Isaac, Matthæi, Johannis & Chrillini*, de quibus supra fuit mentio, præfatus *Boëmiæ* Dux obtinuit. Similiter quandam crucem b), aceream magni ponderis, quam quondam *Metzko*, Dux Polonicens. obtulerat. Et quandam tabulam auream ponderis 300. librarum auri, & multa alia pretiosissima ornamenta recepit, & cum reverentia digna *Boëmiam* apportavit. Et dum circa rivulum *Rokystnic Pragam* applicuisset, tam Dux, quam Clerus & populus universus tantis pretiosissimis Reliquiis processionaliter obviam facientes & cum magna lætitia in Pragensem præcurrentes, Ecclesiam honorificè recondiderunt, ut decuit. Facta est Translatio sanct. Reliquiarum hujusmodi Anno Domini 1039. Cal. Septembr.

Reliquie ex Polonia in Boëmiam translatae.

1039.

C A P. XXXIV.

De ulterioribus Successibus BRZEZISLAI Ducis Boëmiæ supra dicti.

His autem divina favente gratia prospere sic gestis & de tantorum Patronorum Sanctorum allatis Reliquiis tota *Boëmorum*

37) Textus mutilus ita forte supplendus: *Conradum, Jaromirum & Osbonem*. Deinde &c.

22) Cosinas initio L. II. p. 25. habet: *Gdec. Dubravius p. 51. arcem Sydecam.*

a) Ibidem est: nuncupantur GEDEANE.

b) Lege: auream.

Dux &
Episcopus
ideo ap.
Papam
accusan-
tur.

rum terrâ exultante, quidam talibus invidentes, Apostolicam Sedem accedunt, Ducem *Boëmiæ Brzezislaum* Papæ defecerunt, eo quod contra Patrum Decreta & sanctiones Canonicas præfatorum corpora Beatorum de *Polonia* in *Boëmiam*, sicut præmittitur, apportarat, & unde tam Dux, quam *Severus*, Pragensis Episcopus de præsumptione hujusmodi plurimum arguuntur, & ad videndum desuper coram Apostolica Sede missis citationum literis ad Papæ præsentiam evocantur. Qui mittens Nuncios & Legatos suos se, qualiter non temerarie, sed bona intentione, nec non pro magna salute *Boëmicæ* gentis translationem Patronorum suorum hujusmodi fecerant, excusare curantes, postularunt misericordiam & veniam de commissis. Dominus vero S. Pontifex excusationes & petitiones eorum admittens præcepit, & pro satisfactione præmissorum injunxit, quod præfatus Dux *Boëmiæ Brzezislaus* Collegium Canonicorum in *Boëmia* de bonis suis propriis sufficienter in omni necessitate construeret & dotaret, & quædam eodem Collegio personæ Ecclesiasticæ idoneæ instituerentur, Canonicè procuraret, qui laudibus inibi Domino perpetuo deservirent; ac sic per accepti Mandati Apostolici executionem plenariam ad propria dicti Nuncii remearunt. Ambassadors itaque Ducis *Boëmiæ* suprascripti tam misericordie & benignæ Summi Pontificis responsione receptâ, læti revertuntur *Boëmiam*, suo Principi ea, quæ acciderunt, per ordinem enarrantes. *Brzezislaus* verò *Boëmiæ* Dux Apostolicum præceptum grater receptans & exequens, in urbem *Boleslav* sitam littore *Albæ* fluminis, sub honore *S. Wenceslai* Martyris, quondam Ducis *Boëmiæ*, in qua olim idem *S. Wenceslaus* ab impio fratricida *Boleslav* martyrium passus est, solennem Collegiatorum Canonicorum fundari, construi, & dotari procuravit Ecclesiam, ea, quæ ipsis per Apostolicum super præmissis injuncta fuerant, devotius executioni demandans. Quæ *Boleslav* Ecclesia fundata, extructa, & dotata, sicut præmittitur, usque hodie cerni potest in evidens testimonium præmissorum.

C A P. XXXV.

Qualiter Imperator HENRICVS II. à Duce *Boëmiæ* aurum pridem in *Polonia* acceptum reperit, & ob hoc *Boëmiam* invasit, & qualiter primo victus secundo muneribus placatus abscessit. De morte

matris BRZEZISLAI. De Obitu Sancti Procopii.

POSTquam super translatione prædictorum B. Martyrum de *Polonia* in *Boëmiam* Summus Pontifex cum *Brzezisla*o, Duce *Boëmiæ*, ut supra dictum, misericorditer dispensasset, Imperator *Henricus II.* audiens magnam auri quantitatem in *Polonia* receptam, & à prædicto Duce in *Boëmiam* transportatam, auri cupiditate seductus, Imperiales literas & nuncios, præfato Duci *Boëmiæ* destinavit, mandans, quod thesaurus, quem pridem in *Polonia* receperat, vel infra statutum terminum ad plenum redderetur, vel Imperatorem cum potentia exercitus hunc ab eo extorquendum adesse sentiret. Quod audiens & intelligens *Brzezislaus* B. Dux in hunc modum respondit: *Inviçissime Cæsar, salvo tenore Literarum Vestrarum & Imperialium Mandatorum Prædecessoribus Vestris & Vobis in licitis & honestis semper parvum & fideliter adhesimus. Carolus enim M. quondam Pipini, Regis Franciæ, filius, dum viveret, nobis Censum imposuit, quo Romanis Imperatoribus teneamur obnoxii, videl. 120. boves electos, & c) 100. Marcas solvendum, quod quidem servavimus, nec in aliquo sumus transgressi; ultra cujus observantiam nec aritari nos licet, nec quocunque largiori jugo gravari. Nam potius eligimus mori, quam insolitum ferre onus.* At verò Imperator his auditis rescripsit: *quod non obstantibus Statutis anterioribus quibuscunque, Præceptum suum velit effectualiter adimplere, aut ad executionem ejus ipsos compellere manu forti.* Et dum præfatus Dux *Boh. Brzezislaus* Mandatis Imperialibus obtemperare renueret, statim Imperator seriore succensus fortem & magnum congregat exercitum, & personaliter ab uno latere cum suis Principibus per viam, qua itur de *Ratisbona* *Boëmiam*, applicat, & in littore fluvii d) *Bienzence*, qui vulgariter dicitur *Regis*, ad partem, quæ declinat versus e) *Tham* prope sylvas, cum exercitu suo castra metatus est. Ducem verò *Saxoniæ Otzardum* nomine, virum illustrem & bellicosum cum suis ex opposito alterius partis, qua itur per *Sibiam*, versus *Sittaviam*, ad invadendam *Boëmiam* ordinavit. Sicque ex utraque parte terram & gentem *Boëmorum* opprimere nitebatur. Imperator autem, dum à parte exercitus sui metas *Boëmiæ* attigisset, & densitatem sylvarum, quæ ad intrandum *Boëm.* aditus præclusus erat, liquido conspe-

Henricus II. Imp. expeditio Boh.

Fundatio monasterii Boleslav.

c) Cosmas ad an. MXL. p. 28. habet: *D. Marcas. Sylvius cap. XIX. centum quinquaginta Marcas argenti puri.*

d) Cosmas p. 29. ex utraque parte fluminis REZNE.

e) Idem: *Kamb.*

contpexillet, & vias quaslibet inveniret obstruētas, suis singulis jubet manum apponere & per densitates sylvarum hujusmodi vias necessarias ordinare. Quò facto una cum suis intrat obscura sylvarum in loca, & dum quendam eminentiorem locum ascendisset, Imperialia fixit tentoria, & sedens *Boëmieque* terram & situm inspicens Principes & Nobiles suos convocat, ipsos opportunis exhortationibus alloquitur & admonet, ut etiam absque tædio de victoria securi præcedant, & intendant viriliter incepto labori. Qui monitis Imperialibus animati, linquentes tentoria *Boëmie*, in sylvas densiores intrant. Et postquam itineris duris laboribus in earundem sylvarum asperis perlustrassent, & neminem sibi resistere persensissent, per insolitos montes & colles maximis cum fatiquis ulterius progredientes, dum jam abrupta viarum pericula evasisse sperabant, restat ex solitudine & inconsueta via labor. Et quidam fortissimi milites viribus sortem in talibus cupiunt superare laborem, non hostibus, sed itineris devio fatigati, etiam exuberante calore quietem & refrigerium petunt. Et sic multa ponderositate lassati, credentes se hostium adversitate securos, arma deponunt, & tunc velut intra pacatos fines inopinatis proventibus improvidè se exponunt, accidit, quòd præfatus *Boëmie* Dux, qui cum fidelibus populis suis ad defendendam terram suam non sine ordine sapiens, ut potuit, disposuit facta sua, sentiens ex fatigis & laboribus, sicut præmittitur, exercitum defecisse, incautos hostes cum suis audacter invasit, & ipsos à maximo usque ad minimum absque pietate percutiens quoslibet, quos non salvavit fugæ præsidium, viriliter interemit. Et etiam fugientes usque ad Imperatoris tentorium persecutus est, nec pepercit generi vel ætati. Imperator verò inopinatum gentis suæ casum ex eventu rei percipiens, vix de tanto periculo cum paucis evasit, & sic cum Principibus pro tunc liquit *Boëmiam*, qui pridem sub Imperiali victrice Aquila victoriam speraverat reportare. Ex adverso verò ab ea parte, per quam *Othardus Saxonum* Dux cum suis *Boëmiam* intraverat, *Bretinnum*, ipsam, ut potuit, devastavit, usque ad Pontem f) *Snewyn* juxta flumen *Bielcka* pervenisset. Ibidem dum informatus Cæsaris eventus audisset, mente perterritus cogitare cœpit animo, quomodo præfatum Ducem *Boëmie* *Brzezislaum* mitigaret & post tantam victoriam Cæsari reformaret. *Brzezislaus* verò *Boëmie* Dux

Imperator fugit à *Boëmia*.

de infidelitate gentis suæ præsumens, dicti Ducis *Saxonici* spernit consilium, mandans sibi, vel voluntarius ut intra triduum exeat *Boëmiam* vel post lapsum termini præfixi ejus bello depressus subjaceret, nec haberet à modò liberam licentiam exeundi. Qui vir prudens talia prudenter advertens, & prioribus Domini Cæsaris sui discriminos pensatis dispendiis, terram & metas *Boëmie* pacificus exivit, cogitans qualiter se super illatis posset in posterum vindicare. Interea Dux *Brzezislaus* prædictus, ad defendendum fines *Boëmie* versus *Saxoniam*, Comitem g) *Biclinensem*, *Procopium* nomine, cum tribus Legionibus deputavit. Hic quia corruptus *Saxonum* pecuniâ adversus Ducem *Othardum* non restiterat, ut debuit, à præfato Duce *Brzezisla*o captus est, & oculis erutis, manibus pedibusque abscissis, præcipitatur in fluvium *Biclinam*: ut alii ejus exemplo perterriti ad votum & jussum Ducis sui, patriam defenderent, & fidem præstitam nullatenus violarent. Facta autem sunt hæc Anno 1041. Et deinde Anno Domini 1042. *Henricus*, Imperator præfatus, unâ cum *Othardo*, Duce *Saxonie* supradicto, militum suorum nobilium & fidelium ruinæ non immemor, ulcisci cupiens, Imperiali potentia multis itineribus *Boëmiam* intrans, eam undique devastat, & demum usque *Pragam* perveniens, obsedit eam. Quò factò, cum tanto exercitui resistere non valeret, *Severus* Episcopus *Pragensis*, timens ne propter fidelitatem, quâ Cæsari tenebatur, per ipsum *Pragensi* Episcopia privaretur, quâdam nocte secretè confugit ad Cæsarem. Quod audiens *Brzezisl.*, Dux *Boëmie*, tanquam vir sapiens & necessitate incitatus Imperatorem aurò placat, dans sibi 1500. *Marcas* argenti, quæ summa fuit tributum trium præteritorum annorum, pacemque firmavit cum ipso. Et sic Cæsar, qui pridem anno præteritò bellò victus, turpiter de *Boëmia* per fugam evaserat, iterum anno futuro, non resistantis Ducis, sed muneribus placide pacificatus, abscessit, quique prius fuerant inimici, ex tunc intervenientibus præmissis eventibus, amoris vinculo mutuo reformantur, reconciliatis ita Imperatore & Duce *Boëmie*, sicut præmittitur.

1041.

1042.

Altera
expeditio
Henrici
in Bohem.

Muneribus
placatur.

1053.

1054.

Silesia
Polonia
locatur.

f) Colmas: ad pontem GNEUM juxta fluvium BELINAM.

g) Lege: Belinensem.

b) Consentit in hunc annum Cosmas Prag. Sed Sylvius refert in annum MLII. & tributum statuit CL. marcarum argenti. Cosmas habet quingentas marcas argenti. Dubravius (ut Noster) auri XXX. argenti C. libras.

ea conditione locavit, quod sibi & Successoribus suis *Boemiae* Ducibus in perpetuum veræ subjectionis titulo centum Marcarum argenti, & triginta auri annuatim persolvant, in terminis desuper constitutis.

C A P. XXXVI.

De Morte BRZECISLAI & Successione SPITIGNEI, primogeniti sui.

Postquam *Brzecislaus*, Dux *Boemiae*, totam olim *Poloniam* deperditam victoriosè recuperatus esset, & ditioni *Boemice* subegisset, proposuit similiter invadere *Pannoniam*, & processit in urbem *Chradin*, volens ibidem exercitum suum congregare, ut hoc facto unâ cum ipsis directus & improvifus posset ulterius proficisci. Sicquè eò ibidem stante in *Chradin* infirmitate grandi pulsatur, & cum invalescere morbum sensisset, seque quotidie fortius deficere, ac inopinatam mortis horam adesse, Nobiles & Magnates suos convocat, & de Principatu suo disponens, statutum condidit, ut videl. in *Boem.* Principatu post cuiuslibet Ducis obitum primogenitus inter fratres sublimetur in Ducem, Ducatum regat, & populus ac singuli fratres sui sibi, tanquam Principi suo & Domino sint subiecti. Et nihilominus ad observantiam huiusmodi statuti perpetuam, Magnates & Nobiles Principatus *Boemiae* in Sacramento adstringit, ne pluralitate Ducum tam insignis Ducatus suppressionetur, aut ex dissensione fratrum super ejusdem Principatus regimine dispendium pateretur. Et sic intentionis proposito probè consummato, non post multos dies febribus ad auctis oppressus, deficiens vitæ cursum consummavit feliciter temporalis. Mortuus est autem victoriosus *Brzecislaus*, Dux *Bohem.* præfatus Anno Dom. 1055. i) IV. Id. Januarii, & sepultus in Ecclesia *Pragenfi* cum *Juditha*, sua conjugè. Quem *Brzecislaus* ob multa merita sua per dies multos tota lamentabiliter planxit *Boemia*. Postquam ordinationem suam per Magnates & Nobiles *Boemiae* *Spitigneus*, primogenitus ejus, in Ducem eligitur, & in patrio solo sublimatur.

Brzecislaus Pannoniam subacturus est.

Introducit ius primogeniturae in Bohem.

Decedit. 1055.

Spitigneus.

C A P. XXXVII.

De Regimine & Successione Spitignei.

Erat itaque *Spitigneus* Dux *Boemiae* primogenitus *Brzecislai* Ducis speciosus, statura & membris admodum dispositus.

Qui postquam, sicut præmittitur, Ducatus *Boem.* regimen assumpsit, prima die Principatus sui tale Statutum per totam *Boemiam* publice promulgari mandavit: Quod omnis *Teuthonicus*, qui ultra tri-
Teutones e Bobemia exterminantur.
capite truncaretur. Et unde statuto tali temporibus suis *Teuthonici* de *Boemia* pernitus eliminati sunt. Qui etiam *Spitigneus* *Juditham*, Matrem suam, *Otonis Russi* filiam, de qua superius facta est mentio, in *Boemia* permanere noluit pati. Similiter *Abbatissam S. Georgii*, nobilis *Brunonis*, Comitis *Almaniae*, filiam, ex eo, quod eadem *Abbatissa* olim in instructione muri *Castri Pragenfi* per *Brzecislaus*, Ducem *Boem.* patrem dicti *Spitignei*, constructâ eundem *Spitigneum* adhuc juvenem propter destructionem cuiusdam fornacis *pistoriæ* *Monasterii præfati*, opprobriis k) & oblocutoriis verbis affecerat, extra *Monasterium* & *Regnum* eiecit. Demum non post multos dies proficiscitur versus *Moraviam*. Nam quondam *Brzecislaus*, pater ejus, *Moraviam* inter filios suos per partes diviserat, *Wratislao* medietatem ejus, ac *Conrado* & *Otoni* aliam superstitem partem assignans, ea conditione, quod tanquam *Vasalli* Ducis *Boemiae* sibi fideliter perpetuâ subjectione subessent. *Jaromir* verò liberalibus studiis tradiderat imbuedum, ut tempore suo posset ad gradum *Sacerdotii* promoveri. Et dum *Moravianum* cum multitudine armatorum potenter applicaret l), frater suus senior, *Wratislaus* nomine, audiens talem fortem adventum illius, valde timuit, & uxore sua in *Ollomiz* civitate dimissa, fugit *Hungariam*, quem *Rex Andreas* ibidem gratè suscipiens, quamdiu secum fuit, honore condigno tractavit. Veniens itaque *Spitigneus* *Moraviam*, & rebus & provincia ad placitum ordinatis, fratres suos suam recepit ad *Curiam*, *Conradum*, qui venationibus delectabatur insistere, *Officio Venationis* præficiens, *Otonem* m) *Provisorem* & *Dispensatorem Curiae Ducalis* constituit. Nurus suam, *Wratislavi*, fratris sui, Conjugem, postquam ipsa cum civitate *Osmucensi* in ejus potestatem devenit, cuidam Comiti, n) *Stis* nomine, ad quoddam *Castrum* o) *Lesbozen* vocatum, in captivitatem tradidit. Qui Comes insignem talem *Dominam*, ne aufugeret, durè tenuit, & pedem suum cum pede ejus compede forti constrinxit. Quæ tamen *Wratislaus*, vir ejus, postea percipiens, plurimum ægre tulit. *Spitigneus* itaque

Spitigneus fratres suos facit Ministriales aulae suae.

i) Ita & *Cosmas* p. 31. *Sylvius* cap. XIX. extremo: *quarto Cal. Maji.*

k) Vid. *Cosmas* p. 31. *Dubrav.* init. L. VIII.

l) *Causam* affert *Dubrav.* c. I. quia apud *Moravos* male audiebat propter edictum contra *Germanos* promulgatum.

m) *Idem* p. 32. *posuit super pistoros, atque cocos magistrum.*

n) *Idem*: *Mziz.* *Noster* infra cap. XXXIX. etiam vocat *Mzim*, *Comitem Bielinum.*

o) *Idem*: *Lescen.*

itaque Dux præiatus inductione *Severi*, Pragens. Episcopi, Dominam præfatam post lapsum unius mensis de captivitate liberam abire permisit. Quæ ad virum adire proponens, & in itinere jam existens, quia vicina partui fuit, infirmitate pressa infra biduum exspiravit. Quod vir ejus audiens, multo dolore turbatur, nec per dies multos voluit in hujusmodi suis doloribus mitigari. *Andreas* autem, Rex *Hungariae* videns *Wratislaum* prædictum de morte Conjugis suæ turbatum, amabili- ter consolatur eundem, & considerans excellentiam generis sui, & etiam magnam ejus virtutem, post lapsum non longi temporis sibi filiam suam, *Adelheidam* nomine, legitimam tradidit in uxorem. Quod Dux *Boëm. Spitigneus*, sentiens, & præcavere volens, ne *Wratislaus*, frater suus, Regis *Hungariae* adhærentiumque sibi plurium Nobilium in *Moravia*, qui sibi valde favebant, suffultus auxiliò, *Moravianam* potentèr intraret, dictum fratrem suum *Wratislaum* de *Ungaria* revocat, & ei civitates in *Moravia*, quas ante Pater suus, dum vixerat, sibi dederat, reassignat. Successu etiam præfati *Spitignei*, Ducis *Boëm.* ad ann. Domini 1058. IV. Non. Aug. *Juditha*, mater sua, quam antea extra *Boëmiam*, ejecerat, & quæ in odium ejus *Petro*, Regi *Hungariae*, nupserat, moritur. Postea autem filio suo, *Wratislao* Duce, inde translata, sepulta est *Prage*, juxta virum suum *Brzeczislaum*, SS. Martyrum, *Viti*, *Wenceslai* atque *Adalberti* in Ecclesia. Hæc fundavit monasterium Ordinis Præmonstrat. prope *Znoimam* in Dicecesi *Olomucensi*.

1058.

C A P. XXXVIII.

De Amplificatione Ædificii Pragensis Ecclesie per *Spitigneum*, & ejus Obitu.

Præfatus itaque *Spitigneus*, *Boëm.* Dux, vir multum devotus, Autor, Judex & præcipuus benefactor miserabilium personarum, nec non in augmento divini cultus plurimum sollicitus, dum Anno Domini 1060. in Festivitate S. *Wenceslai*, Martyris & Patroni in *Bohemia*, & B. *Viti* Pragens. videbat Ecclesiam, quam antea dictus S. *Wenceslaus* construxerat, & in qua sanctæ sui corporis reliquæ quiescebant; vidensque Ecclesiam eandem ad recipiendam multitudinem populi confluentem non posse sufficere, cupiens ad aliam parvam Ecclesiam eidem contiguam, in qua corpus B. *Adalberti* Mart. erat reconditum, deliberavit bonum esse, alias disrupti debere hujusmodi parvas Ecclesias, ut earum loco tantis Patronis reedificare de-

1060.

novo valeret Ecclesiam spatiosam, & continuo per gyrum in longum & latum primum ejusdem instaurat fundamentum, ac demum incepto operi ferventer intendens, anno sequente, Deo jubente, morte præventus, conceptum non potuit propositum consummare. Et mortuus est *Spitigneus* Dux, verus *Boëm.* amator, anno Domini 1065. V. Cal. Febr., Ducatus sui anno sexto, & sepultus est in Ecclesia Pragensi.

1065.

C A P. XXXIX.

De Sublimatione *WRATISLAI*, Fratris *Spitignei*, in Ducem *Boëmiæ*.

Mortuo itaque *Spitigneo* frater ejus *Wratislaus* Principatus *Boëmiæ* solio sublimatur, qui non post multos dies *Moravianam* intrans dividit eam inter fratres suos. Orientalem plagam, quam ipse potius habuerat, apertam venatui, & piscibus abundantem, *Ottoni* committens, Occidentalem partem *Teuthonicos* declinantem, campestram & plenam frugibus fertilem *Conrado*, qui & linguam *Teutonorum* optime scivit, distribuens. *Jaromir* itaque quartus frater, qui olim a Patre illorum *Brzeczisla* literarum studiis applicatus, & ad Clericatum deputatus fuerat, audiens mortem *Spitignei* fratris sui, quem ut seipsum dilexerat, de studio revertitur, sub spe portionis paternæ hæreditatis habendæ, quem Dux *Wratislaus*, frater suus, gratanter suscipiens, & ut sensit, eum magis ad temporalem militiam, quam Clericalem gradum inclinare, ipsum minus & precibus a suo reducens proposito, promittensque sibi, quod eum post obitum *Severi*, Episcopi Pragens. ad Præsulatus apicem promoveret. Et sic intrante Martio in prima Sabbathi, dum sacri Ordines celebrarentur, *Jaromir* partim resistens usque ad Diaconatus Ordinem ordinatur, & subsequenter Episcopo Missarum solennia celebrante, more Diaconi Evangelium legit, & in præsentia *Wratislai*, fratris sui, juxta morem solitum Episcopo ministravit. Qui tamen *Jaromir* acceptum Ordinem, postea abiciens miles effectus, & ad Ducem *Poloniæ* fugitivus abscessit. Interea accidit, quod *Mscis*, Comes *Bielinus*, filius *r) Borth*, qui olim uxorem Ducis *Wratislai* ad mandatum *Spitignei* in custodia irreverenter tenuerat, eo quod ipsum de hoc suspectum haberet *Wratislaus*, non immemor, de prudentia tamen sua nimium confusus, Palatium Ducis accederet. Ingressus Ducem rogavit suppliciter, quod ad consecrandam Parochialem Ecclesiam, quam in urbe sua *Bielinæ* in honore S. Petri Apostoli [construxerat] accedere

*Wratislaus.**Jaromir mutabilis.*

p) prius. q) Lege: planam &.

r) Cosinas p. 33. *Boris*.

accedere dignaretur. Dux vero petitioni suæ sub conditione exequendæ justitiæ consentiens venire promisit, dicens: *Veniam, & quod iustum fuerit, faciam.* Quam responsionem præfatus *Mscir* non perpendens, lætus abscessit, & tam pro Duce, quam pro Episcopo fecit necessaria singula præparari. Constituto itaque die Dux & Episcopus *Bielinam* veniunt, & ibidem Ecclesia dedicata, Dux cum suis pransurus intrat in urbem, Comes vero & Episcopus in quadam Curia propè dedicatam Ecclesiam remanent, & simul discumbunt. Interea venit nunciûs dicens, secretè Comiti, ablatam sibi esse urbem per Ducem *Boemæ*, & traditam s) *Capathæ*, filio *Wsebori*, qui tunc in aula Ducis primus post Ducem in omnibus habebatur. Comes vero auditis talibus de *Severi*, Episcopi Pragensis, auxilio absque personæ suæ periculo vix evasit. Habuit etiam præfatus Dux *Wratislaus* ex uxore & uxore sua *Adelheida*, filia Regis *Hungariæ*, 1) duos filios, *Brzeczislaum* & *Wratislaum*, & duas filias, *Ludmillam* & *Juditham*. Quæ *Adelheidis*, mater eorundem filiorum nondum provecta in senium vitam finivit anno Domini 1062. VI. Kal. Febr. Post cuius obitum anno elapso Dux *Wratislaus* u) natam *Casimiri* Ducis *Poloniæ*, *Boleslai* & *Wladislai* fratrum germanam, legitimam duxit in uxorem, de qua IV. filijs procreavit, videl. *Boleslaum* w) *Borziwz*, *Wladislaum* & *Sobieslaum*, de quibus suis in locis postea tractabitur. Rexit igitur Ducatum suum feliciter præfatus *Wratislaus*, *Boemæ* Dux, post mortem uxoris suæ *Adelheidis* quinque annis, vel usque ad annum Domini 1068. In quo Anno V. Id. Septembr. *Severus*, Pragensis Episcopus sextus, vir providus & in multis expertus, & qui Pragensem & Olmucensem Episcopatus indivisim multa rexit per tempora; usque dum post obitum *Spitignei* Ducis ex tunc victus precibus *Wratislai*, Ducis *Boemæ*, consentit, *Johannem* in Moraviensem Episcopum promoveri. Post cuius quidem Episcopatus divisionem præfatus *Severus* modico tempore vixit, & post multa bona opera infirmitate gravatus & senio feliciter ab hoc mundo migravit vel transiit.

C A P. XL.

De ulterioribus successibus WRATISLAI
& Promotione Jaromir in Episcopum.

Jaromir
ope fra-
trum sic
Ep. Prag.

Præterea, postquam *Conradus* & *Otto*, fratres *Wratislai*, Ducis *Boemæ*, audivif-

sent, *Severum*, Pragens. Episcopum ab hac luce migrasse, secretè mittunt *Poloniam* ad fratrem suum, *Jaromir*, x) apostasiam fraudulentè revolvens, cogitare cœpit, ut non ipsum, sed magis idoneum ad Pragensem Ecclesiam promoverent. Habuit enim hoc temporis in aula sua quendam Capellanum, y) *Langkonens* nomine, de *Saxonia*, nobili prosapia genitum, Præpositum *Litomericensem*, virum industrè & literarum scientia decoratum. Hunc *Langkonem*, quia sibi longis temporibus fideliter servierat, deliberaverat Ecclesiæ Pragensi præficere. Quod & adimpleret, nisi *Conradus* & *Otto* adhærentium suorum auxilio, post varios tractatus multasque altercationes inter Ducem & eos, vix apud fratrem suum *Wratislaum* poterant obtinere, *Jaromir*, fratrem eorum in Pragensem Episcopum promoveri. Et sic *Wratislaus* Dux cum fratribus & Magnatibus suis *Jaromir* unanimiter in Episcopum eligunt, nuncios ad Imperatorem *Henricum* destinans. Imperator itaque *Henricus Jaromir* annulum & pastoralem dat baculum, assignans eum Archi-Episcopo [Mogunt.] in Pragens. Episcopum consecrandum. Qui sibi munus Consecrationis impendens, nomen suum *Jaromir* in *Gebhardum* transmutat. Et sic consecratus Episcopus *Pragam* revertitur, & ibidem à Clero honorificè suscipitur. Facta sunt hæc anno Dom. 1068. Deinde anno Domini 1073. *Gebhardus*, Episcopus Pragens. repetens *Moraviensem* Episcopatum ex eo, quod Prædecessor suus *Severus*, utrosque indivisim tenuerat, & videns, quod propter fratrem suum *Wratislaum*, qui *Moraviæ* Episcopum *Johannem* valde dilexit, non posset proficere, quodam tempore transiit *Moraviam*, & *Johannem* Episcopum fraudulentè accessit, ipsumque in domo sua contumeliis & verberibus multis affecit. Quod *Wratislaus* Dux percipiens multum doluit, & recepto Episcopo *Moraviæ* in domum suam, ipsum gratiosè protexit, quousque missis Legatis ad Papam, ea, quæ facta fuerant, per querimoniam ad ejus deducerent notionem. Primi itaque nuncii in hoc misso negotio per Servitores *Jaromir* in via reperti male tractati, & etiam mutilati rectè turpiter sunt compulsi. Deinde alii rutiliori viâ nuncii mittuntur ad Papam, qui *Romam* venientes, Papæ, quæ facta fuerant, exponunt per ordinem, & supplicant de remedio provideri. Papa verò audiens exposita, mittit quendam Cardinalem, nomine

1068.
1073.Episcopum
Moraviæ
contume-
liosè tra-
ctat.

1) Cosmas: *Koyata* filio *Wsebori*. Dubravius p. 60. *Cogeta Vyseborius*.

2) Totidem filios refert etiam Cosmas. Contra ea Sylvius cap. XXI. unicum memorat *Bis-tislaum* & duas filias.

u) Cosmas eam vocat: *Zuntauam*.

w) Idem: *Borziucy*. Sylvius: *Borzivislaum*.

x) Decesse videntur quædam, ita (si fallor) supplenda: *Sed Wratislaus & c.*

y) Cosmas vocat: *Lanczonem*. Dubrav. p. 61. *Lanesium*.

mine *Rudolphum*, ut super præmissis veritate compertâ, iustitiam ministraret. Qui veniens *Pragam* honorificè suscipitur. Et *Gebhardo*, *Pragensi* Episcopo citato, sed minime comparentè, ob contumaciam ejus & despectum Apostolicæ Sedis ipsum Ecclesia & omni officio Episcopali privat, ditionem *Pragensem* Ecclesiastico subijcit interdicto. Quod audientes Prælati & Clerus *Boemiæ* dictum Cardinalem accedunt, referentes, quod nisi eorum Episcopum officio restituat, secum velint relictis eorum beneficiis exulare. Quod ipse Cardinalis sapienter ad tollendum scandalum necessitate compulsus, *Gebhardo* Episcopo Sacerdotale tantum reddit officium, injungens utrisque Episcopis, ut infra annum ad Apostolicum transeant, super præmissis Papæ sententiam audiri. Ex quo uterque *Romam* venit, se Apostolico respectui repræsentans. Et tunc Papa, cum super præmissis partim informatus existeret, utique *Gebhardum*, *Prag.* Episcopum dignitate privasset, nisi potentissimæ Comitissæ *Mechthildis*, filix *Bonifacii*, Ducis *Lucani* in *Tuscia*, consanguinæ suæ, quæ pro tunc *Romæ* fuit, interpositione & precibus fuisset Apostolicè reformatus. Eadem enim *Mechthildis* fuit Virgo potens & nobilis, multas habens provincias & terras. Ex ejus donatione *Romana* Ecclesia Patrimonium *S. Petri* obtinuit. Et quia de sanguine Ducum *Boemiæ* processerat, *Gebhardum* Episcopum Papæ conciliavit taliter, quod ex tunc uterque Episcopus, tam *Prag.* quam *Moraviæ*, de Episcopatu suo contentus, de cætero pacificè permanerent. Et sic ad propria redierunt, mandatum Apostolicum observantes.

C A P. XLI.

De ulterioribus successibus WRATISLAVI
& de Prælio habito cum Australibus.

Præterea *Wratislaus* Dux temporibus regiminis sui videns, quod gentes *Epoldi*, *Austriæ* Marchionis, fratres suos *Conradum* & *Ottonem* in *Moravia* suprædictos rapinis & latrocinii plurimum molestabant, misit Nuncios suos ad Marchionem præfatum, ut suos in talibus compesceret. Tandem videns se totaliter non posse proficere, validum & fortem congregat exercitum, & similiter militum multitudinem de *Alemanniæ* partibus conducens ac etiam fratribus ejus Marchionem *Austriæ* disfidantes terras ejus intrant, & undique devastant. Marchio vero præfatus militum & armatorum suorum confusus potentia, cum suis in campo ex adverso congregitur. Et veniens ad locum, in quo *Boemiæ* Dux & sui adventum ejus magnanimitè expecta-

bant, aciebus & turmis a parte utraque providè ordinatis, tam equestre, quam pedestre certamen inicitur, fitque pugna maxima inter eos & conflictus. Durante certamine, *Wratislaus* cum suis strenuè triumphavit, & sic *Australibus* superatis, & sic *Wratislaus* crudeliter interfectis, Marchio *Lipoldus* de *Marchione* præfatus cum paucis per fugæ præsidium vix evasit. Verum *Wratislaus* & sui post triumphum hujusmodi læti revertuntur ad propria victoriosè spoliis plurimum onerati.

C A P. XLII.

De Reformatione quondam desolati Regni MORAVIÆ, & de ejus in BOEMIAM Translatione per Imperatorem HENRICUM, qui propterea WRATISLAVUM in Regem sublimavit.

Anno Domini 1082. Romanorum Imperator, *Henricus*, Imperialem solennem Curiam volens in *Moguntia* celebrare, certo statuto termino universos & singulos Electores Ecclesiast. & Seculares, nec non alios quoslibet Imperii Principes & Nobiles convocat super arduis Romanum Imperium tangentibus negotiis tractaturus. Ad quam Curiam Principes Ecclesiastici & Seculares, nec non Nobiles & Procures mandatis obediendo Cæsaris adveniunt, cum Imperatore super Reformatione Status Imperii & ejus Republ. tractaturi. Quibus taliter congregatis & de diversis & magnis tractantibus negotiis, inter cætera res ardua deducitur in medium, quomodo quondam Regnum *Moraviæ*, cui suberant *Boemia*, *Polonia*, *Russia*, & quam plures Ducatus alii, nec non nationes & terræ temporibus quondam ultimi Regis *Moravorum*, defecerat & cesserat; quod Regnum tanquam insignè membrum Imperii esse consueverat, & ex debito ejus Imperio Romano subiectum. Et qualiter tempore obitus dicti *Swatopluck* Regis pene CXVII. annis Imperium ejusque Rectores, desolato Regno præfato *Moraviæ*, Regè caruissent; & qualiter ad honorem Imperii expediret, summo opere cogitare & etiam providere de reformatione tanta Serenissimi Principatus, Quibus propositis, Imperator *Henricus* præfatus tam arduo, tamque insolito pensato tractatu. Consilio Electorum & aliorum Ecclesiast. & Secular. Principum Imperii, diligentius cœpit perquirere, & ad honorem & statum Imperii sollicita mente scrutari, quatenus super talibus & Principum suorum consiliis posset ad debitum provideri. Tandem negotio tam grandi per multos dies mentis examine profundius revoluto, defunt viæ, defuntque con-

2) Lege: 1086.

Menckeni: Scriptor, Rer. Germ. Tom. III,

filia, quibus tanta negotia absque prælidio *Wratislai*, Ducis *Boëmiæ*, non solum *Boëmiam*, verum etiam *Moraviam*, *Poloniam* & multas alias provincias & terras, olim ad Regnum *Moraviæ* pertinentes, pro tunc iusto titulo possidentis viri, utique tam opulentia quam latitudine regionum & hominum, honorifice & strenue de --- possint seu valeant sine laudabili consummari. Et unde *Wratislavus*, *Boëmiæ* Dux, qui tunc *Moguntia* fuit præsens, per Imperatorem & Principes Electores Imperii Eccles. & Laicos vocatur in medium, & conceptis circa præmissa consiliis, multa resolutione magnaue maturitate discussis, de omnium & singulorum unanimi & deliberato consensu per Imperiale Decretum idem *Wratislavus* regia gloria exaltatur, & ibidem Imperiali sanctione statuitur, ut ad recuperationem notabilium damnorum, quæ Imperium per tot annorum curricula ex *Moraviæ* Regum & ejusdem Regni carentia passum fuerat, *Boëmia* sublimatur in Regnum, & sibi Regno Successoribusque suis in perpetuum Regibus *Boëmiæ* *Moravia* velut Marchionatus, nec non *Polonia*, *Russia* & alii Ducatus & terræ, quæ olim ad Regnum *Moraviæ* reformare gaudent, & in *Boëmia* cum universis pertinentiis, jure & honoribus, regalibus pure & irrevocabiliter sit translatum. Hinc est, ut ad hujus rei effectum notabilis *Henricus*, invictissimus Imperator, sanctionem & Decretum Cæsaris hujusmodi in Principum suorum & inauditæ multitudinis præsentia mandat publice promulgari, & corona Regali manibus accepta propriis inter Electores, aliosque Principes & Nobiles Imperii *Wratislavum*, prædictum Ducem, magnifice decoravit, capiti ejus coronam Regalem eandem imponens. Sicque *Wratislavus* sublimatur in Regem, & Rex *Boëmiæ* nomine & re ab omnibus proclamatur. Demum Imperator magnificus statim *Engelberto*, Archi-Episcopo Trevirensi commisit, quod accedens *Boëmiam*, novum Regem ejus in propria Pragensi Ecclesia *aa*) juxta morem unctionis Romanorum Regum, qui etiam coram sublimatione servatur, hoc est, in capite, pectore, inter & transcapulas atque manus ungar in Regem, & ipsum regalibus insigniis in proprio suo *Boëmiæ* Regno decoret. *Engelbertus* itaque, Trevirensis Archi-Episcopus, jussis Imperatoris obtemperans, *Pragam* accessit & ibidem Anno Domini 1086. præd. 17. Cal. Jul. in Ecclesia Prag. intra sacra Missarum solennia *Wratislavum* novum Regem *Boëmiæ* regalibus insigniis decora-

Wratislavus Rex Bohemie declaratur.

Solennia coronationis.

1086.

tum, secund. ordinem & morem Romanorum Regum, sicut præmittitur, Clero & populo ter acclamantibus; *Wratislavo Rege nostro Salus, Honor, & Victoria!* unxit in Regem, & tam ipsum, quam *Svatovam*, conjugem suam coronis regalibus insignivit. Quæ unctio juxta morem *Boëm.* Regum in coronatione singulorum Regum *Boëm.* in ejus perennem memoriam jugiter observatur. Repleta itaque regia festivitate prædictâ, post triduum præfatus *Engelbertus*, Archi-Episcopus *Trevir.* in honore condigno remissus à Rege feliciter revertitur ad propria, tota regione novi Regis *Boëmiæ* de tantis acceptis muneribus per multos dies plurimum, ut decuit, exultante.

C A P. XLIII.

De Reunione Olomucensis ad Pragensem Ecclesiam, & Fundatione S. Petri Wyssegrad.

Celebrante itaque in *Moguntia*, sicut prædictum est, Imperatore *Henrico* solennem suam Curiam, *Gebhardus*, Pragensis Episcopus, præcavere volens, ne ex obitu *Johannis*, quondam Episcopi *Moraviæ*, qui eodem anno decesserat, *Moraviensium* Ecclesiæ certus alius præficeretur Episcopus, & inde ad Imperatoris præd. deducit notitiam, qualiter ex ordinatione quondam *S. Adalberti*, Pragens. Episcopi, temporibus primi *Otonis* Imperatoris Ecclesia *Moraviensium* Pragensi Episcopo fuisset unita, & qualiter *Benedicti* Papæ fuisset desuper confirmatio subsequuta; una cum *Wratislavo*, novo Rege *Boëm.*, fratre suo, Imperatori præfato suo supplicans, ut unionem eandem Imperialibus dignaretur literis roborare. Imperator itaque talibus eorum petitionibus inclinatus, unionem Ecclesiarum hujusmodi per suas literas confirmavit: quarum tenor per omnia sequitur in hæc verba:

"In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis! *Henricus III.*, divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Regio nomini & imperatoriæ dignitati congruere novimus, ut Ecclesiarum Dei utilitatibus ubique opitulantes, quædamna vel injurias eorum, *bb*) quandoque necesse fuerit, propulsemus. Quapropter universis Dei nostrique Regni fidelibus, tam futuris, quam præsentibus, norum esse volumus, qualiter fidelis noster Pragensis Episcopus, *Gebhardus*, sæpe confratribus & Co-Episcopis suis, ceterisque Principibus nostris & novissime nobis conquestus est, quod Pragensis Episcopus

Diploma Henr. III. de unione Olomuc. Episcopatus cum Prag.

ico.

aa) *Dubravius* init. Libri IX. p. 65. ait: *more aliorum Regum solenni.* Reliqui Scriptores de eo silent. Sed *Chronicon Vetro-Cell.* minus, quod T. II. plenius a nobis editum est, cum Nostro consentit, & rem eodem modo atque iisdem fere verbis refert.

bb) *Cosmas* p. 41. *quacunq.*

icopatus, qui ab initio per totum *Boemiam* & *Moraviae* Ducatum unus & integer constitutus est, tam à Papa *Benedicto*, quam à primo *Ottone* Imperatore sic confirmatus est, postea Antecessorum suorum consensu, solâ dominantium potestate subintronzato inter terminos ejus novo Episcopo divisus fuisset & minutus. Qui cum *Moguntiae* coram Legatis Apostol. sedis praesentibus nobis & plerisque Regni nostri optimatibus eandem querimoniam intulisset, ab Archi-Episcopis, *cc) Wistone* Moguntino, *Sygerwyno* Colon., *Gilberto* Trevirensi, *Liemaro* Brémensi, ab Episcopisque quoque *dd) Theodorico* Viridunensi, *Conrado* Traject., *Odalrico* Eistetenensi, *Ottone* Ratispon., cum assensu Laicorum, Ducis *Boemorum* *Wratislai*, & fratris ejus, *Conradi* Ducis, *FridERICI* Ducis, *Ludolphi* Palatini Comititis, *Rapotonis* & omnium, qui ibidem convenerant, primitiva illa *ee)* Ecclesia Parochia cum omnium terminorum suorum ambitu Pragensi sede est adjudicata. Termini autem ejus versus Occidentem hi sunt: *ff) Tugast*, quæ tendit ad medium fluminis *gg) Thub Zelza* & *Luczena* & *Dasena*, *Lutomerici*, *hb) Leznacizii* usque ad mediam sylvam, qua *Boemia* limitatur. Deinde ad Aquilonem hi sunt termini: *ii) Personane*, *Ghronay* & altera *Ghronati*, *Zlazane*, *Trehotvane*, *kk) Borborane* usque ad mediam sylvam, qua *l) Militanorum* occurrunt termini. Inde ad Orientem hos fluvios habet terminos: *Bug* scilicet & *Ztir* cum *Cracovia* civitate, provinciaque, cui *mm) Mays* nomen est, cum omnibus regionibus ad praedictam urbem pertinentibus, quæ *Cracovia* est. Inde *Ungarorum* limitibus additis usque ad montes, quibus nomen est *nn) Truti*, dilatata procedit. Deinde in ea parte, quæ Meridiem respicit, addita regione *Moravia* usque ad fluvium, cui nomen est *Wagis*, & ad mediam sylvam, cui nomen est *oo) Mare*, & ejusdem montes eadem Parochia tendit, qua *Bavaria* limitatur. Mediântibus itaque nobis & communium Principum aspirante suffragio pactum est, ut Dux *Boem.* *Wratislaus* & frater ejus *Conradus* supradicto Pragensi Episcopo fratri suo Parochiam judiciario ordine requisitam ex integro profiterentur & redderent. Proinde nos rogatu ejusd. Episcopi rationabiliter inducti, Pragensis Episcopatus reintegrationem nostræ Imperialis autoritatis Edicto illi & Successoribus suis confirmamus & stabilimus, inviolabiliter decernentes, ne ulla posthac cujuslibet conditionis persona, vel ulla so-

Dioecesis Prag. Ecclesia.

cietas hominum Pragensi Ecclesiae quicquam sui juris in praenotatis terminis praesumat alienare. Cujus reintegrationis & confirmationis autoritas ut omni ævo stabilis & perpetua inconcussa permaneat, hanc chartam inde conscribi, sicut infra apparet, manu propria laborantes, impressione Sigilli nostri jussimus insigniri. Dat. III. Cal. Maji, Anno ab incarnat. Dom. 1086. Indict. IX. Anno autem Dni. *Henrici*, Regni quidem XXXII., Imperii vero III., Sigillum Dni. *Henrici* III. Romanorum Imperatoris Augusti.

C A P. XLIV.

De Ereptione Ecclesiae Wyssegradensis.

Præterea postquam, sicut praemittitur, *Wratislaus*, Dux quondam *Boemiae* sublimatus fuisset in Regem, & *Gebhardus*, Episcopus Pragensi & Olomucensi Ecclesiarum utrumque regeret Praesulatum; ipse *Gebhardus* in arrogantiâ mentis erectus, coepit Regi *Boemiae*, fratri suo contrarius existeret, & ut potuit, plurimum displicere, ac taliter se à Regis potentia retrahere, ut etiam quandoque in festivitatibus summis, quibus Rex regalibus insigniis decoratus interesse consueverat, Pragensi Episcopo se sæpius absentante, Rex Divinorum solenniis absque Praesule interesset. Et unde Rex talem elationem ejus sapienter tolerans, in Castro suo *Wyssegraden* in honore S. Petri fundavit Ecclesiam, solemnes Nuncios mittens suos ad *Alexandrum* Papam, qui propter Institutionem & ordinationem ejusd. Eccles. *Johannem* Tusculanum Episcopum Cardinalem cum *Petro* S. Georgii Praeposito Prag. transmisit *Boemiam*, precibusque obtinuit, ut ibidem certus institueretur Canonorum numerus, qui Dominicis laudibus jugiter insisterent, & quod in summis festivitatibus Patronorum *Boemiae*, & aliis festivitatibus, ac etiam in praesentia Regis *Boem.* Praepositus & Decanus, nec non Presbyter, Diaconus & Subdiaconus, Missam celebrantes, Insulis & Sandaliis, velut Episcopi, in perpetuum uterentur, quodque sint ab omnium ordinariorum Episcoporum Pragensium Jurisdictione liberi, prout horum effectus in hodiernum diem intuentibus clare patet. Quæ per praefatum etiam *Alexandrum* Papam & 72. Reverendissimos Patres Cardinales, Patriarchas, Archi-Episcopos & Episcopos, qui tunc apud Papam aderant, confirmantur. Et in die foundationis *Wratislaus* Rex 12. Cophinos lapidum, ad modum quondam *Constantini*

Wratislaus in injuriam fratris fundat Collegium Wyssegrad. 1089.

Nnn un 3

Impe-

cc) Ibid. p. 42. Wezlone. dd) Ibid. Liederic. ee) rō Ecclesia deest ap. Cosmam. ff) Ibid. Jugast. gg) Ibid. Chub, Zedlea & Liufena. hb) Ibid. Lemuzi. ii) Ibid. Psouane, Chouuati & altera Hrovatizlasane. kk) Ibid. Povorane. ll) Ibid. Milcianorum. mm) Ibid. Wag. nn) Ibid. Jelitri vel Tritri. oo) Ibid. Mare. pp) Ibid. inconcussa.

Imperatoris, propriis humeris suis portans, ædificiorum prima posuit fundamenta, & *Wyssegradensem* Ecclesiam ad similitudinem Ecclesie Romanæ S. Petri construxit. Sic enim *Wratislaus*, *Bohem.* Rex, arrogantem absentiam dicti fratris sui *Pragenf.* Episcopi, curiosa & utili mente perdomuit, & ejus *Wyssegrad.* Ecclesiam, in qua propriam sepulturam elegit, tam Ecclesiasticis ornamentis, quam in magnis utilitatibus & prædiis plurimum exaltavit. Nam & *Wyssegradensem* Præpositum in Cancellarium Regni constituit, & immediatam cum Principibus Regni in Consiliis Regalibus habere Sessionem & locum. Facta est autem tam insignis Ecclesie *Wyssegradensis* erectio, Anno Domini 1089.

Invalescente insuper elatione dicti *Gebhardi*, Episcopi, *Wratislaus* *Boem.* Rex in vindictam fratris sui quendam Capellanum suum, *Wiclonem*, Ecclesie *Morav.* de facto præfecit. Quod *Gebhardus* *Pragenf.* Præsul intelligens, disposuit *Romam* ire propterea & Apostolicum auxilium implorare. Et transiens *Hungariam* ad Regem *Wladislaum*, ut ejus fultus præsidio tutius *Romam* iret, in *Strigonia* infirmitate captus sub paupis diebus nimium augmentato dolore vitam finivit, & mortuus Anno Domini 1090. Cal. Jul.

1090.

C A P. XLV.

De ulterioribus successibus WRATISLAI,
primi Regis Boemie.

Wratislai
expeditio
in Sorabos.

Interea *Wratislaus*, Rex *Boemie* præfatus ad reformatam & instaurandam *Syrbiam* provinciam, quæ à finibus *Boemie* per viam, quæ itur circum *Misnam* per totam *Lusatiam* usque *Saxoniam* se extendit usque *Poloniam*, ac deinde iterum ad metas *Boemie* revertitur, & suis limitibus est destinata, quam olim Imperator *Henricus* in perpetuum possidendam donaverat, validum congregans exercitum, intrat eandem *Syrbiam*, & idem prope *Misnam* ad dictam mediam urbem qq) *Grosduck* quondam destructam reedificat. Et missis à se una cum *Brzeczislao*, filio suo, aliquot legionibus armatorum ad ultimas metas ejus declinantes *Saxoniam*, qui juxta jussum Regis sui quoscunque progredientes Rebelles viriliter subjugaverunt. Et advenientes ad quandam villam sitam in medio *Syrbie*, nomine rr) *Kalaru*, populosque valde ipsam ex eo, quod olim, dum Rex per eam viam suam casu fecisset, duo de Nobilibus

Cala in-
cenditur.

luis à Villanis ibidem interfecti fuerant, succedentes igni totaliter vastaverunt, & pluribus spoliis onerati revertuntur ad Regem. Et ut vadum cujusdam fluminis transire deberent, *Brzeczislau*, filius Regis, onustos armatos una cum accepta præda primum transire præcepit, apud se Nobilibus & electis suis militibus reservatis. Et quia validissimum corpus fuit *Brzeczislau* prædictus, post sumtum cibum recreationis causâ se fluidam mittit in aquam. Et dum in ipsa maneret diutius, mittit ad eum *Alexius*, Comes ejusdem, sui Director exercitus, persuadens, ut non tam incautus, cum extra *Boemiam* & hostibus valde propinquus in dicto flumine perduraret. Quod audiens juvenis advertere noluit, asserens plus juvenibus plurimum pavidos esse senes. Quò factò subito visi sunt aliquot armati de hostibus, gentes *Boemicas* provocantes ad bellum, ex quo fit, quod quivis una cum *Brzeczislao*, Regis filio armis & equis se munit. Interea pars exercitus *Brzeczisl.* advenientes hostes invadit, ac hostes astutius fugam incautos persecutores suos usque ad exercitum eorum alliciunt. Sicque de insequentibus exercitus Regis alius captus, alius interfectus prostermitur. Nam statim insidianter aderat legio *Saxonum* armatorum, qui *Brzeczislau* filium Regis, & suum exercitum duris congressionibus invaserunt. Dirum itaque & arduum inter partes bellum committitur, & dum hinc inde diutius certant, licet multi de *Boemis* prostrati fuerant bello, tamen ad ultimum victi *Saxones* fugæ præsidio, ut melius poterant, evaserunt. In eodem bello filius Regis præfati in manu dextra vulneratur, & nisi ss) gladius, quem in manu tenebat, ipsum ex inflicto vulnere protexisset, manum cum pollice perdidisset. Occisus est etiam in eo bello dictus *Alexius* cum multis tt) nobilibus *Boemis*. Inde post habitam victoriam Rex una cum filio suo *Brzeczislao*, & ejus residuus exercitus *Boemiam* revertuntur. *Wratislaus* itaque Rex reversus *Boemiam* & comperto *Gebhardum* Episcopum sublatum de medio, *Cosinam* Episcopali *Pragenf.* præfecit Cathedrali. Et quia Imperator *Henricus* eodem tempore in *Lombardia* constitutus erat, *Cosinas* *Pragenf.* electus non potuit consummari. Electus est autem *Cosinas* in *Pragensem* Episcopum Anno Domini 1092. IV. Noni Mart.

Prælium
cum ho-
stibus.

Cosinas fit
Ep. Prag.

1092.

qq) *Cosinas* p. 43. quoddam castrum nomine GNOZDEC prope urbem *Missen* reedificat. *Dubrav.* p. 65. etiam vocat *Gnosdecam*.

rr) *Cosinas*: in quadam villa nomine *KYLEB*, valde magna. *Dubrav.* c. l. Haud procul a *Gnosde-* co vicus erat, *KYLEBUS* dictus, frequens habitatoribus, qui ante aliorum munitionem ædificumque arcis impediebant.

ss) i. e. capulus gladii. *Cosmas*.

tt) *Cosinas* nominat: *Bratum* cum fratre *Zlaura*, *Predamque* Comitum, amisso pede mortem vix effugisse scribit.

C. A. P. XLVI.

De ulterioribus Successibus WRATISLAI Regis.

PRæfatus igitur Rex Boëm. considerans, quod *Conradus*, pater suus, alteri fratri suo, *Ottoni*, qui civitatem Olmucensem & ejus districtum dominium tenebat, & filiis suis, plus quam filiis Regis favebat, ac ad eorundem status augmentum in omnibus procurandum ferventius anhelaret, incipit adire *Conradum* & cum forti exercitu intrans *Moraviam* *Ottone* & filiis suis, videlicet *Swantoplück* & *uu*. *Ottone* de paternis eorum hæreditatibus potenter expulsis, urbem *Olmuz* & alias civitates filio suo *Boleslao* tradidit possidendam. Quo facto non post multum temporis præfatus *Otto*, *Wratislai* frater, mortuus est. *Wratislaus* itaque audiens mortem fratris sui *Otonis*, & considerans *Conradum* adhuc solum esse superstitem, proposuit ipsum similiter suppressere, & ejus ab eo paternam portionem auferre, ex eo, quod quamdiu *Jaromir*, alias *Gebhardus*, Pragenlis Episcopus, & *Otto* vixerant, cum *Conrado* semper persisterunt, unanimes, nec poterant ab invicem ingenio quocunque disjungi. Sicque *Wratislaus* Rex forti suo iterum vallatus exercitu reintrat *Moraviam*, & dum *Brünne* applicuisset ad urbem, ipsam per gyrum circumvallare disponens, hinc inde & suis nobilibus specialia cuilibet locandi exercitus loca designat. Ubi fit, quod Nobilis quidam, *xx*) *Sderad* nomine, Consiliarius *Brzeczislai*, filii Regis, his verbis Regem alloquitur: *Nosli, Domine, quod filius tuus BRZECISLAUS æstivo tempore summe libenter fluentibus balneatur in agris, hunc, si placet, Rex, juxta flumen cum suis militibus collocare, ut sic, si quando solis ardore gravatur, demum in fluvio refrigerium sibi faciat.* Hæc itaque præfatus *Sderad* dixit ideo, ut filius Regis præterita [quæ] expresse in *Syria* juxta præmemoratum fluvium acciderant, rememorans, coram adstantibus hominibus de hominis levitate notaretur. Quod confusionis vè recundiâ juvenis tacitus advertens alto concepit in corde, ut se in dicto *Sderad* vindicaret, tristisque recessit ad suos, & præ amaritudine mentis ea die sine cœna fuit. Tandem nocturno tempore receptis suis ad se, de quibus præ ceteris præsumebat, super illatis sibi contumeliis mentem aperit, & qualiter in *Sderad* possit ulcisci, resolvit. Mittens itaque ad Patrum suum, *Conradum*, nuntium, illatam sibi per *Sderad*

pandit blasphemiam, & petit vindictæ consilium ab eodem. *Conradus* verò non ignorans, quia Rex *Wratislaus* ad suggestionem *Sderad* cum exercitu suo taliter ipsum oppresserat, *Brzeczislao* resignificari curavit, quod hanc materiam non aliter quam propriam reputaret, unde juveni taliter animato habetur in promptu consilium, quod *SDERAD* intereat, & *BRZECISLAUS* cum Patruo suo super talibus vindicetur. Mane itaque factò *Brzeczislao* in campo mittens ad *Sderad*, ut veniat, quoniam secum habeat secreta conferre, qui solus cum socio suo *yy*) *Dismir* secum accepto, filium Regis accedit, nihil mali præsumens. Juvenis verò videns eum venire, à suis, qui in mortem *Sderad* juraverant, paulisper abscessit, & loquens cum *Sderad*, inter cætera objicit sibi, cur ipsum in patris sui præsentia confudisset. Et post multa verba diffidens eum, ut solitum erat, ac animo permotus ab ipso recessit, quod sui videntes armati fugientem insecuti *Sderad* ipsum atrociter interimunt, at *Dismir* per fugam evasit, & nunciat Regi, quod viderat. Rex itaque *Wratislaus* hoc audiens, pro Consiliario suo *Sderad* multâ irâ multoque dolore gravatur. Et cogitans, qualiter se posset tam in fratre, quam in filio vindicare. *Brzeczislao* verò irâ patris perceptâ ultra fluvium castra metatus est, quem major pars exercitus & bello fortior est secuta. Interea uxor præfati *Conradi*, *zz*) *Virsbürg* nomine, viriliter prudens & provida, in scio viro suo Regem accedit, & ipsum, quatenus fratri suo ignoscat, nec terram propriam destruat & devastet, precibus & lacrymis deprecatur. Similiter & pro filio Regis patris gratiam imploravit. Rex verò ad preces ejusd. Domine pietate permotus, ipsam gratiosius exaudivit, & utrisque pepercit, mandans, quod ad præsentiam ejus accederent. Qui postquam adessent, fratrem fraternè suscipiens, his verbis allocutus est filium: *Si bene fecisti, Fili, bene tibi erit, sin autem, postea tu videbis.* Quæ *Brzeczislao* audiens *Brzeczislao*, patris iram timens, recessit ad partes urbis *Hradeck*, quem iterum major pars exercitus est secuta. Nam omnes, qui ipsum sequebantur, propter indignationem Regis ad propria reverti nullatenus præsumebant. Videns itaque Rex, quod secundum suum propositum se non posset in filio vindicare, cum fratre suo *Conrado* disposuit, ut post eum loco filii Rex esset *Boëmia*. Quod audiens *Brzeczislao*, cui plus quam millia virorum fortium adhæserunt, prope

Expeditio
in Mora-
viam con-
tra fra-
trem.

Brünne
obsidio.

Ira filii
Regis in
Desideri-
um.

Desideri-
us inter-
ficatur.

Brzeczislao
audiens
Brzeczislao
patris iram
timens,
recessit
ad partes
urbis
Hradeck,
quem
iterum
major
pars
exercitus
est
secuta.

uu) Cosmas p. 45. vocat *Ortik*. Sed *Dubrav*, p. 66. *Othonem*.

xx) *Dubravius* p. 66. *Desiderius*.

yy) Cosmas: *Dismir*. *Dubrav*, p. 67. *Derfimirid*.

zz) Cosmas p. 45. *Wirbirk*. In margine *Walpurg*.

Procedit
contra
eum.

Pragam, veniens juxta fluvium a) *Rokytnick* castra metatus est, patri suo Regi significans: *Ecce adsum, quem questurus es alibi: quod ergo postea facturus es mecum, fiat citius.* In ejusdem diei nocte apparuerunt S. Viri & Martyres, *Wenceslaus* & *Adalbertus*, captis in carceribus, ipsosque de carceribus liberaverunt, mandantes eis, ut cum gratiarum actionibus Pragensem intrent Ecclesiam, ac populo & Regno futuram tranquillitatem & pacem annuncient, quod per taliter liberatos devotius impletum est, prout hujusmodi miraculum in Passionem S. *Wenceslai* saepius est expressum. Eadem die *Conradus*, frater Regis, omnem riuorem & discordiam inter Regem & filium ejus sopivit, & ipsos omnimode concordavit. Qui audientes Nobiles, & alii, qui *Brzeczislaus* contra Regem patrem suum adhæserant, Regem eundem, qui plurimum formidantes induxerunt *Brzeczislaus*, ut non obstante gratiâ patris dimisso Regno una cum ipsis transiret *Hungariam*. Quod & fecit. Quem *Hungarie* Rex *Wladislaus* velut cognatum suum benigne suscipiens, eundem *Brzeczislaus* cum paucis apud se retinuit militibus, & populis aliis dans districtum b) *Babonaw* prope Castrum *Trencz*, apertum venationibus & frugibus. Unde *Brzeczislaus* taliter cum suis usque post obitum patris in *Hungaria* demoratur.

Recedit
in Hun-
gariam.

C. A. P. XLVII.

De Distinctione Episcoporum Pragenses & Morav. ; Obitu WRATISLAI primi Regis & Successione CONRADI.

Episcopa-
tur Pra-
gensis &
Olomuc.
separan-
zur.

Eodem itaque anno 1092, industriissimus *Wratislaus* Rex rebellionem quondam fratris sui *Gebhardi*, Pragensis Episcopi rememorans, per se disjunctas Ecclesias & unionem earum, qua prius unita fuerant, & effectualiter interrupit. Nam *Cosnam* Pragensem, & *Andream* Moraviensem præfecit Ecclesiis, constituens, in *Moravia* *Olomutz* civitatem Episcopalem de cetero sedem esse, quæ prius in *Welegrado* tempore *Svatopluck* Regis, A. Episcopalis fuerat. Et mittens utrosque sub conductu Comitum Palatini *Rheni* ad *Henricum* præfatum, qui tunc *Lombardia* in civitate *Mantua* Imperialia tractans negotia, morabatur, ut ipsi confirmationem solitam obtinerent. Imperator vero, quamvis prædictarum Ecclesiarum unionis hætenus confirmatæ non esset oblitus, tamen volens Regi *Boem.* consentire, Electionem eorum approbat & confirmat, sicque ipsos remit-

tit ad propria, c) Excell. insistens agendis, febre corripitur, & viribus consumptis tandem post multa opera mirifica vocatus à Domino mortem subiit; & in *Wyssegraden* suæ foundationis Ecclesia secundum morem Regum sepelitur. Quem per multa tempora planxit Regnum *Boem.* dolorosissimis lamentis, & mortuus est anno Domini 1092. 19. Cal. Febr. qui *Wratislaus* 1092. rexit, tanquam Dux annis XV. & tanquam Rex XVI. annis. Defuncto itaque *Wratislao*, primo Rege *Boem.*, juxta ordinationem suam, sicut præmittitur, *Conradus*, frater ejus, sibi successit, de cuius gestis nihil scribitur, ex eo, quod solum septem mensibus & 13. diebus rexit, & 8. Id. Septembr. obdormivit in Domino.

C. A. P. XLVIII.

De Regimine BRZECISLAI, Primogeniti primi Regis Boëmiae.

Defuncto igitur *Conrado*, fratre quondam *Wratislai* Regis *Boem.*, *Brzeczislaus*, ejusdem Regis primogenitus, adhuc existens in *Hungaria* cum suis adherentibus, & audiens obitum Patris sui transit *Boemiam*, & dum *Pragam* venisset, tam a Clero, quam a populo lætus suscipitur, & in paterni regni solium collocatur. Facta est autem hujusmodi sublimatio sua anno Domini 1092. 18. Cal. Octobr. Eodem mense quidam Pseudo-Episcopus, nomine *Robertus* de *Cabalonensi* provincia, *Boemiam* venit, qui ex eo, quod *Cosmas* ad Pragensem, & *Andreas* ad *Olomucensem* Ecclesiam electi, nondum consecrati fuerant, idem Pseudo-tamen Episcopus reputatus multas consecravit Ecclesias, & sacros celebravit ordines, & complures Clericos ad majores & minores Ordines promovit. Postea vero, comperto ipsum non esse Episcopum, omnia talia secundum *Canonicas* Sanctiones legitime reformata. Eodem in anno *Brzeczislaus* *Boemiae* regnum regens, circa festum S. *Wenceslai*, *Boemiae* Patroni, omnibus Baronibus & Principibus suis convocatis ad *Pragam* per triduum ipsis magnificentum fecit convivium, & ibidem Prælatorum suorum consilio, zelo Christianæ religionis accensus, omnes Magos, Auspices & Sortilegos ejecit de Regno, nec non superstitionas Sectas *Boemice* gentis, prætextu quarum tunc alii arbores adorabant, alii super scaturientes fontes victimas vivas macabant, & similiter omnes ritus Gentilium, qui adhuc erant in *Boemica* regione, exterminavit totaliter, & penitus abolivit, faciens & procurans solum Deum ab omnibus

a) Idem p. 46. *Rokytnicam*. Dubrav. p. 67. *Rokytnice*.
b) *Cosmas* p. 47. *BANON* juxta castrum nomine *ORENEN*. Dubravius in loco ultra *Vagum* fl. *Moraviae* proximo, quem *BANOVO* appellant.
c) Desunt quædam.

1093. *Polonos vincit.* bus venerari. Hic *Brzeczislaus* raptius invasit *Poloniam*, anno Ducatus sui secundo, scil. 1093; tam duris invasionibus continuè devastavit, ut à Castro *d) Gartz* super *Albeo* usque ad urbem *Glogaw*, præter solum oppidum *e) Nyempz*, nullus hominum habitaret, nec cessare voluit, quousque *Wladislaus*, Dux *Poloniæ*, cum magnis precibus censum, sub quo quondam *Brzeczislaus*, Dux *Boëmiæ*, avus suus, *Wratislavensem* & alias civitates in signum veræ subjectionis locaverat, de duobus terminis nondum solutis, scil. mille marcas argenti & *f)* quadraginta auri, ad plenum persolveret, & quod insuper *Wladislaus*, *Poloniæ* Dux & sui successores *Brzeczislaus*, Regnum *Boëmiæ* gubernanti, & suis successoribus tributum solutum annuatim, videl. centum marcas argenti & triginta auri, tempore certo ad hoc constituto, persolvere se constringeret fidei sacramentò.

C A P. XLIX.

De Consecratione Pragensis & Olmucensis Ecclesiarum Episcopis & ulterioribus successibus BRZECISLAI.

1094. *Judei coguntur ad Baptismum.* Præterea anno Domini 1094. *Henricus* Imperator Tertio in *Moguntia* suam solennem Curiam iterum celebrante, *Brzeczislaus* præfatus Princeps Regni *Boëm.*, mittens ad Imperatorem *Cosmam* & *Andream* Episcopos, supplicans, ut ipsos committeret *Moguntinensi* Archi-Episcopo, quod & per *Ruthardum* A-Episcopum *Moguntinensem* factum & adimpletum est. Eodem anno præfatus *Brzeczislaus* filiam *Alberti*, Comitis Palatini *Rheni*, *Lucardam* nomine, duxit in uxorem. Mense Septembris. Deinde *g)* mense Octobr. *Cosmas*, Pragens. Episcopus, Altare S. Viti in Pragensi Ecclesia consecravit. Deinde postea anno Domini 1096. XVIII. Cal. Maji *h)* Ordinationem præfati Domini *Brzeczislai*, per præfatum *Cosmam* Pragensem etiam consecratur. In quo *) etiam de universis partibus *Germaniæ* ad Terram sanctam *Jerusalem* multus populus confluebat, & in tanta multitudine, ut per diversas provincias transeuntes, quotquot *Judeos* repererant, Baptismum urgebantur accipere, etiam non volentes, non advertentes, quod

hoc facerent contra Canonicas Sanctiones. Anno etiam præfato dictus *Brzeczislaus* cum exercitu iterum intrans *Poloniam*, ipsam circa flumen *i) Nisam* omnino vastavit, destruens castrum eorum *k) Brig* firmissimum, situm in fluvio *Odre*. Et inde transiens, quoddam castrum ædificavit, nomine *l) Camentz*, ubi nunc Monasterium situm est. Et rediens *Boëmiam*, *m) Martinum*, filium *Boza*, & *Kack*, cognatum suum, de iniqua & perfida natione *Wrsovief*, de Regno expulit, mittens eos in *Syrbiam* exulari, auferens omnem eorum substantiam, ipsam *Cameræ* infiscavit, *n) Mutina*, fratre eorum ad Ducem *Poloniæ* aufugiente. Anno Domini 1096. *Brzeczislaus* *Odalricum*, filium quondam *Conradi*, fratris sui, cepit in Castro *Glatz*, tradens ipsum diligenti custodiæ. Deinde anno Domini 1098. captivatis omnibus *Judeis* Regni *Boëm.* maximum ab ipsis thesaurum abstulit in auro, argento & lapidibus pretiosis. Et in eodem anno Id. Decembr. *Cosmas* Pragensis Episcopus, vir plenus virtutibus & operibus bonis, migravit ad Dominum. Post ejus obitum *Brzeczislaus* præfatus usque ad confirmationem futuri Episcopi, electorum s. ecclesiasticorum bonorum sollicitam & providam curam gessit.

1098. Diripiuntur.

C A P. L.

De Promotione Hermanni Episcopi, & ulteriori Regimine BRZECISLAI.

Defuncto itaque *Cosma*, Pragensi Episcopo, *Brzeczislaus*, Princeps *Boëm.* Regni, de consilio *Wiliberti*, generi sui, *Hermannum*, quondam Patris sui, Regis *Wratislai*, Capellanum, & in ejus Curia nutricum Præpositum *Boleslav*, de consensu Cleri & populi Pragensi præficit Cathedralis. Facta est autem hæc Electio anno 1099. II. Cal. Martii. Et quia eodem tempore Imperator *Henricus* III. in civitate *Ratisbon* Pascha celebrans, dictum *Brzeczislaus* ad se ibi venire rogaverat, idem *Brzeczislaus* una cum *Hermann* electo Pragensi eundo *Ratisbonam* iter arripuit. Cui præfatus Imperator una cum Principibus ad tria fere millia obviam fecit, ipsumque honorifice suscipiens secum in dictam *Ratisbonensem* Ecclesiam reduxit. Ubi statim die altera *Herman-*

1099. Brzeczislaus honoratur a Casare.

- d)* *Cosmas* L. III. p. 49. a Castro REZEN. *Dubravius*: *Beccri*.
e) *Cosmas*: *Nemei*.
f) *Cosmas*: LX. auri.
g) *Cosmas*: V. Calend. Octobris.
h) Textus mutilus ita suppleri debet ex *Cosma*: Monasterium SS. Martyrum Viti, Wenceslai atque Adalberti per &c.
 *) scil. anno.
i) *Cosmas* p. 50. *Nizzam*.
k) Idem *Byrdo*.
l) Idem *Camener*.
m) Idem cum *Dubravio* vocat *Mutinam*.
n) Lege: *Mutina*.

Hermannus Pragensis electus per Cæsarem approbatur. Ibidem etiam *Brzeczislaus* obtinuit à Cæsare, ut *Borziwoy*, frater ejus, post eum regeret Regni *Boem.* Principatum. Cæterum eodem anno præfatus *Brzeczislaus*, *Moraviam* intrans, Castrum *Bodwin* reedificat, & in *Hermann* Episcopi Pragensis tradidit potestatem. Deinde cum *Colmano*, Rege *Hungarie* convenit in campo *Luzko* nomine, qui sic conjuncti mutuo post multorum & varios placitorum Tractatus antiquæ amicitiae & pacis renovant fœdera, & iis sacramento firmatis, amicabiliter ab invicem separantur. Ac abinde præfatus *Brzeczislaus* transiens juxta urbem o) *Braunens.* castra metatus est. Erat enim *Odalrico* & *Lutholdo*, filii quondam *Conradi*, patris sui, infestus valde, qui timentes eum illico fugerunt tradideruntque per nuncios suos in ejus potestatem singulas civitates eorum, quas *Brzeczislaus* præfatus recipiens Regimen fratri suo *Borziwoy* & gubernationem commisit. Eodem etiam anno in Festo Nativitatis Domini idem *Brzeczislaus* p) in urbem *Saczensem Boleslaum*, affinem seu sororium suum, Ducem *Poloniae*, & de consilio Comitum & Baronum suorum, Enserum suum Regni *Boemiae* constituit, donans sibi administrationem ejusd. officii, ut de censu sive tributo annuo, quod *Wladislaus*, pater suus, & alii Duces ibidem Regno *Boemiae* annis singulis tenebantur obnoxii, 100. Marcas argenti & X. auri annuatim haberet. Anno insuper Domini incarnati 1100. *Hermannus* Pragensis electus per præfatum *Brzeczislaum* ad Imperatorem *Henricum*, qui tunc *Moguncie* fuit, transmittitur, & per *Rupertum* Cardinalem, Papæ *Clementis* Legatum, qui tunc ibidem erat, in Episcopum consecratus, & ad propria revertitur.

Dux Poloniae sit Ensser Bohemia.

1100.

C A P. LI.

De Successibus, BORZIWOY fratris Brzeczislai.

Præterea anno eod. XV. Cal. Nov. *Borziwoy*, filius *Wratislai*, primi Regis *Boemiae* secundo genitus, frater *Brzeczislai* in urbe *Znoymens.* sororem *Lupoldi* Ducis *Austriae*, q) *Hewick* nomine, duxit in uxorem. Et quia ex cessione *Gottfridi*, Marchionis *Austriae*, *Lutholdus*, filius quondam *Conradi*, fratris dicti *Wratislai*, primi Regis, Castrum r) *Rachs* pro tunc habebat, ipse expulsionis suæ de *Moravia*, sicut præ-

mittitur, non immemor, terras *Borziwoy* fratris sui, *Brzeczislai* præfati, rapinis, incendiis & molestiis damnificat. Unde *Brzeczislaus* in vindictam fratris iterum congregans exercitum, *Moraviam* transiit, præmittens ad *Gottfridum* nuncios suos, rogans attentè, quatenus præfatum *Ludolphum*, Nepotem suum, vel vincitum sibi remittat, vel de castro suo *Rachs* expellat. Quæ cum dicto *Lutholdo* secretè nunciata fuissent, præfatum castrum *Rachs* cum militibus suis pro se detinuit, omnibus Castellanis præfati *Gottfridi* abinde expulsis. Qui *Gottfridus* hoc audiens, præfato *Brzeczislao* juxta oppidum *Branow* occurrit supplicans, ut ad expugnandum castrum *Rachs* necessarium sibi præbeat auxilium. Et sic *Brzeczislaus* præfati fratris sui *Borziwoy*, & etiam *Gottfridi*, Marchionis *Austriae* cum exercitu castrum *Rachs* obsedit. Et dum in ejus obsidione per sex continuas hebdomadas perstitissent, *Lutholdus* prædictus cum suis in castro præfato fame prægravatus, nocte solus aufugit, suis in eodem castro dimissis. Qui mane factò tam castrum *Rachs*, quam se ipsos in præfati *Brzeczislai* tradiderunt manibus. Et sic *Gottfridus* castrum restituit, & victor existens *Boemiam* revertitur. Eodem anno ante Festum S. Thomæ post. Per insidias videtur. *Brzeczislaus* in crepusculo de venatione rediret, prope villam s) *Srebna* à quodam venatore, *Lorck* nomine, inductione t) *Bozey* & *Mykincen*, genere *Wrsoviens.*, quos prius de regno *Boem.* expulerat, proditoriè vulneratur. Qui *Lorck*, dum aufugere niteretur, in quandam foveam recidit, & tandem à populo semifractis cruribus repertus digna morte perimitur. *Brzeczislaus* verò præfatus, ex inflicto vulnere pressus, dispositis animæ suæ & regni negotiis, post triduum expiravit, & in Ecclesia Pragensi sepultus est.

C A P. LII.

De sublimatione BORZIWOY, Fratris Brzeczislai, in Regimen Regni Boemiae.

Borziwoy itaque, secundo genitus, frater olim *Brzeczislai* eundem fratrem suum mortuum esse percipiens, transiit *Boemiam*, ubi ab ipso Episcopo Pragensi, Comitibus & Baronibus Regni ipso die Nativitatis Domini honorificè suscipitur, & *Boemiae* Regno præficitur. Anno verò Domini 1100. dict. *Borziwoy* *Odalrico* & *Luthol-*

o) Cosmas: *Bruen.*

p) Supple ex Cosma: vocavit ad convivium.

q) Cosmas p. 53. *Hellück.*

r) Idem: *Rakouz.*

s) Cosmas: *Szbecna.* Dubrav. p. 71. *Stebna.*

t) Dubrav. *Bosgii* & *Mutine.*

Odalricus ambit
Ducatum.

Lutholdo, filius quondam *Conradi*, senioris fratris quondam *Wratislai*, primi Regis *Boëm.* civitates, quas ipsis quondam *Brczislau* frater ejusdem, *Borziwoy* primogenitus abstulerat, restituit. Prædictus etiam *Odalricus*, filius quondam *Conradi* præfati, post mortem *Brczisl.* patris, habitu suorum consilio, tanquam senior hæres Regni *Boëm.* Imperatorem, qui tunc in urbe *Ratisbon.* fuit, accessit, supplicans Cæsari: Ut ipsum tanquam seniore hæredem Regni *Boëm.* juxta statutum quondam *Brczislai*, Proavi sui, Comitum, Baronum ac Procèrum *Boëm.* juramento firmatum, *Bohem.* Regno præficiat, sibi que paterna feuda sicut hujusmodi conferre dignetur. Imperator verò petita eadem sapienter advertens sibi contulit, quod de jure debebat, eligendi Principem Regni *Bohem.* Principibus, Comitibus & Baronibus ibidem juxta morem in talibus antiquitus observatum, relinquens liberam potestatem. Quo factò *Odalricus* per plures Nuncios suos transmissos *Boëmiam* acceptat, & variis viis & modis innititur, si possit, quovis ingenio Regnum *Boëm.* Principatum & Regimen adipisci. Sed quia *Borziwoy*, frater dicti *Brczislai*, jam Regali roboratus erat in solio, præfatus *Odalricus* præfici non potuit, sed solum obtinuit à Cæsare, ut eundem Patrum suum *Borziwoy* à Regno *Boëm.* actione hæreditatis sibi debitæ possit invadere & turbare. Quo obtento amicorum & adhærentium sibi nonnullis Teuthonicis, nec non Comite u) *Gerhardo de Sala* & *Odalrico*, Pragensi Episcopo, & quibusdam aliis Magnatibus, & *Lutholdo*, fratre suo, *Boëmiam* intrat, asserens in eorundem adiutorium suorum præsentia; se pro parte sua quam plurimos adhærentes habere de *Boëmia* meliores. Quod audiens *Borziwoy* suprad. ex adverso fortem congregat exercitum, & occurrens eis usque ad oppidum x) *Malin*, ibidem castra metatus est, disponens die craftinâ cum adversariis bellum inire. Similiter ex adversa parte *Odalricus* cum suis ab alia parte rivuli y) se taliter in tanta vicinitate alterius exercitus locaverat, ut pars una posset ab alterius intueri. Ubi dum adhærentes *Odalrici* constantiam *Borziwoy* & suorum conspicerent, & contrarium, de quo alias *Odalricus* in eorum præsentia se jactaverat, videl. adhærentem Baronum *Boëm.* manifestè sensissent, sibi sic inquirunt: *Cur te unâ nobiscum sic decipere voluisti? Ubinam sunt meliores Boëmi, qui tibi & nobis adhaerent, ut dixisti? falsè nos decipis, & te ipsum.*

Contra
Borziwoy
procedit in
prælium.

Et in itò consilio, per viam, quâ intraverant Regnum, etiam exire decreverunt. Sed quia *Swatopluck* & *Ottone* fratribus, filiis quondam *Otonis*, præfati *Conradi* fratris, qui *Znoymam* in *Moravia* possederat, & qui *Conradus* & *Otto* fratres fuerant *Wratislai*, quond. Regis *Boëmiae*, cum Ducibus & exercitibus multorum electorum, præfato *Borziwoy* in auxiliùm advenerant, retrocedere minime potuerunt. Et noctis tempore per arctas & densas vias prope z) *Habr.* fugit. Clam autem per fugam, ut potuerunt, evaserunt, tentoriis & rebus eorum in campo relictis. Mane itaque facto, dum *Borziwoy* & sui hostes vellent invadere, nullum inveniunt, sed spolia rapiunt & dividunt, prout placet. Erat enim illo tempore *Borziwoy* cum *Swatopluck* & *Ottone* fratribus Nepotibusque suis multum unanimis, qui tamen postea ex aliis eventibus plurimum discordarunt.

C A P. LIII.

De Discordia *BORZIWOY* & Nepotum suorum, *Swatopluck* & *Otonis*.

ANNO Dom. 1003. *Borziwoy* Nepotem 1003
ejus *Swatopluck*, qui tunc Marchionatum *Moravia* gubernabat, ad instantiam & auxiliùm *Svibnerii*, filii naturalis quondam *Wladislai*, Ducis *Polonorum*, qui post obitum patris adversus *Boleslaum* fratrem suum ex *Juditha* filia *Wladislai*, quondam Regis *Bohem.*, legitime genitum, verumque Ducem *Poloniae*, eundem sibi Ducatum *Polon.* usurpare conatus est, sub spe cujusd. promissæ pecuniæ exercitum & arma moverunt, & dum usque in *Bozen* venissent, *Boleslaus* sentiens, ipsos in suum dispendium advenisse, missis nunciis huc ad *Borziwoy*, Principem Regni *Bohem.* ipsum scedere consanguinitatis, quò sibi ex *Juditha* præfata junctus erat, admonuit, & datis pecuniis, ut *Borziwoy* ad propria reverteret, obtinuit. Verum, quia *Swatopluck*, Nepos ejus, hujus datæ pecuniæ partem non habuit, adversum *Borziwoy*, Patrum suum, indignationem & iram concepit. Et postquam uterque reversus fuisset ad propria, *Swatopluck* prædict. dolosè quosdam de *riuosi op.* suis mittit *Boëmiam*, ut tam inter Nobiles *pidis inf.* quam Civitates fomenta dissidii seminandiatur. tes, quos possent aa) *Swatopluck* filio *Otonis*, fratris ejusdem *Wratislai* voluntarii adhæserunt. Et nisi *Borziwoy* citius venisset Pragensem in urbem, ipsum utique *Swatopluck* occupasset. *Borziwoy* itaque in urbe præsidia sua disponens, *Hermannio* Pragensi Episcopo commisit Castrum *Wyssegraden*

u) Cosmas p. 54. *Sigardus*. Ita & *Dubrav*.

x) *Dubrav*. L. X. initio vocat: *Melinam*.

y) Hunc, Cosmas *Wzalsam* appellat.

z) Cosmas: ad *Gabr*.

aa) Quædam defunt.

Segraden gubernandum. Et ecce, cum *Swatopluck* cum sex Legionibus armatorum appropinquaret *Prage*, & nullum resistantem seu obvium habuisset, *Wltavian* infra villam *bb)* *Rebin*; & usque ad portas urbis veniens, portas clausas invenit; & milites viriliter resistentes. Qui tunc retrocedens inter utrasque urbes in eo loco, ubi Sabbatho mercimonia venduntur, fixit tentoria. Et cum perficere se non posse sentiret, revertitur cum suis *Moravian*, quos abeuntes Dux *Borziwoy* cum suis insequitur. Et quamvis multo fortiozem haberet exercitum, tamen timens perfidiam, sapienter bello certare postposuit. Anno Domini 1106. *Swatopluck* præfatus cum suis, qui ad eum de *Boemia* confluerant, inito consilio tractare cœpit, qualiter *Borziwoy* Patrum suum fraudibus & dolis posset Regno *Boem.* spoliare. Et mittens *cc)* *Budiwoy*, filium *Hron*, virum multa doloitate fallacem, qui fraudibus commentatis accessit ad *Borziwoy*, & se finxit *Swatopluck*, in iuramento asserens, se aliter vindicare non posse, nisi quod *Borziwoy* adhærens, & vera falsis immixtis Consiliarios *Borziwoy* *dd)* *Sozier* & *Mutykam*, de genere *Wrsoviens.*, multis inculat criminibus, persuadens *Borziwoy*, ut velut hostes suos publicos persequatur. Quod dicti *Wrsoviens.* dum sentiunt, statim ad *Swatopluck* transierunt, inducentes eum, ut adversus *Borziwoy* Principatum Regni *Bohem.* suscipiat, & acquiescentem *Swatopluck* erigunt, & Regno præficiunt, *Borziwoy* violenter depulsus.

1106.

Borziwoy
Principatu
privatus.

C A P. LIV.

De exultatione Bohemorum & successibus
SWATOPLUCK.

1107.

Præterea Anno Domini 1107. 2. Id. Maji *Swatopluck*, filius *Otonis*, fratris *Wratislai*, quondam Regis *Bohem.*, qui *Swatopluck* tres fratres habuit, videl. *Otonem*, *Wladislaim* & *Sobieslaum* *Bohem.* Regno - & *Borziwoy* secundo genitus *Wratislai*, primi Regis *Bohemie*, exul proficiscitur *Poloniam*, quem frater suus ultimò genitus, *Sobieslaus* nomine, & multi Barones & Nobiles de *Boemia* sunt secuti. *Borziwoy* itaque de *Polonia* ad Regem *Henricum IV.* *Saxoniam* proficiscitur, exponit ibidem illatam sibi injuriam, & ad restitutionem Regni sui ejus implorat auxilium, promittens Regi magnam pecuniæ quantitatem. Rex verò mittens de Nobi-

Venit ad
Imperatorem.

libus suis *Boemiam*, mandat dicto *Swatopluck*, ut protinus ad eum veniat. Qui statim congregato exercitu usque introitum silvæ penes oppidum *ee)* *Luneck* pervenit, & convocans Proceres suos & Nobiles, fratrem suum præposuit *Bohemie* Regno, ac demum cum paucis ulterius progreditur usque ad *Henrici* Regis præsentiam. Quem statim Rex, ut venit, in *Swatopluck* captivitate tradidit; & convocatis his, qui secum advenerant, ipsis *Borziwoy* commisit, ut ipsum *Pragam* reducerent, sibi que *Bohemie* Regnum redderent. Qui revertentes *Borziwoy* secundum jussum Regis tertia die applicant Castrum *ff)* *Diewyn*. Audiens *Otto*, frater *Swatopluck* suprad. ordinatis militibus suis cum sex Legionibus armatorum nocte montes transcendit, & diluculo Castrum *Diewyn* obsedit. Sed memoratus *Borziwoy* per quendam, qui de exercitu *Otonis* advenerat, adventum *Otonis* præsciens, cum suis, ut potuit, per fugam evasit. Interea *Swatopluck* Regis tenetur in carcere, & tandem recepto ab eo sacramento de decem millibus *Marca-*rum argenti Regi solvendis, solutus & liber dimissus est, de familiaribus Regis pro accipienda pecunia hujusmodi secum *Boem.* destinatis. Qui *Swatopluck* *Pragam* reversus *Otonem*, fratrem suum, Regi mittit in obsidem, quousque dictam pecuniam persolvat ad plenum. Et de thesauris Regni 7000. *Marca-*rum argenti congregans, promissam pecuniam Regi mittit. Præfatus verò frater suus *Otto*, pro residua pecunia adhuc in Regis prædicti tentus custodia fugâ elapsus, ad *Swatopluck*, seniores fratrem suum revertitur. Deinde anno Domini 1108. uxor ejusdem *Swatopluck* peperit filium, quem post V. hebdomades *Henricus*, Romanus Rex, de Sacro Fonte levavit, & super faciens videl. tria millia *Marca-*rum argenti *Compatri* suo *Swatopluck* omnino remisit, rogans eum, ut adversus *Hungaros* secum, pro tunc Imperio rebellantes, armatâ potentiâ procederet. Quod *Swatopluck* libenter adimplens cum Rege ad *Hungariam* progreditur, *gg)* *Watzkoni* & *Mutyna* *Wrsoviens.* gubernationem Regni committens. Et eodem ibidem cum Rege in obsidione civitatis *Pofonia* existente; Princeps *Swatopluck* præd. cum suis, quicquid erat in *Ungaria* inter fluvios *Wab* & *Danubium* destruxit incendio; & quàm pluribus exploratoribus Regis *Hungarie* comprehensis, ipsos nasus & oculis privavit. Eodem etiam

1108.

Swatopluck
filius
Imp.
contra
Ungaros.

bb) Colmas: *Bubin*.

cc) Idem p. 56. *BORIWOJ filius HREN.* Sed *Dubrav.* p. 74. *BUDIWOJUS HRONI filius.*

dd) Colmas: *Grabislam* & *Protuceh.* Sed *Dubravus* rectius: *Bosejum* & *Mutinam*.

ee) Colmas p. 57. *Hlumec.*

ff) *Dubrav.* p. 75: *arcem Dominam.*

gg) Colmas: *Veckoni* & *Mutina.*

etiam tempore mille electos viros ad exercitum Regis *Hungariæ* missos ad invadendum *Theutonicos*, bello cepit, & pluribus interfectis superstitibus captivos detinuit. Interea prædictus *Borziwoy* cum *Polonis* hostiliter intrat *Boëmiam*, & *Watzkonem* & *Muthynam*, qui tunc in quodam castro in metis *Boëm.* versus *Poloniam* sibi restiterant, superavit. Et inde procedens ulterius in regnum, ubi *Wazo* prædictus Principi suo *Swatopluck* Patrum suum *Muthynam* secreto detulit, narrans, quod inductione sua *Borziwoy* Regnum *Bohem.* intrasset, & ab illo tempore dolose quendam de suis militibus mittit ad suum Patrum, asserens *Borziwoy*, *Swatopluck* cum exercitu suo reversum esse *Boëm.* in crastinum purgaturus. His fictitiis idem *Borziwoy* cum suis perterritus, eadem nocte *Poloniam* remeavit. Interea *Swatopluck* reversus per *Boëm.* intra se cogitat, qualiter in *Muthyna* posset ulcisci, & postquam venit in Castrum *Wratislao* prope *Luthomyss*, singulos Procères convocat, inter quos fuit *Muthyna*, nihil de Principe mali suspicans, quem in præsentia omnium taliter allocutus est: *MUTHYNA, Wrsoviens. familia- ris, nostri generis inimicus; cujus parentes olim FAROMIR in monte Welisch duris affecerunt opprobriis; BRZECISLAUM, quondam Patrum meum; Boëmiæ Ducem exitum, malignâ doloſâque morte necaverunt; BORZIWOYq; Patrum meum, similiter, qui ad nutum vestrum singula omnia gessit, expulſiſtis de Regno, & me induxiſtis ad hoc, ut ipsum Regno privarem. Tibi, MUTHYNA, nuper, dum Hungariam profiſcerer, gubernationem Regni commiſi, qui iterum in hoc traditione te gessiſti. Et dum taliter perorasset, *Muthynam* apprehendi juſſit, & capite truncari. Et in eadem hora capti sunt *Wrsovienses Uncyſlaw* & *Domoslav* & duo filii *Muthynæ*, unus autem; *hb) Ronſa* nomine, licet eſſet ex alia natione, tamen quia valde familiaris *Muthynæ* fuerat, voluit auferre, & dum inter arbuſta curreret, abscondere se cupiens; rubrâ tunicâ, quâ indutus erat, proditus; illico capitur, & oculis & naſo privatur. Et hoc facto *Swatopluck* Decretum poſuit, ut omne genus *Wrsoviens.* a magno ad minimum deleretur, animans ſuos ſub ſpè recipiendæ mercedis, ut *Bozey* & ejus filium caperent, & perderent. Hinc eſt, quod familiares *Swatopluck*, Principis *Boëm.*; deletum eſt. Nam & ſenes, juvenes & pueri lactantes gladio perierunt; illis duntaxat exceptis, qui per fugæ præſidium *Ungarium* & *Poloniam* evaſerunt.*

Swatopluck in-
vehitur in
Wrsovi-
cenſum
familiam.

Omne
delet.

C A P. LV.

De Successione SWATOPLUCK, & ejusdem Obitu.

ANNO Domini 1108. *Colmannus*, Rex *Hungariæ*, cupiens de illatis sibi damnis per *Swatopluck*, filium *Otonis*, fratris tertio geniti *Wratislai*, primi *Bohemie* Regis, Principem Regni *Bohem.* vindicare, *Moraviam* hostiliter intrat, ipsamque devastare coepit. Quod cum *Swatopluck* comperisset, tam in *Boemia*, quam in *Moravia* magnum congregat exercitum. Dum *Colmanno*, Regi prædicto voluisset occurrere, & jam disposuisset, ut secum in crastino bello certaret, nocte cum suis per densas silvas transiens, cujusdam arboris rami fixura idem *Swatopluck* perdidit oculum; unde ex eventu tali turbatus exercitus revertitur ad propria II. Id. Novembr. Deinde Anno Domini 1110. dictus Princeps *Bohemie Swatopluck* oculi cicatrice sanatus, valido iterum exercitu congregato intrat *Ungariam*, eamque usque devastavit totaliter, & destruens - - - agmina *Ungarorum* gladio necans, & multis ditissimis spoliis oneratus, ad propria cum suis victorioso revertitur. Eodem etiam tempore Rex *Romanorum Henricus*, memor injuriæ *Swatopluck*, per Ducem *Poloniæ* eo tempore, quo diutius *Swatopluck* cum Rege *Hungariæ* perſtiterat, congregans validissimum exercitum; una cum *Swatopluck*, Principe *Bohem.*; intrat *Poloniam*, & disposita obſidione circa urbem *Glogau*, urbem eandem ab utraque parte fluminis *Odræ* devastat & destruit. Et deinde procedens ad castrum *Reczen*, & illo devastato; cum maximo onustus spolio redire disposuit ad propria. (Et cum jam Rex Principem *Swatopluck* in castrum a se vellet dimittere, affuit in castrum quidam miles ii) *Wrsoviens.* qui miles, dum Princeps *Swatopluck* de Curia Regis serio redire deberet, inter alios se miscuit; & dum perveniſſet ad Principem, inter ſcapulas ejus lethifere vulneravit. Et antequam *Swatopluck* terram attingeret, morte præventus est, & similiter miles, qui hoc fecerat; crudeliter interiit. Mortuus est itaque *Swatopluck* kk) XX. Cal. Oct.

1008.

Swatopluck oculum amittit.

1110.

Interfici-
tur.

C A P. LVI.

De sublimatione OTTONIS, Fratris Swatopluck.

Interfecto itaque *Swatopluck*; multus tota nocte super eum fuit planctus, & mane factus venit Rex lugens Compatriem suum

Ooo oo 3

bb) Cosmas p. 58. Neusse.

ii) Dubrav. P. 78. vocat. GESCONEM. *Wrsoviensem*; cui TISTÆ cognomen.

kk) Cosmas p. 60. XI. Cal. Oct.

um & inopinatam mortem ipsius, & universis Comitibus & Nobilibus Reg. *Bohem.*, qui tunc aderant, concessit, ut ex auditione testissimi, quem vellent de filiis *Svatopluck Boemiae* Regno praeferrent. At illi inductione *Wazack*, cujusdam Baronis de *Moravia*, *Otonem*, fratrem dicti *Svatopluck*; non obstante eo, quod in electione & approbatione quondam *Svatopluck* singuli Comites & Barones *Wladislaum*; dicti *Svatopluck* fratrem, post eum in Principem assumi debere juraverant, eodem Regno *Boem.* sibi dari in Principem petierunt. Quem *Otonem* statim Rex ad petitionem eorum approbat & collaudat, sicque infra IV. dies *Otto Pragam* adveniens; ex eo, quod contra juramentum praestitum, & etiam sine consensu *Hermannii* Episcopi, & *Fabiani*, Comitum Praepositi *Wyssegrad.* electus erat, intentum obtinere non potuit, sed consentientes approbantesque cuncti de *Boemia* *Wladislaus*, frater *Svatopluck* tertio genitus, in Principem *Boemiae* Regni sublimatur. Ut autem audivit *Borziwoy*, filius secundo genitus *Wratislai*, primi Regis *Boem.*, quod nepos ejus *Wladislaus* juvenis post obitum fratris sui *Svatopluck* Principatum Regni esset adeptus, continuo perrexit in *Syrbiam* ad *Wibertum* sororium suum, nec non quorundam de *Boemia* & aliorum suffultus auxilio *Bohem.* Regnum intrans, in Vigilia Nativitatis Dom. nemine resistente urbem *Pragenf.* ingressus est. Unde factum est, quod plures dimissis uxoribus, pueris & rebus suis extra *Pragam* fugere concipiunt, aliis, qui pro parte *Borziwoy* fuerant, ibidem manentibus. Ubi etiam *Hermannus* Praesul in Palatio suo repertus deprehenditur, & custodiae mancipatur. *Fabianus* ergo, Comes *Wyssegrad.* urbe sibi commissa similiter affugit. Hinc fit multus tumultus & rumor in Regno *Boemiae* de novitatibus supradictis. Alii *Pragam* confluent, alii assumpti complicitibus suis undique per villas currunt, ipsasque destruunt & devastant. Et eodem die *Borziwoy* in castrum *Wyssegraden* se recepit. Altera vero die *Pragam* revertitur. Interea cum magna Cleri processione suscipitur, qui ibidem audita Missa iterum *Wyssegraden* revertitur. Eadem nocte *Otto*, secundo-genitus frater *Svatopluck*, cum *Watzkone* praefato Barone de castro *Hradec* cum magno exercitu veniens circa *Rokytnick* rivulum castra metatus est. Altera die castrum *Wyssegraden* obsederunt, & ut nullus egredi aut ingredi posset, posuit circumquaque custodes. Post triduum frater *Wladislaus* praedictus de civitate *Plznensi* cum suis venit

Pragam, & invenit portas hominibus armatis munitas, qui loquens ad eos, ut ipsum urbem pacifice intrare permitterent, sed a nemine obtinuit. Unde provocatus valde recedit usque fluvium *Brusnyck*, & ut supercilium montis ascendisset, vidit a longe exercitum appropinquantem, & missis exploratoribus comperit filium *Wiberti*, *Wladislaum* cum suis *Borziwoy*, patruo suo, in auxilium advenire, & licet *Wladislaus* sine pugna praeterire volebat, tamen inductione *mm) Theodorici*, filii *Bozey*, cum adversa parte bellum iniens, ubi *Wladislaus* primus saevit in hostes, & de ipsis victor exitit, ac tristem *Wiberti* filium in urbem *Pragensem* fugavit, de cujus gentibus quotquot vulnerati fuerant, mortui sunt. Interea Dux *Wladislaus*, frater dicti quondam *Svatopluck*, *Hermannium* & *mm) Sezenium* Barones suos ad *Henricum* Regem, qui tunc in *Bambergerat*, dudum miserat, mitans muneribus & precibus, per se aliosque suos efficiat, Regni *Bohem.* Principatum sibi restitui, ad cuius monitum & rogatum exercitu congregato *Boemiam* ingressus erat, praemissis duobus Principibus suis, videl. *Dippoldo* & *Benengario*, mandat, ut interposita pace tam *Borziwoy*, quam *Wladislaus*, ut *Hermannus* Episcopus *Pragenf.* cum *Wratislao* filio *Wiberti*, & Baronibus *Boemiae* ad Regem in *Rokyzan* villam veniant. Qui cum iustum Regis implerent, Rex *Borziwoy* & filium *Wiberti* utrosque capi praecipit, & *Hermannum* Episcopum immunem esse decrevit. Sicque *Wladislaus* praedictus Roman. Regis auxilio *Boemiae* Regnum adeptus est, & adversarios suos, qui *Borziwoy* adhaeserunt, poenarum diversis suppliciis peremit. Inter quos *Joannes* filius *Tisce*, de genere *Wrsovient.* de quo superius est mentio, naso, oculis & mento privatus est. Facta sunt haec anno Dom. 1110. Cal. Januar.

Wladislaus vocat Casarem in Bohemiam.

Fit. Dux.

1110.

C A P. LVII.

De dissensionibus *WLADISLAI* & *OTTONIS*, fratrum, filiorum *Otonis*.

Praefatis itaque sic peractis, eodem anno inter *Wladislaum* & *Otonem* fratres, grandis orta est discordia, & taliter, ut unus ad alterum absque magna potentia armatorum nullatenus venire praesumeret. Qui tamen postea mutuo conveniunt in villa *oo) Tymeck*, & pace inter utrosque concepta ac juramento firmato reconciliati sunt. Sed tamen rancorem mentis servant in trinfecus, ita, quod *Otto*, reversus *Moraviam*.

ll) Dubravius p. 78. *Vigbertum*, uti & *Cosmas*.

mm) Dubravius p. 79. *Detrichii Stroussi*. *Cosmas DETRISSEK filius BUSSAE*.

nn) *Cosmas* p. 62. *Zezemam*. *Dubrav. Sefema*.

oo) *Cosmas: Tinec*.

Otto capitur a fratre.

Et tandem III. Id. Jul. ejusd. anni *Wladisl.* in pp) *Zayk* curiam celebrat, & *Otonem* invitat, qui confusus de pace firmata, fratris accessit ad Curiam, & cum per triduum ibidem mansisset, & recepta licentia recedere voluisset, illico inductione *Waczeck* & *Bozey*, *Wrfovienf.* per fratrem suum capitur, & in custodia castrum *Wyssegrad.* retruditur. Deinde ad castrum *Burgleys*, vel qq) *Boziwlat* juxta fluvium *Mssan* dure deducitur: observandus, & ibidem ferè tribus annis continuè detinetur.

Sobieslaus cum Polono invadit Bohemiam.

Eodem etiam anno circa Festum S. *Wenceslai* *Sobieslaus*, quartus junior frater *Wladislai* prædicti, una cum Duce *Poloniae* *Boleslao* cum potentia armatorum Regnum intrant *Boemie*, dolose dicentes, qualiter ad concordandum fratres eosdem venissent, & sic talibus fictitiis usque ad flumen *Albeæ* pervenerunt. Dum *Wladislao* nuntiatum esset, ipse dolositatem illorum considerans, verbis eorum non credidit. Quod illi videntes, transferunt fluvium *Albeæ*, & terras regni undique vastaverunt, *Wladislau* vero ex adverso exercitum congregans, ipsos insequitur, quos ut vidit ad resistendum dispositos, suos præmonuit, & belli certamen præordinat, & post primos congressus, quam plurimis a parte utraque interfectis fratrem suum *Sobieslaum* cum Duce *Poloniae* vertit in fugam, & de suis hostibus magnificè triumphavit. In quo bello *Theodoricus* *Bozey* cum quibusdam adhærentibus sibi militibus multos actus strenuos fecit. Et facta sunt hæc anno præfato VIII. Id. Octobr. Postea vero Anno Domini 1111. *Svatava*, Marchionissa *Moraviae*, *Wladislau* & *Sobieslaum* filios suos mutuò concordavit. Sic *Wladislau* fratre suo *Sobieslao* de *Polonia* revocato urbem *Sacens.* cum ejus provincia sibi tradidit possidendam. Deinde anno 1112. *Wladislau*, Princeps terræ *Bohemie*, juxta Statutum antiquorum Imperatorum, *Wladislau* filium quond. *Brzecislai*, Patruis sui, cum trecentis electis militibus *Henrico IV.* in subsidium misit. rr) Qui post multos actus strenuos reversi sunt ad propria.

Profligatur a fratre.

Anno vero Domini 1113. innotuit *Sobieslao*, quod *Wladislau*, frater ejus, inductione *Waczeck* prædicti ipsum capere niteretur, ex quo *Sobieslaus* præfatus non longè a castro *Wyssegrad.* trecentos armatos per insidias posuit, injungens eis, ut dum *Waczeck* appropinquare viderent, ipsum necarent. Hinc est, quod, postquam *Boleslaus* cum fratre suo *Wladislao* in castro *Wyssegraden* horâ cœpta prænsus fuisset, accepta ab eodem fratre licentiâ *Waczeck* rogavit, ut propter quædam, quæ secum haberet se-

crete conferre, equum ascenderet, & cum eo aliquantum itineris faceret. Qui, dum juxta votum *Sobieslai* quasi per decem stadia de *Wyssgrado* transisset, statim ex latentibus insidiis prorumpunt armati milites, & invadentes *Waczeck* ipsum interficiunt dira nece. Quo facto *Sobieslaus* re-
 verus ad suos, sed *Wladislau*, fratrem suum valde timens & volens per *Syrbiam* ad *Poloniam* aufugere, cum prope *Donyu* venisset, per *Eckembertum*, Præfectum castrum *Donyu*, quod Imperatoris fuit, dolose invitatur ad castrum, & ab eo nequiter capitur, vinculusque *Saxoniam* deducitur. *Sobieslaus* autem post unum mensem de captivitate sua per fugam noctis liberatur tempore. Eodem etiam anno *Wladislau* fratrem suum secundogenitum *Otonem* solvit a vinculo, & sibi dimidiam partem totius *Moraviae*, quam olim post mortem *Svatopluck*, primo geniti, Patris sui, habuerat, restituit.

C A P. LVIII.

De reconciliatione BOLES LAI & WLADIS LAI.

Anno Domini 1114. in mense Majo, jubente *Otone*, Marchione *Moraviae*, ss) *Bozey* & *Waczeck*, de genere *Wrfovienf.* oculis privati sunt. *Sobieslaus* frater *Wladislai*, Principis *Boemie*, quibusdam *Polonis* secum assumptis, clandestinè veniens prope castrum *Glacz*, cives ibidem minis & precibus placare nititur, ut sibi portas ejusdem urbis aperiant. Quibus minime consentientibus, *Sobieslaus* quoddam Palatium vetus, quod prope murum erat, succendit igne. Unde accidit, quod vento circumquaque volante, propugnaculum super murum urbis, & demum ipsa civitas incensa est. Sicque cives ibidem videntes, ab igne ipsis imminere periculum, treugas firmanunt, ut tamen ipsa civitas omnino combusta est a *Boleslao*, castro inexpugnabili remanente, ipseque *Sobieslaus* revertitur sine profectu *Poloniam*. Anno itaque 1115. in mense Januarii *Boleslaus*, Dux *Poloniae*, nunciis & literis instat, ut *Sobieslaum* ad gratiam dignetur assumere. Et tandem *Wladislau* dicti avunculi sui precibus, & etiam fraterna pietate permotus, *Sobieslaum*, fratrem suum, pristinae gratiæ suæ reformavit, & committit ei civitatem *Hradeck* cum IV. castellis, & totam ejus provinciam. Deinde eodem anno mense Julii *Wladislau* cum fratribus suis *Otone* & *Wladislao* juxta fluvium *Nisa* ad quendam diem placitorum conveniunt, inter se perpetuam pacem firmanunt, & hilares ad propria revertuntur. Interea *Odalricus*, filius *Conradi*,

Vacoco bene-
 meritus
 occiditur.

Sobieslaus
 dolo capi-
 tur.

1114

1111.
 Pax.

1112.

1113.

Glacium
 incendi-
 tur.

1115.

Pax &
 concordia
 inter fra-
 tres.

pp) Idem: ad curiam SACSKAM.

qq) Idem p. 63. *Krinoplat.*

rr) ad expeditionem Romæ.

ss) Cosmas p. 65. *Roscrey.*

1116. *Conradi*, Marchionis *Moraviae*, secundogeniti fratris quondam *Wratislai*, primi Regis *Boëm.* supradicti, qui *Oloimucensem* suam provinciam possederat, & solum filium ætate tenerum post se reliquerat, moritur. Verum *Wladislaus*, Princeps Regni *Boëmiae*, fratri suo *Sobieslao*, dictam civitatem & ejus provinciam assignavit. Deinde anno Domini, 1116. post obitum *Colmanni* Regis *Hungariae*, *Stephanus* Rex ad *Wladislavum* præfatum solennes mittit nuncios, rogans, ut ad certum diem & locum pro pace inter eos confirmanda conveniant. Quorum voluntati *Wladislaus* annuens venit usque ad fluvium *Olsen*, metas *Hungariae* & *Moraviae* distinguentem. Rex vero *Hungariae* in campo *tt)* *Lugko* ab alia parte fluvii cum innumerabili multitudine *Hungarorum*, similiter advenerat. Unde altera die *Wladislaus* prædictus trans flumen procedens, castra metatur. Ad quem missi per Regem *Hungariae* solennes nuntii quædam referunt, guerram & non pacis fœdera designantes. Unde idem *Wladislaus* eadem distulit de pace tractare; quod *Ungari* indigne ferentes, arma sumunt, & stantes ab alia parte fluvii se ad bellum muniunt. Hoc igitur Princeps *Wladislaus* comperiens, cum suis subito arma capit, & flumen transit paratus ad pugnam, sicque illico cruentum bellum confertur. *Wladislaus* cum suis ab hostibus retrocedere compellitur. Sed *Otto* & *Sobieslaus*, fratres ejus, tam de *Boëmia*, quam *Moravia* fortem habentes exercitum, Regis *Hungarorum*, *Stephani*, & suorum, de hoc bello nil scientium, impetu magnò irruunt castra, quotquot reperiunt, tam Nobiles, quam alios, perimunt. Et rex *Stephanus* auxilio *Laurentii*, sui Archi-Episcopi, vix evasit. Quibus taliter bello instantibus accedunt alii, qui prius adversus *Wladislavum*, Principem *Boëmiae* victoriam obtinuerunt, quos similiter *Otto* & *Sobieslaus* hostiliter in campo suscipiunt, & ipsis devictis suscipientes convertunt in fugam, de quibus ipso die in flumine *uu)* *Wab* innumerabiles submersi sunt, & quam plurimi. Sic quod in temporibus præteritis haut visa fuit tanta strages in illis partibus hominum bellatorum. *Boëmi* itaque & *Moravi* potiti victoriâ *Ungaricâ* gazis acceptis & spoliis, eadem inter se dividunt, & læti ad propria revertuntur.

C A P. LIX.

De reconciliatione BORZIWROY, Patruum
WLADISLAI, & ultima expulsiōne
ejus, & ulterioribus successibus
WLADISLAI.

1117. *Wladislaus* Patruum suum, *Borzivoy*, secundogenitum filium *Wratislai*, primi Regis *Boëmiae*, reassumpsit ad gratiam suam, imò, ipsum Regno *Boëm.* præficiens, semetipsum suæ voluntati submisit. *Borzivoy* itaque acceptus per Patruum beneficiis, nunc eidem Patruo suo *Wladislao* donat dimidiam partem Regni *Boëmiae*; videl. quicquid erat inter flumen *Albeam* versus *Aquilonem*, & absque ejus consilio de cætero nihil gessit. Anno vero Domini 1118. mensè Septemb. facta est inundatio aquarum, & *Wlatavia* inter urbem & civitatem *Prag.* tantum excrevit, ut etiam superiores trabes pontis attingeret. Deinde à tempore reconciliationis usque ad annum 1120. *Borzivoy* & *Wladislaus* concorditer *Boëmiae* Regnum regentes, inter se iterum & adeò incipiunt discordare, quod *Borzivoy* Patruum timens potentiam, dimisso Regni *Boëmici* regimine Id. Augusti fugitivus abscessit. Deinde anno Domini 1121. *Wladislaus* castra *xx)* *Donin* versus *Syrbiam* & *Podiram* in *Moravia* inter fluvium *Saczawa* reedificat. Eodem etiam anno quidam ex Teuthonicis intrantes *Boëmiam* infra terminos *Boëri*, prope villam *yy)* *Wicklu*, castrum in altissimo monte struxerunt. Quod audiens *Wladislaus* congregatis militibus suis improviso in ipsos irruit, & castrum cum hostibus obtinuit. Anno vero Domini 1122. VI. Cal. Oct. *Hermannus*, *Prag.* Episcopus post multa bona opera migravit ad Dominum. Cui successit *Meinhardus*, decimus *Pragensis* Episcopus. Deinde præfatus *Wladislaus* *Boëm.* Regnum salubriter gubernans, inter ipsum & fratrem suum *Sobieslavam* maxima orta est discordia, sic, quod uterque moveret exercitum. Unde *Wladislaus*, adversus fratrem irâ commotus, de *Moravia* expulit, partem *Liutboldo*, filio quondam *Conradi* senioris, primogeniti fratris olim *Wratislai*, primi Regis *Boëm.*, & partem *Otoni* & *Swatopluck*, filiis quondam *Odalrici*, fratris prædicti *Liutboldi*, distribuit. *Sobieslaus* itaque fugiens Imperatorem accessit, instans, ut ejus auxilio restitueretur ad propria. Sed quia proficere non potuit, transivit *Poloniam*; ibique resedit. Conjux vero *Sobieslai*, conjugine *Stephani*, Regis *Hungariae*, transivit *Hungariam*, & ibi permanlit. Eodem etiam anno *Wladislaus* & *Otto* fratres, rogatu Imperatoris *Henrici*, contra quem quidam Princeps *Saxon.* armâ commoverat, congregato exercitu transiens extra *Boëmiam* in subsidium castrum & ultra oppidum *zz)* *Groosdeck* sua præfixerunt tentoria. Ex adverso vero circa fluvium *a)* *Musde* Mogun-

Prælium
Wladislai
cum Ste-
phano, Re-
ge Un-
gariae.

1117.
Wladis-
laus Bor-
zovoyum af-
sumit
socium
Princi-
patus.

1118.

1120.

1121.

1122.

Bellum
Wladislai
cum Sobieslao.

Wladis-
laus ju-
vat Impe-
ratorem
contra
Saxones.

tt) Cosinas p. 65. *Luczko.* uu) Cosinas: *Wag.*

xx) Cosinas p. 66. oppidum *DOVIN* (lege *Donin*); similiter & *PODIUIN* castrum, quod est in *Moravia* situm infra fl. *ZURACKA.*

yy) Idem p. 67. villam *BELA.* zz) Cosinas p. 68. *Guozdec.* a) Cosinas: *Multava.*

1124.
Borivoji
mors.

Moguntinensis Episcopus, *Wilbertus* Comes & *Saxones* stabant in campis inter Imperatoris & *Wladislai* exercitum. Quod considerans *Wladislaus* & dum Imperator non posset exercitum attingere, totam illam *Misnensem* devastat provinciam, & ad propria revertitur. Anno 1124. *Borziwoy* in *Ungaria* moritur, & perductus *Pragam* sepultus est in Ecclesia S. *Viti*. Eodem anno *Wladislaus* ad Imperatorem, qui tunc in *Bamberg* solennem celebravit Curiam, accedit, & post varios Tractatus, Cæsar & Principum exercitus revertitur ad propria. Eodem etiam anno *Wladislaus* præfatus Natalem Domini & etiam Epiphaniam in villa *b) Srebna* celebravit. Ibidem ægrotare cepit, & ducitur in urbem *Wyssegraden*. Et eo taliter infirmante frater suus *Sobieslaus* hoc audiens furtivè intrat *Boëmiam*, & interpositione *Swatawæ*, matris eorum, quondam *Otonis* tertio-geniti *Wratislai* primi Regis *Boëmie*, dicti *Wladislai* sui fratris gratiæ reformatur. Quod *Otto*, eorum frater senior sentiens, reversus est tristis *Moraviam*, & pacificati sunt præfati fratres anno Domini 1125. Deinde post Octav. Paschæ II. Id. April., quæ fuit Dominica Misericordiæ, *Wladislaus* præfatus non sine magno planctu suorum vitam finivit, & sepultus est in Ecclesia B. Mariæ Virginis, Monasterii *Cladenb.* quod ipse fundaverat.

1125.
Mors
Wladis-
lai.

C A P. LX.

De regimine SOBIESLAI, fratris dicti *Wratislai*.

Sobies-
laus.

DEFUNCTO itaque *Wladisla*o, filio *Otonis*, tertio-geniti fratris quondam *Wratislai*, primi Regis *Boëmie*, *Sobieslaus* Regno præficitur XVIII. Cal. Maji. Et licet *Otto* secundo-genitus & senior frater ejus ob hujusmodi causam ipsum plurimum odisset, tamen sibi non potuit resistere. Anno insuper Domini 1126. *Sobieslaus*, Princeps Regni *Boëm.* prædictus, vivit *Moraviam*, & depositò *Ottone*, fratre suo seniore prædicto de provincia *Odalrici*, filii *Conradi*, quondam senioris fratris *Wratislai*, primi Regis *Boëm.*, cui dictus *Otto* pro tunc præfecit *Wratislaum*, filium ejusdem *Odalrici*, in paternam hæreditatem instituit, & partem dicti *Otonis* vastavit. Ipse autem *Otto* ad *Lotharium* Regem *Ratisbonam* transiens, ipsum induxit, quod adversus *Sobieslaum* fratrem congregat exercitum. Et unà cum *Ottone* transiens *Boëmiam* juxta oppidum, nomine *c) Chelmneck*, ubi *Sobieslaus*, Princeps *Boëm.* jam suo exercitu similiter adunatò paratus ad

1126.

Lotharii
infausta
expeditio
Bobem.

bellum, de Regis Primatibus, exceptis Scutiferis, & aliis communibus, quingentos *d)* prostravit gladio. Ibidem etiam præfatus *Otto* interiit, & tres tantum de parte Principis *Boëmie* interfecti sunt, Rege *Röm.* & suis victoriosè fugato. Fertur etiam, quod in eodem bello à quibusdam de *Boëmia* visus est S. *Wenceslaus* in albo equo & candida veste indutus, pro suis pugnans, habens in hasta vexillum S. *Adalberti* apprehensum. Et sic tantà habita victoriâ tam Princeps solus, quam sui læti revertuntur ad propria. Eodem etiam anno *Stephanus*, *Ungariæ* Rex, & *Sobieslaus* conveniunt, pacem inter se firmantes amicaliter. Et *Sobieslaus* in reditu suo cepit Nepotem suum, *Wratislaum*, filium dicti *Odalrici*, & duxit in castrum *Dony*n, & deinde post tres menses eundem *Wratislaum* de castro *Dony*n *Jaronir* deduci præcepit, & cum ibidem arctâ custodia detineri, quem tamen postea solutum, dimisit redire *Moraviam*. Eodem etiam tempore castrum *Przimbd*a, alias *Pfunberg*, & urbem *Citav* instauravit ex novo. Similiter in montem dudum destructum *Sobieslaus* reædificavit Ecclesiam, quam *Henricus*, Episcopus *Olmucensis* consecravit. Anno verò Domini 1127. *Sobieslaus*, Princeps *Boëm.* Regni, Romano Regi *Lothario* reconciliatus est. Et eodem anno idem Rex unà cum Principe *Sobiesla*o urbem *Bamberg* obsederunt, & totam *Bavariam* usque *Danubiam* per decem continuas hebdomadas incendiis & depopulationibus vastaverunt, & postea sine resistentia ad propria revertuntur. Deinde anno Domini 1128. *Lotharius* Rex filium *Sobieslai* in die Paschæ de Sacro Fonte levavit, sibi que *Wladislai* nomen imposuit, & de voluntate *e) Wiliberti* Comitis devolutionem omnium bonorum feudalium ejusdem *Wiliberti* infanti baptizato contulit in præsentia Principum *Saxonie*. Eodem anno *Sobieslaus* Regi *Lothario* adversus *Conradum*, quem tunc quidam Principes Electores in odium *Lotharii* elegerant, cum maximo exercitu præbuit auxilium, & post multos actus magnanimos cum honore revertitur. Deinde non post multum tempus *Sobieslaus* *Conradum*, filium *Luboldi*, fratris *Odalrici* prædicti cepit, & in castro *Wyssegraden* reclusit. Similiter & *Sobieslaum* & *Brzeczslaum* in castro *Dony*n captos detinuit. Postea verò anno Dom. 1129. memoratum *Wratislaum*, filium *Odalrici* prædicti, *Sobieslaus* iterum cepit in castro *Glätz* & firmæ commisit custodiæ. Eodem

1127.

Bamberg
& obsidio

1128.

Lusatia
Successio
Bohemo
confirmatur.

1129.

b) Idem. p. 70. *Srebna*. c) *Dubrav*. p. 85. *Chlumecum*.

d) Idem: inter quos *HARTUNGUS* *Holfacia* Comes erat. Capti autem sunt *ALBERTUS* *Brandenburgensis* Marchio cum Præfule quodam Germano, & tribus optimis Patribus, quos Syro vocabulo *Abbatex* vocant.

e) Idem p. 86. ibidemque donationem de *Lusatia*, quam eidem *VLADISLAO* *Vigberti* filius a liberis orbis, faciebat, auctoritate *Cæsarea* confirmavit.

Eodem anno *Sobieslaus* Ecclesiam S. Petri *Wyssegraden.*, quam olim Pater suus, Rex *Wratislaus* fundaverat, renovavit, & in ipsa coronam ponderantem XII. Marc. auri & LXXX. argenti suspendit, pavementum politis lapidibus exornavit, circuitum & ambitum struxit, & tecta & alia ædificia Ecclesiæ reformavit, & Prælatos & Canonicos augmentavit. Eodem itidem anno *Sobieslaus Wratislauni.*, filium suum, *Swatopluck*, Nepotem suum, *Stephano* Regi *Hungariæ* in auxilium contra *Græcos* milit, qui juvenis victor reversus ab hostibus, & correptus infirmitate febrium prid. Calend. Octobr. expiravit.

C A P. LXI.

De ulterioribus successibus SOBIESLAI & traditione concepta per quosdam suos debebat interfici; & de eorundem Traditorum exterminio.

1130.

Anno Domini 1130. *Meinhardus*, Prægenf. Episcopus, in peregrinationem *Hierosolymitanam* ivit. Et eod. anno *Sobieslaus* cum exercitu ad *Lotharium* Regem transiens, qui tunc *Ratisbonæ* erat, per flumen *Rose*, transitum faciens in eodem fluvio submersionis periculum vix evasit. In qua etiam via ad Regis rogatum XX. Munitiones *Bavarorum* destruxit, & sanus revertitur & ivit in Castrum *Glacz* multo comitatu suffultus. Eodem etiam tempore idem *Sobieslaus*, volens ire *Moraviam*, comperit quosdam de suis in ejus interitum machinasse, quorum unum deprehendit, & per fugam alius evasit. Quem præfatus *Sobieslaus* cum canibus venatricibus tam diu insecutus est, quousque etiam alterum in quadam villa captivum detinuit. Qui taliter deprehensi se familiares *Miroslai*, filii *Joannis* Comitis, & fratris ejus, juvenis *Strzezimir*, esse confessi sunt, & se ad interficiendum *Sobieslaum* datis muneribus destinatos. *Sobieslaus* hoc itaque audiens *Miroslaum* & *Strzezimir* cepit, & fecum in castrum *Wyssegraden* captivos deduxit, & tandem in præsentia Magnatum suorum tanti facitoris causam sciscitat, & ab eis comperit, ordinatione & inductione *Brczecislai*, Nepotis sui, filii supradicti *Conradi*, & *Meynhardi* Episcopi, nec non f) *Bezikonis*, Capellani sui, qui omnes *Wysoviens.* genere fuerunt, traditionem hujusmodi emanasse. Unde præfatorum Nobilium suorum dictantē sententia dictus *Sobieslaus*, Princeps Regni *Boëm.*, diversis pœnarum afficiens suppliciis, *Miroslaum* & *Sczezimir* dimembratim interimens, alios duos, nec non Nepotes *Wrsoviens.* videl. *Czrwosne*, *Wecznil* & *Henricum* decollari præcepit. Qui jam sic ultimo sup-

Infidie in Sobieslaum apertur.

plicio deputati cum vita privantur, adest in se metu Diaboli *Bczec*, Capellanus præfatus, qui similiter capitur, & perpetuo carceri detruditur. Facta sunt hæc anno prædicto IX. Cal. Jul. Deinde II. Cal. Junii *Brczecislaus* supradictus filius *Conradi*, senioris fratris *Wratislai*, primi Regis *Boëm.* excoecatus est dicto facinore exigente. Eodem etiam anno dictus *Wratislaus*, filius *Odalrici* prædicti, de captivitate vinculis liberatur. Anno verò Dom. 1131. *Sobieslaus*, Princeps Regni *Boëm.*, urbem *Misa* ædificavit. Similiter juxta fluvium *Nisa* urbem *Goczelec*, alias *Gorlitz*, quod antea *Drewnow* vocabatur, instaurat. In quo etiam anno *Mainhardus* Episcopus de *Hierosolymis* revertitur, & de accusato delicto Archi-Episcopo *Moguntinensi* & Episcopo *Burgigenfi* committitur puniendus. Anno verò Domini 1132. *Lothario* in *Bamberg* Curiam celebrante, *Sobieslaus* adfuit. Eo etiam tempore in *Ursulienfi* Ecclesia S. *Gothardus* floruit, *Lothario* *Romam* proficiscentē, *Sobieslaus Jaromir*, filium *Borzivoj*, filii *Wratislai*, primi Regis *Boëm.* cum CCC. electis militibus in auxilium destinavit. *Wratislaus* itaque filius *Odalrici* de *Moravia* supradicti Regis *Bisse* filiam duxit in uxorem. Eodem etiam anno *Sobieslaus* cum suis *Boleslaum*, Ducem *Poloniæ* ad *Ungariam* fugavit, & *Poloniam* cum exercitu intrans ipsam usque civitatem *Ladislaviens.* prope *Prussiam* devastavit & totaliter destruxit, & hostibus strenuè superatis, nec non maximā prædā captā lætus revertitur ad propria. Iterum anno Domini 1133. *Sobieslaus* cum exercitu suo intrat *Polonium*, ultra CCC. villas omnino destruens, & innumerabilibus captivis abductis successu prospero rediit, & deinde *Hungariam* transiens, Regem ibidem iterum à suis hostibus liberavit. Deinde anno Domini 1134. *Sobieslaus* tam exercitu *Boëm.* quam *Moraviæ* congregato intrat *Poloniam*, & eam usque flumen *Odræ* igne, ferro & spoliis depopulatur. Iterum *Boëmi* absque Duce suo *Sobieslao*, repetitā vice intrant *Poloniam* & post multā damna multaque exterminia ibi facta cum innumerabili prædā ad propria revertuntur. Eodem etiam tempore *Sobieslao* procurante *Conradus* Marchio *Moraviæ* Dominus *Znoymens.*, filius *Lutholdi*, fratris *Odalrici* prædicti, sororem *Belle* Regis *Hungariæ* in uxorem accepit. Et *Mainhardus* Pragensis Episcopus vita exivit, & in Pragensi Ecclesia sepelitur; Cui *Johannes*, *Wyssegrad.* Præpositus in Præfultu successit. Qui anno Dom. 1135. per Imperatorem approbatur, & à *Moguntino* Archi-Episcopo consecratur. Eodem etiam anno Non. Martii in *Nisa* apparuerunt signa in

1131.

Gorlitzum instauratur.

1132.

Sobieslai expeditiones Polon.

1133.

1134.

1135.

f) Dubrav. p. 86. Borychii.

in Sole, & intuentibus quasi tres Soles apparuit esse usque ad XI. horam diei.

C A P. LXII.

De ulterioribus successibus SOBIESLAI.

ANNO, quò supra, videl. 1135., *Lotharius* Imperator volens partes suas interponere ad concordandum *Sobieslaim*, Principem *Boëm.* Regni, cum *Boleslao* Duce *Polonie*, ambos ad se vocavit sub Imperiali conductu. Ipsi in præsentia Cæsaris existentibus, Imperator, solum treugis g) inter eos dispositis, in aliis proficere non potuit, sicque uterque revertitur ad propria.

1136. Anno vero Domini 1136. Imperatore *Lothario Romam* eunti *Sobieslaim* exercitum suum cum Nepote suo *Wratislao*, filio *Odalrici* præd. jam de captivitate soluto, sibi in auxilium misit. Deinde anno Domini

1137. Rex *Hungariæ Bela* cum *Sobieslao*, Principe Regni *Boëm.* in metis *Hungariæ* convenit, pace firmata revertitur *Olomutz*, ibique Pascha celebrat. Eodem anno *Sobieslaus* cum *Boleslao*, Duce *Polonie*, in castro *Glac* terminum placitorum observans, præteritis inimicitias depositis, fœdere pacis amicabiliter conjunguntur.

Eodem anno *Lotharius* Imperator mortuus est, & in *Brunschweig* sepultus. Postea anno Dom. 1138. *Conradus* in Regem Romanum eligitur, & eò in *Bamberg* solennem Curiam celebrante, *Sobieslaus* ipsum accedit, & ut *Wladislaus* sibi in Regno *Boëm.* succederet, obtinuit, & reversus ad propria, in castro *Saczka*, Imperatoris collatio de successione *Wladislai* in Regno *Boëm.* per Baronum ejusd. Regni sacramenta firmatur. Eodem anno *Sobieslaus* filiam suam, nomine *Mariam*, *Lupoldo*, *Austriæ* Marchioni, legitimo conjugio junxit in uxorem, & in civitate *Olmucens* nuptias celebravit. Deinde anno Dom. 1139.

1139. Princeps *Sobieslaus* ab uxore *Wiliberti* plurima castra primitus obligata redemit, & ipso in quadam silva cum exercitu suo manente, per vehementem subito flantem ventum septem de suis casu arboris mortui sunt. In quo anno *Conradus* Rom. Rex, filiam *Bela* Regis *Hung.* in præsentia Principis *Sobieslai* duxit uxorem. Deinde non post multas hebdomadas idem *Conradus* *Saxones* sibi resistentes cum potentia exercitus *Sobieslai* ditioni suæ subjecit. Eodem etiam tempore *Joannes*, Episcopus *Pragensis*, post multa bona opera finiens vitam, in *Pragensi* Ecclesia sepelitur. Post quem *Sylvester*, Abbas *Saczawien.* electus est, sed nec approbatus, nec confirmatus permansit. Eodem etiam tempore *Sobieslaus* provinciam *Cuncunensem*, quam à *Polonis* obti-

nuerat, intrans, & circa fines ejusdem urbem *Toscam* construxit, & dum operi ejus instaret, infirmitate tactus in eodem castro, invalescentibus febribus post multos magnificos actus & præclara opera vitam finivit. Anno Domini 1140. XVI. Cal. Martii *Pragam* adductus honorifice sepelitur in *Wyssegrad*. Ecclesia totius Regni *Boëmæ* maximis in lamentis. Eodem anno *Adelheidis*, uxor *Sobieslai*, similiter decessit. XVII. Cal. Octobr.

C A P. LXIII.

De regimine WLADISLAI.

DEFUNCTO itaque *Sobieslao*, *Wladislaus*, filius *Wladislai* Ducis, filii *Wratislai*, assumpsit Regni *Boëm.* Principatum. Et ascendens ad Regem Rom. *Conradum* in *Bamberg*, de Principatu ejusdem Regni solemniter investitur, & lætus revertitur *Boëmiam*. Deinde anno Domini 1141. in *Boëmia* facta est magna dissensio, ita, quod nobiliores & potentiores *Conradum* Marchionem *Moraviæ* seniorem post eum inter alios fratres ejus, videl. *Jaromir* & *Or-*

tonem exaltaverunt in Principem Regni *Boëm.* parte aliâ cum *Wladislao* manente. Unde factum est, quod uterque cum exercitibus suis ad bellum dispositus per *Conradum* & suos *Wladislai* fugatur exercitus, & potentiores utraque parte pereunt. Videns autem *Wladislaus* invalescere *Conradum* & ejus potentiam, *Pragam* se transfert, & cum *Theobaldo*, *Wyssegrad* Præposito, urbe & castro ad defensionem disposito, ad Regem Rom. *Conradum* subsidii causâ progreditur. Interea *Conradus*, Marchio *Morav.* prædictus, cum suis civitatem *Pragensem* obsedit, positis machinis, balistariis & insidiatoribus innumeris. Ecclesias & Monasteria destruxit & fregit, quibusvis pretiosis ornamentis & rebus ex ipsis fraudulenter abstractis. Et Ecclesia Monasterii S. Georgii in castro *Pragensi* ignis devastatur incendio, de quo omnes reliquæ, præter *S. Ludmille* corpus, consumptæ sunt. Et tanta in populo facinora crudelia perpetrari permisit, quod multi tam Clerici, quam Laici, dimissis propriis, imò omnes Sanctimonialia Monasterii ejusdem in speluncis Montis h) *Petrini* eo tempore miserè latuerunt, hujusmodi miseræ exitum expectantes. *Conradus* itaque Rex, dicti Principis *Boëm.* uxoris sororis suæ permotus rogatu, cum exercitu potenti *Boëmiam* intrat, & abinde *Conrado*, Marchione *Moraviæ* supradicto, depulso *Wladislaum* solio Principatus restituit, & à *Wladislao* magnifice honoratus, ut decuit, Rex Rom. rediit ad propria. Hic enim *Wladislaus* forem

g) ad triennium. *Dubrav.* p. 88.

Menckenii Scriptor, *Ret. Germ.* Tom. III.

h) Lege: *Petrini*.

Monaste-
 rium Syon.
 f. Strabo-
 viense, it.
 Lychomis-
 lii fun-
 dat.
 1154.
 1155.
 1156.
 1157.
 1158.
 1159.
 Wladis-
 lao ejus-
 que poste-
 ris regia
 dignitas
 renova-
 tur.
 Regum
 corona.
 dicuntur.
 circuli.

sororem dicti *Conradi*, Rom. Regis, nomi-
 ne *Gertrudam*, uxorem habuit. Eod. anno
Wladislaus eandem conjunxit, & *Lutbo-*
misli. Præmonstr. *Strachowiens.* Ordinis
 fundaverunt. Cœnobia, & opulentissime
 dotaverunt, Abbatibus & Monachis in ipsis
 Canonice institutis. Et rexit idem *Wla-*
dislaus *Boemiae* Regnum usque ad annum
 1154. In quo anno Rex *Conradus* viam
 universæ carnis ingressus est, & *Fridericus*
 in Regem Romanorum est electus. Ad
 quem anno Dom. 1155. *Wladislaus* progre-
 ditur & ejus maximum favorem acquirens,
 filios *Sobieslai*, filii *Conradi*, fratris *Wratislai*,
 primi Regis *Boemiae*, Nepotes suos in ejusd.
Friderici Regis Curia committens, ut decet,
 nutriendos. Deinde anno Domini 1156.
 Rex *Fridericus* Romam progreditur, *Wla-*
dislaus, Princeps *Boemiae*, Regni sui rexit
 feliciter Principatum. Deinde anno Do-
 mini 1157. Imperator generalem Curiam
 suam celebrans in *Herbipoli*, quod vulgari-
 ter dicitur *Wurtzburg*, ibidem *Beatricem*,
 filiam Ducis *Burgundiae*, duxit uxorem. Eis-
 dem nuptiis Dux *Wladislaus* cum magno
 Nobilium & Procerum apparatu interfuit.
 Deinde anno Domini 1158. interpositio-
 ne *Wladislai*, Principis *Boem.*, *Wladis-*
laus Nepos ejus, Mel - - - *Polo-*
nie Dux, Ducatu suo restituit, qui ab eo
 Ducatu antea erat expulsus. Anno Dom.
 1159. *Fridericus* Imperator solennem Cu-
 riam celebravit in *Ratisbona*, universos
 Principes tractans, ut *Mediolanenses* Impe-
 rio rebelles exterminaret. Ad quod singuli
 Principes s) obloquendum Imperatori
 promittunt. Similiter *Wladislaus*, Dux
Boem. cum armatorum suorum potentia
 paratum se offert Imperatoris obsequio.
 Cujus exhibitionem promptissimam gra-
 tam Imperator accipiens, de consilio omni-
 um Ecclesiasticorum & Secularium Electo-
 rum, & aliorum Principum Imperii, *Wla-*
dislaus, ad instar Avi quondam sui, *Wratis-*
lai, primi Regis *Boemiae*, regio idiomate
 & titulo solenniter insignivit. Nam à
 tempore *Wratislai*, primi Regis *Boem.* præ-
 dicti, propter intempestivas seditiones &
 guerras, jam inter fratres, jam inter nepo-
 tes, *Boemiae* & *Moraviae* Principes, nullus ex
 ipsis usque ad *Wladislaum*, *Sobieslai* filium,
 regalibus insigniis exstitit decoratus. Et
 in exaltationis hujusmodi testimonium
 perpetuum idem Imperator Regi *Boem.*
Wladislaeo, suisque successoribus *Boemiae*
 Regibus tale privilegium concessit, videl.
 quod à Pragensi & Olmucensi Episcopo
 vel eorum altero Reges *Boem.* consecrari,
 & *Boem.* Regibus *Circuli* Regales debeant
 imponi. Nam tunc temporis propter ex-
 cellentiam Imperialis Coronæ seu Diadematis,
 Coronæ Regum *Circuli* ab Imperatoribus vo-

cabantur, prout in subscripto Privilegio
 plene patet.

C. A. P. LXIV.

Literæ k) FRIDERICI Impe-
 ratoris.

IN Nomine sanctæ & individuae Trini-
 tatis. FRIDERICUS Divina faven-
 te Clementia Imperator Romanorum Au-
 gustus. Cum tam Lege Naturæ, quam
 scripta bonum operari movemur ad o-
 mnes, præcipue eos, qui in administra-
 tione Imperii & Reipubl. veraci consilio
 & indefesso laboris studio nobis assistunt,
 & pro gloria Imperii propaganda stre-
 nuissime decertando omnibus inimico-
 rum incurisibus, & quibuslibet periculis
 sese objiciunt, speciali prærogativa hono-
 ris sublimare dignos ducimus, ut de virtu-
 tum præmiis & gloriæ corona diffidere
 non debeant, qui legitime certaverint.
 Noverit igitur omnium Christi Imperii,
 quam nostra Fidelium tam præsens ætas,
 quam successiva posteritas, qualiter nos
Wladislaeo, illustri & serenissimo Duci
Boemiae, ob insignia devotionis & servitii
 tam ejus, quam omnium *Boemorum* meri-
 ta, honoris insignia, quo Avus & cæteri
 Progenitores ejus, Duces *Boemiae*, benefi-
 cio Imperialis Excellentiae è veteribus
 Ducibus præminebant, *Circulum* videl.
 gestandum, concessimus, & cum omni-
 bus Successoribus suis in perpetuum de-
 crevimus. Itaque irrevocabiliter Lege
 statuimus, ut liceat præfato Duci *Boem.*,
 Duci *Wladislaeo* illis temporibus, quibus
 nos Coronam & Diadema gloriosè porta-
 mus, in Nativitate Domini videl., & in
 Pascha & Pentecostes *Circulum* portare,
 & amplius in Festivitatibus, videl. S. Wen-
 ceslai, & S. Adalberti, eò, quod illas solen-
 nitates propter Patronos suos majori re-
 verentia & celebritate veneretur. Sicut
 itaque celebratio & impositio Coronæ no-
 stræ non debent fieri, nisi per manus Ar-
 chi-Episcoporum; Ita præfato Duci *Boem.*
 à nullo hominum *Circulus* imponatur, nisi
 à dilecto nostro *Daniele*, venerabili Pra-
 gensi Episcopo, *Juane* Olmucensi Epi-
 scopo, eorumque Successoribus. Quod
 si forte Olmucensis defuerit, nihilominus
 Pragensis pro sede & dignitate excellen-
 tiori, vices compleat amborum. Simili-
 ter autem Olmucensis, si forte Pragensis
 defuerit. Adhuc prædicto Duci *Boem.*
 & Successoribus ejus addimus, & concedi-
 mus Censum de *Terra Poloniae*, quem
 Antecessores ejus Duces *Boem.* à *Polonis*
 retro actis temporibus accipere solebant.
 Ut autem hæc nostra Donatio & Consti-
 tutio supra nominato Duci *Wladislaeo*,
 Carissi-

s) Lege: obsequendum.

k) Provocat ad hoc diploma Dubravius p. 99.

Carissimo nostro; ejusque Succelloribus
omni tempore rata & inconcussa perma-
neat, præsentem inde paginam conscribi
& Sigillo nostro insigniri iussimus, adhi-
bitis idoneis testibus, quorum nomina
hæc sunt: *Eberhardus* Saltzburgeris Ar-
chi-Episcopus, *Wiemannus* Magdeburg.
Archi-Episcopus, *Henricus* Ratisbon. Epi-
scopus, *Eberhardus* Bamberg. Episcopus,
Daniel Pragensis Episcopus, *Conradus* Pa-
staviensis Episcopus, *Otto* Frisingens. Epi-
scopus, *Henricus* Dux *Austrie*, *Fridericus*
Dux *Suevorum*, *Ludovicus* Landgrav. *Thu-*
ringiæ, *Adelbertus* Marchio *Saxoniæ*; *Otto*
Marchio *Misnensis*; *Otto* & *Frideri-*
cus Comites *Palatini*. Signum Dni.
Friderici, Imperatoris Romani Inviçtissi-
mi. Datum *Ratisbonæ* XV. Cal. Febr.
Indict. V., Anno Domini incarn. 1157.
Regni nostri anno VI. Imperii ve-
ro III.

C A P. LXV.

De transitu Regis *WLADISLAI* cum
Imperatore *FRIDERICO* *Lombardiam*,
& destructione *Civitatis Medio-*
lanensis.

Igitur præfatâ Imperiali Curia celebratâ,
& *Wladislao*, Rege *Boëm.* Regalibus
Insigniis, sicut præmittitur, decorato, Rex
Boëm. & singuli Principes propria petunt,
& ad exterminandam *Mediolanensem*
provinciam se disponunt. Hinc est, quod
eodem anno *Fridericus*, Imperator præ-
fatus cum Principibus & Magnatibus Im-
perii versus *Mediolanum* iter arripuit, &
Wladislaus, *Boëmæ* Rex, cum suis in maxi-
ma armatorum potentia prior *Lombardiæ*
Alpes transgreditur, veniens ante *Bruxiam*
civitatem, universam vastavit illam pro-
vinciam, quam Imperatoris & aliorum
secuti sunt exercitus, & super fluvio, *Olea*,
castra metantes, se congregant, & rece-
dentes abinde veniunt super vehemen-
tissimo rursus fluvio, 1) *Adve*, quoslibet
pontes fractos reperiunt, & *Mediolanenses*
milites ex adverso fluvii transitum prohi-
bentes, super littora ejusdem Imperialia
figunt tentoria, & de multitudine Armato-
rum spatiosi campi replentur. Postquam
itaque totus exercitus se locasset, Rex
Boëm. *Wladislaus*, avidus in hostes insur-

gere, suis præcepit, ut trans vehemen-
tissimum fluvium ad unum vadum seu
transitum perquirant. Quem dum mul-
ti ad hoc missi invenire non possent, No-
bilis m) *Odolemus*, filius *Zri de Chyph*, se
cum tribus consociis celerrimum trans-
mittit in fluvium, & uno suo consocio n)
retrocedente solus cum famulo non sine
periculo dictum flumen transvadavit. In-
cujus animositatis signum per Regem su-
um *Wladislaum* nobilibus decoratus est
armis, scil. *Clypeo albo*, habente lineam
ad instar fluvii à cornu superiori trans
Clypeum descendentem. *Wladislaus* vero
videns, suum militem transvadasse, ar-
matus cum omnibus suis, ductore de
Chyph præfato exercitum præeunte, præ-
cipitem superat fluvium, & paucis sub-
mersis in aqua animosus desævit in hos-
tes. Et sic per Regis exercitum *Medio-*
lanenses Milites pro prima victoria de-
vincuntur. Interea Imperator pro pon-
te parando trans aquam *Adve* ab una
parte instat sollicitus, Rege *Boëm.* *Wla-*
dislao à parte alia pontis insistente, quem
tamen laborem obscura nox impedit, &
sic nocte eadem *Mediolanensis* exercitus
ad prohibendam facturam pontis adve-
niens, Regem *Boëm.* hostilibus congressi-
bus inquietat. Rex igitur cum suis intrep-
idus, viriliter sævit in hostes, & quam
plurimis interfectis residuos cruentam de-
pulsit in fugam, ex quibus LXXX. Nobi-
les *Mediolanenses* cepit, & ipsos in signum
victoriæ Cæsari destinavit. Imperator in-
terim reparatum per pontem cum suis
Principibus *Mediolanensem* intrat provin-
ciam, & juxta *Trecz*, castrum firmissi-
mum, obsidione fortissima tentoria mul-
ta figentes, castrum in paucis diebus ex-
pugnant. Et abinde ad *Laudam*, civita-
tem famosam, per *Mediolanenses* destru-
ctam, adveniunt, & in medio ejus omnem
locant exercitum. Ubi Imperator, Rex
Boëm. & alii Principes, dum destructio-
nem tam nobilis civitatis per *Mediolanen-*
ses destructam vidissent, ad eorundem
Mediolanensium superbiam humiliandam
fortius armantur. Ubi etiam, sub condu-
ctu Cæsaris, *Mediolanenses* Imperatorem
adeunt, ejus quærentes gratiam, & de
commisissis excessibus veniam humiliter
postulantes. Quos itaque Imperator as-
sumisset in gratiam, nisi o) *Baniacensis*
Archi-Episcopi *Anselmi* fortis præten-
sio

1) *Abdua* Dubravius p. 95.m) Dubravius: *ODOLENUS* impiger juvenis, patreque in *Bojemia* nobili prognatus, cui ex vi-
co, quem possidebat, *CHYSSIO* cognomen erat.n) Idem vocat: *Bernardum Lubnensem*.o) Legendum: *Rauennatensis*. Hic hortabatur Imperatorem, ne subdolis iis fidem habe-
ret, sed insistendo armis ad obsequium & stabilem pacem compelleret.

no perficitur. Inde fit, quod Imperator *Mediolanenses*, tanquam hostes Imperii, & reos læsæ Majestatis Crim. Imperiali Banno, submittit, & ad eorum exterminium cum Regis *Bohemie* & aliorum Principum auxilio fortius elaborat. Et abinde Imperiales movit Aquilas, & in planissimis circumquaque *Mediolanensium* muros obsedit, sicque suum ordinavit exercitum. *p)* Nam in prima fronte *Ludovicum* fratrem suum, Comitem Palatinum *Rheni* cum *Suavejensi*, *Papiensi* & *Cremonensi* locat militia, deinde *Fridericum*, filium Regis, *Conradum* Ducem de *Rotenburg*, adjungens sibi *Hugonem*, Marchionem *Montiserrat*, *Veronensium*, *Bruxensium* & *Montanorum* potentia. In tertio denique loco excellentissimum Regem *Boëm*, *Wladislaum* cum suis Principibus & Baronibus & Nobilibus Regni *Boëm*, quos multo numero, multa potentia secum illuc adduxit, constituit. *Henrico* vero, *Austriæ* Duci & suis militibus quartum locum assignat. Quintum *Ottoni*, Comiti Palatino, *Ratisbon*, *Friderico* & *Ottoni* fratribus, & aliis Ducibus *Bavarie*. Sextum vero locum Imperator cum maximo exercitu per Aquilas Imperiales exornat. Septimum *Friderico*, Colon. Archi-Episcopo & aliis *Teutoniæ* & *Longobardiæ* Nobilibus deputat, & octavum cæteris Principibus *Alemanniæ* locum committit. Sicque Imperator suos per diversos disponens exercitus civitatem *Mediolanensem* accedit. Et dum extra eam sibi resistentem adversarium non videret, ante portam, quæ *Romana* dicitur, imperiales Aquilas figens, Regem *Boëm* & alios Principes, juxta præfatum ordinem per gyrum *Mediolanensis* urbis circumquaque disjungens. Quem ordinem cum *Mediolanenses* cautius perspexissent, per Portam *S. Dionysii Ludovicum*, Fratrem Imperat. & ejus exercitum invadunt hostiliter, & ipso cum suis resistente, fit pugna fortis. Jam hi, jam alii gladio superantur. Cui *Wladislaus*, *Boëm*. Rex, ut hujusmodi rumor insonuit, cum electis suis militibus in auxilium quantocius veniens, *Mediolanenses* turmas aggreditur, & regali lancea sua Vexilliferum *Mediolanensem* dire perfodit, ipsumque necavit. Unde fit, quod exercitu *Ludovici*, fratris Imperatoris præfati, per *Wladislaum*, Regem *Boëm*, ejusque fortissimos milites roborato, à vespertina hora usque crepusculum, bellum committitur, & *Mediolanens* exercitus post cædes quam plurimas in

Obsidio
Mediol.
Dispositio
exercitus
Cæs.

Mediola-
nenses c-
rumpen-
tes male
accipiun-
tur.

suam civitatem retrocedere ob fugam præsidium crudeliter est compulsus. Hac in parte talibusque bellorum variis conflictibus *Mediolanens* civitas eorumque proterva rebellio Imperiali domatur potentia, & per multa tempora miserè prostermitur gladio, varias pressurus quasque pluribus annis elapsis. Ultimo ipsis bellis cæde & fame depressis, undique Imperialis exercitus necessariis instrumentis aptatis, Regis *Boëm*, *Wladislai* milites primi urbis fossata replentes, muros adeunt, sagittis eorum hostes fugantes de mœniis. Inter quos quidam dicti Regis *Boëm*. miles *g)* *Brennus* de *Chusnick* genere, per scælas muros *Mediolanensium* primus ascendit, quem totus exercitus Regis est secutus, sicque alta superant urbis mœnia, & fugatis hostibus civitatem intrant, victores portas aperiunt, & residuum Imperatoris exercitum intrmittunt. Ex quo Imperator victoriam consequitur, *Mediolanensium* superbiam humiliat & deprimit, muros urbis diruit, & aspera mutat in plana. Tali itaque terrore *Italicos* afficit, quod deinceps timore & amore sibi obedire promittunt. Fertur etiam, quod præfatus miles de *Chusnick*, qui primus per scælas *Mediolanens* muros ascendit, Rex *Wladislaus* pro armorum insigniis *Scalam auream in Campo slaveo per transversum Brenni* eidem deferre concessit. Quod & ejus Posterioris in hujusmodi memoriam est deductum. Præfatus itaque Rex *Wladislaus*, in signum tantæ victoriæ intrans Ecclesiam, in qua tres Magi, qui Deo munera obtulerunt, jacebant, recepit ibidem pedem Candelabri, quod quondam per *Salomonem* in Templo Hierosolymitano fusoria operâ fabricatum, & factum & datum fuerat. Et eundem pedem Pragensi Eccles. apportavit, qui hodierno die cernere volentibus mirè subtiliter & ingenio ostenditur esse factus. Et sic post insignem habitam victoriam *Wladislaus*, *Boëm*. Rex, cum suis, qui tunc erant superstites, honorificè licentiantes à Cæsare cum lætitia & gaudio *Boëmiam* est reversus.

Bohemii
primi
portam
urbis oc-
cupant.

Urbi ca-
pitur &
deletur.

Insignia
Brenni
fortissimi.

C A P. LXVI.

De ulterioribus successibus WLADISLAI & Successorum ejus.

POST lapsum itaque temporis, dum Rex *Wladislaus* in Regno suo *Boëm*. aliquamdiu steterit, congregato exercitu, *Hungarorum*, aliàs *Hungarorum*, terram intravit, Regem *Græcorum* ex ea turbavit, & Optima-
tes

p) Ordinem aliter recenset *Dubravius* p. 97.

g) *Dubravius* pag. 98. vocat: *CHAUSTNICUM*, Ordinis equestris *Boëm*.
jenum.

1172. *tes Hungariae* in concordiam posuit. Deinde anno Domini 1172. praefatus Rex *Wladislaus* cum Caesare *Poloniam* intrans, ipsum Romano subiecit Imperio. Deinde
1174. anno Dom. 1174. *Sobieslaus*, filius *Wladislai* Regis primogenitus, vivente Patre Regno *Boemiae* praeficitur. Nam *Wladislaus* Rex & alios tres filios habuit, videl. *Odalricum*, *Conradum* & *Fridericum*. *Sobieslaus* itaque praed. postea anno Dom. 1176. cum exercitu *Austriam* intrans, ipsam vastavit incendio. Similiter eodem anno XV. Cal. Febr. *Wladislaus*, Pater ejus, Rex *Boem.* mortuus est & in Monasterio *Strahouienti* sepultus. Deinde anno Dom. 1177. *Odalricus* Dux a *Sobieslao* fratre suo, capitur. Et eodem anno idem *Sobieslaus* de Regno paterno a *Boemis* expellitur. Et *Fridericus*, frater ejus junior, in paterno regali *Boem.* solio collocatur. Eodem etiam anno *Sobieslaus* praed. in exilio mortuus est. Temporibus dicti *Henrici* anno 1184. *Conradus* Dux *Moraviae*, frater dicti *Sobieslai*, *Pragam* obsedit, deinde anno immediate sequenti *Fridericus*, Princeps *Boem.* cum suis Nobilibus *Curiam* Imperatoris vocatus accessit, & dispositis per Imperatorem imperialibus negotiis revertitur ad propria. Deinde anno Domini 1189. *Fridericus* praefatus obiit. Cui frater ejus *Conradus*, Dux *Moraviae*, successit in Regno. Qui statim anno sequente cum filio Imperatoris in *Napuliam* est profectus, & bello famosissimo hujus vincens immatura praeventus est morte, cujus ossa delata sunt in Ecclesiam *Pragens.* sepulta. Deinde anno Dom. 1191. *Wenceslaus*, *Conradi* filius, in Regis *Bohem.* solio collocatur. Deinde post III. menses per *Przemislaum*, alias *Ottocarium*, Patrum suum, filium dicti *Sobieslai*, de Regno pellitur, & idem *Przemislaus* Regni *Boem.* Regimini praeficitur. Civitas *Pragens.* obsidione circumdatur, sed expugnari non potuit. Deinde post III. menses permittente *Wenceslao* praefato per internuncios Imperatoris *Pragens.* civitas in manus *Brzeczislai* Episcopi vel *Henrici* traditur, & sibi regimen Regni *Boem.* committitur. Deinde praefatus *Wenceslaus* in confinibus *Syrbiae* iter agens per insidias Marchionis *Syrbiae* ibidem dolose capitur, & in strictissimum carcerem detruditur. Anno vero Dom. 1193. cum *Spitigneo* juvene, filio *Wenceslai* praedicti, *Brzeczislaus*, alias *Henricus*, Episcopus *Pragensis*, Imperatorem accessit, procurans sibi Regni *Boem.* regimen ab Imperatore committi, & ab ipso Principatu, nomine juvenis *Spitignei* in feudum relevans, *Boemiam* reversus est, utriusque dignitatis officium & nomen apportans. Postea vero anno Dom. 1196. XVII. Cal. Jul. idem *Brzeczislaus*, alias *Henricus*, Princeps & Episcopus Regni *Boem.* obiit. Deinde anno immediate sequenti

Spitigneus juvenis, *Przemislaum*, alias *Ottocarium* superavit in bello, ipse tamen *Spitigneus* oculis suis privatur. Post junior frater ejusd. *Przemislai*, *Wladislaus* nomine, Regni *Boem.* regimen nitetur assumere, sed tamen idem *Wladislaus Przemislao*, fratri suo seniori, voluntarie cessit, ut decuit. Fuerunt enim hi duo fratres filii *Sobieslai*, filii *Wladislai*, secundi Regis *Boem.*

C A P. LXVII.

De successibus OTTOCARI.

Postquam itaque *Przemislaus*, alias *Ottocarius*, Princeps Regni *Boem.* regimini impedimento cessante praesert, quamvis alias, videl. anno Dom. 1192. quasdam *Theutoniae* provincias vastasset, & ex hoc *Philippum*, Regem *Romanorum* adversus se plurimum provocasset, nihilominus tamen non post multum temporis eidem Imperatori *Philippo* reconciliatus est. Et ab ipso postmodum anno Dom. 1199. ad instar Progenitorum suorum in Regem *Boemiae* sublimatus est ac regalibus insigniis decoratur. Qui Rex *Przemislaus Constantiam*, *Andree*, Regis *Hungarorum* sororem, legitimam duxit in uxorem. Deinde anno Dom. 1203. contra *Ottonem* de *Brunsvic*, qui adversus *Philippum*, Regem *Roman.* electus fuerat, eidem *Philippo* adhaesit, & ejus auxilio ab alia parte *Rheni* *Philippus Ottonem* & Archi-Episcopum *Coloniensem* bello devicit. Deinde anno Domini 1205. *Philippus Romanorum* Rex filiam suam *Cunegundam Wenceslao*, filio Regis *Przemislai*, legitimam dedit in uxorem. Anno insuper immediate sequenti *Philippus* per Comitum *Palatinum Rheni* in *Bamberge* nocturno tempore fraudulenter occiditur. Cui successit in Imperio *Otto* praefatus. Deinde anno Dom. 1211. Rex *Przemislaus Ottoni* Imperatori, ex eo, quod a Papa excommunicatus erat, rebellans, *Friderico II.* hujus nominis Regi *Rom.* adhaesit. Qui *Fridericus* Imperialem *Curiam* celebrans, Regem & Regnum *Boem.* exemit & liberavit, eisque gratias & dona concessit, prout in subscriptis Privilegiis continetur.

C A P. LXVIII.

De Privilegio exemptionis & liberationis, FRIDERICI Imperatoris, dicentis, quod Reges *Boem.* ab omni pecunia, ex actione Imperialis Curiae sint liberi; & quod possint suos investire Episcopos; insuper quod ad nullam *Curiam Imperialem* venire teneantur nisi in *Nuremberg* & *Bamberg*:

Fridericus, divina favente clementia Romanorum Imperator electus, & semper Augustus, Rex *Siciliae*, Ducatus *Apuliae*, &

1199.
Ottocarius Rex creatur.

1203.
Philippus Regis Socius.

1205.

1206.

1211.

Diploma
Friderici II.

Prin-

Principatus *Capuae*. Cum decore & potestas Imperii nostrum præcesserit statum, ut non Electorum & Principum duntaxat dignitates, verum etiam Sceptrum Regalia nostra conferantur Majestate; gloriosum reputamus & magnificum, quod in tanto nostræ claritatis beneficio & aliis crescit Regiæ Dignitatis augmentum, nec ob hoc Eminentia nostra aliquod patitur detrimentum. Inde est, quod Nos, attendentes præclara devotionis obsequia ab antiquo tempore Romano exhibuit Imperio tam fideliter quam devotè, & quod illustris Rex illorum, *Ottocarus primus*, a primo inter alios Principes specialiter præ ceteris in Imperatorem nos elegit, & nostræ electionis perseverantiam diligenter & utiliter semper astiterit, sicut dilectus Patruus noster, piæ memoriæ, Rex *Philippus* omnium Principum habito consilio per suum Privilegium instituit ipsum Regem, instituit, confirmavit & tam sanctam & dignam Constitutionem approbamus, Regnumque *Boemiæ* liberamus, & absque omni pecuniæ exactione Curiam nostram iustitia sua suisque successoribus in perpetuum concedimus, volentes, ut quicumque ab ipsis in Regem fuerit electus, ad Nos vel successores nostros accedat, Regalia debito more recepturus. Omnes etiam terminos, qui prædicto Regno attinerere videntur, quocumque modo alienati sint; ei & successoribus suis possidendos indulgemus. Jus quoque & auctoritatem investendi Episcopos Regni sui integraliter sibi & hæredibus suis concedimus, ita tamen, quod ipsi ea gaudeant libertate & securitate, quam a nostris Prædecessoribus habere consueverunt. De nostræ autem Imperialis liberalitatis munificentia statuimus, quod Illustris Rex prædictus vel hæredes sui ad nullam Curiam nostram venire teneantur, nisi quam Nos apud *Bamberg* vel *Nuremberg* celebrandam induxerimus, vel si apud *Merseburg* Curiam celebrare decreverimus, ipsi sic venire teneantur. Quod si Dux *Poloniæ* vocatus accesserit, ipsi sibi præire debeant, sicut Antecessores sui quondam *Boemiæ* Reges facere consueverunt, sic tamen, ut ipsorum sex hebdomadarum veniendi ad prædictas Curias eis præfigatur. Salvo ta-

men quod si nos, vel Successores nostros *Rome* coronari contigerit, ipsius prædicti Regis *Ottokari*, vel Successorum suorum relinquitur arbitrio, ut ipsi CCC. armatos nobis transmittant & CCC. Marcas persolvant. Ad hujus autem nostræ Constitutionis & Confirmationis memoriam & robur perpetuo valiturum, præsens Privilegium per manus *Henrici de Parisiis*, Notarii & Fidelis nostri scribi & Bulla nostra aurea iussimus communiri. Anno Mense & Indictione subscript. Hujus retestes sunt isti: *Archi-Episcopus Bavenfis*, *Episcopus Tridentinus*, *Episcopus Basiliensis*, *Episcopus Constantiensis*, *Episcopus Curiensis*, *Abbas Augens. S. Galli*, *Abbas de Viterbio*, *Bertholdus de Nymphen*, *Regalis Curie Proto-Notarius*, *Comes de Chotburg*, *Comes Rudolfus de Hapsburg*, & *Landgravius de Alsatia*, *Comites Ludovicus & Hermannus de Friburg*, *Comes Wernerus de Hoemborg*, *Arnoldus*, *Nobilis de aa) Wrath*, *Rudolfus bb)* *Advocatus de Ruprahof* urbe, *Rudolphus de Ravensberg*, *Albertus de Tanesbus* *Camera* & alii quam plures Magnates, Nobiles & Liberi, quorum testimonio hoc Privilegium constat esse confirmatum. Acta sunt hæc anno Domini Incarn. 1212. mense cc) Sept. Ind. XV. Dat. in nobili Civitate *Basilie* per manus *Ulrici* Vice-Protonotarii. VI. Cal. Octobr. feliciter. Amen.

C A P. LXX.

De ulterioribus successibus *PRZEMISLAI*, Regis *Boem.*, & qualiter temporibus suis Primogenitus suus in Regem *Boemiæ* constituitur, & de Privilegio Imperatoris, de Morte *PRZEMISLAI*.

Postquam itaque *Przemislus* Rex, aliis *Ottokarus*, Regalis dignitatis roborationem, nec non supra scriptas gratias obtinisset à Cæsare, Regnum *Boem.* per multa tempora provide gubernavit usque ad annum Dom. 1216: in quo anno, de consensu Regis *Przemislai*, per *Henricum* Marchionem *Moraviæ*, & alios Magnates ac Primogenitus Regis *Przemislai*, in *Boem.* Regem constituitur, quam electionem *Fridericus*, Romanus Imperator, confirmavit.

r) Apud Hertium de *Bohemie* cum Imperio nexu renovato S. II. §. 13. est: *largitatis*.

s) Supple ex eodem: *quæ universa Bobemorum gens*.

t) Apud Hertium falso: *Eo quod*.

u) Ita & Hertius. Sed *Dubravius* p. 121. pauca ex hoc diplomate recitans habet *Ratisbonam*.

x) Hertius: *ipsi sibi Ducatum prestare debeant*.

y) Ibid. rectius: *utrum ipsi nobis trecentos armatos transmittant, vel trecentas marcas persolvant*.

z) Ibid. est: *Niephen*. aa) Ibid. *Wart*. bb) Ibid. vocatur saltem: *Advocatus Noster*.

cc) Apud Hert. non satis bene: *Mense XXVI. Sept.* Nam dies mensis mox indicatur.

dd) *Vis tamen regiminis pænes Patrem duravit, ut post obitum tandem ad filium jure pleno translata est*, ut ait *Dubrav.* initio L. XVI.

Roman. Rex, tanquam rationabilem & validam de consilio Principum Imperii suis literis roboravit, & *Wenceslaum* vivente Patre seu Rege *Prczemislao* Regem *Boëmiæ* constituit, prout in scripto Privilegio plene patet, cujus tenor sequitur per omnia in hæc verba:

Confirmatio Friderici II.

Fridericus II. divina favente clementiâ Romanorum Imperator electus, semper Augustus & Rex *Siciliæ*. Si in specialibus & expertis fidelibus & dilectis nostris gratiam facimus specialem, non est indignum, sed consonat omnimodæ æquitati. Ea propter universis Imperii, tam præsentibus quam futuris in perpetuum notum esse volumus, quod missa ad præsentiam nostram *Benedicto*, venerabili Archi-Diacono Bohem. exposuerunt Celsitudini nostræ dilecti nostri Fideles, *Henricus*, Marchio *Moraviæ*, & universitas Magnatum & Nobilium *Bohemiæ*, quodcum voluntate & assensu dilecti nostri *Ottokari*, Regis *Boëm.* Illustri, elegerunt in Regem eorum *Wenceslaum* filium ejus Regis *Boëm.* primogenitum. Propterea Majestati nostræ attentius supplicarunt, ut electionem ipsius *Wenceslai* ratam haberemus & firmam, & eidem nostrum impertiremur consensum. Nos autem, quia votivæ supplicationis hujusmodi effectum ex magno fidelitatis ardore novimus provenire, considerantes securitatem fidei & puræ devotionis affectum ipsius *Ottokari*, Regis *Boëm.*, quam erga Majestatem nostram hætenus habuisse dignoscitur, attendentes etiam obsequia filii sui *Wenceslai*, dilecti Sororii nostri, quæ Nobis & Imperio fideliter exhibuit, de solita gratia nostra, de consilio Principum & Magnatum Imperii, qui tunc circa Nos existebant, electionem præfâtam ratam habemus & firmam, & concedimus eidem *Wenceslao* totum Regnum *Boëm.* cum terminis & omni jure, & honore ac regionibus eidem Regno pertinentibus, sicut ipsum regnum Pater suus & alii Prædecessores sui tam Duces, quam Reges, unquam melius possederant. Mandamus igitur & firmiter statuimus, ut quæcunque persona Ecclesiastica vel secularis hanc nostram confirmationem & concessionem infringere vel evacuare præsumserit, mille libras puri auri componat, quarum medietas Camere nostræ, altera verò injuriam passis persolvatur. Ut autem hæc firma & rata perseverent perpetuè præsens Privilegium conscribi & Bulla aurea Typario Imperialis nostræ Majestatis impressâ præcepimus communiri. Hujus Testes sunt *Zifridus* S. - - - Episcopus, *Ulricus* Abbas S. Galli, *Seno* Abbas *Olmucens.*, *Henricus* Abbas *Campidonensis*, *Rudolphus* Palatinus Comes, *Hartmannus* de

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Wartenberg, Comes *Ludovicus*, frater ejus, *Hermannus* Marchio de - - - , *Hugo* junior, Palatinus Comes, *Ludovicus* de *Ortingor*, *Bertholdus* de *Nimphæ*, *Anselmus* de *Imfenberg* & *Malisburg*, *Waltherus* de *Siph* Pincerna, & alii quam plures. Ego *Conradus* Metensis & Spirensis Episcopus, Imperialis Aulae Cancellarius, vice Domini *Zifridi*, Moguntinensis Sedis Archiepiscopi & totius *Germaniæ* Archiepiscopi recognovi. Acta hæc anno Domini Incarn. 1216. VI. Cal. Maji, Indict. IV. regnante Dno. *Friderico* II. D.G. Romanorum Rege, semper Augusto & Rege *Siciliæ*, anno Rom. Regni ipsius IV. & *Siciliæ* XVIII. feliciter. Amen. Datum apud *Ulmam* per manum *Pertholdi* de *Nerph*, Imper. Aulae Proto-Notarii, anno, 1222. mense & Indictione prætitulatis.,

Deinde anno Domini 1222. *Wladislaus* frater Regis *Prczemislai*, Dux *Moraviæ* vitam finivit, & sic *Wladislaum*, juniorem filium suum, in Marchionem *Moraviæ* constituit. Qui postea anno Dom. 1225. mortuus est. Postea verò anno 1228. *Wenceslaus* Rex, primogenitus *Prczemislai*, vivente Patre regali dudum potitus folio, una cum *Cunigunde* Regina, uxore sua, per *Zifridum*, Archi-Episcopum Moguntinensem, in Ecclesia Pragensi Dominica Esto mihi more regio consecratur, & regalibus solitis insigniis decoratur. Deinde statim annò immediatè sequenti *Wenceslaus*, Rex juvenis *Bohemiæ* cum maxima potentia armorum *Austriam* intravit, & quicquid *Austriæ* Dux ab ista parte *Danubii* habuit, destruxit, & totaliter vastavit incendio, & multis spoliis oneratus revertitur, nemine resistente. Anno verò Dom. 1230. *Prczemislai*, alias *Ottokarus*, *Bohemiæ* Rex XIII. Cal. Mart. mortuus est, & in Ecclesia Pragensi sepultus.

C A P. LXXI.

De regimine WENCESLAI Regis, & de factis Matris sue.

Mortuo itaque Rege *Prczemislao*, alias *Ottokaro*, *Wenceslaus* Rex, primogenitus ejus, sapientia & viribus provide rexit Regnum *Boëmiæ*. Et in anno Dom. 1242. *Fridericus* Dux *Austriæ* intrans *Moraviam*, ipsam vastavit incendiis & spoliis, usque dum, veniente dicto *Wenceslao*, Rege *Boëmiæ*, Dux *Austriæ* prædictus de *Moravia* per fugam exivit cum maximo damno suorum. Deinde anno Domini 1246. dictus *Fridericus*, Dux *Austriæ*, in bello ab *Hungaricis* occiditur, & filiam fratris sui senioris, quondam *Henrici Austriæ*, quæ sola hæres in *Austriæ* Ducatu remanserat, *Wladislaum*, filio Regis *Bohemiæ*, *Wenceslai*, matrimonio traditur. Et sic *Wladislaus* Ducatui *Austriæ* præficitur. Deinde eodem anno mortuo *Mescone* Duce *Poloniæ*

Q q q q q

fine

sine liberis, *Wladislaus* prædictus ex eo, quod *Polonia* ab antiquo ad *Bohemiam* pertinebat, etiam Dux ibidem efficitur, & sic jam filius Regis *Boëm.* rexit utrumque Ducatum. Sed anno immediate subsequente *Wladislaus* morte præventus est, cui *Przemislaus*, frater ejus, filius *Wenceslai* Regis in prædictis successit Ducatibus. Deinde anno Dom. 1248. Illustris *ee) Cunegundis* senior, Regina *Boëm.*, mater Regis *Wenceslai*, vitam finivit in Domino. Hæc quidem *Cunegundis* inter cætera virtutum opera, quæ diebus suis fecerat, ædificavit in *Moravia ff) Godnigea, Bissoniam & Lucenburg*, alias *Bezclau*. Et in *Hungaria* civitatem *Tirnów* ac castrum *Rotenstein* fundavit. Etiam cum filia sua *B. Agnete* Hospitale *Cruciferorum* cum *Stella* in pede pontis *Pragensis*, deditque Ecclesiæ & Monasterio *S. Francisci* civitatis *Pragensis*, in quo eadem *B. Agnes*, filia sua, vita regulari professa degebat, multa pretiosa clenodia. Similiter prædicta *Cunegundis* donavit & fundavit in *Moravia* Monasteria Sanctimonialium Ordinis *Cisterciensis*, videl. *Oslawa & Tisnowa*, dotavitque eadem Monasteria solenniter, & in *Tisnowa* Monasterio est sepulta.

C A P. LXXII.

De regimine WENCESLAI ac Obitu.

Vivente itaque Rege *Wenceslao* prædicto & Regno suum in pacis tranquillitate feliciter gubernante, quidam *Boëm.* Nobiles & Barones filium ejus *Przemislaum*, adversus Patrem suum elegerunt in Principem, & eidem fidelitatis homagium præstiterunt. Quod licet *Wenceslaus* Rex ægrè tulit, tamen ex eo, quod Baronibus solum tria genera, videl. *gg) de Berowisk, Brisenburg & Schwartzenburg*, pro parte Regis & cum ipso permanserant, pro tunc dissimulatione transivit. Inde factum est anno Dom. 1250. Dominus *Przemislaus*, filius Regis, de *Australicis, Ungaris & Boëmis* copiosum congregans exercitum, *Boemiam* intravit, & castrum *Wyssegraden* adeptus, ibidem aliquandiu resedit, & abinde recedens fluvium *Whaviam* super villa *Ruben* cum exercitu transvadavit, in Monasteriis *Strabouiens.* & *Preconomens.* diebus aliquot manens. Regnum patrum rapinis & incendio vastare cœpit.

Et transiens in *Zacensem* provinciam, ea quæ circa civitatem eandem, suo dominio subjugavit. Hinc est, quod pax & concordia inter Patrem & filium componitur & juramentis firmatur. Quò facto Rex viam tenuit in *Liuhomercziz*, fingens se cum exercitu transiturum *Hungariam*, mandansque singulis, tam Clericis, quàm Laicis, ut ad eam veniant, & auxilium præbeant sibi, vel capitali plestantur sententiâ. Et exercitu congregato potenti transivit in *Sazka* castrum, & ibidem aliquot diebus permansit. Dein abinde in Festo Assumptionis *B. Virginis Mariæ* mittens partem sui exercitus versus *Pragam*, civitatem obtinuit, & postea cum exercitu residuo illuc advenit. Filius autem suus *Przemislaus* hoc audiens, qui tunc *Prage* morabatur in castro, ejusdem castri fidelibus suis committens custodiam, in tutiora loca se transiit. Qui autem defensionem Curie Archiepiscopi in civitatem *Pragens.* præerant, Regis timentes adventum, eam igne succendunt, & abinde recedunt. Altera itaque via Rex missis militibus turrim, quæ sita erat in pede pontis juxta Curiam supra dictam, sine resistantia munit & obtinet, & tandem obsidet castrum *Pragens.* prohibens circumquaque exitum & reditum suorum rebellium. Eodem etiam die filius Patris gratiæ reformatur, tunc castrum *Pragen* restituit, & suæ se subdidit per omnia voluntati, cui Pater Marchionatum *Moraviensem* cum omnibus pertinentiis assignavit. Tandem non post multum temporis Rex *Wenceslaus Przemislaum*, filium suum, qui ad Patrem cum suis Nobilibus, quorum inductione Patri rebellaverat, *Wyssegraden* venerat, cepit, & ipso ibidem in captivitate detento, dictos Nobiles binos & binos catenis victos *Pragensis* castri misit in carcerem, quos tamen postea gratiosius relaxari præcepit à vinculis, & solutos dimisit. Anno insuper Domini 1251. Rex *Wenceslaus* validum tam *Boëmorum* quàm *Moravorum* congregavit exercitum, & filium suum *hh) Przemislaum* eisdem præficiens, misit versus *Bavariam*, qui juxta mandatum patris totam *Bavariam* usque *Danubium* devastavit, & multâ præda ibidem acceptâ, sine resistantia *Boëmiam* est reversus. Eodem anno *Wenceslaus, Boëm.* Rex, *Austriam* obtinuit, in cujus possessionem *Przemislaus* filius de

Reconci-
liatur pa-
tri.Wences-
laus occu-
pat Pra-
gam.Capit
filium.

1251.

1248.
Cunegun-
da Regina
arces &
monaste-
ria con-
dit.Premis-
laus in-
surgit
contra
patrem
Regem.

1250.

ee) Dubrav. p. 127. eam vocat *Constantiam*.ff) Idem: In *Moravia HODONINAM arcem & arcem LUNPEBURGAM, utramque Austria ad arcendos incursus Austriacos oppositam condidit.*gg) Dubrav. p. 128. sed cum patre familia erant Procerum insigniores, nempe a *Suanbergo, a Lamberg, a Rysenbergo, ab Offeca.*hh) Hunc è custodia paulo ante liberaverat, Nicolao *Pragensi* & Roberto *Oloimucensi* Episcopis deprecatoribus. Dubrav. p. 132.

de mandato Patris seintromisit. Et *Margaretham* relictam quondam *Sexti Henrici* Imperatoris filiam, *Lupoldi Austriæ* Ducis uxorem accipiens, Dux ibidem effectus est, & eidem Ducatui præfuit usque ad Patris obitum. Dein anno Dom. 1254. Pragensis civitas ad partem occidentalem & aquilonarem muro cincta est, & turribus munita. Eodem etiam anno *Tartari*, qui regnum *Hungariæ* pluribus annis vastaverunt, intrantes *Moraviam*, partem ejus vastaverunt, & circa *Olmütz* maximam multitudinem hominum occiderunt, pluraque castra, quæ absque defensione propter metum eorum permanserant, vastaverunt, & tandem, dum ibidem ante *Olmütz* civitatem rursus advenissent, quidam Nobilis de *Sternberg*, pro tunc Capitaneus civitatis ejusdem, de civitate progrediens similiter imperum fecit in eos viriliter, & eorum *ii*) Capitaneum lethaliter vulnerans interfecit, de quo dolentes *Tartari* & plurimum stupefacti per fugam reversi sunt *Ungariam*. Ex illo etiam actu magnifico dictus Nobilis de *Sternberg* per donationem Regis *Bohem.* bona quædam prope *Olmütz* obtinuit, in quibus novum castrum *Sternberg* ad memoriam hujus rei construxit. Idem etiam *Comani* seu *Tartari* postea aliquibus annis elapsis intrantes *Poloniam* ipsam undique vastaverunt, & *Henricum*, Ducem *Slesie* bello cum maxima Christianorum multitudine occiderunt, inferentes Christianis mala innumera, nec parcentes sexui vel ætati. Similiter etiam *Colmannum* Regem *Hungariæ* necaverunt, & quasi totam *Hungariam* destructione misera subjugarunt. Eodem etiam tempore Rex *Wenceslaus* mortuus est X. Cal. Oct. anno Regni sui XXIV. & sepultus est in Monasterio S. Francisci in *Praga*, ubi Sancta *Agnes*, soror ejus, religiosam vitam degebat.

C A P. LXXIII.

De PRUTENIS fidem Christianam per Boëmos percipientibus.

Mortuo itaque *Wenceslao*, Rege *Bohem.*, *Przemislaus*, filius suus unicus, *Moraviæ* Marchio, *Austriæ* & *Stirie* Dux, regimen Regni *Boëm.* est adeptus. Hic *Przemislaus* Ducem *Carinthie* Clericatu procurans & in *Aquilejensem* Patriarcham sacris receptus Ordinibus promoveri, & pro se *Carinthie* Ducatum obtinuit. Anno vero Domini 1254. inter *Przemislaum*, filium *Wenceslai* Regis, Principem *Boëm.* & Regem *Hungariæ* pax & tranquillitas reformata est. Eodem anno *Przemislaus* cum maximo exercitu profectus est in *Prussiam* adversus infideles *Prutenos*, du-

cens secum *Brunonem*, *Olmucensem* Episcopum, & *Wratislaviam* transiens, *Otto* Marchio *Brandenburg.* Sororius suus similiter cum exercitu suo in via ad *Przemislaum* applicuit, & *Prussiam* ambo pariter sunt profecti. Deinde per totum annum dictam *Prussiam* undique oppugnantes, ibidem per dict. *Brunonem*, *Olmucens.* Episcopum, duo Duces *Prussie* baptizati sunt, & omnis infidelis populus per eos Christianam fidem accepit, & ad Dominum Deum conversus est. Usque quendam ultra ripam fluminis *Pregor*, in quo Rex *Przemislaus* castrum & civitatem, & in ea Ecclesiam Cathedrali in honore Dei & S. *Adalberti*, Martyris, Patroni *Boëm.*, & secundi *Pragens.* Episcopi, qui in ead. provincia pro Christo martyrium a *Prutenis* subierat, devotè construxit, nomina ejus diocesanos *Zambiam*, civitati verò & castro, in quibus eadem Ecclesia sita est, in sui memoriam nomen imposuit *Kunigsberg*, quod *Königsberg* Mons regius dicitur. Et ex eo, quod *Przemislaus*, Rex *Boëm.*, manu potenti primus hoc fecerat, præfata civitas *Kunsperg* cum tota *Zambienfi* provincia adversus Christianos s. Paganos progreditur totiens una cum *Marsalco Prussie* Regalem *Boëm.*

desert, & sub ea primùm tenet totius exercitus aciem contra hostes, in præmissorum testimonium hodiernum. Similiter autem dicta civitate per duas diætas dicti Regis *Olmucensis* Episcopus *Bruno* cum Regis præfati juvamine civitatem construens, ei nomen imponens *Brunsperg*, quod *Mons Brunonis* dicitur, & Ecclesiam Cathedrali *Warmiensem* in ead. provincia instituit ad roborationem majorem fidei Christianæ. Et sic anno elapso & salubriter his peractis læti victores abinde reversi, relicta terra pro fidei defensione *Cruciferis* de *Domo Teutonica*, tendunt ad propria. *Przemislaus* itaque rediens *Austriam*, ibidem aliquamdiu moratus est. Et postea post Pascha venit *Boemiam*, quam *Margaretha* præfata uxor ejus apparatu magnifico est secuta. Præterea anno immediate sequenti *Conradus*, *Archi-Episcopus* *Colonienfis*, ad Regem *Przemislaum* venit *Boemiam*, & cum ipso super quibusdam arduis negotiis Imperii Romanorum tractans, honoratus a Rege recessit. Postea vero anno Domini 1257. dictus Rex *Przemislaus* cum quibusdam *Boëmis*, *Australibus* & *Moravis* *Bavariam* intrans, *Bavaris* innumera damna intulit. Sed tamen hac vice cum magno Nobilium suorum dispendio *Boëmiæ* Regnum revertitur. Et ibi aliquot annis sub pacis tranquillitate resedit. Postea vero anno Domini 1260. ex eo, quod præfatus *Przemislaus* per *Ungaros* & *Comanos* adversus

Duces ibi cum populo baptizantur.

Königsberg aedificatur.

it. Brunsperg.

1255.

1257.

1260.

1254.

Tartari vastant Moraviam.

Mors Wenceslai.

Premislaus.

1254.

Expeditio ejus in Prussiam.

ii) Nominè Pctam.

*Expeditio
contra Be-
lam.*

pacem firmatam in Principatibus Regni sui, maximè Ducatu *Stiria*, quæ *Bela*, Rex *Ungariæ* partim jam occupaverat & in totum dominio suo attrahere nitēbatur, multis vexabatur dispendiis, potentissimum de diversis Nationibus collegit exercitum adversus *Belam*, & natum ejus *Stephanum*, Regem *Ungariæ* profectus, & perveniens ad aquam *Morava* suum exercitum locavit juxta flumen. Similiter Reges *Hungariæ* ab alia parte fecerunt, & aliquot diebus ipsis ibidem morantibus à tempore *Quadragesimæ* usque ad *B. Joannis Baptistæ* Festum, intervenientibus tractatibus treugæ factæ sunt. Igitur appropinquante treugarum tempore, dum præfatus *Przemislaus*, Princeps *Boëm.* per diversas turmas suum congregaret exercitum, & circa oppidum *Lavam*, aliàs *Lech*, omnem suum exercitum convenire mandasset, *Stephanus* junior, *Ungariæ* Rex, cum melioribus *Ungaris* & *Comanis* suis jam per insidias eosdem, fines intraverat, & opportunitate capta collectum *Boëmiæ* Principis turbabat exercitum. Tunc misis insidiatoribus comperit, *Henricum* Ducem *Rezie* & *Wladislaum* *Opulientem* unà cum *Olmucensi* Episcopo in pratis circa *kk) Pohczelicz* jam castra metasse. Quos dum incautos aggredi disponderet, & ob hanc causam cum suis latenter viam faceret, casu contigit, videl. sui ductoris errore, quod non *Phozzeliz*, sed versus *Lavam* applicuit. Jam enim Marchio *Brandenburgicus*, *Saxones*, *ll) Comites de Hardeck* & multi de *Boëmia* illuc advenerant; eratque Princeps *Boëm.* cum suis similiter jam vicinus. Inde rumor in castris insonuit, *Ungaros* & *Comanos* propinquos adesse, & partem exercitus turbare. Ex quo totus regius movetur exercitus, adversus insultus hostium se disponens e contrario. Itaque subito nunciatur hostes paucos fuisse, & jam totaliter cessisse fugatos. Sicque hęc auditò ad sua quivis redit tentoria, Comitibus de *Hardeck* & *Hayn* cum nobili *Cadoldo*, cognominato *Orphano*, pro exercitus custodia dispositis, & ipsis taliter custodiam fervantibus, quosdam hostes insidiatores conspiciunt, & in sequentes eosdem subito post tergum eorum ex latētibz insidiis maxima progreditur turma; & dicti Nobiles omnes cum suis per adversarios circumdantur, sitque per paucos inter multos pugna dissimilis, & animosi milites inæquali certamine superantur. Qui rumor dum in castra exercitus pervenisset, armantur singuli, & parantur ad insultus hostium compescendos, & continuo impios insurgunt in hostes, ipsos præcipientem compellunt ad fugam, & cædentes

Prelium.

plurimos gladio, computerunt innumeros in fluvio *Moraviæ* submersionis dispendio solvere dies suos. Ex qua re ob eadem dictorum Comitum grandis inter Principes exercitus oritur dissensio. Sicque quidam ex eis propria petere voluerunt. Tandem hujusmodi dissensio quantocius complanatur, & parivoto ad invadendum *Ungarorum* Reges & eorum exercitum se adstringunt.

C A P. LXXIV.

De alio bello contra Hungaros & Comanos.

PRÆTEREA Princeps *Boëm.* Regni cum omnibus suis cæterisque Principibus unanime movens exercitum, laxatis tentoriis, adversus hostes propius progreditur, & per ordinatas procedens acies, *Moraviæ* fluminis venit ad lictus, & transeuntes aquam bellorum se committunt eventibus. In exercitu autem *Przemislai* fuerunt hi Principes: *Philippus* *Saltzburgerensis* *Archi-Episcopus*, *Johannes* *Pragenf.*, *Bruno* *Olmucensis* *Episcopus*, *Ulricus* *Carinthiæ* & *Styriæ* *Dux*, *Otto* *Marchio* *Brandenburg.* & quàm plures *Saxones*, *Henricus* *Dux* *Slesia*, *Wladislaus* *Opulientis*, & multi alii Principes, Comites & Nobiles. Hujus itaque progressum belli subscripta *Papæ Adriani* per Regem *Bohem.* transmissa declarat *Epistola*; cujus tenor talis est:

Sanctissimo in Christo Patri ac Domino, Domino *Adriano*, sacro-sanctæ Rom. Ecclesiæ Summo Pontifici. *Ostogarus* eadem Dei gratia Dominus Regni *Boëm.* *Dux Austria*, *Styriæ* & *Marchio Moravia*. Quia pium pastorem suarum à lupis liberatio ovium delectat, & jocundum Patrem benignem reddit cum salute prosperitas filiorum, gravis belli, quod adversus *Bellam* & Natum ejusdem, *Stephanum* *Ungariæ* Reges Illustres, & *Danilem* Regem *Russia*, & filios ejus, & cæteros *Rutenorum* & *Tartaros*, qui eisdem in auxilium venerunt, & *Boleslaum*, *Cra-coviensem*, & *Lazkonem* *Simonem* *Lanesatie* *Duces*, & innumerabilem multitudinem inhumanorum hominum, *Comianorum*, *Ungarorum*, & diversorum *Slavorum*, *Siculorumque* & *Vasallorum*, *Bezerminorum* & *Hismabelitarum* *Scismaticorum*, ut etiam *Græcorum*, *Gingarorum*, *Bassiernd.* & *Bastrensum* *Hæreticorum*, auctore DEO gessimus, & victoriæ nobis cœlitus datæ, & post victoriam inter nos ex parte una, & Reges ex parte altera concor-

*Epistola
Ostogari
f. Primit-
lai ad Pa-
pam de
hoc bello.*

kk) *Dubravius* p. 138. *Poborelice.*

ll) Idem: OTTO & CONRADVS Comites ab HARDECO.

„concordiæ reformatæ procellum ab re-
 „duximus, V. S. prævia veritate præsen-
 „tibus declarandum. Sane cum ad flu-
 „men, quod *Morava* dicitur, circa locum
 „à castro & oppido *Hemburg* duobus mil-
 „liaribus distante, *Ungariæ & Austriæ* con-
 „finia inibi terminantem cum nostris ex-
 „ercitibus venissemus, dictos Reges & ex-
 „ercitum eorum illic castrametatos in op-
 „posita parte ripæ invenimus ex adverfo.
 „Sicque factum est, ut & nostra & adversa-
 „riorum castra solus duntaxat divideret
 „fluvius. Cumque sic loci positio se ha-
 „beret, ut ad adversarios sine irremedia-
 „bili nostrorum jactura votivum non pos-
 „semus consequi accessum, & de refor-
 „manda inter nos & eosdem pacè fuisset
 „aliquoties attentatum, ipsis vero Regi-
 „bus de die in diem & de hora in horam
 „suas in diversas variantibus voluntates,
 „non restaret aliquis pacis locus, haud du-
 „bium, ad instar *Pharaonis*, corda illorum
 „indurante Domino ultionum, novissime
 „unius duorum parti adversæ obtulimus
 „optionem, ut videl. vel illa nobis cederet,
 „quatenus ad eandem gerendi belli
 „causa transire possemus, vel nos id parti
 „adversæ concederemus. E quibus distin-
 „ctis precibus alteram pars adversa elegerat,
 „ut videlicet nos cederemus & nostra
 „cessione iisdem locum daremus. Et ut id
 „per se fieri videretur, quovis impedimen-
 „to cessante, dicti Reges & eorum Prin-
 „cipes & Comites treugas constitutas &
 „seriò juramenti firmatas per totum diem
 „B. Margarithæ Festum præcedentem, &
 „medietatem ipsius Festi diei, nobis medi-
 „antibus, idoneis induciis remiserunt. Ve-
 „rum quidem sua facta pacta & juramenta
 „soliti violare per vada inventa & sibi apta-
 „ta clam noctu ad nostram partem cum o-
 „mni suo exercitu transierunt, & cum di-
 „ceremus: *Est securitas*; subito tamen in-
 „numerabili multitudine contra nos im-
 „provisos apparuerunt in campo, & totum
 „in spe treugarum vix decima pars nostri
 „exercitus penes nos pro nostræ personæ
 „custodia remansisset, eo quod plures de
 „nostris transito *Danubio* oppidum *Hem-
 „burg* intraverant, alii verò cum curribus
 „descenderant ad stationes. & loca castro-
 „rum, hostes nostri fraude pleni in mo-
 „dum Circuli per ordinatas acies nos at-
 „tingentes, nisi Dominus adjuvisset, vivos
 „forsitan deglutissent. Igitur in tam inevi-
 „tabilis necessitatis articulo constituti, at-
 „tendentes potestatem esse cœlestem, &
 „quoniam non ex multitudine exercitus,
 „sed de cœlo victoria datur, munere Ma-
 „gni Dei totam in Adjutoris altissimi spem
 „ponentes, nostros adjuutores & commili-
 „tones primitus exhortati in plurimos ad-

„versariorum Curias, data nobis de cœlo
 „fiducia, irruimus confidenter. Quos
 „Deus per manus nostras & nostrorum,
 „imò suorum militum exterruit & prostra-
 „vit, & in fugam convertit, ita ut fugienti-
 „bus cum impetu, & se invicem compri-
 „mentibus, dictus fluvius *Morava*, juxta sui
 „præfagii nominis etymologiam, tanquam
 „*Mare rubrum Aegyptiis*, multo cœlorum
 „sanguine rubricatus factus sit, in se sub-
 „mersis & intereuntibus mortis viâ. Si-
 „quidem in eodem fluvio fugientium à fa-
 „cie Dei intersectorum tanta multitudo,
 „quod per cadavera hominum & equorum,
 „quasi per factos pontes nonnulli ex no-
 „stris adversariorum castra intrarent, & oc-
 „cupantes currus, tentoria & exponentes
 „quæque pretiosa spolia acceperunt.
 „Quamvis igitur post Triumphum divini-
 „tus datum nobis, quemadmodum com-
 „muniter videbatur, Regnum *Hungariæ*
 „nostræ ditioni potuerimus subjugare, &
 „idem in perpetuam premere servitutem;
 „advertentes tamen, quod melius sit bo-
 „num vicinum habere per concordiam,
 „quàm superare & exterminare per rebel-
 „lem; pensantes etiam, quoniam, ut ait
 „Imperator *Constantinus*, *crebro suaviores
 „sunt amicitia post inimicitiarum causas ad-
 „concordiam restituta*, cum participibus &
 „proximis alti sanguinis nostri, dictisque
 „*Hungariæ* Regibus & Domina Regina, &
 „*Juvene Bela*, & secundum oblatam nobis
 „à Magno Comite *Rulando de Posonia* for-
 „mam, malimus pacis foedera reformare,
 „quàm vastando & debilitando magnum
 „*Ungariæ* Regnum ad idem & nostri ter-
 „ras domini *Tartaris* aditum aperire.
 „Prænotatam igitur compositionis formam
 „prædictorum Regum, Reginæ & Ducis
 „*Bela* Sigillis signatum Vestro Aposto-
 „latui transmittentes petimus, eandem à
 „sede Apostolica confirmari, & ut operæ
 „pretium est, Apostolico in ævum patro-
 „cinio communiri. „

Fertur etiam in congressu dictorum
 exercituum à quibusdam exercitus *Boëm.*
 Nobilibus & fide dignis viris visum fuisse
 Aquilam albam, habens aureum caput &
 collum, vexillum B. Wenceslai, quod tunc
 per Burggravium castri Pragenis in præ-
 lio gestabatur, sequi & vicissim crescere,
 quousque extensis alis totum Principis
 Boëm. exercitum cooperiret. Nam &
 ipse Burggravius *Javossius* nomine, ut re-
 tulit, idem vexillum S. Wenceslai Marty-
 ris, in hujusmodi belli tanto discrimine
 nullam passam penitus fuisse læsionem.
 Plura id. Wenceslai & aliorum Patrono-
 rum Boëm. patrocina ibidem visa à pluri-
 bus referuntur.

C A P. LXXV.

De ulterioribus successibus PRZEMIS-
LAI & Coronatione ejus in
Regem.

Igitur, ut præmittitur, per Principem Boëm. & suos victorioso triumpho belli potito, pax & concordia inter Reges Hungar. & Principem firmantibus literis & promissionibus roborantur. Præterea sciendum est, quod licet præfatus Przemislaus *Margaretham*, uxorem suam prædictam annis pluribus habuisset, non tamen ex ea, quoniam infœcunda fuit, potuit liberos procreare. Cujus infœcunditatis effectum eadem *Margaretha* probare volens, consensit, ut maritus ejus Przemislaus cuidam nobili Domicellæ suæ, *mm)* de *Comringen*, quorundam Nobilium filix conjaceret: ex qua genuit filium, sibi *Nicolaus* nomen imponens, cui postea successu temporis donavit civitatem & districtum *Oppavia*, eundem à *Moravia* Marchionatu dividens, & exinde Ducatum *Oppaviensem* primo constituens, ipsum in vasallagium perpetuum Boëm. Regno subjecit. Tres etiam filias genuit ex eadem; quarum unam Nobili de *Strakonitz*, aliam de *Wartemberg*, & tertiam de *nn)* *Crawaz*, Regni Boëm. Baronibus uxores dedit legitimas, cuilibet eorum dotem assignans legitimam solenniter. His itaque IV. Naturalibus Filiis præfati Principis Boënici potentiâ, & præd. uxoris suæ infœcunditate probatâ compertum est, *Margaretham* præfata post obitum quondam viri sui, *Henrici VI.* Imperatoris, jam dudum defuncti, in civitate *Trevirensi* Ordinis Fratrum Prædicatorum Sacrimonialiū Monasterium Monacham professam esse, & absque dispensatione Canonica habita & Regula prætermisissis, Przemislaio prædicto nupsisse. Hinc est, quod, talibus legitimis divortii causis extantibus, inter eos per Papam divortium celebratur & *Margaretha* prædicta à viro suo totaliter separata revertitur *Austriam*, intrat Monasterium, dudum abjectum Ordinem & habitum iterum reassumens. Et postea, ne Regnum Boëm. legitimo careret hærede, præfatus Przemislaus anno prædicto VIII. Cal. Nov. *Cunigundam*, filiam *Rofislai*, Imperatoris *Bulgar.*, in castro *Pofen* duxit uxorem, & secum *Pragam* adduxit. Deinde in Festo Nativitatis Dom. idem Przemislaus unâ cum eadem *Cunigunde* uxore sua, in Ecclesia *Pragensi* à *Wernhero*, Archi-Episcopo *Moguntino*, regias coronas assumens, more Regum Boëm. consecratur, præsentibus VI. Episcopis, Marchione *Brandenburg.* & aliis

multis Principibus. Et post hæc per plures annos præfatus Przemislaus Rex in tranquillitate resedit. Deinde anno Domini 1268. Przemislaus Rex filiam sororis suæ, Marchionissæ *Brandenb.*, *Beke* filio Regis *Ungar.* in uxorem tradidit, ad conceptam concordiam inter eos amplius roborandam. Et nuptiis solenniter confirmatis, Rex Przemislaus, alias *Ottokarus*, Boëmiam cum gaudio reincaivit.

Deinde anno Dom. 1269. ex uxore sua *Cunegunde* filiam genuit, quæ eodem tempore cum maxima festivitatis lætitia baptizatur in Festo Purificationis S. Mariæ. Eodem anno orta est magna dissensio inter Regnum Boëm. & *Bavarios*, & Rex *Bavarios* volentes in Regnum, per Nobiles suos, quos ad custodiendum metas posuerat, cum magno labore prohibuit. Deinde anno immediate sequenti Rex potentem congregans exercitum, intravit *Bavariam*, & ipsam usque *Ratisbonam* incendiis & spoliis plurimis devastavit, & deinde sine damno revertitur ad propria. Et iterum per plures annos vixit pacificè, & plures civitates & castra in Regno Boëm. de novo construxit.

Postea verò anno Dom. 1271. *Coloniensis* Archi-Episcopus cum multis Nobilibus de *Alemannia* ab Electoribus, Principibus Imperii destinati Boëmiam, *Ottokarum* Regem adeunt, & instant, Imperii dignitatem & fasces assumat, eò quod Romanorum in Regem concorditer foret electus. Quos Rex gratanter suscipiens, habito consilio de Nobilis de *Brciezano*, Burggravii *Pragensis*, & aliorum aliquorum Nobiliorum stultam & insanam eorum opinionem, de qua & tanti honoris augmentum & postea personam perdidit, imitatus, Imperialis dignitatis onus noluit acceptare. Postea verò anno Domini 1272. *Rudolphus*, Comes de *Hayersburg*, in Romanorum Regem eligitur. *Ottokarus* verò Rex de Regno suo sollicitus per plures annos, negotiis propriis agendis instabat. Deinde anno Dom. 1276. quinto anno *Rudolphi* Romanorum Regis idem *Rudolphus* à Rege *Ottokaro* ex eo, quod dudum inter eum & *Margaretham*, quondam uxorem suam, quæ sola ibidem hæres remanserat, divortium extiterat celebratum, *Austriam*, *Stiriam* & *Carinthiam* repetiit. Sed dum monitionibus & precibus ap. Regem Boëm. proficere non posset, adversus eum omnem suam movit potentiam. Quod Rex *Ottokarus* comperiens suum in occursum Romano Regi mittit exercitum, prohibens ne Boëm. metas attingat. *Rudolphus* hoc itaque audiens, divertit *Austriam*, plures ibidem civitates & castra suæ ditioni subjecit, quod facili-

mm) Dubrav. p. 139. puella ex Austriaco genere.

nn) Idem: Crauaro.

1268.

1269.

1270.

1271.

Delatam
imperiam
dignitatem
re-

1272.

1276.

Rudol-
phus re-
petit ab
eo occu-
patas pro-
vincias.

Mutuo ad bellum procedunt.

De pace concordant.

Bohemia & Moravia solum Regi conceduntur reliqua a Rudolpho occupantur. 1278.

faciliter erat facere, ex eo, quod tales de Austria Romano Regi praedicto se sine resistantia subdiderant. Et hoc facto, per Pataniam usque Lincz perveniens, ibi castra metatus est. Quod audiens Ottokarus, potentissimo exercitu congregato iter faciens pervenit usque Drosendorff, fines illos in longitudinem & latitudinem IV. Milliarium occupavit, ibidemque sua fixit tentoria, Romano Rege ex parte alia Danubii persistente. Post lapsum vero VII. hebdomadarum, dum alter ad alterum ob intermedium flumen Danubii non potuisset attingere, per interpositos tractatus terminus certus & amabilis statuitur, quod ambo conveniant, de plena concordia tractaturi. Terminus itaque hujusmodi venientem de pace tractatur, & ambo amabiliter tractant, vel concordant, ut videlicet Wenceslaus, filius Ottokari, Regis Boem. filiam Rudolphi, Romanorum Regis, legitimam ducat in uxorem, & idem sponsaliorum contractus per utrosque Reges certis pactis & literis roboratur. Ottokarus itaque Rex tali amicitia Romanorum Regi conjunctus ad eundem Regis rogatum, & quorundam suorum inductione consilio in manus Rudolphi, Romanorum Regis, IV. Principatum vexilla resignat, credens se per eum de his investiri debere. Quo facto Rudolphus interloquens Ottokaro Regi solum duo contulit, videl. Regnum Bohem. & Moraviae, Marchiam Stryam, Austriam & Carinthiam pro se reservans, promittens tamen Ottokaro Regi, quod postquam majori rerum augmento & prosperitate temporis, dante Domino, potiretur, etiam & aliorum sibi reddere Principatus. His itaque peractis ad plenum, ambo lati revertuntur ad propria. Acta sunt haec anno Domini 1278. VII. Cal. Sept.

C A P. LXXVI.

De ultimo bello OTTOKARI Regis & de morte ipsius.

1279.

Præterea, dum anno immediate sequenti Rex Ottokarus secundum tractatam concordiam & sponsaliorum contractum, eorundem consummationi deberet intendere, quorundam suorum inductione filiam Regis Romanorum suo filio promissam in Monasterium S. Francisci Prage dedit, faciens eam ibidem Regulam & Ordinem profiteri. Hoc facto adversus Rudolphum inductione quorundam suorum inimicitias animo concipiens, Romanorum Regem per nuntios & literas non ad pacem, sed dissensionem & odium concitavit. Et tandem eodem anno potentissimum congregat exercitum, & per Moraviam transiens

procellit ad districtum Lauenl. ibi denique aliquot diebus stetit in campis, & abinde usque in Drosendorff. ulterius castrum ibidem obsedit, & per potentiam obrinuit. Rudolphus vero Roman. Rex hoc dudum praesciens, jam maximum collegerat exercitum diversarum partium & etiam Nationum, & transiens Danubium, ivit, Ottokaro in occursum. Jam enim Ottokarus Rex venerat in quodam monte nemoroso prope flumen Morave, de adventu Romanorum Regis nihil certi praesumens. Rex itaque Rudolphus exploratoribus missis, & etiam inductione oo) Milone de Diedicz, qui adversus Regem quoddam occultum & antiquum odium in corde gerebat, & quem tamen Rex per omnem Marchionatum Moraviae Capitaneum & Praeceptorem constituerat, traditorie comperit, Regem Ottokarum & suos incautos existere, & nihilominus praesumere se securos, subito exercitui Ottokari Regis approximans, improvvisus eum in suis tentoriis undique circumdedit, tandem Rex Ottokarus Rudolphum Rom. Regem, & ejus exercitum esse cognoscens, & proditores multiplices, de quibus Rex Roman. ex eo, quod quondam extiterat in Curia Regis Boem. annis pluribus educatus, Regem Ottokarum nunciarat, plurimum parvipendens, suum ordinat exercitum, magna suorum potentia, qui adhuc nondum advenerant, minime expectata. Et proinde belli fortuitis eventibus se submitunt, de Capitaneo suo Milotha nihil mali suspicans, ipsum cum sibi commissis adversum hostes ab una parte exercitus ordinat & praecipit pugnaturum. Et sic de victoria confisus dispositis aciebus infelicem prorumpit ad pugnam. Ad cum turma sua fortiter acies adversariorum excipiens decertaret, praefatus proditor Milotha cum omnibus suis declinans bellum, & omnium beneficiorum & fidelitatis, quibus Domino suo tenebatur obnoxius, fraudulenter oblitus, Regem suum in tanto discrimine dereliquit. Durum itaque & magnum bellum cum conficitur, multi verecunda fuga suo nequiter transiverunt a Rege, multi fideliter persistentes perimuntur gladio, & plurimi capiuntur. Nam & ipse Rex Ottokarus, qui a principio sui regiminis in multis praелиis & bellis durissimis extiterat, magnificus victor, tunc inopinato belli casu victus occubuit, & de pretiosis spoliis & tanta victoria Romanorum Regis exercitus gloriatur. Mortuus est itaque, sicut praemittitur, illustris Rex Ottokarus anno praefato, videl. 1279. V. Cal. Julii, & in Ecclesia Pragensi sepultus suorum fidelium maximis in lamentis.

Premislaus subito Rudolphi adventu opprimitur.

Rex cecidit.

C A P.

oo) Lege: Milotha.

C A P. LXXVII.

De statu Regni Boëm. & tuitione juvenis
WENCESLAI, filii Ottokari per
Ottonem, Marchionem Bran-
denburgicum.

DEfuncto itaque excellentissimo Rege
Ottokaro, sicut præmittitur, illustris
Brandenburg. Marchio, qui sororem præ-
fati quondam Ottokari Regis uxorem ha-
bebat, Wenceslai, filii Ottokari Regis ejus-
dem adhuc puerilem ætatem habentis, Tu-
tor effectus est, & Regni Boëm. curam Regi-
minis assumpsit. Cujus Tutelæ temporibus
Boëmia pessimè gubernatur & regitur. Nam
infiniti de suis provinciis videl. Marchio-
natus Brandenburgensis, Saxones & alii
Teutonici intrantes Boëmiam incolis regio-
nis ejusdem damna, vexationes & jacturas
innumeras & spoliis, incendiis, homicidiis
& damnationibus, mobilium & immobili-
um rerum & bonorum absque misericordia
multipliciter intulerunt, & adeo occupã-
runt terras Regni Bohemici circumqua-
que, ut incolæ & habitatores ejus, dimissis
propriis hæreditatibus & bonis suis, per
exilia & devia nemorum ac montium den-
sis læterent silvis, se, filios suos, & si qua pec-
corum habebant animalia, propter alieni-
genarum hujus invasiones multiplices, ab-
condentes. Unde, habitatoribus Regni
non colentibus agros ad solitum, caristia
maxima in Regno Bohemæ annis plurimis
est exorta. Similiter præfati advena-
rum Teutonici ad conviventiam præfati
Marchionis Brandenburgici, & sui Episco-
pi Brandenburg. quem Sub-Tutorem
prædicti Regni statuerat, Ecclesia Pragenf.
graviter læsa fuit. Nam ex ea thesauros
regios, ornamenta sanctuariorum, & reli-
quiarum, quæ magnificentia Regum Bohem.
dudum ibidem, devotionis ardore
permota, & ad gloriam Dei & Sanctorum
ejus honorem donaverat & dederat, tam
in auro, argento, lapidibus pretiosis, quam
in aliis ornamentis violenter & temerè ab-
straxerunt, quæque in suos usus, ut placuit,
convertentes. Tali etiam præsumptionis
audacia, verecunda quidem fronte nulli
religioni parentes vel Ordini, Monasteria
& alia Ecclesiarum, reliquiarum, persona-
rum loca utriusque sexus inhumaniter
destruxerunt, usque ad tempus, quo post
prædicti Boëm. tam ex caristia temporum,
quam etiam dictorum bonorum in mole-
stis & pressuris depopulationem & jactu-
ram non modicam, habito per Barones Re-
gni cum dicto Marchione desuper oppor-
tuno consilio, Tobia Pragenf. Episcopo
tutela & gubernatio Regni Boëm. com-
missa fuit. Et expulsis abinde temerariis
Marchio Brandenburg. Saxonibus & Teu-
tonicis supradictis, dictum Regnum & no-

Bohemia
miser sta-
tur, tuto-
re Mar-
chione
Brand.

Ep. Pra-
genf. fit
Tutor.

bilis patria Boëmorum de tantis molestiis
merito liberatur. Eodem etiam anno Do-
mini 1279. Henricus Dux totius Slesie ex
morte dicti Ottokari Regis Glacensem Co-
mitatum & castrum cum tota illa provin-
cia ad tempora vitæ suæ habitura, dunta-
xat pro se recipiens, tenuit & possedit.
Quod ex eo factum est: Nam vivente præ-
fato Ottokaro, Rege Boëm. inter eundem
Regem & dictum Ducem Slesie certis tra-
ctatibus conceptum extitit & tractatum, ut
decedente Duce Slesie prædicto sine libe-
ris masculis, totus Ducatus ipsius ad Re-
gem & Regnum Boëm. hæreditarie de-
volvi deberet, & universam per mortem
Ottokari, Regis supradicti, præfatus Slesie
Dux Glacensem civitatem, castrum & pro-
vinciam ad vitæ suæ terminum obtineret.
Præterea præfatus Marchio Brandenburg.
Tutor Regis & Regni Boëm. Cunegundam
Reginam cum Rege juvene Wenceslao de
castro Pragenf. noctis tempore deduci fe-
cit in castrum Bezdiez & ibidem Boëmis
singulis suis familiaribus ab eadem Regina
depulsis, Saxonesque præficiens mandavit
eam cum filio diligentius custodiri. Et
inhibens sibi à dicto castro sine consensu
Burggravi ibidem licentiam exeundi fa-
tis parcè & minus decenter ipsam in ne-
cessariis sumptibus procuravit. Et licet
per Barones Boëm. dictus Marchio hujus-
modi causa sæpius rogaretur, ut Reginam
præfatam ejusque filium Pragani remitte-
ret, & ibidem decentius observaret, ipse
que se hoc facturum promisit, tamen mi-
nimè adimplevit. Quod tandem Regina
prudenter advertens, opportunitate ca-
ptâ, de dicti Burggravi Bezdienf. licen-
tia se redituram promittens, & filio suo
Rege juvene in castro dimisso, Pragani ad
Agnetem, quondam filiam Regis Boëm. quæ
ibidem in Monasterio Sanctimonialium Or-
dinis S. Francisci vitam gerebat regularem,
fingens se abinde propter exequias quon-
dam Regis Ottokari mariti sui transire Mo-
raviam, per aliam viam Moraviam appli-
cuit, & ibidem apud Ducem Nicolaum,
naturalem filium dicti Regis Ottokari per-
mansit. Præfatus verò Marchio Branden-
burg. juvenem Regem Boëm. in potestate
sua pluribus annis Tutorio nomine ser-
vavit.

Regina
vidua fu-
git in Mo-
raviam.

C A P. LXXVIII.

De ulteriori statu Regni Boëm.

ANno itaque Domini 1281. Otto, Mar-
chio Brandenburg. prædictus, Tobia, 1281.
Pragenf. Episcopo, Regimen & Gubernationem
Regni Boëm. de consensu Regni
commisit, & in suam Marchiam revertitur,
promittens Tobia præfato ac Baronibus
Regni Boëm., ut ipsis certe Wenceslaum
Regem redderet ulterius educandum.
Tandem

Tandem promisso veniente termino, quasdam excusationes prætendens spon-
sionis foedus non tenuit, sed Regem ju-
venem in sua adhuc potestate retinuit.
Hoc etiam anno *Boëmia* de temerariis
præfatis *Teutonis* per *Tobiam*, Pragens.
Episcopum exstitit vacua. Deinde anno
1282. & 83. ex eo, quod annis
pluribus agri per Regnum Bohem. *Teuto-
nicorum*, sicut præmittitur, invalescente
malitia inculti permanserunt, caristia ma-
xima & inde mortalitas per totum regnum
miserabiliter invaluit. Dein anno Dom.
1283. præfatus *Otto*, Marchio Branden-
burg. propter admonitiones promissionum
suarum durat, & multis, quibus per Pra-
genssem Episcopum & Barones Regni
Boëm. restitui petebatur, Regem *Boëm.*
Wenceslaum reddere noivuit, nisi interven-
ientibus tractatibus de dandis dicto Mar-
chioni certis pecuniarum summis, scil. pp)
35000. Marcarum argenti. Ultra quas
etiam pecunias totam *Budissinensem Mar-
chionatum* cum quibusd. castris & aliis ci-
vitatibus in hæreditatem sibi suam accepit
ad votum, & possessione eorum obtenta,
Principem *Wenceslaum* Principibus, No-
bilibus & Regno suo restituit, & tam de
incurioso tuitionis officio, contra juris &
æquitatis normam, salutemque propriam,
multa cupiditate pellente ditatus suos le-
nifere Lares & terram propriam lætus
adiit. *Wenceslaus* itaque, Princeps Regni
Boëm. adhuc juvenis, de tali cupido Tu-
tore solutus suam *Pragenssem* tendit ad ur-
bem, & eidem appropinquans per *Tobiam*,
Pragenssem Episcopum, universosque Ba-
rones Regni *Boëm.* ac Ecclesiasticorum & se-
cularium turmas innumeras. Cal. Junii tri-
pudio multo suscipitur, & solennitate præ-
cipua, sicut tantum Principem decuit, in pa-
terni Regni folio collocatur. Et unde tota
Boëmia, quæ ejus Tutoris improvido Re-
gimini dire dureque gravata doloribus
subjacuit, de adventu Principis sui, prio-
ribus lamentis depositis, & quas fuit
perpeffa pressuras, in totum oblita, vi-
res & animum jocundis spiritibus reassu-
mit.

1282.

1283.
Marchio
pupillum
Bobemis
nonnisi
sub duris
conditio-
nibus vult
remittere.

C A P. LXXIX.

De successibus WENCESLAI II. Regis
Bohemie.

Neunte anno Dom. 1286. *Wenceslaus*, 1286.
Princeps & unicus hæres Regni *Boëm.* *Wences-*
à præfato sororio suo cupido Tutore so-
lutus, Regni sui *Bohem.* Regimen ætate
quidem juvenis, sed animo maturus as-
sumpsit. Quod dum provide regere & gu-
bernare disponderet, quidam Baro *Bob.* de *Sauissus*
Rosenberg, qq) *Sauissus* nomine, vir po-
tens & dives in Regno, *Cunegundem* Regi-
nam, matrem Regis *Wenceslai*, quondam
Ottocari, Patris sui, relictam duxit uxore,
& tunc omnia castra dotalitii dictæ
Reginæ in suam recipiens potestatem. Si-
militer & Regnum *Boëm.* pro nobilitate
sua dirigere & regere nitentur, Regi suo
Wenceslao temerarie se opponens. Et
unde inter Barones Regni, quorum qui-
dam erant cum Rege *Wenceslao*, & qui-
dam non, dissensio non modica est exorta.
Itaque *Wenceslaus* Princeps Regni *Boëm.*
supradictus factum hujusmodi prudenter
advertens, matre sua *Cunegunde* quondam,
jam rebus humanis exempta, de consilio
Pragensis Episcopi & *Nicolai*, Ducis *Oppa-
viæ*, naturalis fratris sui, nec non quo-
rund. Baronum Regni *Bohem.* fidelium,
solennem Curiam celebraturum induxit,
disponens, ut in eadem Curia dicti *Sauissus*
de *Rosenberg* rebellionem domaret reme-
diis opportunis. Statuto igitur hujusmo-
di termino Curia veniente, dicta Curia so-
lenniter celebratur, & inter cætera habito
de statu Regni *Boëm.* necessario & diligen-
ti tractatu, tandem idem *Sauissus* suprad. *Sauissus*
à Rege capi præcipitur, & captus ad sin-
gula rr) castra deducitur, & ad hoc com-
pellitur, ut ea Regi reddat, & suæ Regiæ
debita ditioni. Et sic castris regalibus Re-
gi *Bohem.* omnibus restitutis, ultimo pro-
pe civitatem *Budweis.* & castrum *Froburg* & inter-
ob rebellionem, quæ se Regi opposuerat, *scitur*,
capitali sententia plectitur, & ejus am-
putato capite, dignam supplicii pœnam
luit aliis in exemplum. Præterea post la-
psum

pp) Dubravius pag. 147. habet: *sexagies mille aureum* pro sumptu, quem *Wenceslai* no-
mine insumisset. De Marchionatu *Budissin.* nihil meminit, sed illud tantum: Cum
tanta pecuniæ summa corradi statim non posset, Proceres, quodcumque pecuniæ
contrahere quisque potuerit, quamprimum contraxisse, ac pro reliquo debito arces
nonnullas Regias Marchioni oppignerasse.

qq) Idem: *Interim domum regiam turpis macula aspersit, quam regina, nimis familiariter*
cum ZAUISSIO ROSENSI, Zuoyma. vivens, contraxerat, dum ibi solvit pudorem,
jacet que puerpera in lectulo, & postea cum adultero matrimonium int, ut hoc nomine
prætexat culpam, quam multo magis detexit.

rr) Nam (ut Dubravius p. 148 ait) Præfectos illarum arcium jurejurando obstrinxerat, ne
cui de locis sibi creditis, nisi domino suo præfenti concederent.

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Rrr rr

1290.

psum temporis, scil. anno Dom. 1290. *Wenceslaus* præd. habito cum suis consilio, cum *Rudolpho*, Romanorum Rege, concordatus est, & pactum antiquum, quod olim Rex *Ottocarus*, Pater ejus, cum eodem Romanorum Rege conceperat, adimplevit: Nam non diu post hæc filiam dicti *Rudolphi*, Ducis *Austriae*, legitimam dedit in conjugem. Deinde anno Domini

Wenceslaus filiam Rudolphi ducis.

1291.

Fundatio Aula Regia.

1291, ipse *Wenceslaus* per *Magdeburgensem* Archi-Episcopum pro tunc Archi-Episcopi *Moguntini* consecratur in Regem, & tam ipse quam *Jutta*, uxor ejus Regalibus insigniis juxta solitum decorantur & solemniter coronantur. Et statim altera die transeuntes ad locum *Wraslaw*, ubi flumen *Misa* in *Multaviam* progreditur, Monasterium Fratrum Ordinis *Cisterciensis* solemniter fundaverunt, & primum ædificii lapidem posuerunt, nomen sibi *Aula Regia* imponentes. Præfatus itaque Romanorum Rex, *Rudolphus*, propter dotem filiae *Wenceslao* Regi *Bohem.*, ejus marito *X* millia *Marcarum* assignans sibi, sed super hujusmodi summa pecuniæ, ss) civitatem *Egrensem* cum tota sua provincia titulo pignoris obligavit. Post lapsum etiam dictus *Rudolphus*, Rom. Rex, ordinationis & compositionis tractatum olim inter Regem *Ottocarum* Patrem Regis *Wenceslai* & *Henricum* Ducem *Slesie*, st) si absque liberis masculis mori contingeret, civitas *Wratislav* & Ducatus *Slesie* ad Regem *Ottocarum*, hæredes suos, Regnum & Coronam devolvi deberent, juste perpendens, quod idem Principatus *Slesie* ab antiquissimis præteritis temporibus olim per Reges & Principes instauratus, sub annuo censu, qui eisdem *Boem.* Regibus atque Principibus ejus prætextu annis singulis hæreditarie solvebatur, locatus exstiterat, suis authenticis literis roboravit, quarum tenor sequitur in hæc verba:

Egra oppugnatur Wenceslao a Rudolpho.

C A P. LXXX.

De litera RUDOLPHI Romanorum Regis, super devolutione Principatus Wratislaviensis & Ducatus SLESIE ad Reges Boem. & approbatio dicti Contractus.

Diploma Imperat. Rudolphi de successione in Ducatum Silesia.

Rudolphus, D. G. Romanorum Rex semper Augustus, universis S. R. Imperii Fidelibus, præsentis literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum. Universitatis vestræ notitiæ innotescat, quod nos ordinationem seu promissionem de *Terra*

& Principatu *Wratislav* & *Slesie*, quæ à nobis & Imperio habentur in feodum, quam illustribus quondam *Henricus*, Dux *Wratislav*, noster Princeps, cum illustri & præclaro *Wenceslao* Rege *Boem.*, Filio & Principe nostro carissimo, videl. quod idem Rex *Bohem.* in *Terra* & Principatu *Wratislav* & *Slesie*, si ipsum *Henricum* Ducem mori contingeret, sibi deberet succedere, iniisse dignoscitur & fecisse, ratam habemus & gratam, eam de plenitudine potestatis confirmantes, & dantes literas Sigillo nostro munitas in testimonium super eo. Dat. *Erford.* VII. Cal. Octobr. Ind. 3. anno Dom. 1290. Regni vero nostri anno 17.

C A P. LXXXI.

De Jure & Voce Electionis in Imperio Regum Boem. ad ipsos pertinente antiquitas.

Quod autem Reges *Bohem.* Jus & Vocem eligendi Romanorum Regem antiquitus habuerunt, & ad eos de jure electio hujusmodi pertineat, patet ex Privilegio subscripto:

Rudolphus, D. G. Romanorum Rex, Idem *Rudolphus* Imperator semper Augustus, universis factis *Bohem.* Imperii fidelibus præsentis literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Quanto jura personarum prodeunt in lucem notitia clariori, tanto liquidius posteritati successiva materia tollitur altercandi. Inquisitionis igitur circumspectæ præhabita indagine scrutinioque solerti scire, desideramus, quid quantumque juris in Rom. competat Imperio, & in electione Rom. Regis, futuri Imper., incl. to Regi *Bohem.* Principi & filio nostro carissimo & hæredibus ipsius. Quo facto Principum, Baronum, Nobilium & Procerum Imperii, nec non Veteranorum communi assertionem & concordiam testimonio comperimus assonante, ipsum Regem *Bohem.* Imperii debere *Pincernam* existere, & Jus ac Officium *Pincernatus* apud eum, nec non ejus hæredes jure hæreditario recidere. Exstitit etiam lucide declaratum, prædictum Regem *Bohem.* & suos hæredes etiam *Electionem* Regis Rom., futuri Imperatoris, cum cæteris Electoribus habere debere, ad similitudinem aliorum Electorum eligendi plenarium jus & vocem. Hæc verò *Jura Pincernatus* & *Electionis* nedum dicto Regi & suis hæredibus dicimus competere, sed etiam suis Progenitoribus

ss) *Dubrav.* p. 147. ait: *Imperatorem ei Egram in dotem dedisse.*

st) Idem p. 148. *Ad hunc modum Orbogarus cum Henrico sterili transegerat: „ut si prior is decederet, ipse ei in bonis succederet; sin aliter caderet, ut Orbogarus Glacense præterea territorium Henrico, quoad superstes esset, fruendum adderet; deinde Wenceslavi ut in solidum hæres omnium honorum fieret. „ At Henricus male in Wenceslavi animatus, ut *Wratislavia* eum fraudaret, se suaque sub imperium *Rudolphi* Cesaris subiecit, apud quem tamen plus causa *Wenceslai*, quam fraus *Henrici* valuit.*

„toribus, Abavis, Atavis, Proavis & Avis *uu*)
 „jure plenissimo competeat. Volentes igi-
 „tur dicti Regis & hæredum suorum dispen-
 „diis præcavere, *Jus & Officium Pincernatus*
 „Imperii sibi & hæredibus ejus, & non alii
 „competere, & in electione Regis Rom.
 „futuri Imperatoris habere *Jus & Vocem*,
 „clare recognoscimus, approbamus & præ-
 „sentium testimonio profiteamur. Si quid
 „autem diminutionis vel calumniæ, quod
 „non credimus, circa præmissa cavilliose,
 „malitiose & subdole posset opponi, sup-
 „plemus de plenitudine nostræ Regiæ Po-
 „testatis. In cujus rei testimonium præ-
 „sens Scriptum Majestatis nostræ Sigillo
 „fecimus communiri. Dat. Erford. xx)
 „VII. Cal. Octobr. Indict. III. anno Do-
 „mini *yy*) 1291. Regni verò nostri anno
 „XVII.”

C A P. LXXXII.

*Super roboratione devolutionis dicti Du-
 catus Wratislaviae.*

Post lapsum insuper non multi tempo-
 ris dictus Henricus Dux Slesie absque
 liberis masculis moritur, & per Regem
 Roman. contractus prædictus iterum ro-
 boratur per literam, quæ sequitur in
 hæc verba:

„Rudolphus D. G. Romanorum Rex,
 „semper Augustus, universis S. R. I. Fide-
 „bus præsentis literas inspecturis gratiam
 „suam & omne bonum. Licet munifi-
 „centia nostra dextram ad cunctos fideles,
 „quos Romanorum ambit Imperium, ex
 „officii debito, nobis desuper commisso,
 „porrigere teneamur, maxime tamen ad
 „illustres Principes, qui velut auroram
 „stella præutilans virtutum in gratiosa
 „dulcedine [solent] prævenire. Atten-
 „dentesque inclytum Wenceslaum, Regem
 „Bohem. & Principem filium nostrum ca-
 „rissimum, utpote bene meritum condi-
 „gnis præmiis præmiandum, Principatum
 „Wratislav. & Slesie, quem à nobis & Im-
 „perio illustris quondam Henricus Dux
 „Wratislav. recepit in feodum, nec non
 „omnia feoda vacantia ex morte ejusdem
 „Henrici Ducis Wratislav. ad nos & Im-
 „perium pertinentia, cum omnibus suis
 „attinentiis, possessionibus & jurisdictioni-
 „bus ac juribus universis, quocunque
 „nomine censeantur, dicto Regi Bohem. &
 „suis hæredibus habenda possidenda, à no-
 „bis & Imperio tenenda titulo feudali du-
 „ximus conferenda. Siquid autem dimi-
 „nutionis l. calumniæ, quod non credi-
 „mus, circa prædicta, videl. ut supra.

Et licet literæ hujusmodi emanarunt,
 tamen prædictus Rex Bohem. Wenceslaus,

realem & effectualem possessionem Ducatus
 Wratislav. adeptus non est.

C A P. LXXXIII.

*De Ducatu & Ducibus Opulienf., qualiter
 se Regibus, Regno & Coronæ Boëm.
 submiserunt.*

Præterea Opulienf. Dux se Principatum
 & Terras suas Regi Wenceslao, suis hæ-
 redibus, Regno & Coronæ Boëm. in Vasal-
 los & Vasallagium perpetuum subdidit &
 submitit, prout in subscripta Litera, cujus
 tenor talis est, plenius declaratur:

„Magnifico & Illustri Domino suo, Dn. Casimirus
 WENCESLAO, Serenissimo Regi Boh. & Ducatus
 Marchioni Moraviae, CASIMIRUS, D. G. Oppolien-
 Dux Opulienf. & Dominus in Bucham, sem offert
 cum prompta devotione suæ fidelitatis in feodum
 fervitium indefessum. Cum naturæ in-
 geniosæ artificio creaturam suam Sum-
 mus Opifex in propagandarum rerum
 omnium origine sic formaverit, sicque
 disposuerit, ut quælibet res votivæ confer-
 vationis locum appetat, ibique auxilia-
 ris operis adminiculum quærat, ubi in-
 suæ stabilitatis permanentia melius & fa-
 cilis se tuetur & amicitiae vigor, hic in-
 creatis suas ostendit propagines, ut divi-
 sis potestatibus mundalis machinæ diffi-
 dentia vidat, & res rebus concordia subji-
 ciat unione, mortalium quidem condi-
 tio cum naturalium rerum dispositione
 a Deo progressa opifice non immerito
 etiam mutetur, ut ibi locum hominibus
 quærant refugiis, ubi auxiliare præsidium
 absque spe refugæ salubrius invenitur, &
 illorum se submittunt libentius potestati,
 qui dilectionis & amicitiae puritate a re-
 troactis temporibus per Progenitores tan-
 quam radicitus præconcepta eos favora-
 bilius prosequitur. Imitans equidem præ-
 missa, & attendens subsequenda, quod ex
 favore quondam D. Ottocari, Regis Bo-
 hem., memoriæ bonæ recolendæ; Pater
 meus bonæ recordationis quondam Wla-
 dislaus, Dux Opulienf.; propter devo-
 tionem & obsequia, quibus se totum cum
 prompta benevolentia eidem dederat,
 multa promotionis & honoris beneficia
 suis temporibus est sortitus; Ego, qui
 bonis & utilibus actibus sequor libenter
 vestigia patris mei, considerante & evi-
 denter agnito, quod bonitas, favor & po-
 tentia Vestræ Dominationis, qui claræ in-
 dolis insignibus renitescentes, & paternæ
 prudentiæ nanciscentes vestigia, non len-
 tescitibus subditorum vestrorum commoda
 procurare plurima, mihi, filiis, hæredi-
 bus, Ducatui & hæredibus meis in ipso
 Ducatu

*Alla con-
 firmatio
 successo-
 nis in Si-
 lesiam.*

uu) Apud Hertium in Diss. de renovato Rom. Imp. & Regni Boh. nexu S. II. §. X. ex Gol-
 dasto, Lambecio & Balbino perperam habetur: *pure plenissime.*

xx) Ibid. est: VI. Kalend. Oct.

yy) Ibid. MCCXC.

Menckeani Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

Ducatu existentibus honoris pariter &
 profectuum asserre poterunt incrementa,
 maxime cum per Vos & successores ve-
 stros melius quam per alium a meis vio-
 lentis & meorum fidelium oppressoribus,
 a quibus huc usque oppressi sumus, & op-
 primi iterum potero, cum eisdem fide-
 libus meis possum defensari. De consilio
 deliberato, & bona voluntate & consensu
 filiorum meorum, *Boleslai & Wladislai*, ac
 propinquorum, amicorum, Baronum &
 aliorum meorum, & ipsius Ducatus mei
 Nobilium non coactus, nec vi, nec metu
 inductus, sed bona spontanea & libera vo-
 luntate mea, volens in hoc meam, filio-
 rum, hæredum & successorum meorum
 conditionem facere meliorem, vestra hæ-
 redum & successorum vestrorum omni-
 um Regi *Bohem.* potestati & dominio, me-
 filios, hæredes, Ducatum, civitates, castra,
 oppida & universas possessiones meas &
 omnium Baronum, Nobilium & aliorum
 Terrigenarum meorum in ipso Ducatu
 meo degentium, seu manentium, ac ipsos
 Barones, Nobiles & Terrigenas meos de
 unanimi eorum consensu, nonnullis
 ipsorum etiam presentibus, subjeci &
 in his scriptis subjicio, & manere volo
 perpetuè sic subjectos, eosdem nihilomi-
 nus Barones, Nobiles, Terrigenas, alios
 cives & universos Ducatus mei incolas
 seu habitatores, a fidelitate & homagio,
 quibus mihi & meis hæredibus, filiis &
 universis successoribus sunt adstricti, ex
 nunc sine difficultate qualibet tenore
 presentium absolvendò. Resignavi et-
 iam, & nunc *resigno publice per Vexillum*
meum eundem meum Ducatum, & omnia
 jura ejusdem Ducatus cum utilitate &
 dominio, quæ mihi, filiis, hæredibus &
 successoribus meis & universis in eodem
 Ducatu competunt, meo, filiorum meo-
 rum, qui nati sunt, & si qui nascentur in
 posterum, omnium hæredum & successo-
 rum meorum nomine, ad manus & pote-
 statem ac dominium vestrum, qui recipi-
 tis a me resignationem pro vobis, & hæ-
 redibus vestris ac hæredum successori-
 bus a vobis in perpetuum descendentibus
 universis, in præsentia subscriptorum te-
 stium ad hoc per me, filios, Barones & No-
 biles Ducatus mei prædictos specialiter
 rogatorum, & renuncians expresse meo,
 filiorum meorum quolibet nomine, o-
 mnium Privilegiorum patrociniis & li-
 bertatibus, quæ mihi & eisdem filiis, hæ-
 redibus & successoribus meis, si quæ Du-
 catui ipsi & juribus eorum competunt,
 vel possunt competere in futurum; Et
 specialiter illi libertati renuncians, quam
 mei Prædecessores, Duces *Opulenses*, ha-
 buerunt antea, & quam ego huc usque ha-
 bui, & mei filii hæredes & successores
 habuissent in futurum, ex consuetudine

aliqua vel de jure in eo, quod nulli alteri
 Principi poterant subjici vel debebant,
 de vobis dominio in feodum, vel jure feo-
 di prædictum Ducatum, dignitatem &
 titulum & honorem ejusdem Ducatus,
 nec non Barones & Nobiles & omnes ali-
 os homines & habitatores ejusd. Duca-
 tus, ac omnia alia jura Ducatus prædicti
 recepi, & ex nunc recipio, vobis, tan-
 quam meo & feodi Domino homagium
 feci & facio, vobis fidelitatem, devotionem
 & obedientiam etiam perpetuam promisi,
 & nunc promitto, corporali interposito
 juramento in præsentia Testium eorum-
 dem, ordinando, & omnino fieri volen-
 do, ut filii, hæredes & successores mei u-
 niversi, in ipso feodo nihilominus de
 cætero succedentes, de manibus vestris
 & successorum vestrorum idem feodum
 seu Ducatum recipere, & vobis vestrisque
 successoribus Omagium, fidelitatem &
 obedientiam, interposito etiam juramen-
 to, promittere, ac similiter facere in per-
 petuum teneantur, obligando nihilomi-
 nus, me, filios, hæredes & successores
 meos solenni stipulatione interposita,
 vobis & successoribus vestris, *Bohemie* Re-
 gibus, ut quotiescunque, vel quemcum-
 que feceritis vel vestri fecerint successo-
 res, vos eos juvabo & juvare volo per
 meos successores contra omnem homi-
 nem fideliter toto posse, tanquam *vestri*
Vasallus fidelis quilibet, sive Baro Regni
 Bohem., nec non ad omnia & singula in-
 perpetuum, quæ jura feodi exigunt &
 requirunt, & etiam ad illa, quæ quisque
 Vasallus suo vero Domino facere potest
 atque debet. Promitto insuper & pro-
 misi pro me & hæredibus & successoribus
 meis præd. sub præstito juramento præ-
 dicta omnia & singula prædictorum rata &
 firma tenere & adimplere ac servare per-
 petuò, nec unquam contra eadem vel eo-
 rum aliquod temere facere per me vel ali-
 um, vel alios, quoquo modo. Et renun-
 ciavi expresse, atque renuncio tenore præ-
 sentium in omnibus præmissis & quolibet
 præmissorum, pro me, filiis, hæredibus &
 successoribus meis omnibus, omni adio-
 ni, defensionis, rei cuiuslibet, & omni auxi-
 lio *Juris Canonici* vel *Civilis*, Consuetu-
 dinibus, Constitutionibus & Statutis con-
 trariis, Privilegiis s. Indulgentiis, quibus
 a sede Apostolica, vel a Romano Imperio
 s. a quibuscunque aliis, vel alio *Poloniae*
 Principibus est provisum, ne alienarent,
 vel aliis Principibus subjiciant, & eis O-
 magium faciant, & aliis quibuscunque
 tam generalibus, quam specialibus Privi-
 legiis s. Indulgentiis, quibus ego vel hæ-
 redes mei possemus contra prædicta vel
 prædictorum de jure objicere, vel quo mi-
 hi vel successoribus, ut contra præmissa o-
 mnia vel eorum aliquod, ego, filii, hære-
 des

Renunci-
 atio exce-
 ptionum.

des & succellores mei venire possemus, & ea non teneremus, vel non servaretur, possent competere, vel aliquatenus suffragari. In rei testimonium vel robur perpetuo valiturum præfens Privilegium voluntariè & liberè vobis trado & offero, Sigillorum, mei proprii, & venerabilium Patrum, Dominorum *Tobie*, Pragensis & *Theodorici*, Olmucens. Episcopi, ac illustrium Principum, Dominorum *Boleskoni*, Ducis *Slesie* & Domini, honorabilium personarum *Brunoviens.* S. Benedicti, *Jordani* Montisfor. Præmonstrat., *Reinheri* Cladenbiensis S. Benedicti, & *Henrici* de *Osseck* Cisterciens. Ordinum Abbatum, Pragens. Dioces., & virorum venerabilium Magistrorum, *Ulrici* Pragens., *Johannis* Saxonici, *Ulrici* Melmicens., & *Pardi* *Boleslav.* Ecclesiarum Præpositorum, Magistri *Gregorii* Pragensis, Dni. *Budislai*, Olomucens. & Dni. *Bartholomæi* Wyssegradens. Ecclesiæ Decanorum, ad mearum petitionum instantiam appensione in testimonium evidens roboratum. Acta sunt hæc *Pragæ* in Castro & Palatio Regio in præsentia personarum superius expressarum, & in præsentia Baronum & Nobilium meorum, videl. *Boleslai*, Judicis Terræ meæ, *Jeskonis*, Burggravi *Buchimens.* & *Przemislai* Dapiferi mei, & *Michaelis* Marsalci antedicti, *Bick*, *Bernhardi* & *Theodorici*, Militum, *Leonhardi*, *Pauli*, *Jeskonis*, *Stephani* & *Stephani* *Budwey*, Domicellorum, Nobilium Virorum *Sagerii* de *Camenz*, summi Camerarii Regni *Boem.*, *Salslai* de *Sternberg*, Pragens. Burggravi, *Benessii* de *Wurtemberg*, Camerarii ejusd. Domini mei, Regis *Boem.*, *Wenceslai* *Bavari* de *Strakonitz*, Burggravi de *Klingenburg*, *Prostwin* de *Warawskow*, Camerarii Serenissimæ Domine meæ Regine *Boem.*, *Alberti* Dapiferi & *Joannis* de *Michelsberg* Pincernæ ejusd. Regis, *Burgbardi* de *Winterberg*, *Theodorici* *Spaczmanni* in *Bresmberg*, *Otonis* de *Pothensleyn*, Burggravi in *Tusca*, *Hinkonis* de *Duba*, *Idislai* de *Trziemen*, *Friderici* de *Stennburg*, *Otonis* de *Ilenburg*, *Bohislai* de *Boraw*, *Schlechonitz* de *Wesle*, *Ulrici* de *Nova Domo* & in præsentia multorum aliorum tam religiosorum, quam secularium Electorum & Nobilium, Populorum & Civitatum, qui propterea specialiter de omnibus Regni *Bohem.* finibus pro testimonio fuerant convocati, anno Domini 1289. IV. Id. Januar. Indict. II. Et nos *Theodorus*, Dei Gratia Episcopus Olmucens. rogati per dictum Dnum. *Casimirum* præsentis Instrumento per Magistrum *Ambrosium*, Canonicum Ecclesiæ nostræ Olmuc. nostrumque Notarium nostro nomine subscribi & Sigillum fecimus appendi.

1289.

Nota, quod post *Thobiani* Pragensis Episcopum *Gregorius* promotus fuit. Cui successit *Johannes IV.* hujus nominis, XXVII. Pragens. Episcopus. Hic vixit usque tempus & regimen *Johannis*, Regis *Bohem.*, Ducis *Lucemburg.* filii *Henrici* Imperatoris.

C A P. LXXXIV.

De Adoptione Regni Poloniae.

His itaque, sicut præmittitur, feliciter peractis ad votum, non post multum temporis lapsum dictus Rex *Wenceslaus* Ducatum *Oppaviae*, quem olim *Przemislaius*, alias *Ottokarus*, Rex, pater ejus de parte Marchionis *Moraviae* creaverat, & *Nicolao*, filio naturali suo dederat, & in Vasallagium insigne contulerat, ab eodem *Nicolao*, fratre suo naturali, repetiit, & eo abinde depulso Ducatum eundem pro se retinuit.

Wenceslaus Rex occupat Ducatum.

Deinde eodem tempore *Cracovia* & *Sandomiria* Ducissa (zz) *Gristina* nomine, filia Imperatoris *Bulgariae*, & soror quondam *Cunegundis*, matris Regis *Wenceslai*, cui maritus ejus, dum vixerat, ex eo, quod liberis de suo corpore procreatis careret, ejusd. *Cracov.* & *Sandomiria* Ducatus post mortem suam legaverat, imo id ipsum plenariè transtulerat, Regi *Bohem.* *Wenceslao*, Nepoti suo prædicto, Principatus eosdem donatione inter vivos solenni donavit, & ipsum posuit in possessionem pacificam Principatum eorundem. Quo factò eadem *Gristina* transiens *Bohemiam* in civitate *Pragensi* apud Nepotem suum, *Wenceslaum* Regem, annis pluribus manens, postea diem suum ibidem clausit extremum, & in Monasterio Sanctimonialium S. *Francisci* *Pragæ* penes sororem suam, Matrem Regis *Wenceslai* prædicti est sepulta.

1291. Wenceslaus Rex occupat Ducatum.

Ei Ducatus Cracov. & Sandomir. donatur.

Insuper non post multos annos *Jutta*, Regina *Bohem.* uxor *Wenceslai* Regis, & *Rudolphi* Romanorum Imperatoris filia moritur anno Dom. 1297. VI. Cal. Julii, & in Ecclesia *Pragensi* honorifice sepelitur. Ex hac quidem *Gutta* *Wenceslaus* filium habuit, *Wenceslaum* nomine, & tres filias, videl. seniores *Margaretham*, quæ nupsit *Henrico*, Duci *Carinthiae* & Comiti *Tyrolis*, secundam *Elisabeth*, quæ postea pluribus annis elapsis post mortem ambarum sororum, *Johannem* Principem *Luxemburgensem*, filium *Henrici VII.* Imperatoris, in maritum duxit, qui *Joannes* postea Rex *Bohem.* effectus est. Tertia, quæ habuit maritum *Boleslaum*, Ducem *Slesie*. Deinde anno Domini 1300. in Mense Julio Rex *Wenceslaus* prædictus fecit cudi primos *Pragenses* *Denarios* per quosdam *Gallicos*, qui de *Florentia* propterea advennerunt.

Mors uxoris Wenceslai.

1297. Ejus liber.

1300. Primi Grossi Pragenses.

Rrr rr 3

CAP.

zz) Dubravius p. 148. vocat: *Griffinam*.

C A P. LXXXV.

De adoptione Regni Poloniae per WENCESLAUM Regem & per filium suum Regem Hungariae.

Wenceslaus per nuptias fit Rex Polon.

Igitur eodem anno Wenceslaus, Bohem. Rex praefatus, post uxoris suae Guttae, unicam filiam defuncti Przemislai Regis Poloniae, Elizabeth nomine, duxit in uxorem, per quam Regnum Poloniae est adeptus, & una cum ipsa ejusdem Regni, corona in Gneznensi Metropoli coronatur, & possessione ejusdem Regni ad plenum accepta, cum eadem Elizabeth Boemiam revertitur, faciens eam ibidem corona ejusdem Regni similiter coronari. Praeterea anno Dom. 1301. Andreas, Rex Hungariae decessit, post se liberis de corpore suo non relictis, & quod Wenceslaus Bohem. Rex dicto Regi Andreae affinitate junctus erat, ex eo, quod Proavia sua, soror ejusdem Regis Andreae exstiterat. Praelati, Principes & Barones Regni Hungariae solennes Nuncios suos miserunt ad Wenceslaum, Regem Bohem., significando sibi, quod ipsum concorditer suum in Regem elegerint, supplicaruntque sibi, ut se de Regno Hungariae introumitteret, & tanquam Rex electus concorditer possessionem ejus acciperet. Rex vero Wenceslaus hoc audito, & consilio desuper habito, dedit eis in Regem unicum filium suum, Wenceslaum, quem cum Gutta Regina genuerat, juvenem XII. annorum, quem secum recipientes laeti ducunt Hungariam. Qui statim, dum ibi advenit, cum gaudio multo suscipitur, Rex Hungarorum efficitur, & juxta morem Regum Hungar. consecratur, & etiam coronatur in civitate Bude, & quasi totius Hungariae Regni pacifica possessione potitur.

1301.

Eligitur etiam Rex ab Hungaris.

Quibus mittit filium.

Albertum Austriae cum sollicitat contra Adolphum.

Interea Rudolphus, Romanorum Rex, moritur, cui Adolphus de Nassow ex quorundam Imperii Principum electione successit, qui Romanum Regnum non multa rexit per tempora. Nam inter eum & Regem Bohem. Wenceslaum erat occulta dissensio, & Wenceslaus, Bohemiae Rex, super conceptam adversus Romanum Regem inimicitiam vindicare se cupiens, Albertum, filium Regis Rudolphi, cujus sororem habuit in conjugem, Johanne, seniore fratre ejusdem Alberti, qui sororem Regis Wenceslai, Margaretham, habuit, & ex ea, unicum filium, Johannem nomine, haeredem post se reliquerat, jam defuncto ad hoc animans & inducens, ut adversus dictum Roman. Regem Adolphum inimicitias moveret, & Rom. regimen sibi in ejus odium assumeret, praebens sibi ad hoc efficax subsidium, tam in maxima pecunia, quam gentium armatarum. Quo juvamine Albertus, Dux Austriae, sultus, terras intrat Imperii, & inter Moguntiam & Wormatiam, civitates, in loco, qui dicitur Hasenpul, praelium commit-

tens cum Rom. Rege suprad. ipsum bello devicit, & etiam interfecit. Et tandem Adolpho, Rege Rom. taliter interfecto, per Wenceslai, Regis Bohem. potentiam & auxilium praefatus Albertus, Dux Austriae, in Regem Romanorum per Electores Imperii Principes concorditer est electus.

C A P. LXXXVI.

De ulterioribus successibus WENCESLAI Regis Boem. & quodam Privilegio, quod Rex Bohem. in corona non tenetur Pincernatus Officium ministrare.

Albertus, Rom. Rex, post electionem & coronationem suam, solennem Curiam celebravit in Nuremberg, praesentibus Electoribus & aliis Imperii Principibus, ubi tam amice & charitative tractabat Regem Bohem. Wenceslaum, suum sororium, ut ipsum super omnes amicos suos diligere crederetur. Et unde Rex Wenceslaus permotus ad majorem gloriam Romanorum Regis in corona Regali tanquam Archipincerna Imperii in hujusmodi suo Pincernatus officio ministravit, quamvis ad hoc de jure non esset adstrictus. Nam Rex Bohem. solum ut Princeps Elector Imperii, & non Regalibus Insigniis coronatus in solennibus Rom. Imperat. vel Regum Curias suum tenetur Pincernatus officium exercere. Et ne talis actus Regis Bohem. quem amore Rom. Regis Alberti, sororii sui, tunc fecerat, in sequentiam traheretur, declarationem Regi Bohem. dedit literam, quae sequitur in haec verba:

Wenceslaus Alberto Pincerna officium praestat coronatus.

“Albertus, D.G. Romanorum Rex semper Augustus, universis sacri Rom. Imperii fidelibus praesentes literas inspecturis gratiam suam & omne bonum. Sic nos decet Principum & amicorum nostrorum spontaneis uti servitiis, ut siquid per eos honoris vel officii praeter debitum prompta benevolentia exhibetur, eis vel eorum haeredibus vel successoribus in suis juribus nullum praedictum generetur. Ea propter vos scire facimus, & tenore praesentium protestamur, quod licet illis tres Reges Bohem. dum per Reges vel Imperatores Roman. eos ad solennem eorum Curiam venire contingit, praedictis Rege vel Imperatore coronam Regalem gestantibus, cum eisdem ut praesentibus coronam Regiam uti possunt; non tamen in corona Regia debent praedicti Reges Bohem. praedicto Regi vel Imperatori ministrare in officio Pincernatus. Quod autem magnificus Rex, Wenceslaus, Bohemiae Princeps, & frater noster carissimus nobis apud Nuremberg in solenni Curia nostra proximo die Dominico post Festum S. Martini sedentibus in corona, coronatus ad preces nostras ministravit in officio Pincer-

Prospicitur ei diplomate Cas.

„Pincernatus, hoc non de jure, sed mera
 „dilectione, quam ad nostram gerit perso-
 „nam, eum fecisse dicimus, & ad servien-
 „dum sive ministrandum in eodem officio
 „sub corona Regia nobis vel successoribus
 „nostris, Regibus vel Imperatoribus Ro-
 „manorum; prædictum Regem & omnes
 „successores suos, *Bohem.* Reges testamur &
 „volumus de cætero non teneri, nec ali-
 „quod eis exinde præjudicium generari.
 „In cujus rei testimonium & prædicti Re-
 „gis *Bohem.* & hæredum ac successorum
 „suorum cautelam literas præsentis fieri, &
 „Sigillo nostro Regio jussimus communi-
 „ri. Act. & datum in *Nuremberg*, anno
 „Dom. 1308. XV. Cal. Decembr. Indict.
 „VIII. Regni nostri anno primo.”

C. A. P. LXXXVII.

Approbatio ALBERTI Romanorum Re-
 „gis super tractatu emptionis civitatis
 „PIRN, facta WENCESLAO, Regi
 „Bohemie.

IN præfata *Nurinbergensi* Curia *Albertus*,
 Romanus Rex contractum emtionis &
 venditionis civitatis *Pirn* & pertinentia-
 rum suarum, nec non incorporationis
 ejus factæ Regno *Bohem.* approbavit per
 suum Privilegium, quod se habet in hunc
 modum:

Albertus
 confirmat
 emtio-
 nem Pir-
 na.

„Nos *Albertus*, D. G. Romanorum Rex
 „semper Augustus ad universorum noti-
 „tiam tenore præsentium volumus perve-
 „nire. Quod nos venditionem civitatis
 „Episcopatus *Misnensis*, dictæ *Pirn*, cum
 „castro & pertinentiis suis, sita in terra *Mis-*
 „„*nensium* circa metas *Bohem.* factam per E-
 „piscopum & Capitulum *Misnense* illustri
 „*Wenceslao*, Regi *Bohem.*, Duci *Cracovie*
 „& *Sendumirie*, Marchioni *Moraviae*, Prin-
 „cipi & fratri nostro carissimo, & hæredibus
 „ejus, prout in literis inde confectis & di-
 „ctorum Episcopi & Capituli sigillis mu-
 „nitis plenius continetur, ratam & gratam
 „habentes, nostrum benigne præstamus
 „assensum, & ordinamus atque statuimus,
 „ut dicta civitas, quam ad preces prædicti
 „Regis Regno *Bohemie* unimus, unitam ef-
 „se volumus, ut ad Regnum ipsum de cæ-
 „terò debeat perpetuo pertinere. In cujus
 „rei testimonium præsentis literas fieri &
 „Sigillo Majestatis nostræ jussimus commu-
 „niri. Datum in *Nuremberg* anno Dom. 1311.
 „X. Cal. Decembr. Indict. XII. Regni no-
 „stri anno primo.”

C. A. P. LXXXVIII.

De deductione in *Bohemiam* juvenis WEN-
 „CESLAI Regis *Hungarie*, & de obitu
 „WENCESLAI, sui Patris.

Albertus
 affectat
 regnum
 Bob.

Præterea non multo transacto tempore,
 Albertus, Rom. Rex, ex eo, quod in
 Bohemia fuerat educatus, maximamque

Baronum & aliorum hominum notitiam
 habebat, ibi spe obtinendi Regnum *Boem.*
 & id suis hæredibus applicandi multa cu-
 piditate seductus sororium suum *Wences-*
lao Regem *Bohem.* cœpit adire, & quos-
 dam sibi de *Boem.* Barones allicere, & eidem
 Regi plurimum adversari. Quod *Wences-*
laus Rex *Boem.* sapienter advertens, carens
 liberis masculis, filio suo unico, *Wenceslao*,
 Rege, duntaxat excepto, in maxi-
 ma armatorum potentia intrat *Ungariam*, &
 eundem filium suum abinde reducens *Bo-*
hemiam revertitur: ipsum post obitum su-
 um hæredem & Regem similiter in *Bohe-*
mie Regno præficiens. Quo facto & de
 Regno suo provide disposito, non post
 multa tempora *Wenceslaus*, Rex *Bohem.*
 infirmitate gravi correptus, & ut quidam
 referunt, ex toxico in lecto decubuit, inci-
 piens quotidie durius in hujusmodi lan-
 guore gravari. Quod cum præfatus *Alber-*
tus plenius rescivisset, sperans, quod Rex
Wenceslaus ex infirmitate prædicta mor-
 tem non posset evadere, non sine conspi-
 ratione quorundam Baronum Regni *Bohem.*

Wences-
laus filium
 reducit ex
Ungaria.

Albertus
 intrat *Bo-*
hemiam.

omni sua, qua potuit, congregata poten-
 tia per fines *Districtus Egrensis* *Boem.* Re-
 gnum intravit, & usque *Montesbnta* per-
 venit, æstimans Regem *Wenceslao* jam
 fore defunctum, ex cujus adventu cum
 tanta potentia armatorum cives *Kuthimen-*
ses, & in argentifodinis ibidem, quæ ejus-
 dem Regis *Wenceslai* temporibus sumpser-
 rant initium, laborantes, Regis Rom. obli-
 tionem timentes, infra unius diei natura-
 lis spatium civitatem totam magnam, pro-
 ut hodie cernitur spatiosa, fossatis & opti-
 mis remediis munierunt, & hoc non erat
 impossibile fieri, cum propter argentifo-
 dinas præd. innumerus ibidem populus
 foret, & in hujusmodi tuitionis eorum
 opere, plus quam 100000. hominum labo-
 rabant. Præfatus itaque Rom. Rex *Alber-*
tus, audiens Regem *Bohemie* adhuc vivere, &
 & ordinatione ejus copiosissimum exerci-
 tum adversus eum existeret congregatum,
 absque magna molestia Regno *Bohem.* per-
 sistente sine mora recessit, ex hujusmodi
 concepto suo proposito modicum vel
 nullum profectum reportans. Post quem *Mors*
 VI. septimanis elapsis Rex *Wenceslaus* in
 infirmitate sua fortius accrescente, anno
 Dom. 1310. II. Cal. Julii XXXVI. ætatis
 suæ anno, & à tempore coronationis
 ipsius sexto, diem clausit extremum, & in
 Monasterio *Aula Regie* *Cisterc.* Ord. quod
 ipse fundaverat, secundum morem regum
 est sepultus.

Re infe-
ta rece-
dit.

Mors
Wences-
lai.

1310.

C. A. P. LXXXIX.

De regimine WENCESLAI Regis *Bo-*
hem. *Ungarie* & *Polonie* & ejus
 obitu.

Defuncto itaque *Wenceslao*, Rege *Bohem.*

Wences-
laus Ju-
 nior.

filius suus *Wenceslaus* juvenis, *Bohem. Ungar. & Poloniae* Rex, paterni Regni *Bohem.* sublimatur in solio, & in ætate sex & decem annos habens per suos inordinate mittitur. Quem Rex *Romanorum Albertus* veteri & dudum concepta ejus in animo acquirendi Regnum *Bohem.* cupiditate crescentem similiter, ut Patri suo antea fecerat, cœpit odire & in ejus interitum machinari. Unde præfatus Rex *Wenceslaus* juvenis nono Mense Regiminis sui in regno *Boem.* in *Olmucensi* civitate in Camera sua se non tutè custodiens, procuratione quorundam Principum & Magnatum, malefactores ad hoc pretio conductos proditorie, crudeliter & nequiter est occisus anno Domini 1311. prid. Non. Augusti prædictis a IX. mensibus sui Regiminis. Ipse Rex *Wenceslaus Bohem.* Regnum dilapidans, quibusdam Baronibus Regni meliora castra in eod. Regno *Bob.* & ad Regales usus spectantia hæreditariè tradidit & donavit. Post ejus obitum statim, ut mors ejus innotuit, in regionibus circumvicinis *Wladislaus*, Dux *Siradiae* pro se civitatem *Cracoviae* & Regnum *Poloniae* accipiens, eorum possessionem obtinuit, tanquam *Przemislai* quond. Regis *Poloniae* hæres propinquior & affinis. Similiter *Otto*, *Bavariae* Dux, tanquam hæres vicinior, in Regem *Hungariae* per *Ungaros* est electus, cum quo pro eodem Regno *Carolus*, filius *Caroli*, *Siciliae* & *Apuliae* Regis, dissensionem movit & guerram, & tali inter eos dissensione durante dictus *Carolus* ad ultimum *Hungariae* Regnum obtinuit.

C A P. XC.

De successibus in Regno Bohemæ usque
JOHANNEM, Henrici Imperatoris
Filium.

Præterea *Wenceslaus* juvene, nullo hærede masculo relicto, Barones Regni, qui *Alberto* Rom. Regi favebant, tres filias quond. Regis *Wenceslai* senioris & sorores *Wenceslai* juvenis, nuper defuncti, videl. *Margaretham* Ducissam *Carinthiae*, *Elizabetham* virginem, & *Annam* Ducissam *Slesiae*, paterno exhæredantes in Regno, novercam eorum, videl. relictam quond. *Wenceslai*, Regis *Bohem.* *Elizabeth* nomine, filiam quond. *Przemislai*, Regis *Poloniae*, *Rudolpho*, dicti *Alberti* Rom. Regis primogenito, tradiderunt in uxorem, *Rudolphum* sibi eundem in Regem *Boem.* eligentes, non obstante, quod tres præfate sorores flexis genibus coram omnibus Ba-

ronibus Regni supplicaverunt in publico, ne hæreditate sua, videl. Regno *Bohem.* privarentur. Barones enim prædicti surdis transeuntes auribus præfatas quond. Regis *Wenceslai* filias in hujusmodi petitionibus suis contempserunt & conceptum nequam eorum propositum confirmaverunt. Deinde *Rudolpho* præfato in Regem *Bohem.* sic electo, exceptis Dominis de *Strakonitz*, qui regale castrum *Cingenberg* tenebant & illis de *Waldeck*, alias de *Hasenhurg*, qui castrum regale *Buirgleyns*, alias *Krzywoklat*, gubernabant, omnes Barones Regni velut Regi suo fidelitatem & obedientiam præstiterunt. Unde idem *Rudolphus* primo anno Regni sui in Nobilibus de *Strakonitz* volens ulcisci, civitatem eorum *Horowicz* obsedit, cujus obsidioni, dum ad destructionem eorundem Nobilium intenderet, Deo volente, morte præventus vitam finivit anno Dom. 1307. V. Non. Julii, & est in Ecclesia *Pragensi* sepultus, & non per integrum annum rexit.

Post ejus obitum Barones Regni *Bohem.* ad civitatem *Pragensem* pro eligendo futuro Rege conveniunt, & dum in Curia *Pragensi* Episcopi de hujusmodi electione tractarent, ipsis in unum similiter omnibus junctis, quidam Baro a) *Dobessius* de *Bechin* in præsentia aliorum proposuit, & ad hoc, ut *Fridericum*, fratrem dicti *Rudolphi*, filium *Alberti*, Roman. Regis præfati, in *Bohem.* Regem eligerent, alios inducere nitentur. Et tractatibus versis hinc inde, *Ulricus* Baro, Dominus in *Lichtenburg* de genere illorum de *Bonow*, ex eo, quod dictus Baro de *Bechin* Extraneos voluit Regno *Boem.* præficere, mente permotus prorupit in verba dicens: b) *Quamdiu, Dobessi, de genere inimicorum Regum nostrorum Reges nos habere disponis?* & subito, verbis eisdem non plene completis, vibrato gladio *Dobessium* prædictum perfodit, & in præsentia Baronum omnium interfecit. Similiter & nepos dicti Domini de *Lichtenburg*, dictus *Crussina*, nepotem *Dobessi* eadem hora cæcidit. Et sic in Consilio Nobilium clamor fit maximus, & singuli: *Nolumus Australes, sed revertamur ad regale genus*, concordii voce proclamabant. Inde fit, quod *Henricum* Ducem *Carinthiae*, qui *Margaretham*, seniore filiam dicti *Wenceslai* uxorem habebat, *Bohemiae* elegerunt in Regem. Rex vero *Romanorum*, *Albertus*, præfati *Rudolphi*, filii sui mortem, & electionem Ducis

Occiditur
1311.

Qui fuerint contumaces in eum,

Obit in castris.
1307.

Cruenta comitia Bohem. de eligendo Rege.

Rudolphus Austriacus Rex Boh. eligitur.

a) Dubravius pag. 155. narrat, hoc contigisse ante electionem *Rudolphi*.

b) Legendum puto: *Quamdiu, Dobessi, de genere Germanorum, inimicorum nostrorum &c.* Dubravius habet: *Quousque tandem nobis ingeres tuos Germanos Regum nostrorum parricidas?*

**Albertus
Rex Rom.
interimi-
tur.**

cis *Carinthie* in Regem Bohem. per-
cipiens, qui tunc in Comitatu *Haves-
burg* in *Suevia* morabatur; navigio tran-
siens ultra flumen, quod *Rissa* dicitur,
per *Joannem* filium quondam Ducis *Au-
strie* senioris, ex eo, quod Rex *Albertus*,
licet quondam *Johannes*, Dux *Austrie*,
frater ejus senior *Alberto* fuisset, tamen
quia eodem *Johanne* fratre suo defuncto,
filio suo *Johanni* præfato hereditariam
portionem ipsum ex paterno titulo con-
cernentem, dare penitus recusarat, oc-
ciditur. Et sic impleta est Prophetia
Przemislai, primi Ducis *Bohem.*, videl.
qui dixerat, prout superius in Capitulo
de sublimatione Przemislai, primi Ducis,
dictum est: *Cum generatio mea masculi-
na deficiet, Nepos vindicabit avum.* Nam
Rex *Ottocarus* per *Rudolphum*, Patrem
dicti *Alberti*, *Romanorum* Regis, olim
occisus, ex parte matris avus fuit ejus-
dem *Joannis*, ipseque *Joannes* fuit nepos
quondam *Wenceslai* senioris, Regis *Boem.*
de sorore sua genitus. Sic enim nepos
avum vindicando avunculum interfecit.
Et sic quoad masculinum genus ces-
savit generatio Principum & Regum *Bo-
hem.* de lumbis *Przemislai*, primi *Boem.*
Principis, descendens secundum lineam
paternalem.

C A P. XCI.

De regimine HENRICI, Ducis *Carin-
thie*.

**Henricus
Rex crea-
tur.**

Præfatus itaque *Henricus*, Dux *Carin-
thie*, in *Bohemia* Regem, sicut præfer-
tur, electus, annis quinque Regnum
Bohem. rexit, & in eodem regno diebus
suis suoque regimine nihil, vel modicum
boni fecit. Hujus etiam temporibus
argentifodinæ montis *Chuten* majoris
profectu & utilitatis augmentum ac-
creverunt, quam unquam præteritis, vel
futuris temporibus desuper dinoscitur
esse compertum. Et licet ex montanis
eisdem præfatus *Henricus* infinitos the-
sauros haberet, tamen in his tam pro se,
quam pro Regno *Bohemia*, nihil utilita-
tis exercuit, nec etiam tranquillitatem
& pacem procurare curavit. Eodem
etiam tempore Regina *Elizabeth*, quond.
Wenceslai, Boh. Regis & postea *Rudolphi*
Austrie Ducis, relicta, civitates & castra
dotis suæ videl. *Gretz*, *Mutham*, *Chru-
dim*, *Policz*, & *Jaromir*, in potestatem
Australium tradidit, qui eorum posses-
sionem habentes, se & quosdam de *Sue-
via* in ipsos tanquam Capitaneos præ-

**Bohemia
in nulla
re utilis.**

fecerunt, & Regnum Bohem. ipolis, rap-
pinis & aliis oppressionibus innumeris
vastaverunt. Præfatus etiam *Henricus*,
Carinthie Dux, inductione quorundam
civium majoris civitatis Pragensis & et-
iam montis *Chuten*, solennem Regalem
Curiam in eadem civitate super certo
termino celebraturam indixit. Ad
quod dum Barones Regni *Bohem.* pro-
pterea convocati venissent, dictus *Hen-
ricus* pessimè seductus civium prædict.
consilio, Barones Regni *Bohem.* captiva-
vit, inter quos etiam aliqui sunt occisi.
Et sic curia sua in confusione & scanda-
lo terminatur. Præfati itaque Barones
taliter captivitate retenti post aliquod
tempus cum prædict. civibus Principe
suo infcio concordarunt, & se cum eis
parentelæ foedere conjunxerunt. Nam
Baro de *Lichtenburg*, filiam *Jacobi* de
Turri, civis Pragensis, duxit in uxorem,
& similiter filia Baronis *Henrici*, senio-
ris de *Lipa*, filio *Rutardi* de *Monte Chu-
tensi* matrimonialiter copulari debebat.
Et sic, intervenientibus hujusmodi &
non nullis aliis tractatibus, omnes præ-
fati, qui prius causa captivitatis Baro-
num exstiterunt, liberationis eorum si-
militer fuerunt. Ex quo etiam subsecu-
tum est, quod deinceps Barones Regni
Bohem. de præfato *Henrico* nullatenus
confidentes & ad ejus curiam venire
amplius nolentes, dedignati sunt eum Re-
gem habere, & in ejus expulsionem de
regno medullitus machinantes, adver-
sus eum seditiones & guerras fortissimas
concitaverunt. Igitur tribus annis con-
tinuis, rebus in Regno *Bohem.* se taliter
habentibus, præfatus *Henricus*, *Carinthie*
Dux, *Marchionem Misnensem*, Nepotem
suum, adversus Barones præfatos ad su-
um vocat obsequium, sibi stipendia
larga promittens. Qui Marchio *Misn-*
sis ad rogatum *Henrici* præfati cum
quingentis galeis *Pragam* advenit. Et
sic inter *Henricum*, Ducem *Carinthie*
& Barones Regni seditiones & guerræ
quam plurimæ sunt subortæ. Præterea
inter dissensus tales præfatus *Carinthie*
Dux impedimenta, quæ sibi super Re-
gno *Bohem.* per illustrem *Elizabeth* vir-
ginem, filiam quondam *Wenceslai*, Re-
gis *Bohem.* timebat contingere, præveni-
re & amputare disponens, eandem vir-
ginem, regiam sobolem, cuidam *d)* Ba-
roni de *Bergaw* nomine, qui tunc pro
parte sua fuit, & ejus insistebat obse-
quio, dare voluit in conjugem. Quod
dum

**Multos
Proceres
Bohem.
capit.**

**Seditio-
nes contra
eum.**

**Marchio-
nem Misn-
nem vocat in
auxilium.**

c) Has copias Marchio præmiserat sub Præfecto *Henrico a Hausenstein*, & ipse mox
secutus est. Quæ omnes fere cæsa sunt, Præfecto ipso capto, *Dubravius*
pag. 159.

d) *Dubravius* pag. 158. *Hincconem a Quercu* vocat.

*Elisabetha
filia R.
Wenceslai
abborret
ab inae-
quali ma-
trimonio.*

Capitur.

dum puellæ præfatæ pervenisset ad aures, præfatum Ducem *Carinthiæ*, pro tunc *Bohem.* Regnum regentem, accessit turbato animo dicens ei: *Si me vis, Rex legitimo deputare conjugio, non me degenerem facias, sed mecum de pari genere meo dispone, vel religionem intrare permitte, ut in Monasterio Deo valeam famulari, ad quod me voluntariam & promptam subijcio. Si autem in diminutionem generis mei me fieri decreveris, nunc senties indubie publicum inimicum.* Præfatus autem *Henricus*, audiens hæc verba puellæ, instabat fortius, volens ipsam inducere, ut ejus proposito consentiret. Quo per puellam cognito ex intimo responsalia prorupit, sic inquit: *Ex quo degenerem me facere disponis, ex animo Te de Regno Bohem. similiter expellere cogitabo.* Unde cum virgo præfata verba taliter protulisset, dictus *Carinthiæ* Dux ipsam capi mandavit, & in civitate *Pragensi* per honestam custodiam detineri. Hæc quidem prolis regie fœminei sexus inconsulta captivitas, expulsionis de Regno *Boem.* præfati Ducis *Carinthiæ* potissima causa fuit.

C A P. XCII.

De successibus HENRICI, Ducis Carinthiæ, in Regno Bohemiæ.

1308.

Igitur anno Domini 1308. præfata virgine, sicut præmittitur, captivitatis custodiâ reclusa, dum aliquantum temporis taliter perstitisset, & cura sollicita servaretur, qualiter posset exfolvi & suam captivitatem evadere, anxie cogitavit, & tandem loci & temporis opportunitate captâ, cum quodam sacerdote sene, Capellano quondam patris sui, *Wenceslai* Regis, *Berengario* nomine, deliberatione sua pertractans, hunc modum & ordinem desuper adinvenit, ut foris civitatem *Pragensem* ante portam quandam, quam certa horâ noctis ad ejus exitum designatam jam disposuerat, aperiri. Ipsi Præpositus *Juannes Wyssegraden* pro ipsa & una Domicella cum necessariis equis aptatis, adventum suum sollicitus expectaret. Et sic designato in tempore præfata virgo *Elizabeth*, & unica puella, ejus comite itineris, habentes *Berengarium* suprad. intempestivæ noctis silentio extra custodiam captivitatis profiliunt, civitatis portam advenientes apertam per Præpositum *Wyssegradens.* & equos aptatos reperiunt. Quos protinus ascendentes, directo tramite ad civitatem *Nymburg* super *Albea* flumen pervenerunt. Quam civitatem dum virgo eadem fuisset ingressa, cives convocat, ipsosque verbis

ad Nymburgenses profugit.

talibus prudenter alloquitur: *Illustris quondam WENCESLAUS, Bohem. Rex, genitor meus, dum viveret, de rure & oppido in hoc loco erigens civitatem, muro vos cinxit. Etiam soror meâ senior HENRICUM, Ducem Carinthiæ, maritum habet, juniorque similiter BOLESLAO, Slesviæ Duci, matrimonialiter est conjuncta. En ego sola puella carissimis orbata parentibus per sororium meum, Ducem Carinthiæ, ex eo, quod paterno regioque genere degenerare nolui, per captivitatis custodiam usque nunc, quo ad vos decrevi confugere, sum inimice tractata. Ecce de fidelitate vestra confidens præsidium securitatis vestræ requiro.* Et tandem præfata virgo omnia, quæ sibi acciderant, civibus realiter enarravit. Quod cum cives audissent, licet stupefacti & de hujusmodi dissensione turbati, tamen virginis orphanitate pressa, & quondam Regis *Wenceslai*, patris ejus, impensa eis beneficia ad debitum recolentes, virginem eandem in tuitione civitatis eorum grato animo receperunt, promittentes eam ab omni impetu violento pro viribus conservare. Quæ securitatis promissâ virgo regia ab eisdem civibus grater accepit, gratiarum ipsis uberes referens actiones. Denique Barones Regni *Bohemici*, qui jam dudum per dissensiones & guerras se opposuerant Duci *Carinthiæ* suprad. audientes præfatum virginem *Elizabeth* captivitatis suæ custodiam evasisse, singuli concurrebant ad eum, & qualiter eundem *Henricum*, Ducem *Carinthiæ*, expellere possent de Regno, consilium inierunt, & tandem prioribus guerris, quibus adversus dictum *Carinthiæ* Ducem intenderant, guerras novas & duriores addentes, ipsum undique viribus fortissimis infestare cœperunt, ac copiosum congregantes exercitum, *Pragam* adeunt, & prædictum *Henricum* tunc in castro *Pragensi* existentem, potenter invadunt. Unde fit, quod *Hradczung* ante castrum *Pragensem* nondum vallato muris neque fossatis, inter Barones Regni *Boem.* & gentes dicti *Carinthiæ* Ducis bellum maximum est exortum, & præ nimia constitutione exercitus plurimi cum suis armis & equis in fossam suburbii sunt dilapsi. Postremo tamen Dux *Carinthiæ* per Barones Regni bello devictus, plures ex ejus gladio perierunt, plures capti sunt, & reliqui, qui poterant, in *Pragensi* castrum tuitionis præsidio confugerunt, præfato Duce *Carinthiæ* in turri prima castri sedente, & damnosum sibi spectaculum hoc vidente. Sicque præfata puella regalis generis *Elizabeth* Baronum Regni *Bohem.* suffulta præsidio, dicto sororio suo,

Conspiratio Procerum in Henricum.

suo, Duci *Carinthia*, durissimas guerras movit, & ad ejus exterminium de Regno *Bohem.* multa potentia & astutis ingenii quotidie laboravit.

C A P. XCIII.

De desponsatione *ELIZABETH* prædictæ cum *JOHANNE*, filio Imperatoris *HENRICI*; & expulsionem *HENRICI*, Ducis *Carinthia*, de Regno *Bohem.*

1309.

Pæterea anno Domini 1309. Barones Regni *Bohem.* una cum *Elizabeth* virgine suprad. ad eliminandum de Regno *Bohem.* præfatum *Henricum*, *Carinthia* Ducem, operam sollicitam adhibentes, iterum maturo desuper habito consilio, inter se concorditer tractaverunt, ut *Henricus VII.* hujus nominis, Rom. Rex. de Ducum *Lucenburg.* genere, *Johannem* filium suum, amicum præfate virginis traderet in maritum, & sic ipsos utroque Regno *Bohem.* præficeret. Unde super præmissis conceptibus certi Barones Regni *Bohem.* *Romanorum* diriguntur ad Regem, cum dicta virgine *Elizabeth*, filio *Romanorum* Regis prædicti, Regnum *Bohem.* offerentes; quorum votis & oblationibus tantis *Roman.* Rex gratanter consentiens, conceptos hujusmodi tractatus admisit. Et sic Barones præfati mittentes *Bohemiam*, præmissæ virginis nunciaverunt, quæ assumptis secum majoribus Regni *Bohem.* Baronibus, civitatem *Spirensis*, in qua Rex ipse tunc temporis moram traxit, gaudenter advenit, & à *Romanorum* Rege honorificentia digna suscepta. Idem Rex dictum *Johannem*, unicum filium suum, XIV. annos ætatis habentem, præfate *Elizabeth*, quæ XVI. annorum senex fuit, legitimum tradit in maritum, & ibidem solennes nuptiæ celebrantur. Quibus peractis ad debitum, Rom. Rex *Henricus* filium suum de Regno *Bohem.* solenniter investivit, & tam ipsum, quam Reginam *Elizabeth* cum Baronibus *Bohem.* adjungens ipsis *Petrum*, Archi-Episcopum *Moguntinensem*, *Bertholdum*, Comitem de *Henneberg*, Burggravium de *Nuremberg*, illos de *Hohenloch*, de *Castel*, & multos *Alemanica* Nobiles, cum maxima potentia armorum ad exterminandum præfatum *Henricum*, Ducem *Carinthia*, in *Bohemiam* honorificentia multa remisit. Qui dum taliter ad *Boemiam* venissent, civitatem *Pragensis* viriliter obsederunt, & tandem obsidioni hujusmodi diebus aliquot insistentes, ex eo, quod præfata Regina *Elizabeth*, propter eximiam prudentiam ejus inter cives civitatis *Pragensis* multos habebat amicos & per contra-

Elisabetha fit conjux filii Imperatoris.

Menckeni: Scriptor, Rer. Germ. Tom. III.

rium *Henricus* Dux ob vesaniam ejus & stultitiam plurimos inimicos, de aperiendo sibi per eosdem fautores una porta civitatis ejusdem secretius. [egerunt.] Unde tali interveniente tractatu in conditi aurora diei per portam taliter ipsis apertam Rex *Johannes*, Regina *Elizabeth*; & omnis exercitus eorum sine quovis obstaculo civitatem *Pragensis* intraverunt, anno Dom. 1310. III. Non. Decembr. Quod milites & gentes dicti Ducis *Carinthia*, nec non cives, qui eidem adhæserant, videntes, Hospitale in pede montis *Pragensis* ad parvam civitatem & castrum *Pragensis* trans *Wltaviam* fluvium fugierunt. Hospitale verò prædictum per gentes Regis *Joannis* fuit similiter eodem die acquisitum. Denique verò Idus Decembr. Dux *Carinth.* prædict. secreto habito consilio, circa medium noctis iter arripiens civitate *Pragensis* & *Boem.* Regno dimisso una cum conjugem suam *Margaretha* seniore sorore Regine *Elizabeth*, sub Regis *Joannis* & Regine securitatis conductu, directo tramite *Carinthiam* remeavit. Sicque primaria præ omnibus aliis civitatibus & castris & in Regno *Bohemica* præfate Duce *Carinthia* amplius non exstante, omnes aliæ civitates & castra Regni *Bohem.* se Regni *Joanni* & Regine *Elizabeth* unanimes subdiderunt. Tandem post hæc prid. Non. Febr. requiritibus monitis & petitionibus Baronum Regni *Bohem.* Rex *Johannes* per dictum *Petrum*, Archi-Episcopum *Moguntinensem* in Ecclesia *Pragensis* more regio consecratur, & tam ipse, quam *Elizabeth* Regina, regalibus insigniis decorantur.

Praga occupatur a Johanne.
1310.

Henricus Bohemia discessit.

Eodem etiam tempore Nobilis in *Austria* civitas *Vienna* & aliæ civitates ibidem ex morte Regis Rom. *Alberti*, Ducibus suis rebellare coeperunt, & tandem audientes *Henricum* *Lucenburg.* in Roman. Regem electum, filiumque suum unicum *Johannem* *Bohem.* Regem existere, & *Henricum*, Ducem *Carinthia* de Regno *Bohem.* declinasse, *Albertum* & *Otonem*, *Fridericum*, *Lupoldum* & *Henricum*, filios dicti quondam *Alberti*, *Romanorum* Regis, de *Austria* expulerunt, adeo, quod nihil obtinuerunt in ea, nisi *Medelick* & *Starenberg* castra cum *Nova Civitate*, quibus illi de *Waldeck* præerant nomine Ducum *Austria* prædictorum. Præfecerantque dicti Nobiles ac civitates *Austria* toti Ducatui generalem Vicarium, Dominum de *Potendorf*, ut ibidem Vicarius usque ad mandatum *Henrici*, Roman. Regis, & adventum ejus, quem ipsis & Ducatui *Austria* deputaret, & daret in Ducem, Ducatum eundem tenere deberet, super præmissis

Viennenses expellunt Duce Austria.

SSS SS 2

ad

ad dictum Rom. Regem *Henricum* solennes nuncios transmittentes. Quod Duces prædicti studiosius advertentes, & provido potiti consilio, *Fridericus*, *Lupoldus* & *Henricus*, seniores fratres, suorum & etiam ipsorum fratrum nominibus iter arripientes celerius, & dictorum Nobilium & Civitatum *Austriæ* nuncios præcuntes, citius ipsis Romanorum præfati ad Regem pervenerunt, & cum eorum Rege, interveniente tractatu promiserunt filio *Joanni* Regi, & *Elizabeth* Reginae *Bohemie* singulis, quas in *Boim.* ex parte matris eorum *Elizabeth*, olim Reginae *Bohem.* relictae quondam *Wenceslai* & deinde *Rudolphi* Regum, ibidem civitates habebuat & castra, signanter *Grecz*, *Mutani*, *Chrudim*, *Polisz* & *Jaromir*, & ultimo hoc dicto Rom. Regi quadraginta millia Marcarum argenti persolvere, & quod unus ex fratribus supradictis cum ducentis Galeatis, quam diu in *Italia* persisteret, in ejus deberet obsequio permanere. Quæ quid pacta & promissiones eorum Romanorum Rex *Henricus*, nescius de rebellionem, quam habebant in *Austria*, inductione suorum acceptans, præfatos Duces de *Austria* & *Stirie* Ducatibus solemniter investivit. Nuncii vero Baronum & civitatum *Austriæ* post præmissa ad Regem Romanorum præfati præsentiam similiter venientes, ex eo, quod jam Duces prædicti, sicut præmittitur, infeodati fuerint, intentione sua frustrati de mandato Roman. Regis prædicti, tam ipsi, quam civitates ac Barones in *Austria* ad præfatos Duces velut Principes & Dominos suos, subjectione debita sunt reversi. Et sic præfati Duces *Austriæ* cum gaudio ad propria revertentes promissa Roman. Regi *Henrico*, & *Joanni* Regi ac *Elizabeth*, Reginae *Bohem.* quilibet fideliter exequuntur. Et facta hæc sunt anno Dom. 1311.

1311.

C A P. XCIV.

De successibus & obitu HENRICI Imperatoris.

His itaque peractis post modicum temporis, Roman. Rex, *Henricus* prædictus cum magna potentia armatorum se transtulit *Italiam*. Qui *Almanniam* rexit annis tribus. Cum quo *Lupoldus*, Dux *Austriæ*, juxta promissum suum cum CC. Galeatis transivit *Italiam*, & tam ante coronationem suam, quam post, usque dum morte præventus obiret, in ejus servitio permansit fideliter. Hic *Henricus VII.* primus sine rebellionem *Mediolanum* obtinuit cum omnibus civitatibus *Lombardie*. Postea verò Rex Roman. in civitate *Mediolan.* manente, *Mediolanenses*

Gesta Imperatoris in Italia.

concitaverunt rumorem, sed per gentes Regis Roman. devicti fuerunt. Et sic Imperator abinde recedens, *Masseo*, civi *Mediolanensi*, qui antea per multa tempora fuerat de civitate depulsus, & deductus in non modicam paupertatem, civitatem eandem gubernandam commisit. Eodem etiam tempore prædicto Rom. Rege civitates *Cremona* & *Brixia* rebellaverunt, propter quod Rex exercitum movens *Cremonam* obsedit, quæ se ad gratiam suam dedit. Ipse verò portas & muros deponens civitatis ejusdem, fossata mandavit complanari. Et sic civitatem intrans, ipsam in gratiam suam assumpsit. Deinde transiens *Brixiam*, in ejus obsidione sex mensibus laboravit. *Gerhardum* de *Brosago* de potentioribus civitatis ejusdem, cujus machinatione rebellio hujusmodi fuerat suscitata, in quodam congressu captum detinuit, & ipsum traditorem suum rotæ supplicio miserabiliter fecit extingui, civitatemque *Brixiam* similiter potenter obtinuit. Post quod - - - - - num ivit, ubi *Margaretha* Regina, filia Ducis *Brabantie*, uxor sua, Mater *Joannis*, Regis *Bohem.* obiit, & ibidem apud fratres minores, ut decuit, est sepulta. A quo loco Rex per mare *Pisas* applicuit, & abinde *Romam*, ubi ex eo, quod *Robertus*, *Apulie* Rex, qui præfatus *Romanorum* Regi erat contrarius, magna potentia gentium armatorum civitatem minorem *Romani*, ubi Ecclesia S. Petri sita est, munierat. In Ecclesia S. Joannis Lateranensis per Ostiens. & duos alios Cardinales, quos *Papa*, *Clemens IV.* propterea *Romani* trans miserat, in Imperatorem anno Dom. 1313. in die SS. Petri & Pauli extitit coronatus & unctus. Et post coronationem suam cum exercitu vallavit *Florentiam*, mittens in *Almanniam*, ut tam *Johannes*, Rex *Bohem.* filius ejus, quam ceteri Principes *Almannie* cum gentibus & sumptibus sibi in auxilium properarent. Medio tempore Imperator *Henricus* de *Florentia* suum movit exercitum, volens in *Apuliam* proficisci, & veniens ab alia parte civitatis *Senarum*, in quodam loco rurali, dicto *Boni*, convenit ipse cum suo exercitu persistente, infirmitate correptus obdormivit in Domino. Quas lamentabiles novitates præfatus *Joannes*, Rex *Bohem.* & alii *Almannie* Principes & Nobiles, qui juxta mandatum præfati Imperatoris de laribus suis per multum itineris spatium transierunt, rescientes, quilibet eorum ad propria est reversus. De gestis & actibus dicti VII. *Henrici*, Imperatoris, si quis plura scire desiderat, cum hæc in præfati sufficiant, recurrat ad *Chronicon Romanum*.

1313.
Coronatur Roma.

Obit.

C A P.

C A P. XCV.

De JOHANNIS, Regis Bohem.
Filiis.Liberi
Johannis.

Igitur Joannes Rex Boem. post mortem Patris sui Henrici VII. Imperatoris, ætatis suæ anno XVII. ex Elizabeth, uxore sua, Regina Bohem. filia quondam Wenceslai, Regis ibidem, procreavit hos liberos, 1) Margaretham, quæ anno Domini 1312. nata est, & quam postea matrimonio junxit Henrico, Duci Bavarie, ex qua idem Henricus genuit filium, qui non multis annis vixit, & mortuus est, matre sua sterili permanentè. Sicque absque prole Margaretha eadem decessit. Deinde anno Dom. 1315. ex dicta Elizabeth genuit filiam II. nomine Gutta, quæ in latino Bona dicitur, quæ nupsit Joanni, filio Philippi, Francorum Regis, qui Johannes ex eadem Gutta genuit Carolum, Regem Francie, & fratris ejus, videl. Ludovicum Andegavens., Johannem Bituricensem & Philippum, Burgundie Duces. Iterum Rex Joannes præfatus ex dicta Elizabeth, Regina Bohem. post Guttam præfata genuit in civitate Pragensi Wenceslaum primogenitum suum, videl. anno Dom. 1316. Non. Januarii, hoc est tempore S. Bonifacii Episcopi, & socio- rum ejus, Martyrum. Qui Wenceslaus postea per Carolum, Regem Francie, in sacramento confirmationis in Ecclesia S. Dionysii prope Parisios ad instar nominis sui Carolus est vocatus. Hic Carolus postea Romanorum Imperator ac Bohem. Rex inter Imperatores alios appellatus. Genuit etiam postea dictus Johannes, Bohem. Rex ex dicta Elizabeth filium nomine Przemislaum anno Dom. 1319. qui in puerili ætate duos solum annos habens ætatis vitam finivit, & in Monasterio Aula Regie sepelitur. Deinde anno Dom. 1322. genuit tertium filium, nomine Johannem, qui postea Marchio Moravie est effectus. Deinde iterum ex eadem Elizabeth genuit filias duas gemelas, unam nomine Annam, quæ postea Ortoni, Duci Austrie matrimonio juncta fuit, aliam Elizabeth nomine, quæ in pueritia obiit. Et amplius Elizabeth, Regina Bohemie, & cessavit liberos procreare.

C A P. XCVI.

De regimine Regis JOHANNIS, & successibus, nec non electione aliorum Romanorum Regum.

1315.

Præterea præfato Rege Bohem. feliciter gubernante, & ex morte Henrici VII. Rom. Imperatoris Imperio Romano vacante anno Dom. 1315. inter

Electores Imperii super electione futuri Romanorum Regis grandis oritur dissensio. Ex quo fit, quod Trevirensis Archi-Episcopus, frater quondam Henrici Imperatoris, Johannes, Rex Bohem., filius ejusd. Henrici, & Petrus, Archi-Episcopus Moguntinensis, Woldemarum, Marchionem Brandenburgensem parti suæ consentire cogentes in campis prope Franckensfurt super Moyam fluvium, Ludovicum, Ducem Bavarie Romanorum elegerunt in Regem, & electione hujusmodi celebrata Franckensfurtensem civitatem cum magna potentia, gentium armatorum intrantes, Ludovicum eundem ornatu regio decoratum secum inducunt, & ipsum in Ecclesia B. Bartholomæi, ad modum electionis Romanorum Regum, super Altare ponunt, ac ipsum abinde Aquisgranum ducentes per Archi-Episcopum Moguntinensem inungi & consecrari procurant, locantes eum in ejusd. civitatis sede Regali. Ex adversa vero parte præfatis Electoribus Principibus Imperii, & hoc circa electionem dicti Ludovici, præstantibus, Archi-Episcopus Coloniensis, Comes Palatinus Rheni, & Rudolphus Saxon. Dux, Fridericum de Ducibus Austrie, filium quondam Alberti, Roman. Regis, similiter eligunt Romanorum in Regem: quem idem Colonia Episcopus occulte procuravit in oppidum Bonnense venire, & eum ibidem apud fratres Minores coronavit in Regem & unxit. Hinc est, quod ambo Reges taliter electi & etiam coronati, pro acquirenda possessione ejusdem Regni fortem ab utraque parte congregant exercitum super Rhenum; sed tunc neque conveniunt, neque aliquid dignum relatu perficiunt, & sic quilibet eorum revertitur ad propria. Demum non post multum temporis iterato majorem quilibet, ut potuit, congregat exercitum, & prope oppidum Eslingen ex utraque parte fluvii dictus Ludovicus, Johannis Bohem. Regis, & aliorum adhærentium sibi; præfatus etiam Fridericus, fratrum suorum suffulti præsiis conveniunt. Quibus sic stantibus & ex fluvii discursu divisus in quodam vado ejusdem fluminis insurgere cœpit tumultus, & uterque exercitus ad arma ruit, & alter alterum invadere nitebatur. Et dum in vado prædicto talis fieret congressio, fertur M. D. equos in dicto fuisse impetu ab utraque parte exercitus interfectos. Sic quod pro tunc partes non potuerunt se attingere divisi, ambo iterum ad propria revertuntur. Eodem etiam tempore, scil. anno Dom. 1316. die Bonifacii Episcopi & Martyris, qui fuit Non. Julii, præfata Elisabeth, Regina Bohem. peperit Wenceslaum, postea Carolum,

Discors
electio in
Imperio.

Prælium.

1316.

1317. *Carolus*, sicut præmittitur, nominatum. Præterea anno Dom. immediatè sequenti Rex *Joannes* Regni sui & etiam paterni *Lucemburgensi Ducatus* disponens negotia, in illis annis duobus, instetit, prout temporis & locorum necessitas exposcebat.

C A P. XCVII.

De regimine *Johannis* & successibus.

1318. Præterea anno Dom. 1318: dictus *Joannes*, Rex *Boëm* *Nicolaus*, filio *Nicolai*, quondam Ducis *Oppaviensis*, filii naturalis quondam Regis *Przemislai*, alias *Ottokari*, qui per *Wenceslaum*, quondam *Bohem* Regem, filium legitimum *D. Ottocari*, de Ducatu *Oppaviensi* expulsus fuit, contulit, prout patet in litera subscripta:

Nicolaus Ducatum Oppav. a Johanne in feudum recipit.

„Nos *Nicolaus*, D. G. Dux *Oppav*: „ad univerforum tam præsentium, quam „tutororum notitiam cupimus perveni- „re: quod cum Serenissimus Dominus „noster, Dn. *Johannes*, Rex *Bohem*. & „*Polon.* ac *Lucemb.* Comes illustris, con- „sideratis fidei & servitorum nostrorum „meritis, quibus nos suæ munificæ libe- „ralitatis gratiam meruisse cognovit, & „pensatis veteribus & fidelibus per nos „sibi præstitis & præstandis servitiis, ex „sua munifica liberalitate nobis & hære- „dibus nostris in feodum conferendi „contulerit in perpetuum terram seu „*Ducatum* suum *Oppavia* cum dignitate „& titulo Ducatus ipsius, nec non cum „civitatibus, castris, munitionibus, vil- „lis, possessionibus & univèrsis aliis per- „tinentiis, utilitatibus, proventibus & „juribus terræ suæ Ducatus ipsius, prout „in Privilegio suo super his nobis dato, „hæc omnia plenius & expressius conti- „nentur. Nos pro Nobis & hæredibus „nostris recipientes in feodum à dicto „Domino nostro Rege ipsum Ducatum „cum omnibus & singulis supradictis sibi „recipiendi, pro se & pro suis hæredibus „ac successoribus Regibus *Bohemie*, tan- „quam vero feodi prædicti Domino feci- „mus & facimus homagium, promitten- „tes ipsi fidelitatem, devotionem, obe- „dientiam & reverentiam perpetuam per „præsentem corporali per nos interpolito „sacramento ordinando & omnia fieri „volendo, ut hæredes ac successores no- „stri in ipso feudo seu Ducatu succeden- „tes de manibus Dni. nostri Regis, & præ- „dictorum suorum hæredum idem feo- „dum s. Ducatum recipere jure feodi ab „eis Omagium, fidelitatem, devotionem „& obedientiam ac reverentiam prædict. „interposito etiam sacramento, promit-

tere, fideliter facere in perpetuum te- „neamur. Obligando nihilominus Nos, „hæredes ac successores nostros prædi- „ctos, sub promisso juramento corpora- „liter præstito, solenni stipulatione inter- „posita, ipsi Domino nostro Regi, hære- „dibus ac successoribus suis promittimus „præfatis, ut quotiescunque & quando- „cunque ipse Dominus noster Rex jusse- „rit, vel ejus jusserint successores, ipsum „& eos juvabimus, & juvare volumus „per hæredes & successores nostros con- „tra omnem hominem fideliter toto pos- „se, tanquam ejus fidelis Vasallus suo vero „Domino facere potest in omnibus atque „debet. Hoc autem specialiter expresso, „quod si nos vel quemcunque ex hæredi- „bus nostris & successoribus nobis succe- „dentibus in Ducatu prædicto, continge- „ret decedere, filiis legitimis non relictis, „ex tunc statim Ducatus ipse cum omni- „bus & singulis supradictis ad dictum Do- „minum nostrum Regem, & hæredes ac „successores suos prædictos & ad Regnum „*Bohem.* prædictum libere revertantur. „Promissimus denique & promittimus so- „lenni interposita stipulatione, ac pro- „missum est pro hæredibus ac successoribus „nostris prædictis, sub præstito jura- „mento, prædicta omnia & singula firmi- „ter servare perpetue & inviolabiliter „adimplere. Testes autem, qui præmissis „interfuerunt, ad hoc vocati & rogati „sunt hi: videl. Illustres Principes, Do- „mini *Boleslaus* & *Hinko*, Duces *Slesie*, „Nobiles viri *Ulricus* Comes de *Hanau*, „*Otto* de *Kulandia*, *Petrus* de *Rosenberg*, „supremus Camerarius Regni *Bohem.* „& *Henricus* de *Lippa*, sub-Camerarius „ejusdem Regni *Bohem.* *Ulricus* de *Men-* „*dicò* Burggrav. *Prag.* *Benessius* de *War-* „*tenberg*, *Pincerna*, & *Hermannus* de *Mi-* „*liczin*, Dapifer dicti Regni, *Ulricus* de „*Ryczano* Judex Terræ, *Thimo* de *Colditz*, „*Henricus* de *Lichtenberg*, *Hermannus* & „frater ejus *Hincko*, filii *Pothonis* de *Fri-* „*deland*, *Bernhardus* de *Czinburg*, *Enst-* „*fer*, *Hermannus* de *Zwieczelicz*, *Sbinko* „de *Mendiko*, *Spaczmannus* de *Benessow*, „*Sizema* de *Hirstein* & *Sdencko* de *Kolban*. „In quorum testimonium præsentis lite- „ras fieri fecimus & Sigilli nostri appen- „sione muniri. Datum *Pragæ*, V. Non. „Julii anno 1318. „

C A P. XCVIII.

De ulterioribus successibus Regis JO-
ANNIS & captione Ducis Au-
striae.

Post lapsum itaque dicti temporis, vi-
del. anno e) 1319. dicti Reges Ro-
manorum, *Ludwig*, *Bavariae* Dux, & *Fri-*
dericus, 1319.

e) Hoc proelium alii omnes referunt in an. M CCC XXII.

dericus, Dux Austriae, adipiscendi Imperii avidi, omnem, quam poterant, armorum congregant potentiam, Johanne, Rege Bohem. praefato Ludovico de Bavaria cum maxima militum turma, & suarum gentium multitudine assistente & prope Müldorff conveniunt, & aciebus dispositis bellum inferunt, & uterque cupiens esse victor, alter in alterum praeliatur. Unde fit, quod de fortiori fortis expertus, multa caede partium utrarumque, sed majore partis unius dispendio magnanimis milites prosternuntur. Et tandem Fridericus, Dux Austriae, Romanor. electus Rex, bello devincitur, captivatur & Ludovici de Bavaria, similiter Romani Regis electi manibus assignatur. Similiter praefatus Joannes, Rex Boem. eodem in bello decoratus baltheo militari, suas fortes vires ostendens, multaque strenuitate decertans, Henricum, Ducem Austriae, fratrem Friderici, Regis praedicti, devicit & captivum obtinuit. Sicque Ludovicus, Roman. Rex, potentia Johannis, Regis Bohem. suffultus, ad vorum gloriosam victoriam est adeptus. Promiserat itaque idem Ludovicus Johanni, Regi Bohem. ob meritum tanti juveninis Brandenburgensem Marchiam, quae pro tunc a morte Woldemari, Marchionis ibidem, absque liberis masculis defuncti vacavit, in feodum conferre, & civitates f) Aldenburg, Zwickau & Kemnitz, pro certa pecuniarum summa titulo pignoris obligare, datis literis & vallatis promissionibus super eo. Quas quidem promissiones & literas habita victoria Ludovicus Romanorum Rex praefatus minime adimplevit. Nam Marchiam Brandenburgensem Ludovico, filio suo, contulit, & praefatas civitates Marchioni Misnensi, cui filiam suam dedit in conjugem, titulo pignoris obligavit. Et unde Rex Johannes Bohem. praefatus a Ludovico praefato in placido animo separatus Boemiam revertitur, Henricum, Ducem Austriae, quem bello ceperat, secum ducens, quem in castro suo Burgleys, in quo Wenceslaus, alias Carolus, primogenitus ejus, residebat, sub honesta mandavit captivitatis custodia custodiri.

C A P. XCIX.

De ulterioribus successibus JOHANNIS, Regis Bohem. & liberatione Du-

cis Austriae, de transitu Regis in Prussiam & de guerris adversus Ducem Leodiensem.

Cum itaque eodem anno videl. 1319. Johannes, Rex Boh. in regnum suum, sicut praedicitur, esset reversus, promissiones & pacta sibi per Ludovicum, Romanorum Regem, ut superius exponitur, violata patienter non ferens. Marchiam Budisfnensem, Görlicensem, & Lusatia ejusdem Marchiae civitates, districtus & castra, quae olim Otto Marchio Brandenburg. dum quondam Wenceslai, Regis Bohem. tutor fuerat, a Bohemia Regno abstraxerat, & quae ex morte Woldemari, ultimi Marchionis Brandenburg. sicut praefertur, pro tunc dicti Ludovici, Romanor. Regis, opinione dicebatur vacare, cum potentia armorum intravit, & totam ipsam Marchiam Regno Bohemiae, ad quod jure haereditario & justo titulo pertinebat, ad debitum requirens, juste suae ditioni subiecit. Similiter usque Gubin progrediens, Marchiam Lusatae tentavit subjugare, & abinde reversus suum remeavit in Regnum. Et cum exercitu Austriam intrans, ipsam usque Danubium in omnibus finibus illis vastavit totaliter & destruxit. Hic Johannes, Rex Bohem. duas sorores habuit, filias VII. Henrici Imperatoris, quarum una Carolum, Regem Ungariae, maritum habuit, quae in partu primae prolis suae, una cum foetu occubuit. Post cujus obitum idem Carolus, Ungariae Rex, filiam Vladislai, Siradiae, Cracoviae & Sendomiriae Ducis, qui & Gnezdnam Poloniam habuit, duxit in uxorem. Qui etiam Vladislaus postea, videl. anno Domini 1320. ex dicti Caroli, Ungariae & Roberti, Siciliae Regum promotione per Joannem XXI. Papam in dictis Terris Polonicis Rex electus est, & ejus mandato etiam coronatus & unctus in Regem. Praefatus etiam Carolus, Ungariae Rex, cum dicto Rege Johanne super liberatione Henrici, Ducis Austriae supradicti tractans, ad operam redemptionis, cujus taliter obtinuit, ut Regi Henrico Johanni praedicto idem Henricus, Dux Austriae, g) 14000. Marc. argenti captivitatisque solveret, civitatem Snoymensem, & alias civitates Regni & Marchionatus Moraviae dudum alienatas, nec non universa Privilegia Statum Regni & suorum tangentia haecenus quomocunque acqui-

Praelium prope Müldorff.

Fridericus captivatur.

Virtus Johannis Regis.

Imperator tres civitates imperiales oppugnerat.

Austriam vastat.

1320.

Henricus

Dux Austriae

Dux ex

Johannis

custodia

liberatur.

f) Hinc emendandum est Chron. Aulæ Regiæ cap. XI. extr. Johannes Rex Boemia de tribus civitatibus Imperialibus videlicet ALDENBURG

& WITZOW & CITZ se nomine Imperii intromittit.

g) Chron. Aulæ Reg. cap. XII. habet. Novem millia marcarum argenti.

acquinta, restitueret, ac nihilominus pro 20000. Marc. argenti civitates *b)* *Lyck* & *Weytrack* cum suis districtibus titulo pignoris obligaret. Quod per eundem *Henricum* Ducem, qui in præfati Regis *Bohem.* potestate tribus annis detentus erat, prompto animo acceptatur, & etiam plenius adimpletur. Et sic talibus tractatibus consummatis, dictus *Aussire* Dux exsolvitur, & cum Rege *Bohem.* taliter concordatur. Aliam vero sororem dicti Regis *Boem. Johannis*, nomine *Mariam*, *Franciæ* Rex habuit in conjugem, quæ similiter viva cum prole decessit.

C A P. C.

De ulterioribus successibus JOHANNIS, Regis *Bohem.* & missione primogeniti sui in *Franciam*.

1321.

Anno Domini 1321. in die Purificationis Rex *Johannes* iterum de Ducatu *Lucemburgensi* rediens *Pragam*, & ibi post dies XV. Tournamentum fieri disposuit, in quo ex casu dextrarii sui propter multitudinem Principum & Nobilium, qui huic militari ludo intererant, aliquantulum læsus fuit. Tandem posthac per hyemem & ætatem usque Festum S. *Johannis* Regni sui dispositis negotiis, iterum versus *Rhenum* & Ducatum suum, in quo multo magis, quam Regno *Bohem.* delectabatur morari, progreditur. Eodem etiam anno *Cunegundis*, Abbatissa Monasterii S. *Georgii*, Filia Regis *Ottocari*, moritur, & in suo Monasterio sepelitur.

1322.

Deinde anno Domini 1322. Regi *Bohem.* tertius filius nascitur ex præfata Regina *Elizabeth*, cui *Johannes* nomen impositum est. Qui post lapsum aliquot annorum *Marchio Moraviæ* est creatus, prout in subsequens in suo loco patebit. Eodem etiam anno *Margaretha*, *Wenceslai* quondam Regis *Bohem.* filia, soror Regine *Elizabeth*, uxor *Boleslai*, Ducis *Slesie*, obiit, & in Monasterio *Aule Regiæ* est sepulta. Eodem etiam anno *Johannes*, Rex *Bohem.* reversus de *Lutzenbing* in Regnum *Bohem.*

Johannes Margaretham, seniore filiam suam, *Henrico*, Duci *Bavariæ*, legitimam dedit in conjugem, & Regine *Bohem.* Mater ejus, cum dicto Duce in *Bavaria* multo tempore morabatur.

1323.

Anno vero Domini 1323. in die Pasche Regina *Elizabeth* duas filias genuit in oppido *Camb*, *Annam* videl. & *Elizabeth*, de quibus superius fit mentio. Eo-

dem etiam anno Rex *Bohem. Johannes* iterum de *Lucenburg* Ducatu *Boemiam* revertitur. Qui cum *Wenceslaum* primogenitum suum VII. ætatis suæ annum vidisset attingere, ipsum ad præfatum *Carolus*, *Francorum* Regem, sororium suum, misit in *Franciam*. Qui *Carolus* *Wenceslaum* eundem in Sacramento confirmationis, prout superius est expressum, suo fecit nomine, videl. *Carolus*, appellari. Unde idem *Wenceslaus* fuit usque ejus obitum *Carolus* nominatus. Idem etiam *Carolus*, Rex *Franciæ*, æquivoco suo, *Carolo* primo genito *Johannis*, *Bohem.* Regis Patruj sui, *Caroli*, Comitis *Walesiæ*, filiam, nomine *Blankam*, in ætate septem duntaxat annos habentem, dedit in uxorem. Et infra IV. annos immediate sequentes idem *Carolus* Comes *Walesiæ*, relicto post se *Philippo*, filio suo, mortuus est, post quem *Carolus* Rex, Nepos ejus, non post multum temporis absque masculina prole decessit. Et sic *Franciæ* Regnum ad præfatum *Philippum* dicti *Caroli*, Comitis de *Walesiæ*, fratrem *Blancæ* præd. ex hæreditaria successione pervenit. Steterat autem præfatus *Carolus* primo genitus R. *Bohem.* cum *Carolo*, Rege *Franciæ*, quinque annis; & postea cum Rege *Philippo*, sororio suo, annis duobus in *Franciæ*, & ibi *Francorum* latinamque linguam legere & scribere didicit. Et postea per patrem suum *Johannem*, Regem *Bohem.* repetitus una cum *Blancæ* uxore sua, per sororium suum *Philippum*, Regem *Franciæ* usque Ducatum *Lucemburgensem*, in quo loco idem *Johannes* *Bohem.* Rex ejusdem *Caroli* sui primogeniti expectabat adventum, honorifice remittitur, & ibidem aliquandiu remansit, prout postea tractabitur.

Carolus
IV. in Gal-
liam mit-
titur.

Redit ad
patrem.

Anno vero Domini 1324. Papa *Johannes* *XXII.* *Ludovicum* de *Bavaria*, qui se gesit Imperatorem, tanquam hæreticum, reprobavit, & fecit per universum orbem denunciari publ. propter multos actus nefandos. Eodem anno *Johannes*, *Bohem.* Rex, extra Regnum manens circumquaque Ducatum *Lutzeburgensem* plura bella victoriosè commisit. In hoc etiam anno *Elizabeth* gemella filia Regis *Bohem.* moritur, & in Monasterio *Aule Regiæ* sepelitur. Dein anno immediate sequenti Regina *Bohem.* de partibus *Bavariæ* in Regnum suum revertitur. Similiter *Johannes* Rex circa Festum S. *Gregorii* Papæ *Boemiam* remeavit, & aliquandiu

1324.

1325.

b) Ibid. Civitas *LA* cum oppido *WITRA* regi *Boem.* pro horum certitudine promissurum obligatur.

1326.
Lituanorum irruptione in Marchiam.

diu manens ibidem, i) multaque collecta pecunia iterum abinde secessit. Anno verò Domini 1326. Loketko, Rex Polon. cum multis infidelibus Lituanis, Paganis & Ruthenis partes Marchie Brandenburg. invasit, & in pluribus locis innumera damna fecit. Eodem anno Parisiis Beatrix, Regina Francie, uxor Caroli, Regis Francie coronatur, & eodem tempore Gutta, filia secundogenita Johannis, Regis Bohem. Johanni, filio Philippi, Francie Regis, datur sponſanda. Hoc etiam anno per Elizabeth Reginam corpus Wenceslai, quondam occisi fratris sui, de Moravia in Aulam Regiam transfertur. Et Rex Francie unam spinam de corona Domini Reginæ Bohem. prædictæ transmittit. Deinde anno eodem Johannes Rex in paternum suum Ducatum Lucenburg progreditur, post multas guerras habitas cum Duce . . . ipsum concordiam pro suo beneplacito secum inire coegit. Similiter civitatem Metensem & ejus provinciam multis guerris oppressit, & adeo, ut per plenam concordiam suam ad libitum se sibi per omnia conformarunt. Similiter de Leodiensi idem fecit. His taliter peractis ad votum, Ducatu suo Lucenburg. in tranquillitate deposito ad Regnum Bohem. iterum revertitur.

Johannes vincit Metas & Leodium.

C A P. CI.

De acquisitione Ducum Slesie & Principatuum eorundem per JOHANNEM Regem Bohem. sibi & Successoribus & Regno Bohem. in Vasallagium perpetuum.

1327.

Præterea anno Domini 1327. in Octay, S. Johannis, Baptistæ, Johannes, Bohemorum Rex, in regnum suum revertitur, & eo ibidem extante, inter Boleslaum, Henricum & Wladislaum, Duces Slesie, grandis est orta dissensio & talis, quod alter ad alterius procurandum destructionis dispendium anhelaret. Erat dictorum fratrum talis divisio: Boleslaus, qui sororem Reginæ Bohem. Elisabeth, uxorem habuit, nomine Margaretham, pro parte sua Brignensem & alias civitates & castra ejusdem districtus possedit. Hic Boleslaus ex dicta uxore sua, filia quondam Wenceslai, Regis Bohem. duos habebat filios, Wenceslaum & Ludovicum. Alter verò Henricus frater civitates Wratislav. & Noviforens. cum suis districtibus possidebat. Tertius Wladislaus civitatem Lignicenf. & ejus

territorium cum suis pertinentiis obtinebat. Senior itaque frater Boleslaus Wladislaum, juniorem fratrem suum, sub spe obtinendæ paternæ portionis suæ, ad Clericatum induxit, qui usque ad Diaconatus Ordinem est promotus. Deinde Henricum, fratrem secundum ex eo, quod propter sterilitatem uxoris suæ sororis Austriæ Ducum masculina prole carebat, multum oppressit. Qui considerans, se adversus fratrem ad debitum non posse tueri, Johannem, Bohemie Regem, accessit, secumque tractatus tales inivit, ut juxta tractata quondam Henrici Ducis Wratislavi, patris sui sibi civitatem & Johannem districtum Glacensem ad vitæ duntaxat Rex agit tempora deputaret, & Johannes, Rex cum Henrico Bohem. post mortem ejusdem Henrici Ducis Ducatum Wratislaviens. & ejus civitates Silesie de res atque Provinciam pro se, Regno & successione corona Bohem. in perpetuum obtineret. Quos tractatus gratanter acceptans Rex Johannes, sibi civitatem & districtum Glacensem cum omnibus pertinentiis assignavit, & vice versa Henricum præfatus Regem Johannem per fidelitatem Omagia tam Nobilium, quam civium, civitatum & districtuum prædictorum suorum reddidit in præmissis. Et sic Rex Johannes prædictus hoc quod temporibus Rudolphi, Roman. Regis, per Wenceslaum, olim Bohem. Regem, super devolutione Ducatus Wratislav. in tractatibus conceptum extiterat, & postea mortuo Henrico, pro tunc Duce Wratislav. sine liberis per Henricum cognominatum Ventrosium, patrum suum, Patrem prædictorum Boleslai, Henrici & Wladislavi, qui se de dicto Ducatu Wratislav. de facto intromiserat, ipsumque ad hæredes suos prædictos, licet præter debitum & jus deduxerat, pro tunc ad effectum perduxit. Insuper post aliquot annos intervenientibus tractatibus Brengensi & Lignic. Ducatibus Regnum Bohemie magnifice ditavit, prout in literis desuper datis per eos & confectis postea suo loco patebit.

C A P. CII.

De Vasallagiis, aliis Insignibus Regno & Coronæ Bohemie applicatis per JOHANNEM Regem.

Præfatus itaque Johannes, Rex Bohem. eodem anno 1327. omnes alios subscriptos Duces de novo suos Regni & coronæ Bohem. Vasallos hæreditarios effecit,

i) vid. Chron. Aulz Reg. cap. XIV. pag. 47.

effecit; prout in subcriptis literis eorundem Ducum apparet; quarum tenores sequuntur inferius:

Litera Vasallagii Ducis OPULIENSIS.

Boleslaus Ducatum Oppuliensem a Johanne recepit in feudum.

„Nos *Boleslaus*, D. G. Dux *Opulien-*
„*sis*, recognoscimus tenore presentium &
„fatemur, Nos esse Principem & Vasal-
„lum Magnifici Dni nostri *Johannis*,
„*Bohem. & Poloniae* Regis, & *Lutzenbur-*
„*gensis* Comitis, & ab eo Terram nostram
„*Opuliensem* cum civitate *Opul* & castro
„cum civitate *Rosenberg* & castro *Castrum*,
„cum oppidis, villis, hominibus, Vasal-
„lis & Omagiis ad ipsos & ad ipsam spe-
„ctantibus, cum aliis suis pertinentiis
„universis, in quibuscunque consti-
„tant, quas & quae nunc habemus & in
„posterum sumus habituri, quae ad Re-
„gnum *Bohem.* dinoscuntur pertinere,
„haereditum & successorum nostrorum,
„Ducum *Opuliensem* nomine recepisse
„in feodo; & ab ipso possidere jure &
„titulo feudali, volentes & decernentes,
„quod Haeredes & Successores nostri
„*Opulienfes* memorati a Domino nostro
„Rege, Haereditibus & Successoribus suis,
„Regibus *Bohem.* praelibatis praefatam
„Terram nostram, quandocunque ea
„per mortem alicujus Ducis ibidem va-
„care contigerit, in feodo recipere sem-
„per deinceps debeant & habere, & fa-
„cto sibi pro servandae debita fidelitatis
„homagio, sicut & Nos nunc spontanea
„& libera voluntate fecimus ei vel eis,
„tanquam ejus vel eorum Principes Va-
„salli sincera fide semper intendere de-
„beant & parere. In cujus rei Testimo-
„nium praesentes literas fieri & Sigillo
„nostro jussimus communiri. Datum
„*Wratislaviae*, anno Domini 1327. in die
„*Palmarum.*”

*Litera W L A D I S L A I Ducis
COSSENSIS.*

it. Wladislaus Ducatum Coslensem.

Simili tenore habetur litera a *Wladislao*
Duce *Coslesi* super Terram *Coslens-*
nec non civitatibus *Caslaponum*, *Peysen-*
crizen, ac castris, videl. *Tost* & *Glaw-*
in cum villis, hominibus, Vasallis &
militibus &c. Datum in *Oppavia* anno
Dom. 1327. II. Cal. Martii.

Litera Vasallagii JOHANNIS Du-
cis OSWITINENSIS.

„Nos *Johannes*, D. G. Dux *Os-*
„*witiniensis* & Scholasticus *Cracovien-*
„*sis*, recognoscimus &c. ut supra, & ab
„eo Terram *Oswitiniensem* cum suis civi-
„tatibus & castris, videl. *Oswietin* civi-
„tatem cum castro, *Zator* civitatem, *Ku-*
„*nitz*, *Ziptha*, *Wadowitz*, & *Spikowicz* op-
„pidis & etiam villis &c. Dat. in *Bilbur-*
„Anno quo supra VI. Cal. Martii.”

Ducis TESSYNENSIS.

„Imo a Domino *Casmiro* Duce *Tesch-*
„*niense* habetur similis super civitatibus
„& castris videl. *Teschin* civitate cum
„castro *Wrejenstad* & *Belicz* civitatibus,
„& *Zehorschow* & *Jennicz* oppidis cum
„munitionibus & castro *Ostravia* cum
„villis &c. ut supra. Dat. in *Oppavia* an-
„no &c. XII. Cal. Martii.”

Ducis OPULIENSIS.

„Item a Domino *Bolkone* Duce *Opuli-*
„*ensi*, & Domina in *Falckenberg* habe-
„tur similis super civitatibus *Falckenberg*,
„*Glogavia* minori & *Czlucz* nec non op-
„pido *Strzelii* cum munitione ibidem &
„*Pramsyn*, munitione cum villis. Dat.
„*Oppau*. Anno &c. XII. Cal. Martii.”

C A P. CIII.

De ulterioribus JOHANNIS, Regis
Bohem. successibus.

His itaque sic peractis, praedict. *Johannes*
Rex *Bohem.* in Regno suo sa-
cta disponens in die S. Barnabae Apostoli
versus partes *Rheni* secessit. Dein anno 1328.
Dom. 1328. *Ludovicus Bavarus* ab Ec-
clesia reprobatus *Romae* de conniventia
Romanorum per Episcopum *Wenclorem*, *Romae*
qui se temeritate sua propria Cardinalem
Ostiensis reputare & nominare praesum-
sumsit, in fictitium Imperatorem conse-
cratus est. Nam idem *Bavarus* una cum
Romanis sibi adherentibus plures Car-
dinales eligi & institui procuravit. Qui
postea lapsu temporis quendam *Petrum*
de *k) Carbona* summum elegerunt in
Papam. Nam per eundem Anti-Papam,
suosque fictitios Cardinales inductione
dicti *Ludovici Bav.* ex rebellionem, quam
adversus sanctam Ecclesiam Catholicam
praesumptuosis suis frivolis ausibus instaurarant, multa in eadem Ecclesia Dei &
praecipuis partibus *Italiae* scandala com-
mittuntur.

Eodem

k) Chron. Aul. Reg. cap. XX. pag. 61. *Corbaria.*

Eodem anno *Margaretha*, primo-
genita filia Regis *Bohemie*, in *Bavariam*
per *Henricum*, Ducem *Bavariae*, mari-
tum ejus transducitur. Eodem etiam
anno *Carolus*, Rex *Franciae*, moritur
sine hæredibus masculinis. Post quem
Philippus, filius *Caroli*, quondam Co-
mitis *Walleisie*, tanquam hæres propin-
quior, *Franciae* Rex effectus est: cujus
sororem, *Blancam* nomine, *Carolus* pri-
mo-genitus *Johannis* Regis *Bohem.* 1)
potenti suffultus auxilio, *Flandriam*
bello devicit. Hoc etiam anno prædi-
ctus *Johannes*, *Bohem.* Rex, de Ducatu
Lucemburg. Boemiam reversus in Mense
Augusto adversus *Fridericum*, & suos
fratres, Duces *Austriæ*, guerras movit,
& cum maxima potentia armorum
Austriam ingreditur, ipsamque usque
Danubium circumquaque vastat & de-
struit, & infra breve spatium plura ca-
stra & munitiones Rex *Bohem.* victorio-
sè acquirit, nec Duces *Austriæ* suæ pot-
erant potentia resistere quovis modo,
sed cum maximis laborum tractatibus
post percepta damna concordiam vix
humilem sunt adepti. Sicque Rex ipse
solenni fretus victoria XV. Cal. Dec.
suam gaudenter reversus est *Pragensem*
in urbem. Post hæc VII. die Decembr.
cum maxima multitudine Bellatorum
Prussiam progreditur, & interiores *Li-*
thuanorum infidelium terras intrans,
plura eorum castra violenter acquirit
& diruit, innumeros infideles interfi-
cit, & ex eis circa tria millia captivita-
te constringit, *Prussiam* secum adducit,
& procurat singulos baptifari. Ac post
multos atque magnificos, quibus cum
Deus omnipotens specialiter præ ceteris
honoravit, revertitur ad propria. Præ-
terea dum in civitate sua *Wratislav.* mo-
ram traheret, subscriptos Duces & eo-
rum Ducatus sibi Regno & corona *Bo-*
hem. in Vasallos & Vasallagia in perpe-
tuum applicavit, prout in scriptis Privi-
legiis continetur, quæ facta sunt anno
Dom. 1329.

Johannis
expeditio
in Austri-
am.

Lithuani-
ca expe-
ditio.

C A P. CIV.

De Vasallagio Ducis STINAVIAE.

1) Supple (ni fallor) duxerat uxorem.
nris Regis
Menckenii Scriptor, Rec. Germ. Tom. III.

NOs *Johannes*, D. G. Dux *Slesia*, &
Dominus *Stinaviae* ad universo-
rum notitiam tenore præsentium volu-
mus pervenire, quod nos, deliberatio-
ne matura & consilio diligenti præha-
bito, favore & consensu fidelium &
amicorum nostrorum expressò, no-
strorum principaliter hominum, civi-
tatum ac terrarum nostrarum subscri-
ptarum, attendentes profectum in antea
& commodum, ipsas terras, civitates
nostras cum castris eis adjacentibus, &
bona nostra alia, quæcunque posside-
mus in præsentem, vel possessuri seu ha-
bituri sumus, disponente Domino in
futuro, cum omnibus suis juribus,
libertatibus & dominio, quibus
nostris ad nos pervenerunt Prædecesso-
ribus, ex eo, quod Magnificum Prin-
cipem, Dominum nostrum carissimum,
Dnum *Johannem*, *Bohem.* & *Polon.* Re-
gem, ac Comitem *Lucemburg.* post sibi
Ducatus & Terræ *Wratislav.* Domini-
um inferendo damna ipsius Ducatus &
territorii destructi ac hominibus dino-
scitur, perturbasse, in manus Regis ipsi-
us sponte & libere, nostro hæredum ac
successorum nostrorum nomine, resi-
gnantes, ut nullum contra nos in antea
de excessibus retrò actis per Regem
ipsum aut alium suo nomine instaure-
tur judicium vel proferatur sententia
à Rege prædicto suo hæredum ac suc-
cessorum suorum nomine in feodum
perpetuum recepimus. Promittentes
nostro, hæredum ac successorum no-
strorum præfatorum nomine sibi hære-
dibus & successoribus suis, *Bohemie*
Regibus antedictis, de cætero de terris,
civitatibus, castris & bonis nostris su-
prædictis, tanquam veris nostris Domi-
nis intendere fideliter, & parem obedi-
entiam & fidem ipsis debitas exhiben-
do. In quorum testimonium præsen-
tes &c. Dat. *Wratislaviae* Anno Do-
mini 1329. III. Cal. Maji.

Johannes
Ducatum
Steinuv.
tanquam
feudum
Boh. re-
cognoscit.

C A P. CV.

De litera Vasallagii Ducis CONRADI Olsnensis.

IN nomine Domini, Amen. Noverint
universi tam præsentem, quam posteri-
notitiam præsentium aut copiam habitu-
ri.

It. Conra-
dus Duca-
tum Ols-
nensem.

Eodem anno Philippus Rex Francia Johanne

tri: Quod quia Nos *Conradus* D.G. Dux
 Slesie, Glogoviae, & Dominus in *Olsna*,
 ad specialis amoris affectum, quem erga
 Magnifici Principis, Domini *Johannis*,
Bob. & Poloniae Regis, & *Lucenburg* Co-
 mitis, Domini nostri carissimi, gerimus
 Celsitudinem, habito nobis cum amicis
 quoque & Fidelibus nostris consilio di-
 ligenti ac deliberatione matura, acce-
 dentibus favore & consensu eorundem
 expresso, ad subscripta bonum nostrum
 principaliter, consequenter autem fi-
 delium nostrorum, civitatum, oppido-
 rum, hominum & bonorum nostrorum
 omnium infra scriptorum commodum
 statumque in antea pacificum perpen-
 dentes, Princeps & Vasallus suus hære-
 dum & successorum *Bob.* Regnum ac
 ipsius Regni *Bohem.* in perpetuum fie-
 ri & fore decrevimus omnia & singula
 bona nostra sub eisdem libertatibus &
 juribus, quibus a Prædecessoribus no-
 stris ad nos pervenisse noscuntur, vel
 possidebimus quocumque titulo in futu-
 ro tam citra quam ultra flumen, quod
Odra dicitur, cum civitatibus, *Ols-
 na, Wartenberg, Milisch, Trachen-
 berg, Wolau, Leibest, Wruczk, Heren-
 stadt*, & castris ei adjacentibus cum aliis,
Ploczk, Prusnitz, Sadewel, cum omnibus
 suis appendiciis, dominiis, villis, allodiis,
 feodis, feodalibus, nobilibus & plebejis,
 juribus, redditibus, proventibus & utili-
 tatibus eorundem, quocumque vocentur
 nomine, vel in quocumque consistant,
 nostro, Hæredum & Successorum no-
 strorum *Slesie, Glogoviae* Ducum, &
 Dominorum *Olsnicensium*, in Regis
 ipsius manibus sponte & libere resignan-
 tes, ab eo in feodum recepimus perpe-
 tuum, factoque sibi per nos fidelitatis
 debitæ homagio, præstato corporali ni-
 hilominus juramento ipsi Regi, hæredi-
 bus suis prædictis, tanquam veris Do-
 minis nostris, velut Princeps & Va-
 sallus eorum, & Regni *Bohem.* an-
 tediti parem deinceps promissimus
 & intendere in eisdem & contra quem-
 libet Principem & hominem, ipsos pro-
 viribus fideliter adjuvare, reservata
 nobis ædificandi & construendi muni-
 tiones novas in terris & bonis nostris
 præmissis & destruendi veteres, ubicun-
 que & quandocumque videbitur nobis
 pro nostro, terrarum prædictarum &

Reserva-
ta.

hominum nostrorum commodo expe-
 dire, liberâ facultate, volentes & firmi-
 ter statuentes, ut si forte nos, hæredes
 ac successores nostri sublati de medio
 fuerimus, hæredibus legitimis masculis
 non relictis, ex tunc jam dicta bona
 nostra, terræ, civitates & oppida cum
 omnibus suis pertinentiis, ut præ-
 dicitur, ad nostros fratres, Principes
 illustres, Dominum *Henricum*, videl:
 Ducem *Slesie & Glogoviae, Saganensem*
 ac Dominum, ac Dominum *Johannem*,
 Ducem *Slesie & Glogoviae*, Dominum
Stinavie hæredesque suos masculos, si
 quos reliquerint, si autem nullos post-
 se masculos reliquerint, ad Regem *Bo-
 hemie* prædictum libere & hæreditarie
 debeant pertinere. Hoc tantum adji-
 ciendum duximus nominatim, quod si
 Nos ipsi, hæredes vel successores no-
 stri præfati cum Clericis, civibus, rusticis
 vel Judæis nostris aliqua causa quæstio-
 nis vel iudicii instauraverimus, de his &
 de hujusmodi Rex & successores hic
 prædicti nobis, hæredibus vel successo-
 ribus superstribus nostris intromittere
 se non debeant modo quovis. Si vero
 Nobiles vel Fideles Terrarum nostra-
 rum subscriptarum debitam per Nos,
 hæredes & successores nostros de his
 quæstionibus & causis nobis merè de-
 quibus juxta literarum Regalium datam
 nob. continentiam subire tenemur, &
 facere iudicium, assequi non possint
 justitiam, Regem, hæredem, & suc-
 cessores suos prænotatos adire poterunt
 libere, quærelas ipsorum proponere
 & defectus, Nosque, hæredes & succes-
 sores nostri prædicti citati ibidem co-
 ram Rege, vel hæredibus & successo-
 ribus suis, *Bohemie* Regibus, ubicun-
 que *Bohemie* fuerit aut *Poloniae*, coram
 altero vero Principe per eos ad hoc ju-
 dice deputato sibi tenebimur in terra
Wratislav. duntaxat iudicium facere &
 subire de nobis, hæredibus, vel succes-
 soribus nostris conquerentibus quibus-
 libet justitiæ complementum. Illud in-
 super specificè duximus exponendum,
 quod si foras Nos, hæredes aut suc-
 cessores nostros gravatis inopia debitis,
 aut alia causa rationabili aliquid territo-
 rii & domini aliquanti de nostris ven-
 dere vel obligare contingat, & munitio-
 nes Principi nobis æquali vel alteri Re-

„gno Bohem. competenti, vel etiam ter-
 „ritorium non habenti fideli vel Vafal-
 „lo nostro, ex tunc munitionem ean-
 „dem s. territorium habeat, & domi-
 „nium five non vendendum aut obli-
 „gandum, ipsis, Regi, hæredibus, &
 „successoribus suis, *Bohemiae* Regibus,
 „exhibere præ ceteris debeamus. Qui
 „si ipsam emere vel in pignore recipere
 „noluerint, Princeps ipse munitionem
 „prædictam territoria habentem emens,
 „aut in pignore tenens, in feodum re-
 „cipere tenebitur ab eisdem, ipsisque
 „tanquam veris suis Dominis servire pa-
 „rem & intendere de eadem. Alter
 „vero non Princeps vel in pignore te-
 „nens munitionem nostram, territorium
 „aut dominium, ut prædicitur, non ha-
 „bentem a Nobis, hæredibus & succes-
 „soribus nostris in feodo eam recipier,
 „hoc adjecto, quod Rex, hæredes aut
 „successores sui antedicti munitiones su-
 „prædictas pro summa eadem, pro qua ob-
 „ligata fuerunt vel vendita, redimere va-
 „leant, quando velint. Illud etiam præ-
 „terire nolumus, quod si Rex, hæredes
 „aut successores sui, Nos vel successo-
 „res nostros in adjutorium per nos præ-
 „standum ad partes alienas extra *Bohe-*
 „*miam* aut *Poloniam* evocaverint, subve-

nientiam nobis debitam, ne servitiis in-
 „tolerabilibus prægravemur, facere te-
 „neantur. In quorum omnium testimo-
 „nium præsentis literas fieri & Sigilli
 „nostri munimine iussimus communiri.
 „Dat. & actum *Wratislaviae* Anno Do-
 „mini 1319. VI. Id. Maji.

C A P. CVI.

De litera Vasallagii HENRICI, Ducis
GLOGOVIAE.

IN Nomine Domini, Amen. Nove-
 „rint universi tam præsentis quam fu-
 „turi præsentium notitiam, aut copiam
 „habitori: quod, quia Nos *Henricus*,
 „D. G. Dux *Slesiae & Glogoviae*, ac Domi-
 „nus *Saganensis*, ob specialis amoris af-
 „fectum &c. &c. ut in *Conradi*, Ducis,
 „litera consimili tenore per omnia, mu-
 „tatis solum civitatibus & castris, videl.
 „*Sagano, Vreyenslad, Sprotaw, Grunen-*
 „*berg, Crussen, Nuenberg, Wartenberg,*
 „*Malwicz, Gura, Petersberg, Czulchau,*
 „*Swrboschin, Lubnow, Buttnyz, Beneschyz,*
 „*Copanicz, Brandatendorff, Necla, Babi-*
 „*must, Prenemud, Przibrow, Trebechow*
 „cum cæteris fortalitiis & munitionibus
 „nostris omnibus, appendiis &c. usque
 „ad finem, mutatis mutandis, anno
 „Domini ut supra, Feria proxima post
 „Dominicam Misericordias Domi-
 „ni. &c. &c.

It. Henri-
 cus Duca-
 tum Glo-
 gov,

L. D. P. de K.

*Explicit Chronica Bohemicalis.**Feria quarta ante S. Elizabeth,*

Anno Domini M CCCC LXVII.



XXV.

COSMAE PRAGENSIS
 CHRONICAE BOHEMORVM
 LIBRI III.

SUPRA SCRIPTORUM HORUM

TOMO I. pag. 1955.

EDITI,

NUNC CUM MEMBRANA AUTORI FERE
 COAeva INTEGERRIMAQUE ARCHIVI REGII ET ELECTO-
 RALIS DRESDENSIS COLLATI,
 PLURIMIS LOCIS EMENDATI ET INSIGNITER
 AUCTI.

Pag. 1967. *tam litterali*] adde: *scien-
 tia.*

p. 1968. *affuisset*] Cod. *affuissent.*
synaloephas] Cod. *synalimphas.*

p. 1969. *Sed sine vobis solis*] Cod. *Sive
 vero vobis soli.*

eas oculus] In Cod. *deest oculus.*

videat.] Cod. *addit: Valet.*

& omnimoda] Cod. *& omnino de scien-
 tie*

delibavi] Cod. *deliberavi.*

scientiam postea] Cod. *scientiam posteris.
 memorabile*] Cod. *memoriale.*

viderint scema] Cod. *viderint scemata.*

sublevetur] Cod. *subvehatur.*

pag. 1970. *etiam ab inimicis nimio affectu*]
 Cod. *etiam ab amico nimio affectu.*

BRATIZLAVI] Cod. *Bracizlai.*

Oalrici] Cod. *Oudalrici.*

Arcto] Cod. *Arcto.*

priusque] Cod. *priusquam.*

inexpertam rem] Cod. *ineptam rem.*

Ogram] Cod. *noster: Ogram.*

quorum opem] Cod. *quorum ope.*

pag. 1972. *novos promebant hymeneos*]
 Cod. *novos probant. ineunt hymineos.*

CROH] Cod. *Crecko.*

Zsibene] Cod. *Zibecne.*

pag. 1973. *herbis et carmine*] Cod. *herbis
 et gramine.*

Alsa] Cod. *Mse.*

Bechin] Cod. *Behin.*

TETHKA] Cod. *Tetnka.*

A Techin] Cod. *Thetin.*

Ofam] Cod. *Mfam.*

Zubecnam] Cod. *Zbecnam.*

mira prorsus] Cod. *una prorsus.*

pag. 1974. *et, in ratione*] Cod. *et us ra-
 tione.*

residens] addit Codex: *liceat.*

pag. 1975. *elicere*] Cod. *ducere.*

febricitata labentur] Cod. *febricita-
 bunt.*

B pistores, alijs] Cod. *piscatores aus.*

que sunt potiora] Cod. *queque pecora sunt.*

pag. 1976. *exultat*] Cod. *exaltante.*

Belena] Cod. *Belina.*

et in latitudine] Defunt in Cod.

proles postea] Cod. *proles postera.*

quem interrogantes agunt] Lege *ex*

Cod. *interrogantes ajunt ad illum.*

Dux nobis] Deest nobis in Cod.

- pag. 1977. *mucidum*] Cod. *mucidum*.
familiares] Cod. *familiaris*.
- pag. 1978. *Petrin*] Cod. *Petrin*.
in mediū sylvā] leg. *in media sylvā*.
si non fuisset spiritus pestilens, sed prophe-
tans] Cod. *si non fugisset spir. pest. et*
proph.
edificavit] Cod. *edificant*.
 DIEWIN] Cod. *Dewin*.
- pag. 1979. *arbusis*] Leg. *ab arbusis*.
 NURASTEN] Cod. *Wrasten*.
ferociores] Cod. *fortiores*.
hilarem] Deest.
noctu] Cod. *noctis*.
edistisque satisque] Cod. *edistis satis*
atque.
 VOYN] Cod. *Moyen*.
 VNIZLAV] Cod. *Vitozlau*.
 CREZOMIZL] Cod. *Kresomizl*.
- pag. 1980. *Jurzko*] Cod. *Turzco*.
Sarz] Cod. *Sathec*.
Sarzenses] Cod. *Sathcenses*.
nuncupentur ea notio] Lege: *nuncupe-*
tur ea natio.
Bröcnica] Cod. *Briznica*.
Sarz] Cod. *Sathec*.
 WRATISLAV] Cod. *Wlatizlaus*.
in bellis, armis animosus] Desunt.
Quo citius] Cod. *Quo totius*.
- pag. 1981. *perstrepunt; Arma, Arma*] Cod.
perstrepunt arma.
nobiscum comitabantur] Cod. *vobiscum*
comitabuntur.
libate] Cod. *libate*.
asineo] Cod. *asino*.
- pag. 1982. *Neclan*] Cod. *Niclan*.
id. sentibus] Desunt in Cod.
et hic] Cod. *et is qui*.
breve tempus exstat] Cod. *breve tempus*
ad exhortandum.
vel ratio] Cod. *omittit*.
castra salus posita] Cod. *castra vestra sa-*
lus posita.
animos eorum] Cod. *animos suorum*.
manus] Cod. *manes*.
- pag. 1983. *nominativum & memoriale*] Cod. *nominativum*.
flumine] leg. *sulcine*.
- cruentis*] Cod. *cruentas*.
Oragus] Cod. *Dragus*.
Oggre] Cod. *Ogre*.
Postolobriib] Cod. *Postoloporth*.
Zribia] Leg. ex Cod. *Zurbia*.
Comitum] Deest.
- pag. 1984. *spatia*] Cod. *habet: stacia*.
Zribni] Cod. *Zirbin*.
sub glacie nova] Cod. *sub glacie nitida*
nova.
 Durincll] Cod. *Düring*.
mente malo] Leg. *mente maloque*.
Eamus piscari] Cod. *inferit: Domne*.
tenero collo] Cod. *tenerum collum*.
At ille] Cod. *At ille Zirbin*.
nobis quoque] Cod. *vobis quandoque*.
- pag. 1985. *Ad hæc vir*] Cod. *Ad hæc vir*
Zirbin.
- pag. 1986. *Borivoy*] Cod. *Borwoy*.
 primus Dux] Adde: *Boemorum*.
mori cognovisset] Inferit Cod. *se*.
Zlauboris] Cod. *Zlauboris*.
- pag. 1987. *Pson*] Cod. *Psov*.
que scripta] Cod. *que supra*.
non tamen] Cod. *non enim*.
martyrisatus in urbem intrat perpetuam,
caeli scilicet aulam] Cod. *elegantè*
martyrisatus Bolezlau in urbe in-
trat perpetuam caeli feliciter aulam.
- pag. 1988. *(ut supra)*] Cod. *que supra*.
Quod tamen] Cod. *Quod enim*.
Si iste meus filius] Cod. *Si iste meus fili-*
us Zirabquaz.
- pag. 1989. *repedabat Presul ad propria*] Cod. *repedat Presul ad propria*.
Se-
quentia usque ad verba: effecit Chri-
stianos, desunt in nostro.
 DCCCCXXII. *intra nonas*] Cod. *ha-*
bet: DCCCCXXXI. IIII. Nonas.
 Dintulit] Cod. *nam tulit*.
tumulum] Cod. *tumbam*.
Fuit tamen] Cod. *Fuit enim*.
- pag. 1990. *Tante tamen*] Cod. *Tante*
enim.
eos in locum] Cod. *eos in lucum*.
secretum] Cod. *secreta*.
neque tamen] Cod. *neque enim*.
non tamen] Cod. *non enim*.

obtemperamus] Cod. obtemperabimus.

in luto] Cod. in luco.

aut cultores peripsimate piri] Cod. aut non viliores peripsimate piri.

corpore armatas] Cod. corpore ac arm.

dicitur] Addit Cod. Eodem anno Heinrichus rex Abotritos subegit.

pag. 1991. cui successit] addit Cod. in regnum.

Gerpirga] Cod. Gerpigam.

Gisalium] Cod. Giselberti.

pag. 1992. Carinthiis] Cod. Carantanis, a suis] Cod. a suo.

Edid] Cod. Domna Hedgyd.

Ingelneheim a XXX. numero Episcopis] Cod. Inglinheim a XXXIII. episcopis.

pag. 1993. in Italiam perrexit.] Sequuntur in Codice:

958. Anno Dni^{ca} incarn. DCCCCLVIII. Signum crucis in vestimentis hominum apparuit. Illis autem, qui derisivi illud habebant, mortem inferens, illis autem, qui pie & religiose illud venerabantur, nil mali intulit.

960. Anno Domin. Incarn. DCCCCLX. Isto anno venerunt legati Rusciae gentis ad regem Ottonem, & deprecati sunt eum, ut aliquem suorum Episcoporum transmitteret, qui eis ostenderet viam veritatis, & professi sunt, se velle recedere a pagano ritu, & accipere nomen & religionem Christianitatis. Et ille consensit petitioni eorum & transmisit Adelbertum Episcopum in fide catholicum. Illi per omnia mentiti sunt, sicut postea eventus rei probavit, quia ille praedictus Episcopus non evasis letale periculum ab insidiis illorum.

962. Anno Dom. Incarn. DCCCC LXII. Tuto Episcopus Ratisponensis ecclesiae obiit.

963. Anno Dom. Incarn. DCCCC LXIII. magnum synodale concilium factum est Roma in ecclesia S. Petri Apostoli, ibique praesidebat Otto Imperator Augustus, cum magna multitudine Episcoporum, Abbatum, Monachorum, Praepositorum, Clericorum, illicque dejectus est Benedictus Papa ab Apostolica sede, & Adalago Episcopo commissus, in Saxoniamque est deductus, illicque vitam finivit. Et ipso in anno mortalitas invasit exercitum Ottonis Imperatoris.

Anno Dom. Incarn. DCCCCLXVII.] Cod. habet: DCCCCLXXII.

Romam veniret] Cod. addit: ad limina Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli.

nimio volens] Cod. immo volens.

pag. 1994. Boleslao] Cod. addit: Duc. rationibus] Cod. nationibus.

A Viti & Wenceslai] Cod. Viti, Wenceslai, Adalberti, magis sequens] Cod. magis sequentes.

pag. 1995. mitra redimus] Leg. mitra redimitus.

Keynado] Cod. Kreynat.

Kyrieleyson] Cod. Krlessu.

Wolkomes] Cod. Comes Wok.

virum bono opere] Cod. in tam bono opere.

reverenter] Cod. renitentem.

B pag. 1996. vel invitus] Cod. urbis invitus.

quo obiit Diethmarus, tempore & anno.] Cod. quo obiit Diethmarus Episc.

III. Idus Junii] Cod. III. Kl. Julii.

ad civitatem] Cod. ad sanctam civitatem.

modulante] Cod. addit: Kyrieleyson.

pag. 1997. S. Oalricus -] Cod. S. Oudalricus. episcopus Augustensis ecclesiae migravit ab hoc seculo. IIII. Non. Julii. Cujus corpus sepelivit S. Wolfrangus Episcopus Ratisponensis.

Anno Dom. Incarn. DCCCCLXXIII. Otto Imperator primus Theutonicorum pius, heu pro dolor Non. Mai obiit. Cui Otto filius ejus successit.

Anno Dom. Incarn. DCCCCLXXV. hyems durissima & importune longa. Et idus Mai nix magna noviter lapsa terram operiebat.

Eodem anno Rudbertus archiep. obiit. Cui Willigifus successit.

DCCCCLXXVI.] Cod. DCCCCLXXVII.

Zlaunik] Cod. addit: Dux.

Adalberti] Adde: XV. Kal. Aprilis.

serenissimus, vite] Cod. serenissimus mente.

honestas] Cod. honesta.

Cidlina] Cod. Cyllina.

Surma] Cod. Surina.

- p. 1998. *Hinou*] Cod. *Chinov*.
situm Lutomis vel usque] Cod. *situm nomine Lutoniis usque*.
Suttava] Cod. *Zwitana*.
Nizzani] Cod. *Nizan*.
sevocat] Cod. *clam vocat*.
celebraret] Cod. *celebravit*.
facitergium] Cod. *faciterium*.
985. DCCCCLXXXV.] Codex ita ad h. an. *Saxones Slavoniam invaserunt, quibus ad supplementum Misacho Dux cum magno exercitu venit, qui totam terram Slavonicam incendiis & caedibus devastarunt*.
986. p. 1999. *An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXVI.*] A Codex hæc habet: *Otto Rex adhuc puerulus cum magno exercitu Saxonum venit in Sclaviam, & multis incendiis & caedibus devastarunt*.
Zrezzlana] Cod. *Zrezzlaua*.
esse digna.] Adde ex Cod. *Eodem anno Saxones tertium Sclaviam invaserunt, & ad ultimum ipsi Sclavi regis dittoni subduntur, & castella juxta Albim fluvium denuo restaurata sunt. Et ventus ingens ædificia multa stravit*.
988. *An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXVIII.*] Cod. hæc: *Isto anno æstatis fervor immanis pene cunctos fructus consumpsit, & mox grandis mortalitas hominum subsequuta est*.
989. *An. Dom. Incarn. DCCCCLXXXIX.*] Cod. hæc affert: *Eodem anno comete apparuerunt, quos pestilentia subsequuta grandis hominum & jumentorum, maxime boum*.
990. *An. Dom. Incarn. DCCCCXC.*] In Cod. res ita annotantur: *Eclipsis solis facta est XII. Kl. Novembris, quinta hora diei. Eodem anno S. Adelbertus Episcopus Pragensis ecclesie Sanctæ Romæ ad S. Alexium Confessorem & ad S. Bonifacium, in scio Abbate, quis esset, factus est Monachus. C Item eodem anno Nemci perditæ est*.
Sed cum jam] Cod. *Sed cum jamjamque apostaticam*] Cod. *apostatricem*.
tibi Dei] Cod. *tibi cum Dei*.
intendam] Cod. *intercedam*.
Nolo aliquam] Cod. *Nolo ut*.
Mundo] addit Cod. *possideam*.
p. 2000. *Scias frater*] Codex: *Scias frater Ztrahqva.*
festiva die] Cod. *festivitate*.
universis] Cod. *quatuor*.
Sprumur] Cod. *Sptimir*.
Drobozlau] Cod. *Pobrazlau*.
Poreji] Cod. *Porey*.
Cazlau.] Addit Cod. *atque in ecclesia S. Bonifacii martyris sepulsi sunt VI. Idus Octobris*.
a. Christo] In Cod. *deest rō a. vel ad tuam*] Cod. *ut ad tuam*.
fugientes te] *Deest te* in Cod.
p. 2001. *locat*] Cod. *levat*.
irregulari electione iudicatus prævalere Cereris generi] Cod. *regulari electione ludicra prævalere Cereris generi*.
archigeronta] Cod. *archigeron*.
letamina] Cod. *letanyan*.
Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.
- servus Dei*] addit Cod. *Adalbertus*.
VI. Kal.] Cod. *VII. Kl.*
p. 2002. *Ottone*] Cod. addit: *rogans*.
Thegdagus] Cod. *Theadagus*.
actibus ac probis] Cod. *actibus probis & proferre*] Cod. *rectius: perfecte*.
Slavonica] Cod. *Slavica*.
alludit] Addas ex Cod. *Eodem anno mense Julio terræ motus factus est horribilis per totam Saxoniam, duoque lapides igniti ex tonitru ceciderunt, unus in ipsa civitate Magdeburgensi, alter ultra Albiam fluvium Hemmiam*] Cod. *Hemmam*. Et ita in sequentibus.
p. 2003. *superstitem natum*] Cod. *superstitem natu*.
sed parce; dilige famam.] Cod. *sed parce dilige formam*.
eum terribili-cum] Cod. *cur eum terribili*.
p. 2004. *nec non hostes*] Cod. *nec si hostes*.
devastantes] Cod. *devastarent*.
ruunt] Cod. *eunt*.
Talibus tamen] Cod. *Talibus enim*.
triti] Cod. *Triti*.
Radun] Cod. *Radim*.
Episcopus] Cod. *omittit*.
Extinctis] Cod. addit: *Boemiis extinctis*.
p. 2005. *duæ*] Cod. *duo fratres*.
Oalricus] Cod. *Oudetricus*.
alios trucidant] *Defunt*.
Versovici] Cod. *Wrsfovici*.
p. 2006. *Dovora*] Cod. *Dowora*.
Quos ubi] Cod. *Quod ubi*.
invenerunt] Cod. *viderunt*.
Stbecnam] Cod. *Stbecnam*.
per duo spatia] Cod. *post duo spatia*.
annorum scil. Anno Dom. Incarn. Millesimo] Cod. *annorum obiit*. Reliqua defunt.
Adduntur vero in Codice sequentia: *Eodem anno obiit Bruno Papa, qui Romano more Gregorius vocabatur*.
Annus ab Inc. Dom. Millesimus. Cesar vero Otto antequam patriam visitaret, humili devotione in Polonia S. Adelbertum Episcopum & Martyrem nuper Christo laureatum adiit, ejus interventum obnixius petiit, ibique summo conamine a Duce Slavonico Bolezlavone susceptus, xenii omnigeni census obsequialiter honoratur. Dehinc in patriam Imperator Otto revertitur, ac Quidilinburgensi loco Dominicam resurrectionis diem debite venerationis obsequiis festivo peregit.
Millesimo primo] Cod. addit: *Dux Mescio Poloniensis*.
p. 2007. *obtinuit eam. Sed Wissegrad*] Cod. *obtinuit civitatem Pragam. Sed Wissegrad*.
fideliter] Cod. *fidelis*.
filium - - Oalricum, querat - - catenatum mitteret] Cod. *filium Oudetricum, qui erat - - catenatus mitteretur*.
Vecek] Cod. *Wacek*.
(& indignum)] Cod. *(& dignum*.
invictissimum] Cod. *munitissimum*.
Drevis] Cod. *Drebis*.
Uuu uu

Zizi] Cod. Ziscis.
 in area] Cod. arta.
 p. 2008. Křezimě] Cod. Krizina.
 Brecislauum] Cod. Bracizlau.
 p. 2009. ad venationem iter faciens] Cod.
 advenatum ire vellet.
 intingat] Cod. intingvat.
 ad iudicium habebant] Cod. ad iud. trahabant.
 impingentes] Cod. urgentes.
 clamabant] adde: dicentes.
 que sunt] defunt.
 p. 2010. noster est, noster.] Cod. noster est,
 noster est.
 tremittum] Lege ex Cod. tinnitum.
 Hic interfecti sunt Versovici] Cod. interfecti A
 sunt Wirsovici.
 Anno Dom. Incarn. M. IV. quinque fratres
 martyrizati sunt.] Cod. ita: Anno Dom.
 Incarn. M. IIIo. Scs Benedictus cum sociis
 suis martyrizatus est.
 viri] Cod. veri.
 Erat tamen] Cod. Erat enim.
 volentibus imitabilis.] Codex hæc perfe-
 quitur: Nam ad hoc merita Sanctorum
 admiramus, ut eos imitando ipsi amira-
 biles reddamur. Hos quippe viros quin-
 que non incongrue equiparare possumus si-
 ve quinque porticibus probaticæ piscinæ,
 sive prudentibus quinque virginibus, oleo B
 abundantibus misericordie, quia pauperes
 ipsi pauperibus Christi, quos in suis conso-
 lebant mansionibus, eis prout poterant,
 subministrabant misericordie sumptibus.
 Ipsi autem virtus talis erat abstinentiæ,
 ut alius bis, alius semel in sabbato, nullus
 tamen dietim sumeret cibum. Cibus au-
 tem eis erat holus propriis elaboratum ma-
 nibus. Panem raro habuere, sed pisces
 nunquam. Legumina aut milium non nisi
 in Pascha aut Pentecosten sumere licuit.
 Limpham incorruptam & banc libant ad
 mensuram. Carnis esca eis abhominabilis C
 & femine visus execrabilis. Vestis hyrta
 & aspera contexta de cauda & equinis ju-
 bis. In lectulo lapis pro sustentaculo capi-
 tis, & matta pro lectisternio, & hæc vetus
 nimis & singularis. Nec fuit ulla quies,
 stant tota nocte lugentes tam proprium
 quam plebicula scelus atque reatum. Nunc
 sonant pectora crebris tuncionibus livida,
 nunc sudant corpora innumeris genuflexio-
 nibus fessa, nunc manibus expansis & ocu-
 lis erectis: Vivat ut in cælis, precibus unus-
 quisque instat. anhelis. Nunquam locu- D
 ti sunt ad invicem, nisi venientem ad hospi-
 tem & ad hunc paucis. Vere legis factores
 non auditores erant: vere semet ipsos cum
 vitiiis & concupiscentiis mundi crucifigen-
 tes, & crucem Christi mente & corpore ba-
 iulantes, gratum Deo sacrificium non ex
 pecore alieno, sed ex corpore proprio offere-
 bant, quia cotidie vicissim vapulabant. Tu-
 lis enim mos erat illorum simul unaquæque
 dierum. Post primam dorsum mollire us-
 que deorsum. In faciemque cadens ad
 fratrem frater ajebat: Si parcis peccas,

cum tangis ne mihi parcas; & stans cum
 flagello respondit: Sicut vis, fiat, Christum-
 que rogat, fratremque flagellat, dicens:
 Hæc præfata pius solvat, tua crimina Chri-
 stus; atque cadens iterum præbet sua ter-
 ga vicissim. Nec doluit frater; dum fra-
 trem verberat alter, sed misere mei Deus,
 aut benedicite cantat. Nam suffert leviter,
 patitur quod quisque libenter. Horum
 Deus ex alto prospectans patientiam & vi-
 ta innocentiam, atque fidei & operis perse-
 verantiam, cum jam laborum ipsorum mer-
 cedem reddere vellet, & ut per viam mira-
 bilem eos ad patriam reduceret exultabilem.
 Dux Melco audiens bonam famam eorum Mescionis
 & conversationem sanctam, venit cum pau- in eos li-
 cis, ut se commendaret hominibus sanctis. beralitas.
 Et ut eorum cognovit inopiam, dat eis ma-
 gnam census copiam, scilicet marsupium cen-
 tum marcis plenum. Et accipiens ab eis
 fraternitatem & orationum communita-
 tem, lætus abiit ad suam aulam, multum
 rogans & commendans se, ut sui habeant
 memoriam. At illi nesciunt, quid faciant
 de pecunia, quia tale quid nunquam habue-
 rant. Stant stupefacti & qui jam per di-
 midium animum nihil locuti fuerant ad in-
 vicem, unus ex illis aperuit os suum & ait:
 Laqueus est mortis argenti pondus & auri, Spermunt
 & quibus semper habundat mordax crume- dicitur.
 na, his non facile patebunt loca elysii ama-
 na, sed horroris plena infernalis pœna illos
 cruciabit in Æthiæ. Nimirum hæc est
 temptatio humani generis inimici, ut nos
 faciat inimicos Christi. Nam qui amicus
 est mundi, inimicus constituitur Dei. Deo
 namque contradicunt, qui ejus mandata
 non custodiunt. Nam Deus dixit: Nemo
 potest duobus Dominis servire, & quasi ex-
 ponens adjunxit: Non potestis Deo servire
 & mammonæ. Jam mammonæ erimus ser-
 vi, qui hæcenus fuimus parsimonie liberi.
 Annon ad motum aure portans aurum pa-
 vebit? Annon cantabit vacuus coram la-
 trone viator? Nonne multociens ad nos la-
 trones veniunt, & ob quam rem nos inter-
 ficerent, non inveniunt, aliquando plagis
 nobis impositis, aliquando benedictionibus
 acceptis abierunt? Certe jam volat fama
 per mundum, nos diligere mundum, & ea
 que sunt mundi. Clamat contra nos &
 hæc ipsa, que nunquam scit tacere, pecunia,
 & jamjamque adit improba manus la-
 tronum in janua, quia quod faciunt Do-
 mini, sciunt plurimi; Quin potius ejicia-
 tur citius mortis fomentum, mali nutri-
 mentum, animæ detrimentum, & referatur
 ad eum, cujus est hoc argentum. Et mit-
 tunt unum de fratribus, cui nomen Barna-
 bas, qui semper exteriores tractabat causas,
 ut ex parte fratrum referat Duci: Licet
 nos peccatores & indigni simus, tamen ve-
 stri memoriam in nostris orationibus habe-
 mus continuam. Argentum nunquam ha-
 buimus, nec habere volumus. Dominus
 enim noster Ihesus Christus a nobis non ar-
 gentum,

Quinque
 fratrum
 in Polonia
 opera &
 merita.

gentum; sed bonæ operationis duplex exigit talentum. Monachus si habet obulum, non valet obulum. Ecce quod tuum est, accipe argentum, nobis illicita possidere, non est licitum. Illo abeunte Ducis adcuriam, mox in prima noctis vigilia affuit manus inimica, & irrumpentes valvas domus subito, inveniunt eos cantantes & psallentes Domino. Quorum adactis jugulo gladius inquit: Vivere si vultis cum pace bona, quod habetis argentum nobis date nunc, & parcite vobis. Scimus enim vere, vos censum regis habere. At illi, teste Deo, jurant, censumque negant constanter & Ajunt: Pecunia, quam quæritis, jam est in camera Ducis, quæ non fuit necessaria nobis. Quod si non creditis, ecce domus nostra, quærite quantum vobis placet, tantummodo nolite male facere nobis. At illi rigidiores saxis, Non est opus, inquit, verbis, aut nobis reddite Ducis pecuniam, aut diram mortis subibitis sententiam. Et statim eos crudeliter ligaverunt, & per totam noctem diversis panis affecerunt, ad ultimum in ore gladii simul omnes interfecerunt. Sicque furor impiorum transiit ad regna eos polorum. Passi sunt autem hii quinque fratres: Benedictus, Matheus, B Ysaac, Crispinus atque Johannes Anno Domini incarn. Mo. IIIo. IIIo. Idus Novembr. Anno Dom. Incarn. MVI.] In Cod. An. Dom. Incarn. Mo. Vo. memini] addit Cod. editum. p. 2011. Bracislaus] Cod. Bracizlaus. opis] Cod. operis. Albertus Otto] Cod. albus Otto. Sed turres] Cod. Sed quæ turres. Igitur] Cod. Interea. Perpendit tamen] Cod. Perpendit enim. Apostropham] Cod. Apostropham. non potuit] Cod. non poterit. solis vice] Cod. solis luce. p. 2012. vice hospiti] Cod. vice hospitum. tamen suis] Cod. enim suis. & ipsum] Cod. se ipsum. Cheridis] Cod. Thechidis. risu] Cod. nisu. eam molendinari fune præstrictam] Cod. eam cathena molendinarii fune grossiori præstrictam. cunctis de civitatibus Polonis] Cod. cunctis Poloniis. p. 2013. & mansuetus] Deest et. vel manipulos] Cod. quinquaginta manipulos. D p. 2014. Erat tamen] Cod. Erat enim. quia fidele] Leg. ex Cod. & fidele. Zpragnen] Cod. Zpitigneus. Lizza in vinculo] Cod. Lizza in vinculo. p. 2015. convertit] Cod. concussit. Heri] Cod. Heu. fugitivo] Cod. fruituri. & inanis eris] Cod. & jam es & inanis eris. Kirlessu] Cod. Krlessu. Muncia] Cod. Muncina. Irnea] Cod. Tepca. Judicem] Cod. in Ducem.

Occidun-
tur à latro-
nibus.

Faromir obiit]. Adjunge: Anno Dom. Incarn. M. XXXVIII. II. Nonas Nov. p. 2016. Hastenus acta] His præmissa est in Codice narratio bene longa de exordio Zazovensis Monasterii, quæ hic repetenda.

Hoc in loco congruum videtur, non debere prætermitti, qualiter cenobium Zazavense divini dispositionis gratia exordium sumserit, sub quibus Principibus, & qualiter extenui origine auctore Deo, in tantam, ut hodie cernitur, amplitudinem excreverit, ut & in hoc, sicut in cæteris pietatis suæ operibus divini bonitatis magnificentia ab omnibus fidelibus laudetur. Tempore siquidem præfati Ducis Oudalrici, in divino cultu Origo Zazoviri magnifici, fuit heremita, Procopius no- zovenis Monasterii. mine, natione Boemicus de villa Chotun, sclavonicis litteris, a sanctissimo Quirillo Episcopo quondam inventis & statutis, Canonice admodum imbutus, in seculo Presbyter eximius, honesta vitæ & casta mystéria celebrans, postmodum insula monasticæ parmatius professionis, solus cum solo Deo in si- St. Procopii vita solitaria. dei pignore inconvulsus deguit. Hic quippe pro amore Jhesu Christi toto spiritus sui ardore fervens, vanitatem nequam hujus mundi contempsit, & domum uxoremque, agros, cognatos atque amicos, immo semetipsum sibi abnegans, versutiali seculo & pompis suis miserabilibus valedixit, a cujus tumultuoso turbine fugiens secreta solitudinis petiit, atque supercilio cujusdam desertæ speluncæ, quam mille demonia, ut fertur, inhabitabant, cælestibus armis loricatedus consedit, ibique, quibus se posset tueri, obstaculis virtutum constructis, contra canes vitiorum & impetum spiritualium nequitiarum ac suggestionum sagittas, ad petram, quæ Christus est, orationibus, vigiliis, jejuniis allidens, viriliter pugnare cepit. Dum igitur in dilecta sibi solitudine, a naufragio secularis tumultus liber, ac ab omnibus occultus, per multum tempus Deo indefessus agonizaret, pia divinitatis dispositio civitatem in monte positam latere, & lucernam sub modio abscondi minime voluit, sed ad laudem & gloriam nominis sui, in præpatulo exemplo multorum fidelium lucere. Cælesti namque gratia dictante, dum idem Dux consueto more illum locum, quem ad venandum speciatim elegerat, quodam tempore, venandi gratia, adisset, interim, dum venationi ilaret operam, unum ex multitudine cervorum, ad secretiora nemoris profugientem, insecutus usque in verticem prædictæ speluncæ, reperit exili rugurio Procopium, virum monachili sub habitu eremiticam excolere vitam. Primo igitur rei novitatem, Principalis celsitudinis, modificato tenore, mentis alacritate, dulci verborum affabilitate, singula ex ordine percunctatur: quis & quibus ab oris venerit? vel qua de causa vir talis tamque rarus eas solitudines incolere voluerit? Cujus ad interrogata Procopius breviter ac humiliter respondens, Uuu uu 2 omnem,

omnem, sicut res erat, veritatem seriatim exposuit, & ad ultimum subjunxit, se pro amore Dei & spe supernæ retributionis mundo funditus renunciaſſe, & in eodem deserto, ſi Deo placeret, finctenus velle perſiſtere. Princeps igitur in Domino admirans viri tam arduum propoſitum, & attendens vultum ſanctæ religionis gratia præditum, utraſque manus cælis tetendit, Deum lacrimis perſuſus benedixit, deinde orationibus ejus ſeſe attentius commendat, & in ſpiritualem patrem ſibi adoptat, & larga manu ſubſidium exhibens, ad militum ſtationem regreditur gaudens. Exiit igitur, cæleſti diſtante gratia, creſcebat ad eo longe lateque per cuncta compitu fama virtutum illius, multiplici ſermone diſcurrens, ut ad ejus opinionem catervatim provinciæ ejusdem homines xenia offerrent, ipſiusque orationibus ſeſe devote manciparent. Qui caritatis ſtagnantia plenus, hospitalitate præditus, prudentia ſanctæ decenter ornatus, caſtimonia purus, humilitatis miſericordia providus, temperantia clarus, abundantia zeli fidei plenus, qui ſermone prædicationis ſanctæ pectora audientium, ut ymber temporaneus, opportuno tempore inſuſus irrigabat, ac doctrinæ ſuæ vomere mentes utiliſſime reformabat. Pauperes denique tanta pietatis largitione, ſibi divinitus ingenua, ſuſcipiebat, tamque prona & læta famulatus ſollicitudine miniſtrabat, ac ſi maniſeſtiſſime Chriſtus adſeſſet, ut omnis territorii ejus industria mendici atque piſaudi paſcerentur. Properabat equidem ad eum multitudo fidelium, habentes in deſiderio animi ſui, ſæculi lucris renunciare, ſecum finctenus commanere, quos benigne amplectans ſovebat, ſicut gallina pullos ſuos ſub alis. Brevi itaque temporis dilapſo interſtitio, ſelix pater Procopius, coadunatis quibus potuit, ſumtibus, jecit fundamentum in nomine Domini & baſilicam in honore ſanctiſſimæ Dei genitricis Mariæ & S. Johannis Bapt. conſtruxit, & aggregavit quosdam fratres, vita & moribus religioſos, quibus ſpiritaliter concordantibus unanimi caritate monaſtica fieri moderamina, & myſteria divina juxta exemplar almifici patris Benedicti conſtituit, ipſe vero minimus in minimis effectus. Cujus quantum prudens & efficaç diligentia mentis industriaque ac ſollicitudo, & quam pia caritatis aſſuentia erga fratres extiterit, nullius ſacundia digne ſufficit enarrare. Dux ergo prædictus & primatus curialis patrem vocitare, uſui ſui commendaverunt, quem etiam paternæ veneratione diligere decenter affectabant. Unde idem Dux magnanimiter cum Satraparum ſuorum ingenioſitate perſpicaci prudentique conſilio diſcretionis inito, eum ad Abbatie inveſtituram debere promoveri decrevit, quædam cœnobiali uſui neceſſaria decenter coaptans, quædam pollicens, quæ tandem decenter complevit. Ille vero ſeſe cæteris præferre pertimeſcens,

ſummo manſuetudinis humilitatisque emolumento omnino recuſabat, ſemet aſſerens imperitum hominem & indignum operam obedientiæ minime ſubjectis impendere valere, Deum, qui omnium occultorum ſolus cognitor eſt, intimæ ſuæ inſpectionis teſtem præponens.

Interim piæ memoriæ Duce Oudalrico ex hac luce ſubtracto, Bracizlaus filius ejus regni principatum obtinuit, vir per omnia divini religionis cultum diligens, opus, quod pater ſuus imperſectum reliquerat, omni ſagacitatis diligentia ad perfectum conſummare decrevit. Audiens namque beati viri ſanctam opinionem, immenſo tripudio, ultra quam credi poſſet, cum optimatibus ſuis gaviſus eſt, cujus ſeſe gratulabundus commendans orationibus, ſeorſim aſſumpſit & de ſuſcipienda Abbatie inſula commonuit: deinde iterata vice in præſentia omnis curialis dignitatis, verbis perſuaſoriis aggreditur, & licet velit nolit, paſtoralis curæ moderamina ſuſcipere deberet. Sed vir Dei in ſibi ſolita perdurans pertinacia, omnino ſeſe aſſerens indignum, nullatenus ad conſenſum Ducis ſecti potuit, ſed divini ordinationi quis eſt, qui contradicat? Victus namque omni inſtantia precum, omnique dilectionis admonitione atque affabilitate

Procopius
Abbas eſſe
recuſat.

Optimatum violenter Abbas ordinatur. Facta igitur celebri promotione, Dux Bracizlaus primo quidem donationem, quam pater ſuus eidem patri adhuc ante ſuſceptionem Abbatie fecerat, ſtumen videl. ſubterfluens Amilobuz usque ad ſpeluncam, quæ vulgo Zacolnica dicitur, cum prati & ſilvæ circumſacente, principali corroboravit auctoritate; dein etiam hanc eandem donationem, ſupervenientibus hereſibus & eam ſuo juri uſurpative vendicare molientibus, nolens paternæ caſſare ſtatua, ſemet oppoſuit, litem diremit, & eidem Patri Procopio omnem utilitatem in aqua & ſilvâ a prædictis terminis redonavit, agros & prata, ex utraque parte adjacentia, ſub teſtimonio & confirmatione filii ſui Wratizlai & Principum ſuorum, ſexcentorum denariorum pretio redemit, & Abbati Procopio ſcriptis & legitimis teſtibus reconſignavit. Ad extremum quoque ex propria largitione terram, quæ circa eſt, usque ad ſilvâ Strnounic, nec non villam Zerammnik, & unum ſtagnum & ſtructuram lignorum ad piſcandum centum denariis comparatam, eidem Abbati & ſuis ſucceſſoribus pro remedio animæ ſuæ in perpetuum poſſidenda contradidit.

Vi ordinatur.

Donatio
Monasterii

Tam igitur felici proceſſu jam factus Abbas, nec ſe ſuper ſe extulit, ſed firmiori virtutum ſoliditate fundatus, humilitatis quoque ac caritatis conſtanti excellentia ſtabilitus, tam hilaris & affectione benevolentie continens extitit, ut a ſubjectis ſibi plus amori haberetur, quam timori; quibus tam publice quam ſingillatim ſalutaria miniſtrare monita multaque exemplis præſcorum dogma-

monasteria, divina implorans in adversis eventibus sibi adminiculari praesidia. Postquam autem cognovit, Regem *Lotbarium* cum valida *Saxonum* manu Boemicis appropriare terminis, festinavit ei occurrere ad castrum, quod *Hlumec* dicitur. Sequenti die confedente Duce *Sobezlao* cum suis ad prandendum, venerunt, qui dicerent: Optime Dux, tu deliciis ciborum intendis, & minus caute agis, quia jam ecce, nisi ocius obvies eis, hostium enses cervicibus nostris dominabuntur. Mox igitur fit clamor in castris, ut sit unusquisque paratus. Praemitit interim Dux *Sobezlaus* legatos, *Nazzerat*, *Mitrozlaum*, *Zwilonem* & alios ex Primatibus suis ad Regem, haec verba deferentes: Haec dicit *Sobezlaus*: *Discretionem tuam, Bone Imperator, scire convenit, quod electio Ducis Boemiae, sicut ab antecessoribus nostris accepimus, nunquam in Imperatoris, semper autem in Boemiae Principum constitit arbitrio, in tua vero potestate electionis sola confirmatio: Sine causa nova legis iugo nos constringere conaris. Scias nos nullatenus ad id consentire, magisque pro iustitia pie velle occumbere, quam iniustus decretis cedere, & revera, nisi ab hac molitione desistas, in proximo est Omnipotentis Dei iudicium inter nos imposterum memorabile seculis ostendat prodigium.* Visa sunt autem haec dicta Regi & omni exercitui eius quasi deliramenta. Dux siquidem *Otto* Regi omnem spondebat securitatem, eo quod omnes sublimiores *Boemiae* fidei suae firmitatem ei fecissent sponsonem, nec dicebat armis opus esse, sed magis, qui vellent, cum falconibus & accipitribus terram ingredi absque ullo offendiculo posset. Ergo XII. Kal. Martii procedunt *Saxonum* male secuti inter duos montes cuneorum globi, & quia densissima nix viam difficultatem fecerat, plurimi armis depositis pedites incedebant. Sed cum inter angusta faucium utriusque montis devenissent, ubi velut caelitus eis incluis omnis fugiendi sublata erat facultas, Dux *Sobezlaus* dividens suos in tres scaras, subito impetu in eos proruit, & quotquot ex adversa parte constiterant, omnes in ore gladii excepit. Ibi Dux *Otto* huius mali minister corruit, ibi plurimi *Saxonum* Optimates prostrati sunt, & vix quisquam elabi potuit, nisi forte qui ad sarcinas tuendas eminus vel circa latus Regis constiterant. Peracta igitur illa die tam miserabili caede, dirigit Rex nuncios pro *Sobezlao* Duce, mandans & rogans, ut veniat ad se. Qui nihil adversi veritus, assumptis secum paucis ex Primatibus Regem adiit, & stans prior his eum verbis affatur: *Non nostrae temeritatis insolentiam nos, Optime Rex, ad tuas impulsit injurias, non superba nos praesumptio, ad effusionem sanguinis tuium commovit Procerum, nullum sane damnium vel dedecus tuae Majestati moliti sumus, sed sicut saepius ante tibi per legatos nostros innotuimus, nova legis iugo, quod nec patres nostri portare potuerunt, nostras cervices subdere nolimus, & ecce divinum iudicium utriusque nostrum iustitiam manifestum dedit indicium, & indebita dissensionis omnemque utrumque partium ademittit occasionem. Cessent igitur vel iam cause omnis discordiae, redeat unitas concordiae. Omnis iustitia debitum, quam antecessores nostri regiae Majestati exhibuerunt, nos quoque nihilominus rebus & persona nostra, loco & tempore impendere parati sumus. Ad haec Rex: Nisi, inquit, Dux *Otto* summa vi precum tuo proposito nos obviare compulsisset, nulla prorsus ratione cogente animus noster ad hoc flecti potuisset, ut cuiquam Principum nec digitum contra te extendere licuisset. Annuente igitur & favente Deo, Ducatus honore & solio fructu paterno, mutua dilectionis & amicitiae vinculum nobis & toti regno conserves inconvulsam.* Et haec dicens, transdidit ei per manum insigne Ducatus vexillum, & ita datis invicem osculis, Dux *Sobezlaus* cum maxima gloria & honore suorumque ingenti tripudio ad dulcem suam rediens metropolim annis XVI. optato potitus est solio. Eodem anno XI. Kal. Martii, *Johannes* Episcopus VI. Sanctae Olomucensis Ecclesiae vinculis carnis absolutus, talentum sibi creditum Christo reportavit centuplicatum. Post hunc *Sedico* Praesul successit in ordine VII. & eodem anno ordinatus est VI. Non. Octobr. Eodem anno obiit *Zuataua* Regina, mater *Sobezlai* Ducis Kal. Sept. Anno Domini Incarn. M. C. XXVII. obiit Dominus *Clemens*, Abbas Sanctorum *Adalberti* atque *Benedicti* Monasterii Breu-

novensis, cui successit *Vdalricus*. Eodem anno *Mileysi*, Deo devota famula, nulli pietate secunda, placitis Deo moribus cordetenus intenta, quatenus ex divina gratia excessum suorum sibi daretur indulgentia, *Roma* Sanctorum Apostolorum adiit limina, & eodem anno reversa, felici consummatione huius vitae stadium est egressa III. Idus Julii.

Anno Domini Incarn. M. C. XXVIII.

Anno Domini Incarn. M. C. XXVIII.

Anno Domini Incarn. M. C. XXX. *Meginbertus*, Episcopus *Boemorum* adiit *Jerosolimam*. Item hoc anno Kal. Martii obiit *Wacezlaus*, Dux *Moravienis*, totius Christianitatis pater & clericorum amator. Eodem anno VII. Kal. Maji immensum signum apparuit & tonitruum horribile auditum est. Eodem anno XI. Kl. Julii, *Sobezlaus* Dux *Boemorum* insidiatores vitae suae quosdam manibus ac lingvis & visis privavit. *Bracizlaus*, filius *bezlai*, privatus est oculis.

Anno Domini Incarn. M. C. XXXI. elevatae sunt reliquiae *S. Godehardi* Episcopi & confratris, mirae sanctitatis viri. Eodem anno *Sylvester*, Prior *Zazovenis* Monasterii adiit *Roman*.

Anno Domini Incarn. M. C. XXXII. *Pribizlawa*, conjux *Groznae*, suae fecit terminum vitae. De cuius pia conversatione quaedam fidelium memoriae stili officio summatim commendare fatis ad rem arbitramur pertinere. In cujus moribus, dum in carne vixit, & Deo placuisse confidimus & hominibus, Deum diligentibus, omnigenae virtutis speculum constituisse vidimus. Totius namque vitae suae tempore familiare studium habuit cultum Dei intus diligere, nihil amori ejus praeparare, pauperum ex visceribus pietatis matrem se exhibere, personis quoque, Dei servitio mancipatis tota mentis sinceritate ac devotione honorem & adiutorium, prout res exegisset, offerre. Bona quidem legali juncta marito fuit, melior deinde in viduitate permansit, optima post lacrimabile dilecti & unici filii sui *Severi* humationem exsultit. Haec desiderio videndi sepulchrum Domini flagrans, cum Domino *Megnarado* Episcopo & cum aliis *Jerosolimam* adiit, & prospero successu ad sua rediit. Postquam vero tempus decessionis suae ex hac vita appropinquavit, & viribus corporis se destitui perlenfit, convocatis ad se cunctis suae cognationis natu & honore prioribus, villam *Goztivar* cum silva adiacente, agris & pratis, & omni proprietate sua, quam inibi possidebat, nec non & omnem familiam suam, villam etiam *Bosikonie* ad hospitale Deo & *S. Johanni Bapt. in Zazon*, omnibus suis affinibus in id ipsum consentientibus, obtulit & sub legitimis testibus confirmavit. Et sic paucis interpositis diebus in eodem cenobio generalis resurrectionis diem expectatura, felici requie fruitura V. Non. Maji exiit ex huius mundi pressura.

Anno Domini Incarn. M. C. XXXIII. *Diethardus* Abbas, cujus superius mentionem fecimus, in senectute bona XV. Kal. Jan. felicem aeternam Domino commendavit. Eodem anno eclipstis solis fuit media die.

Anno Domini Incarn. M. C. XXXIII. obiit *Bogudar* Kal. Febr. *Sylvester*, Prior *Zazovenis* Monasterii post depositionem pii patris *Diethardi*, unanimi fratrum consilio & concordia voto VIII. Kal. Maji in Abbatem ejusdem Monasterii electus est, vir morum honestate cunctis amabilis, colloquio plurimum affabilis, in abstinentia singularis, amicus humilitatis, intus verae caritatis alumnus, toti fratrum congregationi adeo cum vinculo familiaritatis & dilectionis sese astringens, ut omnibus plus amori quam timori haberetur. Revoluta igitur ejusdem anni circulo, item VIII. Kal. Maji metropolim per manum *Sobezlai* Ducis, abbati suscepto baculo a *Johanne* venerabili Episcopo ordinatus est. Divinitus igitur tam decenti sublimatus honore bonus Pastor ad suo moderamine commissa dulcia cum omnium suorum exultatione revertitur ovilia. Hic locus sese obtulit, quod superius promissum absolvere, quanto scilicet in sanctae religionis studio flagraverit amore, & quam diligens cura sibi fuerit in meliorandis & amplificandis rebus monasterii. In quantum siquidem praevaluit & novit, omnem monasticam disciplinam fratrum suorum cordibus saepius inculcare solitus fuit. Res superfluas privatas virtutes &

Sola electionis principis confirmatio penes Imperatorem esse dicitur.

Cedes *Saxonum* & ipsius Ducis *Otonis*.

Sobezlaus ipse mitigat *Cesarem* oratione.

1127.

1130.

Supplicia infidiatorum *Sobezlai* Ducis, privatus est oculis.

1131.

1132. *Pribizlawa* pia opera.

1133.

1134.

Sylvestri Abbatis *Zazovenis* &

merita in
Monaste-
rium.

vatas contra licitum possidere, gravissimum crimen esse docebat, dicens: Monachum victum & vestitum habentem his debere esse contentum. Specialiter quoque humilitatis & patientiæ omnibus in se prætendebat exemplum, illud semper revolvens: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Hic tempore sui regiminis Capellam S. Dei genitrici construxit, Monasterium S. Joh. Bapt. picturæ venustate decoravit, muros cum absidibus in medio oratorii ab altaribus S. Stephani & S. Martini interposuit. Pavimentum ecclesiæ lapidibus politis de Petri Monte advectis adornavit, dormitorium, refectorium, cellarium & coquinam atriisque claustrum per circuitum cum columnellis & absidiculis venustissime construxit. In villa *Mnichovici* nuncupata, basilicam in honorem S. Michaelis & omnium cælestium virtutum edificavit. Quid plura? Omnis ejus intentio, omne studium, omnis sollicitudo, quoad vixit, in hoc præcipue perstitit, quatenus domui Dei in omnibus utilem se exhiberet. Eodem anno obiit Dominus *Megnibardus*, X. Episcopus S. Pragensis Ecclesiæ V. Non. Julii, Monachorum & Clericorum verus amator, pauperum & peregrinorum pius consolator, cui successit *Johannes*.

1135. Anno Dom. Incarn. M. C. XXXV. XIII. Kl. Martii facta est ordinatio Domini *Johannis*, XI. Episcopi Pragensis. Eodem anno facta est confirmatio Ordinis S. Augustini ad Præmonstratam ecclesiam per *Innocentium* Papam in civitate *Pisis*, V. Non. Maji.

1137. Anno Dom. Incarn. M. C. XXXVI. Anno Dom. Incarn. M. C. XXXVII. *Silvester* Abbas una cum Domino *Heinrico*, Olomucense Episcopo, & cum aliis instinctu divini inspirationis, orationis causa *Jerusalem* perrexit, interim cenobii sui gubernacula Domino *Beroni*, ejusdem loci Decano, procuranda committens, & eodem anno VIII. Kal. Jan. prosperis ausibus statibus rediit, in quo itinere miles Deo devotus, *Ruzin* defunctus est III. Idus Oct. Eodem anno II. Non. Decemb. *Lotharius*, Romanorum Imperator, pauperum & peregrinorum pius consolator, migravit ab hoc mundo, cui successit *Conradus*. *Leopoldus* Dux pulsus est de *Moravia*.

1139. Anno Dom. Incarn. M. C. XXXVIII. Anno Dom. Incarn. M. C. XXXVIII. Dominus *Henricus*, Episcopus Olomucensis reverentissimus, Romani causa orationis profectus est. Eodem anno Dns *Johannes*, Ep. XI. S. Pragensis Ecclesiæ, clericorum & monachorum verus amator, pauperum & peregrinorum pius consolator, VI. Idus Augusti migravit ab hoc seculo, cui eodem anno *Silvester*, Zazovensis Ecclesiæ Abbas, vir vere Israelita, successit in Episcopatum. Sed in sequenti anno, Deo, a quo omnia bona procedunt, inspirante, sano usus consilio, secum sæpius retractans, semetipsum minus sufficere posse ad tam grande pondus Episcopalis regiminis, & illud apostolicum: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus* &c. eundem Episcopatum cum bona voluntate dimisit suamque Abbatiam recepit.

1140. Anno Dom. Incarn. M. C. XL. *Sobezlaus* Dux Boëmicus, XVI. Kal. Martii mortalibus exutus artibus, viam universæ carnis ingressus, cui eodem anno XIII. Kl. Martii *Wladizlaus*, filius *Wladizlai* Ducis successit in principatu. Eademque tempestate renuente Domino Abbate *Silvestro* Episcopatum Boëmicum, *Otto* Pragensis Ecclesiæ Canonicus & Præpositus electus est in Episcopum, & eodem anno brl. inatus est VII. Kl. Julii. Eodem anno XVII. Kal. Octobr. obiit *Adleysh* ductrix.

1141. Anno Dom. Incarn. M. C. XLI. *Spitigneus* filius *Borivoy* Ducis, *Mirozlaus*, *Mukar*, causa orationis *Jerusalem* perregerunt, mense Januar. Eodem anno fuit inundatio aquarum in *Boëmia*.

1142. Anno Dom. Incarn. M. C. XLII. *Nacvat* Comes & alii Primates *Boëmiæ* adversus Ducem *Wladizlaum* conspiraverunt, & uniti *Moravensibus* *Boëmiam* magna manu hostiliter intraverunt. Deinde bello congressi, *Boëmis* cedentibus, *Pragam* obsederunt, & monasteria SS. Viti, *Wencezlai* atque *Adalberti* sanctique *Georgii* incendio vastaverunt. Tandem, superveniente Rege Romanorum *Conrado* depulsi ab obsidione urbis recesserunt, & *Moraviam* redierunt, & interventu Cardinalis *Wilonis* & Episcoporum *Orsonis*, *Heinrici* atque

Abbatum digna satisfactione in pacis fœdus conveniunt. Eodem anno Synagoga Judæorum & multa ædificia combusta sunt in suburbio Pragensi. Visus est serpens volare. Eodem anno III. Idus Julii obiit *Kerberk* conjux *Borivoy*.

Anno Dom. Incarn. M. C. XLIII. *Wladizlaus*, Dux *Boëmorum*, *Moraviam* incendio vastavit. Eodem anno Legatus Apostolici separavit sacerdotes ab uxoribus. Eodem anno inventio capitis S. *Adalberti* Episcopi & Martyris, in urbe *Praga* in Ecclesia S. Viti Martyris, & relicium S. *Wencezlai* inventum est. Eodem anno venerabilis dedicatio Monasterii SS. Viti, *Wencezlai* atque *Adalberti* II. Kal. Oct. a tribus Episcopis, *Ottone* Pragensi, & *Heinrico* Olomucensi & *Babenbergense* Episcopo. Eodem anno religiosus Papa *Innocentius* migravit ad Dominum.

Anno Dom. Incarn. M. C. XLIII. *Guido* Cardinalis & Legatus Apostolicæ Sedis, cassis quorundam delationibus incitatus, *Silvestri* Abbatem suspendit ab officio, sed sequenti anno per Dominum *Heinricum*, Olomucensem Episcopum redeuntem restituit.

Anno Dom. Incarn. M. C. XLV.

Anno Dom. Incarn. M. C. XLVI. dedicatio Capellæ S. Mariz in *Zazoa* a venerabili Episcopo *Ottone*, quam construxit Dominus *Sylvester* Abbas.

Anno Dom. Incarn. M. C. XLVII. venerabilis Abbas *Clarevallis* *Bernardus*, Deo & hominibus carus, audiens invasionem & persecutionem, quam *Sanguin* paganus fecit in consinio *Jerusalem*, sicuti *Matthias* adhortatur filios suos. Sic adhortatus est Regem *Francie Ludovicum*, omnesque Francigenas gentes armata manu in expeditione Dei ire *Jerusalem*, animasque pro fratribus ponere, nec non Christianam gentem de gladio paganorum auxilio Dei liberare. Cujus admonitione Franciis gentes Franciæ, Angliæ, Lotharingiæ, Saxonæ, Boëmiæ, Sæviensæ, Bavarientes, cum ferocibus Francis ad expeditionem Domini sunt parati. Commotio Christianorum facta est in paganos. Eadem tempestate verbiger *Sdico* Episcopus *Moravien*sis adiit *Pruzos* cum *Heinrico* Decano Pragensis Ecclesiæ ad prædicationem, & eodem anno est reversus. Eodem anno II. Idus Junii obiit *Izci* Abbas *Postolopertensis* ecclesiæ, cui successit *Bero* Zazovensis Monasterii Decanus, & eodem anno ordinatus est, VII. Idus Decembr.

Anno Dom. Incarn. M. C. XLVIII. VI. Idus Julii *Otto* XII. Episcopus S. Pragensis Ecclesiæ obiit, cui successit *Daniel* Præpositus ejusdem Ecclesiæ.

Anno Dom. Incarn. M. C. XLVIII. ordinatus est *Daniel* Episcopus a *Magantino* Archipræsule.

Anno Dom. Incarn. M. C. L. vir clarus vita *Sdico*, VII. Episcopus Olomucensis Ecclesiæ subtrahitur ab hoc mundo, victurus perpete vita, cui successit *Johannes*, *Caionicus* de monte *Ztragov*. Eodem anno obiit *Gertrudis* Ducissa *Boëmiæ*.

Anno Dom. Incarn. M. C. LII.

Anno Dom. Incarn. M. C. LIII. obiit Papa *Eugenius*, vir vita magnificus, cui successit *Anastasius*.

Anno Dom. Incarn. M. C. LIII. jam die deficiente, crepusculoque noctis imminere incipiente, eclipsum lunæ passa est. Post hæc maxima mortalitas in homines irrepit.

Anno Dom. Incarn. M. C. LV. fratres nostri *Arsenius*, *Sizna*, *Radostu* hac vita exempti sunt.

Anno Dom. Incarn. M. C. LVI. *Bero* *Postolopertensis* Abbas V. Idus Maj. heu immatura morte diem clausit extremum. Hic siquidem secunda ætatis suæ vigilia, Domini aspirante gratia, semetipsum in ara crucis Christi hoc in cenobio optulit holocaustum Deo. Vir caritatis virtute plenus, simplex & castus in moribus, voluntarie paupertatis specialis amicus, qui ob meritum sanctæ religionis, primo apud nos honore Decani, deinde *Postolopertensis* in monasterio per Dominum *Ottone* Episcopum, Abbatem est culmine sublimatus. Præfuit autem eidem Ecclesiæ annis VIII. mensibus III. diebus XXXV.

Anno Dom. Incarn. M. C. LVII. V. Idus Jan. *Spitigneus* Dux, immo flos & honor Ducum pro dolor nimis in tempestante morte vitæ præsentis accepit terminum, vir præ ceteris divini pietatis dote magnifice præditus, & bilis obiit.

1143.

1144.

1146.

1147.

1148.

1149.

1150.

1153.

1154.

1155.

1156.

1157.

ut pace omnium dictum sit, totus ex omni virtutum elegantia compositus, cujus qui digne meminit, dolore & lacrimis nequaquam carere poterit. Cecidit quippe aureus Ecclesie Dei clypeus, clericorum pater, pupillorum mater, merentium intimus consolator, totius honestatis & bonitatis solertissimus indagator, cui virtus amor, vitium fuit horrori, cujus in iudicio arcem victorie misericordia & veritas semper obtinuit. Ad miserendum denique nullus eo facilius, ad irascendum & vindicandum in reos nemo difficilior. Quem etiam Deus virga benignae suae correctionis multo tempore in presenti flagellavit, sed baculum consolationis ad percipiendam vitae futurae praesentia reservavit. Longa siquidem & difficilia apud exterarum nationum passus exilia, tandem tam praereceptione quam petitione *Friderici*, Romani Imperatoris, a *Wladizlao* Duce recipitur in patria, sed brevi temporis interstitio, satis urgentibus, migrat ab hoc seculo, pro temporali dispendio felicitatis aeternae beandus solatio. Eodem anno XIII. Kal. Febr. *Fridericus* Abbas Postolopertensis, vir in divinis & humanis rebus summae discretionis, erga Deum & homines devotae sinceritatis, intempe ad omnes affabilitatis, peracto itinere cum Domino *Daniele* Pontifice, in terram *Hunorum* abierat, quoniam videlicet idem *Antistes* & *Henricus* frater *Wladizlai* Ducis cum aliis Boemicae terrae Primatibus, filiam Ungarici Regis *Friderico* filio ejusdem Ducis desponsandam detulerunt, in reditu in quandam villam suam paulandi gratia deveniens, post trium dierum aegritudinem ultimum exhalavit spiritum. Eiusdem quoque anni undenis Martii Kalendis *Johannes*, Olo-mucensis Ecclesiae Episcopus, qui de monasterio S. Augustini *Zragos* assumptus fuerat, vitam terminavit praesentem, medio sane juvenutis constitutus flore, sed maturus morum nobilitate. Hic pro defensione iustitiae & statu ac honore S. Dei Ecclesiae semper, quantum in ipso fuit, inconvulsus praecursor persistit, difficilis inobediens, facilis ac promptus & affabilis Deum diligentibus. Cui, ex quo episcopalem suscepit insulam, in corde, in habitu & sermone praecipua semper extitit humilitatis custodia, adeo ut plerumque etiam ab humilioribus personis venerari refugeret, dicens: *non oportere se exigere honorem ab hominibus, utpote qui de eodem luto conditus esset.*

De probitate *Wladizlai* Regis & fratris ejus *Theobaldi* Ducis.

Anno sub eodem *Fridericus* Imperator, juncto sibi Duce *Wladizlao* & fratre ejus *Theobaldo*, *Poloniam* exercitu valido intravit, Principes ejus *Boleslaus* & *Mesconem* suae ditioni subjugavit, insinuatam pecuniam in auro & argento accepit, & pro confirmatione & stabilitate deinceps pacis, filios eorum obsides suscipiens, victoria pro voto positus rediit. Pro cuius sane pacis compositione praecipue Ducis *Wladizlai* institit illustris industria. Tantum enim Imperatoris voluntati se tunc benevolam exhibuit, ut per se tantum & suos vel ad deductionem praefatos Principes flectere vellet, vel si necessitas rei poposcisset, ipse primus cum illis pugnam anticiparet. Imperator vero, ut dictum est, cupito positus honore, ad sedem suam reversus est jam scilicet anno ab Incarn. Dom. M. C. LVIII. initiato. Quid Boemico Duci pro labore suo recompensationis exhibere debuisset, cum Principibus regni consilium habuit. Dum igitur plures eorum assererent, dignum sibi videri, optimis muneribus auri & argenti juxta Imperatoriam munificentiam ipsum remunerari debere; Imperator liberiori usus consilio, Ducem ad se accersitum, hujus verbi nobilitate alloquitur: *"Virtutis tuae constantia nobis optime complacuit, nam & fidelitatis tuae erga nos sinceritas toti regno evidenter innotuit, quam fideliter, quam devote & quam intime nostrum imo totius regni integrum secundum Deum diligas statum, cum in nostris necessitatibus & totius regni, reipublicae sui ipsius suorumque vitam periculo objicere nunquam bastaveris. Hanc igitur egregiam virtutem in te considerantes ac diligentes, & de cetero te erga nostram Imperatoriam serenitatem, fidelem & incommutabilem haberi cupientes, honore, quo ipse volueris, se secundum nostram liberalitatem honorare decrevi-*

Friderici Barbarosse felix expeditione Polon.

mus. Attamen quod terram tuam auro & argento, & omnium pretiosarum rerum copia scimus redundare, & nihil in talibus tibi rarum existere, accipe ex Dei gratia & nostra benevolentia tibi quam tradimus, regni coronam & regia potestatis & honoris dignitatem in regno tuo. Et haec dicens, iussit profecti coronam auream, gemmis, pretiosis lapidibus mire adornatam, qua videlicet ipse Imperator in summis festivitatibus uti serebatur. Tali igitur divinitus honore sublimatus gloriosus Dux *Wladizlaus* cum ingenti tripudio & laetitia suorum rediit ad sua. Deinde ejusdem anni mense Majo profecti sunt Rex & frater ejus Dux *Theobaldus* cum Caesare *Friderico* in Italiam adversus *Mediolanenses*, qui tunc Imperatorem pro quadam seditione contra *Laudunenses* ac *Nolanam* urbis cives facta, sibi graviter offensum habebant. Deceverat siquidem Imperator, non prius se cum exercitu ab urbe discessurum, quam hostibus suis igne & ferro meritam rependeret ultionem. Ibi gloriosus Rex & vere glorificandus *Wladizlaus* cum suis Optimatibus, veluti quondam *Judas Machabaeus*, modo frontes adversariorum contendo, modo a tergo insequendo, modo etiam a dextris & a sinistris acriter insistendo, quot praecia laudabiliter ac victorioso peregerit, dictu longum est. Attamen quia imbecillis certaminibus victoriz proventus plerumque sit incertus, & varii casus vices diversas & difficiles in talibus ludunt, fieri non potuit, quin & ipse quosdam ex suis Primatibus illic amitteret. *Mediolani* igitur cives egregiam ejus virtutem & industriam considerantes, & quia Caesari foret acceptissimus, legatis ad ipsum & precibus directis, mediatorem cum inter se & Caesarem esse pro offerenda digna satisfactioe & pacis compositione deprecati sunt. Ipsius igitur annuente prudenti consilio & sedulitate, praefatae civis urbis potiti sunt pace.

Anno Dom. Incarn. M. C. LVIII. *Daniel* Episcopus *Mediolanum* ad Caesarem *Fridericum* profectus est, quo benigne & honorifice susceptus est, quem in obsequio suo, suis & regni negotiis biennio implicatum retinuit. Interim *Rome* defuncto *Anastasio*, Apostolice sedis Pontifice, gravi exorta seditione, duo ex contrariis partibus Apostolice sedis praeficiendi electi sunt, *Alexander* & *Victor*. Pro qua dirimenda seditione *Daniel* Praeful *Romam* dirigitur, ut videlicet utraque persona *Caesaris* & totius regni concilio interesse debeat, & juxta publicam & canonicam sanctionem ea, quae magis compereret, Apostolice sedis principatum obtineret. In eo sane Concilio coram cunctis regni Principibus & Clericis Episcopis *Victor* iustitiae victoriam obtinuit, & concordiam omnium voto & acclamatione archiepiscoporum Apostolice sedis suscepit. His igitur rite terminatis, *Daniel* Praeful a Caesare & Apostolico multo sublimatus honore, excellentia quoque functus legationis apostolice proficiscitur ad Regem *Hunorum* & exinde ad propriam Praefensis Pontificatus sedem anno Dom. Incarn. M. C. LX. in omnibus, auctore Deo, prospere agens regreditur.

Anno Dom. Incarn. M. C. LXI. III. Idus Febr. *Sylvester* *Zazouensis* Abbas, regiminis sui XXVIII. anno exiit a tenebris hujus corporeae regionis ad patriam perpetuae mansionis, pro labore praesentis vitae recepturus beatam remunerationis, vir omnium virtutum disciplina & morum elegantia decenter insignitus, atque adeo praeciae exercitiis ac theoriz amori deditus, ut evidenter adverti potuisset, hominem, licet adhuc in carne positum, totum tamen spiritus sui fervore iam in caelestibus constitutum. Specialis enimerat amicus patrimoniz, qui lautiores dapes vel vini pocula, ceu quasdam morborum materias abhorrebat, sed simplici cibo & pura fluminis unda delectabatur, convivia potentum vel quarumlibet secularium personarum detestabatur, propter quod etiam a pluribus minus diligebatur, quia in talibus nulli se communem exhibebat. De cuius vitae laudabili qualitate multa quidem ad exemplum pio vivendi & honestatis formam dici possent, sed quia superius jam inde me ex parte dixisse memini, & maxime quomodo operum ejus in eodem monasterio magnalia, quanta fuerint ei erga divini cultus honorem studia, evidenter extant testimonia perhibentia, hoc in loco ista sufficiant. Hoc tantum silva omnium gratia dixerim, quod

*Successor
ejus Bozata
Abbatiam
deponit.*

locus ille patrem vix invenit sibi talem moribus & vita, ceu *Silvester* fuit Abba. Hujus post obitum *Bozata*, ejusdem loci Prior, eodem anno per *Wladizlai* Regis & Episcopi *Danielis* electionem, in Abbatiam successit, qui brevi tempore, exacto unius videlicet anni spatio sui regiminis curam propria voluntate deposuit. Hic namque in cœnobiali conversatione jam XXX. compleverat annos, ac a tumultu secularium actionum adeo se alienum effecerat, ut nulla penitus ratione, quid in seculo ageretur, sese vel scire modicum pateretur, ideoque ad disponendas exteriores monasterii utilitates, vel ad popularium questionum examinanda judicia prorsus exitit ignarus. Præterea tot & tam gravium infirmitatum detinebatur molestitis, ut vix aliquando, quantumque necessitas exigisset, pro utilitate ecclesie extra monasterii septa procedere potuisset. His igitur & similibus devictus incommodis, post anni circulum onus deposuit suscepti regiminis.

*Sobeslaus
Junior Ol-
muntium
invadit.*

Eodem anno *Ducellus Sobeslaus* noctu fecit irruptionem cum LX. armatis militibus in urbem *Olmütz*, omnes fere, quos in ea reperit, diversis opprobriis dehonestari fecit. Quæ mox fama volans *Wladizlai* Regis percussit aures, qui collecto exercitu dictam circumdedit urbem; sed cum cerneret, forti custodia militum inaccessibilem sibi suisque fore urbis aditum, cautius arbitratus est magis ex ingenio, quam bello, juvenilem Principis animum attentare, per internuncios Ducem invitavit ad pacem, imo spondet & firmat, quænam velit pacis accipere conditionem. Princeps igitur ut simplicissimus agnus, nil adversi ratus, in Regis in manus, pax & pacis conditio juramenti confirmatur sacramento. Ibi *Johannes* Episcopus *Moravia*, illic jurat omnis Primatus *Boemia*, sicut Rex dicitur pro pacis & fidei confirmatione. Sed ubi fides? Sacramenta violantur, pactio pacis exinanitur; rapitur, cathenatur Princeps egregie probitatis, & in castro munitissimo *Prinda* sub districtissima custodia multo tempore mæcerandus retruditur.

*Contra fidem
jurandi in
vincula
nisiitur.*

1162

*Regnardus
fit Abbas
Zazovensis.*

Anno Dom. Incarn. M.C.LXII. divina annuente pietate, Regisque *Wladizlai*, ac etiam Domini *Danielis* Pontificis industria procurante, *Regnardus* Abbas *Zazovensis* Monasterii gubernacula suscepit. Hic primo *Sylbœnsis* cœnobium admodum honeste rexit, proprioque labore in possessionibus diversi generis magnifice ampliavit. Primo autem anno ordinationis Domini *Danielis* Episcopi insurrexerunt quidam viri iniquitatis contra eundem Abbatem, virum venerandum, & quæcumque criminosa de ipso potuerunt confingere, auribus Pontificis crebra & importuna delatione veriti non sunt inculcare, & quia, sicut beatus dicit *Gregorius*: *Animo in multis occupato facile ab adulatoribus subripitur*; rem ita, ut conficta erat, Episcopus esse credidit. Vix itaque venerabilis *Regnardus* sine canonica audientia nec accusatoribus seu testibus legitimis convictus vel confessus de objectione criminis, Abbatia privatur honore, rejicitur de Monasterio cum universa sibi dilecta congregatione. Mirum sane de tanto viro Domino videlicet Episcopo, quod tam crudelem & tam præcipitem in pastorem simul & ovile potuit dare sententiam, & quod nulli profus parcendum ob unius accusationem judicavit, nisi forte, ut quidam tunc conjiciebant, sicut & postmodum rerum probavit eventus, hac occasione id eum fecisse, ut quibusdam Augustiniani Ordinis regularibus de exteris ascitis nationibus eundem locum commendaret. Prædictus vero *Downus Regimhardus*, XIII. post depositionem sui regiminis anno, tribulationes ejus & patientiam Domino misericorditer respiciente, *Zazovensis* cœnobii Abba constituitur, Metensis genere, discretissimus moderator vite monasticæ, dilectionis & affabilitatis gratia præditus, humilitatis & mansuetudinis virtute constantissimus, omnium morum elegantia melioribus per omnia comparandus. Cui pro hominum suorum defensione stare vigilantissima semper cura fuit, cui pro assertionem veritatis nec regia Majestas, nec Principum potestas terrorem vel ruborem unquam incutere valuit, cujus animi nec prosperitas ad inanem unquam emollivit lætitiâ, nec adversitas ad perniciosam deiecit mœstitiam, vir in cunctis suis eventibus eundem lætitiæ semper præferens vultum. Universe congregationi plus amore quam terrore studebat præesse; tantum namque humilitari se subdiderat, ut cum esset omnium in congregatione dignior & sublimior, in

*Antea pul-
sus innocie
Abbatia
Sylbœnsis.*

omnibus suis actibus subjectione se exhiberet. Ad humilia etiam quæque opera nullus eo promptior, nullus agilior, nullus efficacior. Fuit in eo peritia pingere vel sculperè quasilibet imagines ligno vel osse, vel etiam diversi generis metallo, fabrilis quoque non ignarus fuit artis, & omnis, quæ ex vitro fieri solet, compositionis.

APPENDIX

De S. Ludmilla.

Fuit in provincia *Boemorum* quidam Comes, nomine *Borivoy*, pagano adhuc more vivens, & accepit uxorem de alia provincia filiam *Zlauibovi* Comitis, nomine *Ludmillam*, quæ diu esset juvenula, idolis immolabat, & ad eorum culturam libentius consuebat. Cumque morarentur ambo, simul divino nutu compuncti, sacri baptismatis lavacrum unâ cum plebe sibi subiecta perciperunt. Nati sunt eis tres filii & tres filie, & omne regnum eorum a die, quo baptismi gratiam perciperunt, amplius crescebat. *Borivoy* namque Princeps, expletis XXXVI. annis de hoc seculo migravit, cujus in regnum filius ejus primogenitus nomine *Spisignus* successit, qui congregans Sacerdotes & Clericos, cepit esse in fide devotus, expletisque XL. vite sue annis, de hac luce migravit; post cujus obitum frater ejus *Wyatizlaus* regni gubernacula suscepit. Quorum mater *Ludmilla* gloriosa matrona cotidie lacrimis amariter deplorabat, quod antea cultrix idolorum fuerat. Quod ipsum in bonum usum mutavit. Nam erat mater pauperum, pes claudorum, oculus cœcorum, orphanorum ac viduarum pia consolatrix. Cum vero prædictus Princeps *Wyatizlaus*, expletis XXX. & tribus vite sue annis, de hujus seculi angustiis migrasset, filiusque ejus *S. Wenceslaus* adhuc puer principatum & regnum patris sui accepisset, mater vero pueri, nomine *Dragomir* in viduitate permansit; Tunc humani generis inimicus invidens, quod religiosa Dei famula *Ludmilla* tot vigoribus polleret, consilium egit Principis mater cum consiliariis suis iniquis, & exosam cepit habere socram suam *Ludmillam*. Dicebat enim: *Ve quid mihi hæc quasi Domina? perdam eam & heres ero omnis substantiæ ejus, ac cum libertate regnabo*. Erat enim filius ejus *Wenceslaus* adhuc juvenis. Tunc honorabilis & devota Dei famula *Ludmilla*, ut cognovit tale consilium, dixit ad nurum suum: *Ego regnare nolo, neque ullam potestatis tue partem habere volo, sed rogo, ut concedas mihi, libera mente Deo servire, usque dum finiatur dies mei*. Hæc dicens *S. Ludmilla* discessit a civitate *Praga*, & venit in quoddam castellum, quod *Tetyn* nominatur. Ibi vero præcia futuri martyrii, ad sacrum studium firmiter se totam corroboravit, & bona supra memorata famula Dei magis magisque in pauperes faciens desiderium non explevit. Quæ discedente, mater novelli Principis, facto consilio cum scelestis, misit eos, ut eam perderent; qui assumentes secum exercitum magnum perrexerunt in castellum *Tetyn*. Tunc *S. Ludmilla*, præcia futurorum, vocans ad se quendam religiosum Presbyterum, nomine *Paulum*, admonuit eum, ut sacra missarum solemnia celebraret. Quibus finitis, ante conspectum summi Judicis suam confessionem benigne effudit, ac perceptione dominici corporis & sanguinis se munivit, & conscia mortis suæ, cepit armis se induere, & in oratione persistere, ut animam bonis operibus ornata suo creatori commendaret. Vespere autem facto, supra dicti tyranni currentes ad domum ejus, dirumpunt portas, & accurrentes ad ostium domus, in qua erat Dei famula, effringunt januam & introeunt; quibus illa dixit: *Quid fratres? quid tanto furore venitis? nonne ego nunciavi vos ut filios? aurum meum & argentum ac vestes, quas habui preciosas, dedi vobis? Et si quam culpam unquam vobis intuli, dicite mihi*. Illi autem verbis pacificis contentis, traxerunt eam de lecto ejus, & projecerunt in pavimento, quæ flens dixit eis: *Obsecro vos fratres, decollate me*. Hæc enim dicebat, ut per effusionem sanguinis coronam martyrii percipere mereretur. Illi autem noluerunt, sed miserunt funem in guttur ejus, & strangularunt eam. Illa autem cum magna fiducia & devotione, expletis XL. vite sue annis & uno, migravit ad Dominum, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Explicit Liber IV. in Chronica Boemorum.

XXVI.

BENJAMINI LEUBERI, JCTI. CATALOGUS

REGUM, ELECTORUM, PALATINORUM, DUCUM, MARCHIONUM, ITEM ET COMITUM POTENTIORUM VETERUM, SAXONIAE, THURINGIAE ET MISNIAE, UT ET MARCHIONUM, COMITUMQUE PAULO RECENTIORUM ET TOPARCHARUM, QUORUM MEMORIA IN SAXONIAE SUPERIORIS CIRCULO, EXSTAT,

EX

AUTORIS QUARTA MONARCHIA, NUNQUAM PUBLICI JURIS FACTA, ET PARTEM IN GRIBNERIANÆ, PARTEM IN MENCKENIANÆ BIBLIOTHECÆ CODICIBUS EXSTANTE, DE PROMPTUS.

CATALOGUS REGUM, ELECTORUM ET DUCUM SAXONIAE SUPER, MISNIAE ET THURINGIAE E BENJAMINI LEUBERI, JCTI. QUARTAE MONARCHIAE LIBRI I. PARTE I. EXCERPTUS.

I.

SAXONIAE REGES ET MAGNI DUCES.

Reges & Magni Duces Saxoniae

SAXONIA Germaniae regio amplissima, versus orientem longe ultra *Albim* ad Obetritos usque protenditur, versus Meridiem montibus Suedis, *Salæ* fluvii fontibus, mediaque Thuringia Unstruto flumine terminatur, hinc apud Catos ad *Mœnum* imò ad *Rhenum* usque fines posuit versus Occidentem & versus Septentrionem, ipsam Saxoniam alluit Oceanus. *Albis* proinde, *Visurgis*, *Lippia*, *Ameffis* fluvii sunt Saxoniae præcipui. Saxones olim a Tribus, & hinc a Duodecim primoribus gentis, ad id fastigium forte collocatis & ingruente belli tempore uno præcipuo Duce, aut Dictatore sive Rege, gubernatos fuisse, ex argumentis minime dubiis constat. Eosdem *Carolus* Magnus post bellum XXX. annos continuatum tandem debellavit, Romanorumque primus subjecit Imperio, Regia dignitate Saxonum sublata, Magnos Duces Regum loco instituit:

Magnorum Ducum appellatio in desuetudinem abiit, Electoribus Saxoniae, Archimarschallisque Sacri Romani Imperii creari cœptis, eadem tamen potestas regiae dignitati prope par perpetuo mansit. Etenim ut reliqua prætereamus, Elector Saxoniae etiamnum vacante Imperio Romanorum per omnes provincias Saxonici Juris, Vicarius est Imperii perpetuus, ipsumque sequuntur tot Principes Statusque Imperii, quot a *Vistula* ad *Rbenum*, Menckeni Scriptor. Res. Germ. Tom. III.

a *Mœno* ad *Oceanum* usque & ultra Romanus orbis habet.

Francorum Saxonumque Reges Thuringiae regnum sustulisse, & in media Thuringia fines utriusque regni & Francici, & Saxonicus, constituisse, argumentis liquidissimis probari potest. Hujus rei monumenta etiamnum extant *Franckenbusiu*, oppidum ex adverso Saxo Numburgio in Thuringia & *Francofurtum* urbs amplissima, versus Saxonum castra vulgo *Sachsensachsen* condita. Univerfam tunc Saxoniam distributam fuisse in IX. regiones, tot Toparchis moderandum concreditas, sunt qui tradant. *Carolus* Magnus Saxonibus devictis magnum Ducem provinciae præesse juslit; post hunc Ducem Saxoniae & in alia regione Ducem Thuringiae creavit, his subjunctis præfectum adversus Sorabos & Vandalos, Burggravium Zorbeccanum inde cognominatum: post hos creavit in Thuringia Comites, & in Misnia Marchiones, omnium tamen tam Magni Ducis, quam Ducum, Præfecti, Marchionisque dignitates, fuere tantummodo ministeria & Imperatoris beneficia, quæ ad nutum Imperatoris & concedebantur & finiebantur. Extra hæc beneficia nihilominus illustri regum familia natos Comitum appellatione honestatos fuisse constat. Et hinc Comitum *Swartzburgicorum*, *Glichensum*, *Wettinensium*, *Mersburgensium*, *Ringelheimensium*, *Altenburgensium* aliorumque origo Comitum itaque dignitas primæ cum dignitatibus & possessionibus familiae ratione, initio personalis & hinc perpetua & ad hæredes transitoria esse cœpit. Et hæc fuit politia Saxonum sub Imperatoribus Francicis: ubi vero Saxones ipsi Romani Imperii orbem moderandum susceperunt, Saxoniam suos habuit Duces, post hos Marchiones, post illos Palatinos: Thuringia quoque separatim Duces, Marchiones, Palatinos & ex Comitibus Landgravios recepit. Misnia dati sunt ex Burggraviis Zorbeccanis Marchiones Misniae

Yyy yy

finis

snia & Lusatia. Saxonia tot dignitates sub Imperatoribus Saxonibus recipiens, iis quoque decedentibus, familias imprimis alto regum Saxoniorum sanguine procreatas, & ex iis quatuor illustres extulit in superiori & inferiori Saxonia: in hac Brunsvicenses & Lauenburgicos; in illa Anhaltinos & Wettinenses. Hos eligit Saxonia principes, quibus regionum imperium dignitatumque culmen distribueret. Electoratus dignitatem Regiae potentiae & Magni Ducatus praeminentiae substitutam ad singulas Principum familias ambulare iussit, detulitque eandem primum Brunsvicensibus, hinc Lauenburgensibus, inde Anhaltinis, perpetuamque fecit Wettinensibus. Brunsvicensibus vero praeter antiqua Saxonum regum insignia, Lunæburgensem Ducatum & Marchionatum Saxoniae, Lauenburgis, Ducatus inferioris Saxoniae (Regum Saxoniorum sedes:) Angriae & Westphaliae, Anhaltinis superioris Saxoniae principatum: Wettinensibus superioris Saxoniae Ducatum, Landgraviatū & Comitatum Thuringiae, Marchionatum Misniae & Lusatiae, utrumque Palatinatum Saxoniae & Thuringiae, stabili per familias perpetuas fixit loco. De Brunsvicensibus, Lauenburgicis & Anhaltinis Principibus nostri non est instituti hoc loco referre, quinam Princeps invicem successerint; *Wettinensium* seriem enumerabimus, eorumque antecessores in Saxonia, Thuringia, Misnia & Lusatia & per quos & ipsos devolutae sint (1) dignitates illae olim ambulatoriae vel mobiles, nunc ad familiam certamque personam individualiter, & communiōne omni exclusae fixae, Electoratus scilicet, Archimarschallatus & Burggraviatus. Deinde (2) ex enumeratione Principum liquidum fiet, quo pacto & per quas personas coaluerint provinciae, quarum respectu & possessione Serenissimus Princeps Dominus *Johannes Georgius*, Dominus noster clementissimus salutatur S. Rom. Imperii Elector & Archimarschallus, Dux Saxoniae, Landgravius Thuringiae, Marchio Misniae, superioris & inferioris Lusatiae, Burggravius Magdeburgi.

Saxoniae Reges in Dania.

Dec. I. 1 *Futho*. 2 *Henricus* vel *Ericus*. 3 *Siffridus*. 4 *Toston*. 5 *Sigericus*. 6 *Hundingus*. 7 *Gelderus*. 8 Rex sub *Wermundo*. 9 Rex sub *Uffone*. 10 Rex sub *Dano*.

Saxoniae Reges extra Daniam.

Dec. II. 1 *Artarichus*. 2 *Ansonaricus*. 3 *Wilkinus*. 4 *Sweringus*. 5 *Suarticus*. 6 *Sivvartus*. 7 *Widekindus*. 8 *Wilkinus*. 9 *Marbodus*. 10 *Bodo*.

Dec. III. 1 *Wichtus*. 2 *Wirichius*. 3 *Witgefillus*. 4 *Hengistus*. 5 *Hadwackerus*. 6 *Hatmigardus*. 7 *Huldericus*. 8 *Bodicus*. 9 *Sigbardus*. 10 *Dietericus*.

Dec. IV. 1 *Edelhardus*. 2 *Bertholdus*. 3 *Wernekinus*. 4 *Albion*. 5 *Hermannus*. 6 *Ditericus*. 7 *Assuinus*. 8 *Bruno*. 9 *Widekindus* Magnus. 10 *Wigbertus*.

MAGNI DUCES SAXONIAE.

Dec. V. 1 *Bruno & Walpertus*. 815. 2 *Walpertus* solus. 842. 3 *Ludolphus & Walpertus*. 843. 4 *Ludolphus* solus. 856. 5 *Bruno & Tanguardus*. 859. 6 *Otto Magnus*. 880. 7 *Henricus Auceps*. 916. 8 *Danckmarus, Henricus Rixofus & Otto*. 935. 9 *Henricus & Otto*. 940. 10 *Otto Imp. Magnus*. 942.

Dec. VI. 1 *Otto II*. 960. 2 *Henricus tutor & Otto III*. pupillus. 980. 3 *Henricus vel Hezelo* solus. 984. 4 *Otto III*. solus. 985. 5 *Mathildis*, amita *Otonis III*. 993. 6 *Mathildis*, soror *Otonis*. 995. 7 *Benno Billungus*. 997. 8 *Eckbardus* Marchio. 1002. 9 *Lotharius*, *Bennonis* filius. 1003. 10 *Henricus II*. Imp. 1004. quo absque liberis decedente anno 1024. Magnus Ducatus Saxoniae solvitur Comitibus Saxoniceis, qui haecenus sub Magnorum Ducum imperio, sese in libertatem vendicantibus.

II.

ARCHIMARSCHALLI

S. ROM. IMPERII

DE origine Electorum Principum S. Rom. Imperii variae sunt Politicorum & Dd. sententiae, sed rem manifestam tenebris involvunt, qui Archimarschallatus S. Rom. Imper. officium cum Electorali dignitate confundunt. Illud hanc antiquitate longe praecedat, utpote cum reliquis officiis Archicancellariatus, Archipalatinatus, Archicamerariatus, institutum a *Carolo* Magno ejusque successoribus Imp. Romanis & Francorum gente Augustissimis, ita apud *Aventinum* & *Albinum* in anno 782. celebrantur Comes *Adelgisus*, Camerarius, Comes *Geilo*, Marschallus, Comes *Conradus*, qui & *Woldradus*, Magister aulae & Palatinus Comes. Ita *Witichindus* Corbejensis habet: *Lothariorum Dux Giselbertus omnia procurabat, Eberhardus mensae praerat: Herimannus Franco-Pirrensis, Arnulphus Equestri ordini & eligendis locandisque castris praerat. Sic Ditzmarus lib. 4. Chron. in vita Ottonis III. refert: Henricus ei Bavarus ad mensam, Conradus Marchio ad cameram, Hecil ad cellarium ministravit, Bernbardus Saxo Equis praesuit.* Archimarschallatus itaque officio postmodum a prima institutione post aliquot temporum intervalla accessit dignitas Electoralis, cujus inventio & institutio vulgo Ottoni III. & Saxonice Imp. eorundemque successoribus ascribitur. Et hinc quoque Archimarschallatus officium (quamvis dignitas Electoralis idem officium amplitudine longe nunc superet) perpetuo in inscriptione titulorum, Electoralem dignitatem antecedit, non enim fas est Principem serenissimum salutare, Electorem & S. Rom. Imp. Archimarschallum &c. Sed necesse, ut S. Rom. Imperii Archimarschallum & Electorem &c. exprimas.

Sunt itaque & origine & amplitudine inter se diversa dignitas Electoralis & Archimarschallatus officium: illa investiti solent serenissimi Domini Electores

Electores ab Imperatore Romano; Archimarschallatus vero officio ab Episcopo Bambergensi & ita intelligendus Ampl. Dominus *Carpzov.* ad leg. Reg. c. 10. sect. 6. n. 14. 15. ubi tradit, quod officium Archimarschallatus non transeat cum Electoratus investitura, sed quod Dn. *Carpzov.* addit, officium Archimarschallatus ab Electoribus per Vicarios suos peti: hoc neque perpetuum, neque de Archimarschallatus Vicariis, Dominis de *Pappenheim* est axaudiendum, serenissimus namque Dominus Elector Saxonie *Joh. Georg.* ab Episcopis Bambergensibus obtinuit Archimarschallatus officii investituram solennem duabus vicibus. 27. Sept. 1623. a Joh. Georgio Fuchso, & 19. Mart. 1636. a Francisco Hatzfeldico per legatum Serenissimi Dn. Electoris reliquorumque Ducum Saxonie Consiliarium Dn. Johann. Leuberum, fratrem meum germanum, Bambergam cum in finem missum, ubi investitus fuit serenissimus Dn. Elector officio Archimarschallatus S. Rom. Imp. omnibusque ejus pertinentiis, ut & oppido & arce *Witteberga*, oppido & arce *Mulberg*, arce *Trebir*, & Pagis *Bersted*, *Issendorff*, *Weisig* & *Bebgast*. Ex antiquitatum itaque monumentis sequentium extraximus *Archimarschallorum* Catalogum.

Dec. I. 1 *Rolandus Magnus*. 2 *Geilo*. 780. 3 *Burchardus*, Aimoino teste, hic fuit Cubicularius, Palatinus & Marschallus simul. 4 *Bernhardus*. 5 *Hugbertus*. 6 *Carolomannus*. 7 *Bernhardus*. 8 *Heribertus*. 9 *Heinricus*. 10 *Conradus*.

Dec. II. 1 *Heinricus*. 2 *Eberhardus*. 3 *Bruno*. 4 *Burchardus*. 5 *Reginbertus*. 6 *Hermannus*, Suevus. 7 *Hertholdus*. 8 *Conradus*. 9 *Luitboldus*. 10 *Arnulphus*.

Dec. III. 1 *Heinricus*. 2 *Conradus*. 3 *Hermannus* Billingus. 966. 4 *Benno* Billingus. 981. 5 *Bernhardus*. I. 6 *Hermannus*, Ordolfi filius. 7 *Ordolphus*. 8 *Magnus*, Ordolfi filius. 9 *Hermannus*, frater Magni. 10 *Magnus* restitutus. 1074.

Dec. IV. 1 *Heinricus Welfo* niger. 2 *Lobtharius* Supplinburgi Com. 3 *Hoierus* Mansfeldiz Comes. 4 *Heinricus Welfo* Superbus. 5 *Albertus* Ursus. 6 *Heinricus* Superbus iterum. 7 *Guelfo*, ejus frater. 8 *Heinricus Leo*, filius Superbi. 9 *Ludovicus* Thuring. Landgr. 1164. 10 *Heinricus Ixo* iterum 1168.

Dec. V. 1 *Bernhardus*. I. 1180. 2 *Albertus*. I. 1212. 3 *Johannes*. I. 1260. 4 *Rudolphus*. I. 1285. 5 *Rudolphus*. II. 1356. 6 *Albertus*. II. 1370. 7 *Wenceslaus*. 1385. 8 *Ericus*. II. & senior. 1388. 9 *Ericus*. III. 1401. 10 *Ericus*. IV. V. quoque dictus. 1424.

Dec. VI. 1 *Bernhardus*. 1428. 2 *Johannes*. VII. 1463. 3 *Fridericus* placidus 1463. 4 *Er-*

nestus. 1464. 5 *Fridericus*. III. 1486. 6 *Johannes*. 1525. 7 *Johannes Fridericus*. 1532. 8 *Mauritius*. 1547. 9 *Augustus*. 1553. 10 *Christianus*. I. 1586.

Dec. VII. 1 *Fridericus Wilhelmus*, Administrator. 1591. 2 *Christianus*. II. 1601. 3 *Johannes Georgius*. I. 1611. 4-5-6-7-8-9-10.

III.

ELECTORES SAXONIE.

Archimarschallatus officio accessisse Electoratus dignitatem, modo monuimus: Sed de hujus dignitatis origine varii varia; eandem in Magni ducatus locum successisse nemo facile negabit, primamque Electoratum, sive Electorum Principum institutionem factam esse ab *Otone* III. magis communis & pervulgata est opinio, uti tradunt *Heigius* p. 1. q. 3. n. 13. & *Carpzovius* ad leg. Regiam. c. 10. Sect. 5. n. 11. ubi de Electorum collegii varia constitutione, circa numerum Electorum & modum dandi suffragia plura vide. Sed ex diversis familiis antiquitus constitutos fuisse Imperatorum beneficio Electores Saxonie, & consuetudine olim obtinuisse, ut jure representationis Principes plures unius loco sese nominaverint Electores, multa antiquitatis documenta docent. Inde sequentium *Electorum Saxonie* Catalogum construximus.

Dec. I. 1 *Bernhardus*. I. alias *Benno* 997. 2 *Bernhardus*. II. 1011. 3 *Ordolphus*, filius *Bernhardi*. 1063. 4 *Magnus*, filius *Ordolphi*. 1073. 5 *Otto* magnus, Comes *Ascanie* 1080. & *Ballensteti*. 6 *Lobtharius* Supplinburgi Comes 1080. 7 *Hoierus* Mansfeldensis Comes. 1112. 8 *Lobtharius* iterum 1115. 9 *Heinricus*. I. cogn. *Superbus*. 1127. 10 *Heinricus*. II. cogn. *Leo*. 1139.

Dec. II. 1 *Bernhardus*, nepos *Otonis* Magni. 1180. 2 *Albertus*. I. 1212. 3 *Johannes* & *Albertus*. II. fratres. 1260. 4 *Albertus*. II. solus. 1285. 5 *Albertus*. II. & *Johannes*. II. sive III. & *Ericus*. 1287. 6 *Albertus*. II. *Albertus*, & *Johannes*. 1290. 7 *Albertus*, *Johannes*. III. *Ericus*. I. & *Rudolphus*. I. 1297. 8 *Johannes*. III. *Ericus* & *Rudolphus*. I. 1308. 9 *Ericus*. I. & *Rudolphus*. I. 1321. 10 *Rudolphus*. I. solus. 1338. Qui electoratum solus obtinuit, representationis, majoratus, Senioratus juribus iterum sublati.

Dec. III. 1 *Ericus*. II. 1356. 2 *Rudolphus*. II. 1361. 3 *Albertus*. 1370. 4 *Wenceslaus*. 1385. 5 *Rudolphus*. III. 1388. 6 *Albertus*. III. 1420. 7 *Fridericus* Brandenburg. 1422. 8 *Ludovicus* Comes Palatinus 1422. 9 *Ericus*. III. *Lauenb.* 1422. 10 *Bernhardus* *Lauenb.* 1422. quatuor posterioribus post obitum *Alberti*. III. Electoratus Saxonicus judicio Imp. *Sigismundi* adjudicatus est, creatusque *Fridericus* bellicosus Elector.

Dec. IV. 1 *Fridericus I. bellicosus 1124.* 2 *Fridericus II. placidus 1128.* 3 *Ernestus 1164.* 4 *Fridericus III. Sapiens 1184.* 5 *Johannes 1125.* 6 *Johannes Fridericus 1132.* 7 *Mauritius 1147.* 8 *Augustus 1153.* 9 *Christianus I. 1186.* 10 *Fridericus V. Wilhelmus, Adminiftrator 1191.*

Dec. V. 1 *Christianus II. 1161.* 2 *Johannes Georgius 1161.* 3 - 4 - 5 - 6 - 7 - 8 - 9 - 10.

IV.

DUCES SAXONIÆ.

*Saxoniæ
Duces.*

Quæ hodie conjuncta esse cernimus Ducatum fcilicet, Archimarfchallatum & Electoratum Saxoniæ olim feparata fuiffe, diverfosque habuiffe Principes, conftat. Per priores itaque Decurias ubi enumeravimus Saxoniæ Principes confideratos ratione Dignitatis & officii reftat, ut enumeremus Principes Saxoniæ ita territorii refpectu nuncupatos. Saxonia vero fubinde *Caroli Magni* tempore in *superiorem* & *inferiorem* dividi cœpit: *Superior* (de cujus toparchis nobis hoc loco fermo) olim partem potiorem Archiepifcopatus *Magdeburgenfis*, Principatus *Anhaltini* cum Comitibus *Mansfeldico* & *Stolbergenti* &c. complexa eft; nunc rerum facie mutata; Dynaftias tantummodo quasdam extra Electoratus; uti loquuntur, circulum; in *superiori* Saxonia cum Palatinatu Saxonico in *Thuringia* in fe continet, reliquis Dynaftiis vel *Thuringiæ Landgraviatui* vel *Mifnienfi Marchionatui* adnumeratis, terminisque Saxoniæ fuperioris & inferioris ad fines Archiepifcopatus *Magdeburg.* & Principatus *Anhaltini* conftituitis.

Dec. I. 1 *Walpertus*, filius *Wigberri 816.* 2 *Tanquardus*, filius *Ludolphi 856.* 3 *Henricus Imp. 880.* 4 *Henricus rixofus 936.* 5 *Ottol. Imp. 955.* 6 *Hermannus Billiogius 966.* 7 *Benno 981.* 8 *Bernhardus 1011.* 9 *Ordolfus 1063.* 10 *Magnus 1073.*

Dec. II. 1 *Lotharius 1106.* 2 *Albertus-Urfus 1126.* 3 *Henricus fuperbus 1126.* 4 *Henricus Leo 1139.* 5 *Bernhardus 1180.* 6 *Albertus I. 7 Albertus II. Johannes I. & Rudolphus.* 8 *Albertus II. & Johannes.* 9 *Albertus II. folus.* 10 *Rudolphus I. & Otto.*

pronepos ex filio *Dedone* crasso, cum sibi invicem successissent & absque liberis decessissent, vidua *Conradi* *Comitis* *Brenensis* ultimi *Elisabetha*, interregni per orbem Romanum tempore, Comitatus *Brenensi* incubuit. *Rudolphus* itaque *Habsburgicus*, Imperator Romanus electus, ab *Elisabetha*, Comitatum apertum ad se revocavit, filiamque *Agnetem* matrimonio jungens, *Elisabethæ* fratri *Alherto*, Electori & Duci *Saxonie*, huic genero suo Comitatum *Brenensem* concessit, & annis sequentibus *Rudolphum* nepotem ex filia ejus heredem declaravit. Nostro ævo Comitatus *Brenensis* ex sanctione *Sigismundi* Imp. indissolubiler cohæret Ducatui & Electoratu *Saxonico*.

Comites Brenæ ex Wetbinensibus.

Dec. I. 1 *Gero* filius *Dieterici* *Comitis* *Wetini*, Comes *Brenæ* primus creatus 1035. 2 *Dietericus*, *Wilhelmus*, filii *Geronis*, *Comites* *Brenæ* & *Camburgi* 1070. 3 *Wilhelmus* Comes in *Brenæ* & *Kemberg* 1089. 4 *Dedo*, filius *Thimonis*, *Marchionis* *Landsbergensis* 1106. 5 *Conradus* I. *Dedonis* frater, *Marchio* *Misnie* & Comes *Brenæ* 1138. 6 *Fridericus* I. *Conradi* filius 1157. 7 *Otto* & *Fridericus* II. *Friderici* filii 1181. 8 *Fridericus* II. solus 1203. 9 *Otto* & *Theodoricus*, filii *Theodoricus* II. 1221. 10 *Theodoricus* 1224.

Comites Brenæ ex Anhaltinis.

Dec. II. 1 *Conradus* H. filius *Conradi* *Comitis* *Rochlitzensis*, Comes *Brenæ* ultimus 1226. 2 *Elisabetha* *Saxonica*, *Conradi* II. vidua & hæres 1270. 3 *Rudolphus* I. Imperator 1273. 4 *Agnes* *Rudolphi* I. Imperatoris filia 1273. 5 *Albertus* Dux & Elector *Saxonie*, *Angriæ* & *Westphaliæ* 1273. 6 *Rudolphus* I. senior, Dux *Saxonie*, Comes in *Brenæ*, 1290. vivo patre ita ab Imperatore *Rudolpho* creatus, & annis sequentibus, patre defuncto ex Duce Elector *Saxonie*. 7 *Rudolphus* II. Dux & Elector *Saxonie* 1356. 8 *Venceslaus* Dux & Elector *Saxonie* 1388. 10 *Albertus*, cognom. III. Dux & Elector *Saxonie* 1418.

Comites Brenæ ex Marchionibus Misnia restitutis, Duces & Electores Saxonie.

Dec. III. 1 *Fridericus* *Bellicosus* 1424. 2 *Fridericus* II. *Placidus* 1428. 3 *Ernestus* 1464. 4 *Fridericus* III. *Sapiens* 1486. 5 *Johannes* 1525. 6 *Johannes* *Fridericus* 1532. 7 *Mauritius*, *Agnatus* *Johannis* *Friderici* 1547. 8 *Augustus*, *Mauritii* frater 1553. 9-10.

VIII.

BURGGRAVII DOHNENSES.

*A*ntiquitate, aliisque nominibus olim præferebatur *Burggraviatus* *Dohnensis*, *Misnensis*. *Misnensem* enim ab Imp. *Heinrico* I. cognovimus.

gnomento Aucupe; *Dobnensem* vero a *Carolo* Magno ejusque filio *Ludovico* Pio, institutum ferunt. Celebris præterea fuit Burggraviatus *Dobnensis* ob facultatem respondendi de Jure, ab Imperatoribus Romanis, Burggraviis concessam: Collegium etenim Scabinorum, quod nunc est *Lipsiæ*, & cujus est sententias proferre in causis potissimum criminalibus, olim fuit *Dobnini*, illudq; *Lipsiam* transtulit avorum demum ætate *Augustus* Saxonix Elector laudatissimus. Nostro ævo *Dobninese* Castellum, anno 1402. bello civili a Marchionibus Misniæ dirutum, funditusque deletum, ex rudibus surgere renuit, & pagi speciem exiguam ex oppido celeberrimo exhibens, subjacet Præfecturæ *Pirnensis*; familia vero *Dohninensium* Burggravorum illustris ex Misniâ omnis transit ad Silesios, ubi viris illustribus adnumeratos fuisse *Abrahamum* Burggravium de *Dobna*. Anno 1469. *Heinricum* 1510. *Christophorum* 1549. *Fridericum*, *Ottonem*, *Christophorum* 1586. *Abrahamum* 1594. Burggravios de *Dobna*, hystoriæ Silesiæ docent. Et nostra ætate celebratur *Carolus Annibal* & *Abrahamus* Burggravi de *Dobnou*. Familix scilicet appellationem titulosque inanes a possessionibus præcis, (quas Marchionibus Misniæ dudum tradidere) retinere. Cæterum nostri instituti non est de titulis familiarum differere, sed de Toparchiis. Ergo, cum integro Burggravorum *Dobnensium* Catalogo, quem nobis subtraxit invidiosa vetustas, destituamur, subjiciamus ejus fragmentum.

Catalogi Fragmentum.

1 *Conradus* 843. 2 *Heinricus* 1190. 3 *Otto*, *Heinrici* filius 1230. 4 *Otto* alius vixit 1279
5 *Jonas* 1313.

IX.

COLDITIENSES COMITES.

Colditienses Comites.

Otto Magnus, Romanorum Augustus Imperator in finibus Comitatus *Leisnicensis* & *Rochlitzensis*, arcem excitans *Colditzensem* originem dedit ejus Comitatu, quo se postmodum ornarunt Comites *Rochlitzenses*, *Groitzenses* & *Wettinenses*. Bohemix Duces, principatu Misniæ occupato, interregni tempore, Comites *Rochlitzenses* suo subjunxerunt imperio, illosque reliquis adnumerarunt Regni Bohemix vasallis. Sub patrocinio proinde Bohemix Regum *Colditii* Comites, ex *Leisnicensibus* Burggraviis orti, per annos 137. dignitatem & possessionem sunt tutati, & ad ultimum circa annum 1390. belli calamitatibus ad inopiam redacti, avitas opes vendiderunt *Wilhelmo* I. Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, qui exinde, plurimis observantiæ in Reges Bohemix exemplis editis, Comitatum *Colditensem* iisdem legibus ad successores transmisit. Eapropter *Johannes* *Fridericus* Saxonix Dux & Elector obsequium denegans *Ferdinando* Romanorum

& Bohemix Regi, ejus sententia anno 1547. Comitatu *Colditiensi* privatur, & *Colditium* armis Ferdinandæis occupatur. Cæterum *Mauritius* Saxonix Dux, Landgravius Thuringiæ, Marchio Misniæ, in *Johannis* *Friderici* locum Elector & S. Rom. Imperii Archimareschallus constitutus, ut *Colditensem* tractum, reliquis per Misniam jungeret toparchiis, transigens cum *Ferdinando*, Ducatum *Saganensem*, cum comitatu *Colditiensi*, *Leisnicensi* & *Eilenburgensi* permutavit, & hoc modo *Colditiensis* Comitatus a Bohemix Regibus ad pristinos Dominos liber rediit.

Dec. I. 1 *Otto Magnus* Imp. 936. 2 *Fridericus* *Colditii* Comes 938. 3 *Andreas* Comes 968. 4 *Antonius* Comes 996. 5 *Eckardus* Marchio *Osterlandiæ* 1000. 6 *Heinricus* II. Imp. 1002. 7 *Hermannus* Comes *Rochlitiensis* 1008. 8 *Wilhelmus* Comes *Rochlitiensis* 1011. 9 *Hermannus* II. Comes *Rochlitiensis* 1020. 10 *Præzislai* Princeps Bohemix 1037.

Dec. II. 1 *Heinricus* III. Imper. 1040. 2 *Wratislaus* Dux Bohemix, Princeps Misniæ 1075. 3 *Juditha* filia *Wratislai* 1076. 4 *Wigbertus* senior, Comes *Groitzschensis* *Judithæ* maritus 1076. 5 *Heinricus* V. Imp. 1106. 6 *Wigbertus* senior iterum 1119. 7 *Wigbertus* junior, Comes *Groitzschensis* 1123. 8 *Conradus* III. Imp. 1138. 9 *Rabodus* Comes *Pflissenensis* 1138. 10 *Fridericus* I. Imp. 1154.

Dec. III. 1 *Conradus Pius* Marchio Misniæ & *Lusatix*, Comes *Wettini*, *Brenæ*, *Ilenburgii*, *Cylenburgii*, *Groitzschensis*, *Leisnicensis*, *Rochlitiensis* & *Colditiensis* 1154. 2 *Fridericus*, *Conradi* filius, Comes *Brenæ* & *Colditii* 1157. 3 *Otto*, *Friderici* filius, Comes in *Breen* & *Colditii* 1181. 4 *Conradus* Marchio *Lusatix*, Comes in *Rochlitz* & *Colditz* 1203. 5 *Conradus*, *Conradi* filius, Comes in *Rochlitz* & *Colditz* 1211. 6 *Fridericus* II. Imperator 1240. 7 *Margareta*, *Friderici* II. Imp. filia 1253. 8 *Albertus*, Landgravius Thuring. Marchio Misniæ, *Margaretæ* maritus 1253. 9 *Heinricus* I. Comes *Leisnicensis* & Dominus in *Colditz* 1260. 10 *Heinricus* II. & *Simon*, Comites in *Colditz* 1270.

Dec. IV. 1 *Simon* & *Heinrici* II. filii *Heinricus* III. & *Tbimo* Comites in *Colditz* 1305. 2 *Heinricus* III. *Tbimo* & *Simonis* filii, *Hermannus*, *Richardus*, *Heinricus* IV. & *Ulricus* 1312. 3 *Heinricus* III. *Tbimo* *Hermannus* *Richardus* & *Ulricus* 1325. 4 *Heinricus* III. *Hermannus*, *Richardus*, *Ulricus* & *Hugo* 1330. 5 *Heinricus* III. *Hermannus* *Richardus* & *Ulricus* 1337. 6 *Hermannus*, *Richardus* & *Ulricus* 1343. 7 *Richardus*, *Ulricus* & *Heinricus* IV. 1349. 8 *Richardus*, *Heinricus* IV. & *Albertus* 1358. 9 *Heinricus* IV. *Albertus* & *Heinricus* V. 1378. 10 *Heinricus* IV. & *Heinricus* V. 1389.

Dec. V. 1 *Wilhelmus* I. Cocles, Landgravius Thuring. Marchio Misniæ 1397. 2 *Fridericus* Bellico-

Bellicosus, *Wilhelmus II. Georgius & Fridericus Landgravi Thuringiæ, Marchiones Misniæ 1407.* 3 *Fridericus Bellicosus, Wilhelmus II. & Fridericus Pacificus 1417.* 4 *Fridericus Bellicosus & Fridericus Pacificus 1425.* 5 *Fridericus Pacificus, Fridericus Placidus & Wilhelmus 1428.* 6 *Fridericus II. Placidus Dux & Elector, ejusque frater Wilhelmus, Dux Saxoniarum 1440.* 7 *Fridericus Placidus Dux & Elector 1450.* 8 *Ernestus Dux & Elector Saxoniarum 1464.* 9 *Fridericus II. Sapiens Dux & Elector 1486.* 10 *Johannes Dux & Elector 1525.*

Dec. VI. 1 *Johannes Fridericus Dux & Elector 1532.* 2 *Ferdinandus I. Romanorum & Bohem. Rex 1547.* 3 *Mauritius Dux & Elector Saxon. 1549.* 4 *Augustus Dux & Elector 1553. reliqui 5 - 6 - 7 - 8 - 9 - 10.*

X.

CYLLENBURGENSES COMITES.

Cyllenburghenses Comites.

*Cyllenburghensem Comitatum, ad Mulda utramque ripam instituit Henricus II. Imperator, eoque infeudavit, intercessionem Kunigundis Imperatricis, conjugis Augustæ Diethericum, filium Dedonis Comitis Wettinensis, qui ejusdem quoque Imperatoris beneficio creatus fuerat, Marchio Landsbergensis, & Burggravius Soraborum. Successores habuit Dietericus in Cyllenburghensi Comitatu filios, nepotes, pronepotesque, ex quibus Dedo crassus vel pinguis, consensu filii Dieterici in Palatinum Saxoniarum & Comitem Sommersburghensem atque Groitzensem ex Præposito Magdeburghensi, postmodum creati, *Cyllenburghensem Comitatum in monasterium immutavit, & in eo Nobilium tantummodo liberos educari voluit. Sed brevi & religionis forma & fundatoris institutum mutatum est. Nobiles etenim juvenes disciplinæ impatientes, jussi sunt ire in exilium & cœnobium cum redditibus Hardemanno Comiti Heldrungio, ordinis Teutonici Magistro, fuit assignatum. Ab ordine Teutonico postmodum Cyllenburghense dominium rediit incorporatumque vicissim & Marchionatus Misniæ præfecturis reliquis, per Fridericum Ducem Saxoniarum, Alberti Animosi filium, qui Magnus Magister ordinis Teutonici creatus, cum libertatem ordinis & Imperii sacri Romani jura tuenda suscepisset, seque juramento Poloniae Regibus astringere nolisset, Borussia relicta, Misnia repetita, Rochilitii vitam duxit, & *Cyllenburghense dominium in præfecturam, Imperatore, ordinisque locis concedentibus, commutavit. Non immerito proinde a crebris immutationibus *Cyllenburghum*, nobis hodie *Wechselburgum*, antiquata appellatione priore, dicitur.***

Comites.

Dec. I. 1 *Dietericus, filius Dedonis Comitis Wettinensis.* 2 *Dedo I. filius Dieterici 1034.* 3 *Dedo II. Henricus I. & Conradus I. filii Dedonis I. 1069.* 4 *Henricus II. & Conradus I.*

1069. 5 *Henricus I. 1070.* 6 *Thimo, frater Dedonis I. pulso Henrico I. per Henricum IV. Imp. constitutus 1075.* 7 *Dedo III. filius Henrici I. restitutus adversus Dedonem III. per Lotharium Saxonem Electorem 1123.* 8 *Conradus II. frater Dedonis III. Marchio Misniæ & Rochilitii Illeburgicus Comes 1126.* 10 *Dedo IV. crassus cognomento, Conradus III. filius 1157.*

Præpositi.

Dec. II. 1 *Uno vel Bruno, Præpositus 1164.* 2 *Theodoricus, Præpositus 1182.* 3 *Udo vel Otto, Præpositus 1218.* 4 *Henricus, Præpositus 1263.* 5 *Reinerus vel Wernerus, Præpositus vel Prior 1274.* 6 *Hartmannus Comes in Heldrungem, Magister Ordinis Teutonici 1280.* 7 *Burckhard a Schwenden 1283.* 8 *Conradus a Feuchwangen 1290.* 9 *Gotfridus Comes ab Hohenlohe 1297.* 10 *Sigfrida Feuchwangen, Magister Ordinis Teutonici 1307.*

Dec. III. 1 *Conradus Peffart 1313.* 2 *Wernerus ab Orselè 1326.* 3 *Lutherus Dux Brunsvicensis 1329.* 4 *Theodoricus Comes ab Oldenburgk 1333.* 5 *Ludovicus Königk 1343.* 6 *Henricus a Thusomer 1346.* 7 *Henricus a Knopffenrodt 1351.* 8 *Carolus Zölner de Rothenstein 1382.* 9 *Conrad a Waldenrodt 1391.* 10 *Conrad a Jungingen 1395.*

Dec. IV. 1 *Ulrich a Jungingen 1407.* 2 *Henricus Plauensis Comes 1410.* 3 *Michael de Sternberg 1420.* 4 *Paulus de Ruisdorff 1429.* 5 *Conrad ab Erlingshausen 1438.* 6 *Ludovicus ab Erlingshausen 1450.* 7 *Henricus Reus Plauensis 1467.* 8 *Martinus Truchleß a Wetzhausen 1476.* 9 *Heinrich Reichenberg 1469.* 10 *Johannes de Triffen 1489.*

Domini.

Dec. V. 1 *Fridericus Dux Saxoniarum 1498.* 2 *Georgius Dux Saxoniarum 1510.* 3 *Henricus Dux Saxoniarum, Friderici & Georgii frater & hæres 1534.* 4 *Mauritius Dux Saxoniarum & Elector 1541.* 5 *Augustus Dux Saxoniarum & Elector 1553. reliqui 6 - 7 - 8 - 9 - 10.*

XI.

DRESDENSES PRINCIPES.

*Principatus Dresdensis Toparchice consideratus nobis est iis in oris, ubi olim Dalemencia & Niscensis terra, Redariorumque Schlaworum regio nobilissima: hoc est, ubi ab antiquo imperium tenere Archiprincipes Misniæ, Imperatorum Romanorum Vicarii per terras Misnensem, Pleissensem & Orientalem. (2) Marchiones Misniæ ad Albini. (3) Marchiones utriusque Lusatiæ. (4) Præfules Misnenses. (5) Burggravi Misnenses. (6) Dohnenses. (7) Comites Redariorum. (8) Arnshaugii. (9) Cyllenburghi. (10) Barones Wolekensteinii plurimique alii per Vogtlandiam Toparchæ, quorum potentia omnis conjuncta hodie constituit Principatum illum, quem ab Aulæ Principum in Urbe Dresdensi constitutione *Dresdensem* nuncupare placet. Originem ergo Principatus *Dresdensis* neque ex Marchionatus Misnen-*

Dresdenses Principes.

Misnensis translatione, neque ex Burggraviatus Dolnensis imminutione, sed potius ex Imperatorum Romanorum instituto deducimus, quo post se absoluta cum potestate per Misnensem, Orientalem & Pleissensem provincias constituerunt Vicarios, Praefectos, & Archiprincipes, quorum inspectioni reliqui in hisce oris subdicebantur Burggravi, Comites, Marchiones, Barones. Horum Vicariorum, Archiprincipumque potestas, tandem Impp. Romanorum beneficio, conjungi coepit & in unum coalescere, cum Marchionatu & Burggraviatu Misniae, *FridERICI*, cognomento fortis, Archimarchionis Misniae auspiciis. Hoc ergo conjunctionis jure freti, Archiprincipes domino suo subjecerunt urbes imperiales, *Chebnitium*, *Zuicaviam*, & imperata facere jusserunt Toparchas per Misniam reliquos.

XII.

MARCHIONES THURINGIAE
ECCARDIMONTANI.

*Eccardimontani
Thuringiae
Marchiones.*

Marchionatum *Eccardimontanum* appellamus eam Marchionatus partem, in qua successere Principes Saxonici *Dresdenses*. Marchionatus autem *Thuringiae* tunc institutus est, ubi Imperatores Romani, Ducibus, Principibus, & Vicariis *Thuringiae* sublatis instituerunt Marchiones *Thuringiae*. Uno etenim tempore *Thuringia* & Marchiones & Saxoniae *Thuringiae*que Palatinos aliosque magistratus ab Imperatoribus habuit. Statim vero post obitum secundi Marchionis *Thuringiae*, graves de successione in Marchionatu exortae sunt controversiae, Imperatoribus successiones ad suum arbitrium revocantibus, *Guntheri* Primi Marchionis posteris contra haereditariam successionem allegantibus. Praevaluit quandoque Imperatorum Romanorum majestas, & Marchionatus pars maxima translata est cum dignitate Marchionatus ipsa ad Comites *Orlamundenses*. Sed cum Marchionibus *Thuringiae*, Landgraviis *Thuringiae* iterum successere ex *Guntheri* primi Marchionis posteris Marchiones *Misniae*, qui hoc ipso quasi postliminio in avitas possessiones sunt restituti & Marchionum *Thuringiae* titulo sublato sunt & salutantur Landgraviis *Thuringiae* & Marchiones *Misniae*.

Dec. I. 1 *Guntherus* Comes *Pleissensis* *Brunonis* Comitis *Wettini* filius, Marchio *Thuringiae*. 2 *Eckhardus* I. filius *Guntheri* Marchio *Thuring* 987. 3 *Wilhelmus* Comes *Orlamundae*, Marchio *Thuring* 1002. Ita constitutus per Imperatorem *Heinricum* II. 4 *Hermannus*, *Eckhardus* II. & *Guntherus*, filius *Eckardi* 1002. 5 *Hermannus* solus 1003. 6 *Gunzelinus*, frater *Eckardi* 1010. 7 *Hermannus* iterum 1011. 8 *Bruno* frater *Eckardi* 1019. 9 *Hermannus* iterum 1020. 10 *Eckhardus* II. frater *Hermanni*.

Marchiones Thuringiae titulotenus.

Dec. II. 1 *Mechtildis* soror & haeres *Eckhardi* II. ejusque maritus *Dietericus* Marchio

Landsbergenfis 1046. 2 *Dedo*, *Mechtildis* & *Dieterici* filius, Marchio *Lusatiae*, 1054. *Thuringiam* ut feudum ab Imperatoribus *Heinrico* III. & IV. impetrare & *Eckberto* II. Marchioni eripere non potuit. 3 *Dedo* I. ejusque filius *Dedo* II. Marchiones 1056. 4 *Dedo* I. Marchio 1060. 5 *Heinricus* IV. Imperator, capto & in exilium ejecto *Dedone* 1070. 6 *Heinricus*, *Dedonis* I. filius, *Dedonis* II. frater 1071. 7 *Heinricus* IV. Imp. capto *Heinrico* Marchione 1072. 8 *Heinricus* Marchio restitutus libertati per *Ecbertum* II. Marchionem 1076. 9 *Heinricus* junior, *Heinrici* Marchionis filius 1106. 10 *Lotharius* Saxo Imp. post obitum *Heinrici* junioris 1126.

Landgravi Thuringiae & Hassiae, Marchionatus Thuringiae Domini.

Dec. III. 1 *Ludovicus* I. vel *Barbatus*, principio Marchio, & postmodum Landgravius *Thuring.* & *Hassiae* primus gener *Lotharii* Imp. ita a focero, sublatis *Thuringiae* Marchionibus anno 1131. creatus 1122. 2 *Ludovicus* II. vel *Ferreus*, *Ludovici* I. filius, Landgravius 1149. 3 *Ludovicus* III. vel *Bene-ficus*, *Ludovici* Ferrei filius 1160. 4 *Heinricus* Leo, Dux *Saxoniae*, capto *Ludovico* III. sibi *Thuringiam* usurpat 1163. 5 *Ludovicus* III. restitutus ab Imp. 1168. 6 *Hermannus* I. *Ludovici* III. frater 1181. 7 *Ludovicus* IV. vel *Sanctus*, *Heinricus* & *Conradus* *Hermanni* I. filii 1215. 8 *Heinricus*, *Conradus* & *Ludovici* IV. filius *Hermannus* II. 9 *Heinricus* & *Hermannus* II. 1240. 10 *Heinricus* Landgravius *Thuringiae* & *Hassiae*; hujus familiae ultimus 1241. quo anno 1246. vita functo Landgravius *Thuringiae* scinditur & succedit in Landgraviatu *Thuringiae* *Hermanni* I. ex filia *Jutta* nepos, *Dieterici* Comitis *Weissensfeldensis* filius, *Heinricus* Illustris, Marchio *Misniae*; in Landgraviatu *Hassiae* vero succedit ejusdem *Hermanni* I. ex filio *Ludovico* IV. neptis *Sophia*, conjux *Heinrici* Magnanimi Ducis *Brabantiae*.

Landgravi Thuringiae, Marchiones Misniae, Marchionatus Thuringiae Domini.

Dec. IV. 1 *Heinricus* Illustris 1249. 2 *Albertus* Degener, *Heinrici* Illustris filius 1288. 3 *Albertus* ejusque filii *Fridericus*, *Theodoricus*, vel *Dietzmannus* & *Heinricus* 1296. 4 *Albertus* ejusque filii *Fridericus* & *Theodoricus* 1299. 5 *Albertus* & filius *Fridericus* Fortis 1308. 6 *Fridericus* Fortis 1315. 7 *Fridericus* Gravis, *Fridericus* Fortis filius 1326. 8 *Fridericus* Stre-nuus, *Balthasar* & *Wilhelmus*, *Fridericus* Gravis filii 1349. 9 *Balthasar* Landgravius *Thuringiae* 1375. 10 *Fridericus* simplex, *Balthasari* filius 1407.

Duces Saxoniae, Landgravi Thuringiae, Marchiones Misniae, Marchionatus Thuringiae Domini.

Dec. V. 1 *Fridericus* II. *Placidus* Elector & *Wilhelmus* Dux *Saxoniae* 1440. 2 *Wilhelmus* 1450. 3 *Ernestus* & *Albertus*, *Fridericus* *Placidi* Electoris filii 1483. 4 *Albertus* Dux *Saxon* 1487. 5 *Geor-*

5 Georgius & Henricus, Alberti filii 1500. 6 Georgius Dux Saxonie 1501. 7 Johannes Georgii filius 1525. 8 Georgius iterum 1537. 9 Henricus Pius, Dux Saxonie, iterum 1539. 10 Mauritius & Augustus Duces Saxonie reliqui 1541.

9 Conradus ejusque frater Henricus Comes Raspenburgensis 1241. 10 Henricus Raspo, Landgravius Thuringie & Hassie, Comes Raspenburgensis, Romanorum Rex 1245. Hic anno 1248. sine liberis obiit.

XIII. EISENNACENSES PRIN- CIPES DUCES SAXO- NIE &c.

Eisenacenses Principes.

Vinariensium Principatum sequitur ductu subnotationis Recessus Imperii de anno 1642. Principatus *Isennacensis*, cujus origo antiquissima. Primi namque hujus Principatus possessores fuere Vicarii, Rectores & Comites Thuringie, ab ipsis Francorum Regibus, Thuringie dominatoribus, post exactos subjugatosque Thuringie Reges constitutis his succedere interrupto ordine Landgravii, utriusque provincie, Thuringie & Hassie, quorum familia in Henrico Raspone, Romanorum Casare, extincta, *Isennacensis* principatus, transactione presertim, post bellum decennale, cum *Sophia* Brabantina, ejusque filio Henrico Magnanimo, *Hassie* Landgravio, inita, pervenit ad Henricum Illustris, Marchionem *Misnie* ejusque posteros, modernos hujus principatus possessores.

Isennacensi principatu includimus quoque Principatum *Gorbani*, Comitatus *Frankensteinensem*, *Mulbergensem* & Comitatus *Kufernburgensem* partem, Comitatus item *Schauenburgensem* & *Schwarzwaldensem*, quorum ille annis superioribus Abbatie *Reinbardsbornensis*, hic vero Abbatie *Georgenhalensis* appellationem induit.

Dec. I. 1 Carolus, Caroli M. filius, Rector Thuringie 785. 2 Carolus, Comes de Schwartzburg, Rector Thuringie 811. 3 Poppo Comes ab Henneberg, Rector Thuringie 832. 4 Wolprechtus Comes Thuringie 861. 5 Ludovicus Comes vel Dux Thuringie 879. 6 Henricus Comes Schwartzburgicus, Vicarius Thuringie 920. 7 Wilhelmus Querfurtensis, Vicarius Thuringie 930. 8 Wilhelmus Schwartzburgicus, Comes Thuringie 938. 9 Ludovicus Barbatus, Aurelianensis Comes & Vicarius Thuringie 1030. 10 Ludovicus Saltator, Ludovici Barbati filius, Comes Thuringie 1055.

Landgravii Thuringie & Hassie.

Dec. II. 1 Ludovicus I. vel III. Barbatus, Ludovici Saltatoris filius, 1122. ex Comite primus Landgravius utriusque provincie constitutus a secero Lothario Saxone Imp. anno 1130. 2 Ludovicus II. vel IV. ferreus, Ludovici I. vel III. filius 1149. 3 Ludovicus III. vel V. Beneficus, Ludovici ferrei filius 1160. 4 Henricus Leo Dux Bavarie & Saxonie Elector occupat Thuringiam, capto Ludovico III. 1163. 5 Ludovicus III. vel Liberalis restitutus ab Imp. 1168. 6 Hermannus I. Ludovici III. frater 1190. 7 Ludovicus IV. vel VI. Sanctus & Pius cognomento, Hermannii filius 1222. 8 Hermannus junior vel II. Ludovici Sancti filius minoris, ejusque patruelis & tutor Conradus 1227.

Manckenius scriptor. Rer. Gerin. Tom. III.

Landgravii Thuringie ex Marchionibus *Misnie*, Principes *Eisennachii*.

Dec. III. 1 Henricus Illustris, Marchio *Misnie*, Landgravius Thuringie 1249. 2 Albertus Degenet, Henrici Illustris filius 1288. 3 Albertus parens, ejusque filii, Ludovicus cognomento Apicius filius illegitimus, filiique legitimi, Fridericus fortis, Tietzmannus vel Theodoricus & Henricus 1289. 4 Albertus, parens & filii, Ludovicus, Fridericus & Theodoricus 1299. 5 Albertus, parens & filii, Fridericus & Theodoricus 1299. 6 Albertus parens & filius, Fridericus fortis 1308. 7 Fridericus fortis, Landgravius Thuringie 1315. 8 Fridericus gravis, Friderici fortis filius 1326. 9 Fridericus Strenuus, Balthasar & Wilhelmus, Fridericus gravis filii 1349. 10 Balthasar Landgravius Thuringie 1375.

Duces Saxonie, Landgravii Thuringie Marchiones *Misnie*, Principes *Eisennachii*.

Dec. IV. 1 Fridericus Pacificus, Landgravius Thuringie, Balthasaris filius 1406. 2 Fridericus II. Placidus, Elector & Wilhelmus fratres, Duces Saxonie, Friderici bellicosi filii 1440. 3 Wilhelmus Dux Saxonie 1450. 4 Ernestus Elector & Albertus, fratres, Duces Saxonie, Friderici Placidi filii 1483. 5 Ernestus Elector Saxonie 1484. 6 Fridericus III. Elector & Johannes Dux 1486. 7 Johannes Elector & Dux 1525. 8 Johannes Fridericus Elector & Johannes Ernestus Dux 1532. 9 Johannes Ernestus Dux Saxonie capto fratre Electore Johanne Friderico 1547. 10 Johannes Fridericus, natus Elector & Dux Saxonie restitutus 1553.

Duces Saxonie, &c. Principes *Eisennachii*.

Dec. V. 1 Johannes Fridericus II. Johannes Wilhelmus & Johannes Fridericus III. Johannis Friderici I. Electoris ex Sibylla, Johannis, Ducis Julie, Clivie & Montium &c. filia, filii 1554. 2 Johannes Fridericus II. 3 Johannes Casimirus & Johannes Ernestus, & Johannes Friderici II. filii minores 1567. 4 Johannes Ernestus senior, Dux Saxonie. 5 Johannes Philippus, Fridericus Wilhelmus, Altenburgenses, & Wilhelmus Albertus, Ernestus & Bernhardus Vinarienses Duces, Saxonie Principes *Isenaci* & alique 1638. 6-7-8-9-10.

XIV. FREIBURGENSES PRIN- CIPES ARCHI-DUCES SAXO- NIE &c.

Thuringiam post Regum Thuringie excessum, moderatam fuisse a Ducibus, Principibus, Marchionibus Thuringie, Marchionibus Saxonie, a Palatinis item & Landgravii Thuringie, Landgraviisque *Misnie* & ab his rediisse ad Duces Saxonie, generaliter alibi

Aaa aaaa

alibi indicavimus. Hoc loco ostendendum est in specie, quibus authoribus intermediisque Principibus toparchatus quidam per Thuringiam accesserint. Electoribus & Ducibus Saxonie Serenissimis, quos Dresdæ aulae potentiaeque suae sedem constituisse novimus, & quos Dominos principatum Dresdensis, Wittbergensis, Lipsienlis & Freiburgensis esse diximus. *Freiburgensem* autem appellare placeat principatum illum Thuringiacum, cui per Thuringiam imperat Serenissimus Saxonie Elector *Dresdæ*, uti dictum, aulam nostra ætate fovens. Est autem *Freiburgum* opidum ad *Salam* olim florentissimum, cui imminet arx amplissima, sedes quondam augusta Palatinorum Saxonie & Landgraviorum Thuringie, eorundemque presidium adversus arma *Friderici I.* Barbarossæ & *Adolphi Nassovici* Romanorum Imperatorum. Hanc arcem principatus Thuringiaci sedem ibidem collocaturus, iterum sumtu liberali renovari curavit *Augustus*, Saxonie Elector laudatissimus. Huic principatui Thuringiaco includimus Landgraviatus Thuringie partem, Palatinatum Saxonie *Goseccianum*, *Numburgensem* Toparchatum, Marchionatum *Eccardimontanum*, Comitatus *Beichlingiani* partem, Comitatum *Sangerhusianum*, Dominatum *Salzensem*, *Querfurtensem* & *Heldringensem* cum adjacentibus, quorum omnium immediata possessio spectat ad Serenissimum Dominum Electorem Saxonie, Dominum nostrum Clementissimum, cujus quoque Vasalli sunt Illustres & Generosissimi Domini Comites a *Schwarzburg*, *Gleichen*, *Mansfeld*, *Stolberg* aliique per Thuringiam Toparchie. In plures namque Toparchias nostra ætate dividitur *Thuringia*: Dominus Elector Moguntinus in Thuringia *Eisfeldensem* tractum obtinet: Palatinus Saxonie *Alstedianus* cum Comitatus *Altenburg*, *Gleisberg*, *Eisenberg*, *Leuchtenburg*, *Burchel*, aliisque Dominos proficitur Celsissimos Duces Saxonie Altenburgicos. Comitatus *Vinariensis*, *Orlamundensis*, *Raspenburgensis*, *Grüningsensis*, *Franckensteinensis*, *Waltburgensis*, *Eisenachensis*, *Goßbani* &c. Dominos possessoresque habet Celsissimos Duces Saxonie Vinarienses.

XV.

GROITSCHENSES COMITES.

Groitschenses
Comites

Comitatum *Greutshensem* antiquissimum esse apparet ex *Spangenberg. Chron. Mansfeldico*, ubi ad annum 933. *Wilhelmum* Comitem de *Groitsch* citat. Sed hujus successores ignoramus. Recentiores modo indicabimus: *Theodoricus*, *Dedonis* Comitis Wettinensis & *Terburgæ*, filie *Theodorici* exulis, Marchionis Brandenburgensis Electoris, filius, ab *Heinrico II.* Imp. intercessione D. *Cunegundis* creatus Comes Wettinensis, *Iltenburgensis*, *Cylenburgensis* & *Seufelitzenensis*, hæres Comitatus *Mersburgensis*, *Plisnensis* & Marchiona-

tus Electoris Brandenburgici, Marchio item *Landsbergensis*, & *Burggravius Soraborum*, plures progenit liberos, ex quibus in primis celebrantur *Dedo*, *Gero*, *Conradus*, *Riddag*, & *Thimo*. Ex his *Conradus* Principatus plures beneficio Imperatorum Romanorum, instabili tamen loco & dignitate parum perpetua obtinuit. Comes enim Wettinensis & *Burggravius Soraborum* familia & titulotenus, *Landsbergensem* Marchionatum ad *Salam* annuo spatio tantum administravit. Inde avi *Theodorici* exulis Marchionis Brandenburgensis Electoris, amissum principatum reperiturus, *Landsbergensi* Marchionatui ad *Oderam* quoque præfuisse putatur, Marchionatusque & Electoratus Brandenburgici possessionem, licet parum quietam nactus, *Wigbertum*, *Wigberti* & *Sigenæ* filium educandum suscipit, adultus *Tangermundensi* urbe anno Christi 1040. donat. Hinc *Wigbertus* vicinis ob illustres animi dotes & corporis robur exorsus, permutatione cum marchione facta, ex ejus bonis avitis in *Libanorria* vel *Ostrolandia* partem quandam ad *Elisstrum* sitam recepit, ubi arce *Groitsch*, vel *Creutsch*, ex rudibus iterum excitata, Comitatum novum orsus est, separatum ab illo, quem *Conradus*, marchio & Elector Brandenburgicus ex Comitibus Wettinensibus ortus, reliquerat filio *Brunioni*, qui per Ostrolandiam petens, Comes *Plisnensis* in *Ostrolandia*, Dynasta in *Schmalen* dictus est. Cæterum *Conradus* marchio & Elector Brandenburgicus adversus barbaros fortuna parum usus prospera, Imperatorem secutus est in Italiam, ubi eandem sortitus fortunæ adversitatem perit in Calabria. *Groitschensium* vero Comitatus dissolvi cœpit; *Wigberti* familia extincta: pars enim ejus Comitatus tradita est Abbati *Pegaviensi*; pars accessit Comitibus *Plisnensibus*: utramque tandem temporum successu, sublatis *Monachis* & Comitibus conjungere Saxonie Duces & Electores Celsissimi.

Comites Greutshenses.

Dec. 1. 1 *Otto III.* Imperator. 984. 2 *Dedo*, Comes Wettini, *Mersburgi* & *Pleissæ*. 990. 3 *Dietericus*, *Dedonis* filius. 1009. 4 *Conradus* Wettinensis Comes, *Dieterici* filius. 1034. 5 *Wigbertus* ex *Tangermundensi* Comes *Groitschensis*. 1050. 6 *Heinricus V.* Imperator, capto *Wigberto*. 1114. 7 *Wigbertus* senior restitutus ejusque filius, *Wigbertus* junior. 1117. 8 *Wigbertus* junior ejusque frater *Heinricus*, Comites *Groitzenses*. 1123. 9 *Wigbertus* junior. 1136. 10 *Bertha*, *Wigberti* junioris soror & hæres, *Wigberti* senioris filia, *Dedonis* Comitis Wettinensis filia relicta, quæ Comitatum *Groitschensem* tradidit *Conrado* *Thimonis* filio, Marchioni *Misnæ*, Comiti Wettinensi; reditusque Abbatis & Monasterii *Pegaviensis* locupletavit, reliquum occupavere terræ superioris *Pleissensis*. Comites aliique Toparchæ. 1144.

XVI.
EILENBURGENSES TO-
PARCHÆ, COMITES, ET PALA-
TINI SUPER. SAXONIÆ.

Eilenburgenses Comites.

O Rigo *Eilenburgici* Comitatus, ipsaque no-
minis *Eilenburgensis* impositio obscura &
incerta est. Fabulosa etenim profus sunt,
quæ de *Julio Casare* vel Comite *Ilone*, primis
Eilenburgici castri authoribus proferunt. Cer-
tiora sunt ista: *Heinricum* I. Aucupem cogno-
mine Romanorum Imp. videlicet, devictis So-
rabis, *Eilenburgensem* tractum sub Comitavæ
titulo concedisse. Burggravio *Seuselitzensi*
Friderico; huic successere per annos 183. viri
illustres, ex Comitum *Wettinensium* familia,
beneficio Imperatorum Romanorum Comites
Eilenburgi creati, qui quoque possessionem
Comitatus ab *Henrico*, filio *Wigberti*, Comite
Groitzschense, per decennium interceptam,
restitutione per *Lotbarium* Imp. facta, ad an-
nos 48 recuperarunt. Post hos etenim con-
cessione *Friderici* I. Barbarossæ Imperatoris,
Comitatus *Eilenburgicus* sub *Bernhardi*, ex
Anhaltinis novi Ducis & Electoris *Saxonie*,
potestatem concessit. Hunc Toparchiæ *Ei-*
lenburgensi titulum, dignitatem, insignia,
Principumque familiam mutasse totus arbi-
tror. In locum *Wettinensium* successere ex
Anhaltinis hujus Toparchiæ Rectores: insi-
gnia, *Leone* cœruleo, cum stellis subjacen-
tibus hætenus notata, oblitterata, *Aquilæ* ful-
væ in cœruleo campo signum receperunt, & ipsi
Comites *Eilenburgenses*, præcis titulis seposi-
tis, *Palatinorum Saxonie* dignitatem & ap-
pellationem induerunt. Pluribus namque, in
locis institutos fuisse *Palatinos Saxonie*,
ipsæ *Palatinorum* sedes demonstrant;
sic *Schartovia* prope *Magdeburgum*, *Go-*
seccia prope *Naumburgum*, *Alstedi* pro-
pe *Kiffhusium* in *Thuringia* confederunt
Palatini Saxonie. Plures quoque *Palatinos*
Saxonie ex sua familia protulit *Bernhardus*,
quem supra celebravimus, ex *Anhaltinis*
Dux & Elector *Saxonie* creatus. Hic enim
decedens primogenitum *Albertum* I. Electo-
rem & Ducem *Saxonie*, secundogenitum
Heinricum I. Principem *Anhaltinum*, tertio-
genitum vero *Heinricum* II. Comitem *Asca-*
nie dixit. Avi exemplum imitaturi nepo-
tes *Alberti* I. filii, ex iis primogenitus *Alber-*
tus II. Dux & Elector *Saxonie*, secundogeni-
tus vero *Johannes* I. Dynasta *Lauenburgicus*,
Dux & Palatinus *Saxonie* salvari voluerunt,
& ambo quidem cum dignitate perpetua, &
ad hæres transitoria. Pluralitas scilicet hæc
nova *Palatinorum Saxonie* superioris & infer-
ioris (sic enim discernendi erant) inventa
est, interregni diuturnitate, quo omnia sur-
sum, deorsumolvebantur, & quod *Rudol-*
pbi I. *Habsburgici* Imperatoris electionem
præcessit. *Rudolpho* proinde *Habsburgico*
ad imperii culmen evedto lis de *Palatinatu*
Saxonie inter *Anhaltinos* Principes horum-
que agnatos *Lauenburgenses* ita composita

Menckenii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

est. Possessio *Palatinatus Saxonie* superioris,
ejusque insignia manserunt penes *Anhalti-*
nos, titulo tamen *Palatinatus Saxonie* sese ab-
stinere jussi sunt: *Lauenburgensibus* insignium
Palatinatus communio facta & tituli usus li-
berissime permissus, nulla tamen per *Saxo-*
niam superiorem *Palatinatus* possessio. Hoc
modo *Eilenburgensis* Toparchia & Comitum
& *Palatinorum* titulo spoliata *Anhaltinos*
principes, ultra centum habuit absque insi-
gni titulo possessores & Dominos. *Cæs. Ruper-*
to ergo ex *Palatinis* ad *Rhenum* Roma-
no-Germanis imperante, *Wilhelmus* Cocles,
Marchio *Misnie*, Landgravius *Thuringie*, ab
Anhaltinis principibus anno 1395. pretio red-
emit *Palatinatum Saxonie*, sive Toparcha-
tum *Eilenburgicum*, & ejus possessione con-
tentus, parum curare visus. exempla majo-
rum *Palatinatus Saxonie* superioris distracti
titulum. *Heinricus* namque illustris, Land-
gravius *Thuringie* & Marchio *Misnie* anno
1249. *Palatinatum Saxonie* superioris *Gose-*
cianum adeptus, eundem titulum neglexe-
rat. *Fridericus* Bellicosus, a *Sigismundo*
Imp. Elector & Dux *Saxonie* creatus, & *Pa-*
latinatu Saxonie *Alstediano* anno 1425. no-
minatim investitus, his majorum exemplis pro-
cul dubio insistens, *Palatinatus Saxonie* titu-
lum non tamen insignia & possessionem abjecit.

Dec. I. 1 *Fridericus* Comes in *Eilenburg*;
Burggravius in *Seciditz*. 2 *Bruno* Comes
Wettinensis & in *Eilenburg*. 3 *Guntherus*
Brunonis filius Comes *Pleissæ* & *Eilenburgi*. 4
Albio, *Guntheri* filius. 5 *Esico* Comes
Mersburgi & *Eilenburgi*. 6 *Bion*, *Eisconis*
frater, Comes *Eilenburgi*. 7 *Juditha*, *Bionis*
filia, Comitatus *Eilenburgensis* hæres. *Burchar-*
dus Comes *Mulbûrgensis* & *Eilburgi*, aliis *Ber-*
vardus. 8 *Juditha* ejusque maritus, *Diete-*
ricus, *Wettini* & *Eilenburgi* Comites. 9 *Eri-*
dericus, *Judithæ* & *Dieterici* Comitis *Wettini* fi-
lius, Comes *Wettini* & *Eilenburgi*. 10 *Oda*,
Hilda & *Hidda*, filia & Hæredes *Friderici*.

Dec. II. 1 *Dietericus*, filius *Dedonis* Comitis
Wettini. 2 *Dedo*, filius *Dieterici*. 3 *Hein-*
ricus senior, *Dedonis* filius, Marchio *Misnie* &
Comes *Eilenburgi*. 4 *Heinricus* Junior, *Hein-*
rici Senioris filius. 5 *Heinricus*, filius *Wig-*
berti, Comitis *Groitzschensis*, Burggravius *Magde-*
burgi, Marchio *Lusatie*, Comes *Eilenburgi*. 6
Conradus, filius *Thimonis*, Marchio *Misnie*,
& *Lusatie*, Comes *Rochlitzii* & *Eilenburgi*. 7
Dietericus, *Conradi* filius. 8 *Dietericus*,
ejusque filius *Conradus*. 9 *Dietericus*
solus. 10 *Fridericus* *Barbarossa* Imp.

Dec. III. 1 *Bernhardus* Dux & Elector *Saxo-*
nice Comes *Ascanie*. 2 *Heinricus*, *Bernhar-*
di, Electoris filius, Princeps *Anhaltinus*, vivo
patre creatus a *Friderico* I. Imp. Comes *Eilenbur-*
gensis, vero factus post obitum parentis a *Frideri-*
co II. 3 *Sigfridus* (aliis *Sigismundus* vel
Siffardus) *Heinrici* filius, Princeps *Anhalti-*
nus, Comes *Eilenburgensis* & *Palatinus Saxonie*.
4 *Albertus* senior, *Sigfridi* filius. 5 *Al-*
bertus Junior & *Woldemarus*, *Alb. sen.* filii

Aaa aaa 2.

1316.

1316. 6 *Woldemarus* senior Princeps in Ahnhaldt 1317. 7 *Woldemarus* junior, *Woldemari* filius 1367. 8 *Otto* & *Heinricus* Comites Ascaniæ, *Woldemari* junioris agnati. 1370. 9 *Otto* & *Heinrici* filius *Bernhardus*. 1374. 10 *Wilhelmus* Coeles, marchio misniæ, Landgravius Thuringiæ & Palatinus Saxonæ Eyllenbürgi 1395.

Dec. IV. 1 *Balthasar*, Landgravius Thuring. 1400. 2 *Fridericus* Simplex, *Balthasaris* filius, Landgr. Thur. 1406. 3 *Fridericus* Placidus Elector & Dux Sax. 1440. 4 *Ernestus* Dux Saxonæ & Elector. 1464. 5 *Fridericus* III. Sapiens, *Ernesti* filius Dux & Elector. 1486. 6 *Johannes* Constans, Dux & Elect. 1525. 7 *Job. Fridericus* Dux & Elect. 1532. 8 *Carolus* V. Imperator. 1547. 9 *Ferdinandus* Caroli V. Imp. frater Rex Rom. & Bohem. 1547. 10 *Mauritius* Dux & Elect. Saxonæ, reliqui. 1548.

XVII.

LANDSBERGENSES MARCHIONES.

Landsbergenses Marchiones.

MArchionatum *Landsbergensem* in superiori Saxonia ad *Elisfram*, *Salam* & *Muldani*; (de hoc enim hoc loco nobis sermo esto, de Marchionatu *Landsbergensi* ad *Oderam* suo dicitur loco) instituit *Heinricus* II. Imperator, primumque Marchiæ *Landsbergiæ* Toparcham creavit in Comitibus *Alstetæ* in Thuringia anno 1016. celebratis *Dietericum* *Dedonis* Comitibus *Wettinensis* & *Mersburgensis*, *Burggravi* *Zorbeccani* filium. Hujus posterum, cum Marchionatus *Landsbergici* titulo & dominio per annos CCC. claruissent, eundem postmodum ad Duces *Brunsvicenses* detulerunt. *Agnes* etenim *Landsbergica*, *Magno* cognomento *Pio* Duci *Brunsvicensi* nupta, dotis loco eidem Comitatum *Sangorhusanum* & Marchionatum *Landsbergicum* attulit. Cæterum *Agnētis* filius & hæres, *Magnus* *Torquatus* Dux *Brunsvicensis*, bellis implicatus crebrioribus & in anno 1367. ab Episcopo *Hildesheimensi* *Gerardo* captus; maternum principatum iterum vendere & pretio isto libertatem redimere coactus est. Reperit proinde *Magnus*, *Torquatus* Dux *Brunsvicensis* Marchionatus *Landsbergensis* emptores, filios *Friderici* *Gravis* *Landgravi* *Thuringiæ*, *Marchionis* *Misniæ*, *Fridericum* *Strenuum*, ejusque fratres, qui pretium numerantes *Magno* *Torquato*, eidem compararunt ex custodia libertatem & sibi suisque postliminio Marchionatus *Landsbergensis* possessionem & dominium. Nostro tamen seculo castellum *Landsbergense* dirutum, non nisi rudera, veteris magnificentiæ telles, exhibet.

Dec. I. 1 *Dietericus*, Marchio *Landsbergensis* primus institutus 1016. 2 *Dedo* I. *Conradus* I. *Thimo*, filii *Dieterici* 1034. 3 *Dedo* I. filius *Dieterici* 1035. 4 *Conradus* Elector, filius *Dedonis* 1040. 5 *Heinricus*, *Conradi* frater 1050. 6 *Thimo* Comes *Wettini* iterum remoto per *Heinricum* IV. Imp. *Heinrico* 1060. 7 *Dedo* II. filius *Thimonis* 1075. 8 *Conradus* II.

Pius, filius *Thimonis*, *Dedonis* II. frater 1124. 9 *Heinricus* senior, *Conradi* Pii filius 1157. 10 *Ulricus* Comes *Wettini* 1181.

Dec. II. 1 *Heinricus* junior. Comes *Wettini* 1206. 2 *Dietericus* Magnus, Palatinus *Saxonæ* 1217. 3 *Heinricus* Illustris, Landgravius *Thuring.* 1249. 4 *Dietericus* Sapiens, filius *Heinrici* Illustris Landgr. Thur. 1265. 5 *Fridericus* Theut, filius *Dieterici* 1283. 6 *Agnes* *Landsbergica*, *Friderici* Theut, si non filia vel soror, hæres tamen 1291. 7 *Magnus* *Pius*, Dux *Brunsvicensis*, *Agnētis* maritus 1333. 8 *Magnus* *Torquatus*, *Magni* & *Agnētis* filius, Dux *Brunsvicensis* 1368. 9 *Fridericus* *Strenuus*, *Balthasar* & *Wilhelmus*, Landgravius *Thuring.* *Marchiones* *Misniæ* & *Landsbergæ* 1369. 10 *Fridericus* *Strenuus*, ex cessione Fratrum solus 1375.

Dec. III. 1 *Fridericus* Bellicosus, *Strenui* filius, Dux & Elector *Saxonæ* 1380. 2 *Fridericus* Placidus, Dux & Elector *Saxon.* 1428. 3 *Ernestus* Dux & Elector *Saxonæ* 1464. 4 *Fridericus* Sapiens *Ernesti* filius 1486. 5 *Johannes* Constans, *Friderici* Sapiens frater 1525. 6 *Johannes* *Fridericus*, *Johannis* filius 1532. 7 *Mauritius*, Dux & Elector *Saxonæ* 1547. 8 *Augustus* *Mauritii* frater 1553. reliqui 9. 10.

XVIII.

LEISNICENSES COMITES.

WUrtziniensis Comitatus fines olim tetigit *Leisnicensium* Toparchia, *Burggravia* & Comitatus titulis nobilis. *Burggravius* primus *Leisnicensibus* imposuit *Otto* Magnus, Dux *Saxonæ*, *Ludovici* IV. Imperatoris nomine, Imperii fines adversus *Sorabos*, *Hunnos* *Wendosque* firmans. His succedere Imperatorum Romanorum concessione Duces *Bohemæ*, a quibus *Burggraviatus* *Leisnicensis* ad Comites *Groitzenses* pervenit, iisque extinctis ad *Pleissenses* Dynastas & *Friderici* I. Imperatoris beneficio ad Comites *Wettinenses*. *Dieterico* vero, *Dedonis* filio, *Leisnicii*, *Rochlitii*, *Groitzensi* Comite, Palatino item *Saxonæ*, absque masculis anno 1207. decedente, Comitatus *Leisnicensis* apertus ad feudi Dominum, tunc temporis Imperatorem Romanum *Philippum* rediit. *Philippo* ergo, *Ottone* IV. & *Friderico* II. imperantibus, Comitatus *Leisnicensis*, Præfecturæ imperii titulum induit, quam *Fridericus* II. Imperator, filiam *Margaretam* matrimonio jungens *Alberto*, Landgravius *Thuringiæ*, *Marchioni* *Misniæ*, eidem utendam fruendam concessit. Ab *Alberto* ad *Burggravius* *Misnenses* pervenit, quorum posterum, Comitatus *Leisnicii* titulos resumens, interregni per Orbem Romanum tempore, sese fidei, & patrocinio Regis *Bohemæ* subjicientes, Reges *Bohemæ* Comitatus *Leisnicensis* Dominos, seque eorundem vasallos constituerunt. Probarunt annis subsequentibus pacta desuper inita *Rudolphus* I. ejusque filius *Albertus* Romanorum Reges. *Carolo* IV. Romanis

manis Bohemisque imperante, dissidio inter Comites Leisnicenses & Misniae Marchiones exorto armis superatus *Heinricus* Leisnicensis Comes; loco cedere cogitur & Comitatus *Leisnicensis* sub clientela tamen Bohemiae Regum, hoc modo ad Marchiones *Misniae* rediit, horumque posteros Duces & Electores Saxoniae. Ex quibus seculo superiori *Johannes Fridericus* sese Ferdinando Romanorum & Bohemiae Regi opponens, per sententiam feudo & Comitatu Leisnicensi privatur. *Mauritius* vero ex Duce Elector Saxoniae constitutus, cum fratre *Augusto*, dominium Ducatus Saganensis in Silesia obtinens, permutatione facta, Ducatum Saganensem Bohemiae Regibus tradidit & Comitatum *Leisnicensem*, pro se, fratre & posteris in perpetuum liberime recepit.

Dec. I. 1 *Otto* Magnus, Dux Saxoniae tutor Ludovici IV. Imperatoris 900. 2 *Conradus* I. Imperator 912. 3 *Boleslaus* Dux Dalemiciæ, Burggravius Leisnicii, constitutus ab Imp. *Conrado* 913. 4 *Heinricus* Auceps Imp. remoto *Boleslao* 920. 5 *Boleslaus* I. Dux Dalemiciæ in ordinem redactus 924. 6 *Otto* Magnus Imp. 936. 7 *Johannes*, Burggravius Leisnicensis 938. 8 *Burhardus*, Burggravius Leisnic. 968. 9 *Otto* II. Imperator 973. 10 *Boleslaus* II. Princeps Bohemiae, Burggravius Leisnicensi ornatus ab *Otone* II. Imp. 978.

Dec. II. 1 *Eckardus* Marchio Ostrolandia, autoritate *Otonis* III. Imp. adversus *Boleslaum* II. 990. 2 *Heinricus* II. Imperator *Eckardo* sublato 1002. 3 *Boleslaus* III. Princeps Bohemiae 1010. 4 *Conradus* II. Imperator 1025. 5 *Pratisslaus* Bohemiae Princeps 1037. 6 *Heinricus* III. Imperator, in ordinem redacto *Pratisslao* 1040. 7 *Wratislaus* Dux Bohem. Princeps Misniae 1075. 8 *Juditha*, filia *Wratislai*, cui dotis loco parens Leisniciam dedit 1076. 9 *Wigbertus* senior, *Judithae* maritus 1076. 10 *Heinricus* V. Imperat. ejecto *Wigberto* 1114.

Dec. III. 1 *Johannes* Comes Leisnicensis creatus ab *Heinrico* V. Imp. 1114. 2 *Wigbertus* senior restitutus 1119. 3 *Wigbertus* junior Comes & Burggravius in Leisnick, *Groitsch* 1123. 4 *Rabodus* Comes Pleissensis & Burggravius in Leisnigk 1138. 5 *Fridericus* I. Imp. 1154. 6 *Conradus* Pius, filius *Thimonis*, Comitis Wertini, Marchio Misniae, Comes in Leisnig 1154. 7 *Dedo*, *Conradi* filius, cognomine *Crassus*, Comes in Leisnigk, *Rochlitz* 1157. 8 *Dietricus*, *Dedonis* filius 1190. Citatur apud *Peccensteinium* in descriptione oppidi Leisnicensis ad annum 1192. *Heinricus* Comes in Leisnig: sed mendose & erronee. Vixit enim hic *Henricus* circa annum 1292. & fuit familiaritenuus Comes de Leisnig, possessione vero Comes in *Colditz*.

Dec. IV. 1 *Fridericus* II. Imperator 1212. 2 *Margaretha*, *Friderici* II. Imperatoris filia 1253. 3 *Albertus* Degener, Landgravius Thuringiae, *Margarethae* maritus 1253. 4 *Meinbertus* II. Burggravius Misnensis & Leisnicensis 1266. 5 *Albertus* I. & *Heinricus*, Burggra-

vii vel Comites Leisnicenses 1269. 6 *Albertus* I. 1286. 7 *Otto* I. 1307. 8 *Heinricus* Comes in Leisnigk, Dominus in *Penigk* 1315. 9 *Albertus* vel *Albertus* II. & *Fridericus* 1328. 10 *Albertus* II. 1346.

Dec. V. 1 *Otto* II. Comes in Leisnigk, Dominus in *Penigk* 1358. 2 *Heinricus* Comes in Leisnigk 1362. 3 *Fridericus Wilhelmus* & *Balthasar*, Landgravii Thuringiae, Marchiones Misniae, ejecto *Heinrico* & permutatione inita 1365. Citatur apud *Peccenstein*. superius allegato loco, ad annum 1378. *Albertus* Burggravius de Leisnigk, sed is fuit Toparcha *Colditiensis*, & titulotenus Leisnicensis. 4 *Wilhelmus Balthasar* & *Friderici* filius, *Fridericus* Bellicosus, *Wilhelmus* II. & *Georgius* 1380. 5 *Wilhelmus*, *Fridericus* Bellicosus, *Wilhelmus* II. *Georgius* & *Balthasar* filius, *Fridericus* Pacificus 1406. 6 *Fridericus* Bellicosus, *Wilhelmus* II. *Georgius* & *Fridericus* Pacificus 1407. 7 *Fridericus* Bellicosus, *Wilhelmus* II. & *Fridericus* Pacificus 1411. 8 *Fridericus* Bellicosus & *Balthasar* filius, *Fridericus* Pacificus 1425. 9 *Fridericus* Pacificus, *Fridericus* Placidus & *Wilhelmus* III. 1428. 10 *Fridericus* Placidus & *Wilhelmus* III. 1440.

Dec. VI. 1 *Fridericus* II. Placidus, Dux & Elector Saxon. 1450. 2 *Ernestus* Dux & Elector Saxoniae 1464. 3 *Fridericus* III. Sapiens, Dux & Elector Saxoniae 1486. 4 *Johannes* Constans Dux & Elector Saxoniae 1525. 5 *Johannes Fridericus*, *Johannis* filius 1532. 6 *Ferdinandus* Romanorum & Bohemiae Rex 1547. 7 *Mauritius* Dux & Elector Saxoniae 1549. 8 *Augustus* Dux & Elector 1553. reliqui 9 - 10.

XIX.

MERSBURGENSES BURG-
GRAVII.

CEX *Caroli* Magni Imp. Romani *Mervisburgensis* sive *Mersburgensis* Ecclesiae collegiatae institutione, Praefulibus additus fuit Imperii nomine, qui provinciae jurisdictione & Imperio in secularibus exercendo praeset, Comes sive Burggravius. Et ex hujus posteris procul dubio descenderunt Comites *Altenburgenses* ad *Cliam*, itemque Comites *Mersburgenses*. Sedes horum Burggraviorum fuisse deprehenditur apud *Mersburgenses* e regione Cathedralis Ecclesiae in suburbio & villa, quae etiamnum *Königsburck* appellatur. Veruntamen eorundem Burggraviorum Principatui & imperio finem imposuit *Giselarius*, Imp. *Otonis* II. Cancellarius, homo ambitiosus & bellicosus. Hic sub titulo Cancellariatus Imperii negotia secularia & Principatum in se suosque successores transulit primus, Slavorum triginta millia & amplius praelio superavit, delevit. Aulas Imperatoris & Principum perpetuo sectatus, Politica curavit, & non modo junxit Politica Ecclesiasticis, sed & Archiepiscopatum *Magedburgicum* Episcopatum *Mersburgico*. *Georg. Fabricius* lib. 2. orig. Saxon. pag. 186. 197.

199. 200. 227. *Matthæus Dreyer in Isago-ge hist. part. 4. pag. m. 902.*

XX.

MERSBURGENSES COMITES.

Mersburgenses Comites.

Origine, primisque Authoribus differunt Comitatus Altenburgensis & Mersburgensis, non successu temporis & territorio. Origo itaque *Mersburgensis* Comitatus ita se habet; Hunnis sub *Caroli Crassi* Romanorum Cæsaris Augusti imperio Provincias Germaniæ, Misniam, Saxoniam, Thuringiam vastantibus in urbibus Imperii, pro earundem defensione excitati sunt Burggravi. Et hoc modo apud Martisburgum creatos fuisse, Burggravios *Mersburgenses*, ex pluribus conjicio. Horum imperium Hunnis superatis fugatisque vel maxime cum dilatari cœpisset; ex Burggraviis nati sunt Comites, utpote qui non modo Burgis oppidis urbibusve, sed universæ regioni Romanorum Cæsaris & Augustorum loco imperarent. Sic Altenburgensium Comitum titulo antiquato, successit ex conjunctione Burgorum plurium, Sceditzenensis, Altenburgensis, Martisburgensis, Pleissensis, Gibichsteinensis, Comitatus amplissimus, quem a metropoli *Mersburgensem* dixere; hic amplitudine sua complexus est urbem *Martisburgum* ipsum & oppida quondam florentissima, *Lipsiam*, *Wurtzinam*, *Hallam* Saxoniam; imo bona Comitatus Mansfeldici pars, ad *Wipperam* fluvium, sub potestate erat Mersburgicorum Comitum, qui, Comitatu Mersburgico per Imperatores & præfules dissolvi cœpto, plures condiderant Comitum familias & toparchias. *Pleissenses* namque & *Ostrolandiam* Comites, Comites item *Wurtzinenses*, Palatini Saxoniam *Gosseciani*, *Weisensenses*, & *Libonotriæ* Comites ab his ortum traxere.

Dec. I. 1 *Bruno* Comes VVertini & Sckeuditzen-
sis 880. 2 *Riddag*, vel *Redigam*, Comes Mers-
burgensis & *Güntherus*, ejus frater, Comes
Sckeuditzenensis 915. 3 *Güntherus*, Comes Mers-
burgensis & Sckeuditzenensis 930. 4 *Riddag*, Mar-
chio, ejusque filius *Carolus* Comes & *Güntherus*
Comes Pleissensis & Sckeuditzenensis 968. 5 *Ca-
rolus* Comes Mersburgi & *Güntherus*, Comes
Sckeuditzenensis 986. 6 *Carolus* & *Guntheri* filii,
Guntzelinus, *Bruno*, *Esico*, aliis *Riddagus* II. D
Bion & *Berwardus* 988. 7 *Guntzelinus* *Bru-
no*, *Esico*, *Berwardus* & *Bionis* ex filia *Juditha*
nepos, *Dedo*, filius *Dieterici* Comitis *Wettini*,
Comites Mersburgi 990. *Carolus* circa hæc tem-
pora in exilium ejectus ab *Ottone* III. Imp. in eo-
dem perit, anno 1014. 4. Calénd. Aprilis. 8 *Gun-
tzelinus*, ejusque filii *Albi* vel *Albion*, *Bruno* *Esico*
& *Dedo* 996. *Berwardus*, perit, perit item bre-
vi post *Albion* in Sylva a proprio satellite occisus.
9 *Esico* & *Dedo* 998. *Guntzelinus* ex Comite
Mersburgico & Pleissensi, *Marchio* Misniæ ad
Muldam creatus, *Brunone* fratre Comite utitur.
Ambobus tamen postmodum in exilium pulsus,

Esico & *Dedo* Comites Mersburgici constituti.
10. *Dedo* Comes *Wettini* & Mersburgi, Burggra-
vius Soraborum & Dominus in *Budsetz* 1008. Ita
quidem vivo & defuncto anno 1008. *Esicone*, sed
in exigua Comitatus Mersburgici parte. Potissi-
ma etenim Comitatus pars, *Esicone* demortuo, Im-
peratorum liberalitate assignatur Præfulibus *Mers-
burgensibus* ut *Wurtzinensis*. Ditio vivo adhuc
Esicone, vendita fuerat Antistiti *Misnensi*, tra-
ctus ad *VVipperam* Comitibus *Mansfeldicis*, sive
Baronibus *Quetnsfurtenisibus*. Et ipsi *Dedonis* fi-
lii ex Comitatus Mersburgici parte Palatinatum Sa-
xoniam *Gossecianum*, & Comitatum *VVeisensens-*
sem instituunt. *Goswinus* vero *Guntzelini* vel
filius, vel nepos, vel *Brunonis* posterius Comitatus
Gröitzensem & *Pleissensem* *Ostrolandinum* separa-
tim condunt, beneficio Imperatorum, in partes avi-
torum bonorum restituti.

XXI.

MARCHIONES MISNIÆ

AD ALBIM.

Dec. II. 1 *Otto* I. *Heinricus* I. & *Wernerus* II. filii, *Otto* II. *Wernerus* III. *Heinricus* I. & *Sigbodo* 1183. 2 *Otto* I. *Heinricus* I. *Wernerus* III. *Heinricus* I. *Sigbodo* & *Ottone* II. filius *Burchardus* II. 1205. 3 *Otto* I. *Heinricus* I. *Heiden-*

ricus I. *Sigbodo* & *Burchardus* II. 1215. 4 *Otto* I. *Heinricus* I. *Heidenricus* I. & *Burchardus* 1218. 5 *Otto* I. *Heidenricus* I. & *Burchardus* II. 1220. 6 *Heinricus* & *Burchardus* II. 1223. 7 *Heidenricus* & *Burchardi* II. filii, *Bernhardus* II. & *Burchardus* III. 1229. 8 *Bernhardus* II. *Burchardus* III. & *Heidenrici* filii, *Heidenricus* II. *Otto* II. 1245. 9 *Bernhardus* II. *Heidenricus* II. *Otto* II. & *Burchardi* III. filii, *Otto* III. & *Heiso*. 1253. 10 *Heidenricus* II. *Otto* II. *Otto* III. & *Heiso*. 1260.

Dec. III. 1 *Otto* II. *Otto* III. *Heiso* & *Heidenricus* II. filii, *Otto* IV. 1285. 2 *Otto* III. *Heiso* & *Otto* IV. 1293. 3 *Otto* III. & *Otto* IV. 1302. 4 *Otto* IV. 1309. 5 *Otto* V. & *Heiso* II. 1339. 6 *Otto* V. 1374. 7 *Hans* de *Munckenroda*, *Johannes* Nassovius, Archiepiscopus Moguntinus, & *Johannes* Hoyensis, Episcopus Hildesheimensis 1397. 8 *Hans* de *Munckenroda* & Archiepiscopus Moguntinus. 1398. 9 *Hans* de *Munckenroda*. 1399. 10 *Albertus* & *Fridericus*, Duces Brunsvicensis in Grubenhagen. 1399.

Dec. IV. 1 *Fridericus*, Dux Brunsvicensis fratre defuncto 1399. 2 *Heinricus* X. Comes in Hohenstein, affinis *Friderici* per sororem & uxorem *Annam*. 1402. 3 *Ernestus*, *Heinricus* Superbus & *Guntherus*, Comites in Hohenstein, *Heinrici* filii. 1422. 4 *Ernestus* II. 1430. 5 *Heinricus* XI. *Ernesti* II. filius, Comes in Hohnstein. 1436. 6 *Ernestus* IV. Comes in Hohnstein. 1459. 7 *Heinricus* XII. *Ernesti* IV. filius. 1508. 8 *Ernestus* V. Comes in Hohnstein, agnatus *Heinrici* XII. 1530. 9 *Volckmar* V *Wolfgangus*, *Ernesti* V. filius 1552. 10 *Ernestus* Comes in Hohnstein. 1580.

Dec. V. 1 *Wolfgangus* & *Philippus* Duces Brunsvicensis in Grubenhagen 1593. 2 *Philippus*. 3-4-5-6-7-8-9-10.

IX. SCHARTFELDENSES COMITES.

Wernerus, Comitis Lautterbergici filius, natu minimus, cum fratribus, paternum Comitatum dividens, *Schartfeldia* domini sedem sibi separatim constituit. Ejus posterii Comites & domini in *Schartfeld* dicti sunt. Ex his *Burchardus* IV. masculos non relinquens, ex filia *Mechilde*, quæ *Heinrico* Comiti Hohnsteinienfi nupta erat, successores & hæredes habuit, nepotes Comites *Hohnsteinios*, a quibus *Schartfeldia* ad Ducibus Brunsvicensis pervenit, & ab his iterum ad Comites *Schwarzburgicos* & *Stolbergicos*.

Comites de
Scharfeld.

Dec. I. 1 *Wernerus*, Comes Lautterbergicus 920. 2 *Bodo* *Wernerus* filius, Dominus in *Schartfeld* 964. 3 *Bruningus* 1006. 4 *Witekindus* *Burchardus* & *Ernestus* 1098. 5 *Burchardus* I. *Ernestus* *Witekindi* filius, *Hudebadus* 1100. 6 *Ernestus*, *Hudebadus* & *Burchardi* I. filii, *Burchardus* II. & *Sigebodus* vel *Sibodo* 1149. 7 *Hudebadus*, *Burchardus* II. & *Sigebodo* 1158. 8 *Burchardus* II. *Sigebodo*, & *Hudebadi* filii, *Bodo* & *Bruno* 1183. 9 *Burchardus*, *Bodo* & *Bruno* 1290. 10 *Burchardus* II. & *Bodo* 1199.

Dec. II. 1 *Bodo* 1203. 2 *Reinbardus*, *Burchardus*

Jus III. & *Sigismundus* 1215. 4 *Burcbardus* III. 1252. 5 *Burcbardus* IV. & *Ernestus* 1254. 6 *Burcbardus* IV. 1291. 7 *Theodoricus* & *Heinricus* fratres, Comes in Hohnstein, Heinrici filii. 8 *Theodoricus* III. 9 *Theodoricus* IV. & *Heinricus* IV. Theodorici III. filii, Comes in Hohnstein. 10 *Heinricus* IV. Comes in Hohnstein, Dominus in Scharfeld.

Dec. III. 1 *Heinricus* V. alias IV. Theodorici III. Sondershusiani filius; Comes ab Hohnstein & Clettenberg, Dominus Scharfeldæ, Laræ, Bleichenrodæ, Heiringæ & Arteræ. 1334. 2 *Guntberus*, Heinrici V. filius, Comes ab Hohnstein, Dominus in Scharfeld. 1340. 3 *Heinricus* VI. Guntheri frater, Comes ab Hohnstein & Clettenberck. 1352. 4 *Ulricus* IV. Theodorici filius, Comes in Hohnstein & Clettenberck. 1367. 5 *Ulricus* IV. ejusque filius, Heinricus VIII. Comes in Hohnstein & Clettenberck, Domini Kelbræ, Morungæ & Wipperæ. 1393. 6 *Ulricus* IV. ejusque nepotes ex filio Heinrico VIII. *Ernestus* II. *Heinricus* Superbus, & *Guntberus* 1404. 7 *Ernestus*, *Heinricus* & *Guntberus*. 1408. 8 *Ernestus* & *Guntberus*. 9 *Ernestus* II. Comes Hohnsteinus, Dominus Clettenbergi. 10 *Ernestus* III. Ernesti II. filius; Comes Hohnsteinianus, Dominus in Clettenberck -- hujus successores in Scharfeldensi Comitatu vide supra tit. Clettenbergæ Comitibus, Dec. 4. 5.

X.

EICHSELDT TOPARCHÆ.

Dynast. de Eichsfeld.

Primi in *Eichsfeldenses* vel *Eisfeldenses*, Romanorum Imperatorum concessione tenere principatum, Duces *Saxonie* ex *Witekindi* magni posteritate. Sic *Mechtildis* uxor *Heinrici* I. Imp. duo monasteria in *Poel* vel *Paleda* anno Christi 933. fundavit condiditque. *Otto* Magnus Imperator vero *Wilhelmum* filium *Thuringiæ*, *Hassie* & *Wetteraviæ* Dominum constituens; *Eichsfeldiam* una contradidit, permisitque ipse *Otto* Magnus Imp. filius *Otto* II. & nepos *Otto* III. Rom. Cæs. ut penes *Wilhelmi* successores, Archiepiscopos Moguntinenses Principatus *Thuringiæ*, *Hassie*, *Wetteraviæ* & *Eichsfeldiæ* esset. Imp. *Conradi* II. deinde concessione (cum huc usque Vicarios Moguntini Præsules per *Thuringiam* arbitrarios regendæ provinciæ constituisent) perpetuos postmodum instituere ceperunt Vice dominos. His autem Landgraviatus titulis ornatis, Moguntinenses Antistites *Eichsfeldiæ* Præfecturam comitere inperederunt, illorumque loco alios pro arbitrio substituerunt Vicarios vel Vice dominos. Hos *Heinricus* Leo, ex Guelphonum familia illustri ortus, Elector & Dux *Saxonie* creatus, circa annum 1162. suo cum omni *Eichsfeldia* subjunxit imperio, quam tamen parva pecunia redemerunt Archiepiscopi Moguntinenses *Heinrico* Leone anno 1180. ab Imperatore præscripto. Cæterum *Heinrici* Leonis pronepos, *Albertus* Magnus tempore interregni, quod *Rudolphi* I. Imp. electionem præcessit, bello *Gerbardum* Archie-

Menckenii Scriptor. Ret. Germ. Tom. III.

piscopum Moguntinum anno 1256. captum tandem in vinculis detinuit *Brunsvigæ*, donec vel decederet *Eichsfeldia* vel a *Richardo* Conubie Comite ad Romanum Imperium aspirante magno ære redimeretur.

Pecunia itaque non numerata, *Eichsfeldia* cessit *Brunsvicensibus* Ducibus in *Grubenbagen* per multos annos. Redemerunt tandem anno 1337. & 1367. Archipræsules Moguntini *Eichsfeldiam* ab *Orrone* Duci Brunsvicensi & Lunaburgensi, qui *Johanne* Regina *Sicilia* & *Neapolis* nuptiis illectus, *Italiam* ingressurus, Germaniamque nunquam repetiturus erat.

Ex hoc tempore Moguntinensibus quæta fuit possessio *Eichsfeldiæ*, quæ tamen nostra ætate haud parum inturbata fuit, anno 1632. *Wilhelmo*, Duce *Saxonie* Vinariensi Celsissimo, & *Georgio*, Duce Brunsvicensi & Lunaburgensi illultrissimo, anno 1633. eandem regionem occupantibus. Sed ex transactione Pragensi anno 1636. restituta est Moguntinis *Eichsfeldia*, vel rectius *Eichenfeldia*, *Eichsfeldia* quæ a *quercibus* nomen est sortita, ut *Burchonia*, a *sagorum* copia & nemore.

Dec. I. 1. *VVidekindus* Magnus Rex *Saxonum*. 2 *VVigbertus*. *Witekindi* natu major, Dux *Saxonie*, *Angriæ* & *Westphaliæ*. 807. 3 *VValepertus* vel *VValeberus*, *Wigberti* filius, Dux *Saxonie* 825. 4 *Bruno*, *Walperti* frater, Dux *Saxonie* 840. 5 *Ludolphus* Magnus, *Brunonis* filius. 843. 6 *Bruno* II. Dux *Echbertus*, *Tanquardus* & *Otto*, *Ludolphi* filii. 859. 7 *Echbertus*, *Marchio* *Harciniæ*, *Tanquardus* & *Otto*. 8 *Tanquardus* & *Otto*. 9 *Otto* Magnus, Dux *Saxonie*, Dux *Angriæ*, *Westphaliæ*, *Hassie*, *Thuringiæ*. 10 *Heinricus* Auceps, Imp. Dux *Saxonie*, *Angriæ*, *Westphaliæ*, *Thuringiæ*, *Hassie*, *Wetteraviæ*. 916.

Dec. II. 1 *Otto* I. vel Magnus Romanorum Imp. Dux *Saxonie*, *Angriæ*, *Westphaliæ*, *Thuringiæ*, *Hassie* & *Wetteraviæ*. 936. 2 *VWilhelmus*, *Otonis* I. vel Magni filius, Princeps & Dominus *Thuringiæ*, *Hassie* & *Wetteraviæ*, Archiepiscopus Moguntinus 954. 3 *Harro* II. Archiepiscopus Moguntinus 968. 4 *Rupertus* vel *Robertus* Mogunt. Præs. 970. 5 *VVilligisus*, Elector & Archiepiscopus 975. 6 *Aribo* vel *Erbo*, Archiepiscopus Mogunt. 1011. 7 *Heriboldus*, Archiepiscopus Mogunt. 1012. 8 *Aribo* II. Archiepiscopus 1020. 9 *Hugo*, Archiepiscopus 1025. 10 *S. Bardo*, Archiepiscopus 1031.

Dec. III. 1. *Ludovicus* Barbatus, Vice-Comes *Thuringiæ*. 1034. confirmatus a *S. Bardone*, institutus ab Imp. *Conrado* Saliquo. 2 *Ludovicus* Saltator, *Ludovici* Barbati filius, Comes *Thuringiæ* 1056. 3 *Ludovicus* III. *Ludovici* Saltatoris filius, Landgravius *Thuringiæ* & *Hassie* 1123. 4 *Adelbertus* Dux *Lotharingiæ*, Archiepiscopus Moguntinus, Princeps & Dominus *Eichsfeldiæ* 1130. 5 *Adelbertus* II. Archiepiscopus 1137. 6 *Marcolphus* vel *Mangolphus*, Archiepiscopus 1140. 7 *Heinricus* cogn. *Fœlix*, Archipræsul 1142. 8 *Arnoldus* ab *Helchenhofen*, Archiepiscopus. 1152. 9 *Heinricus* Leo, Dux *Bavariæ*, Elector & Dux *Saxonie*, *Eichsfeldiæ* Dominus. 1162. 10 *Fridericus* I. *Barbarossa* Imperator. 1180.

Ecc ecc 2

Dec.

Dec. IV. 1 *Rudolphus*, Dux Zæringanus Archiepiscopus Moguntinus, Eichfeldiæ Dominus 1180. 2 *Conradus* Palatinus, Archipræsul. 1181. 3 *Sigfridus* II. Baro, Archipræf. 1200. 4 *Sigfridus* III. Archipræsul. 1230. 5 *Christianus* II. Archiepiscopus. 1248. 6 *Gerardus* Wildgravius Archipræsul. 1251. 7 *Albertus* Magnus, Dux Brunsvicensis, & Lunæburgensis Dominus Eichfeldiæ. 1256. 8 *Heinricus* Alberti filius, Dux Brünsvicensis 1279. 9 *Heinricus*, Heinrici filius, Dux Brunsvicensis, Dominus in Eimbeck & Grubenhagen. 10 *Otto*, Heinrici filius Dux Brunsvicensis & Lunæburgensis, Gerlacho Comiti de Nassau Archiepiscopo Moguntino Eichfeldiam cessit anno 1367. Gerlachi successores habes supra num. 198. Dec. 7. n. 9.

XI.

LINDERBECH ET BEYLSTEIN COMITES.

Comites de Linderbech.

AD ripas *VVerræ* prope oppidum *Eschwege* in confinio *Thuringiæ* & *Hassie* extat castrum *Beilstein*, antiquis temporibus sedes Comitum illustrium de *Linderbech* & *Beilstein*, qui tandem produxere familiam perillustrem Comitum ab *Hobenstein* & *Schartfeldt* Dominorum *Gundersbusi*, *Laræ Cletenbergæ* &c. Quando vero hæc Comitum de *Linderbech* & *Beilstein* familia profus esse deherit (non de transplantatis in *Hobenstein*, sed de toparchis in *Beilstein* loquor) illud nondum occurrit, ut & primos hujus familiæ Comites & authores ignoramus.

Dec. I. 1 - 2 *Widago*, Comes in *Linderbech*. 3 *Boringerus*, Comes in *Linderbech*. 4 *Ludovicus*, Comes in *Linderbech* & *Beilstein*. 5 *Beringerus*, Ludovici filius, Comes in *Linderbech* & *Beilstein*, hæres Comitatus *Hohnstein*. 1050. 6 *Ludovicus*, *Conradus* & *Theodoricus*, Beringeri filii. 7 *Conradus*, *Theodoricus* & *Boringerus* II. 8. *Conradus*, Comes in *Linderbech* & *Beilstein*, Dominus in *Hohnstein*. 9 *Eiliger* I. *Conradi* filius. 10 *Eiliger* II. *Eiliger* I. filius 1189. hic primus relicto nomine Comitum de *Linderbech* & *Beilstein* jussu *Heinrici* VI. Imperatoris salutatus est Comes in *Hohnstein*.

XII.

DREFURT BARONES.

Barones de Drefurt.

ATOR primus Baronis *Trefurdiensis* ad *Werram* me lætet. Ante *Heinrici* I. Cæs. imperium Barones sive Dominos de *Trefurt* originem sumisse, deprehendimus ex multis rerum argumentis. Porro *Drivordia* stirpis opes tractu temporis, *Spangenbergæ* in *Hassia*, vectigalibus præcipue nitebantur, quæ civitas cum *Borgo* suo & *Heyda* monasterio prope a *Fulda* fluvio, in Ecclesiæ *Fuldensis* est clientela, & ab *Hassie* Landgravis etiamnum feudi nomine tenetur. Erat item sub dominio Baronum de *Drivordia* *Wansfreden*, olim *Winefridi* & *Wunefridi* oppidum nec non *Brustloba* sive *Borsla*. Hæc familia illustris sibi ipsi ex mutuo contractu, similitate, dis-

siisque exitium & interitum, sub imperio *Caroli* IV. Cæs. peperit. *Hermannus* ejusque filius armis agnati *Friderici* inferiores, *Spangenbergæ* castrum & dominium ad *Heinricum Hassie*, Landgravium anno 1336. transtulerunt. *Fridericus* vero dictis Dominorum suorum sive Principum, quorum cliens erat, Archiepiscopi Moguntini videlicet, *Friderici*, Marchionis *Misniæ*, & *Heinrici* Landgravi parum obtemperans, a *Friderico*, Marchione *Drivordia* obsessus, facta eruptione graviter secundum faciem sagitta ictus in *Winefridi* oppidum concessit, illic inglorius vitam ærumnis deformem familiamque illustrem finiturus *Drivordiam* Dominis expugnandam relinquit. Atque ab hujus belli eventu *Trefurdium*, *Brustlobum*, ut & alia nonnulla oppida, ex unius principatus forma in triarchiam inciderunt. *Trefurdense* namque dominium conjunctim possident ab una parte Archiepiscopus Moguntinus, ab altera *Serenissimus* Elector, reliquique Duces *Saxonie* Landgravi *Thuringiæ*, a parte tertia Landgravius *Hassie*.

Dec. I. 1 - 2 - 3 - 4 - 5 - 6 *Fridericus* I. Dominus de *Drefurt*. 1268. 7 *Fridericus* II. & *Hermannus* de *Drivordia*. 1298. 8 *Fridericus* III. *Friderici* II. filius, ejusque patruus *Hermannus*. 1327. 9 *Fridericus* III. & *Hermanni* filius *Theodoricus*. 1339. 10 *Fridericus* III. de *Drivordia* Dominus ultimus 1349.

XIII.

CAMMERSTEIN BARONES.

NOVIT olim *Thuringia*, *Hassia* & *Buchnia* Comites sive Barones de *Kammerstein*, Dominos de *Cammerforst* illustres. Sed harum familia dudum extincta, possessiones aperuit feudi Dominis, Landgraviis *Thuringiæ* & *Hassie*, Abbatibusque *Herfeldensi* & *Euldensi*.

Barones de Cammerstein.

Dec. I. 1 - 2 *Heinricus*, Comes in *Kammerstein* 938. 3 - 4 - 5 - 6 - 7 - 8 - 9 - 10 *Heinricus*, Dominus in *Kammerstein*. 1197.

Dec. II. 1 - 2 *Wilhelmus*, Comes in *Kammerstein* 1235. 3 - 4 - 5 - 6 - 7 *Dietericus*, Dominus in *Kammerstein* 1362. 8 - 9 - 10.

XIV.

BRANDENBURG COMITES.

CELEBRavit item olim *Thuringia*, *Buchonia* & *Hassia* Comites *Brandenburgenses*, ex Cæs. *Otonis* II. ævo usque ad tempus interregni, quod *Friderici* II. Imp. obitum sublequitur. Extincta etenim tunc temporis Comitum *Brandenburgensium* familia in legitime natis, illegitime nati in quibusdam possessionibus succedentes, novam familiam auspiciati, novos *Brandensium* & loco dignitatis illustri Nobilium substituerunt titulos. *Brandenburgense* item castrum ad *Werram* reficientes, eidem novum imposuerunt nomen *Brandensium*.

Comites de Brandenburg.

Dec. I. 1 - 2 *Andreas*, Dominus in *Brandenburg*

burg. 1019. 3--4--5--6--7--8--9 *Burchardus*, Comes in Brandtburg. 1227. 10--

XV.

MULBERGK COMITES.

Comites de
Mulberg.

A Brandenburgensibus per Ifennachen-
sem Gothanumque toparchatum, (quo-
rum moderatores indicavimus, supra part. 2.
num. 487.) accedimus planitiem ad radices sal-
tus Thuringiaci per amoenam, tribus collibus,
tribusque castris superstructis ornatam. Ca-
strorum nomina sunt *Gleichen*, *Mülbergk*,
Wassenburg. *Gleichen*es Comites enume-
ravimus supra; restant Comites *Mülbergenses*
Domini in *Wassenburgk*.

His quidem genus fuit illustre, ex multa
vetustate, sed cujus originem ignoramus.
Defecisse fertur hæc familia tempore *Rudolphi*
I. Habsburgici Rom. Imp. Comitatus *Mülber-
gensis* & *Wassenburgensis* accessit Landgraviis
Thuringiæ cellislimis.

Dec. I. 1--2--3--4--5--6--7--8--9--10
Henricus, Comes in *Mülbergk* 1000.

Dec. II. 1--2--3--4 *Ludovicus* & *Marquin-
bardus* 1130. 5 *Ludovicus* 1148. 6--7--8 *Cun-
radus* & *Meinbardus* 1216. 9 *Meinbardus*, Co-
mes de *Mülberg*; Dominus in *Wassenburg*.
10 *Guntherus* Comes de *Mülberg*. 1257.

XVI.

ARNSTADT DOMINI

Domini de
Arnstadt.

Fines *Mülbergensis*, *Wassenburgensis*que
Comitatus tangit Baronatus sive Domi-
nium *Arnstadiense*, cujus possessores sunt Co-
mites Generosissimi de *Schwartzburg* & *Hohn-
stein*, & quidem ab aliquot seculis. Foyit ete-
nim oppidum *Arnstadt* prisca seculis topar-
chas, dignitatis familiaeque nomen ex posses-
sione hujus domini assumptum. Cæterum
toparchatus cum oppido *Arnstadiensi*, viven-
tibus adhuc Dominis & Baronibus ab *Arn-
stadt*, venit sub possessionem & imperium
Comitum a *Schwartzburgk*. Docent nam-
que Annales *Thuringiæ*, *Guntherum*, Comi-
tem *Schwartzburgicum* anno familiam do-
micilium potentiaque sedem tenuisse *Arnsta-
dii*. Sed & longe post vixere adhuc Domini
& Barones ab *Arnstadt*. Tandem *Iohannes*
Hertingus & *Ludolphus* Domini de *Arnstadt*
anno 1425. vendentes castra *Leurbenthal*, *Sa-
xenhausen* & *Oberringen*, familiam in alias
transulerunt provincias, abdicataque Baro-
natus dignitate, Nobilium titulo contenti, fi-
nem fecerunt Baronatui *Arnstadiensi*.

Dec. I. 1-2-3-4-5-6-7-8 *Waltherus* de
Arnestede 1130. 9-10 *Hardingus* vel *Hartindus*
senior ejusque filius *Hardnidus* junior, nec non
agnatus *Herrenfridus* Domini in *Arnestedt* 1170.

Dec. II. 1-2-3-4-5-6-7 *Albertus*, Dominus
in *Arnestedt*. 1362. 8-9-10 *Iohannes Hertin-
gus* & *Ludolphus*, Domini ab *Arnstadt* 1420.

XVII.

KAEFERNBURG COMITES.

Arnstadiensi toparchatui proximus est *Comites de*
Comitatus *Käferburgicus*, tantæ antiqui-
tatis, ut ejus origines nesciant Annales &
*Käfer-
burg*.
Chronographi *Thuringiaci*. Sedes horum
Comitum erat in castro *Käferburgk*; eorun-
demque possessionibus cum aliis adnumera-
bantur *Ilmenovia* oppidum & castrum in sal-
tu *Thuringiaco*, *Kirchhaym* & alia. Va-
fallorum loco Comitibus *Käferburgicis* e-
rant Nobiles de *Witzleben*, *Angelrode*, *Elcker-
leben*, *Kirchaym*, *Sundhausen* & alii. Plurimi
hujus familiae *Guntheri* prænomen præfere-
bant; & ex iis ultimus familiae *Guntherus* Co-
mes de *Käferburg* anno 1343. pro 200. mar-
cis argenti puri vendidit *Henrico* Principi
Hennenburgico Dominium, castrum oppi-
dumque *Ilmenau* cum pago *Kirchheim*, dece-
dens vero anno 1385. vita, familiam, topar-
chiamque *Käferburgensem* terminans; ca-
strum *Käferburg* detulit ad Comites
Schwartzburgicos & prædia reliqua *Käfer-
burgensia* ad *Balthasarum*, Landgravium
B *Thuringiæ* Marchionem *Misniæ* ejusque suc-
cessores.

Dec. I. 1. *Hugo* Comes de *Käferburg*, pri-
mus Christianus in *Thuringia*. 728. 2-3-4-5-
6 *Guntherus*, Comes de *Käferburg*. 1000. 7 *Rein-
hardus* & *Fridericus* de *Käferburg*. Comites
1042. 8-9-10--

Dec. II. 1-2 *Sittichius*, Comes de *Käfer-
burg* in *Georgenthal* 1140. 4 *Guntherus*, Comes
in *Käferburgk*; Dominus in *Ilmenau*, & *Geor-
genthal* 1188. 4 *Guntherus* senior, & *Guntherus*
junior 1222. 5 *Albertus* Comes & toparcha in
Käferburgk, *Guntherus*, Comes a *Käferburgk*,
toparcha in *Ilmenau* 1256. 6 *Guntherus* senior,
& *Guntherus* junior, Comites de *Käferburg*,
Domini in *Ilmenau*. 7 *Guntherus*, Comes de *Kä-
ferburg*, Dominus in *Ilmenau*. 8 *Guntherus* se-
nior, *Guntherus* medius & *Guntherus* junior,
Comites in *Käferburgk*, Domini in *Ilmenau*.
9 *Guntherus* & *Guntherus* junior. 10 *Guntbe-
rus* junior, Comes de *Käferburgk* 1375. obiit
anno 1385. nullis relictis hæredibus.

XVIII.

BLANCKENHAN COMITES.

Käferburgensium vicini sunt *Cranichfel-*
denses & *Blanckenbaynenses* Dynastæ. *Comites de*
Sub *Ottone* I. Imp. celebratur *Sigismundus*
*Blancken-
han*.
Comes in *Blanckenbain*, & sub *Ottone* III. Cæs.
Sigismundus, Comes in *Blanckenbain* & *Wil-
helmus* Dominus in *Cranichfeldt* fratres, un-
de apparet, *Cranichfeldense* dominium
non nisi esse partem Comitatus *Blancken-
hainensis*. Cæterum Comitum *Blanckenbei-
nensium* familia illa prisca dudum est extincta;
substitutis subinde novis successoribus, ex Co-
mitum de *Gleichen* familia illustri, qui non ni-
si Domini in *Blanckenbain* & *Cranichfeldt* salu-
E c c e 3 tari

tari voluerunt. Est enim Blanckenhainense Dominium ferme hereditarium, transitque deficientibus masculis ad foeminas, harumque filios & his resstantibus ad filias. Sic nostra aetate defuncto *Walrabo* Domino in *Blanckenbain Cranichfeld & Rembda* successit Comes a *Gleichen* & hoc iterum mortuo, Dominium in *Blanckenbain & Cranichfeld* haereditario jure transit ad cognatum *Georgium* Liberum Baronem in *Morsburg & Bessfort*. Ferunt tamen Domini Blanckenhainensis & Cranichfeldensis possessores, licet sint vasalli Ducum Saxoniae Vinarientium, esse nihilominus immediate Status S. Rom. Imperii.

Dec. I. 1. 2. 3. 4. 5. 6. *Sigismundus*, Comes in *Blanckenstein* 960. 7. *Sigismundus*, Comes in *Blanckenbain & Wilhelmus* Dominus in *Cranichfeldt* 986. 8. 9. 10.

Dec. II. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Wilhelmus*, Dominus in *Cranichfeldt* 1362.

Dec. III. 1. 2. *Ludovicus*, Comes de *Gleichen*, Dominus in *Blanckenbain* 1436. 3. 4. 5. 6. 7. *Walrabus*, Dominus in *Blanckenbain, Cranichfeldt & Rembda* 1601. 8. 9. *Johannes Ludovicus*, Comes in *Gleichen, Spiegelberg & Pymont*, Dominus in *Thonna, Blanckenbain & Cranichfeldt* 10. *Dorothea Susanna*, Comitissa in *Gleichen*, Domina & haeres in *Blanckenbain & Cranichfeldt* 1630.

Dec. IV. 1. *Georgius*, Liber Baro de *Morsburg & Bessfort*, Dominus in *Planckenbain & Cranichfeldt, Dorotheae Comitissae Gleichenensis maritus* 1630 obiit uxor hujus anno 1638. 13. Septembris 2. *Ludovicus Fridericus*, Liber Baro *Morsburgicus & Bessfortensis*, Dominus in *Blanckenbain & Cranichfeldt, Georgii & Dorotheae filius*. 1644 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

XIX.

GRAEVENTHAL DOMINI.

Domini de
Graefenthal.

Conditor Domini *Graventhalensis* in saltu Thuringiaco me latet. Possessores ejusdem domini superiori seculo erant *Pappenheimenses* Generoli Barones, *Marschalli* haereditarii S. Rom. Imp. Domini & toparchae in *Eugen & S tulingen* in *Hegovia*. Hi anno 1622. dominium hocce *Graventhalense* vendiderunt Cellissimis Ducibus *Saxoniae Altenburgensibus*, Domino *Johanni Philippo* ejusque fratribus.

XX.

LEUTENBERGK DOMINI.

Domini de
Leutenberg.

Priscos hujus domini possessores ignoravimus. Sunt qui existimant, *Leutenbergense* Dominium *Schwartzburgicis* Comitibus accessisse, ex Caes. *Caroli IV.* transactione cum Imp. *Guntbero* Rom. Augusto, Comite *Schwartzburgico*. *Carolus IV.* Bohemiae Rex etenim cum Romano Germaniaeque inhiaret imperio post obitum *Ludovici* Bavari Rom. Augusti, ad id vero dignitatis culmen ab Imperii Principibus electum coronatumque cer-neret *Guntherum*, *Ludovici* Bavari generum;

hujus vero viribus frangendis impar esset, insidiis, bonis-malisque artibus evertendum statuit *Guntherum*. Medicum proinde *Guntberi* Caesaris, Medicique famulum pecunia corruptos subornavit *Carolus IV.* Rex, qui *Guntbero* Caes. leviter aegrotanti venenum in potione propinarent. Hujus veneni propinati etsi magnam partem vomitu rejecit *Guntherus*, reliquis tamen ita est enervatus ac debilitatus, ut ad res gerendas inhabilis prorsus evaserit. Desperata itaque hujus magnanimi Principis vita, interposuerunt sese *Rudolphus* Palatinus & *Marchio Brandenburgensis*, quos arte ab ipso *Carolus* avulserat, remque eo reduxerunt, ut *Carolus IV.* Bohemiae Rex pro imperio Germanico, *Guntberi* haeredibus numeraret 22000. marcarum argenti in compensationem impensarum, additis duobus in *Thuringia* oppidis, *Guntberus* Imperator vero *Carolus IV.* Regem Bohemiae salutaret Regem Romanorum. *Guntherus* Imp. indigne quidem tulit transactionem hancce; verum conflicrans valetudinem suam, invitus tandem assensit. Et ex hac transactione *Schwartzburgenses* ferunt habere dominium, *Leutenbergense* ab Regibus Bohemiae.

Dec. I. 1. *Carolus IV.* Rex Bohemiae 1348. 2. *Heinricus*, Comes *Schwartzburgicus* *Guntheri* Imp. ex fratre *Johanne* nepos 1349. 3. *Balthasar*, *Heinrici* filius, Comes in *Schwartzburg* Dominus in *Leutenberga* 1396. 4. *Balthasarus II.* *Balthasari I.* filius, Comes de *Schwartzburg*, Dominus in *Leutenberg* 1412. 5. *Johannes Heinricus I.* *Balthasari II.* filius, Comes de *Schwartzburgk* Dominus in *Leutenbergk* 1486. 6. *Albertus & Philippus*, *Johannis Heinrici* filii. 7. *Philippus*, Comes de *Schwartzburgk*, Dominus in *Leutenbergk* 1556. 8. *Guntberus, Johannes Guntberus, Wilhelmus & Albertus*, Comites de *Schwartzburgk*, Domini in *Arnstadt Sondershausen & Leutenberg, Philippi* agnati 1572. 9. *Johannes Guntber, Wilhelmus & Albertus* 1585. 10. *Wilhelmus, Albertus & Johannis Guntberi* filii, *Guntberus, Antonius Heinricus, Johannes Guntberus II. & Christianus Guntberus*, Comites in *Schwartzburgk &c.* Domini *Leutenbergk* 1586. Horum successiones vide supra tit. Comit. de *Schwartzburg*, Dec. 7.

XXI.

BRANDENSTEIN RANIS

BARONES.

In confinio *Thuringia & Voilandia*, (quam *Advocatorum terram*, alii *Variscorum*, alii *Nuriscorum* regionem appellant,) est oppidum *Ranis* vel *Ranis*, quod vitiose ab aliis *Rains* vel *Rbeins* & vitiosius *Ravis* dicitur. Hoc oppidum Domini & Baronatus titulo celebratur in matricula Imperii, ejusque possessores aliquando fuerunt *Brandensteinii*, ex ordine Equestri. Ex his claruit anno 1442. *Eberhardus* de *Brandenstein*, Eques auratus & nomine *Wilhelmi* Ducis *Saxoniae*, Gubernator Ducatus *Lutzelburgensis*, ejusdemque Ducis

Barones
de Brandenstein
Ranis.

Ducis socer. Huic namque Duci *Wilhelmo*, Landgravio Thuringiæ ad secunda vota procedenti legitimis nuptiis *Jena* celebratis copulavit filiam *Catharinam*, invitis licet provincialibus. Ex hujus vel *Eberhardi* vel posteris vel agnatis prodiit *Ernestus* de *Brandenstein*, *Ferdinandi* I. Romanorum Hungariæ, Bohemiæque Regis copiarum militarium Dux, qui sese adversus Turcas anno 1529. fortiter gerens, Baronis titulos obtinuit. *Ranisi* autem dominio, adnumerabant olim castra & prædia *Wernburgk*, *Nimmeritz*, *Welsdorff*, *Gressendorff*, *Pölnitz*, *Gotbu*, *Neydeck*, *Tzösch*, quæ tamen agnatis ex Equestri ordine succedentibus toparchis Ranisianis partim rediere ad feudi Dominos Duces Saxonie, Landgravios Thuringiæ, partim Baronie titulo sublato, castrorum simplicium nomine & jure habentur. Duces etenim Saxonie Coburgenses & Vinarienses ad annum 1592. usque collectas Imperio Germanico solverunt, ratione Baronie Ranisiane ad se sublatis Brandensteinibus devolutæ.

XXII.

BRANDENSTEIN
OPPURGK COMITES

Comites de
Brandenstein in
Oppurg.

Novissime Brandensteinensi familiae, Comitatus dignitatem adjecit *Ferdinandus* II. Rom. Imperator. *Christophorus Carolus* de *Brandenstein*, *Esaie* filius, cernens *Ferdinandum* II. Rom. Imp. large passimque Comitatum, Baronatum bene meritis conferre titulos, in Comitibus Ratisbonensibus anno 1629. celebratis, eidem Romanorum Imperatori suppliciter insinuavit majorum & agnatorum suorum, Augustissimis Imperatoribus & Serenissima Domui Austriacæ exhibita & præstita officia & Servitia, obtinuitque diploma Cæsareum in forma amplissima, quo renunciatus est supplicans *Christophorus*, *Carolus* Comes de *Brandenstein* Baro in *Oppurgk*, Dominus in *Grünau* & *Gnau* & quidem cum dignitate ad liberos & descendentes transitoria. Erat vero idem *Christophorus Carolus* Comes de *Brandenstein* ratione prædiorum suorum vasallus Serenissimi Domini Electoris reliquorumque Ducum Saxonie, quam obrem respectu possessionum Statibus S. Rom. Imperii immediatis associari haud potuit, sed fuit tantummodo ipsius Comitatus & Baronatus dignitas titularis. Hanc ut exornaret bello inter *Ferdinandum* II. Imp. & *Sueciæ* Regem *Gustavum Adolphum* exorto, ex *Misnia* in *Francia* & in castra Regis Sueciæ anno 1632. concessit, eidemque servitia offerens, obtinuit per paucis ante mortem Regis diebus, ut *Querfurtensi* in *Thuringia* Dominio perquam nobilitate, arthæ loco ob officia præstanda donaretur. Commovit hac petitione Serenissimum Dominum Electorem Saxonie, Dominum suum haud parum cliens & vasallus *Christophorus*

Carolus Comes Brandensteinus, non ignarus jurium & prætensionum, quæ Domino Electori in *Querfurtensi* dominium competebant. Uti quoque postmodum in transactione *Pragensi* Imp. *Ferdinandus* II. dominium *Querfurtense* anno 1634. restituit Serenissimo Domino Electori Saxonie. Comes *Brandensteinus* ergo anno 1637. in *Misnia* reversus, jussu Serenissimi Domini Electoris Saxonie, custodiæ mancipatur, in qua cum post menses sex, mœrore animi mortem cum vita commutasset, vidua ejus cum filiis *Hamburgum* concessit. Prædia namque Brandensteinensia omnia, *Oppurg*, *Grünau* & *Gnau*, possessoribus erant haud vacua sed oppignorata Dominis de *Gera*, Carenthanis Baronibus, a quibus tantam pecuniæ summam mutuo acceperat consensu uxoris, agnatorum & Domini feudi *Christophorus Carolus*, Comes Brandensteinus, ut pretium prædiorum superare dicatur.

XXIII.

LEUCHTENBURG DOMINI.

Non ita procul a *Sala* fluvii notissimi ripis extat castrum *Leuchtenburgk*, pristis seculis Dominos ejus cognominis, possessores, que illustres fovens. Illis sublatis vel extinctis, *Eyrbordensium* Republica facta est Domina castri *Leuchtenbergensis*, illudque oppignoravit *Vice-Dominis* vulgo *Vitzthumis* de *Apolda*, Equitibus tunc temporis opibus facultatibusque per *Thuringiam* longe præstantissimis. Possidebant etenim castra *Leuchtenburg*, *Apolda*, *Cappelndorff*, *Dornbergk*, *Camberg*, *Ifferstedt*, *Madeln*, *Gleisberg*, *Wassenburg* & alia plura. Facultatum autem copia tumidi *Vitzthumii* non erubuerunt sese opponere *Wilhelmo* Saxonie Duci, Landgravio Thuringiæ, vasalli & clientes Domino & patrono. Dux *Wilhelmus* idcirco anno 1454. *Vitzthumios* armis ad obsequium redacturus *Bernhardum* in *Leuchtenbergensi* castro obsessum, sese dedentem vita donavit, *Leuchtenbergensique* dominio exutum cum fratre *Apelio* in *Bohemia* novas domicilii sedes querere coegit.

XXIV.

GLEISBERGK COMITES.

Sub *Gleisbergensium* Comitum dominio ferunt fuisse oppida & castra *Gleisbergk*, *Feina*, *Weida*, aliosque pagos. *Gleisbergensium* familia, quæ ex *Ottonis* I. Imp. beneficio possessionem hujus domini usque ad Cæs. *Caroli* IV. ætatem & ultra perpetuavit, successores habuit Landgravios, *Thuringiæ* & ex horum beneficio *Vitzthumios* de *Apolda*, qui tandem sese vasalli & Clientes Dominis & Patronis opponentes anno 1454. ejecti sunt *Gleisbergensi* domi-

dominio per *Wilhelmum* Ducem Saxoniae, Landgravium Thuringiae.

Dec. I. 1 *Erich*, Baro & Dominus de Gleisberg 960. 2 *Gorhardus*, Dominus de Gleisberg 993. 3-4-5-6 *Hermannus*, Comes de Gleisbergk 1075. 7-8-9-10.

Dec. II. 1-2-3-4 *Heinricus & Waltberus* 1270. 5 *Heinricus* 1284. 6-7-8-9-10.

XXV.

EISENBERGK COMITES.

Comites
de Eisen-
bergk.

TRACTUM illum regionis, qui ab oppido & castro *Gleisberg* ad fluvium *Elster* & ab hoc, ad *Weissenfelsenses* ad *Salam*, porrigitur, *Osterlandiam* vulgo nuncupant, quod illa regio *Thuringis* sit versus orientem. In hac confederunt olim Comites *Eisenbergenses*, ex possessione oppidi *Eisenbergk* ita cognominati. Tempore interregni, quod *Friderici* II. Imp. obitum subsequutum fuit & *Rudolphi* I. Imp. electionem praecessit, claruit *Johannes* Comes ab *Eisenbergk*. Hujus familia extincta, Comitatus *Eisenbergensis* apertus fuit feudi Dominis Landgraviis Thuringiae.

XXVI.

KIRCHBERGK BURG-

GRAVII.

Burggra-
vii de
Kirchbergk.

BURGGRAVIATUS *Kirchbergensis* ad *Salam* procul dubio antiquissimus est, originemque ex *Caroli* Magni aeo summissè fertur. Erant olim per *Thuringiam* Burggraviis *Kirchbergensibus* amplè sedes, facultatesque haud tennendæ. Domini etenim erant & possessores castrorum *Kirchbergk*, *Greiffenbergk*, *Windbergk*, *Leisten*, *Wallhausen* & *Farnroda*, quorum quaedam nostro aeo sunt in ruinis, quaedam alios habent possessores. Nec mihi satis constat, quando hi Burggravii esse desierint Status S. Rom. Imperii immediate.

Dec. I. 1-2-3-4-5-6-7-8 *Conradus* 1165. 9 *Theodoricus* 1168. 10 *Fridericus* 1184.

Dec. II. 1 *Gosmannus* 1206. 2-3 *Theodoricus* & *Conradus*, Burggravii de *Kirchbergk* 1253. 4 *Conradus*, Comes & Burggravius de *Kirchbergk* in *Osterlandia*, Dominus in *Wallhausen* 1267. 5 *Gosmannus* 1279. 6-7-8-9 *Fridericus* 1362. 10.

Dec. III. 1-2-3-4-5 *Wilhelmus* 1408. 6-7-8 *Albrecht* 1461. 9-10.

Dec. IV. 1 *Hermannus* 1500. 2-3-4-5 *Sigismundus* junior, Burggravius de *Kirchbergk*, Dominus *Farnroda* 1550. 6-7-8-9-10.

XXVII.

TAUTENBURGK PINCER-

NAE, BARONES.

Pincerna
de Tauten-
burgk.

PINCERNARUM de *Varigila* & *Tautenburgk* majores genus duxisse a Romanis, & cum *Druso* Germanico tempore *Tiberis* Cæsaris, pervenisse in *Germaniam*, subactaque *Saxonia* & *Thuringia* sub Romanorum potestate, Romanorum nomine tenuisse per *Thuringiam* impe-

rium & Pincernatus officium, nugatur *Laurentius Peccenstein* in theatro Saxonico part. 1. cap. 18. subjungens ex illo tempore, reperiri haud posse Pincernarum continuam seriem familiaeque ordinem, quod non nisi ducentis abhinc annis Germanico idiomate fortiter gesta literis mandare coeperint, deinde illud neglexisse Monachos, qui ejuscemodi rerum curam praecipuam habere debuerint: Imo hanc negligentiam condonandam esse simplicitati veterum; esse autem *Varila* cognomen, Pincernarum, nomen Italicum. Ex quo colligendum inuit, ipsius nugas utique veritati admodum esse consentaneas, quod familiae huic illustri cognomen ex *Italia* adhuc supersit. Miror certe, quod non addiderit nugator *Peccensteinus*, Pincernas de *Varila* genus ducere vel a *Quintilio Varo* (qui *Dione* teste, Germanis acerbius imperavit, postmodum ingenti clade cæsus) vel a *M. Varro* quodam. Eadem enim facilitate & hoc fingere potuisset; qua reliqua omnia. *Saxoniam Thuringiamque* ad *Salam*, devictam subactamque a Romanis, ipsi nesciunt rerum in Germania gestarum auctores, Imperatores, Duces & praesides

Romani *Corn. Tacitus, Jul. Cæs. Dio.* Ad *Rhenum*, ad *Visurgim* progressos fuisse Romanos sub *Germanico* tradunt, sed non ultra stabili firmoque imperio. Nulli Romanis Imperatoribus, Ducibus, Praesidibus erant Pincernae, Dapiferi, Camerarii, Cancellarii. Ducibus jungentur Praefecti, Numerarii, Commentarienses, Adjutores, subadjux, Exceptores. Praesidibus Comitibusque Rationales, Procuratores rei privatae, Curatores, Primicerii, Scribarii, Magistri Epistolarum & hujuscemodi magistratus alii. Pincernatus, Dapiferatus, Camerariatus, Cancellariatus officia

Francorum Franconicorumque Regum non Romanorum instituta. Francis sublatis, *Saxones* ad imperii Romano-Germanici culmen erectos *Francorum* instituta probasseprehendimus; *Saxonum* proinde beneficiis, quae olim erant officii, dignitatis esse coeperunt, & in familiis perpetuas. Magistratus, dignitatesque omnes tam militares, quam Palatinae erant arbitrariae & ambulatoriae. Nec item deerant Romanis Historici, uti *Peccensteinus* fingit, eosdem fuisse simplices, *Corn. Tacitum* provocho, *Dionem Q. Curtium, Appianum, Suetonium, Justinum, Arrianum, Diogenem Laertium, Q. Florum, Aelium Spartianum, Lampridium, Julium Capitolinum, Eusebium, Marcellinum, Procopium, Jornandem, Evagrium*, aliosque plures, qui istis seculis vixerunt & procul dubio non neglexissent, si vera fuissent, quae finxit *Peccensteinus*. Nec est, quod Monachos & Cenobitas negligentiae accusat. Quando enim quæso fundata & instituta sunt per *Germaniam* monasteria, & introducti Monachi? num sub Romanis praesidis in Germania arma circumferentibus? vel sub Franconicis & Saxonis Imp? Sed mitto fabulas aniles *Peccensteinii* de origine *Schenckiorum*. Pincernatus officium *Francorum* institutum novimus, quod dignita-

dignitatis qualitatem beneficio Saxonum assumptis, tandemque moribus invalescentibus de patre in filium & nepotes transiit, & hoc ipso illustres excitavit familias. Pincernæ autem Thuringiaci ab *Heinrico I.* Imp. approbati, cognomina a castrorum plurium possessione assumerunt, imperante *Lothario II.* Cæsar. A castrorum proinde possessione dicti alii *Schencken de Vargila* alii *Schencken de Tautenburgk*; alii *Schencken de Saleck*. Et hi quidem Pincernæ de *Saleck*, inquam, vasalli erant Episcoporum Numburgensium; idcirco familia Pincernarum de *Saleck* extincta, castrum *Saleck* rediit ad Dominos Episcopos Numburgenses. Pari modo constat, castrum *Vargila* fuisse feudum Comitum de *Gleichen*. Deficiente itaque profapia *Schenckiorum* de *Vargila* in masculis, feudum fuit apertum Domino Comiti de *Gleichen*. Sed & nostro ævo desiit *Schenckiorum* de *Tautenburgk*; familia perillustri, vita anno 1640. extincto *Christiano* Pincerna, Barone Tautenburgico; Domino in *Frauen Priesnitz* & *Niedertrebra*, ad quem quoque sub obitum Comitum de *Gleichen* Dominium *Tbonnense* jure hæreditario pervenerat. Hoc autem dominium *Christiano* Schenckio e vivis sublato, rediit ad Duces Saxonie Vinarienses: reliqua prædia & castra Tautenburgica distracta sunt. particulatim a Comitibus *Schwartzburgicis*, Baronibus de *Schleinitz* in *Bohemia*, *Heinrico* de *Tauben*, *Theodorici* de *Wertern* filiis & *D. David Döringii* hæredibus, idque concessione & beneficio Serenissimi Domini Electoris Saxonie.

Dec. I. 1. *Thammo* Schenk de Tautenburgk 920. 2. 3. 4. 5. *Wilhelmus*, Baro in Tautenburgk, de Tautenburgk, Saleck & Vargila 1170. 6. *Hartmannus* Schenck de Tautenburg & Saleck 1130. 7. *Fridericus*, *Hermannus* & *Cunemundus* Schencken 1170. 8. *Hermannus* & *Cunemundus* 1180. 9. *Hermannus* & *Philippus* 1183. 10. *Philipp* Pincerna, Baro in Tautenburgk 1199.

Dec. II. 1. *Wilhelmus* & *Rudolphus* 1209. 2. *Wilhelmus* & *Rudolphi* I. filii, *Rudolf* II. *Ludolph* & *Waltberus*. 3. *Rudolphus* II. *Ludolphus* & *Waltberus* Schencken de Vargila 1222. 4. *Rudolphus* II. & *Ludolphus* 1257. 5. *Rudolphus* II. & *Ludolphii* filius *Albertus* 1272. 6. *Albertus* & *Rudolphi* II. filii *Conradus Theodoricus*, *Heinricus* & *Rudolphus* III. Schencken de Tautenburg, Vargila & Saleck 1305. 7. *Conradus*, *Theodoricus*, *Heinricus* & *Rudolphus* III. 8. *Conradus*, *Theodoricus*, & *Rudolphus* III. & *Heinrici* filii, *Heinricus* II. *Rudolphus* III. *Burchardus* & *Theodoricus* II. 1349. 9. *Conradus* *Rudolphus* III. *Heinricus* II. *Rudolphus* IV. *Burchardus* & *Theodoricus* II. 1365. 10. *Rudolphus* III. *Heinricus* II. *Rudolphus* IV. *Burchardus* & *Theodoricus* II.

Dec. III. 1. *Rudolphus* III. *Rudolphus* IV. *Burchardus* & *Theodoricus* II. 2. *Rudolphus* IV. *Burchardus*, *Theodoricus*, & *Rudolphi* III. filii. *Johannes* & *Rudolphus* IV. 3. *Rudolphus* IV. *Theodoricus* II. *Johannes* & *Rudolphus* IV. 4. *Johannes* I. *Rudolphi* III. filius, ejusque frater, *Rudolphus* IV. 1383. *Rudolphus* IV. 6. 7. *Con-*

Manckenii Scriptor, Rex, Germ. Tom. III.

radus & *Heinricus* Schencken de Tautenburgk 1444. 8. *Johannes* II. & *Heinricus* 1498. 9. *Johannes* II. 1508. 10. *Fridericus*, *Johannes* III. & *Rudolphus* V. 1513.

Dec. IV. 1. *Fridericus*, *Johannes* III. 1530. 2. *Johannes* Schenck de Vargula, Baro de Tautenburgk. 3. 4. 5. 6. *Burchardus* Schenck de Vargula. 7. 8. 9. 10. *Christianus* Schenck & Baro de Tautenburgk, Tonna, Frauenpriesnitz & Niedertrebra 1609. obiit anno 1640. nullis relictis hæredibus.

XXVIII.

CHAMBERG COMITES.

Heinricus III. Romanorum Imperator, *Wigberto* seniori vel posthumo cognomento, Comiti Grottschenfi, *Cambergensem* Comitatum cum *Dornberga* ad *Salam* largitus, non tam instituit, quam confirmavit Comitatum antea institutum; licet nos fugiant ejus primi possessores, quos vel Marchionibus *Eccardi montanis* vel aliis in *Osterlandia* toparchis fuisse conjicimus. Extinctis vero *Wigberto* seniore & *Wigberto* juniore, Marchionibus Misnie, Lusatie, Burggraviis, Mageburgensibus, Leisnicensibus, Comitibus Grottschenfibus, *Eckersbergæ*, Dominis in *Orle*, *Gerau*, *Budissin*, *Nüßin*, *Dornberg*, *Cambergk* & terra *Cygnæa*, substitutus est a *Conrado* III. Imp. in Comitatu Chambergenfi *Ludolphus* quidam aliis natione Suevius, aliis Saxo, cujus posterii hunc Comitatum ad tempus interregni, quod *Rudolphi* I. Cæs. imperium præcessit possederunt. Sub interregno vero illo, dominium & possessio castri Chambergensis pervenit ad *Bossonem*, Vice dominum ab *Eckstedt*, Dominum in *Apolda*.

Hujus posterii facultatum, copia tumidi sese clientis Domino, subditi Principi Landgravio *Wilhelmo* apposuerunt.

Armis proinde sub obsequio redactis *Vitzthumios* castro & Comitatu Chambergenfi exiit anno 1452. *Wilhelmus* Landgravius Thuringie, Marchio Misnie dominiumque Chambergense incorporavit, principatui Altenburgensi.

Dec. I. 1. *Wigbertus* senior, Comes de Grottsch & Chambergk. 2. *Wigbertus* junior, senioris filius, Comes de Chambergk 1123. 3. *Ludolphus* Comes de Chambergk 1140. 4. *Otto* Marchio de Chambergk, ejusque frater *Albertus* Palatinus de Sommerlenburgk 1164. 5. 6. 7. *Volckmar*, Comes de Chambergk 1243. 8. *Beringer* de Chambergk 1261. 9. *Bosso*, vice Dominus in Eckstedt, Dynasta in Chambergk 1270. 10.

Dec. II. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Busso* & *Apelius*, fratres de Vitzthum, Domini in Chambergk Dornbergk, Apolda &c. 8. *Apelius* senior & *Bossonis* filii, *Apelius* junior, & *Busso* junior, Domini in Chambergk Dornbergk, Apolda & Lobdeburgk. 1426. 9. *Apelius* junior *Bosso* junior & *Bernhardus* Vitzthumii. 10. *Wilhelmus* Landgravius Thuringie, Marchio Misnie &c. Dominus in Chambergk 1452.

XXIX.

Comites de
Naumburg

NAUMBURGK COMITES.

Orlamundenses Comites per *Osterlandiam*, & *Thuringiam* potentes, diversa cognomina pro domiciliorum diversitate assumerunt. Qui enim *Arnsbaugi*, *Arnsbaugienses*; qui *Lobodiburgi* prope *Jenam*, *Lobodiburgenses*; qui *Vineria Vinarienses*; qui *Wiba Wihenses*, qui *Plasenburgi*, *Plasenburgenses* dicebantur Comites. Et eodem modo, *Heinricus* & *Hermannus*, Comites Orlamundani a possessione castri *Neuenburgk*, live *Naumburg* prope oppidum *Naumburg*, Comites de *Nauenburg* salutari voluerunt circa annum 1284. 1286.

XXX.

ECHARDESBERG COMITES.

Comites de
Eckardisberg.

Otto, Dux *Saxoniae* post *Burchardum* Comitem *Thuringiae*, Princeps *Thuringiae* creatus, ab se *Eccardimondanis* Comitem constituisse fertur *Brunonem*, quendam, cujus tamen Comitatus vel cum ipsius persona est extinctus, vel ipso adhuc viro & ad alias dignitates & toparchias translato mutari cepit in Marchionatum. Celebratur autem *Bruno* Comes de *Eckardisberga* in annis 910 933.

XXXI.

BEUCLINGENSIS COMITATUS TOPARCHÆ.

Comites de
Beuchling.

Sub obitum *Beuchlingensium* Comitum, quos generis, dignitatis & toparchiae originem ex Regum *Franconicorum*, *Thuringiae* imperantium, beneficio sumfisse constat, iterum dissolvi cepit eorundem toparchatus, quorum in locum quinam toparchae publicus sint substituti indicabimus. Refert vero *Marricula* imperii, cujus copiam exhibet *Dn. Wurffbain* lib. 9. relation. p. 287. Nobiles quosdam a *Werttern* nostro ævo possidere Comitatum *Beuchlingensem*. Hoc loco itaque inferenda sunt, quæ de horum toparcharum origine cognovimus cum ipsi tum nobis de *Wertterorum* familia illustri communicavit *Generosus* & *Strenus Dominus Theodoricus* de *Werttern*, *Satrapa* in *Beuchlingen*, *Wibe*, *Tautenburgk*, *Frauenpriesnitz*, *Frondorff* & *Bruggen*, *S. Rom. Imp. Archi-Camerariatus Custos*, *Serenissimo Domino Electori Saxoniae*, qui est in summo Appellationum *Dicastrio* a consiliis, *Patronus* noster nullo non observantiae cultu perpetim colendus. Situm est castrum *Werttern* in Comitatu *Hohnsteiniano*, huic praefectos fuisse ex *questri* ordine *Nobilium* de *Wertbern* majores, *Imperatorum Romanorum* beneficio, & inde sibi suæque familiae cognomen moribus inveteratis sub feudi ex legibus *Conradi*

III. Imp. perpetuatione sumfisse, ex multis colligimus. Familiae itaque de *Werttern* ejusque principibus, Nobilitatem immediate antiquitus accessisse ex *Imperatorum* beneficio, extra controversiam est, verum quonam tempore, iidem ex *Imperatorum* Regumque *Germaniae* vasallis, (nobiles etenim ex *Equestri* ordine viros olim immediate & non nisi *Imperatorum* Regumque *Germaniae* vasallos fuisse, argumentis probatur alibi liquidissimis) esse coeperint, Comitum *Landgravorum*que *Thuringiae* vasalli, de hoc nihil certi ad nos pervenit. Conjectura ducimur, illud accidisse sub imperio *Heinrici IV. Imp.* Quicquid sit, florere Nobiles de *Werttern* *Equestri* ordinis viri strenui, *Hohnsteiniorum*, reliquorumque *Thuringiae* Comitum vasalli, ex *Otonis II. Caesaris* imperio, ad nostram aetatem usque longo ordine familiae imperium passim per *Thuringiam* annis succedentibus extendentes. Ubi autem familia *Wertterana* plures extulit principes, inter eosdem familiae nobilissimae conservandae ergo in valore senioratus leges, seniorque in familia, familiae totius inspector & custos dignitatis, juriumque competentium esse coepit, uti apparet ex literis reversalibus familiae, nobili *Wertterorum* ab *Abbate Walckenredensi* anno 1421. consignatis. Hisce iniitiis, plurimae *Wertteranis* accessere dignitates, facultates amplissimae. *VVibensis* ditio, ejus possessoribus *Baronum* dignitate celeberrimis, extinctis, pervenerat ad Comites *Schwartzburgicos*: hanc ergo multo ære, ab *Heinrico* Comite *Schwartzburgico* anno 1452. vel 1464. sibi suisque comparavit, *Theodoricus* de *Werttern*, *Eques Auratus*, *Castri Wertterani* minoris possessor; hujus filius, parentis vestigia premens ampliora longe familiae suae inferuit. Primus etenim sibi suæque familiae obtinuit, *Friderici III. Maximiliani I. & Caroli V. Rom. Imp.* beneficiis, *S. Cæs. Majest. & S. Rom. Imperii* *Camerae Custodis* officium perpetuum & hæreditarium. Emit enim prædia *Tondorff*, *Hoblstedt*, *Leubingen*, castrum & oppidum *Brücken*. Comparavit præterea sibi suisque toparchatum *Fronдорffensem*, olim a *Baronensibus* illustribus ejus nominis moderatum. Obtinuit insuper viventibus adhuc Comitibus *Beuchlingensibus*, ut in ipsum suosque emtionis venditionis contractu translatum fuerit castrum *Beuchlingense* cum pertinentiis, Comitatus & *Baronatus* titulis hactenus nobilitatum. Ex hoc ergo tempore, & ex *Maximiliani I. Caesaris Augusti* imperio, Nobiles de *Werttern*, *Equestri* ordinis viri *Strenui*, *Satrapæ generosi*, substituti sunt Comitibus de *Beuchlingen*, *Baronibus* de *VVibe* & *Fronдорff*. Nostra aetate *Generosus Dominus Georgius* a *Werttern*, *Toparcha* *Baronatum* *Beuchlingensis*, *Wihensis*, & *Fronдорff*, possessor item castrorum *Werttern*

* Hic moritur an. 1658. 17. Oct. ** Mortuus A. 1636. 10. Jun.

tern, Bruggen, Thalleben, plurimumque aliorum, serenissimo Domino Electori Saxoniae a consiliis & secretioris Consilii Director, nec non iudicii Provincialis Lipsienfis Praeses, avitis bonis adiecit pagum Gorsleben & Baronibus Pincernis de Tautenburg vita functis partes haud contemnendas Toparchiae Tautenburgicae in Frauenpriesnitz & Trebra: ejus agnatus Maurizius Christophorus de Wertern vero, praefecturam & castrum Gebesbenfe, quod superiori seculo Comitum Beuchlingensium postremo loco decedentium, eandemque familiam tot seculis illustrem terminantium, aula, domicilium & sedes erat, eidem territorio & potestati Wertterensi jungere coepit. Ex his itaque liquet, Dominos de Wertern, utpote Toparchas Beuchlingenses, Vibenses, Frondorffenses & Tautenburgenses, merito substitutos fuisse hoc loco Comitibus illis priscis de Beuchlingen, quos reliquis S. Rom. Imp. statibus annumeravimus.

Dec. I. 1. Jodocus de Werttern. 969. 2-3 Jodocus II. 1019. 4-5-6 Jodocus III. 1119. 7 Hermannus I. & Conradus de Werttern 1156. 8-9 Hermannus II. Conradi filius 1167. 10-

Dec. II. 1. Anthonius, Wernerus, Henricus I. Gerbardus I. & Hermannus III. 1230. 2 Anthonius, Henricus I. Gerbardus I. & Hermannus III. 1244. 3 Anthonius, Henricus I. Gerbardus I. & Hermannii filii, Jost & Fridericus. 1251. 4 Anthonius, Gerbardus I. Jost & Fridericus. 1264. 5 Antonius, Justus, Fridericus & Gerhards filii, Gerbardus II. Hermannus IV. & Theodoricus I. 1271. 6 Justus, Fridericus, Gerbardus II. Hermannus IV. Theodoricus I. & Antonii filius, Theodoricus II. 7 Fridericus Gerbardus II. Hermannus IV. & Theodoricus II. 8 Gerbardus II. Hermannus IV. & Theodoricus II. filius, Bertholdus I. 9 Hermannus IV. Bertholdus I. & Gerhards filii Albertus, Theodoricus III. Henricus II. & Fridericus I. 1297. 10 Hermannus IV. Albertus, Theodoricus III. Henricus II. Fridericus I. & Bertholdi I. filius, Bertholdus II. 1312.

Dec. III. 1. Hermannus IV. Theodoricus III. Henricus II. Fridericus I. Bertholdus II. & Alberti filius, Henricus III. 1320. 2 Theodoricus III. Henricus II. Fridericus I. Bertholdus II. Henricus III. & Hermannii filius, Hermannus V. 1333. 3 Theodoricus III. Henricus II. Bertholdus II. Henricus III. & Hermannus V. 1335. 4 Henricus II. Bertholdus II. Henricus III. & Hermannus V. 1340. 5 Bertholdus II. Henricus III. Hermannus V. & Henrici II. filius, Henricus IV. 1343. 6 Bertholdus II. Hermannus V. & Henricus IV. 1344. 7 Hermannus V. Henricus IV. & Bertholdi II. filii Henricus V. & Fridericus II. 1344. 8 Hermannus V. Henricus V. & Fridericus II. 1345. 9 Henricus V. & Fridericus II. 1346. 10 Fridericus II. & Henricus V. filius, Sigfridus. 1347.

Dec. IV. 1. Sigfridus 1367. 2 Fridericus III. 3 Johannes I. & Bertholdus III. Friderici III. filii 1420. 4 Johannes I. & Bertholdi III. filii, Georg Menckenii Scriptor. Rec. Germ. Tom. III.

gius I. Henricus VI. & Johannes II. 1431. 5 Georgius I. Henricus VI. Johannes II. & Johannes I. filii, Theodoricus IV. Albertus, Bertholdus IV. Fridericus IV. 1440. 6 Henricus VI. Johannes II. Theodoricus IV. Albertus, Bertholdus IV. & Fridericus IV. 1443. 7 Henricus VI. Johannes II. Theodoricus IV. Bertholdus IV. & Fridericus IV. 1448. 8 Johannes II. Theodoricus IV. Bertholdus IV. Fridericus IV. & Henrici VI. filii, Theodoricus V. & Maurizius 1450. 9 Theodoricus IV. Bertholdus IV. Fridericus IV. Theodoricus V. Maurizius & Johannes II. filius Antonius II. 1451. 10 Theodoricus IV. Bertholdus IV. Theodoricus V. Maurizius & Antonius II. 1452.

Compiler *Speculi Saxonici*, *Egkius* de *Repkau*, qui vixit sub Imp. *Frideric*o II. *Reinsteinenses* sive *Regensteinenses* Comites ab illustri dignitate, nobilissimisque natalibus commendat in præfatione *speculi*. Ortos namque tradit *Reinsteinenses* genere materno, ab illustri apud *Francones* a multis seculis familia. Substituti autem videntur Comites *Regensteinenses* in locum extinctorum Comitum de *Quedlinburgk*; vel ad minimum ad eosdem Comitatus *Quedlinburgici* extincti sive distracti pars pervenit. *Quedlinburgum* namque in medietate territorii hujus, fines ab oriente Episcopatum *Halberstadiensem* & Principatum *Anhaltinum*, a meridie *Gerensrodensem* Abbatiam, ab occasu Ducatum *Brunsvicensem* & a Septentrione, eundem præsulatum *Halberstadiensem* habent. Comites a *Reinstein* rectius quam a *Rejenstein* vel *Regenstein* appellantur a castro scilicet *Reinstein*, quod petreæ vel rupi circa *Blankenburgum* incisum, contignationum promptuaria scamna, subsellia, mensas, præsepia ex mera petra facta etiamnum; licet in ruderibus, exhibet. Superioribus annis extincta Comitum de *Reinstein* familia illustri; Comitatum sui juris fecit feudi Dominus *Heinricus Julius*, Dux *Brunsvicensis* *Wolfferbytanus*.

Dec. I. 1. 2-3-4-5-6 *Heinricus* I. 7 *Heinricus* II. Comes & *Borbo*, Dominus de *Reinstein*,

Heinrici I. filii. 8 *Heinricus* II. 1204. 9 *Ulricus*, *Heinricus* III. *Sigfridus* I. 1205. 10 *Heinricus* III. Comes a *Reinstein*, *Sigfridus* I. ejus frater Comes de *Blankenburg*. 1219.

Dec. II. 1 *Heinricus* III. Comes in *Reinstein* & *Blankenburgk* 1221. 2 *Theodoricus*, *Heinricus* junior, *Ulricus* II. *Sigfridus* II. & *Conradus* *Heinrici* III. vel senioris filii 1222. 3 *Heinricus* V. *Ulricus* II. *Sigfridus* II. & *Conradus* I. 1223. 4 *Ulricus* II. *Sigfridus* II. & *Conradus* I. 1224. 5 *Ulricus* II. & *Conradus*. 6 *Ulricus* II. Comes in *Reinstein* & *Blankenburgk* 1242. 7 *Ulricus* II. ejusque filii *Ulricus* III. *Heinricus* VI. *Otto*, *Albertus* & *Sigfridus* 1246. 8 *Heinricus* VI. *Otto*, *Albertus*, *Sigfridus* III. & *Ulricus* III. *Ulrici* II. filii 1248. 9 *Heinricus* VI. *Albertus*, *Sigfridus* III. & *Ulricus* III. 10 *Heinricus* VI. *Sigfridus* III. & *Ulricus* III.

Dec. III. *Heinricus* VI. & *Ulricus* III. 2 *Heinricus* senior, *Ulricus* III. & *Heinrici* VI. filii, *Albertus* II. *Bernhardus*, *Heinricus* VII. 1264. 3 *Ulricus* III. *Albertus* II. *Bernhardus* & *Heinricus* VII. 4 *Ulricus* III. *Albertus* II. & *Heinricus* VII. 1277. 5 *Ulricus* III. & *Heinricus* VII. 1288. 6 *Ulricus* III. & *Heinricus* VII. senior ejusque filii, *Conradus*, *Ulricus* IV. & *Heinricus* junior, sive VIII. 1294. 7 *Ulricus* III. *Heinricus* VII. & senior, *Ulricus* IV. & *Heinricus* junior, sive VIII. 1294. 8 *Ulricus* III. *Heinricus*, VII. & senior, *Heinricus* VIII. & junior, 1295. 9 *Ulricus* III. & *Heinricus* VIII. 1296. 10 *Heinricus* VIII. & *Ulrici* III. vel senioris filii, *Ulricus* junior vel V. & *Heinricus* IX. cognomento *Albus*, *Hircus* & *Gigas* 1297.

Dec. IV. 1 *Ulricus* V. & *Heinricus* IX. 1307. 2 *Heinricus* IX. 1317. 3 *Johannes*, *Theodoricus*, *Heinricus* X. & *Bertholdus* 1318. 4 *Heinricus* X. & *Bertholdus* 1319. 5 *Heinricus* X. 1320. 6 *Albertus* III. *Bernhardus* II. & *Ulricus* VI. *Heinrici* X. filii, Comites in *Reinstein* *Heimburg* & *Blankenburgk* 1325. 7 *Albertus* III. & *Ulricus* VI. 1347. 8 *Ulricus* VI. 1360. 9 *Ulricus* VII. *Bernhardus* III. *Albertus* III. & *Buffo*, *Ulrici* filii 1364. 10 *Ulricus* VII. *Burchardus* vel *Bernhardus* III. *Albertus* III. & *Buffo* & *Ulrici* VII. filii *Burchardus* & *Ulricus* VIII. 1385.

Dec. V. *Bernhardus* III. *Albertus* III. *Buffo*, *Burchardus* & *Ulricus* VIII. 2 *Bernhardus* III. *Albertus* III. *Burchardus* & *Ulricus* VIII. 3 *Albertus* III. *Burchardus* & *Ulricus* VIII. 4 *Albertus* III. & *Burchardus* 1421. 5 *Ulricus* IX. & *Bernhardus* IV. *Alberti* III. filii 1458. 6 *Ulricus* IX. Comes de *Reinstein* & *Blankenburgk*. 7 *Ulricus* X. *Bernhardus* V. *Ulrici* VIII. filii 1460. 8 *Ulricus* X. 1467. 9 *Jodocus*, *Bernhardus* VI. & *Ulricus* XI. *Ulrici* X. filii 1498. 10 *Bernhardus* VI. & *Ulricus* XI.

Dec. VI. 1 *Ulricus* X. 2 *Ernestus*, *Borbo* & *Caspar* *Ulricus*, *Ulrici* XI. filii 1551. 3 *Borbo*, *Caspar* *Ulricus*, & *Ernesti* filii, *Ulricus* XIII. *Ernestus* II. & *Martinus* 4 *Borbo*, *Ulricus* XIII. *Ernestus* II. & *Martinus*. 5 *Borbo*, *Ernestus* II. & *Martinus* 6 *Borbo* & *Martinus* 7 *Martinus*. 8 *Johannes Georgius* & *Ernestus* *Heinricus*, aliis *Johannes Ernestus* dictus, *Martini* filii 1594. 9 *Ernestus* *Heinricus*, Comes de *Reinstein* ult-

timus

rimus 10 *Heinricus Julius*, Dux Brunsvicensis & Lunæburgensis, Dominus Comitatus Regenthein 1599.

LI.

BLANCKENBURG COMITES.

Comites de
Blancken-
burg.

Reinsteinensem Comitatum antiquitate præcedit *Blanckenburgensis*, nomen sortitus a castro *Blanckenburg*. Comitatum autem *Blanckenburgensem* avitis possessionibus conjunxerunt sub *Ottonis IV.* Cæsaris imperio & concessione *Reinsteinenses* Comites, de *Blanckenburg* ex ejusdem *Ottonis IV.* Imperatoris beneficio salutari desiderarunt. Ab antiquo autem Comitatus *Blanckenburgensem* & *Reinsteinensem* fuisse separatos, separatimque fuisse toparchas familiis diversis oriundos apparet ex præfatione *speculi Saxonici*. Sub *Heinrico VII.* Cæs. *Reinsteinenses* Comites fuere multum potentes: possidisse enim intelliguntur Comitatus *Reinstein*, *Blanckenburg* & *Ainsein*. Anno Christi 1387. Comitatum *Ainsein* vendiderunt Comitibus *Monsfeldensibus*; Comitatum *Blanckenburgk* vero retinentes eundem anno Christi 1599. cum *Reinsteiniano* detulerunt Ducibus *Brunsvicensibus* in *Wolffenbüttel*.

Dec. I. 1-2 *Johannes*, Comes de *Blanckenburg* 920. 3-4-5-6 *Hermannus* & *Ulricus* 1085. 7-8 *Poppo*, Comes de *Blanckenburgk* 1130. 9-10-

Dec. II. 1 *Sigfrid* & Anno 1190. 2 *Sigfridus*, Comes de *Blanckenburgk*. 3 *Sigfridi* filia, Comitissa de *Blanckenburgk*. 4 *Heinricus*, Comes de *Reinstein*, *Sigfridi* gener 1205. 6 *Heinricus* & *Sigfridus* 7 *Sigfridus*, Comes de *Blanckenburgk* 8 *Hermannus*, *Sigfridi* filius, Comes de *Blanckenburg* 1240. 9 *Fridericus*, Comes de *Blanckenburgk* 1286. 10 *Fridericus* & *Heinricus* Comites de *Blanckenburgk* 1300.

Dec. III. 1 *Heinricus*, Comes de *Blanckenburg*. 2 *Heinricus*, *Heinrici* Comititis de *Reinstein* filius, *Heinrici* Comititis de *Blanckenburgk* successor 1304. 3 *Heinricus*, *Heinrici* hujus filius, Comes de *Blanckenburgk* 1307. 4 *Ludovicus*, *Heinrici* filius de *Blanckenburgk*, Comes 1307. 5 *Ulricus*, *Ludovici* filius, Comes de *Blanckenburgk* 1350. 6 *Albertus III.* *Burchardus* & *Ulricus*, Comites de *Reinstein*, *Ulrici* Comititis de *Blanckenburg* agnati & hæredes. 7 *Albertus III.* & *Burchardus* 1421. 8 *Albertus III.* Comes de *Reinstein* & *Blanckenburgk* 9 *Ulricus IX.* & *Bernhardus IV.* *Alberti* filii 1458. 10 *Ulricus IX.* Comes de *Reinstein* & *Blanckenburgk* hujus successores vide cap. præcedenti dec. 5. n. 6.

LII.

SUMMERING COMITES.

Comites de
Summer-
ving.

Summeringios, Comites consedisse in confinio præfulatus Halberstadiensis; Quedlinburgensis Abbatia Principatus Ahnhaltini & Archipræfulatus Magdeburgensis, sunt, qui censent. Inter Saxonicos namque Dynastias diserte referuntur apud *Dietmarum* Mers-

burgensem, & in originibus *Georgi Pabritii*. Sunt item, qui conjiciunt, in *Thuringia* in oppido *Summeringen*, quod duobus milliariibus *Erfurdio* distat, & sub jurisdictione & imperio est *Erfordensium* civium, eosdem Comites *Summeringios* fuisse latere. Sed ista antiquitatum studiosis concilianda relinquimus. Tantum constat, *Summeringios* Comites vel maxime illustri loco floruisse, sub *Heinrico I.* *Ottoni I.* II. III. *Heinrico II.* & III. Romanorum Cæsaribus Augustis. Sub *Heinrico IV.* Imp. illorum amplius nulla fit mentio; unde colligere licet, *Summeringiorum* Comitum familiam tunc temporis vel defecisse, vel in aliud dignitatis genus & agnomen transiisse.

Dec. I. 1-2-3-4-5-6-7 *Lotharius*, *Summeringii* Comes 8 *Heinricus*, *Lotharii* filius, Comes de *Summeringen* 9 *Heinricus*, *Udo*, *Sigfridus* vel *Syffridus* & *Lotharius* 976. 10 *Udo Sigefridus* vel *Syffridus* senior, *Lotharius* & *Heinrici* filius *Sigfridus* junior.

Dec. II. 1 *Syffridus* senior, *Lotharius* & *Syffridus* junior 2 *Syffridus* senior, *Syffridus* junior & *Lotharii* filii, *Heinricus* & *Dietmarus* 1005. 3 *Syffridus* senior, *Heinricus* & *Dietmarus* 1016. 4 *Syffridus* senior, *Heinricus* 1018. 5 *Syffridus* senior, Comes de *Summeringen* 1019. 6-7-8-9-10-

LIII.

EGELN COMITES.

Territorio *Magdeburgensis* Archipræfulatus vulgo includunt castrum & oppidum *Egelln*, quod aliis Comitatus titulo, aliis vero titulo domini decorandum viderur. Feudum illud fuit olim Abbatia *Gererodensis*, post Archipræfulatus *Magdeburgensis*, inde Electorum *Saxoniae*. Nostra ætate *Gustavus Adolphus*, *Sueciæ* Rex, victo superatoque prope *Lipsiam*, Cæsareano exercitu cujus Imperator erat *Johannes Tilius*, Comes anno 1631. Archipræfulatum *Magdeburgicum* invadens, *Egellense* oppidum & castrum, ejecto prælidio *Austriaco*, occupavit, donavitque *Johanni Bannierio* militarium copiarum Tribuno, & post Regis obitum Duci generali. Primi vero, quos novimus Comitatus *Egellensis* possessores fuerunt *Hadmerstebiensis* Dynastæ, vassalli Abbatissæ *Gererodensis*. Ex monumentis autem fide dignissimis accepimus, *Adelheidem* Abbatissam *Gererodensem* anno 1357. in die *Philippi* & *Jacobi* cum *Rudolpho* Electori *Saxoniae*, ejusque fratribus *Wenceslao* & *Alberto* *Saxoniae* Ducibus permutasse, quædam loca & jura. Tradidit namque permutationis contractu, Electori Ducibusque *Saxoniae* proprietatem sive dominium directum in *Neuen Gattersleben*, cum omnibus pertinentiis, quod tunc apertum fuerat Abbatia *Gererodensis*; contradidit item jus investiturae oppidi & castri *Egelln*, quod tunc possedit *Otto* de *Hadmersteben*; recepit vero Abbatissa investituram, decimas & pensiones in pagis & vicis *Frost* & *Mauerstedt*. Ex

Comites de
Egelln.

hoc idcirco per mutationis contractu Electores & Duces Saxonie, Comitatu *Egelensi* investiverunt annis subsequentibus castri & oppidi *Egelensis* possessores. Sic anno 1375, post obitum *Werneri* fratris, *Otto de Hadmersleben* investitus est toparchatu, castro & oppido *Egelensi* ab Electore *Wenceslao*, ejusque fratre *Alberto* Saxonie Duce, qui simul quoque investiverunt eodem Dominio *Egelensi*, *Guntberum* Comitem de *Barby*, cujus filius *Burcardus* annis subsequentibus extincto Comitum *Egelensium* ex *Hadmerslebensibus* familia, vigore conjuncte manus successit. Translato item per *Sigismundum*, Imperatorem ab *Ahnhaltinis* ad *Marchiones Misniae*, Electoratu & Ducatu Saxonie, jus investiendi toparchatu *Egelensi* pervenit ad novam illam Electorum Saxonie dynastiam. Sic ex documentis liquidissimis constare vidimus, anno 1540, Electorem Saxonie *Johannem Fridericum*, Landgravium *Thuringiae*, Marchionem *Misniae* investivisse castro *Egelensi*, *Wolfgangum* Comitem de *Barby*. Controversum namque fuit inter Archipraefules *Magdeburgenses* & Comites de *Barby*, num jure pignoris vel num ex emtionis venditionis contractu *Egelensem* toparchatum teneant Archiepiscopi *Magdeburgici*? Imo & hoc controversum fuit num Electoribus Saxonie competat in toparchatum *Egelensem*, dominium directum? Allegabant Archipraefules cessionem *Agnietis*, *Abbatissae Gerenrodenis* sub dato, die Lunae post circumcisionis Domini, anno nati Christi 1430, quibus literis cessionis praedicta *Agnietis* *Abbatissa* ceslit & tradidit dominium directum castri & oppidi *Egelni* *Guntbero*, Archiepiscopo *Magdeburgensi* hisce formalibus: *Dasz Wir den O-versten eigenthumb, den Unsere Vorfabren Ebtissin unsers Gotteshauses vnd Wir gehabt haben, bis an diesen tag, vnd alle Gerechtigkeit, die an uns gefallen were, oder noch fallen vnd kommen nuͤchte, &c.* Et paulo post: *Dasz Er (der Ertzbischoff) den eigenthumb, Herrschafft, Gerechtigkeit, vnd alle nutz des vorgenannten Schlosses, Stadt vnd aller zugehöring Egelni, als dasz die Edlen Curtb. von HARDMERSLEBEN, vnd seine Eltern, vnd demnach der Edle Herr BURCKHARDT Grave zu Müllingen vnd Herr zu Barbey, die das von Unsers Gotteshauses wegen zu Leben gehabt vnd besessen haben, &c.* Ex quibus verbis colligendum putabant *Magdeburgici*, tam directum, quam utile dominium competere Archipraefulibus. Saxonicis vero Electores hoc negabant, affirmantes, Dominis Electoribus Saxonie competere directum dominium toparchatus *Egelensis*, ex contractu per mutationis de anno 1357, supra allegato; deinde Dominos Electores ab illo tempore fuisse in possessione vel quasi investiendi, *Abbatissas Quedlinburgenses* non item. Literas proinde *Agnietis* de anno 1430, fuisse inanes; utpote de jure non amplius competentem. Haec controversia inter Dominos Electores & Archipraefules *Magdeburgenses* res ita sese habet: *Conrado* *Hadmerslebeni* Co-

Controversia de Dominio directo.

mite in *Egelni* vita functo, vigore conjuncte manus & simultaneae investiturae successit *Burcardus* Comes de *Barby*. Hic ære alieno pressus ab Archipraefule *Magdeburgensi* *Guntbero* mutuans 2000. sexagenos grossorum *Bohemicorum*, pignoris loco tradidit, dominica post conversionis *Pauli* anno 1417, castrum & oppidum *Egelni* Archipraefuli, cum pacto, ut si forte Comites de *Barby* absque prolibus decederent, jus & facultas reluendi, toparchatum *Egelensem* esset penes *Rudolphum* & *Albertum* Duces Saxonie. Et hoc primis continetur literis. Sed & in alio instrumento, sub eodem dato, die & anno inter Archipraefulem & Comites *Barbyenses* convenit: castrum oppidumque *Egelni* in perpetuum emtum venditumque fore pro sex mille sexagenis *Bohemicis*, Archipraefulibus *Magdeburgensibus*, si modo Duces Saxonie in contractu emtionis venditionis essent consenturi; quod si vero Duces Saxonie in emtionis venditionis contractum consentire nollent, tunc adhuc mutuo daturos Comitibus *Barbyensibus* 4000. sexagenas Archiepiscopos. At negarunt postmodum Saxonie Duces contractu emtionis & venditionis praebere consensum. Quamobrem inter Archipraefulem *Guntberum* & filium *Burcardi*, *Guntberum* Comitem *Barbiensem* impuberem adhuc, ejusque tutorem *Georgium*, Principem *Ahnhaltinum* anno 1430. 25. Aprilis die Saturni post *Marci Evangelistae*, convenit, pactum illud de vendendo, vendito vel emto toparchatu *Egelensi*, nullum & annullatum esse & dici debere, Archipraefuli tamen pro 4000. sexagenis jus pignoris constitutum esse in *Wansleben*. Hisce ita transactis, Archiepiscopi dominium *Egelense* ob 2000. sexagenas mutuo datas, retinuerunt, quod quidem multis rationibus, sed frustra anno 1498. impugnavit *Burcardus* Comes *Barbyensis*. *Angelus* in *Chronico Marchiano* lib. 2. fol. 156. hæc aliter habet; nos quæ tradidimus, ex documentis fidem plene facientibus hausimus.

Dec. I. 1-2-3-4-5-6 *Wernerus* & *Otto* de *Hadmersleben*, nobiles Domini, Comites in *Egelni* 1341. 7. *Otto* senior de *Hadmersleben* in *Egelni* 1357. 8. *Otto* junior de *Hadmersleben* 1375. 9. *Conradus*, *Otonis* junioris filius, Comes de *Egelni* 1411. 10. *Burcardus*, *Guntheri* filius, Comes de *Barby* & *Egelni* 1416.

Dec. II. 1. *Guntberus* Comes *Schwartzburgicus* Archiepiscopus *Magdeburgensis*, Dominus in *Egelni* 1417. 2. *Fridericus*, *Beichlingensis* Comes, Archipraeful *Magdeb.* 1445. 3. *Johannes*, *Bavarus* Dux, Archipraeful 1464. 4. *Ernestus*, Dux Saxonie, Archiepiscopus 1476. 5. *Albertus* *Brandenburgicus* 1513. 6. *Johann Albertus* *Brandenburgicus* 1545. 7. *Fridericus* *Brandenburgicus* 1551. 8. *Sigismundus* *Brandenburgicus* 1552. 9. *Joaquimus Fridericus* *Brandenburgicus* 1556. 10. *Christianus Wilhelmus* *Brandenburgicus*,

Dec. III. 1 *Augustus* Dux Saxoniae Archipræsul 1628. 2. *Leopoldus Wilhelmus* Austriacus 1628. 3. *Gustavus Adolphus* Rex Sueciæ 1631. 4. *Johannes Bannerius*, Comes in Egelln municipalitatis Regis Sueciæ. 5. *Johannes Georgius*, Dux Saxoniae, Elector, Dominus in Egelln 1635. 6. *Johannes Bannerius*, iterum Dominus in Egelln 1636. 7. *Johannes Georgius*, Dux Saxoniae, Elector, Egellensium Dominus 1637. 8-9-10.

LIV.

STASFURT TOPARCHÆ.

*Dynastæ
de Stas-
furt.*

Toparchatus *Stasfurtensis* ab oriente, *Mulingensem Comitatum*, & ab occasu *Egellense* dominium habet, foveitque olim Dominos & possessores Comites ab *Abnhalt*. *Heinricum* Comitem *Ahnhaltinum* anno 1215. *Stasfurtensis* oppidi & domini possessione exiit *Otto IV.* Rom. Cæsar, & *Stasfurtense* oppidum largitus est liberali manu *Alberto* Duci Saxoniae. Hunc vicissim ejecit *Fridericus II.* Rom. Imp. Augustus, vattatumque *Stasfurtense* oppidum concessit Archipræsuli *Magdeburgensi*, cujus successores ab isto tempore ad nostra usque possessionem continuarunt.

Dec. I. *Otto Magnus*, Comes *Afcaniæ*. 2. *Albertus* Ursus, *Otonis* filius 1123. 3. *Bernhardus*, Comes *Afcaniæ*, Dominus in *Bernburg* & *Stasfurth* 1169. 4. *Heinricus*, Comes ab *Ahnhalt*, Dominus in *Stasfurt* 1212. 5. *Otto IV.* Romanorum Cæsar 1215. 6. *Albertus*, Dux Saxoniae, Dominus in *Stasfurt* 1216. 7. *Fridericus II.* Romanorum Imperator 1217. 8. *Albertus*, Comes de *Kirchbergk* Archiepiscopus *Magdeburgensis*. 9. *Burckardus*, *Alberti* successor Archipræsul 1223. 10. *Wilbrandus*, aliis *Hildebrandus* *Burckardi* successor 1236.

LV.

BARBY COMITES.

*Comites
de Barby.*

L *Ongobardi* olim, *Crusio* lib. 1. *Annal. Sæv.* teste, hæc loca tenuerunt, ubi nunc est *Comitatus Barbyensis*, cujus ut nunc res sunt, termini sunt ab oriente *Servestana* toparchia, a meridie *Munchenneuburgensis* præfectura, ab occasu *Stasfurtensis* ditio, a Septentrione præfectura *Gommerensis* *Burggravorum* *Magdeburgensium* modernorum, hoc est *Serenissimi Domini Electoris Saxoniae* possessio. Est autem hic *Comitatus antiquissimus*, utpote cognitus *Carolo magno Imperatori*: ejus item moderatoribus modernis genus nobilissimum est ex multa antiquitate, longa scilicet serie & linea recta descendentibus ex *Burcardo*, Comite *Barbyensi*, qui vixit sub *Conrado III.* Imp. Conjunxerunt hi *Dynastæ* sub imperio *Heinrici VII.* Cæs. *Barbyensi* *Comitatu* *Mulingensem* toparchatum, & *Egellense* dominium sub Imp. *Sigismundo*, nec non diversis temporibus alia quoque prædia in *Turingia* & *Marchia*, quorum tamen bona pars annis subsequentibus a Comitibus *Barbyensibus* ære alieno gravatis est distracta. Restat tamen iisdem *Comitatus Barbyensis* & *Mulingensis* integer, cujus ratione

quoque sunt *status Rom. Germ. Imperii* immediate, licet sint quoque *vasalli Serenissimi Domini Electoris Saxoniae*, aliorumque Principum.

Dec. I. 1 *Waltherus*, Comes de *Barby* 786. 2-3-4-5-6-7-8-9-10.

Dec. II. 1-2-3 *Burckardus* 1149. 4 *Waltherus I.* 5 *Waltherus II.* 6 *Waltherus III.* 1213. 7 *Güntberus* 1230. 8 *Güntberus* ejusque filius *Waltherus IV.* 1242. 9 *Burckardus II.* & *Waltherus IV.* 1263. 10. *Waltherus IV.* & *Burckardi III.* filius *Burckardus III.* 1275.

Dec. III. 1 *Burckardus III.* *Albertus*, *Buffo* & *Waltherus V.* 1278. 2 *Albertus*, *Buffo* & *Waltherus V.* 1315. 3 *Albertus* & *Waltherus V.* 1320. 4 *Albertus* 1326. 5 *Heinricus* & *Albertus II.* 1332. 6 *Albertus II.* 1351. 7 *Güntberus* & *Albertus III.* 1358. 8 *Güntberus*, *Albertus III.* & *Güntheri* filii, *Johannes Waltherus VI.* *Burckardus IV.* & *Güntberus III.* 1370. 9 *Güntherus* senior, *Albertus III.* *Johannes Burckardus IV.* & *Güntherus junior*, vel III. 1374. 10 *Güntberus* senior, *Johannes*, *Burckardus IV.* & *Güntherus junior* 1390.

Dec. IV. 1 *Güntberus* senior, *Johannes* & *Burckardus IV.* 1393. 2 *Johannes* & *Burckardus IV.* 1404. 3 *Burckardus IV.* 1405. 4 *Güntberus IV.* 1416. 5 *Güntberus*, ejusque filius, *Johannes II.* 1440. 6 *Güntherus IV.* ejusque filii *Burckardus V.* *Johannes II.* *Fridericus*, *Albertus*, *Bernhardus*, *Hojerus*, aliis *Hegerus*, *Georgius*, *Melchior* & *Wilhelmus* 1450. 7 *Güntberus*, *Burckardus V.* *Johannes II.* *Fridericus*, *Albertus*, *Bernhardus*, *Hojerus*, *Melchior* & *Wilhelmus* 1463. 8 *Güntherus IV.* ejusque filii *Burckardus V.* *Johannes II.* *Albertus*, *Bernhardus*, *Hojerus*, *Melchior* & *Wilhelmus* 1470. 9 *Güntherus IV.* ejusque filii, *Burckardus V.* *Johannes II.* *Albertus*, *Hojerus*, *Melchior* & *Wilhelmus* 1473. 10 *Güntherus IV.* *Burckardus V.* *Hojerus*, *Melchior* & *Wilhelmus* 1481.

Dec. V. 1 *Burckardus V.* *Hojerus* & *Melchior*, 1493. 2 *Hojerus*, *Melchior* & *Burckardi V.* filii *Justus*, *Balthasar*, *Melchior II.* *Christophorus* & *Wolfgangus I.* 1506. 3 *Hojerus*, *Justus*, *Balthasar*, *Melchior II.* *Christophorus* & *Wolfgangus I.* 1508. 4 *Justus*, *Balthasar*, *Melchior II.* *Christophorus* & *Wolfgangus* 1510. 5 *Balthasar*, *Christophorus* & *Wolfgangus* 1515. 6 *Balthasar*, *Christophorus* & *Wolfgangus* 1519. 7 *Balthasar* & *Wolfgangus* 1523. 8 *Wolfgangus I.* 1535. 9 *Wolfgangus* ejusque filius *Jobus* vel *Justus* 1562. 10 *Wolfgangus II.* *Albertus VI.* *Burckardus VI.* *Christophorus*, *Georgius*, *Güntberus V.* *Carolus*, *Justus*, *Johannes Georgius* 1565.

Dec. VI. 1 *Wolfgangus II.* *Albertus VI.* *Burckardus VI.* *Christophorus*, *Georgius*, *Güntberus V.* *Justus* & *Johannes Georgius* 1567. 2 *Wolfgangus II.* *Albertus VI.* *Burckardus VI.* *Christophorus*, *Georgius*, *Güntberus V.* & *Justus* 1571. 3 *Wolfgangus II.* *Albertus VI.* *Burckardus VI.* *Christophorus*, *Georgius* & *Justus*, 1572. 4 *Wolfgangus II.* *Albertus VI.* *Burckardus VI.* *Christophorus* & *Justus* 1575. 5 *Wolfgangus II.* *Albertus VI.* *Burckardus VI.* & *Justus* 1576. 6 *Burckardus VI.* *Albertus VI.* & *Justus*

Justus 1579. 7 Albertus & Justus 1586. 8 Justus & Jobst. 9. 10.

LVI.

MULINGEN DOMINI.

Domini de
Mülingen.

Pars quidem hodie est Comitatus Barbien-
lis *Mülingense* dominium, sed ab antiquo
non fuit. *Spangenbergius Mülingenses* dy-
nastas, florentibus adhuc post natum Chri-
stum anno 500. rebus Saxonum, claruisse tra-
dit. Sub *Friderico II. Imp.* vixisse *Gebhardum*
Comitem de *Mülingen* quidem depre-
hendo, ante ejus majores, ex tot seculis retro,
ut *Spangenbergius* autumat, mihi nondum
cogniti.

Dec. I. 1. - 2 *Gebhardus*, Comes de Mülingen.
3 *Gerhardus*, Gebhardi filius, Comes de Mülin-
gen 1269. 4 - 5 - 6 *Albertus*, Comes de Barby Do-
minus in Mülingen. 7 *Henricus & Albertus*
junior, Alberti filii. 8 *Albertus* junior Comes de
Barby & Mülingen. 9 *Burchardus*, Archiepi-
scopus Magdeburgensis 1317. 10 *Albertus* junior,
Comes de Barby & Mülingen iterum 1318. hujus
successores vide cap. præcedenti dec. 3. n. 6.

LVII.

REVENINGEN COMITES.

Comites de
Revenin-
gen.

Northingenses Dynastas *Spangenbergius* il-
lorum procerum regni Saxonici nume-
ro habet, ex quibus Saxones belli tempore
Reges eligere consueverunt 500. annis post
natum Christum.

Comitatus id circo *Northingensis* antiquita-
te nobilis fuit. Idem Comites dicti sunt quo-
que Comites *Reveningenses* a castro *Reven* vel
Rabenburgk; quod olim ad *Salam* fluvium ex-
stitisse ferunt. *Epitzellius* Comitum *Reuenin-*
gensium majores ad Principes *Cheruscorum*
refert; quod de primis intelligendum arbi-
tror, non de recentioribus, qui possederunt
Rabenburg; *Munchnenburgk*, *Hagenroda*,
Danckmarsfeld & alia loca circa *Bernburgum*.
Deficiente autem Comitum *Reueningensium*
familia recentiori sub *Friderico II. Rom. Imp.*
pars prædiorum pervenit ad *Abubaltinos* prin-
cipes, toparchas in *Bernburg*, pars ad Archi-
præsules *Magdeburgenses*, pars cœnobitis
Münchneuburgensibus accessit.

Dec. I. 1 - 2 - 3 - 4 - 5. *Meinhardus*, Comes Sa-
xonie. 6 *Eberhardus*, Meinhardi filius 874 7 *O-*
ro, Comes *Reveningensis* & *Nordringensis*, non
tamen *Eberhardi* filius. 8 *Philippus* 9 *Christia-*
nus. 10 *Dietmarus* I.

Dec. II. 1 *Dietmarus* II. & *Gero*. 2 *Gero* &
Dietmar III. filius, *Otto*, *Udo* vel *Odo*. 3 *Otto*
vel *Udo*, & *Geronis* filius, *Dietmarus* III. 4 *O-*
ro solus, Comes de *Reveningen*. 5 - 6 - 7 - 8 - 9
10 *Henricus*, Comes de *Reveningen* & *Nort-*
ringen ultimus. 1209.

LVIII.

PLOETZKE COMITES

Comites de
Ploetzke.

Dynastas *Plötzkenfes* *Spangenbergius* in-
ter regulos Saxonie 500. annis post
natum Christum clarentes numerat, Comi-
tatus proinde antiquissimus est *Plötzkeyensis*,

Plötzigenfis sive *Plotcensis*, cujus possessor
& toparcha est nostra ætate Illustrissimus
Princeps, Dominus *Augustus*, Princeps ab
Abnbaldt, Dominus *Bernburgi* & *Serveste*.
Cæterum Comites, *Plötzenses* illustres vel
maxime claruerunt sub imperio *Henrici III.*
& *IV. Cæs.* & ex iis *Conradus*, ejus familiae ul-
timus tempore *Henrici V.* & *Lotbarii II.*
Imp. Romanorum meruit Electoratus Bran-
denburgici dignitatem. *Conrado* in bellis
Italicis perempto, Comitatus *Plotcensis* con-
tributus est a *Lotbario II. Imp.* *Alberto Urso*
Comiti *Ascanie*, quem tamen inde ejicit *Hein-*
ricus Superbus & *Guelphonibus* Dux *Saxo-*
nie Elector substituens in Comitatu *Plötzensi*
Bernhardum filium sive illegitimum sive ex
matre minus nobili procreatum, transactio-
ne tandem eidem *Alberto Urso* restitutus est
Comitatus *Plötzensis*, quam tamen transactio-
nem in Comitibus *Goslariensibus*, ad suum ar-
bitrium revocavit *Fridericus I. Imp.* interces-
sione principum postmodum persuasus, ut
Bernbardo, *Alberti Ursi* filio Comitatum *Plot-*
zensem in perpetuum, cum facultate ad hæ-
redes transitoria, concederet. Ex *Friderici I.*
Imp. igitur beneficio *Ahnhaltini* Principes
Comitatum *Plotzensem* in sua familia ad no-
stram ætatem usque perpetuarunt. Cingi-
tur hic Comitatus ab oriente *Alslebiensi*, ab
occasu *Ascaniensi*, a Septentrione *Bernbur-*
genfi toparchatibus.

Dec. I. 1 - 2 - 3 - 4. *Wernerus*, Comes 130.
5 - 6 - 7 - 8 - 9 - 10.

Dec. II. 1 *Conradus*, Comes in *Plötzke* ulti-
mus, Marchio & Elector *Brandenburgensis* Do-
minus in *Landesbergk* 1107. 2 *Albertus Urus*, Comes
Ascanie, *Ballenstadii* & *Plötzke* 1132. 3 *Henri-*
cus Superbus, Dux *Bavariæ* & *Saxonie* Elector,
Dominus, Comitatus *Plötzke* 1137. 4 *Bernbar-*
dus, *Henrici Ducis Saxonie* filius, Comes in *Plötz-*
ke 1139. 5 *Henricus Leo*, *Bernhardi* frater, Dux
Bavariæ & *Saxonie* Elector. 6 *Albertus Urus*,
Comes *Ascanie* & *Ballenstadii*, Dominus *Bern-*
burgi & *Plötzke*, Marchio *Brandenburgensis*
S. Rom. Imp. Elect. 1152. ex transactione cum
Henrico Leone in Comitibus *Mersburgensibus*.
7 *Bernhardus* *Alberti Ursi* filius, Comes
Ascanie, *Ballenstadii* & *Plotcensis* 1169. ex divi-
sione cum fratribus. 8 *Fridericus I. Imperator*
Comitatus *Plotcensis* Dominus. 1171. ita sese ges-
sit in Comitibus *Goslariensibus*. 9 *Bernhardus*,
Alberti Ursi filius; Comes *Ascanie* & *Plotcensis*.
1172. ex transactione & beneficio *Imp. Friderici I.*
10 *Henricus II. Bernhardi* filius Comes *Ascanie*
& *Ballenstadii*, Dynasta in *Bernburgk*, Toparcha
in *Plötzke*. 1212.

LIX.

BASLEBEN BARONES.

A Plotcensi oppido versus ortum habetur
Basleben oppidum olim cum castro, se-
des Dominorum illustrium, ex quibus tem-
pore interregni, quod *Rudolphi I. Imp.* ele-
ctionem præcessit, claruit *Henricus* Baro de
Basleben.

Barones de
Basleben.

Hujus familia extincta, *Ahnhaltini* Principes
Basle-

Baslebiensia prædia, concessione Imp. suis subjunxere toparchiis.

LX.

WALDERSEE COMITES.

Comites de
Walder-
see.

EO in loco, ubi nunc est *Dessavia*, *Johannis* Principis ab *Abnbald* illustrissimi sedes & aula, olim confederunt Comites illustres de *Waldersee* vel *Wildensee*, florentes sub imperio, *Heinrici* IV. V. & *Friderici* I. Romanorum Cæsarum. Quando hæc familia extincta sit, & quo pacto eidem successerint Principes ab *Abnbald*, aliis annotandum relinquo.

Dec. 1. 1-2-3-4-5 *Gerlachus*, Comes de *Waldersee* 1100. 6 *Wolfframus* Gerlachi filius, Comes & Dominus in *Waldersee* 1152. 7-8-9-10 *Gerhardus* & *Fridericus* de *Waldersee* 1348.

LXI.

REUSSEN BARONES.

Barones
Reussenses.

A *Dessau* versus meridiem est Comitatus *Wettinensis*, hodie Archiepiscopatus *Magdeburgensis* pars. Diocesis *Halle*nsis. A Comitatu *Wettinensi* ulterius versus meridiem est Comitatus *Pleissensis* sive *Pleissenburgensis*, ubi nunc *Lipsia*. Ex Comitatu *Pleissensi*, fluvium *Elsteram* ascendentes versus meridiem determinatur in Comitatum *Groitzschensem* prope *Pegaviam*. Comitum *Groitzschensium* toparchatum determinat versus meridiem a *Reussensium* Baronum dominio, toparchia *Zeitzensis*, Episcopatus *Naumburgensis* pars, sive Ecclesiæ illius, uti vulgo loquuntur, filia. A *Dessaviensibus* igitur per *Wettinensem*, *Pleissensem*, *Groitzschensem* Comitatus & *Zeitzensis* Præfulatum, Dominium *Reussensium* Baronum illustrium & generosorum ingredimur. Cingitur hoc dominium (prout nunc res sunt, olim enim amplioribus limitabatur finibus) versus ortum *Aldenbùrgensi* principatu, versus meridiem *Plauen*si præfectura, versus occasum *Ziegenrùccensi*, *Arnshaugiensi* & *Eisenbergensi* Comitatus, versus Septentrionem *Zeitzensis* præfulatu. Toparchatus hujus a nobis ita circumscripti ratione Barones *Reussenses* illustres sunt immediate Status S. Rom. Imperii, licet sint quoque vassalli Serenissimi Domini Electoris Saxonie, ratione feudi *Dobiau*. Ab hoc Dominio tamen excipiendum est oppidum *Weida*, quod licet in umbilico hujus territorii *Reussensis* situm sit, ad eosdem Barones illustres amplius non spectat, sed ad Serenissimum Dominum Electorem Saxonie. Extendebatur olim *Reussensium* Baronum principatus versus meridiem longe amplius, ultra fontes *Elsteræ*, fines *Bohemie* & *Franconie* tangens, usque ad *Ellnbogenses* & *Egranos*, hodie vero castra ad *Elsteram*, utpote *Elster*, *Adorff*, *Schöneck*, *Aurbach*, *Voigtsbergk*, *Oelsnitz*, *Plauen*, *Elsterbergk*, *Reussensibus* Baronibus non parent, sed jure belli, pacti & transactionis, nec non infeudationis per Reges *Bohemie* spectant ad imperium Serenissimi Domini Electoris Saxonie, qui per Capitaneum

Antiqui
fines co-
rum.

Menckeni Scriptor, Rer. Gerin. Tom. III.

Voigtsbergensem & *Quastores Olsnitzensem* sive *Voigtsbergensem* & *Plauensem*, nec non *Schwarzenburgensem*, *Zwiccaviensem*, *Weidensem*, *Arnshaugensem* & *Ziegenrùccensem*, omni ferme *Voiglandia* præest, Appellantur vulgo hi toparchæ, de quibus nobis est sermo, *Barones Reussenses de Plauen*, Domini in *Gerau*, *Graitz*, *Schlaitz*, *Lobenstein*, & *Cranichfeldt*. Antiquissimus eorum titulus erat, quod salutabantur *Advocati S. Rom. Imperii in Plauen*; postmodum dicti sunt *Comites de Usterrode*, Domini in *Plauen*. Et tandem ab imperio Cæs. *Sigismundi* usque ad *Maximiliani* II. Imp. ætatem, S. Rom. Imperii Principes, Burggravi *Münneses* & Comites in *Hartenstein*; qui tamen titulus sub obitum *Heinrici* junioris anno 1572. perit, in tantum ut Dynastæ *Reussenses* nunc non nisi Baronum perillustrium & generosissimorum titulo habeantur. Prodiit superioribus annis 1608. liber sub titulo *Theatrum Saxonicum* continens, uti habet inscriptio, veram descriptionem Regum, Electorum, Principum, Comitum, Baronum, Dynastarum, Equitum, Nobilium, illustriumque familiarum & toparchiarum &c. Saxonie superioris. Hujusque libri autor celebratur *Laurentius Peccensteinus* Electoricus (ita se appellat author) Saxonicus Historicus. Hic parte I. cap. 18. refert, constare ex Archivis & fide dignis Historicorum scriptis, illustres & Generosos Dominos *Reussenses* Barones, ex *Italia* in *Germaniam* transmigrasse, & quidem, uti videre esset ex *Friderici* III. (quem tamen mox *Fridericum* II. appellat) diplomate, ducta familiaris origine ex Romanorum prosapia nobilissima sub *Tiberio* Cæsare & *Druso* Germanico, imo verisimiliter, linea vel recta vel collateraliter ab ipso *Druso*, quem condidisse putat castrum imperiale *Voigtsbergk*, indeque regioni circumjacenti *Voiglandia* esse agnomen. Hoc castrum & territorium possedisse *Reussenos* jure hereditario per aliquot secula, & in promptu esse Romanorum Imperatorum sub bullis aureis diplomata plurima ante mille annos consignata, in quibus *Reusseni* vocentur *Advocati Romani Imperii*. Subjungit mox idem author *Peccensteinus*: Hujus familiaris per vetustæ ortum, originem & successione continuationem, (quo pacto scilicet conjuncti fuerint *Druso* Germanico sub *Tiberio* Cæsare) esse quidem in obscuro & extare nullibi: verum hoc neglectum desiderium Monachorum & cœnobarum quibus annotationem ejusmodi rerum memorabilium committere soliti fuerint magnates, condonandum insuper esse simplicitati veterum, itemque quod olim non nisi latino sermone fuerint in Germania gesta a Germanis annotata.

Deinde exteros Historiographos, odio Germanorum præterisse silentio Germanorum gesta, facta heroica, nomina celebriora, familiasque illustres, imo sibi ipsis attribuisse, quæ a Germanis sint gesta: Certum tamen esse asseverat idem *Peccensteinus*, *Reussenses* ortos esse

Hhh hhh

esse ex nobilissima & antiquissima Romano-
rum prosapia (a *Druso* Germanico diducta)
& in Germania propagatos esse circa annum
Christi 564. Sub *Fustino* minore Imperatore
per *Columnesios*, qui ex *Italia* illo tempore in
Germaniam commigrantes, sese ad *Hercin-*
nam in *Turingia* affinitate junxerint Comiti-
bus *Srolbergensibus* & *Zollerensibus*. Prius
constare dicit *Peccenstein* ex diplomate Imp.
FridERICI II: Regis Siciliae, quod ipse viderit
in originali, ejusque copiam exhibet pag. 271.
ubi hujus esse initium hisce formalibus exprimit:
„*Fridericus* II. *Dei gratia Romanorum* A
„*Imperator semper Augustus, Hierusolymita-*
„*nae & Siciliae Rex.* „ *Dilectis ac Nobilibus*
„*Heinrico seniori, Regni nostri Advorato,*
„*& exercitus nostri Capiteo.* &c. „ *Claudi-*
ditur vero idem diploma ab eodem *Peccensteinio*
hisce formalibus: „ *Datum ad Portam*
„*Naonis in Carinthia anno ab incarnatione*
„*Domini 1232. 10. May indictione quinta.* *Ad*
„*mandatum Caesareae Majestatis, Uladislaus*
„*Rex Bohemiae, Alberus de Cesskovitz, Archi-*
„*Camerarius Caes. Maj.* „ Hujus diplomatis fi-
dem & argumentum multum deprædicat
Peccenstein, & ex illo liquidissimum putat, ge-
nus *Reuffanis* Baronibus esse ab ipsius *Drusi*
Germanici majoribus, hoc est ex *Appii Clau-*
dii familia Patricia. Nec contentus hisce *Pec-*
censteiniis, tradita *Aventini* & *Lazii* rejicienda
censet, affirmantium *Reuffenses* Barones de-
scendere ex Comitis *Babonis* de *Roß* & *Guel-*
phorum posteritate. Hæc ita *Peccensteinius*
de origine *Reuffensium* Baronum, scurrilis nu-
gator potius, quam Saxoniae superioris Histo-
riographus, nec scriptoris, multo minus Hi-
storici nomine, quod sibi met ipsi arrogasse
mihi videtur, dignus. Totus enim *Peccen-*
steinus compositus, in probandis moribus,
quorundam Nobilium nostrae ætatis, multum
a virtute majorum degenerantium; nostræ
enim tumidi, fastu singulari cum virtu-
tem nesciunt, non nisi genus jactant nobile,
illudque optimum putant, quod ex multa an-
tiquitate pendet, cujus explicandæ gratia nul-
los non fingunt avos proavosque, quos ta-
men nec orbis unquam fovit, nec ætas ulla vi-
dit. Dolendum quidem est, plures hosce
Nobilium nostrae ætate in summo constitutos
esse loco, ipsosque præter sanguinem, nobiles-
que parentes nil curare, rempublicam negli-
gere, & neque armorum neque legum tra-
D
ctationi eo quo majores consueverunt ani-
morum ardore, incumbere, sed & illud lon-
ge perniciosius & nequaquam ferendum est,
reperiri quosdam, qui nobilitati in hoc blan-
diuntur, & ejusmodi scripta tolerant, in qui-
bus contra historiarum omnium fidem & ve-
ritatem antiquitas perpetua familiarum fin-
gitur. Hisce etenim blandimentis stimuli ad-
duntur Nobilium moribus in compositis, ut
putent ipsorum Statum a condito mundo
originem cepisse, & non nisi ipsorum sangui-
ni, suæque familiae deberi imperium in reli-
quos unice; Imperatorum, Regum & Princi-

pum in nobilitatem nullam esse potestatem,
nec penes illos esse novas condere nobilitatis
familias. Nesciverunt prisca Romanorum
Imp. Germanicæque Reges ejusmodi nobili-
tatem, quam hodie ex parentum sanguine &
armorum sive insignium pictura unice fove-
mus: inutilia pondera terræ procul dubio di-
xissent. Miles Equesque auratus, *Carolo* Ma-
gno, *Heinrico* I. *Friderico* I. Romanorum
Imp. Augustis Germanicæque Regibus erant,
qui personaliter & actu erant militia, cingu-
loque militari ornati, munusque commissum
obibant; nobilitas, virtute & armis, non pa-
rentum recensione & armorum pictura æsti-
mabatur. Armorum & legum exercitium
personaliter tractabant Nobiles, non per sub-
stitutos, uti hodie fieri solet; ubi nobilis domi-
desidet & plebejum substituit, qui ipsius no-
mine arma in bello, & leges in foro expediat.
Nil itaque mirum moderatorem universi,
Deum optimum maximum ex exteris genti-
bus in hisce turbis Germanicæ novos impone-
re Nobiles, qui desideribus exterminatis, ipsi
subeant gubernationis fasces. Sed ad *Pec-*
censteini nugas redeamus. Barones Gene-
rosi & illustres *Reuffenses*, in deducenda illu-
stri prosapia, dignitate & toparchatum præ-
minentiæ non indigent, nugis, fabulis, falsis
instrumentis, fictis avis, proavisque a *Druso*
Germanico ridicule petitis. Sufficit ipsis
genus illustre & nobilissimum ex *Babonis* Co-
V
mitis de *Roß* sanguine, qui ipso fatente *Pec-*
censteinio, cognomentum *Rusbeni* (rectius
Reuffensis vel *Reuffani*, uti infra demonstra-
bitur) prætulit, & genus ad Præfectos Bava-
riae, die Voigte von Beyern, & *Carolum* Ma-
gnum Imperatorem retulit. *Drusum* illum
Germanicum, *Tiberii* Imperatoris fratrem,
C
Voigtsbergom confedisse & ab ipso Voigt-
landiam nuncupatam, fabula est, cui omnis
historia repugnat. Nulli neque *Druso* neque
Romanis Imp. fuere Advocati, sed Advocato-
rum & Præfectorum sive Voigtorum no-
men inventum est Franconicorum recentio-
rumque Regum Germanicæ, aliquot seculis
post *Tiberium* Cæs. imperantium: Sub *Fran-*
corum proinde imperio *Voigtsbergam* ca-
strum extractum conjicio & quidem a quo-
dam, cujus sive nomen proprium sive a fami-
lia appellativum fuit *Ruzo* vel *Ruffus*; hujus ubi
nomen cum pronomine Germanico, der *Ruffs*
exaratim vidit Pædotriba quidam recentio-
ris seculi, pronomem cum appellativo conjun-
xit, & pro *Der Ruffs* (der *Reufs*) *Drusum* illum
finxit Germanicum. Apud veteres autem
Ruzo & *Ruffo* non minus in usu atque hodie
Reufs ipse *Peccensteinus*, ex *Crantzio* & *Hu-*
nibaldo pag. 269. refert. Non est itaque ut
cum *Peccensteinio* rationes fingamus ridicu-
las, quamquam venerit ratione ut nulla vesti-
gia continuatæ a *Druso* Germanico familiae
extent, ejusque neglectæ accusemus Mona-
chos, simplicitatem veterum & invidiam ex-
terorum. Quid enim Monachis hoc loco im-
putandum sit non video; nulli sub *Tiberio*,
Druso,

*Nobilitas prisca ab hodierna differe-
ntia.*

Verus Reuffensium ortus.

Querela de falsis Genealogiis.

Druso, sequentibusque Imperatoribus per aliquot secula per Germaniam & ullibi monachi. Cœnobarum ordines longe post sub *Francorum* Regibus cœperunt; & quidem angusti admodum limitibus, quid itaque negligentiae imputabit monachis *Peccensteinii*? monachis inquam nondum extantibus. Et qui sit, quod hodie perpauca de familiis illustribus, publico annotantur sumptu, monachis illis desidibus exterminatis, suntne adhuc in culpa monachi, vel qui alii, qui ejusmodi res negligunt, vel nihil dignum memoria, præter crapulas & pocula committunt? Et quid exterorum odium accusat *Peccensteinii*, qui tamen & ipse nihil unquam de familiis & Hispanicis vel Sarmaticis annotavit. Cur ipse flagitat de exteris, quod ipse in exteros negligit studium? Certum nihilominus esse contendit *Peccensteinii*, licet *Drusi* familia ad imperium *Justini* minoris circa annum Christi 564. ignoretur, ex illo tamen per *Columnnesios* propagatam fuisse familiam *Drusi* ad *Reussenos*. Sed & hoc non concordat cum fide historiarum. *Zollerenses* & *Stolbergenses* Comitibus, quibus *Columnnesios* sese affinitate junxisse dixit, circa annum 560. Christi nati in Hærcinia toparchias sub Comitatus titulo tenuisse nemo facile probabit. Nulli tunc temporis adhuc erant ejusmodi Comitatus multo minus Comitatus hæreditarii & perpetui in Comitibus successiones, nonne omnia ejus ætatis arbitrio Regum concedebantur officia, ex arbitrio eodem vel morte possessoris vel ipso adhuc vivo possessore terminanda? *Volateranus* lib. 22. circa annum 1000. post natum Christum; *Ortonem* primum *Columnnesiorum* a Germanis ortum communemque parentem celebrat; assensit *Paulus Jovius* in vita *Pompeii Columnæ*: *Columnnesios* vero a *Druso* ejusve familia ortos, altum ubique silentium. Nugæ proinde & gerræ; *Reussenos* inter medijs *Columnnesiis* ex familia *Drusi* Germanici ortos. Sed quid de diplomate *Frideric* Imperatoris, quod oculis suis usurpasse jactitat *Peccensteinii*? Si non falsus in illo *Peccensteinii*, fallit tamen vel fallitur. Hujus etenim instrumenti si quod extat confidenter dico, neque *Fridericus* II. autor est, neque illud subsignatum erit, eo quem deprædicat anno 1232. aulam fovisse in *Carinthia* ad *Portam Naonis* probari nequit: motus Italicos in Italia, Sicilia & Palæstina tunc temporis detinuisse *Fridericum* II. Imp. apud *Panormitanos* in *Silicia* ex *Tribemio* & *Cbronico Hirsaugetensi* liquet. Nec item ut in diplomatis initio (in verbis; Regni nostri Advocato) exprimitur. *Fridericus* II. Imp. fuit Rex Bohemiarum; neque item *Fridericus* II. Imp. moris fuit, omissa subnotatione Moguntinensis Archiepiscopi, Germaniæ Archicancellarii, vel ejus vicarii, substituere Bohemicam subnotationem. Nec item *Fridericus* II. Cæs. ætate vixit, ut est in subnotatione instrumenti, *Vladislaus* Rex Bohemia; Sed hujus *Vladislaus* tutor fuit *Fridericus* vulgò, III. Austria-

cus Romanorum Imperator, qui plerumque in *Carinthia* ad *Portam Naonis* confedit & *Vladislaus* coronari fecit anno Christi 1453. Ut sub *Fridericus* II. Cæs. Bohemi non *Vladislaus*; sed *Primislaus* Regem vel Principem celebrant. Relinquitur proinde hoc diploma nequaquam esse *Fridericus* II. Imp. sed Cæsaris *Fridericus* III. Austriaci, quem Regnum Bohemiæ, tutoris nomine *Vladislaus* tenuisse probatur ex *Gerhardo* de *Roo*, aliisque bonæ fidei authoribus; subsignatum ea propter conjicitur hoc instrumentum circa annum 1452. non ut falso *Peccensteinii*, anno 1232. Hisce demonstratis vitiis, exiguam fidem hoc diplomate meretur *Peccensteinii*. Quamobrem longe melius veritati, historiarumque fidei consonum est, illustres Dominos Barones *Reussenenses* genus ducere, vel ex *Babone*, Comite *Abusinae* ac *Rora*, qui floruit circa annum 1015, live ex *Heinrici* Marchionis Bavarie & (beneficio *Ottonis* I. Imperatoris) Præfecti *Voitlandie* posteris uti quidem ego conjicio, ita tamen ut ante vel post illos & alii extra *Reussenensium* familiam fuerint toparchatum *Plauen* & in *Gera* Domini. Neque hoc est sibi ipsi contradicere: novum etenim non est, unum eundemque toparchatum, temporum vicissitudine plurimis largitum fuisse ab Imperatoribus, diversarum familiarum dynastis. Antiquitus utique toparchatum constitutio & successio non jure sanguinis, sed beneficio & nudo arbitrio Imperatorum Romanorum virtutes & merita remunerantium procedebat. Idem proinde est, live initium familiæ *Reussenensium* Dominorum illustrium in toparchatus, *Plauenensis* & *Gerani* administratione constitutum sub *Heinrico* II. live sub *Heinrico* V. Imp. live sub horum antecessoribus vel successoribus Romanorum Augustis. In ulteriori investigatione antiquitatis ad *Tiberii* & *Julii Cæsaris* tempora, indeque deducenda nobilitate familiæ *Reussenensis*, quid quæso subsidii? nihil omnino. Sufficit illustres generososque Barones Romani Imperii esse Status immediatos, live id doceatur ex beneficio *Heinrici*, vel I. vel V. *Fridericus* I. vel III. Cæs. Sunt utique & alii Status illustres in Romano Germanico, qui ab Inpp. multo recentioribus in numerum Statuum sunt relati, numne hi deterioris erunt conditionis? absit. Et tantum de perillustrium Dominorum *Reussenensium* origine. Frustra autem quærit *Peccensteinii*, qua ratione factum, quod olim Domini *Reussenenses* claruerint titulis Advocatorum tractus ad *Elisram*, subsequenter annis vero Domini saltem de *Plauen* sint nuncupati? Ipsius namque *Peccensteinii* præsuppositum falsum est, quod Advocata sit dignitas annexa familiæ inseparabiliter in perpetuum. Advocatura illa non ex sanguine, sed ex beneficio Imperatorum concessa transit ab Imp. modo ad Marchiones *Vogburgenses*, modo ad horum agnatos *Reussenenses*, & ab his Burggravijs *Norimbergenses*, Reges Bohemiæ, nec non Marchiones *Misnias*. Translata proinde Advocata cessavit & cognomen

Falsum diploma Fridericus II.

gnomen ab dignitate translata defuntum. Negari quidem nequit, illam, unde descendisse existimamus *Reussenium* Baronum, familiam fovisse dynastas, plurium Advocatarum possessores, ipseque *Babo* Comes, quem *Reussenium* parentem dicimus, genus duxit a Præfectis live Advocatis Bavarie *von den Voigten zu Beyern*. Sic *Eberhardus* filius & *Eberhardus* nepos *Babonis* fuere Advocati in *Geissensfeld*; Pronepos *Rapoto* Advocatus in *Badeberg*, *Gebhardus* in *Ror* &c. sed illud non ratione familiaræ, magis vero ratione beneficii ab Imperatoribus concessi. Sunt quidem præter hæc in hisce toparchis illustribus & alia consideratione digna videlicet, quod non nisi prænomine *Henrici* omnes & singuli utantur, quod plerisque confusionem si non familiarum, rerum tamen gestarum inducere videtur; deinde quod agnomen habeant *Reussenorum* vulgo *die Herrn Reussen*. Prioris rationem assignat *Peccensteinus*, quod aliquando fascinator quidam absentis & defuncti Baronis *Reussani* personam mentitus, quasi redux sese inlinuarit in defuncti possessiones. Illud malum, ut in posterum evitetur placuisse universæ familiarum patribus, unum idemque prænomen tribuere filiis. Ego hunc morem, consuetudini apud familiam tribuo inveteratæ, cujus rationes in obscuro esse solent. Majores fortassis proavos *Henricos* in *Vogburgensibus* Marchionibus, *Guelphorumque* familia, sibi proponentes ad excitandam in filiis virtutem, eadem tribuerunt prænomina, ut filii proavorum memores, ipsorum nominibus & virtutibus insisterent. Sic *Güntberorum* in *Käferburgicis*, in *Schwartzburgicis*, *Brunonum* in *Mansfeldicis*, *Armengaudorum* nomen in *Urgelia* Comitibus consuetudine factum perpetuum. Posterioris rationem reddit *Peccensteinus*, *Reussenorum* cognomen hisce toparchis inde esse, quod quidam ex illis sub *Fridrico II.* Imp. in bello adversus Saracenos gesto, captus, in *Russiam* abductus mirabiliter evinculis liberatus in patriam redierit, cognomine a virtute fortibusque factis posteris relicto. Ast sibi ipsi contrarius est *Peccensteinus*, qui cognomen *Russorum* hisce toparchis longe ante *Fridrici II.* Imp. ætatem tribuit, imo ipsi *Baboni*, Comiti de *Ror* & *Abensbergk*, quem cognomentum *Rutheni*, *Reussen* tulisse scribit pag 261. & quidem circa annum Christi 1015. Quod si *Babo* cognomen *Reuß* prætulit, hoc unum agnomen familiaræ erit, cum non sit dignitatis: cur itaque negat *Reussenfes* Dynastas descendere a *Babone*, qui genus ad *Carolum Magnum* Imp. Augustum retulit? minorne nobilitas est in *Carolo* illo Magno Romano Germanici imperii conditore Augustissimo, quam *Druso* illo fictitio vel *Columnesis* Italis? Si *Peccensteinus Babonis* genealogiam pervolvisset, procul dubio ipsius filios & nepotes Advocatiæ titulis apud *Nariscos*, hoc est in *Voigtlandia* claruisse deprehendisset, & vel invitus descendisset in nostram sententiam, *Reussenibus* Dynastis genus esse a *Babone* *Reussenfi*, Comi-

te in *Ror* & *Abensberg*, a Præfectis Bavarie, *von den Voigten in Beyern* procreato, & tot Advocatorum creatori: vel in defendendis nugis, sese scurram esse ostendisset orbi bonisq; omnibus. Mihi tamen parum probatur, quod *Peccensteinus* & alii vocabulum *Reuß* vertunt *Ruthenos*. *Babo* namque celebris ille Comes ejusque majores cognomen *Reuß*, sumfisse videntur non a *Ruthenis* & *Russia*, sed a *Rhatis* & *Rhatia*, quam vulgo *Rieß*, *Rüß* & annorum successione *Reuß* apdellavimus. Quapropter pronuntiatio *die Herrn Reussen*, qua hodie utimur, olim sonuit, *die Herrn Rüßen*, & procul dubio antiquis *die Russen*, & *die Rbiesen* unum idemque fuit. In *Rhatia* vero contēdisse olim *Babonis* majores, extra controversiam est. Indicavimus hucusque *Reussenibus* Dynastis cognomen familiaræ esse ex illo, quod majores geniti fuerint in *Rhatia*, dominiumque *Rhatia*, (*die Herrn Russen*) obtinuerint: indicavimus item illis genus illustre esse ex posteritate *Babonis* Comitis de *Rhor*, cujus majores licet fuerint *Voigte in Beyern*, & posteriores Advocati plurium diversorumque cœnobiorum, Advocatiæ tamen titulos non fuisse nomina gentilitia, sed beneficia Imp. quibus cessantibus, cessarunt & Advocatiæ tituli. Nunc indicandum restat, a quonam *Babonis* filiorum descendere existimemus *Dominos Reussenfes* illustres, & quidem num *Babonis* posteris in toparchatibus ad *Elisram* interrupta serie successisse putemus, & quonam cum imperio, num absoluto vel num sub Principatu aliorum. Hæc tractaturi una explicabimus ditiones *Reussenfes* ad *Elisram* & per *Voigtlandiam* non esse unius generis, sed diversis temporibus coaluisse, incrementum & decrementum sensisse. A *Carolo Magno* Imp. ad *Arnolphum* Cæs. usque plures ubique per provincias constituebantur Regibus Germaniæ Comites, non tamen omnes cum perpetuo imperio, vel ut rerum Domini, sed saltem ut ministri & administratores. Ultra *Arnolphum* Imp. idcirco moderatorum *Voigtlandie* series nos latet. Reliquit *Arnolphus* Imp. decedens cum aliis filios *Arnolphum* cognomento malum & *Berchtoldum*. Jura sanguinis si tunc valuissent, ambobus, hisce *Voigtlandie* imperium, *Arnolphi* Cæs. successores, *Ludovicus*, *Conradus*, *Henricus V.* & *Otto Magnus* Imp. Augusti debuissent. Ast negarunt jure sanguinis deberi principatus *Arnolphi* mali posteris & *Berchtoldo* Imperatores *Henricus I.* & *Otto Magnus*, ipseque *Berchtoldus* non nisi beneficio loco obtinuit Marchionatum *Bavariæ*, hoc est principatum *Voigtlandie* sive *Voigtburgensem*, quem quoque ad posteros transtulit. *Arnolphi* mali vero nepotes, spreto consilio *Bertholdi* patruelis, ut & ipsi peterent ab Imp. *Ostione* Magno principatum *Bavariæ* superioris beneficii in modum concedendum, principatu omni sunt exuti, & non nisi Præfectura *Bavariæ* honorati, & nec hoc quidem aliter, nisi intercessione Principum & in modum beneficii ab Impera-

Cur omnes
Reussenfes
nominen-
tur Henri-
ci.

Reussenfes
dicendi
non Rushe-
ni.

A quo filio
Babonis
descen-
dant.

Impera-

Imperatoribus. - Ab hisce Præfectis Bavarizæ *Arnulphi* Mali posteris descendit *Babo* Comes, ex beneficio *Heinrici* II. Imp. plurimis Advocatis Cœnobiorum ob pluralitatem liberorum auctus. *Babo* proinde si in *Voigtlandiam* jura sanguinis ab *Arnulpho* malo repetiisset, eadem intercepta a *Bertholdo*, ejusque ex *Heinrico* filio posteris dixisset. Ast rectius *Babo* omnia beneficii loco non sanguinis jure debita est interpretatus. Et hoc modo dici nequit *Babonis* Comitibus majores & posteriores fuisse perpetuo moderatores & toparchas *Voigtlandie* universæ. Toparchia hæc namque interrupta deprehenditur ab iis, qui extra familiam *Babonis* fuerunt, ante & post *Babonis* tempora. Ante *Babonis* tempora ab *Heinrici* Marchionis Vogburgensis posteris: post *Babonis* ætatem, remotis per Imp. quandoque *Babonis* vel nepotibus vel pronepotibus & substitutis aliis, de quibus nondum satis liquet, ex quam fuerint familia, num ex *Heinrici* Marchionis Vogburgensis filiis vel num ex aliis *Babonis* posteris. Ab *Friderici* II. Cæs. autem imperio, perpetuo toparchæ *Reussenfes* *Heinricorum* prænomine celebrantur, indeque conjicere licet, hos quidem ex linea masculina *Babonis* fuisse, sed fortassis jure materno ex linea quoque *Bertholdi*; ejusque filii *Heinrici* Marchionis Vogburgensis, in cuius observantiam, memoriamque prænomine *Heinrici* delectati sunt omnes successores, quod hoc modo utriusque lineæ jura in *Voigtlandiam* sint uniti & *Heinricus* Marchio Vogburgensis primus fuerit, qui jura perpetua in *Voigtlandiam* beneficio *Otonis* Magni obtinuit. Conjecturis ducimur in hanc sententiam, quas tamen a rerum argumentis parum abhorre deprehendimus. Nonne *Reussenfes* Dynastis, eadem ferme insignia, quæ *Heinrici* Vogburgensis majoribus & posteris? Leo videlicet erectus. Color diversus in scuto ex cæruleo in atrum mutatus imperium dignitatemque *Reussenfum* Dynastarum imminutam ex principatu in Comitatum declinatam, significare videtur. Certiora qui habet, proferat. Possederunt autem *Heinrici* magni, Marchionis Vogburgensis posteris longe ampliore toparchatum *Voigtlandie* atque posteris *Babonis* I. Illi etenim præter *Voigtlandiam*, *Zwickavium* quoque nec non *Chamabinum*, *Egraum*, *Novoforensem* tractum tenuere, quæ loca, *Heinrici* Magni præsertim posteritate extincta ad Landgravios *Leuchtenbergenses* & alios devenire dominos. *Zwickavia* tempestive ad alios Dominos & ab his in libertatem concessit. *Babonis* posteritas iterum ad successionem *Voigtlandie*, *Heinrici* Magni posteris sublatis vocitata, toparchatum *Voigtlandie* quidem sed contractioribus terminis obtinuit, utpote non nisi a fontibus *Elisranis* ad *Geranos* usque extensum, quem tamen & aliis accessionibus ornarunt. Sic beneficio *Friderici* II. Rom. Imp. anno 1232. ipsis accedere. *Tora*, *Asch* & *Selbitz* vel *Sellit* cum attinentiis. *Johannes* Rex Bohemizæ anno 1327. ipsis ca-

Incrementum
14 equum.

strum *Voigtbergk* oppignoravit, quod cum castris *Schoneck* & *Breitenstein* *Fridericus* III. Imp. annis subsequentibus, iisdem toparchis *Reussenfes* cum pacto retrovenditionis, vendidit. Feuda ab Marchionibus Misniæ fuisse quibusdam videntur, *Gera*, *Weida*, *Ziegenrück*, *Triptis*, *Stein*, *Ronneburgk*, *Schlaitz*, *Salburgk*, *Oelsnitz*, *Adorff*, *Lobenstein*. Verum *Reussenfes* Dynastæ numerata pecunia tam directum quam utile dominium sibi ipsis comparasse noscuntur, anno 1371. in castro *Lobenstein* cum attinentiis & anno 1374. in oppidis & castris *Gera*, *Weyda*, *Ziegenrück*, *Triptis*, *Stein*, *Ronneburgk*, *Oelsnitz*, *Adorff*, itemq; in anno 1441. in *Schlaitz* & *Saalburgk*. Burggraviatus Misnensis castra & tituli *Reussenfes* Dynastis non uno eodemque accesserunt tempore. Burggraviatu namque Misnensi & Comitatu *Hartensteinensi* *Reussenfes* Dynastis in numerum S. Rom. Imp. Principum adscriptos, investivit anno 1426. *Sigismundus* Imperator vivis adhuc *Leisnicensibus* Burggraviis & Comitibus *Hartensteinensibus*, qui eosdem Misnensis Burggraviatus titulos præferebant. Burggraviatus autem Misnensis sub se continebat castrum *Misnia*; arci Marchionis, adibusque Præsulis Misnensis in urbe Misnensi contiguum, ut & castra *Frauenstein*, *Hartenstein*, *Rosburg*, *Gresla*, *Reichensfels* & alia. Quæ tamen ferme omnia & singula sunt distracta. Uti principio dictum, *Ziegenrück*, *Plauen*, *Voigtberg*, *Triptis*, *Oelsnitz* & *Adorff*, iusto bello decertans adversus *Reussenfes*, *Ernestus* Dux Saxonizæ Elector anno 1464. suis subjunxit ditionibus, sed & longe ante illud tempus nempe anno 1356. *Weida* castrum & oppidum concessit sub potestatem Landgraviorum Thuringizæ, Marchionum Misniæ: utpote munus *Caroli* IV. Imp. Regis que Bohemizæ, pro officio in bello adversus *Reussenfes* fideli præstito. Ut & *Frauenstein* eodem ferme tempore ad eosdem Marchiones, & ab his ad *Vitzthumios* de *Apolda* pervenit, a quibus cum ad Electorem Saxonizæque Duces, ejectis *Vitzthumiis* rediisset, illi castrum *Frauenstein*, cum pertinentiis oppignorarunt Dominis *Reussenfes*, redemeruntq; anno 1546. Cæterum annis subsequentibus Nobiles de *Schönbergk* numeratâ partim pecunia, partim liberali munere, cum castro & oppido *Frauenstein* sunt investiti, quod ad annum 1640. usque possederunt & ex illis *Abrahamus*, *Schönbergk* eodem anno decedens, multo ære alieno gravatum reliquit Creditoribus distrahendum. *Hartenstein*, *Rosburg*, *Greslau* vel *Greslitz* nunc sunt ab aliquot annis possessiones Dominorum Baronum illustrium de *Schönburgk*. De Burggraviatu *Misnensi* anno 1546. ita transactum fuit inter *Mauritium* Electorem Saxonizæ & Burggraviatum Misnensem de *Plauen*, ut si contingeret, *Reussensem* Burggraviatum decedere absque masculis, Burggraviatus dissolveretur, Agnatisque nulla esset successio in Principatu Burggraviatus Misnensis. Quamobrem extincto

Burggraviatus
Misn.

Partim
Mauritii
de co.

tincto anno, 1572. *Heinrico* juniore S. Rom. Imp. Principe, Burggravio Misnensi, Comite in *Hartenstein*, Domino in *Plauen & Gerau*, ditiones *Drusing & Engelburg*, feuda Bohemica redierunt ad Duces Bohemice, Comitatus *Hartenstein* potissima pars ad Electorem Saxonie, *Gerauense* dominium relictum fuit agnatis Dominis *Reussenibus de Grätz, Schlaitz, & Lobenstein*. Burggraviatus vero Principatusque tituli prorsus interciderunt.

Dec. I. 1 *Arnolphus*, Imperator, abnepos Caroli Magni Imperatoris 880. 2 *Arnolphus* Malus & *Bertholdus*, Arnolphi Imperatoris filii 899. 3 *Bertholdus* & Arnolphi mali filii *Arnolphus* junior, *Eberhardus* & *Hermannus* 937. ante hos circa annum 920. Zwicciavie fertur consecidisse Cunico, Comes & Advocatus Voilandie 4 *Bertholdus* Marchio Bavarie 940. Arnolphi mali filii remotis, ab Imp. Ottone, principatum in Ellifranos obtinet. 5 *Heinricus*, cognomento Magnus, Bertholdi filius, Marchio Bavarie, limitis Chamabini Præfectus, Voigt in Voigtlandia 948. 6 *Bertholdus* Comes de Vogburg & Cham & Philippus Dominus de Plauen, Heinrici magni filii 989. 7 *Philippus* Rhætus vel Reus, pronepos Arnolphi junioris, filius Præfecti Babonis, Comes in Ror & Abensbergk 996. 8-9 *Babo* Rhætus vel Reus, pronepos Arnolphi junioris, filius Præfecti Babonis, Comes in Ror & Abensbergk 1015. 10 *Loybrigus* Nariscorum toparcha, Babonis filius 1020. hujus fratres celebrantur, *Wolfframus* Comes in Abensbergk, *Heinricus* Suetodoriphus, *Erbambertus* Comes in Biburg, *Bezilo* in Fridberg Dominus, *Lungio*, *Eberhardus* Advocatus in Geissenfeld, *Embricus*, *Raparo*, Comes in Rietenburg, *Rupertus* Comes in Ror, *Dirmarus*, Comes de Leonsperg, *Afowinus* Comes de Bogen, *Fridericus*, *Conradus Aribo*, Comes Schalanus.

Dec. II. 1-2-3 *Ruzo* de Plauen Dominus 1115. 4 *Dieboldus* Marchio & Præfectus, Heinrici filius, Heinrici magni trinepos. 5 *Heinricus* Advocatus vel Præfectus, Comes de Usterode, aliis de Usteritz, Dominus in Plauen 1143. 6 *Dieboldus* II. Dieboldi I. filius, Heinrici forte frater, Marchio vel Præfectus Voilandie. conjugem hic habuit *Mecbrildem*, filiam Heinrici Guelphi, nigri cognomento, matrem Wilhelmi, Heinrici, Friderici, Ottonis & Popponis. 7 *Bertholdus*, Marchio & Præfectus, filius Dieboldi II. ex primo conjugio. 1146. 8 *Dieboldus* III. Bertholdi, frater Præfectus. 1147. 9 *Wilhelmus* & *Heinricus*, Dieboldi II. filii ex secundo conjugio Præfecti & Domini in Plauen & Gerau 1162. ex divisione cum fratribus, Burggraviatu Ratisbonensi, Nurnbergensi, Landgraviatu Istarie & Egrano Comitatu ornatis. 10 *Heinricus*, Præfectus & Dominus de Weidau, ejusque filii *Heinricus* Dominus de Weidau, *Hinco* de Plauen, *Heinze Ruzo* de Gerau, *Heinricus*, Dominus de Graitz 1170.

Dec. III. 1 *Hinco* de Plauen, *Heinze Ruzo* de Gerau, *Heinricus* de Grätz 1189. 2-3-4 *Wirchius*, Dominus de Plauen 1209. 5-6 *Heinricus* senior, Advocatus & Heinricus junior - 7-8-9 *Heinricus*, Dominus de Gerau, cognomine Reus-

se, nec non *Heinricus* senior & *Heinricus* junior, Domini de Plauen Advocati. 1232. 10-

Dec. IV. 1 *Heinricus* de Plauen, Dominus de Gerau 1269. 2 *Heinricus* senior, ejusque filii *Heinricus* I. & junior *Heinricus* II. & medius 1281. 3 *Haintzel* de Plauen & *Heinricus* de Gerau 1290. 4 *Heinricus* de Gerau senior 1294. 5 *Heinricus* Reufs de Plauen & Gerau cognomine Luscus, *Heinricus* senior Advocatus de Weida, *Heinricus* Longus, *Heinricus* junior de Plauen, *Heinricus* medius de Gerau 1312. 6-7-8-9-10-

Dec. V. 1 *Heinrich Reusf* de Plauen Dominus 1362. 2 *Heinricus* senior, Præfectus Lusatie inferioris, Heinricus junior in Gera 1371. 3-4 *Heinricus* Dominus de Plauen 1395. 5 *Heinrich Anarg Reusf* de Plauen 1408. 6-7 *Heinricus* de Plauen S. Rom. Imperii Princeps, Præses judicii Imperialis Aulici, Quatemvir & Burggravius Misnensis, Comes in Hartenstein 1426. 8 *Heinricus* Burggravius, Consiliarius Cæsareus, *Heinricus* de Plauen junior, *Heinricus Reusf* in Weyda, *Heinricus* in Gera 1446. 9-10-

Dec. VI. 1-2 *Heinricus* senior in Gera, *Heinricus* junior in Lobenstein 1448. 3 *Heinricus* Dominus de Plauen & Gera & *Heinricus* vulgo Ruthenus Gerensis, Electoris Saxonie Consiliarius intimus 1462. 4-5-6 *Heinricus* junior Reufs de Gera, Heinrici Consiliarii Electoralis filius. 7-8 *Heinricus* senior Reufs, Burggravius Misnensis, Comes in Hartenstein, Dominus in Plauen & Gerau Protospincerna, Camerarius, Consiliarius & Cancellarius summus Regni Bohemie. 9 *Heinricus Reusf* de Plauen senior, *Heinricus* medius & *Heinricus* junior fratres nec non Dominus *Heinricus* Burggravius ejusque filii *Heinricus* senior & *Heinricus* junior 1583. 10-

Dec. V. 1-2-3-4 *Heinricus* secundus & senior, ejusque filii *Heinricus* I. & major *Heinricus* secundus & medius *Heinricus* tertius & minor: nec non *Heinricus* medius & *Heinricus* junior & posthumus Heinrici toparchæ in Gerau filius, Domini in Plauen, Gera, Graitz, Schlaitz, Lobenstein & Krannichfeld. 1608. 5-6-7-8-9-10-

LXII.

WEYDA BARONES.

Præfecturæ titulum nostro ævo obtinet oppidum castrumque *Weida* cum adjacenti territorio sub principatu & dominio Serenissimi Domini Electoris Saxonie. *Gleisbergensibus* Comitibus *Weidenses* aliquando paruisse refert *Dresserus*. *Reussenfes* Dynastas dominium in *Weidenses* ab aliquot seculis obtinuisse, historicorum consentiens est traditio. Junxerunt hi *Weidensi* toparchatui *Hoff* ad *Salam* fluvium, oppidum celeberrimum, quodque ante *Ludovici* IV. Rom. Imp. ætatem, urbibus Imperii liberis adnumeratum fuit, idem vero *Ludovicus* Imp. *Friderico* II. Burggravius Noribergensi in perpetuum feudum cesserat. Ab hoc *Friderico* II. Burggravius Noribergensi, *Reussenfes* Dynastæ Domini in *Weyda*, obtinuerunt oppidum *Hoff* in Subfeudum & hoc titulo illud possederunt, usque ad annum 1363. in quo *Hoffium* *Heinricus* Weyda-

Barones de Weida.

Weyanus Baro vendidit pro Sexagenis 1800. (alii habent 8100. Sexagenas, alii 40500. florenos) *Friderico* IV. Burggravio Noribergensi, postquam idem *Heinricus* Weydanus Baro vel ejus parens sive frater anno 1356. amiserat oppidum castrumque *Weida*, quod ipsi ademit *Carolus* IV. Imp. & Rex Bohemiæ, illudque concessit *Friderico* Strenuo, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, pro opera, & officio fideli adversus Weidanum sive Reussensem præstito. Hoc igitur modo *Weidensis* Comitatus distractus, nostro ævo partim Electori Saxonix; partim Marchionibus Brandenburgensibus parat.

Dec. I. 1-2-3-4 *Heinricus* Reussensis Nobilis Baro de *Weyda* 1149. 5 *Heinricus* in *Weyda*, *Heinricus* in *Graitz*, *Heinricus* in *Plauen*, & *Heinricus* in *Gerau*, *Heinrici* *Weydensis* filii. 6-7-8-9-10.

Dec. II. 1-2-3-4-5-6 *Heinricus* Reuls, Dominus in *Plauen* & *Weida*. 7 *Carolus* IV. Rom. Imp. & Rex Bohemiæ, Dominus in *Weyda* 1356. 8 *Fridericus* Strenuus, Landgravius Thuringiæ, Marchio Misniæ; Dominus in *Weyda* 1357. 9 *Fridericus* IV. *Wilhelmus* & *Georgius*, *Friderici* Strenui filii 1380. 10 *Fridericus* IV. vel Bellicosus, Dux & Elector Saxonix, ex divisione cum fratribus.

LXIII.

UNGNAD BARONES.

Barones de Ungnad.

Barones *Ungnadeses* Austriæ toparchæ illustres, superiori seculo incolere quoque *Voitlandiam*. *Simon* namque *Ungnadius*, Baro de *Sonneck*, Dynasta in *Waldenstein*, toparcha in *Bernsdorff*, *Johannis* *Ungnadii* Baronis perillustri & generosi filius, *Ludovici*, *Christophori*, *Caroli*, *Wolfgangi* & *Johannis* *Georgii* Baronum *Ungnadiorum* frater, comparato in præfectura Weidenli castro *Bernsdorff*, factus est Vasallus Electoris Ducisque Saxonix Serenissimi, illudque possedit ab anno 1583. & circa annum 1610. decedens, reliquit filix & hæredi unicæ *Annæ Mariæ* uxori Comitis *Christophori* de *Leinungen* & *Westerburgk*. Hic vero castrum hoc vendidit Nobilibus quibusdam & ita *Ungnadii* Barones per *Voitlandiam* cessarunt.

LXIV.

WILDENFELS BARONES.

Barones de Wildenfels.

Tempore *Genferici* Vandalorum Regis, Romæ vastatoris, conditoris regni Vandaliæ apud Africanos, ex urbe Roma in Germaniam & in hac *Voitlandia* oras migrasse tradit *Laurentius* *Peccenstein*, *Wildenfelsium* Dynastarum majores, quos a castro condito cognomentum *Wildenfels* sumisse putat. *Peccensteinio* assensum præbere haud possum, *Wildenfelsium* scilicet majores a Romanis ortos esse cum ratio a *Peccensteinio*, adjecta veritati historix parum concordet, utpote, quod *Voitlandia* per *Drysum* Germanicum sit facta Romanorum provincia per aliquot se-

cula. Conjicio potius *Wildenfelsenses* Barones olim genus toparchatumque duxisse ex Marchionum *Vogburgensium*, Præfectorum *Voigtlandia*, polleris & ita fuisse agnatos Baronum *Reussensium*. Persuadent hoc *Wildenfelsensia* insignia, *Reussensibus* propemodum similia, utpote Leo erectus cum cauda duplicata. Olim statibus S. Rom. Imp. immediatis adnumerabantur *Wildenfelsenses* Barones illustres, in imperii collectis pensitandis superiori seculo exempti per Electorem Saxonix. Deficiente *Wildenfelsensium* Baronum familia illustri, castrum *Wildenfels* cum pertinentiis pervenit ad Comites *Solmenses*, toparchas *Sonnenwaldenses* generosissimos: *Ronnenburg* vero, quod a *Reussensibus* Dominis pervenit ad Dynastas & Barones *Wildenfelsenses*, his extinctis, apertum fuit feudi Dominis, Ducibus Saxonix celsissimis in *Altenburgk*.

Dec. I. 1-2-3 *Onargus* vel *Anargus*, Dominus in *Wildenfels*. 1119. 4-5-6-7-8 *Heinricus* Dominus in *Wildenfels* Baro illustris. 1267. 9 *Onargus* 1296. 10.

Dec. II. 1 *Heinricus* 1362. 2-3-4-5-6 *Albrecht* 1487. 7-8-9 *Anargus*, Baro in *Wildenfels* 10 *Anargk* *Fridericus*, *Anargi* filius, Dominus & Baro in *Wildenfels*, hujus familiae ultimus.

Dec. III. 1 *Otto*, Comes in *Solms*, Dominus in *Mintzenbergk*, *Wildenfels* & *Sonnenwalda*. 1600. 2 *Fridericus* *Albertus*, *Otonis* filius, Comes in *Solms*, Dominus in *Mintzenbergk*, *Wildenfels* & *Sonnenwalda*. 3-4-5-6-7-8-9-10.

XLV.

SCHOENBURG BARONES.

Saxonix superioris Toparchias lustrantes pergitur ad Toparchatus, quibus nostro ævo imperant perillustres & generosissimi Domini Liberi Barones a *Schönburgk*, Domini & Toparchæ in *Glauchau*, *Waldenburgk*, *Rochsburg*, *Remsa*, *Wechselburg*, *Hartenstein*, *Lichtenstein* & *Penigk*, hæreditarii in *Greslas*. Eminent hi quoque inter Status Sacri Romani Imperii immediatos, licet sint quoque Vaselli Regum Bohemiæ, Serenissimi Domini Electoris, Ducumque Saxonix. Cognomen gentilium his est *Schönburgk*, quasi dicas, castellum elegans, sive arx pulchra, non vero pulcher mons, uti exteri imperite vertunt. Nobilissimi namque de *Schönbergk*, sive de pulchro monte familia, origine & possessionibus, nec non insigniis omnino differt ab hac illustri familia, cujus initia sunt qui repertunt ex Imperatoris Augusti *Caroli* Magni ævo. *Rixencro* in lib. Trojatinum, si fides habenda est, Romanorum orbi imperante *Heinrico*. Aucupe *Cæsare* vixit *Albanus* Baro de *Schönburg*, cujus tamen tam Antecessores, quam Successores prorsus latent. De hoc igitur *Albano* nullum mihi iudicium sumo. Tantum constat primas potentix sedes Baronibus hixce illustribus fuisse in confinio *Lusatia*.

Misnia & Bobemia, illisque domicilii loco fuisse castra *Hohenstein*, *Talenstein*, & alia: Et hinc conjicere licet *Schönburgicos* Barones ex Marchionibus *Lusatia* paternum genus duxisse, & sic Majores habuisse Comites *Groitschenses* & *Leisnigcenses*, a quibus etiam longa serie producti sunt Dynastæ *Rantzoviani* in *Holsatia* & *Dania*. Persuadent hoc insignia *Rantzovianis* propemodum similia, pars certe eorum, quæ prætulere *Leisnigcenses* Comites. Nil namque mutat in *Leisnigcensi* & *Rantzoviano* clypeo perpendiculariter partes rubram & argenteam esse collocatas; in *Schönburgico* vero transversim duci; hoc enim ad discernendam familiam *Rantzovianam* a *Schönburgica* factum videtur. Utraque gens *Schönburgica* & *Rantzoviana* galæ ornamenta a *Leisnigcensibus* habet, alas binas aquilinas videlicet *Schönburgica*, cornua duo *Rantzoviana*. Quod si igitur Barones *Schönburgici* generis originem ducunt a *Groitschensibus* Comitibus, Marchionibus *Lusatia*, nemini mirum videri debet, illos, extinctis Comitibus *Leisnigcensibus* & *Hartensteiniensibus*, successisse in bonis & castris sive dominiis *Penigk* & *Hartenstein* quæ iidem Comites de *Leisnigk* quondam tenuisse noscuntur, & ante illos cum omni terra *Cygnæa* tenere Comites *Groitschenses*, peravitus *Schönburgicorum* Baronum sanguis. Comitibus *Groitschensibus* vero num sanguine juncti fuerint Barones de *Waldenburgk* & *Wolckenstein*, hoc aliis investigandum relinquo. *Waldenburgensibus* utique successerunt *Schönburgici*, *Wolckenstein* extinctis *Waldenburgicis* restituentes Principibus *Misnia*. Et licet *Hermanni* I. Baronis de *Schönburg* majores, nobis nondum sint cogniti, illos tamen hæc terras per aliquot lustra possedisse ex eo deprehendere licet, quod idem *Hermannus* I. Baro de *Schönburg* ex bonis avitis condiderit monasterium *GeringesWalde*. Possederunt autem tunc temporis Barones de *Schönburg* non modo, uti diximus, castra *Hohenstein* & *Dalenstein* ultra *Albim* in confinio *Misnia*, *Bobemia* & *Lusatia*, nec non hoc castrum cis *Albim*, *GeringesWalde*, sed & alia oppida & castra utpote *Crimmitschau*, *Scheibenberg*, *Elsterlinum*, cum metalli fodinis, quæ tamen loca & oppida nunc sunt sub dominio & possessione Serenissimorum Ducum Electorum *Saxonie* immediate. Quando vero hæc loca & castra, relictis Baronibus *Schönburgicis*, redierint ad Serenissimos Dominos Electores, Duces *Saxonie*, illud nondum satis exploratum habeo. *Ernestus* II. Baro de *Schönburg* illustris, conjunx *Amabilia* Burggravæ *Leisnicensis*, decedens filiis toparchatus insignes, *Glauchaviensem*, *Waldenburgensem* & *Penigensem* reliquit. Filii proinde paternas opes dividentes pro uno tres substituerunt toparchatus illustres.

Dec. I. 1 *Albanus* Baro de *Schönburg*. 930.

2-3-4-5-6-7-8-9-10-

Dec. II. 1 *Hermannus* I. Baro de *Schönburgk*

1182. 2 *Fridericus* I. *Hermanni* I. filius, Baro de *Schönburg*. 3 *Hermannus* II. *Theodoricus* I. *Fridericus* II. & *Heinricus* I. *Friderici* I. filii. 4 *Theodoricus* I. *Fridericus* II. & *Heinricus* I. 5 *Theodoricus* I. *Heinricus* I. & *Fridericus* II. filii *Theodoricus* II. & *Albertus* I. 6 *Heinricus* I. *Theodoricus* II. *Albertus* I. 1269. 7 *Theodoricus* II. *Albertus* I. & *Heinricus* I. filius *Fridericus* III. 8 *Albertus* I. & *Fridericus* III. 9 *Fridericus* III. Baro de *Schönburg*, 10 *Hermannus* III. *Fridericus* IV. & *Theodoricus* III. *Friderici* III. filii 1306.

Dec. III. 1 *Fridericus* IV. *Theodoricus* III. & *Hermanni* III. filii *Bernhardus* & *Hermannus* IV. 2 *Fridericus* IV, *Bernhardus* & *Hermannus* IV. 3 *Bernhardus*, *Hermannus* IV. & *Fridericus* IV. filii *Vitus*, *Burchardus* & *Fridericus* V. 1360. 4 *Hermannus* IV. *Vitus* I. *Burchardus* & *Fridericus* V. nec non *Burchardi* filius *Wenceslaus*. 5 *Vitus* I. *Burchardus*, *Fridericus* V. *Wenceslaus* & *Hermanni* IV. filius *Sigismundus* 1381. 6 *Vitus* I. *Fridericus* V. *Wenceslaus* & *Sigismundus*. 7 *Fridericus* V. *Wenceslaus*, *Sigismundus* & *Viti* I. filius *Fridericus* VI. 8 *Wenceslaus* *Sigismundus* & *Fridericus* VI. 9 *Wenceslaus* & *Fridericus* VI. 10 *Fridericus* VI. Baro de *Schönburgk* Dominus in *Glauchau*. 1415.

Dec. IV. 1 *Vitus* II. *Fridericus* VII. & *Theodoricus* IV. *Friderici* III. filii 1426. 2 *Fridericus* VII. & *Theodoricus* IV. 3 *Theodoricus* IV. & *Fridericus* VII. filii, *Ernestus* I. *Volfgangus* I. & *Johannes* 1481. 4 *Ernestus* I. *Volfgangus* I. & *Johannes* 1482. 5 *Ernestus* & *Johannes* 1529. 6 *Johannes* & *Ernesti* I. filius *Ernestus* II. 7 *Ernestus* II. ejusque filii *Volfgangus* II. *Johannes Ernestus*, *Georgius* I. *Hugol*. & *Volfgangus* III. 1532. 8 *Ernestus* II. ejusque filii *Johannes Ernestus*, *Georgius* I. *Hugol*. & *Volfgangus* III. 1533. 9 *Johannes Ernestus*, *Georgius* I. *Hugol*. & *Volfgangus* III. 1534. 10 *Georgius* I. Baro de *Schönburg* in *Glauchau*; *Hugol*. Baro de *Schönburg* in *Waldenburgk*; & *Volfgangus* III. Baro de *Schönburgk* in *Penigk*. 1535.

LXVI.

GLAUCHAUVIENSES TOPARCHÆ, DOMINI IN GRESLAS.

Glauchaviense oppidum perantiqua est possessio perillustrium Dominorum Baronum de *Schönburgk*, qui ratione hujus domini, nec non dignitatis avitæ, reliquorumque jurium, præminentiarum & regalium sunt Status immediati S. Rom. Imperii: licet hoc oppidum in feudum tenere dicantur ab *Bobemia* Regibus, & in eodem Dominio *Glauchaviensi*, Serenissimus dominus Elector *Saxonie*, vigore jurisdictionis territorialis, more recepto, cognoscat & jus dicat etiam in ipsos Dominos Barones illustres. Imo permissum est ex antiqua & inveterata consuetudine, ut idem Serenissimus Dominus Elector *Saxonie* possit sententiam adversus illustres Dominos Barones latam mandare executioni, si modo executio fiat in fructus domini *Glauchaviensis*, non vero si executio facienda sit in domini proprietatem. Tunc etenim executio

cutio spectare dicitur ad reservata Regum *Bobemia*.

In hoc oppido *Glauchau* est Consistorium generale duplex, quo examinantur causae subditorum omnium toparchatum *Schönburgensium*: Prius Consistorium causas sacras, Ecclesiarum, Scholarum, Ministeriorum fundationes, dotationes tractat; itemque de iure Patronatus, matrimoniis &c. cognoscit. Altero in Consistorio deciduntur & examinantur causae civiles, & status. Huic Dominio *Glauchau*, *Georgius* Baro de Schönburg, maritus primum *Dorothea*, Comitissae Mansfeldensis; deinde *Dorothea*, Baronissae Reußianae de *Plauen*, tertium maritus *Catharina Agatha*, Baronissae Butbusiensis copulavit dominium *Greslas*, arifodinis nobile in *Bobemia*; copulavit item sibi suaeque familiae illustri per filiam *Margaretam* *Johanni Georgio* Comite de *Sohns*, elocata non modo generosissimos Comites *Solmenses*, sed & in neptibus, *Hassiae* Landgravios & *Anhaltinos* Principes nec non *Brandenburgicos* Marchiones illustrissimos & celsissimos.

Dec. I. 1 *Georgius* I. *Ernesti* II. filius, Baro de Schönburg, toparcha in *Glauchau*. 1545. 2 *Christophorus* *Friedericus*, *Alexander*, *Petrus*, *Georgius* II. *Johannes*. *Hojerus*, *Ernestus* III. & *Augustus*.

LXVII.

WALDENBURG BARONES.

Barones de Waldenburg.

Ernesti Baroni Schönburgici filios, ex bonis paternis tres divisim condidisse toparchatus, *Glauchau*, *Valdenburgensem* & *Pennigensem*, capite ab hinc altero, ubi Baronatus hujus originem explicavimus, fuit annotatum. Præmissis igitur *Glauchau* toparchis annotandi nunc sunt *Valdenburgici* Dynastæ.

Ceterum in *Valdenburgensi* toparchia, Schönburgicorum antecessores fuere Liberi Barones de *Valdenburg*, Domini in *Volckenstein*. Undenam vero his fuerit sanguis paternus, mihi nondum satis liquet. Porro *Valdenburgenses* Barones, qui ex possessione castri & domini *Waldenburgensis* familiam cognominarunt, suis quoque possessionibus adnumerarunt *Volckenstein*, *Geyer*, *Ehrenfridersdorff*, *Tschopa*, *Thum*, & *Franckenbergk*, quæ loca tamen omnia extincta Baronum *Waldenburgensium* familia illustri, sub possessionem concesserunt Celsissimorum Saxoniarum Ducum, Landgraviorum Thuringiae, Marchionum Misniae. *Valdenburgum* vero rediit ad Liberos Barones de *Schönburgk*, qui ex hoc tempore Domini in *Valdenburgk* saluari ceperunt. *Commodavium* vero in *Bobemia*, cujus possessio item spectabat ad Barones *Valdenburgicos*, Regibus *Bobemiae* tunc cessit.

Dec. I. 1 *Hugo*, Baro de Waldenburg 1245. 2 *Anarg* 1280. 3 *Heino* vel *Heinricus* 1305. 4 *Conradus* 1316. 5-6-7 *Anarg* & *Heinricus*, fratres Barones in *Waldenburgk* Domini in *Volckenstein* 1396. 8 *Heinricus* 1420. 9 *Anarchus*

Menckenii Scriptor. Rer. Gerin. Tom. III.

& *Heinricus* 1446. 10 *Anarg*, Baro de *Waldenburg* 1461.

LXVIII.

SCHOENBURGK BARONES, TOPARCHÆ IN WALDENBURGK, HARTENSTEIN ET LICHTENSTEIN.

Præmissis ita *Waldenburgicis*, sequuntur *Schönburgici* Barones, toparchæ in *Waldenburgk*, *Hartenstein* & *Lichtenstein*. Porro *Hartensteinense* castrum cum pertinentiis, quod attinet, pars est Comitatus *Hartensteinensis*, imo domicilium & possessio primaria Burggraviorum *Misnensium*, qui ex possessione hujus castri & domini *Hartenstein*, salutaris sunt Comites de *Hartenstein*. Dividebatur autem altero ab hinc seculo, quod excurret, Comitatus *Hartensteinensis* omnis in superiorem & inferiorem. Superior, extinctis Comitibus *Hartensteinensibus*, Burggraviis *Misniae*, pervenit ad Serenissimos Principes Electores, Ducesque Saxoniarum, Marchiones *Misniae*: Inferior vero Comitatus *Hartensteinensis*, (ubi castrum & oppidum *Hartenstein*) pervenit ad Barones de *Schönburg* illustres. Ex his *Hugo* III. & *Vitus* III. *Hugonis* I. filii partes quasdam Comitatus inferioris *Hartensteinensis* vendiderunt Serenissimo, Celsissimoque Principi Domino *Augusto*, Duci & Electori Saxoniarum potentissimo; sibi tamen retinuerunt reliquas inferioris Comitatus *Hartensteinii* partes; utpote castrum *Hartenstein*, nec non oppidum *Hartenstein*, castrum *Stein*, nec non pagos *Zigelhain*, *Albrechtsdorff*, *Arnsdorff*, *Gesnitz*, *Witzschendorff*, *Zschocken* &c. quorum omnium nomine vasalli sunt Serenissimi Domini Electoris Saxoniarum. Sunt tamen iisdem Dominis per illustribus toparchis in *Hartenstein* & aliis possessiones, quarum nomine sunt vasalli Regum *Bohemiarum*. *Hugo* autem I. Baro de *Schönburg Hartensteinensium*, *Waldenburgensium* & *Lichtensteinensium* toparcharum Schönburgensium communis parens, ex *Anna*, Comitissa *Gleichensis*, protulit *Georgium* *Waldenburgensem*, *Hugonem* III. (*Hugo* II. namque improlis & minorennis decessit) *Hartensteinensem*, & *Vitum* III. *Lichtensteinensem* Toparcham. *Georgius* *Waldenburgicus* ex *Eva* pincerna *Landsbergensi* Baronissa produxit quidem *Hugonem* V. *Waldenburgicum* item toparcham, maritum *Walpurgis*, Comitissa *Ebersteinensis*: Veruntamen hic *Hugo* V. anno superiori 1645. improlis decessit, *Waldenburgensem*que toparchatum non tam terminavit, quam æquo jure & partibus possidendum reliquit agnatis *Hartensteinensium* & *Lichtensteinensium* Schönburgicæ familiae Regulis.

Hugo III. *Hartensteinensis*, duabus conjugibus *Agnete* *Reussensi* in *Plauen* Baronissa, deinde *Catharina*, Comitissa *Rhenensi*, honoratus, ex *Rhenensi* Comitissa filios successores reliquit perillustres Dominos, Dominos Generosissimos *Ottone* *Albertum*, *Vitum* & *Christianum* *Heinricum*, Liberos Barones de *Schönburg*: ex quibus

bus anno 1626. vita functus est *Christian Heinrich*; *Otto Albertus* vero *Hartensteinii* & *Vitus Steinii* separatim aulam fovent. Anno 1641. *Ernesta* Reussensis in *Plauen* Baronissa generosissima, maritum *Ottonem Albertum* mascula prole, cui nomen *Hugo Heinrich*, beavit. Sit parentibus & filiolo suavissimo vita & felicitas plurima!

Vitus III. *Lichtensteinii* toparcha & Baro *Schönburgicus* item duabus conjugibus claudit, *Elisabetha*, *Pincerna Landsbergenfi*, & *Casbarina*, *Comitissa Ebersteinensi*. Ex his *Comitissa Ebersteinensis*, cum aliis quinque produxit Generosissimum & perillustrem Dominum *Georgium Ernestum* de *Schönburg* Baronem, toparcham in *Lichtenstein*, literatum, jurium bonarumque artium cultorem egregium, sub cuius Receptoratu magnifico, in alma *Lipsiensium* Vniversitate anno 1619. & 1620. Musarum castra frequentavimus. Hic ex *Baronissa* perillustri *Benigna* *Schwanbergica* parens factus est anno 1628. *Johannis Ernesti*, & an. 1631. *Georgii Friderici* Baronum de *Schönburg*, quibus item sit vita & felicitas perpetua.

Dominium *Ereslas*, quod juris esse *Bohemici* diximus, quod ab ærifodinarum ubertate celebratur, nostra ætate indivisim quidem possidetur ab *Hartensteinensibus* & *Lichtensteinensibus* toparchis, ita tamen, ut unicuique certæ assignatæ sint portiones. Et ita fortassis quoque brevi eveniet de *Waldenburgensi* dominio, quod post obitum *Hugonis* V. fuit devolutum ad *Hartensteinenses* & *Lichtensteinenses* toparchas conjunctim, num æqualibus sive inæqualibus partibus, adhuc quo hæc scribebamus, sub iudice lis est.

Dec. I. 1 *Hugo* I. Baro de *Schönburgk*, toparcha in *Waldenburgk*, *Ernesti* II. filius 1545. 2 *Hugo* II. *Georgius* II. *Hugo* III. & *Vitus* III. *Hugonis* I. filii 1566. 3 *Georgius* II. Baro de *Schönburg* in *Waldenburgk*; *Hugo* III. Baro de *Schönburg* in *Hartenstein*, & *Vitus* III. Baro de *Schönburg*, toparcha in *Lichtenstein* 1567. 4 *Georgius* II. *Waldenburgicus*; *Vitus* III. *Lichtensteinii* & *Hugonis* III. *Hartensteinii* filii *Georg Heinrich*, *Georg Ernestus* I. *Johannes Wolfgangus*, *Hugo* IV. *Otto Albertus*, *Vitus* IV. & *Christianus Heinrich*. 5 *Georgius* II. *Vitus* III. *Georg Ernestus* I. *Johann Wolfgangus*, *Hugo* IV. *Otto Albertus*, *Vitus* IV. & *Christianus Heinrich*. 6 *Georgius* II. *Vitus* III. *Johann Wolfgangus*, *Hugo* IV. *Otto Albertus*, *Vitus* IV. & *Christianus Heinrich*. 7 *Georgius* II. *Vitus* III. *Hugo* IV. *Otto Albertus*, *Vitus* IV. & *Christianus Heinrich*. 8 *Georgius* II. *Waldenburgicus*; *Vitus* III. *Lichtensteinii*, & *Hartensteinii* toparchæ *Otto Albertus*, *Vitus* IV. & *Christianus Heinrich* Barones de *Schönburg* 1606. 9 *Vitus* III. in *Lichtenstein*; *Otto Albert*, *Vitus* IV. *Christianus Heinrich* in *Hartenstein* & *Georgii* II. filius *Hugo* V. Baro de *Schönburgk* in *Waldenburgk*. 10 *Otto Albrecht*, *Vitus* IV. *Christianus Heinrich* in *Hartenstein*: *Hugo* V. in *Waldenburgk* & *Vitus* III. filii, *Georgius Ernestus* II. *Christianus Fridericus* VIII. *Veit Heinrich*,

Simon Bernbardus & *Philippus Ludovicus*, Barones de *Schönburg*, *Toparchæ* in *Lichtenstein* 1622.

Dec. II. 1 *Otto Albrecht* & *Vitus* in *Hartenstein* *Hugo* V. in *Waldenburgk*, *Georgius Ernestus* II. *Christianus*, *Fridericus* VIII. *Veit Heinrich*, *Simon Bernbardus*, & *Philippus Ludovicus*; Barones de *Schönburg* in *Lichtenstein* 1626.

LXIX.

SCHÖNBURGK BARONES,
TOPARCHÆ IN PENIGK.

Restat nunc tertia *Schönburgicorum* Baronum perillustrium familia & toparchia, *Penigensis* cognominata; a castro & oppido *Penigk*, quod fuit superioribus seculis sedes primaria Comitum *Leisnigensium*, quorum posteri Barones *Penigenses* salutare desiderarunt; uti in capite subsequenti mox subjungemus. Nostra autem ætate ad *Penigensem* toparchatum spectant castra *Rochsburgk*, *Remsa*, *Wechselburgk* sive *Tschillen* & alia. *Rochsburg* non *Rosburg*, uti vulgo, mihi scribendum & pronuntiandum videtur: uti & *Rochlitz* non *Roslitz* recte dicimus; licet subdubitem qualis fides habenda sit *Garzoni*, *Siclla* & *Agricola*, qui hæc loca condita tradunt a *Rocho* quodam vel *Rochio*, sive *Rogiero*, quem *Arminii* sive *Hermannii*, Ducis illius apud *Cheuscos* celeberrimi, Tribunum militum fuisse censent. Antiquitas certe nimis alte repetita. Satius est hæc nomina *Rochlitz* & *Rochsburg* tribuere *Soraborum* inventioni, qui hæc loca, *Carolo* Magno Orbi Romano imperante, vel ante ejus imperium inhabitaverunt. Tradunt item vulgo Castrum *Rochsburg Schönburgicis* Baronibus accessisse permutatione quadam pro castro *Hohenstein*, quod est in confinio *Misnie*, *Bohemia* & *Lusatia* superioris, illiusque possessores priores fuisse Barones de *Schleunitz*, quorum posteri commigrarint in *Bohemitam*, agnati Nobilium de *Schleunitz*, quorum familia etiamnum in *Misnia* restat.

Wechselburgense castrum quod attinet, pars illud est residua Comitatus *Cyllenburgensis*. Fovit igitur *Wechselburgum*, quod & *Sorabica* appellatione *Zschillen*, aliis *Zschilleck* dicitur, olim Comites ex *Wettinensium* Comitum perillustri familia: Inde præpositos Ordinis *Teutonici*, a quibus pervenit ad *Serenissimos* *Duces Saxonie*; qui abstractis reliquis Comitatus *Cyllenburgensis* partibus, castro *Wechselburgk* investiverunt generosissimos Dominos Barones de *Schönburgk*.

Dec. I. 1 *Wolfgangus* III. Baro de *Schönburg* toparcha in *Penigk*, *Ernesti* II. filius 1545. 2 *Wolfgangus* III. ejusque filii *Ernestus* & *Wolfgangus* IV. 1556. 3 *Wolfgangus* III. ejusque filius *Wolfgangus* IV. 1559. 4 *Wolfgangus* III. ejusque filii *Wolfgangus* IV. & *Johannes Ernestus* 1570. 5 *Wolfgangus* IV. & *Johannes Ernestus* 1581. 6 *Wolfgangus* IV. Baro de *Schönburgk* in *Penigk* 1586. 7 *Wolfgangus Ernest*, *Johann Georg*, *Christoph Friderich*, *Otto Wilhelm*,

Barones
de Schön-
burg in
Penig.

helm, Hugo, Johann Heinrich, Hans Caspar, Augustus Sigfrid, Christianus & Wolfgangus Henricus, Wolfgangi IV. filii. 8 Wolfgang Ernst, Johann Georg, Otto Wilhelm, Hugo, Johann Heinrich, Hans Caspar, Augustus Sigfrid, Christianus & Wolfgangus Henricus. 9 Wolfgang Ernst, Johann Georg, Otto Wilhelm, Johann Heinrich, Hans Caspar, Augustus Sigfrid, Christianus & Wolfgang Henrich 1588. 10 Wolfgang Ernst, Johann Georg, Johann Heinrich, Hans Caspar, Augustus Sigfrid, Christianus & Wolfgang Henrich.

Dec. II. 1 Johann Georg, Johann Heinrich, Hans Caspar, Augustus Sigfrid, Christianus, Wolfgang Henrich, & Wolfgangi Ernesti filius Gosfrid Ernestus 1623. 2 Johann Georg, Johann Heinrich, Hans Caspar, Christianus, Wolfgang Henrich & Gosfrid Ernestus 1631. 3 Johann Henricus, Hans Caspar, Christianus, Wolfgang Henrich & Gosfrid Ernestus, nec non Wolfgangi Henrici filius Wolff Henricus junior 1637. 4 Johann Henricus, Hans Caspar, Christianus, Wolff Henricus senior & Gosfrid Ernestus 1638. 5 Hans Caspar, Wolff Henricus, Gosfrid Ernestus, Christianus & Johannis Henrici filius Wolfgangus Christophorus 1640. 6 Hans Caspar, Wolff Henricus, Gosfrid Ernestus, Wolfgang Christoph, & Christiani filius Christianus Henricus 1641. 7 Hans Caspar, Wolff Henricus, Gosfrid Ernestus & Christianus Henricus 1642. 8 Wolff Henricus ejusque filius Samuel Henricus, Gosfrid Ernestus, Christianus Henricus, & Johann Henrici filius, Wolfgangus Fridericus 1644. 9 - 10 -

LXX.

PENIGK BARONES.

Barones
de Penick.

Comitatus reliquique toparchatus minores, moderatoribus olim ex arbitrio Regum ad tempus concediti, ubi Imperatorum Romanorum indulgentia & concessione in perpetuum & cum potestate ad hæredes transitoria largiri cœperunt, interdum pro uno plures protulere toparchas, toparcharumque familias, pro numero liberorum & hæredum, quos decedentes moderatores reliquerunt. Et hoc modo ortum cœpit toparchia *Penigkensis* ad *Muldam*. Aldenburgenſis Comitatus pars erat antiquitus *Penigkensis* tractus, ab *Aldenburgicis* Comitibus vel Burggraviis permissus sive venditus Burggraviis Misnensibus in *Leisnigk* toparchis. *Leisnigkensis* igitur toparcha Burggravius *Misniæ Henricus I.* decedens, relictis duobus filiis, primogenitum *Meinberum*, Burggravium Misnensem, Comitem & toparcham in *Hartenstein* & *Wolckenstein*, secundogenitum *Henricum II.* Burggravium Misnensem, Comitem & toparcham in *Leisnigk* & *Penigk* constituit. Post obitum hujus *Henrici II.* toparchiæ divisæ vicissim coaluerunt, sub *Meinbero II.* de quo tamen nondum satis liquet, num jure proprio *Leisnigk* & *Penigk* tenuerit, num vero jure tutorio *Alberti* & *Henrici*, qui filii fuisse intelliguntur *Henrici II.* & sub interregno, rebus

Meackonii Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

in *Germania* vel maxime turbatis, *Leisnigk* & *Penigk* iterum separatim possederunt ab *Meinberi II.* possessoribus & transtulerunt ad posteros, qui sese longo tempore *Burggraviis Misnenses*, *Comites Leisnigkenses* & *Dominos in Penigk* dixerunt, abbreviate interdum *Comites de Penigk* dicti. Burggraviis namque Misnenses nonnisi familiatenuis fuerunt & *Leisnigk* ipsi sicut ademptum, a Landgraviis *Thuringiæ*, Marchionibus *Misniæ* circa annum 1365. Insigne hujus toparchatus fuit trabs nigra in campo flavo cum foliis, ruræ nigris. Huic insigni jungebant hi toparchæ insignia Burggraviatus Misnensis & *Leisnigkensis*. Ceterum extincta Comitum sive toparcharum *Penigkensis* familia illustri, *Penigk* ad Barones generosos de *Schönburgk* pervenit, modernos ejus oppidi successores & toparchas.

Dec. I. 1 *Henricus I.* Misniæ Burggravius Comes in *Leisnigk*, Dominus in *Penigk* 1199. 2 *Henricus II.* Burggravius Misniæ in *Leisnigk* 1238. 3 *Meinberus II.* Meinheri I. Henrici II. fratris filius Burggravius Misnensis & *Leisnigkensis* 1266. 4 *Albertus I.* & *Henricus* 1269. 5 *Albertus I.* 1286. 6 *Otto I.* 1307. 7 *Henricus* 1315. 8 *Albertus II.* vel *Albero*, Comes de *Leisnigk*, Dominus in *Penigk*, & *Fridericus* 1328. 9 *Albertus II.* 1346. 10 *Ottoll.* 1358.

Dec. II. 1 *Albertus III.* & *Henricus* 1362. 2 *Albertus III.* 3 *Albertus IV.* & *Fridericus II.* 1374. 4 *Albertus IV.* 1389. 5 *Otto III.* 1411. 6 *Georgius* & *Henricus* 1451. 7 *Georgius senior* 1467. 8 *Hugo* 1472. 9 *Hugo* ejusque filius *Georgius Junior*. Comites *Leisnigkenses* in *Penigk*. 10 *Hugo*, filio defuncto solus 1523.

LXXI.

DOBELN BARONES.

Oppidum *Döbeln*, versus orientem quinto miliari *Dresda*, tertio *Misna* versus meridiem, quarto *Freiberga* versus occasum, altero miliari *Rochlitzio* distans, Imp. *Henrici IV.* ætate, toparchas foyit, quorum genus ignoratur. Tempore *Friderici I.* Barbarossæ Rom. Cæs. oppidum *Döbeln* vel *Döblin* fuit sub dominio Baronum (Panerhenn) de *Donyn*, qui in eodem cœnobium Virginum ordinis Sancti Benedicti condiderunt. Anno 1292. *Donynenses* Barones, Dominos in *Döbeln*, bello aggressus est gravi *Sobieslaus Smitdonitzkii* vel *Smildolitzkii* Bohemus Baro, oppidumque *Döbeln* post diuinam obsessionem expugnans, ferro & flammis quæque vastans, Baronem *Döbelenseni* captum vincumque abduxit. Ex vinculis id circo ut sese liberaret Baro *Döbelensis*, oppidum castrumque avitum cum omni dominio & territorio vendidit *Friderico* forti, Landgravio *Thuringiæ*, Marchioni *Misniæ*, Palatino *Saxoniz*, cujus posterum Marchionatum *Misniæ* *Döbelensem* ditionem incorporarunt.

Barones de
Döbeln.

LXXII.

WEISSENBACH DYNASTÆ.

*Dynastæ
de Weis-
senbach.*

Sunt qui censent, *Weisbachensium* nostrorum Nobilium majores statibus S. Rom. Imp. immediatis quondam adscriptos fuisse & ante *Friderici I. & II.* Roman. Imp. ætatem ex Cæsarum singulari beneficio salutatos fuisse Equites hæreditarios S. R. Imperii. Possessores utique fuerunt *Weisbachenses* Dynastæ sub *Friderico II.* Cæs. castrorum & oppidorum, *Krimmitschau, Thoren, Weissenbach, Schonfeldt, Nobditz & Sreinbruck.* Cæterum electo *Rudolpho I.* ex Comite Habsburgico, in Romanum Imperatorem, Germaniæque Regem, cum eidem subesse negassent ex Ordine Equestri per *Misniam* plurimi, *Ottocaro Bobemiæ* Regi adversus *Rudolphum* sociati, in illorumque numero fuisse feruntur & *Weisbachenses* Dynastæ. Victo idcirco *Ottocaro Rudolphus* Imperator gravem sententiam universo per *Misniam* Nobilitatis ordinis dixit, eumque privilegii plurimis (quæ Nobilibus Sueviæ, Franconiæ & ad Rhenum ipsi adhærentibus permittit) in Comitibus *Erpbor-diensibus* iudicio Principum Imperii exutum, ex statu immediato, mediatum fecit, subiecitque Marchionum *Misniæ* & Landgraviorum *Thuringiæ* principatui & imperio.

Dec. I. 1-2-3-4-5-6-7 *Leo* de Weisbach, S. Rom. Imp. Eques hæreditarius. 8 *Heinricus*, Leonis filius 1237. 9 *Johannes*, Heinrici filius, S. Rom. Imp. Eques hæreditarius in *Krimmitschau, Thoren & Weisbach.* 10 *Johannes*, ejusque filius *Heinricus* de Weisbach Equites 1269. horum quidem posteritas etiamnum viger, sed sub Serenissimi Domini Electoris Saxonie &c. imperio.

LXXIII.

WELLERSWALDA TOPARCHÆ.

*Dynastæ
de Wellers-
walde.
Misniæ li-
mites.*

Longe amplioribus nostro ævo clauditur *Misnia* limitibus atque sub *Friderico I. & II.* Romanorum Imperatoribus horumque antecessoribus, ubi ab oriente *Rederensi* fluvio, a meridie, dominio *Clommensi* vel *Lobmensi*, ab occasu *Mulda* fluvio, a Septentrione *Torgaviensi* Comitatu finiebatur. Nostra ætate *Misniæ* imperium *Lusatiam* si connumeret, versus ortum *Queissam* fluvium, versus meridiem *Sudetes* montes, *Bobemiamque* versus occalum, *Egram Salamque*, versus Septentrionem *Brandenburgensem Marchiam* mediam, terminos habet, continetque sinu suo Saxoniam superiorem, *Voitlandiam*, *Lusatiam* utramque *Clommensem*, *Redaniorum*, *Torgaviensem*, *Pleissensem* aliosque Comitatus & toparchatus. Nec item Marchionum *Misniæ* principatus ab initio absolutus fuit, tenentibus Imperatorum Romanorum vicariis, Regibus *Bohemie*, Vicariatum Terræ Orientalis, quibus jungebantur ab iisdem Imperatoribus & alii officiales. In horum numero tradunt fuisse quoque *Truchsessios* de *Wellerswalda*,

quos immediatis Statibus Imperii sub *Friderico II.* Cæs. sociatos fuisse deprehendimus. Sed & iidem cum *Weissenbachensibus* exciderunt hoc dignitatis gradu & præ eminentia, sociati tempore electi *Rudolpho I.* Imp. *Ottocaro* Regi *Bohemie*, quo victo *Truchsessii* subiecti fuerunt Marchionum *Misniæ* clientelæ arbitrio & Principatui. Vixit tunc temporis *Conradus* S. Rom. Imp. Dapifer, hæreditarius in *Bornis & Wellerswalda*. Nostra ætate castrum *Wellerswalda* a *Truchsessis* Nobilibus tot seculis possessum, sibi suisque comparavit vir Nobilis Magnificus & Consultissimus Dominus *David Döringius*, Jctus & Serenissimo Domino Electori Saxonie a Consiliis Secretioribus & Cameralibus. Castrum *Bornis* vero ab aliquot retro lustris sub possessione est Nobilium de *Schleinitz*, qui & ab aliquot seculis sunt toparchæ castri illius Regii, vulgò *Hoff* appellati, quod priscorum Imperatorum aula in hac regione fuisse fertur. Restat quidem *Truchsessiorum* posteris castrum *Nauendorff* prope *Ostium*, sed & hoc extincto anno 1642. *Christiano Truchsessio* ob æs alienum nutat, transitumque ad aliam familiam parat.

LXXIV.

HAMMERSTEIN COMITES.

In confinio Hallensis diocesis & Saxonie superioris conjiciunt quidam consedisse olim Comites ab *Hammerstein*, ex quibus ad annum 933. celebratur *Heinricus* Comes de *Hammerstein*, de cujus majoribus & Successoribus mihi nihil amplius cognoscere licuit.

*Comites de
Hammer-
stein.*

LXXV.

SEYDAU BARONES.

In *Saxonia* superiori, sive in Electoratus Saxonici territorio oppidum est ad radices montis *Flemming*, vulgò *Seyden* ab aliis *Seydau & Sidau* dictum, *Witteberga* tribus miliaribus distans. Hoc oppidum cum adjacenti territorio olim fuit domicilium Baronum perillustrium & generosorum de *Sydau*, quibus insigne fuit cervus sub arbore viridi, uti indicat *M. Petrus Albinus* in Chronico *Misnensi* fol. 428. Hoc dominium, extinctis *Sydaviensibus* Baronibus, pervenit ad *Pincernas* sive *Schenckios* de *Landsbergk*. Et circa annum quidem 1394. spectabat adhuc *Sydavia* ad patrimonium *Alberti* *Schenckii*, quem cum *Sydoviensi* præfectura *Loschovia*, subitaneo incendii nocturni pavore anno 1422. extincto *Alberto* Electore Saxonico ex *Ahnhal-tinis* ultimo, *Fridericus I.* Marchio *Brandenburgensis* Elector, Burggravius *Norimbergensis*, suæ fidei obstrinxit & postmodum cum *Friderico* Landgravio *Thuringiæ*, Marchione *Misniæ*, in *Saxonie* Ducem & Electorem, ab Imp. *Sigismundo* creato, desuper transegit.

*Barones de
Seydau.*

LXXVI. ZANAU BARONES.

Barones
de Zanau.

Slaviciensium Baronum accolæ fuerunt Barones illustres de Zanau, quorum insignè fuisse tradit M. Petrus Albirus in chron. Mi-
snessi pag. 427. caput tauri. Confederunt hi Dynastæ in oppido Zana aliis Tzan, ubi etiamnum ruinæ arcis vetustæ Baronum Zanaensium domicilii conspiciuntur. Arx illa eversa fertur a Waldemaro, Friderico & Alberto Brandenburgensium Marchionibus.

LXXVII. WALDERSEE BARONES.

Barones
de Wal-
dersee.

Waldersebensium item Baronum insignia; nec amplius de illustri tam familia procul dubio ex Comitum Walderseensium familia, de quibus supra, orta restat: Clypeus videlicet quadrifariam partitus, cujus portio prima & quarta rubens, secundam & tertiam auream habet. Galea impositus cernitur pileus, cujus exteriora rubent, interiora aurea apparent. Sunt qui putant, hos Barones olim confedisse apud Helvetios; Sed de his nihil reperi apud Stumphium, Helveticæ antiquitatis & nobilitatis investigatorem studiosissimum.

LXXVIII. RABENSWALDA COMITES.

Comites de
Babens-
walda.

Celebratos item per superiorem Saxoniam cernere licet Comites de Rabenswalda illustres & generosos. Verum horum familia dudum perit, possessionibus Rabenswaldensium Comitum cum castro Rabenstein translato ad Duces Electores Saxonie sub imperio vel Ludovici Bavari Cæs. vel Caroli IV. Imperatoris. Dominium Rabenstein est feudum Archipræsulum Magdeburgensium & continetur sub præfectura Beltzigensi.

Dec. I. 1-2-3-4-5 Albertus & Bertholdus, Comites de Rabenswalda 1253. 6 Albertus, Comes de Rabenswalda 1271. 7 Fridericus, Comes de Rabenswalda 1278. 8 Fridericus & Elisabetha, Comites de Rabenswalda 1306. 9-10-

LXXIX. JUTREBOCCENSES TO- PARCHÆ.

Dynasta
de Juter-
bock.

jus rei argumentum aliquod mihi hactenus nullum occurrit. Citatos quidem ad collectas Imperio immediate solvendas memini; Cæterum excipientibus Comitibus toparchis in *Neugarten & Massau*, ipsis nullum esse feudum immediate ad Imperio Romano Germanico, solutio collectarum immediata ipsis remissa fuit. Plurimum autem differt in insigne Comitum ab *Eberstein Pomeranensium* ab eo, quo illorum majores in *Alsatia & Suevia* exornabant: his enim pro insigni fuit scutum quadripartitum, cujus portio prima & quarta habebat salientem aprum, secunda & tertia rosam auream; *Pomeranensium* vero Comitum ab *Eberstein* insigne est; Leo erectus gradens albus, in campo cœruleo, galeamque illustrem coronatam exornat viridis cauda pavonis. Illustris autem Comitum *Ebersteinensium* familia per *Pomeraniam* innotescere cepit circa annum 1263. hac occasione. In Ducatu Brunsvicensi nobiles *Assenburgii* opibus pollebant, adeo ut in Principes ipsos arma sumerent. *Albertus* igitur Dux Brunsvicensis aperto illos adortus bello, *Assenburgum*, quod difficilem aditum præbebat, vi expugnat, diruit, solo adæquat, *Assenburgios* vel ditione exuit, vel e medio tollit. Communicaverat in hoc bello operam suam *Assenburgii* nobilibus *Dietericus* Comes ab *Eberstein*, insidiabaturque *Alberto* Duci; sed a potentiore hoste captus vitam & ditionem amisit. Ejus uxor ad *Hermaninum* Gleichenium Comitem, fratrem, hæud multo ante Episcopum Caminensem designatum, sobole secunda mater profecta, de Brunsvicensis Ducis Tyrannide conqueritur, consilium opemque petit. Is adjutus ab *Ottone* Comite *Ebersteinio*, *Dieterici* fratre, amissa quidem edicto Imperatorio; Ducis vero assensu, possessionem amissorum, nequaquam recuperat. Controversia tantumdem ita componitur, *Otto* Comes ab *Eberstein*, sit vasallus & possessor Comitatus *Ebersteinii Dieterici* vero filii nihil amplius in eodem Comitatu, præter simultaneam investituram restet; *Brunsvicensium* Dux sit Comitatus Dominus, a quo, ejusque successoribus; extincta *Ottonis* posteritate, *Dieterici* filii, horumque posterum, possessionem Comitatus *Ebersteinii*, petent. Hac igitur transactione *Dieterici* filios, Brunsvicensis Dux remisit in *Pomeraniam* ad Episcopum Caminensem, *Hermaninum* Gleichenium, qui sororis natu filium maximum *Ottonem*, in aulam evocatum benigne fovet, ejusque fratres, *Witzlavum, Mauritium & Bernbardum* Canonicorum Caminensium Collegio & numero anno 1263 sociat. *Otto* vero major natu Comes *Ebersteinus*, cum plerisque indolem generosam probaret, territorium Neugardense Episcopi beneficio obtiner, continuaque serie ad *Georgium* abnepotem transmisit, qui superiori seculo imperante Romanorum Orbi *Carolo V. Cesare*, vitam cum morte commutavit. Interim investitura simultanea *Dieterici* filiorum, horumque posterorum *Pomeranensium* toparcharum infumum.

sumum abiit. Cum enim anno 1322. *Ernestus* Dux Brunsvicensis in *Grubenhagen* filiam *Heinrici* Comitis Ebersteinii uxorem duxisset, eidem Duci dotis loco, Comitatus Ebersteinensis Saxonici portio haud exigua accessit. Imo & reliqua ejusdem Comitatus pars sua, Ducum Brunsvicentium imperium concessit hoc modo: *Otto*, *Hermannii* filius Comes Ebersteinus, Comitem Homburgensem ultimum nomine *Heinricum* in monasterio *Amelungsborna* interfecerat & Profugus in *Pomeraniam* ad agnatos, patrocinium eorum imploraverat. Hunc ergo successione omni, agnatos vero jure simultaneae investiturae privat Dux Brunsvicensis *Bernbardus*, patrique *Hermannio* possessionem Comitatus haud aliter permittit, quam his legibus, ut scilicet, filio *Ottoni* Duci cognomine Claudio, filiam *Elisabam* det uxorem, simulque dotis loco Comitatum Ebersteinensem Saxonicum. Hoc igitur modo non nisi gentilitium cognomen remansit *Ebersteinensibus* Dynastis in *Pomerania*, qui ibidem familiam pluribus beare possessionibus non destiterunt. Sic *Georgius*, de quo modo diximus, *Wolfgangum* fratrem, disciplinarum & pietatis studiis addictissimum, anno 1518. commendat in Comitibus Augustani *Joachimo* I. Electori, in cujus Comitatu erat; ejusque intercessione impetrat literas commendatitias Caesaris & Imperii Senatus ad *Leonem* X. Pont. Max. ut vacante sede, in demortui Caminensis locum surrogaretur. Id quod nec *Leo*, nec Collegium improbabant; *Boguslaus* autem Duci perquam molestum accidebat; tam leviter auctoritatem suam aestimari, ut sine consensu suo, qui esset Ecclesiae Caminensis patronus, in eam quisquam immitteretur. Stomachosius igitur per interdictum collegio praecipit, ut si novi praesulis electione opus sit, vota sua non ad Neugardensem, sed *Erasmum Monchsehium*, qui juris sit Licentiatum & filii sui aulae, morum atque doctrinae Rector, iustis suffragiis transferant. Simul collegium apud Pontif. Rom. & Caesarem accusat, florenorum impensis octo millium huc collatis, donec pervinceret, ut repudiato Neugardense *Erasmus* in praesulatus possessionem confirmaretur. Istud agre ferens *Georgius* Comes, territorium *Neugardense*, & quae bona in *Pomerania* acquisivisset, Electori vendere parabat. Quem *Boguslaus*, ut beneficio emoliret, *Mosovia* donavit, perfecitque ut *Erasmus Wolfgango* Comiti, certa pecuniae summa persoluta, vacantem proxime Canonatum concederet. Absolvitur itaque nostrate Ebersteinensis Comitatus apud *Pomeranos* dominiis Neugartensi & Masloviensi, cui adnumeratur Castrum *Quarckenbergk*, quod ex fundamentis excitavit Comes *Stephanus Heinricus*. *Neugartensis* toparchatus feudum est Ducatus Steinenensis, Masloviaeque immensae molis arcem excitavit *Wolfgangus* Comes ab *Eberstein*; *Ludovici* filius, ex designato Episcopo Praepositus Caminensis.

Dec. I. 1 *Theodoricus* III. *Heinrici* filius, *Alberti* nepos, *Bertholdi* pronepos, *Conradi* II. abnepos, *Conradi* I. adnepos, *Ludovici* trinepos, *Eberhardi* abtrinepos, Comes ad *Eberstein*. 2 *Otto Vitus*, *Mislav*, *Moritz* & *Bernbardus*, *Theodoricus* III. filii, Comites ab *Eberstein* 1263. 3 *Otto Vitus*, *Moritz* & *Bernbardus*. 4 *Otto Vitus* & *Bernbardus*. 5 *Otto* & *Vitus*, Comites ab *Eberstein*, Domini in *Neugarten* & *Weimar* 1269. 6 *Otto* Comes ab *Eberstein*, Dominus in *Neugarten* hujus familiae & nominis primus. 7 *Otto* II. *Albertus* I. & *Hermannus*, *Ottonis* I. filii. 8 *Otto* II. & *Albertus* I. 9 *Otto* II. Comes ab *Eberstein* Dominus in *Neugarten* 1309. 10 *Ludovicus* II. & *Otto* III. *Ottonis* II. filii.

Dec. II. 1 *Ludovicus* I. Comes ab *Eberstein* in *Neugarten* 1372. 2 *Ludovicus* II. Postulatus Episcopus *Caminensis*, *Wirzlavus*, *Johannes* & *Albertus* II. *Ludovici* I. filii, Comites ab *Eberstein*. 3 *Ludovicus* II. *Johannes* & *Albertus* II. 4 *Ludovicus* II. & *Albertus* II. 5 *Ludovicus* II. Comes ab *Eberstein* *Neugarten*. 6 *Georgius*, *Philippus* & *Wolfgangus*, *Ludovici* II. filii 1518. 7 *Georgius* & *Wolfgangus*, Praepositus *Caminensis* 1562. 8 *Georgius*, Comes ab *Eberstein*, Dominus in *Neugarten* & *Maslau*. 9 *Stephanus Heinricus*, *Wolfgangus* II. & *Ludovicus* III. *Georgii* filii. 10 *Stephanus Heinricus*, Comes ab *Eberstein*, Dominus in *Neugarten* & *Maslau*, Burggravius in *Altzey*, Praeses camerae Imperialis, ejus frater *Ludovicus* III. Comes ab *Eberstein*, Praepositus *Caminensis*.

Dec. III. 1 *Stephanus Heinricus*, *Ludovicus* III. & *Stephani* *Heinrici* filii *Georgius* II. 2 *Stephanus Heinricus*, & *Ludovicus* III. 3 *Ludovicus* III. Comes ab *Eberstein* 1608. 4 *Volradus*, *Otto* III. *Ludovicus* IV. *Albertus* & *Georg Caspar*, *Ludovici* III. filii. 5 *Volradus*, *Otto* III. & *Georg Caspar* 1617. 6-7-8-9 *Caspar*, *Albinus*, *Georgius* & *Ludovicus Christophorus*, Comites ab *Eberstein*, Domini in *Neugarten* & *Maslau*, *Georgii Casparis* filii. 10

CVI.

WEDEL BARONES.

Quarto ab hinc capite mentionem fecimus toparcharum *Falckenburgensium*, *Trage* fluvii in *Marchia* nova accolarum. De hoc toparchatu, qui *Neugartensi* Comitatu versus Orientem est, haec loco praesenti notanda diximus. Celebris est etiamnum, apud *Marchiacos* & *Pomeranos* familia Nobilitum de *Wedel*, quos tempore *Caroli* IV. Rom. Imp. immediate fuisse Status S. Rom. Imperii, ex multis rerum argumentis deprehendo. *Ludovicus* Bavarus Caes. namque eosdem investivit anno 1328. oppidis, castris & villis, *Falckenburg*, *Schivelbein*, *Neuen Wedel*, *Collis*, *Reetz*, *Norenberg*, *Hochzit*, *Lutken Mellen*, *Neuen Bernau*, *Custrin*, cum omni jure, territorio & dominio, interjacentibusque pagis, nec non quinque millia Hubarum, cum pascuis & Sylvis adjacentibus. Et hanc inve-

stituram confirmarunt annis subsequentibus *Carolus IV. & Wenceslaus* ejus filius Romanorum Cæsares. Fuere ipsis & alia prædia per *Pomeraniam & Poloniam*, quorum respectu Poloniæ Regum, Pomeraniæque Ducum erant vasalli. Claruit sub *Ludovico* Bavaro & *Carolo IV.* Rom. Imp. *Hasso de Wedel*, Toparcha in *Falckenburg*, quem Elector Brandenburgicus *Ludovicus* Romanus Summum Magistrum Aulæ, omnisque Marchiæ ad *Albim, Oderam, Havelam*, & in terris Prignitzenfi, Uckerania, & Lusitiensi constituit. Negligentibus vero postmodum Rom. Imp. res Vandalicas, exortis inter Pomeraniæ Ducem, Brandenburgique Marchiones bellis crebrioribus, *Wedelenses* A Dynastæ frustra ad Imperatorum patrocinium aliquoties confugientes, tandem colla imperio Marchionum & Ducum urgente necessitate submiserunt.

CVII.

MORIN TOPARCHÆ.

Dynastæ de
Morin.

NOVÆ Marchiæ oppidum *Morin*, tribus milliariibus *Brizenio* ad *Oderam* versus Septentrionem distans, fuisse fertur quondam toparchas, qui ex oppidi possessione familiam cognominarunt. Sic ad annum 1019. B celebris fuit *Ambrosius* Dominus in *Morin*, cujus antecessores & successores nondum investigavimus. Abiisse tandem *Morinum* in commendaturam Ordinis Divi Johannisprehendimus; illamque *Knobelsdorffii* nobilibus, *Martini* Comitis *Honsteini* Domini in *Vicraden* & *Sver*, Magistri ordinis beneficio obnoxiam factam fuisse intelligimus. Obiit autem hic *Martinus* Comes Magister ordinis anno salutis 1609.

CVIII.

STOLPE COMITES.

Comites de
Stolpe.

AMORINENSIBUS versus Occasum *Oderam* sive *Viadrum* fluvium trajicientes, occurrit ad quartum milliare oppidum *Stolpa*, in qua restant vetustæ arcis reliquiæ in dorso collis sublimis, *Viadri* ripis imminente. Sedes ista arx fuisse fertur Comitum *Stolpensium*, qui & *Angernundanis* imperarunt. Familia porro *Stolpensium* Comitum extincta, *Stolpa* Dominos habuit *Pomeraniæ* Ducem, a quibus pervenit ad *Buchiorum* nobilium familiam, illustrem.

CIX.

PRENTZLAU TOPARCHÆ.

Dynastæ de
Prentzlau.

TRANSITUM nunc paramus per Comitum *Vierradianum* a *Stolpensibus* ad *Prentzlovienses* toparchas. *Prentzslavia*, caput Marchiæ *Ucaricæ*, urbs copiosa & ampla, egregio Senatu, templis sex, schola, agrorum uberate, nundinis, commoditate situs, piscatura instructissima, a *Primislao* Rege anno 1138.

condita, & a *Barnimo* I. anno 1275. ampliata, inque veterem atque novam civitatem descripta, a primo conditore *Primislao*, *Primislavia* vulgo *Prentzslau* nomen retinet, fovitque cum reliqua *Ucarica* modo eosdem, modo diversos toparchas. Principio namque *Megapolensium* subsuit imperio, quod ibidem extinxit *Heinricus* Leo Dux & Elector Saxonie, qui *Prentzslaviam* concessit Ducibus *Pomeraniæ*, sese relicta *Megapolensis* societate, ad nutum prædicti Ducis *Heinrici* Leonis componentibus & transactionem inter ipsum & *Pribislauum* sive *Primislauum* II. *Obotritorum* Regulum *Megapolensium*que Principem Anno 1172. perficientibus. Ex hoc tempore *Prentzslavia* *Pomeraniæ* Ducem Dominos novit, illamque dotis loco concessisse filie *Hedwigi*, & genero *Johanni* I. Electori Brandenburgico, *Barnimum* I. *Pomeraniæ* Ducem multi censent, de quo tamen subdubito. *Johannes* namque Elector Brandenburgicus circa annum 1239. *Hedwigen* uxorem duxit; *Barnimus* vero Dux *Pomeraniæ* anno 1275. ampliandæ civitati adhuc studuisse fertur. Sic itaque sentio: *Barnimum* quidem dotis loco *Urker Marchiam* concessisse circa annum 1239. Brandenburgensi, sed excepta *Primislavia*, quæ demum post obitum *Barnimi* jure hæreditario ex bonis avitis devoluta est ad *Barnimi* Nepotes, *Hedwigis* filios, qui absque liberis decedentes, eandem reliquæ *Ucaricæ* junctam transmiserunt ad Brandenburgenses Marchiones Electores, agnatos. Horum familia extincta apud *Prentzlovienses* successione allegabat *Megapolensis* Dux, quod gener fuisset *Waldemari*, Electoris *Pomeraniæ*. Duces contra negabant, contendentes *Prentzloviense* dominium ad se rediisse, a quibus olim ad Brandenburgenses pervenisset. Controversia nequaquam legibus sed armis terminanda censebatur. Armis proinde ejiciunt *Prentzlovia* *Megapolitanos* *Pomerani*, & hos vicissim toparchatu *Prentzloviensi* movit *Ludovici* Bavari Imp. sententia & investitura, qui extinctis Brandenburgensibus Marchionibus, *Marchia* & *Ucarica* terra tanquam feudo Imperatori Romano aperto, investivit filium *Ludovicum*. Dubiam hanc cum investituram postmodum fecisset *Pseudowaldemarus* Brandenburgensis, *Barnimus* Magnus *Pomeraniæ* Dux, qui tantillum concesserat auctoritati Imperatoris, nequaquam amplius sententiæ & investituræ Imperatoriæ, *Ludovico* filio gratiose collatæ standum existimavit: *Rudolpho* igitur *Saxonie* Duci & Electori, Principique *Anhaltino* sociatus, *Ucaricam* *Marchiam* iterum armis invadit, *Prentzslaviam*que non tam *Pomeraniæ*, quam foederi cum *Rudolpho* Electore inito asserit; ubi vero videt *Waldemarus* *Anhaltinum* & *Rudolphum* Electorem non ex legibus inito foederis rem tractare, (a *Prentzloviensibus* namque *Barnimo* remoto, juramentum fidelitatis exegerant receperantque) relicta Electoris *Saxonici* & *Anhaltini* socie-

Controversia inter
Brandenburgicum
& Pomeranum.

G

D

societate, *Ludovico* Romano Bavaro Electori & Marchioni Brandenburgico sese jungit, armisque eidem asserit *Prentzlaviam*, quam cum reliqua Marchia vendidit prodigus *Otto* Marchio & Elector, *Ludovici* Romani successor, *Carolo* IV. Romanorum Imperatori. Verum & hujus filii Marchiam parum curantes, modo oppignorarunt, modo resignarunt principatum, donec *Jodocus* Marchio Moraviae *Prentzlaviam* *Suantiboro* Pomeranensium Duci, (quem ab se Marchiae Brandenburgensi moderandae praefecerat) concederet. Irritam hanc concessionem annis subsequentibus contendit *Fridericus* Zollerensis Comes Marchio Brandenburgicus & Elector per *Sigismundum* Imperatorem constitutus. Bello igitur adortus *Casimirum* *Suantibori* filium, Pomeraniae Principem, ad *Novam Angermundam* anno 1420. victor evasit, & licet *Casimirus* cum fratre *Ottone* quadriennio post iterum *Prentzlaviam* armis recuperavit, Cives tamen *Prentzlavienses* triennio post Electoris filium *Johannem* praesentem Pomeraniae Dominum maluerunt, & fide Pomeraniae data neglecta, ex composito adversus *Pomeranos* accedenti *Johanni* portas patentes esse jusserunt. Tandem controversia omnis in conventionione *Templinensi* anno 1427. inter *Marchiones* *Brandenburgenses*; & *Duces* *Pomeraniae* est composita & *Prentzlavia* cum reliqua *Ucaricensi* *Marchia* *Brandenburgensibus* in perpetuum permessa. Nostra aetate parum absuit, quin *militem* *Ferdinandi* II. Imp. insolentia, neglecto Electore Brandenburgico, deminatum *Prentzlaviensibus* jugo imponeret gravissimo. Quo depellendo *Gustaphus Adolphus* *Svecorum* Rex accessit.

Dec. I. 1 *Primislaus* I. *Obratitorum* & *Herulorum* Rex 1138. 2 *Niclotus* II. *Primislai* frater, Rex *Obratitorum* Dominus *Prentzlaviae* 1142. 3 *Primislaus* II. Rex *Obratitorum* Dominus *Prentzlaviae* 1159. 4 *Heinricus* Leo, *Saxoniae* Dux, Elector, *Prentzlaviae* dominator 1163. 5 *Bugislaus* I. Dux *Pomeraniae*, *Prentzlaviae* Dominus 1172. 6 *Bugislaus* II. *Bugislai* I. filius, Dux *Pomeraniae*, *Prentzlaviae* Dominus 1188. 7 *Barnimus* I. *Bugislai* II. filius, Dux *Pomeraniae*, *Prentzlaviae* dominus & ampliatus 1222. 8 *Tvilo*, *Marchio* *Brandenburgensis* & *Ucaricensis*, *Barnimi* ex filia *Hedwige* nepos 1278. 9 *Otto* & *Conradus*, fratres *Thilonis*, *Marchiones* *Brandenburgenses*. 1294. 10 *Conradus*, Elector, *Marchio* *Brandenburgensis*, *Landsbergensis*, *Salisquellenensis* & *Ucaricensis* 1298.

Dec. II. 1 *Johannes*, *Otto*, *Waldemar* & *Heinricus*, *Conradi* filii *Marchiones*. 1304. 2 *Johannes*, *Waldemar* & *Heinricus*. 1305. 3 *Waldemar* & *Heinricus* 1306. 4 *Waldemar* I. Elector, & *Heinrici* filii *Waldemar* II. & *Johannes* IV. 1318. 5 *Waldemar* II. Elector, & *Johannes* IV. *Marchio*. 1319. 6 *Johannes* IV. *Marchio* & Elector. 1322. 7 *Heinricus* Leo, Princeps *Megapolensis*, *Prentzlaviae* Dominus. 1322. 8 *Warcislaus*, Dux *Pomeraniae*, *Prentzlaviae* Dominus. 1323. 9 *Barnimus* cognomento

Menckenii Scriptor, *Ret. Germ. Tom. III.*

Magus, *Otonis* filius, Dux *Pomeraniae*, *Prentzlaviae* Dominus 1326. 10 *Ludovicus* *Bavarus*, *Ludovici* *Bavari* Imperatoris filius *Marchio* *Brandenburgensis*. Elector. *Prentzlaviae* Dominus 1338.

Dec. III. 1 *Barnimus* Magnus, Dux *Pomeraniae*, iterum *Prentzlaviae* Dominus 1345. 2 *Waldemar*, princeps *Ahnhaltinus*, Comes *Ascaniae*, *Prentzlaviae* Dominus 1350. 3 *Albertus*, Dux *Megapolensis*, *Prentzlaviae* Dominus. 1352. 4 *Ludovicus* Romanus *Bavarus*, Elector & *Marchio* *Brandenburgensis*, *Prentzlaviae* Dominus. 1355. 5 *Otto* *Bavarus*, Elector & *Marchio* *Brandenburgicus*, *Prentzlaviae* Dominus. 1366. 6 *Carolus*, IV. Romanorum Imperator 1372. 7 *Wenceslaus* *Caroli* IV. filius, *Marchio* *Brandenburgensis* & Elector 1373. 8 *Sigismundus*, *Wenceslai* frater, Elector & *Marchio* *Brandenburgicus* 1378. 9 *Jodocus*, *Marchio* *Moraviae* & *Ucariae* 1386. 10 *Suantiborus* II. Dux *Stettinensis* & *Pomeraniae*, Dominus *Prentzlaviae*. 1388.

Dec. IV. 1 *Casimirus* VI. Dux *Pomeraniae* in *Stettin*, Dominus *Prentzlaviae* 1413. 2 *Fridericus* I, *Marchio* *Brandenburgensis* Elector, Dominus *Prentzlaviae*. 1420. 3 *Casimirus* VI. ejusque frater *Otto*, *Duces* *Pomeraniae* & *Stettini*, Dominus *Prentzlaviae*. 1424. 4 *Johannes*, *Friderici* Electoris filius, *Marchio* *Brandenburgensis*, *Prentzlaviae* Dominus. 1427. 5 *Fridericus* I. *Marchio* *Brandenburgensis*, Elector iterum *Prentzlaviae* Dominus 1428. 6 *Fridericus* II. *Friderici* I. filius. cognomento cum *ferreis* dentibus *Marchio* & Elector. 1441. 7 *Albertus*, *Friderici* II. frater, *Marchio* & Elector. 1471. 8 *Johannes* Magnus Elector & *Marchio*, *Alberti* filius. 1486. 9 *Joachimus* I. filius *Johannis* Electoris 1499. 10 *Joachimus* II. *Joachimi* I. filius. 1535.

Dec. V. 1 *Johannes Georgius*, Elector. 1571. 2 *Joachimus Fridericus*, Elector & *Marchio*. 1598. 3 *Johannes Sigismundus*, *Marchis* & Elector. 1608. 4 *Georgius Wilhelmus*, Elector. 1619. 5 *Ferdinandus* II. Rom. Imp. *Prentzlaviae* Dominator. 1629. 6 *Gustavus Adolphus*, *Svecorum* Rex, *Prentzlaviae* Protector. 1631. 7 *Ferdinandus* II. Rom. Imp. iterum Dominator *Prentzlaviae*. 1633. 8 *Christina* *Svecorum* Regina *Prentzlaviae* Protectorix. 1638. 9 & 10.

CX.

PASEWALCK TOPARCHAE.

Prentzlaviensibus toparchis, versus *Se-* *Dynastia*
prentzionem pergimus ad *Pasewalcken-* *de Pafes-*
ses toparchas in confinio *Pomeraniae*, *Marchiae* *walck.*

Ucaricae & *Megapolensium* regionis. *Nicolaus* *Leuthingerus* autor est, *Pasewalckum* anno 1177. a *Samboco* quodam exordia sua coepisse: alii hoc ipsum circa annum 1127. adscribunt *Wartislao* *Pomeranorum* Duci, *Stettinensium*, *Wolgastinensium*que Principi, cujus pronepos *Barnimus* *Pomeraniae* Dux post gravia bella cum *Johanne* I. Electore *Brandenburgico*, ejusque fratre *Ottone*, gesta, tandem pace facta, *Pasewalckum* & *Uckermarchiam* (*Johanni* I. Electori filiam elocans) dotis loco con-

co concessit. Paruit inde Electorum Brandeburgensium imperio *Pasewalcum* per annos LXVIII. in quibus eum in finem egregie munitum fuit, quo felicius Oceani opes sectarentur Brandenburgenses. Ceterum extincta Brandenburgensium Electorum anno 1322. familia Illustri, controversia haud levis orta est inter Duces *Pomeraniae* & Principes *Megapolitanos* de successione in *Pasewalcensi* dominio. *Megapolensis*, gener Brandenburgensis sive Electoris, sive Marchionis, jura uxoris allegabat: *Pomeraniae* Principes contra, extinctis masculis Brandenburgensibus ad se rediisse *Pasewalcensem* toparchatum contendebant. Judex controversiae *Ludovicus* Bavarus Imperator utrumque *Megapolensem* & *Pomeranum* successione privabat, asserens *Pasewalcum* cum Electoratu & *Marchia* Brandenburgensi sibi Imperatori tanquam feudi Domino fuisse apertum. Ea propter *Ludovicus* Bavarus, *Ludovici* Imperatoris filius, a parente *Marchio* Brandenburgensis & Elector creatus, *Barnimum* *Pomeraniae* Ducem, *Pasewalcensi* dominio & possessione abstinere jussit. Cessit *Barnimus* non tam sententiae Imperatoriae, quam temporis, cui postmodum inserviendum ratus, exorto *Pseudowaldemaro* Brandenburgensi, cessionem *Ludovico* factam occupata *Pasewalco* occupavit. Extincto autem *Pseudowaldemaro*, cum ejus protectores, Elector *Saxoniae* & Princeps *Megapolensis* ad se ex insidiis transtulissent *Pasewalci* possessionem, pessime hoc habuit *Barnimum*, adeo ut relicta Electoris *Saxoniae*, *Megapoleulisque* societate non dubitarit animum viresque jungere *Ludovico* Romano Electori pro *Pasewalco* recuperando. Sed & ipse Elector *Romulus* septennio post, plurimis rationibus motus jus suum acceptis tredecim marcarum millibus, eidem *Barnimo* *Pomerano* ejusque posteris in perpetuum resignavit. Continua inde *Pomeraniae* Ducum in *Pasewalcensi* dominio ad nostram aetatem successio, frustra anno 1464. a Brandenburgensibus per menses aliquot interrupta. Annis superioribus militum *Ferdinandi* II. Imp. insolentia & tyrannus, ferro, flammisque *Pasewalcum* extinxit, extinctumque aperuit, vivo adhuc *Pomeranensium* Duce ultimo protectioni Regis *Sveciae*.

Dec. I. 1 *Wartislaus*, *Pomeranorum* Dux *Pasewalci* Dominus 1127. 2 *Bugislaus*, *Wartislai* filius Dux *Pomeranorum* 1136. 3 *Bugislaus* II. *Bugislai* I. filius 1188. 4 *Barnimus* I. & Bonus Dux *Pomeraniae* 1222. 5 *Hedwigis*, *Barnimi* filia Ducissa *Pomeraniae* 1254. 6 *Johannes* I. *Marchio* Brandenburgensis, Elector, *Hedwigis* Maritus. 1254. 7 *Johannes* *Johannis* I. filius Elector, *Marchio* Brandenburgicus 1266. 8 *Conradus* I. *Johannis* II. frater Elector, *Marchio* Brandenburgicus 1285. 9 *Johannes* III. *Conradi* II. filius, Elector, & *Marchio* Brandenburgicus 1304. 10 *Waldemarus* I. *Johannis* III. frater Brandenburgensis *Marchio* & Elector. 1305.

Dec. II. *Waldemarus* II. *Heinrici*, fratris *Waldemari* I. filius, *Marchio* Brandenburgensis Elector 1319. 2 *Johannes* IV. *Waldemari* II. frater, *Marchio* Brandenburgensis Elector. 1322. 3 *Heinricus* Leo, Princeps *Megapolensis*, *Pasewalci* Dominus. 1322. Gener *Waldemari* II. Electoris, sive ut aliis videtur *Alberti* *Marchionis* Brandenburgici. 4 *Ossol.* *Barnimi* I. filius, Dux *Pomeraniae* Princeps *Stettini* *Pasewalcensium* Dominus. 1323. 5 *Barnimus* cognomento Magnus, *Ottonis* filius Dux *Pomeraniae* 1328. 6 *Ludovicus* Bavarus, *Ludovici* *Bavari* Imperatoris filius, *Marchio* Brandenburgensis & Elector. 1338. 7 *Barnimus* IV. *Wartislai* IV. filius Dux *Pomeraniae*, *Pasewalci* Dominus 1375. 8 *Rudolphus* I. Senior, Dux, *Saxoniae*, *Angriae*, *Westphaliae*, Comes in *Breen*, *Burggravius* in *Magdeburg* S. Rom. Imp. *Archimarschallus* & Elector, Dominus in *Pasewalck*. 1350. 9 *Albertus*, Dux *Megapolensis* *Pasewalci* Dominus. 1352. 10 *Ludovicus* Romanus Bavarus, Elector & *Marchio* Brandenburgensis, *Pasewalci* Dominus. 1354.

Dec. III. 1 *Barnimus* Magnus Dux, *Pomeraniae*, iterum *Pasewalci* Dominus 1359. 2 *Casimirus* III. *Suantiborus* II. & *Bugislaus* VII. *Barnimi* III. filii 1368. 3 *Suantiborus* II. & *Bugislaus* VII. 1373. 4 *Suantiborus* II. Dux *Stettinensis* 1404. 5 *Casimirus* VI. & *Otto* II. *Svantibori* II. filii 1413. 6 *Casimirus* VI. Dux *Stettinensis* 1427. 7 *Joachimus*, *Casimiri* VI. filius 1433. 8 *Otto* III. *Joachimi* filius, Dux *Stettinensis* 1451. 9 *Wartislai* X. Dux *Pomeraniae* in *Wolgast*, haeres *Ottonis* III. 1464. 10 *Fridericus* II. *Marchio* Brandenburgensis Elector, Dominus in *Pasewalck* 1464.

Dec. IV. 1 *Ericus* II. & *Wartislaus* X. Duces *Stettini*, *Pomeraniae* in *Wolgast* & *Barth*. 1464. 2 *Wartislaus* X. & *Erici* II. filii, *Wartislaus* XI. *Casimirus* VI. & *Bugislaus* X. 1474. 3 *Wartislaus* X. *Casimirus* VI. & *Bugislaus* X. 1475. 4 *Wartislaus* X. & *Bugislaus* X. 1475. 5 *Bugislaus* X. & *Wartislai* X. filii, *Erdmannus* vel *Erdmarus* & *Suantiborus* III. 1478. 6 *Bugislaus* X. & *Erdmannus* 1494. 7 *Bugislaus* X. & *Erdmanni* filii, *Bugislaus* XI. *Otto* IV. & *Casimirus* VII. 1495. 8 *Bugislaus* X. *Otto* IV. & *Casimirus* VII. 1500. 9 *Bugislaus* X. & *Casimirus* VII. 1506. 10 *Bugislaus* X. Dux *Stettini*, *Pomeraniae* & *Wolgasti* 1512.

Dec. V. 1 *Barnimus* IX. vel XI. & *Georgius* I. *Bugislai* X. filii Duces *Stettini*, *Pomeraniae* & *Wolgasti* 1523. 2 *Barnimus* IX. & *Georgii* filii *Philippus* I. 1531. 3 *Barnimus* IX. & *Philippi* I. filii, *Johannes* *Fridericus* & *Bogislaus* XIII. 1560. 4 *Johannes* *Fridericus* & *Bogislaus* XIII. 1573. 5 *Bogislaus* XIII. 1600. 6 *Philippus* II. *Franciscus*, *Bogislaus* XIV. *Georgius* II. & *Ulricus*, *Bogislai* XIII. filii 1606. 7 *Philippus* II. *Franciscus*, *Bogislaus* XIV. & *Ulricus* 1617. 8 *Franciscus*, *Bogislaus* XIV. & *Ulricus* 1618. 9 *Bogislaus* XIV. & *Ulricus* 1622. 10 *Bogislaus* XIV. Dux *Pomeraniae* ultimus 1622.

Dec. VI.


tam fecerunt. Postmodum anno 1320. *As-
22* *Woldemari* Electoris Vidua, dotem suam
Werten, Arneburgk, Seebusen & Crembeck
Barbardo Archipræsuli denuo dedit dono.
Verum anno 1336. *Otto* Archipræsul *Ludovi-
70* *Electori*, acceptis 2000. argenti marcis,
cum aliis prædiis plene ex pacto restituit.
Nostra ætate miles *Ferdinandi* II. Imp. sese
propemodum pro Domino per Archipræs-
fulatum Magdeburgensem & Marchiam
Brandenburgensem gerens, fortalitium mu-
nitissimum apud *Werbentim* excitaverat, ex
quo eundem anno 1631. eiecerunt Regis
Sveciæ Gustavi Adolphi iussu Comes ab *Orten-
burg* militumque Præfectus *Baudis*. Acces-
sit brevi post Rex ipse, quem frustra *Werbe-
ns* movere tentavit aliquoties Comes *Tyllius*,
Ferdinandi Imperatoris nomine. Extincto
anno 1632. Svecorum Rege, *Werbeno* miles
impositus fuit Ducis Saxonie Electoris,
quem anno 1636. 12. Octobr. eiecit Miles
Svecicus, & hunc vicissim Anno 1637. 6.

Augusti miles Cæsareanus & Electoricus
Saxonicus. Tandem *Werbenum* iterum
subiit Svecicum imperium, ex cuius senten-
tia fortalitium *Werbense* funditus eversum
fuit.

CXIV.

KALBE TOPARCHÆ.

A *B* *Werbensibus & Sebusanis* versus meri- Dynastie
de Kalbe.
diem est Comitatus Osterburgensis.
C Ab *Osterburgensibus* per *Alvenslebensem* Baro-
niam, nobis progredientibus, occurrit *Cal-
bum* intra *Milde* atque *Bise* gurgites, arx
magnifica, oppidumque in solo uliginoso
atque irriguo, antiquitus Krocheriorum,
qui rei facti perduellionis, quod cum Archi-
D præsulibus Magdenburgicis contra Bran-
denburgicos conspirare arguerentur, *Al-
bertus* II. Elector ad *Alvenslebios* transtulit,
auctore *Gervasio*.



XXVII.
DIPLOMATARIUM
CAROLI IV.
EX
CODICE CHART.
BIBL. PAUL. LIPS.
DESCRIPTVM.

I.

Dux Stetin. primarias Imperatoris preces exequi iubetur.

KAROLVS &c. Illustri BARNYM Duci Stetinen. &c. gratiam &c. Quia pridem religiosis Præposito & Conventii Monasterii Præmonstratensis ordinis Halberstaden-
sis Diocesis pro devoto nostro dilecto B. de C. ex jure & approbata laudabili consuetudine a divis Roman. Imperatoribus seu Regibus prædecessoribus nostris diutius observata, primarias preces direximus, ut sibi de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura ad ipsorum præsentationem, collationem seu quamvis aliam dispositionem spectante, si vacaret vel quam primum vacare contingeret, prætextu juris nostri prædicti canonice providerent. Id circo fidelitati tuæ præcipimus, & seriose mandamus, nostræ regalis gratiæ sub obtentu, quatenus, si prædictus Præpositus & Conventus Monasterii prædicti in executione nostræ intentionis se in præjudicium prædicti, quovis ingenio vel colore quaesito fortassis redderent negligentes, ipsos auctoritate regia pro conservatione dicti juris nostri & consuetudinis diuturna præscriptione temporis approbatæ, ad providendum dicto B. juxta tenorem literarum regaliū quos desuper obtinuisse dinoscuntur, inducere studeatis, viis & remediis opportunis, nullam in hoc prætextu excusationis vel evasionis cuspianam negligentiam commissuri. Dat. &c.

II.

Caroli primarias preces ad Cruciferos in Marburg.

KAROLVS &c. Religiosis Commendatori & Conventui Cruciferorum de domo Theutonica in Margborgh devotis suis delectis gratiam regalem & omne bonum. Cum nobis comperat tam a jure quam antiqua & approbata consuetudine a divis quondam Imperatoribus & Regibus Romanis, prædecessoribus nostris laudabiliter observata, quod in singulis *) ecclesiis & conventibus in Imperio constitutis, possumus facere unam ydoneam personam recipi & admitti, Devotioni Vestræ pro filio C. de L. primarias offerimus preces nostras, vos hortantes attente, vobisque nichilominus per regalia scripta mandantes, quatinus mox, presentibus intellectis, nondum ob juris nostri prædicti observantiam, verum etiam ob precum nostrarum instantiam, ipsum

investrum & Conventus vestri recipiatis Cruciferum & in fratrem, receptumque sinceris & caritativis operibus in Domino pertractetis, sibi que de communibus usibus juxta comprobata & antiquam vestri conventus consuetudinem tanquam uni ex vestris Confratribus providere curetis, dummodo vobis primitus non pro alio direxerimus scripta nostra, Jus nostrum & prædictam consuetudinem nobis taliter servaturi, quod jura, libertates & gratias a divis Imperatoribus seu Regibus Romanis, prædecessoribus nostris vobis & Conventui vestro attenue datas & concessas nos decet non minuere sed augere, presentium testimonio literarum. Datum Maguntie &c.

III.

Wilhelmo Præpos. Susan. facultas datur, nomine Cesaris faciendi preces primarias in Ecclesiis transrhenanis.

KAROLVS &c. Honorabili Wilhelmo, Præposito Susanensi, Consiliario & Capellano nostro dilecto ac devoto gratiam &c. De tuæ circumspectionis & legalitatis industria, quibus nos & sacrum Rom. imperium continuata fide prosequeris, obtinentes præsumptionis confidentiam singularem, & ob hoc volentes tibi gratiam facere specialem, per quam te reddis aliis gratiosum. Tibi ut pro quibuscunque personis per te tuo solo arbitrio nominandis, vel cum ydoneis nostras preces primarias nobis felicis nostræ creationis in Regem Rom. occasione competentes, quarum prætextu ex antiquissima consuetudine in constitutis intra imperii Rom. limites trans Rhenum ecclesiis collegiatis, canonibus secularibus in canonicatus & præbendas singulas, cum omnibus suis juribus & pertinentiis, dum vacaverint, nullis aliis debitos aut debitas, item in monasteriis marium & foeminarum singulis, in monachos & monachas & sorores & caritative in Domino tractandæ personæ singulæ per ipsos aut ipsas, per quos aut quas hoc in singulis ecclesiis & monasteriis pertinent, & debent, unica duntaxat vice habent & debent, absque contradictione aliqua recipi & admitti, publicare, fundere, exequi aut effectui mancipare valeas, hiis nostræ regalis excellentiæ literis committimus. Dantes nichilominus tibi super hoc & eo contingentiorem no-

LII III 3

stram

*) In alio hujus Imperatoris Dipl. dicitur: *ut possumus in qualibet ecclesiastica, religiosa vel seculari, cathedrali seu collegiata ecclesia aut personæ de beneficio ecclesiastico providere,*

stram primam generalem & liberam potestatem. Mandamus igitur universis harum partium trans *Renum* ecclesiis & a--- per hæc regia scripta nostra, quatenus hiis nostris precibus primariis dirigendis pro personis a te, ut dictum est, nominandis, devote obtemperent, eisdem humiliter obediant & intendant, si indignationem nostram voluerint evitare. Nolumus tamen omnino, quod auctoritate presentium in ecclesiis & monasteriis partium earundem, in quibus preces nostræ primariæ rite harum concessione litterarum sunt executioni demandatæ, apud ipsas hujusmodi ecclesias & monasteria aliquid attemptaretur. Cæterum ut suis temporibus hæc preces primariæ suum effectum facilius consequantur, Venerabilibus Archiepiscopis & Episcopis nostris dilectis, in quorum Diocesis sunt prædictæ ecclesiæ & monasteria constitutæ seu constituta, sub obsecro nostræ gratiæ regię, mandamus, quatenus si & in quantum super prædictarum precum primariarum executione pro tui parte fuerint singulariter requisiti, exequantur ac defendant, eisdem iustitiam brachio ecclesiæ, sicque suum effectum debitum per omnia consequantur. Volumus etenim & decernimus, has preces primarias per te auctoritate presentium litterarum fungendas ita valere & habere roboris firmitatem, ac si super hiis singulis direxerimus litteras singulas speciales &c.

IV.

Primariæ preces Anne Augustæ ad Magistrum Ord. Johannis.

ANNA Dei gratia &c. Religioso ordinis scti Johannis hospitalis Ierosolimitani Præceptoris per *Almaniam* generali, devoto nostro dilecto gratiam regiam & omne bonum. Quia pridem recolendæ memoriæ *divæ Romanæ Imperatricis & reginæ* circa assumptæ regię dignitatis primordia, tam ex jure quam approbata consuetudine & laudabiliter diutius observata, ad quævis religiosa & dedicata loca preces suas primarias pro una persona, ut ad habitum religionis admitteretur, dirigere consueverunt. Nos ipsarum vestigia juris ordine & ritu observari consueto imitari volentes, ut earum utamur juribus, consuetudinibus & privilegiis, quibus disponente Dei gratia paribus incessibus coequamur, Devotioni tuæ primarias nostras preces hujusmodi pro dilecto nobis Clerico nato N. fidelis nostri dilecti, accurate dirigimus, eandem Devotionem tuam affectuoso studio requirentes, quatenus tu non solum consideratione talium precum vel juris, nobis circa consecutionem talium competentis, verum etiam ob nostræ Majestatis reverentiam singularem, dictum, sicut alias te rogasse meminimus spiraculo vivæ vocis, in aliqua ex domibus *Alman.* tuæ ditioni & præceptorio subjectis, recipi, constituas ei in confratrem sibi facientes de præbenda juxta ordinis tui ritum & observantiam provideri, jus nostrum & con-

suetudinem conservaturus totaliter, & sic nostris precibus obtemperans, sicut te in quibuscunque tuis juribus, gratiis & libertatibus, tibi & ordini concessis, ibidem diligenter a regia Celsitudine gratiosius confoveri. Datum &c.

V.

Carolus IV. Barnymum Ducem Pomeran. Ducem tu Stetinensi & aliis terris investit, Principemque Imperii facit.

CAROLVS Dei gratia Romanorum Imperator semper augustus & *Bohemie* Rex ad perpetuam rei memoriam &c. Etsi regię majestatis circumspecta benignitas universos fideles suos, quos Romanum ambit imperium, ex innata clementia pio favore prosequitur, ad illos tamen uberioris gratiæ incrementa quadam speciali prærogativa præcedit, qui circa Romani Imperii honores & commoda cura pervigili, obsequiorum continuatione sollicita fidei quoque & legalitatis industria constantibus animis fidelissime claruerunt. Sane cum illustris *BARNYM, Stetinensium, Pomeranorum, Sclavorum & Cassuborum* Dux, Princeps & affinis noster karissimus ad instar claræ memoriæ illustrium progenitorum ipsius nos & sacrum imperium Romanum dignis fuerit honoribus veneratus, & ad nostra & prædicti imperii obsequia cotidiana laboribus frequenter aspiraret, Nobisque velut Romanorum Regi & vero Domino suo manifeste præstitit obedientiæ, fidelitatis, omagii & subjectionis debitum juramentum. Nos igitur puræ fidei, constantis ac præclaræ devocionis insignia, fructuosa quoque obsequia, quibus oculis nostræ majestatis prompta sedulitas complacuit, & se poterit continuato fidelitatis studio reddere continuo gratiorem, claræ nostræ mentis intuitu limpidius intuentes, sibi & veris hæredibus suis *Ducatum Stetinensem* necnon alios Ducatus & Principatus, terras, & dominia, feuda & omnia consimilia, quæ ab imperio tenet & tenuit, cum omnibus civitatibus, castris, munitioibus, oppidis, villis, vasellis, vasellagiis, silvis, nemoribus, rubetis, aquis & aquarum decursibus, montibus, vallibus, planis, theoloniis, muttis, nec non & omnibus juribus, libertatibus, gratiis, immunitatibus, honoribus ac cæteris pertinentiis suis, in quibuscunque rebus consistant, & quibuscunque specialibus vocabulis exprimantur, quæ ad supradictos ducatus & Principatus pertinent, vel ab antiquo pertinuisse dinoscuntur, auctoritate regię nobis ex sacro imperio Romano competenti contulimus & conferimus in presentem, ipsumque *Barnym* Ducem suo & hæredum suorum nomine *seceptro nostro regali investivimus* & investimus de omnibus supradictis, adhibitis sollempnitatibus debitis & consuetis, ipsumque hæredes & successores ipsius cum Ducatibus, Principatibus, terris, dominiis & omnibus ac singulis bonis in nostram & sacri Rom. imperii protectionem & defensionem duximus assumendum.

mendum. Promittentes & spondentes pro nobis & successoribus nostris Imperatoribus & Regibus Romanis, ipsos a cujuslibet injuriatoris seu offensoris violentia tueri, & in ipsorum juribus conservare. Nec non eundem *Barnym* Ducem, hæredes & successores ipsius, sacri imperii Principes & Vascellos cum prædictis Ducatibus & Principatibus, terris & dominiis universis sacro Rom. imperio, *de cujus etiam corpore antiquitus existerunt, reincorporamus, adjungimus, & de regiae potestatis plenitudine, ex innata nobis clementia reuimus, decernentes, quod* A supradictus Dux, hæredes & successores ipsius Duces *Stetinenses, Pomeranorum, sicut præfertur, ad nos & ad sacrum Rom. imperium & ad successores nostros in Rom. regno vel imperio - - - pertineant, & a nobis & eisdem successoribus vel ipso imperio Rom. eisdem successoribus Imperatoribus seu Regibus Rom. Ducatus, Principatus, terras, dominia & cætera supradicta in feudum accipient, Nobisque & eisdem successoribus & eidem imperio Rom. præstabunt fidelitatis, obedientiæ, homagii & subjectionis debita juramenta. Ipsos nichilominus hæredes & successores eorum Duces nostris & imperii obsequiis reservantes, ut ipsis & reip. commodis procurandis & dispendiis removendis, assistere debeant omni potentia, qua poterunt & virtute. Nulli ergo hominum penitus liceant hanc nostræ collationis, tuitionis, reincorporationis, adunctionis seu unionis paginam infringere, aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem contrarium præsumperit attemptare, post indignationem nostram, *penam mille librarum puri auri* se incurrisse cognoscat, quarum medietatem fisco nostro regali, residuam vero partem injuriam passorum usibus decernimus applicari &c.*

VI.

Investitura Ducum Pomez. de Ducatu Stetin. Principatu Rugian. & Sundis.

CAROLUS Dei gratia &c. Notum facimus universis, quod consideratis multiplicibus fructuosis obsequiis, quibus illustres *Stetinenses Pomeranorum &c. Principes & affines nostri karissimi, nos & sacrum Rom. imperium digna veneratione sunt laudabiliter profecuti, & se in futurum poterunt adaucto fidelitatis studio reddere gratiores. D* Eisdem Principibus nostris & hæredibus eorum *Ducatum Stetinensem, Principatum Ruganorum, Sundis & itas pertinentias, quæ ad magistratum venerationis imperii pertinere noscuntur, nec non cæteros Ducatus & Principatus, terras & dominia, feuda & omnia & singula, quæ ab Imperio tenent & atenus tenuerunt, cum omnibus civitatibus, castris - - - auctoritate regia nobis ex sacro Rom. Imperio competenti contulimus & conferimus, ipsos quoque Duces suo & suorum hæredum nomine *septro nostro regali investivimus de prædictis & præsentibus**

investimus, adhibitis solemnibus debitis & consuetis, conditione tali, quod ipse nec non hæredes & successores ipsius & totum dominium supradictum Ducatus a nobis & successoribus nostris Rom. Imperatoribus seu Regibus in feudum recipere tenebuntur, atque præstare obedientiæ, homagii & fidelitatis debita juramenta. Nulli ergo penitus &c.

VII.

Carolus IV. agros pagi Wirbitz facit censuales.

CAROLUS &c. universis &c. quod inspectis multiplicibus & operosis obsequiis H. & N. civium nostrorum Wratislaviens. quibus ipsi nobis nec non claræ memoriæ Illustri JOHANNI quondam *Bobemiæ Regi, genitori nostro karissimo, exacta diligentia studiosissime placuerunt, & studebunt adaucto indefesso probitatis merito in futurum habundantius complacere. Prædictis H. & N. fratribus, fidelibus nostris dilectis, nec non honorabili Claræ uxori legitimæ N. prædicti, de regiae potestatis plenitudine, plenam potestatem concedimus & omnimodam facultatem, allodium ipsorum Wirbitz nuncupatum, Wratisl. districtus, quod xxx. mansos continere dino-* scitur, nec non x. mansos adhuc de agris circumvicinis & adjacentibus suo pretio comparandos, qui in unam summam reducti constituunt xl. mansos, ad agros censuales seu rusticaria prædia jure *ibentónico sive emphyteutico locandi agricolis & censitis pro censu perpetuo & annua pensione, quibus & quando ipsis melius videbitur expedire; Data & concessa prædictis fratribus & Claræ prædictæ ac ipsorum hæredibus libera potestate, in bonis hujusmodi sic locandis & exponendis, postquam exposita fuerint seu locata, scultetum, tabernam, pistrinam, fabricam, sutrinam & alia quævis officia mechanica instaurandi pro utilitate horum & commodo meliori. Sed nichilominus de nostræ Serenitatis gratia speciali damus & concedimus eisdem fratribus & Claræ prædictæ & successoribus in perpetuum dictam villam cum censibus, collectis, exactionibus, pecuniabus, & annonabus, pecuniis, monetabus, vecturis, araturis, steuris & angariis, supremo & inferiori iudicio, sic quod non liceat alicui iudicum provincialium, causas civiles ibidem seu criminales quaslibet judicare cum sculteti servitio & officiis memoratis cum omnibus juribus & dominiis, nullo penitus excepto, liberam ab omni servitio & potissime dexteriali, & alio quovis genere serviendi. Damus insuper prædictis eadem bona vendendi, commutandi, donandi, legandi & tamquam de re propria faciendi plenam potestatem. Licet etiam supradictis & hæredibus ipsorum sex mansos de numero xxx. mansorum pro allodio ad conservationem curiæ suæ ibidem, si placuerit, reservare, sic tamen, quod alios sex emant & ordinent locandos & exponendos modo prædicto ad complementum viri supradicti. In cujus &c. præsentibus literas fieri & nostræ majestatis sigillo jussimus communiri &c.*

VIII.

VIII.

De collatione Burggraviatus Novi Fori in Silesia.

*Ferdum
Castrense.*

KAROLUS &c. Notum facimus universis & singulis, quod inspectis multiplicibus & studiosis obsequiis P. & H. fratrum fidelium nostrorum, quibus iidem nobis nec non claræ memoriæ Illustri *Johanni Bobemiæ* Regi, genitori nostro karissimo attenus prompta sedulitate ac devoto studio placuerunt, & poterunt in futurum adaucto fidelitatis amore abundantius complacere, Ipsi in solidum ad vitæ ipsorum duntaxat tempora *nobile feudum castrense in Novo Foro*, quod vulgo *Burglen* dicitur, cum omnibus redditibus, censibus & proventibus, nominatim foro salis, & iudicio provinciali ibidem in districtu *Novoforensi* ac omnibus & singulis iuribus, consuetudinibus, gratiis, obventionibus, utilitatibus & pertinentiis suis, quibus *Borchgravius Novoforensis* ab antiquo freti sunt, in præsentem fruuntur, quæ primum per mortem fidelium nostrorum A. B. *Borchgravius* ibidem, si hæc ambo in solidum possident, vel ipsorum ad vitæ suæ tempora spectare dinoscitur, aut per cessionem seu quovis alio legitimo titulo vacare contingeret, de speciali nostræ celsitudinis gratia damus, B conferimus & donamus. Mandamus etiam universis & singulis nostris, quorum interest aut interesse poterit quomodo libet in futurum, ne prædictos B. & H. fratres, fideles nostros, circa possessionem prædicti *feudi castrensis* seu *Borchgraviatus* reddituum, censuum, proventuum, fori salis, iudicii provincialis, iurium, consuetudinum, gratiarum, offensionum, utilitatum & pertinentiarum ipsius, dum ad eos conditione prædicta fuerint virtute præsentis nostræ gratiæ legitime devoluta, impedire præsumant, seu aliquatinus molestare, ymmo verius studeant eosdem sub obtentu nostræ C gratiæ favorabiliter promovere, sub pœna nostræ indignationis, quam qui secus attemptare præsumpsit, se cognoscant graviter incursum, præsentium sub nostræ maiestatis sigillo testibus litterarum &c.

IX.

Carolus IV. Wratislaviensibus promittit satisfactionem a Rege Polon.

KAROLUS &c. Super articulis vestræ legationis, de quibus relatione viri discreti H. sufficienter informata extitit regia celsitudo, scripatim duximus respondendum. Quia super oppressione, quam in secreto cognovimus, D sustinetis cottidie graviter a *Polonis*, & super adiutorio adversus illustrem H. Ducem Principem nostrum pro recuperatione rerum amissarum, vestris concivibus facienda, volumus quamprimo a termino colloquiorum de *Parthavia*, Deo permittente, redierimus, ac in persona propria ad vos veniendo vel alia interpositione salubri finem vobis imponere gratiosum, exactiones & thelonia conductuum & quorumlibet gravaminum, quæ rex *Poloniæ* in dispendium reipublicæ generaliter de novo instituit vel fieri permisit, tractatibus nostris interferre volumus juxta quod petistis, quan-

do cum eodem terminum habebimus placitorum. Mandantes nichilominus decem captivos, quos habetis, usque quo aliud vobis mandaverimus, sub diligenti custodia reservari. Non competit etiam nostræ Celsitudini, quod illustri *Bolconi* de præsentem scribamus, cum super debito vestrorum concivium, dum se locus obtulerit, consulere volumus remedio saniori. Venerabili etiam Episcopo & Canonicis *Wratizl.* devotis nostris dilectis, super quibusdam punctis juxta vestrum desiderium, scribimus literas speciales. Volumus etiam super bono & pacifico statu vestro sollicitudine favorosa & piis affectibus crebrius meditari.

De satisfactione Wratizl. disponenda.

CAROLUS &c. Conquesti sunt nobis jurati & universitas civium & fideles nostri dilecti, quod tu ipsos occasione cujusdam malefactoris, qui, dum viveret, N. dicebatur, quem ipsi, reatu suo postente, ac manifestis maleficiis, quæ patrarat dignum suppliciiis, suadente justitia, trucidarunt, nimis hostiliter sis attenus persecutus, ipsisque eadem de causa, cum tamen irrationabiliter movearis, cottidiana dispendia commineris, quodque ipsorum concives a te & a tuis ad suggestionem tuam & mandatum, corporibus læsi, captivati, truncati, & depecuniati fuerint, & in rebus suis intollerabilia dampna percelli, & quod inter cætera eandem civitatem *ad solutionem cujusdam spadanis* cogere violenter, aliaque quamplurima gravamina & molestias præsumpsit irrogare. Quapropter tuæ fidelitati præcipimus & mandamus, quatenus si te circa præmissa rerum fore congraveris, cum prædictis civibus nostris super illatis injuriis & dampnis & oppressionibus & afflictionibus quibuscumque acceptis, præsentibus ea conditione concordet, quod ipsi merito contentari valeant & nobis gratiarum referant debitas actiones. Alioquin -- ex jure debito, quod ad sublevandos defectus hujusmodi nostrorum fidelium prædictorum de oportuno remedio meditemur Dat. &c.

X.

Civitati Coloniensi datur facultas raptorum bona acquirendi.

KAROLUS &c. Et si ad singulos regno nostræ maiestatis subditos liberalitatis nostræ dexteram extendere præstudemus, illis tamen magnificentiæ nostræ manum merito liberalius aperimus, quos fideles nobis ab operum experimento sentimus, & ad procurandum pacis & tranquillitatis commoda fervidos cognoscimus & devotos. Dum enim tales pio favore prosequimur, alios semetipso dubio ad agendum similia parcius excitamus. Inspectis itaque fidelium nostrorum dilectorum civium *civitatis Coloniæ* non paucis fatigis, laboribus & expensis, quos & quas ad exterminationem & interitum malorum hominum, qui per furta, violentias, spolia & rapinas, bonos inquietare & ostendere non formidant, in defessa promptitudine juxta suæ possibilitatis valentiam non desinunt exercere, ipsis civibus & civitati nostræ *bona universa & singula malefactorum hominum*, per cives ipsos acquisita & in posterum acquirenda, quæ propter ipsorum malefactorum demerita *ad nos juxta regni nostri jura & consuetudinem consueverunt devolori*, damus, concedimus & tenore præsentium conferimus jure hæreditario ac perpetuo donamus, ipsi quoque civitati, ut exinde amplioribus proficiant incrementis, donatione inviolabili, perpetuo duratura, annectimus & uni-

& unius tenenda, habenda, utifruenda per civitatem eandem, civēs, incolas & accolās & pacificē possidenda, perpetuū silentiū imponentes dictōrum maleficōrum uxōribus & hereditibus & quibuslibet aliis cujuscunqve status vel conditionis exillant; super impetitione & actione, si quam qualitercunqve vel quocunqve super bonis hujusmodi devolutis facerent forsitan vel moverent quocunqve tempore successuro. Comittimus igitur universis & singulis fidelibus nostris dilectis Capitaneis, Camerariis, subcaineratis, Borchgraviis & quibuscunqve aliis nostris Officialibus, presentibus & futuris Baronibus, Nobilibus & Vladicionibus nostrae sub obtentu gratiae, ac mandamus, omnino volentes, quatinus praedictae donationis nostrae gratiae nil penitus in contrarium audeant attemptare, non obstantē, si quis fidelium dictorum maleficorum familiaris extiterit aut servitor. Nos enim attemptatum vel attemptandum hujusmodi ex nunc prout ex tunc irritum decernimus & inanē, harum nostrarum, quos nostro & illustris *Johannis Ducis Corinth. Comit. Cirl. & Graec.* nostri karissimi sigillis communiri fecimus, serie & testimonio literarum. Datum &c.

XI.

Commendatitia ad Papam:

SANCTISSIME PATER & DOMINE CLEMENTISSIME. AD SANCTITATIS VESTRAE praesentiam H. sincerē dilectum, quem ex relatione illustris R. Ducis Saxoniae, Principis & avunculi nostri karissimi accepimus --- commendatum, cui etiam mores, scientia & virtutum merita suffragantur, nec non L. patrum praedicti R. duximus transmittendum ac sollicitē & devoto studio commendandum, Eideri Sanctitati vestrae attentius supplicantes, quatenus supplicationes eorundem R. & L. quos super suis negotiis porrexerint, admittere dignemini gratiose, quoniam ipsorum promotio nobis extat cordi. Statum Sanctitatis vestrae conservet altissimus feliciter & longēve ad regimen ecclesiae sanctae suae.

XII.

Zittaviensibus forum salis conceditur.

KAROLVS &c. Notificamus universis &c. quod inspectis multiplicibus operosis obsequiis, quibus jurati Consules & Universitas civium civitatis *Sittaviae* regio nostro conspectui placuerunt, & se studeant indefessae probitatis virtute continue reddere gratiores. Ipsi & successoribus eorum in perpetuum *forum salis* ibidem cum omnibus juri- bus, utilitatibus, proventibus, obventionibus & pertinentiis suis de nostrae Majestatis gratia damus, conferimus & donamus conditione tali, quod de lucro exinde proveniente muros, fossata, vias & alia, quae faciunt ad firmitatem & fortitudinem civitatis, reparare debeant & non alias impendere percepta, nisi ad ea, quae sunt utilia civitati. In cujus &c.

Müncheniū Scriptor. Rec. Germa. Tom. III.

XIII.

Carolus IV. Albertum facit Rectorem perpetuum Academiae Prag.

KAROLVS &c. Honorabili Magistro *Alberto* arcium liberalium Professore, artis philosophicae Baccalario, familiari, physico & fideli domestico nostro dilecto gratiam &c. Inter ceteras sollicitudinum curas, quibus pro subditorum occupata salute hinc inde distrahimur, praecipuum nobis occurrit, quatenus ad hoc, quod studium generale in civitate nostra Pragensi de gratia Sclissimi in Christo Patris & Domini nostri gratiosi, Dni *Clementis*, digna Dei providentia sacro sanctae Rom. ac universalis ecclesiae summi Pontificis, ad nostrae supplicationis instantiam, stabilitum felicibus incrementis proficiat & sub nostro regimine nostraeque provisionis salubertia feliciter augeatur, quod utique tunc potissime fieri arbitramur, si ad hoc regiae Celsitudinis mansuetudo direxerit aciem iumentis, quae defectuosa suppleat, neglecta restauret & quaevis inordinata reformet, quod tunc aptissime & congruenter valeat efficere, cum inter alia, quae pro studii honore & commodo necessaria fore videntur, providerit de sufficientia Magistrorum, quorum illuminante doctrina coetus & numerositas discipulorum studentium, morum & scientiae venustate censetur proficere & incrementis felicibus adaugeri. Verum quia propter inconvenientem ordinem, habitum & contemptum adeo in regimen scoliarum pertinentium ad ecclesiam beatae Virg. penes latam curiam in majori civitate Pragensi, & propter multas negligentias hucusque commissas, ibidem dispositio & collatio scolae ipsius ad nos ista vice spectare videtur, ut quaeque neglecta & pridem sub quadam in composita vanitate pertransita, ex superioritatis dominio & commissi nobis cura regiminis in statum debitum reducamus. Sane de tuae circumspectionis industria, quam dudum temporibus clarae memoriz illustris *JOHANNIS*, quondam *Bohemiae* Regis, genitoris nostri karissimi, cujus familiaris, physicus & domesticus eras, multorumque fide dignorum relatu & facti experientis docente, commendatam accepimus, sincerius praesumentes, te ad vitae tuae tempora scolae ipsius rectorem & magistrum praeficimus & creamus, dantes & concedentes tibi scholas easdem cum omnibus juribus, honoribus, dignitatibus, emolumentis, utilitatibus & quaestionibus suis, quibuscunqve nominibus appellentur, de plenitudine regiae potestatis cum plena potestate in praedictis scholis tuis *medicinas, physican & artes qualeslibet alias legendi, docendi, & quoslibet alios magisterii exercendi* necnon faciendi & proficendi ea, quae pro statu felici & salubriori processu concepti studii fuerint oportuna. Mandamus igitur universis fidelibus nostris dilectis, ad quos praesentes pervenerint, nominatim Rectori seu Plebano ecclesiae beatae Virg. Mariae penes latam curiam

M m m m m

ult

am, nec non Plebanis ibidem, qui pro tempore fuerint, quatenus ad vitæ tuæ tempora penes nostræ gratiæ seu collationis indultum manuteneant, promoveant ac defendant, seque a tuis impedimentis cohibeant, neque sinant a quovis hominum molestari, sub pœna nostræ indignationis, quam qui secus attemptare præsumperint, se cognoscant graviter incurfuros, Datum &c.

XIV.

Exemptio pagi P. ab omnibus servitiis & oneribus.

KAROLVS &c. Notum facimus universis, &c. quod consideratis multiplicibus fructuosis obsequiis, quibus dilectus nobis P. fidelis noster Celsitudini nostræ præste diligentia ætenuis complacuisse dinoscitur & in futurum, aucto fidelitatis studio, studebit habundantius complacere; Sibi, hæredibus & successoribus suis dignum duximus gratiam facere specialem. Eapropter villam ipsius P. quæ ad jurisdictionem castri P. jure pertinet, ab omnibus oneribus, angustiis seu quibuscunque gravaminibus servitutum personalium seu realium, quibus prædicti castri Borggraviis & cæteris Officialibus quomodolibet tenetur, præsentibus eximentes, ac etiam de speciali nostræ celsitudinis gratia penitus absolventes decrevimus & edicto perpetuo duximus statuendum & indulgendum (quod) supradictus P. hæredes & successores ipsius de prædicta villa P. & omnibus pertinentiis ipsius nobis & successoribus nostris Regibus Bohemæ tempore generalis expeditionis more cæterorum nobilium regni nostri Bohemici cum una gleucina seu lancea per se vel ydoneum familiarem vel substitutum ipsius servire & nominatim Borggraviis & Viceborggraviis supradicti castri P. nec non cæteris officialibus & Vice officialibus regni nostri Bohem. quatenus eundem P. successores & hæredes ipsius fideles nostros in præmissa nostræ libertatis & exceptionis gratia non impediant neque permittant, per quempiam alium quomodolibet impediri, ymmonimus studeant ipsos favorabiliter promoveri, sub pœna indignationis regiæ, quam qui secus attemptare præsumperint, se cognoscant graviter incurfuros. Datum &c.

XV.

Privilegium pro excolendis montanis Kuppergang.

KAROLVS &c. Notum facimus universis, quod C. & D. fideles nostri dilecti, legalitatis industria præsumentes, sperantes quoque conditionem montanorum in Kuppergangk prope K. quæ jam longo tempore deserta fuerunt, ipsorumque diligentia & sanis consiliis, volente Domino, fieri meliorem, Eis nec non concultoribus ipsorum eadem montana cum stollone hæreditario & tota sui dimensione ac latitudine, a dextris & sinistris cum dependentibus & annexis, cum magisterio montanorum & potestate instituendi & destituendi officiales quoscunque, stubam balnearem, macella carniū, bancos pa-

nium erigendi & usufructum eorundem ac omnem utilitatem inde provenientem in usus suos utiles & beneplacitos applicandi, cum iudicio hæreditario, nec non omnibus iuribus, usufructibus, obventionibus & approbatis consuetudinibus montanorum & nominatim illis iuribus, quibus excultores montanorum, quæ alias deserta fuerunt, occasione restaurationis seu reparationis utifruui & gaudere ætenuis consueverunt, animo deliberato & de nostra libera voluntate danus, conferimus & donamus, dantes & conferentes ipsis plenam licentiam & omnimodam potestatem, dicta montana excolendi, libertandi, possidendi, utifruendi, & alia quævis incumbentiæ faciendi, prout eorum discretioni melius videbitur & utilius convenire, nostro tamen in omnibus jure salvo. Mandamus igitur universis Capitaneis, Cameraariis, Subcameraariis, Iudicibus, Justiciariis, Officialibus, Viceofficialibus, qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris delectis, ne prædictos C. & D. in præmissis impediant seu molestant, ymmonimus studeant favorabiliter promovere. Dat. &c.

XVI.

Karolus IV. Rudolpho Duci Sax. donat montem in Bohemia.

KAROLVS &c. Notum facimus universis &c. quod inspectis multiplicibus & studiosis obsequiis Illustris R. Ducis Saxonie, Principis & avunculi nostri karissimi, quibus idem nostræ Celsitudini, nec non claræ memoriæ Illustri Johanni quondam Bohem. Regi, genitori nostro karissimo attenda sollicitudine placuit & poterit habundantius complacere, Sibi & hæredibus suis montem N. situm in metis villarum A. B. C. in veram hæreditatem perpetuo dederimus cum plena potestate, montem ipsum cum toto suo ambitu in hæreditates, agros & prædia convertendi, prout sibi & hæredibus suis pro ipsorum usibus melius & congruentius videbitur expedire, sicque ipse mons cum omnibus suis obventionibus, utilitatibus & usufructibus, si quando ex villis ibidem construendis emolumenta contingerent reslire, ad domum habitationis ipsorum in minori civitate Pragensi, quæ sita est in pede pontis penes ecclesiam sanctæ Mariæ Virginis, debeat perpetuo pertinere occasione hujusmodi, quod ipse ac sui hæredes nobis patrimoniali regno nostro Bohemæ cohabitare & avidius delectentur. Eapropter ut ipsius montis incolæ futuri tanto securius ad culturam prædicti montis accedant, quo se viderint amplioribus gratiarum dotibus insigniri, decernimus & edicto perpetuo duximus statuendum, quod omnes incolæ, rustici & habitatores montis prædicti, qui se ad incolatum ipsius receperint, omnibus libertatibus, iuribus, gratiis & immunitatibus potiri debeant, de quibus ipse supradictus R. Dux & sui hæredes duxerint providere, & quod ad neminem penitus respectum habere debeant, nisi

Gleuc i. c. lancea.

capitulum

tantum ad ipsos & ad Dominum habitatio-
nis ipsorum, ut præfertur. *Madamus &c.*

XVII.

*Friderico Marchioni Brandeb. CIL. sexagena
grossorum assignantur.*

KAROLVS &c. Judici, Juratis & Vniuersi-
tati civium civitatis N. fideiibus nostris
dilectis gratiam &c. præcipimus & seriose
mandamus, quatenus statim acceptis præsen-
tibus versus Pragam veniendo iustrem *Fre-
dericum* Marchionem Brandenburgensem, sa-
cri Imperii archicamerarium, Principem &
avunculum nostrum karissimum de centum
quadraginta sexagenis grossorum Pragen-
sium contentum faciatis, quod pro eadem
pecunia nobis aminodo non loqratur. Alio-
quin *Ichlino Jacobi* civi Prageni in manda-
tum dedimus firmiter & expresse, quod ve-
stram veniens civitatem quatuor aut sex ex
vobis capiat & tamdiu teneat vinculis irre-
titos, donec prædictum nostrum mandatum
studueritis effectu debito mancipare Dat.
&c.

*De Caroli successu & consiliis contra Ludovicum
March. Brandenb.*

KAROLVS &c. Comuniter Civitatis P.
fidelibus nostris dilectis gratiam &c. Ut ve-
stræ fidelitatis integritas, quæ ad nostri sta-
tus honorem semper adspirat, nostris etiam
prosperitatibus hilarescat, ecce quod lega-
tionibus Illustris *Friderici* Marchionis Bran-
denborgensis, nec non venerabilis *Otonis*
Archiepiscopi Magdeb. Princiam nostro-
rum & Comitum de *Ansals* nostri fidelis, quo-
rum literis accepimus nuper in veritate com-
pertum, qualiter idem *Fridericus* Princeps
noster, obtentis pro tunc a tempore data li-
teræ, quæ fuit in Decollatione Scti Johan-
nis Baptistæ, XXV. civitatibus in ipso Mar-
chionatu potenter procederet, & non foret
dubium, quin alix civitates & nobiles illius
dominii ad suam obedientiam redirent bre-
vissime, ipsumque contingeret in tota Mar-
chia dominari. Audito etiam & literis ejus-
dem Principis intellectis, quod nostris se vo-
tis offeret nostræ majestatis imperio in omni-
bus & per omnia pariturus. Mox expedi-
tionem in regno nostro Bohem. proclamari
fecimus, ad prædictam Marchiam ab instanti
proxima feria 2. ad octo dies victorioso ex-
ercitu nostro feliciter proficere, nobilibus
etiam ac civitatibus regni *superioris & inferioris
Alsatie & Suenia*, & multis nostris fide-
libus mandavimus seriose, quod *Ludovicum*
natum quondam *Ludovici de Bavaris*, qui Im-
peratorem se gessit, terras & adjutores ipsius
potenter invadant, nec non *Hersti Alberto*
Austrie, Stirie & Carinthie Duci, Principi &
avunculo nostro dilecto, cum quo adeo vin-
culo amicitie sumus uniti concorditer, quod
ad quolibet negotia prosequenda vota no-
stra concurrunt. Etiam scribendo commi-
simus, quod adversus amulos rebelles no-
stros Comitatus, titulos instatorem exercitum
Meckenii Scriptor. Rec. Gestm. Tom. III.

contra eosdem fautores valitores atque ad-
jutores ipsorum hostiliter processurus; vo-
lentes superbiarum ejusdem *Ludovici*, auxili-
ante Deo, potenter elidere, & adeo ipsius
humiliare tumorem, quod per amplius nobis
ac ceteris fidelibus nocere vel insidiari non
poterit nec attenuatis potentia sua viribus
contra nostræ majestatis solium elevari. Af-
sumant ergo vires vestre fidelitatis constan-
tiam, ut qui pridem anxietatem & tribula-
tionem in tempore commendari de fidei in-
nata constantia meruistis, de nostræ prote-
ctione securi in ejusdem fidei stabilitate fir-
miter maneatis, eo quod gratum nostræ ma-
jestatis obsequium oculis --- fuit semper
obsequium, quo sit, ut si ad concordiam ac-
ceptandam a nostrorum consilio disponere-
tur, vestri utique status prospero dirigendi
in habendis libertatibus quibuscunque, sem-
per intendimus ex animo --- & vos in
agendis quibuslibet & quibuscunque neces-
sitatibus vestris dum oportunum fuerit, pro-
sequi graviose. Insuper fidelitatem vestram
affectuose requirimus & hortamur, quatenus
ad hoc, quod castra a nobili *Niccolao de Arso*,
fidei nostro dilecto, de cujus fide & circum-
spectionis industria multam præsumimus, ac-
ceptis presentibus, assignentur, vestram pro-
motivam velitis apponere voluntatem supra-
dicto *Niccolao*, & in huius & aliis, quæ vobis
nostro nomine retulerit, credituri. Dat. &c.

XVII.

*Littera Caroli ad Episcopum (ni fallor) Vratib.
lav. de induciis cum Burgravio Norib.
factis.*

KAROLVS &c. de promptitudine devo-
tionis tuæ, quod super nostris obsequiis
adhæristi, nos omnino de legatione tua, quam
a B. de C. fidei nostro dilecto ex parte tui
nuper accepimus, tibi gratiarum referimus
actiones. Cupientes te & Episcopatum tu-
um nec non tuos subditos in omnibus agen-
dis continuo prosequi graviose, & illis tuæ
fidei exhibere crebrius testimonii. Scias etiam,
quod inter nos & Burgravium Nurenber-
gensis treuga sunt usque ad octavas Nati-
vitatibus Sctæ Mariæ proxime nunc venturas,
quas etiam per te dicto spatio durante, pe-
timus observari. Etenim si in termino pla-
citorum, quem cum eodem medio tempore
habebimus, fuerimus complacitati, tibi &
omnibus Principibus & adiutoribus nostris,
& qui ad nos respectum habere videntur,
cavere volumus sufficienter ipsorum commo-
dum & honorem. Si vero contigerit nos
mutuo dissentire, ex tunc guerras hujusmo-
di juxta tuum consilium sic Instruere volu-
mus, quod prosperante Deo procedent fe-
liciter pro nostro & nostrorum desiderio &
salute communis ecclesie. Et fideles no-
stros dilectos B. de C. & A. de G. penes no-
stram Celsitudinem remunerare, & nobiscum
diutius ad eundem terminum placitorum, ut
deinde redeuntes te possint de negotiis no-
stris clarius edocere. Datum &c.

Mmm mmm m

22

KAROLVS &c. Nobili W. de L. Domino de B. & I. ejus filio consanguineis & fidelibus nostris dilectis gratiam regiam cum salute. Ad hæc inter cetera supernæ dispositionis provisio, ut pie tenemus, nostræ Serenitatis personam quancquam immeritam, in Romanæ regis dignitatis eminenti folio magnifice collocavit, ut justitiæ throno præsidentes quibuslibet passis injuriam, sine personarum acceptione, copiam justitiæ ministremus, & regio subiectis culmini pacem & tranquillitatem, sub quibus pacis auctorem quiete valeant revereri, scandalorum & discordiarum ab ipsis æmulis & eradicata pro viribus penitus jura salubriter procuremus. Sane in nostræ celsitudinis ex parte venerabilis S. Capellani Ecclesiæ *Camen*. nostri & sacri Imperii devoti dilecti audientiam est deductum, quod licet totalis administratio & regimen bonorum temporalium totius Episcopatus *Camenensis* Ecclesiæ prædictæ, ipsa Pastore seu Præsule carente, seu ipsius sede vacante, & etiam toto tempore, quo ejusdem ecclesiæ Episcopus, qui fuerit pro tempore, regalia bona ac jura feudalia jam dictæ ecclesiæ a nobis & sacro Romano regno dependentia, a Romanis Imperatoribus seu Regibus, qui fuerint pro tempore, non receperit & recognoverit, ac Imperatori seu Regi Romano homagium ac debitæ fidelitatis juramentum non præstiterit, ut tenetur, & de receptione ac recognitione & præstatione hujusmodi Capitulo dictæ ecclesiæ non fecerit plenam fidem, ad dictum Capitulum ex statuto, privilegio seu consuetudine plene & libere pertinuisse & spectare noscatur, faciat quoque dictum Capitulum sua hujusmodi administratione durante, ratione dicti statuti, privilegii seu consuetudinis universos & singulos ex dicta ecclesia seu episcopatu *Camen*. provenientes redditus & proventus & ceteros fructus suos, fuerit etiam dictum Capitulum, ut asseritur, a tempore & pro tempore, cujus principium hominum memoria non existat, in possessione vel quasi dicti juris administrandi temporalia totius Episcopatus *Camen*. prædicti toto tempore, quo Episcopus *Camen*. fuerit in mora vel defectu recipiendi prædicta regalia & feuda a Romano Rege seu Imperatore, ut superius est prædictum, ejusdem autem ecclesiæ Episcopus, qui fuit atenus & adhuc est, licet regalia & feuda hujusmodi a nostræ Serenitatis culmine nec receperit nec recognoverit, nec homagium nobis nec debitæ fidelitatis juramentum præstiterit, nec etiam dicto Capitulo de receptione, recognitione & præstatione prædictorum fidem fecerit, sicut nec potuit, sed se de dicta administratione de facto immiscuit & immiscet contra prædicta statutum, privilegia & consuetudinem temere veniendo in gravem ecclesiæ & Capituli læsionem, periculum & jacturam de fructibus, redditibus, proventus & juribus ejusdem ecclesiæ, pro suæ voluntatis beneplacito, dispo-

nendo & per hoc destituendo dictum Capitulum a sua possessione iuris administrandi prædicta & quæ nostra Serenitas de hujusmodi statuto, privilegio ac consuetudine & jure Capituli prædicti, nec non de possessione & destitutione prædictorum minime informata - - - nobis per alias ejusdem serenitatis certi tenoris literas jure quo commiserit, ut vos de temporalium dictæ ecclesiæ *Camen*. administratione prædicta cum omnibus suis pertinentiis, quousque idem Episcopus dicta regalia a nostro culmine susciperet & ea humiliter recognosceret, ut deberet, & insuper tanto tempore, quanto eundem Episcopum inveneritis in mora, eadem regalia suscipiendi fuisse & esse, vice & auctoritate nostra intromittentes & vobis eandem administrationem libere assumentes fructus & redditus omnes & singulos de prædicta administratione seu ex bonis temporalibus dictæ ecclesiæ, ad Episcopum alias spectare debentibus, medio tempore provenientes, & quæ a tempore, quo dictus Episcopus in mora & defectu, ut prætangitur, fuerit, provenerunt & provenerint in futurum, nostro fisco seu venerabili B. Archiepiscopo *Trever*. patruo & Principi nostro karissimo, nostro & regio nomine curaretis applicare; per quam quidem commissionem regiam ipsum Capitulum in jure suo non modicum reputabat gravari, supplicans nostræ clementiæ humiliter & devote, ut indemnitatem ejusdem Capituli in hac parte pie prospicere ipsique super hiis fieri justitiam mandaremus. Cum autem regiam majestatem deceat, prout ex innata clementia nobis in votis semper pie gessimus & gerimus, cuique ecclesiæ, Capitulo & Collegio sua jura redintegrare & redintegrata conservare illæsa; fidelitati vestræ per hæc scripta regalia duximus committendum, quatenus si est ita, memoratum Capitalum ad jus suum circa prædictam administrationem, nec non quicquid recepisset ex ea in nostram & nostri fisci utilitatem nondum conversum existat, plene & libere restituentes, ipsum de dicto jure suo auctoritate regia circa hujusmodi administrationem gaudere pacifice faciatis, non obstantibus regiis & commissione prædictis, quas in quantum juri memorati Capituli obviant, colimus in hiis scriptis. &c.

XXIII.

Bulla Clementis ad Carolum de pace cum Ludovico Bav. filio sine consensu Papæ non in eundem

CLEMENS Episcopus, servus servorum Dei karissimo in Christo filio KAROLO Rom. Imperatori semper Augusto & Bohem. Regi illustri salutem & apostolicam benedictionem. Dilectum filium Johannem de Bohemia Ordinis Prædicatorum, nuntium tuum ad nostram præsentiam destinatum, & præsentatam nobis per eum literas excellentiæ tuæ, per quas super hiis, quæ vertuntur, (ut tuis verbis utamur) inter te & filios dampnatæ memoria

maria Ludewici de Bawaria, nec non super statu *Almanie*, predicti nuntii adhiberi fidem relictibus petiisti, contemplatione tua benigne recepimus, & quod ipse nobis super his pro parte tua prudenter exposuit & in scriptis etiam adhiberi curavit, in examen debite curationis adductus, quod nihil speciale sed generalia tantum & succincte proposuit, & redire ad te infra constitutum tibi a te, ut asseruit, brevem nimis & arctum terminum festinabit. Nos quod nonnulli ex fratribus nostris propter pestem, quæ, ut adtuam credimus pervenisse notitiam, patriam hanc incuncta & incredibile clade vastavit, a curia secesserunt, nec adhuc redierunt ad illam, & quidam ex eis, qui adhuc in curia prefata remanserant, infirmitate gravantur, elicere vel deliberare nequimus, quid tibi super huiusmodi ejusdem nuntii tui ambascrata respondere possimus. Et ideo ut tibi certitudinaliter respondeamus ad illa, significa nobis specificè & extensè, quæ & qualia sunt, quæ inter te & predictos ipsius LVDEWICI filios tractata sunt & tractantur, & quæ & qualis nobis & ecclesie Rom. pro tot injuriis, obprobriis & contumeliis, per eosdem patrem & filios Deo & eidem ecclesie integritatis, ut nosti, pro satisfactione condigna offeratur, ut nobis & eidem reconcilientur ecclesie ac pacem tuam etiam mereantur. In quibus puritas tua, proat decet & expedit, mature procedat, ita quod eidem honorificentia debita deferatur ecclesie & fama tua celebris conservetur; & consulte prospicias, utrum cum hostibus & persecutoribus ipsius ecclesie, matris tue, cum & tu persequi tenearis eandem, eis in persecutionis & inimicitie ----- pertinacis persistentibus, excellentiam tuam deceat concordiam habere vel pacem. Quocirca serenitatem tuam attente rogamus, tibi tui honoris intuitu nichilominus succedentes, quatenus donec idem *Johannes* vel alius nuntius tuus, quem ad nos mittere poteris, ad te cum piena & certa super his responsione nostræ redierit, cum eisdem prefati LVDEWICI filiis de pace vel concordia cum ipsis habenda tractatum aliquem non consummes. &c.

XXIV.

Civi plebejo facultas datur, bene feudalia possidendi.

KAROLVS &c. Notum facimus univ. quod attendentes multiplicia merita probitatis & legalitatis industriam dilecti A. de B. civis C. fidelis nostri karissimi, quibus eundem multorum laudabili testimonio accepimus multipliciter commendatum; grata similiter & utilia suæ fidelitatis obsequia, quibus nobis & claræ memorie illustris JOHANNI quondam Bohem. Regi, genitori nostro karis. prompta sedulitate & attento studio dudum complacuit & placere poterit presentius in futurum, in nostræ mentis acie gratiosius revolventes, sibi nec non universis & singulis pueris, filiis ac heredibus suis

in perpetuum, presentibus & quos favente Domino habuerit in futurum, presentibus indulgemus, quod liceat eis heredibus, pro heredibus & successoribus ipsorum, perpetuis temporibus successuris, universas villas, agros, prædia, possessiones & bona feudalia seu cujuscunque aliorum tituli militaris, quæ pro nunc affectu sunt, aut quæ in futurum, aridente fortuna, poterant adipisci, habere, tenere ac legitime sine quavis contradictione vel offensa, quiete & pacifice possidere cum omnibus honoribus, juribus, consuetudinibus, gratiis, libertatibus, & emunitatibus quibuscunque, ac si prefatus pater sui & beatorum sui prædecessores factus de militari stipite ac sanguine processerit. Non obstantibus legibus, constitutionibus, consuetudinibus vel statutis publicis aut privatis, militaribus, municipalibus aut urbanis, scriptis vel non scriptis, quibus omnibus, in quantum presentis nostræ Majestatis indulto, in toto vel in aliqua sui parte contrariare videntur, de certa nostra scientia & ex plenitudine regis potestatis, nobis ex sacro Rom. Imperio competentis, presentibus derogamus. Suppletos nichilominus auctoritate regia & de regis potestatis plenitudine, omnem defectum, qui in præmissis seu præmissorum aliquo poterit & valebit quomodolibet reperiri. Mandantes universis Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, civibus accretis fidelibus nostris presentibus & futuris firmiter, regalis nostræ gratiæ sub obtentu, ne supradictos A. pueros suos filios, heredes & proheredes ipsius aut ipsorum, adversus presentis nostræ gratiæ seu largitionis indultum impediant, seu impediri permittant; ymmonimus studeant favorabiliter promoveri, sub poena nostræ indignationis, quam qui secus attemptare præsumperint, se cognoscant graviter incurisse, &c.

XXV.

Presentatione Presbyteri ad Capellam S. Mariae in Hildes.

KAROLVS &c. Venerabili B. Hildensemensi Episcopo, Principi & devoto nostro dilecto gratiam &c. Ad Capellam S. Mariae in Hildes. caput presentatio, jus patronatus & eius gratias dispositis ad nos veluti Bohem. Regem ex sacro imperio existit pertinere; ad presentem jure vacantem, devotione tute dilectum nobis B. de C. Presbyterum, virum utique approbatum, morum & laudabilis conversationis approbatione sincerum, regia dilectudo presentem dicit. Desiderantes attente, quatenus eundem de predicta Capella virtute & gratia nostræ presentationis, observato juris ordine, legatione tibi facta, cum de jure nobis vacare noscitur, investias, facias & præcipiens eidem de juribus, redditibus & proventus ejusd. Capelle ab illis, quorum interest vel intererit, integraliter respondeat. &c.

XXVI.

XXVI.

Corbejensē Monasterio jus datur, Scabinos Juris Westphal. (Frje-Grafen) constituendi.

KAROLVS &c. Venerabili Theodorico Abbati *) Corbiēn. Principi & devoto nostro dilecto gratiatu &c. Quia sicut certa relatione didicimus, Monasterium Corbiēnse ex suggestione malivola turpium personarum, qui timore Dei postposito, ipsi monasterio non timuerunt multipliciter derogare; in temporalibus adeo collapsum conspicitur, quod vix aut nullo modo restaurari & in pristinae suae felicitatis statum restitui valeat absque majestatis regiae gratia & praesidio speciali. Nos igitur attendentes sinceram devotionis affectum, quem illustris JOHANNES, quondam Bohem. Rex, genitor noster carissimus, ad te tanquam specialem devotum ipsius gessisse dinoscitur, qui etiam ad ascensionem dignitatis Abbatiae & Principatus, qui tibi commissus est, exacta diligentia & sinceram dilectionis studio te promovit; & beati Bernhardi Patroni nostri & tui, ad cujus obsequia natalis soli dulcedo & patriae Bohemicalis dilectio sinceriter nos invitat, ut praedictum monasterium ab hujusmodi incommodis & jaeturis commode resurgere valeat, & a talibus oppressionibus respirare gaudeat sub regimine Principis gratiosi, tui & ipsius monasterii felici statu dignum duximus de regiae Celsitudinis magnificentia gratiosius providendum. Dantes & conferentes tibi & successoribus tuis in perpetuum, Abbatibusque & Principibus Monasterii praedicti auctoritate regia nobis ex sacro Rom. imperio competenti; plenam licentiam & omnimodam potestatem, Comites liberos qui *Vrje Grauen* vulgari eloquio nominantur, qui ad determinandas malorum pravitates nominatim & expresse coram monasterio Corbyen, ac in villis A. B. prope opidum H. ac in omnibus castris, opidis, villis, districtibus & pertinentiis ad praedictum Monasterium Corbiēn, vel ipsius jurisdictionem spectantibus, in quorum possessione vel quasi pacifica dictum monasterium esse & aeternus fuisse dinoscitur, & ad quae aliquem juris habere respectum censetur, ad vestrum mandatum & beneplacitum *sedes suas liberat*, quae vulgo *vrye diel* nominari sunt solita, ac eadem exercere valeant juxta vestrae discretionis arbitrium instituendi, & institutos, quotiens vobis opportunum visum fuerit; & pro bono & incolumi statu ipsius monasterii expediens fore videbitur, revocandi, aliosque substituendi pro vestra beneplacito voluntatis. Decernentes ac edicto perpetuo statuentes, quod tu & successores tui Abbates Monasterii Corbiēn. praedicti, sacri Imperii Principes & devoti, ad instar Venerabilium A. & B. ecclesiarum Antistitum, Principum nostrorum *schabini judiciorum Westualen. provinciae* amplius fore debeatis, & ad hujusmo-

di *schabinatus* officia exercenda fideliter corporalia juramenta praestare, nec non universa & singula *secreta & occulta ejusdem judicii scire possitis*, & omnibus juribus, consuetudinibus, gratiis, libertatibus potiri & gaudere; quibus praedicti Episcopi & praedecessores ipsorum ac caeteri *schabini Westualiensis provinciae* aeternus freti sunt & hodie potiuntur. Mandamus igitur universis *liberis Comitibus*, qui vulgo *Vry greuen* dicuntur, & *schabinis Westualiensis provinciae* praesentibus & futuris, quatenus te & universos successores tuos Abbates Corbiēn. circa statuendos *Comites liberet* ipsosque Comites in locacione sua & prosecutione judiciorum hujusmodi ubique in proprietatibus non impediant, vosque & quemlibet vestrum, qui pro tempore fuerint, ad *officia schabinatus Westualiensis provinciae* ad praestandum juramenta solita, ad *communionem secretorum judicii* & ad alios actus *schabinatus* exercendos, juxta praesentis largitionis nostrae indultum admittant, conditione seu difficultate qualibet non obstante, sub poena proscriptionis & banni regalis, quam qui secus attemptate praesumpserit, se cognoscat graviter incursum. Nobilibus A. B. C. fidelibus nostris testibus ad praenissa &c.

XXVII.

Carolus IV. H. sumit Capellanum.

KAROLVS &c. Honorabili H. Capellano familiari & domestico nostro dilecto gratiam &c. De tuae circumspectionis & legalitatis industria & constantis fidei bonitate; quibus pridem erga nostram Celsitudinem operosa diligentia & indefessis obsequiorum studiis claruisti, & gratum te reddis continuo; nec dubium, quin velis & valeas in posterum, ad aucto fidelitatis merito, te reddere gratiorem; obtinentes spei fiduciam & confidentiam singularis, te in nostrum *comensalem, Capellanum, Clericum & familiarem domesticum* nostrum praesentibus non merito duximus assumendum. Decernentes quod tu nominatim & expresse illo privilegio gratiae specialis, Capellani & Clerici nostrae regalis curiae de gratia apostolicae sedis indultae, videlicet, quod *Clerici nostrae curiae absentes redditus beneficiorum suorum cum cura vel sine cura* in quibuscunque provinciis seu diocesis, ad plenum sine quavis diminutione percipiant, ac si personaliter residerent; nec non omnibus & singulis privilegiis, gratiis, libertatibus & emunitatibus; quibus Capellani & Clerici nostrae curiae attentus freti sunt & continuo potiuntur, perfruaris & gaudeas integraliter & ex toto. Mandantes & praecipientes firmiter & discrete universis officialibus curiae nostrae, qui pro tempore fuerint, quatenus te cum quatuor equis & familiaribus tuis, omnibus juribus, honoribus & quibuscunque veris conditionibus, Capellani & familiaribus nostris Clericis pra-

*) Ita lego nomen, ter & amplius in Codice per malam scripturam depravatum.

pue exhiberi contvetis, benignè pertractant, & favorabiliter prosequuntur, sub pœna &c.

XXVIII.

Carolus, IV. nunciat Duci Moraviae regni sui successus & decretam adversus rebelles expeditionem.

Frater karissime. Dum ex jocunda prosperitate nostrorum successuum cordi tuo non ambigimus interne alacritatem præparari maximam, felices nostros eventus, quoties, auxiliante Deo proveniunt, tibi non immerito scribere delectamur. Noscat igitur tua fraternalis sinceritas, quod cum pridem Civitas Colloniensis; sicut ad te famam processisse confidimus, nos veluti Romanum Regem & verum Dominum suum cum ingenti gaudio & decore, processione occursum sollemniter suscepisset, cumque Illustres JOHANNES *Limburge, Brabantia & Lothoringie Dux,* WILHELMVS Marchio *Juliacensis,* Principes & consanguinei nostri karissimi JOHANNES dictus de *Valkinbergh* aliique quamplurimi Comites, Barones partium vicinarum, nostri & sacri Imperii fideles Principatus, Comitatus, terras, dominia & feuda sua honore, quo decuit, a nostra majestate recipissent, similiter nobis præstitissent homagii, obedientiæ & fidelitatis, debita corporalia juramenta, quibusdam negotiis in Comitatu nostro *Luczinbergh,* ubi aliquantulum motam traximus, debite expectantes, statim versus *civitatem Spirensis* gressus nostros direximus, ubi convocatis ad nostram Celsitudinis præsentiam Principibus, Electoribus & aliis Principibus tam ecclesiasticis quam mundanis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus & civitatibus liberis & Imperii, communicato cum eisdem consilio, votis omnium illorum concurrentibus, adversus nostros & sacri Romani imperii æmulos & rebelles fortem exercitum instaurare proponimus in festo beatorum Philippi & Jacobi Apostolorum inter *Wormatiam & Spiram* in loco, qui *postiml.* dicitur, prope *Frankendal,* in campis fore volumus propria in persona finaliter constituti, adversus prædictos rebelles cum v. glorioso exercitu feliciter processuri, ut quos amor justitiæ & propriæ virtutis industria ad nostram & sacri Rom. Imperii obedientiam animare non valent, ad parendum justitiæ ad Romani Principis magnificentiam profitemdam regiæ saltem coarceat severitas disciplinæ. Datum *Wienne* &c.

XXIX.

J. de H. constituitur gubernator Budissinensis.

KAROLVS &c. Nobili I. de H. Justitiario B. fideli nostro dilecto gratiam &c. Quia nos de tuæ circumspeditionis industria & inmotæ fidei constantia, quibus nostræ Celsitudini frequenter adhæstisti sollicitus, habentes præsumptionem fidei singularis, te Propriarium sive justitiarium prædictæ B. provincie nec non tutorem & gubernatorem honorum & curiarum claustralium ibidem & Menckenii Scriptor. Rec. Ger. Tom. III.

specialiter opidi *Budissin* cum villis ad idem opidum spectantibus, ad nostræ voluntatis beneplacitum, deliberato consilio providimus statuendum. Idcirco fidelitati tuæ committimus & seriose præcipiendo mandamus, quatenus supradictæ Judicialitatis, protectionis & tuitionis officia, sicut de te regia Celsitudo præsumit, cum debita sollicitudine prosequaris, nec ab ipsorum prosecutione desistas, donec a nobis aliud receperis in commisso. Datum &c.

XXX.

Johannes Comes Cliv. per legatos Cesaris investitur.

KAROLVS &c. Spectabili JOHANNI Comiti *Clevenfi* fideli nostro dilecto gratiam &c. Fidelis dilecte, quia tuæ consuetæ fidei & indefessæ probitatis constantiam, quibus erga sacrosanctum Rom. Imperium claruisti, virtuoso tuæ nobilitatis animo reminiscentes, quod in ejusdem imperii honorem & gloriam nuntios tuos & procuratores legitimos ad nostræ Majestatis præsentiam destinasti, qui tibi feuda Comitatus tui & alia, quæ ab Imperio dependent, transmitti & destinare petiverunt, tuæque privilegia, emunitates, libertates & gratias, quibus tui genitores pridem freti sunt, & tu frueris, confirmari & regalibus literis conservari, approbari, nobis veluti Rom. Regi & vero Domino tuo homagium & fidelitatis juramentum præstare & alia quævis facere, ad quæ de jure videris strictus, sicut etiam iidem procuratores tui & nuntii nostram Celsitudinem luculentius informarunt. Ideoque tuæ devotionis accurata sedulitate pensata illum præcipue constantis fidei & emeritæ probitatis affectum, quem ad nos & sacrum geris imperium, regiæ deliberationis decreto in nostræ mentis acie gratiosius revolventes, tibi *Comitatum Clevensem* & alia quævis feuda, quæ ab imperio dependere noscuntur, cum omnibus juribus, jurisdictionibus, honoribus, utilitatibus & quibuscunque pertinentiis, quibus possint & valeant specialibus & distinctis vocabulis designari, prout a tuis progenitoribus Comitibus *Clev.* actenus habita & possessa sunt, absenti tanquam præsentem, per honorabilem *Wilhelmum* Præpositum *Susanensis* ecclesiæ, devotum, & nobilem *Reynaldum de Schonow* militem, fideles nostros dilectos, duximus transmittendum. Dantes & concedentes *Wilb. & Reyv.* prædictis plenam licentiam & omnimodam facultatem, te de prædicto Comitatu & cæteris feudis tuis, quæ ab Imperio tenere & habere dinosceris, auctoritate regia nobis veluti Rom. Regi ex sacro imperio competenti, investendi, instituendi ac in feudandi, nec non a te nostro nomine atque vice fidelitatis, homagii & obedientiæ juramentum accipiendi, & alia quævis faciendi, quæ circa præmissa vel promissorum quodlibet oportuna seu necessaria videbuntur, ratum & gratum habere volentes, pro nunc prout ex tunc, ex tunc prout

prout ex nunc, quicquid *Wilb. & Rey.* prædicti circa præmissa duxerint faciendum, &c.

XXXI.

*De maneta cum imagine Ludovici Bavarici non
cudenda.*

Consanguineæ karissime, Dilectionem tuam affectuose petimus, & rogamus, quatenus scutas aureas seu aliam quamlibet monetam sub impressione ymaginis & expressione nominis quondam LVDEWICI de *Bavaria*, qui se Imperatorem gessit, in terris tuæ jurisdictioni subiectis, eidem per amplius fabricari non sinas, præsertim cum hoc nostro quoque & aliorum nostri sanguinis amicorum honori non congruat, sicut etiam aperte tua dilectio potest colligere, si maximas hostilitates inter nos consanguineos & amicos nostros ab una, ipsamque LVDEWICVM & suos filios & posteros parte ab altera prudenter adduxeris in examen providæ rationis. &c.

XXXII.

*De consilio Caroli IV. matrimonium cum Regis
Angliæ filia ineundi.*

Consanguineæ karissime. Quamquam alias sicut tuæ dilectioni plene constat, perfectæ nostræ voluntatis & desideriosi affectus extiterit, quod pro matrimonio contrahendi inter nos ex una & serenissimi *Frederici* Regis *Angliæ*, fratris nostri dilecti filia parte ex altera, adhibita sedulitatis diligentia laborantes, sicut hoc Deo teste ex puro cordis affectu sine consummari debito libentissime vidissemus. Quia tamen Honorabilis N. Præpositus Pragensis alias aulæ nostræ Cancellarius, quem ad Romanam curiam ex hac causa præcipue, sicut nos, transmissimus, ex impedimento & renitentia quorundam hominum, quos tibi per literas volumus nominari &c.

XXXIII.

De concordia Caroli IV. cum Gunthero Schwartzburg.

Princes & Consanguineæ karissime. Quanto dilectionem tuam de nostræ Maj. successibus jocundius latari conspiciamus, tanto uberius gratiæ & benignitatis flagrantia ea, quæ nostræ Serenitati eventu felici proveniunt, tibi intimare & scribere delectamur. Ecce qualiter nutu Dei Omnip. cujus pietate singula diriguntur, dum trans partes *Revi* de adjutorio tam illustrium Principum, Comitum, Baronum & Procerum aliorum, nec non quamplurimum civitatum sacri Rom. imperii, fidelium nostrorum feliciter venissemus, & demum in castris prope *Coloniã* in vicinitate & aspectu nostrorum hostium, qui se metu nostri advenientis exercitus, fossatis & aliis cautelis munierant, regia fortitudine maneremus, GVNTHERO Comite de *Swarzb.* cum nostram potentiam considerasset attente, de suo statu dubitante, totus mulorum & rebellium dispergebatur exercitus, aliis quoque ad montana, aliisque ad

Revis descendentibus fugitive prædictus GVNTHERVS, LVDEWICVS natus quondam LVDEWICI de *Bavaria*, qui se nominat Marchionem Brandeb. RVPERTVS Comes Palatinus, WILHELMVS de *Wirteborgh* depositus mag. ad prædictum opidum fugierunt, in ipsosque magnifice obsedimus, & suæ potentia prostratis viribus, cœgimus manifeste, quod LVDEWICVS & RVPERTVS prædicti ac provisores ecclesiæ Maguntinæ nos Roman. Regem & suum verum Dominum cognoverunt, & præsentia multorum Principum & militiæ copiosæ ibidem in campis, dum adhuc in obsessione manerent, quod nos quamdiu duxerimus, talem reputare nec non Principatus, terras & dominea a nobis tanquam a Rom. Rege & ordinario Domino suo in pheidum, dum moniti fuerint, suscipere debeant, corporaliter juraverunt. Et specialiter GVNTHERVS de *Swarzb.* prædictus, dum visa nostræ Seren. potentia manus nostras non posset effugere, renuntiavit imperio & omni juri, si quod sibi fuit per electionem, sicut putabat, aut alias acquisitum, nobisque promisit, veluti servitor noster, in omnibus cum debita fidelitatis obsequiis obedire. Et per Dei omnip. misericordiam universa nostra negotia sic prospere sicque fideliter dirigantur, quod auxiliante Deo, sine cujus ope nihil proficitur, & de nostrorum Principum, Comitum, Nobilium & civitatum Imperii consilio & adjutorio speciali, pro consolatione Christiani populi, speramus breviter pacem in terris & gratiam stabilire. Dat. &c.

XXXIV.

Carolus IV. Duci Burgundiæ concedit jus patronatus Ecclesiæ S. Crucis Vratislav.

CAROLVS &c. Tenore præsentium recognoscimus universis, quod licet illustris NICOLAVS, Dux Burgundiæ & Dominus *Monsterbergensis*, sororius & Princeps noster dilectus civitatem *Franckensteyn* cum districtu, appendiciis & pertinentiis suis nobis, hæredibus & successoribus nostris, Regibus *Bohem.* vendiderit cum clausula, ut iura patronatus ecclesiarum curatarum ejusdem districtus cum universitate transeant, sicut etiam de jure transire censentur, prout præmissis in iteris contractus hujusmodi expressius continentur. Tamen ne ipsum Ducem sororium nostrum de jure suo super collatione præbendarum ecclesiæ Sctæ Crucis Vratislav. dubitare contingat, decernimus & pro regia deliberatione duximus declarandum, quod collationes omnium præbendarum suarum dictæ ecclesiæ sancte ----- quarum corpora & proventus in præfato districtu situati noscuntur, ad ipsum Ducem & hæredes ipsius legitimos nunc, ut pridem, pleno jure spectare debeant, quodque ipse Dux & hæredes ipsius prædicti prædictas præbendas, dum & quando canonice vacaverint, quibuscunque personis conferre possint, & valeant pro
sua

suæ beneplacito voluntatis, jurisdictione nichilominus temporalitatum & superioritatis, domineum & cætera secularia jura in villis, prædiis & possessionibus præbendarum prædicti Frankensteyn, districtus nobis, hæredibus & successoribus nostris Regibus Bohem. reservantes; sub nostræ majestatis sigillo, testimonio literarum. Datum *Wrcisl.* anno &c.

XXXV.

Papa Caroli auxilium pro defensione Comitatus Provincie & Avenion. implorat.

INNOCENTIUS Episcopus Servus servorum Dei karissimo in Christo filio KAROLO Imperatori Rom. semper Augusto salutem & apostolicam benedictionem. Ad notitiam tuam, fili karissime, non sine amaritudine gravi & displicentia magna deserimus, quod nonnullæ gentes de diversis partibus insimul congregatæ, Comitatum *Provinciae*, qui de feudo tui Imperii est in ----- ad partes istas de concomitatu contiguas descenderunt, ex quo turbamur, admodum tristamur, dolemus etenim per invasionem hujusmodi, quæ nullo rationis colore vestitur, in ipsis fere oculis nostris contempni, jura calcari, leges, & justitiam lædi, & rationem subijci voluntati, dolemus dampna & excidia populi Christiani, dolemusque toto fere orbe terrarum peccatis exigentibus, commotionum fluctibus inquietis hoc pusillum terræ, quod beatorum Petri & Pauli apostolorum meritis alienum a turbæ videbatur, & in quo eadem ecclesia quiescebat, subijci procellis validioribus intuemur. Ad te ergo, Princeps inclite, ad cujus nutum stabit, sicut non ambigimus, spiritus suscitata tempestatis hujusmodi paterna fiducia recurrentes, serenitatem tuam attentius deprecamur & cum instantia petimus, quatenus pro reverentia reip. utilitatis intuitu, consideratione salutis tuæ ac nostræ intercessionis obtentu, de illo vel super hoc remedio per omnem viam, quam putavimus utilem, celeriter & favorabiliter providere; per quod gentium dictarum repressa malitia imminentibus periculis obvietur, salubriter & eadem ecclesia per tuæ filiationis studium atque præsidium a perturbatione qualibet præservetur. Super hoc, dilecti filii A. B. hospitalis sctæ Mariæ Teutonicorum Jerosolimitani latoris præsentium, cui super hoc latius locuti sumus, cum gratæ satisfactionis effectu, adhibeas re latibus plenam fidem. Datum *Roma* &c.

XXXVI.

Ordinatio Sigismundi Regis, quod omnes cause civiles tam Clericorum quam laicorum in foro civili debeant terminari.

WYR SIGMVND von Gotis gnaden Romischer Konnig, zcu allen zciten Merer des riches vnd zcu *Vngern*, zcu *Beben*, *Dalnacien*, *Croacien* &c. Konnig, Bekent-

nen vnd thun kunt offinbar mit desim brife alln de en sehn, horen odder lesin, das vor vns komen sint vnser lieben getrawen Manne vnd Stete vnser Furstenthum zcu *Siriz* vnd zcu *Jawer*, vnd haben vns vbrocht mit clage, wy sy mangveldichlich von Geistlichen Lueten an ernen gerichtten vnd gerichtten belwert werden, vnd das dotawfs grofir vnrat mochte wachsen, ap wir des in czeyten nicht vorqvemen, vnd haben vns demuthlich gebetin, en sulchen getwang zcu benemen, vnd sy by ernen wertlichen Gerichtten vnd gerichtten gnedichlich zcu behalden, zcu schutzen vnd zcu beschyrmen, Doruim mit wolbedochten Mute, guten Rate vnser getrawen, recht gewyssen vnd von behemischer Macht, setzen vnd wollen wir, das nu forbas geistliche vnd werliche person, di wertliche Ingesigil haben vnd wertlicher Ingesigil gebrauchen vnd genyssen, is sint brife mit vnser Majestad adir des Landes vnd der Manschaft, ader mit der Stete adir der Scheppen Ingesigil gesigilt; das sulche Sachen, di mit denselben Ingesigiln vormacht sint, vnd ouch *alle* andir *wertliche sachen* forbas vor *keyn geystlich gerichtte* sollen *gezogen werden*, sunder was geystliche ding antrift; das das geystlich blybe vnd sal ouch vor geystlichen gerichtten vorfirt werden, was abir vormacht wirt nocht wertlicher ordnung, das sal blyhen vnd gericht werden vor wertlichen gerichtten, vnd ap sulche sachen geystliche person antrefin, dennoch sal das recht vnd diselbin sachen gesucht werden vor wertlichin gerichtte. Dortu vom komtlicher setzen vnd wollen wir, das beyde geystliche vnd wertliche person, di obir ir gutir vnd czinse vorsigilte brife haben vnd di sulche briffe lar vnd tag das ist eyngancz lar, sechs wochen vnn dry tage vorfwygen vnd dy sulche briffe durch sichirheye eres rechten vor gerichtte nicht vbrobringen; das diselbin briffe vorbas vntuchtig sin sulden vnd sulden ouch dornoch vor geistlichen noch vor wertlichinn gerichtte keyne kraft noch macht haben, Vnd wir gebeyten dorvub allen geistlichen vnd wertlichen richtern vnd sust allen andern der Cron zcu *Bebenne* vnd irtanen vnd getrawen, in wals State, wesin adir werdin di sint, cristlichen vnd festlich, mit disim brife, das sy dese vnser Ordnung vnd satzung vuvorrucket behalden vnn gancz vnd gar vollfuren; vnde in craft blyhen lasn vnd sich dowedir nicht setzcin in keyn nose, wer abir frevillich dowedir tete, der ist zcu hant, also hier do wedir geihan hath, czwehundert guldin vngerischer vor tyne pene vorkallen, halp in vnser konicliche kamer vnd halp an dem obirfarin wirt; vnerleslich zcu beczaln, Vnd wir gebeyten vnserm houptman vnd allen vnsern Ampleuten der vorgnanten furstenthum, di itzunt sint adir zcu czeyten

*) In margine adnotatum erat: *Est aliquoties contra Carolinam.*

tén seyn werden, ernstlichen vnd festlich, vnd gebin en ouch des solle macht mit diesen brieffe, das sy sulche pen von den, de vassere vorgnante Ordnungge frevelichen obirsarn wurde, nemen vnd inbrengen mogen mit offhaldunge adir pfendunge erer guttir adir sust als sichs des geborn wurde. Myt orkund dis briffs vorsigt mit vnser A koniclichn Majestat Ingesigil, gegeben zu Wyen noch Christi geburt XIV. hundert Jar darnach in dem XXV. Iare an der Metcwoch vor Send Paulstäg Conversionis, vnfers Riches des Vngerischen im acht vnd drysygisten, des Romischen in XV. vnd des Behemischen in dem funiften Jar.

Ad mandatum Domini Regis

Hinricus Fibel.

Michael Pptr Boleslavie.

XXXVII.

Littera promotorialis Frederici Imperatoris pro Aenea laureato Poeta electo.

FREDERICVS Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus. Notum facimus tenore presentium universis. Vetusissimi prateritque ævi tradunt historiae, Poetarum egregiorum copiam multis gloriosæ ac diuturnæ memoriæ causam fuisse, pro quo prater gloriam presentis temporis pariter & futuri quasi sibi & aliis afferebant pro premio quodam & studiorum proprio ornamento coronam auream merebantur. Tanto enim honore dignos respública censuit, ut *unum atque idem laurea decus* assignandum censeret *Cesaribus atque Poëtis*. Ita quoque prædecessores nostros divos Romanos (Imperatores) legimus Poëtas habuisse carissimos, ut multi ipsorum, potissime ille *Divus; Julius Cesar* primus multas conscriberis epistolas & historias, ac excellentissimus fundator Imperii *Octavianus Augustus* pro singulari laude & immortali sui nominis Poëtis esse voluerunt. Nos vero cupientes ipsorum Antecessorum nostrorum gloriosam ymitari vestigia, qui Poëtis egregios in morem triumphantium, ut accepimus, solebant in Capitolio coronare, animadvertentes etiam, quod in disvetudinem iam abiit illa ipsa sollempnitas; convertimus aciem nostræ

mentis in *Poëtam eximium & præclarum ÆNEAM SILVIUM de PECOLOMI. NIBVS Senensem, nobis & Imperio sacro devotum*, de, cuius profunda scientia; morum gravitate clarissimisque naturæ suæ dotibus experimentum verax habuimus, quique talium studiorum a teneris suis annis fuit ardentissimus, ita ut ipse ex revolutione frequenti voluminum veterum & indagine propria multis poematibus a se editis & a nobis probatis, in arte illa plurimum notus sit, agentes etiam gratiam Deo omnipotenti, quod tempore nostro ingenia antiquis similia, nostræ non denegantur ætati, Eundem ÆNEAM tamquam sufficienter & dignum, sedentibus nobis in nostro solio, *Magistrum, Poëtam, Hystoriacum eximium declarantes, præclari Magisterii nomine auctoritate, corona regia, insignibus & manibus propriis perornamus, hys semper viridibus lauri ramis ac foliis ipsum sollempniter decorantes*, ut sic nomen & honor suus vireant, & aliis ad nanciscendum hujus artis, ingenii quoque peritiam, ut exinde clarum redundet. *Dantes eidem Æneæ legendi, disputandi, interpretandi ac componendi poemata liberam ubique locorum*, tenore presentium, facultatem, decernentesque eum eisdem privilegiis, immunitatibus, honoribus, officiis, dignitatibus, vestitu, auro & aliis quibuscunque ornamentis ac prærogativis perfrui debere, quibus ubique terrarum alteri possunt ac posse sunt soliti Poëtæ ac liberalium & honestarum historiarum ac factarum artium Professores, & tanto quidem amplioribus, quanto professionis suæ raritas atque præstantia cum latioribus honore, benivolentia atque observantia dignum facit. Gaudeat igitur ipse noster ÆNEAS favore regio, & de tanto benignitatis munere lætetur, exultet, ad nostrumque & imperii sacri decorem tanto gratius sua soliderur intentio, quanto se ampliori præventum conspicit munere gratiarum, presentium sub nostræ majestatis sigillo testimonio literarum. Dato in opido nostro *Franckford Anno Dni 1442. XXVII. die mensis Julii, regni vero nostri anno tertio.*

XXVIII.

De origine, vetustate, appellatione & regionibus Tubantinorum, Cygneorum, Libanothanorum, Misnensium, nec non Molbii fluminis descriptione, quondam per egregium, eximium & doctum virum, Dominum *FRASMVV STELLÆ*, (alias *STVLER*) artium liberalium & Medicinæ Doctorem, tunc temporis Proconsulem & Physicum Civitatis Cygneæ descripta.

PARALIPOMENA.

Quo curiosis lectoribus de aliquibus fortassis in Commentariis traditis satisfactam; Videor mihi rite aliqua repetiturus de *Tubantinorum* appellatione, deinde de *Cygnis* ac *Libanothanis* quædam superaddens, auctarium quasi hoc ac corollarium eorum, quæ prius de illis ipsis perstrinximus.

Tubantes certe *Pibolomeo* teste, in hac regione dicti, hodie etiam *Tubanensium* nomen habent, in quorum agris *Plauum* oppidum & arx *Tubaneckie* videntur. Et *Tubaneckiorum* familia natalibus insignis Ordinis etiam Teutonicorum *) in *Plauia* Archidiaconum *Tubanensem* se in diplomatibus ac publicis monumentis scribit. Quos vero his vicinos

*) Locus corruptus & mancus.

Anunci. vicinos *Amoneos* dixi, nomen vetus adhuc referunt: *Vinbones* deinde a *Tacito*, qui nunc *Videnses* a flumine vulgo *Vidda* cognominati, quamvis & pagus *Vinbunum* in eo loco usque modo exisset. *Reudunor* qui hodie *Rodim* flumen, quousque *Salam* ingreditur, acco-
Kedunt lunt, *Marungos* etiam apud *Pibolomeum* arx
disti. notissima *Marnsburg*, vulgo indicat. *Magel-*
Marns- lani *Coldui* apud *Strabonem*, & *Camanni Pibol-*
bug arx. *lomeo* hodie integris omnibus litteris restant. *Cygnorum* nomen unde originem sumpsit.

Cygni a *Cygnorum* nomen a *Cygro* Herculis filio
Cygro ex *Tubanti* filia *Scilla* defluxisse diximus. Qui
Herculis dum orbem peragrasset, ex generosis puellis
filio disti multis in locis sobolem reliquit. Ex quibus
 deinde virilis sexus prognati, regionibus &
 locis nomina indita sunt. Hac ratione hæc
 regio a *Cygro* ejus filio *Cygnæ* dicta; pro qua
 vero *Cygnæ* etiam in annalibus legimus, quod
 lingua vernacula *Schwanfeldum* interpretati
 sunt. Quam nuncupationem caput regio-
 nis, civitas retinet. Inquilini quoque regio-
 nis a *Molbio* usque *Plisin* *Cygnæ* nominis glo-
 riantur, sicut infra in *Molbii* fluminis descri-
 ptione latius ostendemus.

Istius populi tam vetustam originem multa monumenta maxime vero Epitaphium *Schwanbildis* puellæ, quæ per hanc oram imperavit, testantur; ut ex inscriptione tabulæ plumbeæ, literis capitalibus exarata videre liceat. Quam tabulam anno abhinc decimo quinto *Johannes* **) *Lupus* ex *Hermansgrun* eqves auratus, vir tum eruditus, tum antiquitatis diligens indagator mihi exhibuit, quæ in agro villæ petrosæ suæ ditionis a quodam rustico, qui arborem radicibus a terra (forte ad agrum faciendum) evulserat; Vel quando arbor ingens & vetusta (quer-
 cus forte erat, quæ gentilitatis tempore bustis Principum ac Satrapum imponi solita fuit) ex tempestate ventorum prociderat, inventa & eidem Domino de *Hermansgrun* præsentata: terra ita altius detecta, ossa cum hac tabula, multis seculis illic sepulta, oculis hominum subjecit. Ejus verba subtexere volui, quo antiquitatis studiosi perspicuo cernant, nihil horum, quæ de *Cygnæ* dicta sunt, fabulosum esse.

Epitaphium *Schwanbildis* puellæ. †)

Cygnus *Schwanbildis* *Cygnæ* *Herculis* *Græci* ultima
Herculis sobolis filia, ex *Scilla* matre genita, cui avus pa-
Scilla ternus fuit *Falco* & *Scilla* avia, proavus *Elister*,
lia proavia *Vinda*, abavus *Dulicher*, abavia *Scen-*
ci ex *Gornio*, attavus *Glaucus*, attavia *Melse*, qui omnes
 a *Cygro* *Herculis* filio & *Cyanæ* *Tubanti* filia de-
 scenderunt; hæc terras a fonte *Ilba* fluminis cum
Cyana fratre *Ciczone* usque ad *Elistrum* vixi, quæ *Cy-*
Tubanti *gnorum* terra dicta est a majoribus nostris.
filia:

Vltra Elistrum usque ad Salam *Hilda* soror *So-* *Hilda*
rabis imperavit. Vixi pudice absque marito, *foror-*
 sic volentibus fatidicis parentibus; sum tamen *Grypho-*
 a filio *Gryphonis* illussa; nunquam tamen lesa. *Grypho-*
 Postquam sol quinquies decies & supra hoc sexi-
 es cursum suum circumvexisset, virgo occubuit. *Olitus*
 hic sepulta sum. *Stella* fulgentis umbram me *Schwan-*
 am videbitis *Cygnæ*. Tunc lupi cornuti insidi- *hildis*
 ar cavete: caput bonis ad petram religatum sol-
 verur: vos **) --- repellite: porcum lacte &
 sanguine saginatum mactate cum porcello suo:
 alas ipsius discerpite: *Attau* sedem occupate:
Matri angustias vitate: *Limites* vestros peris-
 cis designate: *Sarra* tridentis, quod durum est,
 dividite: *molari* contendite robora: *Silentium*
 amate: *Vultures*, qui *Cygnis* inimici sunt, fuga-
 te: Quod luteum fuerit, lapideum facite: ignem
 per noctem accendite: ardentem vestem oleo ex-
 tinguite: *Parentis* amictum non contemnite:
leges paternas non transcendite: *Candorem* *Cy-*
gnorum meorum sollicitè servate: *Argentis* fon-
 tes venenum habere memento: ***). *Cudiculis*
 matrem non ledite: Hæc vobis filii mei, O *Cy-*
gnæ, quæ a parentibus fatidicis accepi, tradidi-
 B felices, si hæc sequamini!

Explicat hæc tabula, non solum istius populi vetustatem, sed & verborum involucris fatorum --- petenda fore; quemadmodum populus Romanus ex Sibillicis libris, qui in maximis solum necessitatibus a collegio *Augurum* consulebantur. Si enim quis rem ipsam recte intuebitur, *Pythagoricam* doctrinam illuc inclusam persentiet: quod & symbolicas sententias continet & minime ad litteram quicquid in eis continetur, intelligi possit. Unde etiam magno argumento *Dryadum* fodalitium (qui præcipue hanc disciplinam professi sunt) in loco istius regionis fuisse conjicimus. *Græcos* certe *Germaniam* *Græci* in
 Cingressos, sacrorumque ritum instituisse i- *Germa-*
 psum ††) idioma aperte indicat. Nam præter *nia fue-*
 verborum syntaxin & articulorum usum, qui *re.*
 in totum utrisque communis est, etiam integre ditiones ac rerum vocabula plurima consonant. *Cornelius* quoque *Tacitus* *Herculem* *Hercules*
 apud *Germanos* fuisse scribit, quem in prælia in *Ger-*
 ituros primum omnium virorum fortium ce- *mania*
 cinisse dicit. Anno quoque duodecimo *Ma-* *fuit.*
 cabei *Regis* *Babilonia*, *Herculem* in *Germania*
 regnasse. *Berosus* scriptum reliquit; an vero de eodem *Hercule* sentiat, incertum est, cum plures ejus nominis ferantur. Sed de *Cygnæ* fati; nunc de *Libanobanis* pauca annotabimus.

De *Libanobanis* vulgo *Civitate* *Lipsk*.

Cheruscorum populum *Germania* quondam *Cherusci*
 potentissimum simulque bellicosissimum su- *populi*
 isse, *Cornelius* ac *Strabo* autores sunt, sedes *Germani.*
 que amplissimas ad *Albim* habuisse, *Claudia-*
 mur

**) Auctor Germanicum nomen *Wolfgangus*, quod nostrates brevitate sermonis *Wolff* efferunt, *Lupum* vertit.

†) Hæc etiam leguntur ap. P. Langium in Pistorii Scriptor.

**) Ad hanc lacunam conf. Schmidii Chron. Cygn. P. I. ubi idem epitaphium *Schwanbildis* habetur.

***). *Cudiculis* i. e. verberibus a cudento sive feriendo, apud *Seruium*: quia cudere ferire est. Glossa ex MSS.

††) Idioma proprietas loquendi in qualibet lingua, tot & idiomatica sunt, & est idem quod sermo seu modulatio. Glossa ex MSS.

nr testatur, cum ait: *Ingentes Albim liquere Cherusci*. Istitius cognominationis indicium foret *Vrbs Cherusca* trans *Albim* sub ditione Principum *Ascania*. *Lynanisque* populi finitimos *Castor*, qui ad *Salam* ab utroque latere confidebant, ubi hodie partim *Saxonum* sedes est; duce *Libanotho* invaderunt, locaque primum ad *Salam*, qua *Albim* influit, occupaverunt; *Cattis* inde pulsis, amoenitatem fluminis sequentes, omnem citeriorem ripam suæ ditionis fecerunt.

Postremo etiam regiones *Eudosorum* & *Varinorum* (qui tum in universum *Sorabes* nuncupabantur) ceperunt, in his sedes stabiles locantes. Quos cum a *Sala* ad *Molbium* usque protulissent; regionem totam a Principe, *Libanotho Libanothiam* nuncuparunt. Deinde per regionem opida & arces constituerunt, quibus ex sese ut plurimum nomina indidere; ceu sunt *Lipsaw* ad *Salam*, *Liboneum* ad *Molbii* ripam, licet hodie ab eo aliquantulum distet ob fluminis alveum mutatum. In medio autem regionis ad confluentes fluvios *Elisrum*, *Plisim* & *Rardum*

Lipsaw condidit, caputque totius populi *Libanothi* esse voluit, quod in colliminibus *Eudosorum* & *Varinorum* situm accepisset, ut *Rudunicus Saxo* & *Ditmarus* Mersburgensis in Episcoporum cathalogo testantur. *Johannes quoque Garso* Bononiensis, præceptor olim noster, in *Bello Suevico* hos populos *Libanothos* vocavit. Astipulantur quoque huic cognominationi multa epigrammata ac Epitaphia, quæ *Libanothos* hos populos faciunt. Est *Lipsie* in æde Divi Pauli Principis *Theodorici* Epitaphium, quod plane exprimit: Verum hodie seu fere omnia alia in *Misnensium* nomen concessisse. Ut illud ad jiciam, *Eudoses* usque nunc pagus non procul ab urbe *Lipsæ* demonstrat.

MOLBIVS

ERASMI STELLÆ

Hypocenii Libanothani.

WOLFFIVS CYCLOPIVS Cygneus

ad Lectorem.

Tu qui scire cupis, rapidus quas *Molbius* ambit.

Cum populis arces, oppida, phana, juga:

Stella vetustatis solers & jugis amator

Te docet; illius scripta diserta lege!

ERASMVVS S. H. ad LECTOREM.

Quisquis eris, placido, precor, hæc mea carmina vultu

Perspicie; nam patriz nomina avita docent.

Quæ nemo scripsit, Latio succincta cothurre vides, prius hoc nemo quod ausit opus.

Si nihil hoc visum est, saltem fateare: quod usque huc.

Delituit, *Stella* nunc duce ubique patet.

GEORGIVS SPALATINVS in Molbium *Erasmii Stella Hypocenii*.

Hoc legito STELLÆ bene doctum carmen ERASMI

Qui priscum patriæ discere nomen aues:

Qui te condiderint, qui te genuere parentes,

Quas arces olim vel poluere tibi.

A Quæ tibi quæ patribus cognomina prima fuerunt,

Quæque tuas terras flumina quæque rigant.

Omnia tam paruo bene lecto carmine doctus Auctori grates undique gratus age.

Primus enim patriæ reddit tibi nomina terræ,

Et cives docuit stemmata prima tuos.

Hoc illum merito semper venerabere vivum,

Et vita functo justa precesque dabis.

ERASMVVS STELLA Hypocenius ad Lectorem.

Multa legens, & multa notans, nihil edere curans,

Dicor ob id multis scire vel esse nihil.

B Quod nemo fecit, patriæ juga, flumina & urbes

Describens, aliquid me ratus inde fore.

Si nihil hoc reputas, tradidit quod antea nemo,

Causa subest facilis, nemo quod auctor erat.

ALIVD.

Flumina, rura, juga & patriam per carmina scripsi;

Quod nemo fecit, si nihil illa putas;

In promptu causa est, nemo nam condidit illa;

Quidque aliud potuit, quam dare nemo nihil.

Descriptio Molbii fluminis.

C Carmine dicturus populos, quos fluvibus ambit

Molbius undisonis; coeptis pia numina adest

Nereides, etenim vobis sunt cognita Nymphæ

Nomina, quæ prisci quondam tenere coloni.

Vos etiam nouistis iter, qua labitur alveo Pleno, qua pando fleat sua littora tractu.

Sunt juga a) *Castoram*, referunt quæ nomine gentem,

Qua boream spectat gelidum septenque triones

Molbius æterno sese illic fonte resoluit,

Saxea deinde ruit præceps per rura b) *Tubanti*, Qui loca culta tenet, *Molbino* a fonte ad *Elisrum*.

Montivagusq; *Sala* sedes producit ad undas.

Haud procul hinc surgunt fulgentia tella per oram,

a) Vulgo Kattenheide.

b) Tubanti Dobeneck.

De c) *pulchra* quæ nunc *acie* hæc cognomina
seruant;

Prisca *Caluconum* gens illic tecta locauit,

Indigenis hodie *Schennoniæ* sunt vocitata.

Præterit hinc cellas montanis sedibus arces,

Inter d) *Falconis* quas est notissima rupes,

Quas *Falco* statuit proles generosa *Tubanti*,

Mox circum scopulos stridenti murmure lapsus

e) *Auribachum* linquit nostris hoc nomine clarum

Flumen ab aurifero, rapido quod gurgite lambit

Auriferos colles, donec conuallibus imis

Fertur in amnis aquas, *Molbiquæ* hauritur ab undis.

Indigena hic lapidem radiantem clarius auro

Chrysolitum veteres, nostri dixere *citrinum*,

Invenit, & durum scrutator Celta adamanta

Fosfor & hic gnauus nitidi aufert pondera stanni,

Quæ divitis venæ tellus opulenta ministrat,

Colligit hinc tumidas nigrantis fluminis undas,

Nobilitans arcem, patrio quæ nomine, f) *Schwartzburgk*;

Per fluctus variis crebros concursibus auctus

Circuit *) opacos spumanti flumine colles,

Quousque metalliferæ cingit confinia terræ;

Hic g) *Chionorus* mons de nive nomina ser-
uans,

Æris & argenti diues telluris & undæ.

Felices opibus rerum natura creatrix

Reddidit hos populos, Torrens nam h) *Scurmicus* auctus

Imbribus immensis, ruit hic de montibus altis;

Illis in ripis varius reperitur Jaspis,

Et concreta gelu chrystallus pondere magno

Stennonis i) per saxa ruens hinc fluctibus atris

Angustisque vadis rapido se dejicit ictu;

k) *Stennon*, ceu perhibent, de se hæc monumenta reliquit

Stirpe *Tubantina* fata sic, ceu *Gorgana* proles,

Inde petens virides piscoso flumine campos,

Et l) *Wildensfelm* patrio cognomine collem

Fœcundans undis. *Vintbonum* regulus ædes

Hæc habitat, quondam *Cygnis* meta domusque,

Hinc humiles colles, vicinaque prata pererrans,

Prata m) *Wisenbergæ* longe splendentia rupe
Pleminea est multis: ubi stirps dominata per annos.

Jam tortus gradiens, jam recto tramite currens,

Ac variis auctus fluviorum fluctibus urget

n) Anthraceos colles, saxa eructantia flammæ

Sulphureumque halitum: rapidos exusta per ignes,

Vt possis Siculos ignorans credere fumos.

Præterit hic ubi o) *Pleminea* arx caput extulit altum,

Donec *Cygnæ* properanti inœnia cursu

Attingit, tribus a cygnis *Cygnæ* vocata,

Quos belli signum patriæ gestare cohortes

Assuetæ; unde manent gentis monumenta vetusta.

Nympha amnis regina, caput quæ fluctibus effers,

Hic mihi nunc referas primos ab origine ciues

Vrbis *Cygnæ*, causas quoque nominis affer!

Cygnus erat *Cygnæ* proles ex *Hercule* natus,

Seu *Grajus* fuit hic, sive ortus gente *Thuisca*,

Germanas late tenuit qui regna per oras.

Autorem gentis venerata hunc vana vetustas

Cui templa atque aras posuit coluitque parentem,

Vnde loco nomen *Cygnæque rura* vocata,

Quæ patuere inter *Molbim*, *Plisis* atq; fluenta.

Posteritas hanc longa virum rexisset per oram

Dicitur, & populo multos dominata per annos,

Donec *Schwanbildis* sola hac de stirpe superstes,

Schwanfeldum late quæ rexit sola virago.

Hæc postquam satis excessit, nec ulla reliquit

Pignora, tum tandem perit *Cygnique* propagō:

Nunc satis est tumulos pro magno ostendere inanes,

Illic siluifragi referatos turbine venti,

Dum quatit arboreas horrendo flamine turmas

Immenso unde sinu tellus subducta patescit,

Bellica sed rabies regnandi & blanda cupido

Incitat ecce viros *Suardonum* germine natos,

Qui patriæ fines extendere limite vasto

Ardebant; furor insanus tum perdere cuncta

Aggreditur, cupidi quodcunque abolere vetustum,

Et nova cum populis inducere nomina terris,

Aucto.

*) In alio
exem-
plo: apri-
ces.

Cyneo-
rum de-
scriptio.

Cygnus
Herculis
filius.

Schwan-
feldum.

De tu-
mulo
Schwan-
bildis.

c) Schoneck a pulchra acie.

d) Falckenstein arx a Falcone conditor.

e) Auerbach ab aurifero flumine.

f) Schwartzburgk a nigrante flumine.

g) Schnebergk mons nivis.

h) Scurmicus vulgo Scurillvilla.

i) Stennona filia Phorci & abavia Schwanbildis.

k) Stein arx a Stennone. In alio exemplo: Stennid.

l) Wildensfels.

m) Wisenburgk.

n) Kolberg ardens, Anthraces Græce carbonis.

o) Plaumtz arx.

Auctore hæc *Sorabo*, designant cuncta *Suardi*,
Hinc placuit cunctis p) *Sorabi* cognomen ha-
bere,

Quos vel spumiferis circumdat *Molbius* un-
dis,

Ac *Sala* piniferis *Curionum* in finibus ortus;
Includit, *Sorabos* veteres dixere coloni:

Sed quia cum *Sorabis* victricia signa secutos
Fama docet *Cymbros*, huic urbi q) *Cibica* no-
men

De *Cimbri* victore manet, qui cinxit & urbem
Muro, & ex sese mutavit nomen avitum.

Sic *Cygni* nomen perit, nomenque *Tubanti*,
Indigetium fuerant quæ quondam clara prio-
rum.

Attamen & *Cygni* remanent quoque bellica fi-
gna

Et quibus extarent vestigia prisca ferentes,
Monstra timenda piis: vatem fervate *Ca-*
moenæ,

Este precor comites, antra hæc superare, Me-
geræ.

Vipereum fugate virus: ne tabe fluenti
Inficiat coelum, tetramque extingvite pe-
stem!

Glaucon erat *Duliche* satus *Stennaque* cruentus,
Qui populo nomen posuit r) *Glaucomara* no-
tum.

Molbius hinc flectens sinuoso littore cursum
s) *Meliasos* latices celebratos ore latino
Devorat, hic vario passim decoratur achate,
Nec non purpureos amethystos advehit un-
dis.

Spumidus inde fluit *Glauconis* ad antra tyran-
ni,

Qua resonant raucis similes latratibus undæ,
Artubus humanis ferus ille luposque canesq;
Heu facinus! aluit, specubusque inclusit in
atris.

Albula aquis auctus spumanti gurgite fertur,
t) *Remsenos* ad agros placidis aduolere va-
dis,

Hic ubi sacratas domus est constructa puellas
Enutriens, vita gaudentes puriter acta:

u) *Sylvanas arces*, argilla & rura tenacis
Tingere festinat, figulus ubi vasa camino
Concoquit ardenti, Samiis æquanda decore.
Præterit hinc montem x) *Caluconum*, meta
vetusti

Qui fuerat populi, campos habitantis ad *Al-*
bim:

Indicat is gentis nomen priscosque colonos.
Subditur hic lucus densus quoq; vallis opaca,
In qua habitasse ferunt volucres ferasque ra-
paces,

Vultur y) edax, alias superabat naribus unctis,
Vnguibus, atq; alis generoso pectore grypho
Assimilis, passim lacerans pecus omne, per
agros.

Dira lues, hominum domibus illapsa per *agros*
Et thalamos subit, simul alta palatia lustrans
Nare sagax, quærit falcatisq; ungvibus aufert,
Monstrum audax, trepidæ rapuit de pectore
matris

Pignora chara sua, tantamque abducere præ-
dam

Impiger adnixus, montes superare volatu,
Aquila ceu mitem cum ceperit ungue colum-
bam,

Fertur in alta, vias summumque per æra car-
pens.

Sed male vesanæ cessit sine viribus arti,
Præmia nam sceleris de vindice justa recepit.
Visitur hinc z) *Cauptana* domus, quæ sola ve-
tustum

Nomen habet populi, coluit qui pingvia rura,
Cauricius curvo quæ nunc proscindit aratro,
A *Cauro* dictus, *Cauptana* gentis alumno.

Diffusa hæc quondam latos impleverat agros,
Quos *Plis* irriguas scindit fluitantibus undis,
Per montana ruens *Cyanea* ubi pasua tingit;
Mox *Cauptas* cursu festinat adire *Farinos*,
Et sibi consociat aa) *Viarum*, qui murmuræ
rauco

Per loca frondola in latices defertur *Elisrl*,
Moenibus & *Cauptos Variisque* inclusus, avi-
tum (cem

Amisit nomen, nam quisque ut condidit ar-
Oppidulum aut, nova de se cognomina dixit.
Singula quæ veteri satis innotuere colono,
Arx bb) *Coribana* tibi hoc autoris nomine
monstrat

A *Chore* nomen habens, *Choren* unde vocata
colonis,

Czittica & *Cauptis* quondam est habitata colo-
nis,

Nomine quam *Cito* decorat, quoque moenibus
Otto.

Urbs vetuse est illic, *Plisiam* dixere priores,
Temporibus nostris vulgo est dicta *Alden-*
burgum.

Caesaris arx olim prælustris turribus altis,
Et vetus aprico residens in culmine templum;
Hoc *Otonis* opus, *FridERICI* sed fuit illud.

At redeo ad colles, liquidis quos *MOLBIVS*
undis

Alluit, atque arces circumfluus agmine pulsat,
Conspicienda micant ferientia moenia nubes,
Nomine, quæ patrio sunt cc) *Wolckenburgia*
dicta.

His

p) *Sorabes a Sorabo, inde vulgo Sorwegk ciuitar.*

q) *Cibica a Cimbri dicta i. e. Cimicka.*

r) *Glaucon a Glaucone tyranno.*

s) *Melsen.* t) *Remsen.*

u) *Waldenburgk.*

x) *Calenbergk a Calucone.*

y) *Per vulturem, Conradum de Kaufungen, Ernesti & Alberti Ducum Saxoniæ ex arce Altenburg. raptorem intelligit.*

z) *Cauptani a Cauro dicti, inde arx Kaufungen.*

aa) *Viarus, vulgo Wier flumen.*

bb) *Choren arx a Chore nomen habet.*

cc) *Wolckenburgk.*

His vicina patent dd) *Peonica* tecta vetusta,
 Qua *paena* solent lætum resonare canendo;
 Pastores ovium morem referendo priorum;
 Quem solita est gens prisca sacro persolvere
 Post iter obliquum sinuans & fluctibus arcum
 In dextram lævamque parans, dum inœnia
 Attingit *Rbosuum*; reddunt quæ nomine *Ros-*
burgi.
 His circumfertur sinuoso gurgite lapsus,
 Obuius ipse sibi, totam quo circuit arcem,
 Omnigenos præstans in divite flumine pisces:
 Diversæque fere lætitant in saltibus atris;
 Seu juvat insidiis, seu stricto perdere ferro,
 Seu laqueis nexos, ignaris tendere casses.
Eudani hic habitant, numerofo stemmate clari,
 Clari opibus, clarique viris ad prælia natis,
 Et quos consiliis possis laudare beatos.
 Hinc ec) *Scillena* petit saxoso littore templa,
 Barbiger illa tenet miles & *Teutbonus Ordo*,
 Cui crucis est nigrum per candida pallia si-
 gnum.
 Hinc commiscetur ff) *Cameni* fluctibus altis,
 Qui sua *Camma* donat cognomina genti,
 Non procul hinc surgunt nemorosa cacumi-
 na montis.
 Subjectos late specularunt, quæ undique cant-
 Solus alit patrios, inter quæ marniora montes
 Et præstat rutilum dissecta compage saxum,
 Divorum exornat quod magno templa deco-

Quæ resonant hymnos Christum laudando
 canoros.
 Hic mihi de sacris est & pars magna puellis;
 Sangvine juncta nobis illuc est. ll) *Ysula*
Stella,
 Quæ pia stelligerum dudum subiisset Olym-
 Sed te post annos, sex denos caste peractos,
 Cum Christo campos dives habitare beatos
 Credimus; & summum nobis placere tonan-
 tem.
Molbius hinc tingit min) *Grimmanam* fluctibus
 Urbem, ubi bicipitis quondam splendentia
 Tempa fuisse ferunt; *Jana* sunt dicta vetustis.
 Divinos tribuit cultus huic barbara tellus,
 Fata petens vitæ simul & responsa futura.
Cæsar *ira* dediti nova; sed hæc nomina
 Hæc furor imposuit; hæc percitus intulit ira,
 Cum victor populum flammis delevit & armis
 Moenia dejiciens; aras, templa atq; prophana,
 Quæ malefana cohors nititur defendere mu-
 Obsistens, patriis pugnans pro legibus ultro,
Cæsar hanc in se stendentis concitat iram,
 Collibus haud procul hinc *Deben* cognomine
 Emicat: hoc gentis quondam tutela caputq;
 Hocque suis populis fuerat; quod *Miffina* no-

Miffina nunc celebris arx est temploque de-
 Quæ sua jam patriæ donavit nomina terræ,
 Obscurans veterum cognomina multa (pa-

Hertanos, *Sorabos*, *Libanorhanosque* fugatos.
Tyrickemas sedes vix tibi monstrare licebit,
Dandulique fere *Caluconis* nulla supersunt
 Signaque, nec *Populi* tenuit: qui licet utrum-

Ultra citraque *Albim*, sed *Miffina* sola superbo
 Intonat ore; jubens veteres migrare colo-
 Hic mihi præter opus; quum *Miffina* mentio

Arcis dum liceat condenda dicere causas,
 Mons erat a boribus tum confitus, arduus,
 Apta domus sævis apris, tumidis quoque cer-

Albis ubi focias *Miffis* sibi congregat undas,
 Ex *Messia* viridi descendens amne palude,
 Si recte prisca morunt loca nostra Latini.
 Hanc *Ottona* proles *Heinricus* primus in orbe

re.
 Moenibus assurgunt nativo hic saxa rubore
 Nativo, unde putem nomen servare coloris
 Urbem gg) *Rodlicium*, *Subeam* quam dicere
 possis,
 Barbara si capiat Romana vocabula tellus;
 Dulcis ubi Dryadeis avium concentus amœ-
 Exhilarat, curis mœrentia pectora solvens,
 Et nutriens charites per pascua læta beatas,
 Tempus ut hic vitæ tibi sic transmittere vo-
 Hac circum viridem rapido trahit amne li-
 quorem
 MOELBIVS acvolvens illic se murmure
 vasto,
 Coldua hh) rura petit, nigris ubi *Muldaunus*
 fundis
 Se infert; ii) *Lisniacas* radit qui spumidus ap-
 ces. (dis
 Piscosi inde *Scopis* crescens viridantibus un-
 kk) *Nemesiana* rigat templa hinc (sic turba
 prophana
 Illa olim dixit) habitant ubi corda pudica,

Meissen
ab amne
Messia
nomen
habet.
Heinricus
Cæsar

d) *Penick*. In alio exemplo: *Paenica*.
 ee) *Schillen*.
 ff) *Cannitz*.
 gg) *Rocblitz*.
 hh) *Colditz*.
 ii) *Leisnigk*.
 kk) *Nemitzsch*.
 ll) Hic *Erasmus Stella* compilator describit obitum sororis suæ.
 m) *Grimma* a furore, olim *Jana* dicta.

primus arcem condidit. Cæsare digna gerens, Christi dum dogmata pandit,
 Hisce locis veteres cupiens excludere pestes,
 Et seruare gregem, Christi modo dogmate partum;
 Excoluit montem, cellis & mœnibus arcem
 Primus ibi statuit, tuto & munimine cinxit:
 Plantellis quo juxta novis tuta omnia adef-
 sent,
 Ne populum male servatum mox barbarus
 hostis
 Arriperet, saevaque crudelis perderet ense.
 Præsidium patriæ posuit quoque mœnibus
 istis,
 Et jubet esse caput gentis, quam spumidus ur-
 get
 Albis aquis, grata & gelidus circumstrepit
 aura.
 Missina sic coepit, sua sic primordia sumpsit,
 Nomen ab amne ferens, qui perfluit infima
 montis.
 Otto Cæsar templum ibi demum
 Post Otto statuit, sedes ut Præsulis essent,
 Et satagit coeptum ad finem adducere tem-
 plum,
 Muneribus donans, implens numeroque pio-
 rum,
 Ampla satis illis etiam donaria adaugens.
 Sic celebris facta est, præclaro nomine Missina,
 Prævalet indigentis populis simul omnibus
 unum.
 Quod potuit fines veterum transcendere
 avorum.
 Scilicet undosis Muldauum fluctibus amnem
 Piscosimque Scopim plenum, lymphasque Ca-
 menti;
 MOLBIVS atque undas gelidi quoque Nitus
 Elister
 Vsque Salâ rapidas accedit fluctibus undas.
 Quæ metam statuit Sorabis durisque Thurin-
 gir.
 Sed revocare gradum Misnensi a culmine
 præstat,
 Molbinasque undas versu describere & arces,
 Vallibus emensis sinuoso littore adortum.
 Est nn) Trebanum, vitreis ubi pascua dividit
 undis.
 Fluctivagoque ruens per plana ibi flumine
 campos,
 Irrigat & pascit campestria rura Varini,
 Hic ubi mutato Wurcensia mœnia fulgent
 Nomine, quæ prisca fuerant habitata Varinis.
 Suardonum sortem victriciaque arma secutis.
 MOLBIVS hic triplicis servat confinia gen-
 tis
 Misniaca, Libanothani veterisque Süardi.
 Illic ab Eoo sumit Libanothria fines,
 Austro dat Viarus, Zephyro dat limen Elister,

In cuius gremio tuto Lips docta refulget. Origo
 Qua terni circum volvunt se fluctibus amnes; civitatis
 Flexilis ecce Plifis, secundo & gurgite, Elister, Leipzk.
 Quique vadit lento cursu per pascua Bardus;
 Eudoses oo) tenuere viri, fortesque Varini
 Omne solum spatium longis, quod scindit ara-
 tro
 Hac circum populus, undis quem claudit Eli-
 ster,
 Atque Sala glomerans se falsis fluctibus infert.
 Successere illis Libanothi gente Cherusci.
 De Libanothe Duce, quæ nomina dicta super-
 sunt.
 Ille Libs genitus, durum, dum vita manebat, Dux Lib-
 Continuit populum, placidaque in pace rege-
 bat. a Liba
 Quo vita functo, mox induit arma iuventus, matre
 In vicina ruens, tumido qua spumidus urget Genitur.
 Amne Sala & fluvio rapido conjungitur Albi,
 Exuperans arua hæc læta occupat agmine
 longo
 Felicesque sedes aruis sibi comparat ibi,
 Inde sunt tellus Libanothria dicta colonis,
 Et Libanothana hæc gens principe de Libanotho.
 Lippaca is primum construxit mœnia, patris.
 Nomina quæ referunt, humili sic aggere cin-
 xit,
 Atque Liba dixit: Libs nomen habeto parente
 Auspicio cuius fruitura es pace perenni,
 Ter felix, superum lætis perfungere donis,
 Omnia propitio nam spondent sidera celo.
 At coeptum repetamus iter; jam MOLBIVS
 auctus
 Per humiles amnes, properat festinus in Ar-
 don,
 pp) Picbinasque ferit sedes; hinc littora tor-
 quens
 Atque qq) arcem strepitu grato contingit
 Juli,
 Quæ tamen Ilbonis durant monumenta Sævi.
 Hinc fluit ad Dibanam clarum cognomine ca-
 strum
 Per virides campos & per lætissima rura
 Fertur & inde rigat rr) Scapulini tecta superbi.
 Alluit hinc Grunam, petit hinc ss) Libanothica
 castra,
 Nomina quæ populis retinent sua de Libano-
 this.
 tt) Pochanum inde solum, camposque hume-
 dat amarus,
 Quos Bitterfeldam petit, veteres dixere colo-
 ni.
 Occiduum flectens jam tunc sua littora tra-
 ctu
 Per uu) Dessenæ fluens sylvosaque rura tu-
 mentes
 Influit Albis aquas, cuius sorbetur ab undis,

nn) Trebsen.

oo) Eudovitz.

pp) Picben.

qq) Eilenburg alias Juliburgk.

rr) Sceplin.

ss) Libenitz a Libanothu.

tt) Pochaw.

uu) Dessin.

XXIX.

OBSERVATIONES

EXTEMPORANÆ

SINGVLARIA QVÆDAM LOCA TRIVM TOMORVM
BREVITER ILLUSTRANTES

A STUDIOSO HARVM RERVM ADIECTÆ.

T. I. p. 15. D.

Paschatos die nefas olim habebatur supplicium capitis inferre, idque ob eximiam festi lætitiã. Ino in B. Sagittarii *Hist. Gleich. MSS. L. II. c. 8. §. 6.* habetur exemplum de Johanne Comite Gleich. qui an. MD LIII. die Sabbathi post Palmarum homicidam capitis damnatum, potissimum in proxime instantis Festi honorem (*Sonderlich dem bevorstehenden Oster-Fest zu Ehren*) absolvit & relegavit. Miram profecto pietatem! Quasi vero sanguine & iustissima poena fontium festo aliquid decedat, ejusque gaudia turbentur, vel impunitate noxiorum honor & cultus ejus augeatur. Sed ita creditur superstitionis veritas, ut & ultionem divinam ex inore hoc temere neglecto sibi contraxisse videretur Otto M. Imp. Aliter judicarunt Imperatores in l. 3. C. de Episc. aud.

T. I. p. 291. C.

Judeos omnes proprios servos habebat.) Ad servorum genera certissime pertinuerunt olim Judæi, quos miror in servis non esse relatos a Dom. Potgietero *L. I. c. 3.* Fredericus II. Imp. in Dipl. de an. 1237. ap. Lambec. *L. II. Bibl. Vindob. c. 5. p. 80.* „Cum imperialis auctoritas a priscis temporibus, ad perpetuam. Judaici sceleris ultionem, „*JVDÆIS INDVXERIT PERPETVAM „SERVITVTEM.*“ Conf. Dn. Moseri *Bibl. MSS. p. 18.* Apud Kettner. p. 309. Bertradis Abbatissa Quedlinb. an. 1272. ait: „*Quamvis eos propria ipsorum culpa Christianorum subjecerit servituti.*“ Quam ob causam Imperatores, ut alia mancipia, initio eos Episcopis, Monasteriis, civitatibus concessere. Alicubi corpore operas præstare cogebantur, præcipue die Parasceves. P. Saxius in *Pontif. Arelat. p. 262.* A. refert, eos Arelate olim lapides, calcem cæteraque, quibus opus erat ponti fabricando instaurandoque, comportasse. In plerisque locis fuisse videntur *fiscalini, eigene Leute, deren Leib und Gut der Cammer unterworfen war.*

T. I. p. 587. B.

Iamundilingi) i. e. *Mundmanne*, ut in aliis privilegiis, sive mundiburdio & protectioni Ecclesiarum subjecti, ut explicat Dns Meinders in *Tr. de Jurisd. Colonar. Diss. I. p. 79.* Sæpe occurrunt in Diplomatum Ecclesiarum Brem. ap. Lindenbrog. sicuti p. 130. 132. 136. In Meibomii *Script. T. I. p. 740.* in Dipl. Ottonis M. *Si vero aliquis ex liberis voluerit Iamundling vel licus fieri, aut etiam*

Meinckenj Scriptor. Rer. Germ. Tom. III.

colonus. Fuisse videntur homines, qui sanctitatis opinione religionisque studio in potestatem ac tutelam Ecclesiarum se transtulerant, genus forte intermedium inter ingenuos & servos, certe paulo melioris, quam mancipia, conditionis.

T. I. p. 668. B.

Ibi Monasterium Oldesleb. liberatur onere *von der Ueberlegung von Hunden, Jägern, Falcknern, Stech-Pferden &c.* Ita & Monachi Zwetlenses an. 1388. accepere privilegium: *daz sew auf iren Guetern weder Jäger noch Hund fueren, ziehen noch speisfen, noch in chain Sachien wartund oder pflichtig schullen sein,* in Dni a Ludewig *Reliqu. MSS. T. IV. p. 90.* Item in Crullii *Annal. Suev. L. IV. P. 111. p. 243.* Comes Godfridus de Tubingen an. 1343. renunciat juri, quod habere sibi visus erat (*der Hundling*) in cœnobio Bebenhufano, a quo accepit eo nomine CCL. libras probæ monetæ. Et in sua Reformat. Monast. promittit Wilhelmus, Dux Sax. an. 1446. *Auch wullin wir nicht mit keinerley Ibeger-Hunden, Stecheross ader Fälcken die Closter beladen noch beschedigen.* Conf. Vetus Chron. Holfat. in Leibnitii *Access. Hist. T. I. p. 76.* & B. Reinhardi *Tr. de Jure Principum circa Sacra ante Reform. p. 209.* sqq. Scilicet mos erat antiquissimus, ut monasteria canes ad venandum, eqvos ad certamina ludicra, falcones &c. Principibus territorii alere atque educare cogerentur, sive quasi in recognitionem domini supremi ac tutelæ; sive in compensationem aliquam servitorum equestrium, a quibus ratione plerorumque bonorum erant immunia. In Chronico Salsburg. ap. Pezium *T. I. Script. Austr. p. 422.* ad an. 1373. lego, Duces Bavariæ imposuisse unam exactionem *insuetam* claustris, cœnobiis, Plebanis, Vicariis, *pro expensis canum,* quæ vulgariter nominabatur *Hunstsurar.* Enimvero non insuetum erat onus, sed insveta pecuniaria pro onere exactio.

T. I. p. 846. C.

Ipse baculum jurisdictionis album in manu sua dextera gestans & ut Iudex sedens.] Baculus vetus insigne Judicum, quod nec ipsi Imperatores dedignati sunt. In Mulleri *Reichs-Tags Theatr. sub Frid. V. in der V. Vorstell. p. 632.* de Sigismundo: *Sin Majbat also bald den Gerichts-Stabe von Marggraven Albrechten genommen, sich nidergesetzt und surgenommen, selbs zusprechen.* Ba-

Ooo ooo 2

culo

culo investiebantur olim Judices, ap. Lehman. *Chron. Spir. L. IV. c. 24. p. 334.* & formula: *den Gerichts-Stab verliren*, ap. Datt. de *Pace Pùbl. p. 730.* est iudicandi potestate privari. Mos ille baculum tenendi adhuc hodie passim in iudiciis durat, itemque baculo tacto, ut olim, ita & hodie, obligari judicialiter solent homines. Et fractio baculi in criminali iudicio finem notat feralis actus.

Tom. I. p. 1128. C.

Ludovicus Comes Palat. dicitur *ein Grifswarter des Gattl. Rechten*, quia Humili supplicio præerat, sacra Canonum Patrumque auctoritate statuto. Vox *Grifswarter* sumpta ex *Torneamentis* eumque notat, qui arenam sive circum observat, boni ordinis rationem habet, & violentius decertantes dirimit. Vid. Dni Scherzii *not. ad Rhyth. de Caroli M. expedit. Hispan. in Schilteri Thes. Antiqu. Teut. p. 110.*

Tom. I. p. 1236. A.

Ettliche Pfaffen tragen Vogel auf der Hande]
Quæ laicis honesta sunt, remota plerumque ac merito ab honestate Clericorum censentur. Olim tantummodo laici Principes & Optimates, venatum profecturi, aves i. e. falcones manibus portabant, conf. Schlegelii *Num. Hersfeld. §. XIX. p. 72.* quod & in solenni pompa factum esse constat, vid. horum Scriptor. *T. II. p. 2186.*
A. Postea vero quam Episcopi & Clerici jura secularia nacti erant, mores quoque secularium jam sibi non dedecori futuros existimabant, canibusque & avibus publice iudebant. Quod non solum Husitæ hoc loco sed passim alii prudentiores vituperant & qveruntur. In Th. Capuani Dictatore Epistolar. in *Hahnii Collect. Monum. T. I. p. 309.* ita: *De cuius manu psalterium & lectioni vacando, propria manu defers ancipitrem, saliusque perlustras, clamores emittens, canes insequens, loquax & clamorosus in silvis, in ecclesiis vero raucus & mutus.*

Tom. I. p. 1411. B.

Monialium monasteria olim contigua fuerunt cœnobiis Monachorum. Vid. *Cruicii Annal. Suev. L. XI. P. II. p. 456.* de an. 1273. & p. 483. Sic in *Diario Vazsten.* (quod Er. Benzell. *Vpsaliae* 1721. 4. edidit) ad an. 1422. legitur: *Venit de Romana curia quoddam transsumtum seu copia de mandato Dni Papa, ubi præcepit, fratres nostri Ordinis omnino separari a contigua cohabitatione fororum, sicut hactenus observatum fuit a constitutione Ordinis supradietti. Nos tamen, mediante Dno AEpiscopo Vpsalensi, supplicavimus Regi & Regine, ut suis supplicationibus ad Papam, hanc comminatoriam sententiam revocarent.* En! quam gratum Monachis cum Monialibus fuerit commercium, quo carere æquo animo non possunt. Unde non raro, monaste-

riis firmiter clausis beneque custoditis, subterraneis fratribus ad pias sorores patuit aditus, vid. *Tom. hic p. 1399. D.* & *Tom. III. p. 727. C.* Monachique obscœna cum iis patrarunt. *T. III. p. 749.*

Tom. I. p. 1461. A.

Habentur ibi solennia iurandi Judaici apud Augustanos, honesta certe ac prudenter temperata. Refert *Limnæus de Jure Publ. L. III. c. 2. n. 40.* morem iurandi secundum & abominandum his verbis: *Wann ein Jud schwören soll, so soll er stehen auf einer Schweinhaut, die Junge hat gehabt binnen vierzehn mahlen, die soll man aufschneiden bey dem Rücken, und sie bresten auf die Zitzen, da soll der Jud ausleben haifust, and nichts anhaben, denn ein Niederkleid und ein baren Tuch um sich, also ist sein Rechr.* Plerique talem ritum hodie in fabulis numerant, vid. *Ludovici Diss. de Solennib. Jurament. §. 32.* Mihi quidem sic videtur: Forte non in omnibus Germaniæ provinciis in hunc modum iurare coacti sunt Judæi, sed tamen in nonnullis. Non enim eadem eorum fata fuerunt omni loco atque omni tempore. Interdum res erant tranquilla & ad lucrandum opportuna; interdum afflictissima ac prope desperata. Alicubi beneficiis ac privilegiis Superiorum ornabantur, ac tuti agebant, alicubi omnibus omnium injuriis expositi impune vexabantur, adeo ut nec in iudiciis iuraturi carerent ludibrio & ignominia. Atque id satis confirmat *Codex Speculi Saxon. membr. Bibliothecæ Paulinæ Lief. Sec. XIII.* scriptus, in cuius fronte vetustis literis legitur singularis ritus & formula iurandi Judaici, hoc modo: *Wo ein Jude swören sal, der sal haben einen graven rok. ane ermelen vnn zwu bosen ane surfave. vnn eine blutige Swinshut in siner rechten hant getucht in Lammesblute. vnn einen spitzen but uff. Man stabe ime den eyt also. Du begriffest daz uff die E. vnn uf dine Judescheit. daz daz Buch sie da du dine hant uff hast. der vnnf buche ein Moyfin. da du dich zu rechthe uff entschuldigen salt. alles daz man dir schult gibr. des asch N. schuldiget. des bistu unschuldig. dar dir Got so helfe der da geschuff himel vnn erden. lufft. loub rnn gras. das e nichts en waz. vnn ab du vnrecht schweres. daz dich der Got schende der Adam gebildet hat nach siner selbes antlicze vnn Euen machte von eime siner rybe &c. Vnd ab du vnrecht schweres. anz dich der Got schende. der Noe selbe achte Man und wib in der Arcken vor der Sinistui ernerre. Vnn ab du vnrecht schweres. daz dich der Got schende. der Sodomian vnn Gomorram vorbrante mit den belischen vure. (Sequuntur novem alia momenta potiora ex Genesi.) *Disen eyd sal der Jude tun uf Moysse oder uf yn sabbats buche. Der Jude sal ouch nommer. az siner schule oder az siner synagogen ane juaenbus komen.* Non credo, ulterius*

rius dubitandum esse de usu hujus cæ-
moniz in quibusdam judiciis veterum Ger-
manorum.

Tom. I. p. 1480. B.

Quæ de convitiis Vlrici Augustani Episcopi
in Papam Gassarus refert, Andreas Ratis-
pon. in Chron. ap. Dn. ab Eccard. T. I.
p. 2098. & ex eo Mallinckrot de *Archi-
Cancellar.* p. 362. sq. (Edit. Wencker.)
tribuunt Vlrico Hangenor de *Augusta*, qui
eodem tempore floruit, Patricius Augu-
stani; vir juris consultissimus. Perfidi-
am hominis sive Patricii sive Episcopi lege
apud Andream c. l. In promptu mihi Jo-
cus est ex Matthiæ Kemnat. Hist. MSS.
Germ. quam in Bibl. Illustris Menckeni
inspexi, longior ille, quidem, sed nec ali-
enlus nec injucundus: *Kayser Ludwig hatt
ein Cantzler MEISTER VLRIICH von AUG-
SPVRG genant, dem empfall er sein siegel und
alles aufzurichten: Der Cantzler wart ver-
sagt in vast gross. Missdaten gegen dem Kay-
ser von gar mechtigen Leuten, den der Kay-
ser dass Recht nit versagern wolt. Darumb
anderfing der Kayser die sacht also dass sich
der Cantzler must purgiren und von der Ge-
zeugnis nemen zu Nürnberg mit sunffzigk
Prelaten. Daenoch nam Ine der Konig wid-
der uff zu einem Cantzler. Zu der Zeit wolt
der Kayser Ersame Botschafft thun zum Babst
unnd mit Brieffenn aller Gehorsamkeit, do un-
derstundt der Cantzler sich am Kayser zure-
chenn, und schrib in die Briue logenwort vor
die Warbeit, und schalt den Babst ein Dier
dass do uffgeb vom Moere; und anderschent-
lich sachen mebe. Der sachen halben wart
der Babst geübe zu Zornn widder den Kayser
und wart betrogen, und verkunth denn Kay-
ser inn Bann und wegt widder Ine Krieg Kö-
nigk, Fursten, Herren. Der Kayser zog ghen
Rome und macht ein andern Babst, der Ine
Kayserlich Krone uffsazt. Vnd do der Kay-
ser widder beim khame, do wass der Cantz-
ler in Dots Nötten und bekhant dem Kayser
personlich dass Vbell unnd gross. Bößbeit, die
er begangen hatt, Er bekhant auch, dass er
dass von Rach wegen gethonn hatt; darumb
dass der Kayser sein Versager nit zu bant ge-
dorb unnd verderbt hatt, sonder er hatt sie
zum Rechten lassen khomen zu seiner schande-
nemung. Do clagt der Kayser weinende mit
grossen schreien, dass er also betrogen wass wor-
den, und sprach: Wiewol der schalck mit gros-
senn penen zustraffen vver, so vvil ich es doch
bevelhenn in Dotts Nötten dem Gott, der Inn
also geslagen hatt. Also starb der Cantzler,
MSS. p. 162. sq. Jam si recte conjicio, Vl-
ricus ille Prælatus fuit; quia coram Cæsare
L. Prælatis se purgavit de objectis crimi-
nibus.*

Tom. I. p. 1487. C.

Engelbardus de Entzberga -- jus civitatis Au-
gust. C. libris nummum -- sibi comparavit.]
Civitatis jus medio xvo sæpius quæsi-
verunt Nobiles & Comites securitatis causa, & ut

opibus civitatum contra hostes uterentur.
De Comitibus Gleich. vid. Script. Menck.
T. I. p. 540. A. de Comitibus Solmens. vid.
Wencker. de *Cancellaria Jurib.* p. 55. sq. &
in genere Dattium de *Pace publ. L. I. c. 14.*
Conf. Chron. Magd. ap. Meibom. T. II. p.
338. Quod cum non raro pericula, va-
tationes, tumultus aliaque inconvoluta ci-
vitatibus importaret; statutis contrariis
Nobiles aliaque potentiores jure civitatis
passim sunt exclusi. Ita Rango in *Origin.
Pomer.* p. 230. sq. refert; Senatum Colberg.
an. MCCCLXIV. per statutum, Nobiles,
feuda possidentes, in civitatem recipi pro-
hibuisse.

Tom. I. p. 1549. D.

Sigismundus -- haud citra *Electorum discordiam
Rex consalutatur.*] Ergo parum abfuit, quin
eveniret illud Astronomi vaticinium, de
quo legi in Cod. Paulino hæc notata: *Anno
Domini M^o. CCCC^o. XV^o. ante Carnisprivi-
um Astronomus Ducis Burgundie pronosticavit
ipsi Duci, presente milite Sigismundi, quod rex
Sigismundus non adipiscetur imperium, quia
ipse fovet quendam sacerdotem erroneum con-
tra ecclesiam.*

T. I. p. 1589. C.

*Prohibitus privatis meretriculis matronalis cul-
tus est &c.*] Talia exempla rei vestiariz
plura extant. Ita Comites Mansfeld. an.
MDXII. in Reform. Polit. art. VI. decre-
verunt: *Alle Pfaffen-Megde und andere öf-
fentliche gemeine Dirnen, wo die aus den
Häusern gehen, sollen sie den Mantel auff das
Heupt nehmen, welche aber das nicht ihete, und
der Gerichts- oder Land-Knecht sie darüber
betrefse, sol ihr den Mantel nehmen und nicht
wieder geben.* Spangenb. c. 349. fol. 404. b.
Ite inque Erfurtenis Senatus an. M^o D^o
XXXVII. edixit: *das erstlich die Pfaffen,
so jünge Huren bey sich haben, solche unverzug-
lich von sich thun; Zum andern sollen sie nicht
überschläge tragen, wie die erbarren Burgers
Weiber pflegten zutragen, sondern umb das
Haupt die Schleyer gebunden, damit eine Pfaf-
fen-Hure vor eines frommen Burgers Weibe
erkant werden möge, &c.* Auch sollen sie in
den Kirchen nicht in die Stühle sitzen, da an-
dere Burgers Weiber sitzen, auch zu den Hoch-
zeiten nicht anders, denn obgezehlet, sich bal-
sen, alles beyernster Straffe eines Rathes. Ex
brevi Chron. Erfurt. MSC. multis memo-
rabilibus referto.

Tom. I. p. 1806. A.

Intercepit Schertlinus Hansum Adamum a Staino
&c.) Textus Gassari videtur inane ideo-
que obscurus esse, suppleri tamen atque il-
lustrari potest ex Crullii *Annal. Svec.* L. XI.
P. III. c. 12. p. 633. scil. controversia in-
ter eos fuit de limitibus & venatu. Inde
capto Steinio, graves vicinorum Nobilium
turbæ contra Schertlinum exortæ ac etiam
contra Augustanos. Ill. Seckendorfius in
Hist. Luther. L. II. Sect. II. §. 27. p. 70. ex
Diario ipsius Schertelii prodidit, illum ad

conyentum, in quo lis erat decidenda; CC. equitum comitarum adduxisse, interque eos XXXVIII. cohortium Præfectos ex Nobilibus & civitatibus imperii. Conf. hic T. I. p. 1938. B. Vnde præstantissimæque optimi viri auctoritatem æstimes.

Tomus II. p. 93. A.

Conradus Schantz (— *suspensus est*) Plura momenta ad hujus rei historiam affert Chronicon illud MSS. quod supra citavi; hisce verbis: *Anno 1535. Montag nach Joh. Bapt. hat Albertus &c. seinen nechsten Rath und Gevatter Hansen Schantz zum Gibeckenstein des Morgens vor Tage ohne alles Vrtheil und Recht hencken lassen in gelben Stiefeln und einen hübschen gülden Cragen umb seinen Hals am hembde habend, vvelcher ihm in die 8000. Fl. solte abgezogen haben. Man sagt aber, der Bischof sey ihm in die 16000. Fl. schuldig gewesen, und habe er ihn darumb hengen lassen, dass er ihn nicht bezahlen dürffte.*

Tom. II. p. 528. A.

Venerabile Sacramentum Bobenzano devotissime ostensum) Invaluerat contra jus & fas omnemque humanitatem apud veteres opinio, damnatis ad mortem non porrigendum sed transeunti monstrandum esse sacramentum Eucharistia. De qua consuetudine tollenda Joh. Geilerus Keiserspergius non solum scriptum edidit sub tit: *De communicandis his, qui ultimo supplicio afficiuntur*, sed etiam an. 1483. pie ac humaniter monuit Argentoratenses; sed tum quidem inexorabiles Scabini decreverunt: *Let es bliben vwie harkommen, also das Sacrament zeigen.* Anno autem 1485. interveniente Præfulis auctoritate, constitutum est, damnatis biduo ante mortem Eucharistiam porrigendam. Vid. Dni Wenckeri not. ad Mallinkrot. p. 433. sq. Cur ipso die supplicii dubitaverint veteres communicare miseris bene docet B. Ziegler. *ad Lancellos. L. II. T. V. fin.* (Edit. Thomaf. p. 740.)

T. II. p. 693. B.

Promfores) Præpositi fraternitatis Calendarum ita vocantur. Sed vox nimis barbara & vix ferenda. Legendum sine dubio est *Provisores*, Germanice *Vorsteher* & *Brüder-Meyster*. III. 1104. D.

Tom. II. p. 967. B.

Opera quoque pretium foret, ipsas consulere venditionis tabulas) Documenta, quæ hic desiderat Tenzelius, munere amici in manus meas venerunt. Ex quibus constat, Albertum Degenerem jam an. 1270. Senatui Erfurtensi Comitiam suam Minorem Mittelhausen apud Geram pro CLX. marcis argenti tradidisse, feudi nomine possidendam, cum clausula retrovenditionis. Postea filius Fridericus Admorsus an. 1315. non vendidit (ut vult Gudenus) sed oppigneravit Erfurtensibus pro CCC. Marcis ad quinquennium *seine minnere Erbschafft* (leg. *Graveschafft*) die da liegt an der

Schmalen Gera. Denique Fridericus Junior an. 1409. vendidit pro DCCC. marcis Comitatum illum cum conditione redimendi quocunque tempore; quod tandem an. 1483. ab Ernesto & Alberto factum est. Iuvat ipsa diplomata hic legisse:

Nos Albertus Dei gratia Thuringie Landgravius & Saxonie Comes Palatinus, recognoscimus, protestamur & omnibus literas has visuris, cupimus esse notum: Quod Comitiam nostram minorem in Mittelhausen apud Geram, cuius iudicio sanguinis, his annexis & cum omnibus pertinentibus ad eandem, vendidimus communitati Erfordensi pro centum & sexaginta Marcis usualis argenti, nobis plenarie persolutis, rite & rationabiliter possidendam; Et illam Gunthero Vice domino militi, Gunthero Alboldi, Rectoribus consilij, Friderico Bitterolfo & Alberto ante pontem, civibus Erfordensibus & eorum hæredibus ad conservandam manu fideli ipsi communitati, iure concessimus feudali, pleno consensu Hæredum nostrorum favorabiliter accedente. Et si dictam Comitiam, quocunque casu contingente, contigerit pejorari, ipsa communitas nihilominus possidebit eandem penitus sine damno, quod *vvers* *) dicitur in vulgari: Promittentes ipsam communitatem super dicta Comitiam iusticialiter warandare, & ab omni impetitione salvam reddere penitus & indemnem. Et si ipsam Comitiam reemere voluerimus ullo unquam tempore in futurum, communitas supradicta illam nobis revendere teneatur, pro C. & LX. Marcis argenti, sic ut vendidimus eam. Testes hujus rei sunt Guntherus Senior de Schvarizburgk. Ernestus de Glichen, Comites. Henricus de Libenstet. Bertoldus de Iskerstet. Hermannus Strantz de Tullesteie. Guntherus Advocatus de Salza. Theodericus Pincerna de Varila. Helvicius Marschalcus de Golzbach. Henricus Senior de Alrestet. & alii quamplures. In hujus rei certitudinem & incorruptibilem firmitatem presentem literam dedimus super eo, sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hæc anno gratiæ Millesimo ducentesimo septuagesimo.

II.

